


13
11 I
7

Conuent. ste Mariæ de scala

ANDREAE

TIRAQVELLI
REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS, COMMENTARII



DE NOBILITATE, ET IVRE PRIMIGENIORVM,

Tertia hac, eadémque postrema editione, ab autore ipso diligentissimè recogniti, & tertia ampliùs parte locupletati.

*

LVGDVNI,
APVD GVLIEL. ROVILLIVM.
Cum priuilegio Regis.
1566.

DEVS FACIENTES ADIVVAT.

IO. N. VICTORII IN EFFIGIEM

Andreæ Tiraquelli, Regij in Curia Parisiensi Senatoris, Hexastichon.

Iam nihil est, venerande senex, quòd pulla sororum
Stamina, vel Stygias quòd verearis aquas.
Subtrahet hæc vultus morti pictura: perennem
Ingenio vitam tot tua scripta dabunt.
Ergo vbi fatalem Lachesis tibi neuerit horam,
Magna tamen fugiet pars Acheronta tui.

Extraict du priuilege du Roy.

PAR *grace & priuilege du Roy est permis à Guillaume Rouille Libraire de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer vne fois, ou plusieurs, ce present liure intitulé* Andreæ Tiraquelli, Regij Consiliarij De Nobilitate, & Iure primigeniorũ, *reueu, corrigé & augmẽté par ledit Tiraqueau: & faict defenses depar ledict Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs, & personnes quelconques, de non imprimer, ne faire imprimer, vendre, ne distribuer, en ses pays, terres & seigneuries, ledict liure ainsi reueu, corrigé & augmenté, si ce n'est par le consensement dudit Rouille: & ce iusques au temps & terme de douze ans, à compter du iour & datte que sera paracheué d'imprimer ledit liure, sur peine d'amende arbitraire & de confiscation des liures qu'ils auroyent imprimez. Et afin qu'aucun ne puisse pretendre ignorance du present priuilege, ledict Seigneur veut & entent, que l'extraict d'iceluy estant mis au commencement desdicts liures, serue pour toute notification, sauf en demander copie audict Rouille (si bon leur semble) & ce à leur despens. Car tel est son plaisir, nonobstant oppositions & appellations quelconques, cõme plus à plein est contenu & declaré par lesdictes lettres de priuilege, sur ce données à Paris, le treziéme iour de Septembre, mil cinq cens cinquante huict.*

Par le Roy à la relation du conseil,
Signé, Guillaudet.

AD HENRICVM

SECVNDVM FRANCIAE REGEM

CHRISTIANISSIMVM,

ANDREAS TIRAQVELLVS S.



Antum in me semper de bonis literis atque earũ studiosis promerẽdi studium voluntasq; fuit Rex Op. M. vt si quãdo studia nostra, labores, vigilias studiosis prodesse, aut fructum aliquẽ adferre posse intellexerim, eò protinus omnes animi ingeniiq; neruos, posthabita etiam rei familiaris ac propriæ valetudinis cura, intendere nõ dubitarim. Quòd si pluribus tibi exponere aut probare pergam, prorsus, iuxta prouerbium, actum agere videbor. Huius enim rei fidem certè amplissimam faciunt tria illa iustæ equidẽ magnitudinis quæ superioribus annis vtinã tanta fœlicitate, quàm magno conscripta studio, in lucẽ emisi volumina. Quorũ primũ quod de legibus Connubialibus & iure Maritali pertractãdo mihi institutũ, lectoribus nuncupatũ volui, quo eos magis ac magis ad bonarũ artiũ & disciplinarum studia cohortarer atq; incẽderem. Alterũ in quo tota illa nobilissimæ simulq; sapientissimæ. l. si vnquam. C. de reuo. dona. copiosissima disputatio est à nobis suscepta Burdegalensi. Tertiũ denique, in quo omnia quæ ad vtriusque Retractus & Municipalis & Conuẽtionalis cognitionẽ pertinent, quanta à nobis fieri potuit diligẽtia, cõplexi sumus, Parisiẽsi Senatui amplliss. grauiss. que deuoui: tum vt vtriq; illi summo ordini immortales gratias agerẽ, qui me nihil tale cogitantem, ne ambientẽ quidẽ in suum sacrosanctũ collegium vltrò suis suffragijs aduocarint & asciuerint. Tum etiam vt vna eademq; opera eorum librorum editione quam de me illi ipsi viri consultissimi opinionẽ conceperant, palàm omnibus probarẽ. Quibus accedit etiam quartus hic mearum lucubrationum fœtus, multis laboribus vigilijsq; collectus, cui ex materia & argumẽto de Nobilitate & iure Primigeniorũ titulum feci, superbam reuera, magnæq; expectationis inscriptionẽ, ac propter quam vadimoniũ deseri possit, vt interim Plinij verbũ in eruditissima ad suam naturalem historiam præfatione vsurpem. Faxit Deus vt opus ipsum tanto ac tam magnifico titulo, si non in totum, saltem aliqua ex parte respondeat. Eum autem vt tibi dicarem, ac sub tuo sacratissimo nomine apparere vellẽ, multis vsq; grauissimis sum adductus rationibus. Quid enim vel pro rei dignitate aptius, vel pro nobilitatis & primigeniorum propugnatione firmius facere potui, quam istos ipsos de Nobilitate & iure Primigeniorũ conscriptos Commẽtarios tibi Regi Principiq; meo inuictissimo, tibi inquam omnis nobilitatis authori & principi inscribere atque consecrare? A quo quicquid veræ germanæq; ac solidæ nobilitatis est, id totum quasi ex fonte perenni manat atq; proficiscitur. Tibi denique qui mihi videris primus esse præcipuusq;, ac veluti primigenius cæterorum omnium qui nobilium numero habentur, censenturq;, regum & principum,

quos Homerus & Hesiodus Græcorum poetarum facilè primi ab origine & educatione diuina διογενεῖς καὶ διοτρεφεῖς, id est, Iouis filios & alumnos, atque etiam nobiles iisdem verbis vocant. Mouebat etiam me non mediocriter, quòd opus istud eum librorum meorum numerum cõficiebat, quem tibi tuo iure vendicare assererę́q; potes, quaternarium scilicet, qui vt omniũ perfectissimus ac integerrimus habetur, ita tibi eum singulari quodam fato, aut diuina potiùs prouidentia consecratum cùm ex multis certisq; signis & argumentis obseruauimus. tum verò maximè ex eo quòd qua die pulcherrima in lucem editus es, eadem ipsa postea quatuor septenariis, aut si mauis, septem quaternariis ætatis tuæ annis reuolutis atque exactis rex sis appellatus, atque huius regni amplissimi ac florentissimi gubernacula magna omnium spe atque gratulatione ad te primùm à summo Deo delata sint. In quo natura non solùm quaternario numero te donauit, sed & illum ipsum numerum cum septenario ita coniunxit, vt nihil omnibus ex partibus perfectius absolutiusq; dici aut sperari possit. Quorum certè numerorũ tam auspicatus concursus & coniunctio siue copulatio, quaternarii scilicet, & eo etiam perfectioris pleniorisq; septenarii, maiora & augustiora de te tuisq; egregiis virtutibus sperare me iubet, quàm liceat hoc tempore propter assentationis suspicionẽ prædicare. Verum aliquo huius libri loco, idque obiter ac velut per transennam memini subnotasse, & vt spero dicã aliquando per occasionem copiosiùs. Hanc enim epistolam ad modestiam tuam, eámque qua vti soles breuitatem accõmodare volui, considerans quid aures tuæ pati possent, non quid virtutibus tuis deberetur. Neque etiã me sinit libri huius quem tuæ maiestati offero, magnitudo, longiorem ad te epistolam dare, aut in virtutum tuarũ prædicationem (quas si recẽsere velim, iusto volumine sit opus) liberiùs excurrere vel exspatiari: sed eam voluimus breuiorem esse, quò sit excusatius, quod librũ ipsum non quidem vltra causæ materiæq; amplitudinẽ, sed supra affectatæ breuitatis modũ extendimus. Nunc autẽ, Rex O. M. & si pro facultatum nostrarũ mediocritate, ne tenuitate dicam, & numerosa liberorũ multitudine, ac tua ista verè regia erga omnes liberalitate & munificentia, ampliorem horum multipliciũ laborum mercedem expectare multis viderí possem: hoc tamen vnum abs te contendo ad quod naturà ipsa compositus esse videris, vt iustitiã illam, quæ (inquit Aristoteles) κρατίστη τῶν ἀρετῶν ἐστὶ καὶ οὔθ' ἕσπερος, οὔθ' ἑῷος οὕτω θαυμαστὸς, cuius beneficio, ac munere principes & diu & fœliciter imperant, summo quod facis studio, colere & amplecti pergas: bonasq; literas vindicare, in tuamq; tutelã & fidẽ suscipere, ac trilingue collegium à Diuo patre tuo, non studiorum tantùm, verumetiã studiosorum amantissimo liberaliter institutũ magis ac magis exornare, & in dies noua liberalitate augere cumulareq; non cesses: vt de te aliquãdo dici possit, quod de Alexãdro illo qui à rebus præclarè & fortiter gestis Magni cognomentũ meruit, audimus, οὐ γὰρ ταὐτὸν ἔπαθε τοῖς ἄλλοις βασιλεῦσιν, οἷς ἄχρηστος μὲν ἡ παιδεία κέχρηται, τῆς δὲ εὐδαιμονίας ὅρος ἡ τρυφή. Nullum enim est, nullũ magno principe immortalitatemq; merituro impendii genus dignius, quàm quod in literas & literatos erogatur. Quod quidem si ad eximias & raras illas virtutes, quas sibi quisque de tua ac vere regia natura pollicetur, adiunxeris, nomen illud Henrici secundi ingenti gloria ac fama, maximaq; cum omniũ beneuolentia & admiratione tota posteritas in perpetuum celebrabit.



BARPTOLOMAEI FAII REGII IN PARISIENSI CVRIA SENATORIS, AD MICHAELEM

Hospitalem Regis itidem Senatorem, ac eiusdem Christianissimi Principis in œcumenico concilio Bononiæ Legatum agentem, Epistola huius operis Elenchum continens.



Vi me quadrupedem veluti calcaribus vrges
Pigritia insimulans, facile id tibi, fluctuat istic
Acta renascenti dum PETRI cymba procella,
Regius intereà legatus, & ocio abundas,
Iustinianeos promissis tu, nisi planè
Soluendo, quod iam concludis Opistographorum,
Nunc absisto queri. Vix dum postrema dierum
Fastorum lux iustitio concessit, & ecce
Intermissa diu studia hæc vel Apolline solo
Te fretus reuoco, to pradem cominus insto.
Qui præiudicijs haud deturbandus iniquis,
Incussum nobis perfricta fronte pudorem
Soluisti prior: atque tuo deducere ab hortis
Hesperidum iuris gnarum, vigilémque Draconem
Protinus exemplo potuisti ad proximo auitos
Distractósq; Lares redhibentis lumina libri,
Inq; Modestini suaueis diuertere lusus:
Queis candore pari canos authoris, & huius
Iconas exprimeret, rursum gratatus agenti
Legiferum, qua connubij valet arte subactus,
Multiplicem plausum captasti: te duce quis non
Audeat in medium procedere? proinde parentem
Clericus, & patruum referens Verinusius, ambo
Ilicet arguto pede, iudicijsq; verendis
Testati laudem egregiam scribentis amici.
Conscius interdum, quamuis sacer iste, prophani
Concilij accitu, nimioq; fauore Dearum,
Festino versu hæc arcana retexit, & eius
Muneris Andrea delegandi ordine caussas.
Cuius & allusit pictis Gœurotius vndis,
Appositè subdens fonteis Helicone refusos,
Idem iustitiæ certus regidusq; satelles.
Quin vetus Offlonuir nostris in classibus, acri
Præditus ingenio, longóque exercitus vsu,
Contulit æquano decori Quelainus & aptum
Carmen, & exuctis mucorem lactis abhorrens.
Denique qui dudum cultus, meritisve sub isto
Consimilémque, adeò vestigia pressit, honorem
Nactus erat Verum pastoralis insuper auctus
Ad Niuernenses secessit Spasma cantas;
Felices equidem tanto custode. quid ille
Auribus his toties, æquis insinuator acutus,
Qua primùm inculuit non eluctetur arena?
Hic inquam multo vocis splendore soluta
Protulit elogium Tiraquello. scilicet ordo
Momenis irridere velit, quòd te hosq; secutus
Misto Macrini Lyricos, elegos Coterai,
Quorum docta minùs refert quàm nostra morari,
Quantumuis operæpretij in commune reponant,
Tempora: tunc etiam sim suauiter expatiatus
Ipsius in raris virtutibus, ac mihi summi
Iudicis exciderit tantum graphis, instituenti
His humeris maius quiddam, Xenophontis & instar
Pædia. enimuero tanti huius facta Valenti est
Quæ modò membratim, neque dum percussa vagatur,
Cuida recentis oculos fœtura nec inficit ære,
Duxerit Hendecasyllabicæ hæc ante merendum,
Alternis quàm quò properabat alere Senator.
Magnus in officijs, χίλυς & cognomine dignus.
Aurea Christophoro messis quoque spreta Thuano
Hunc numeris donec decorarit, & ore rotundo,
Quòve aurata ferit laquearia, tendere is vltra
Suetus, & ima patrum præcordia figere dictis.
Illum Tyrones subsellia nota prementem,
Haud exultantem temerè, digitisve micantem
Suspiciunt taciti, mediaq; stipantque corona.
Forsitan eiusdem grauioris fasciculo quàm
Committi rectè queat, argumenta requiras,
Quam tibi do paucis operam, capita ipsa recensens,
Principio præfatus. eos prouincia id olim
Qui sibi sumpserunt, quæ nobilitatis origo
Sit, traxit vnde suum nomen, quibus illa paretur
Rebus. opes. virtus, an, quæ've scientia, princeps
Nobilitene: cuiusq; modi hic, qui reddere quósve
Protogenium clari potis est natalibus, amplè
Disserit, insistens tacitè idne, quotuplicist érve,
Non concedendo his insignia? de quibus illic
Multa, vel ad summum queuis optando Senatum?
Inq; sui Procuratoris, Causidicisve
Munus sed eius item latus admittendos vocando
Num sicubi blando hunc venit vsu, nobilem eundem?
Indignúmne: ignorantem: minimèque volentem?
Infantem: furiosum: possit vtrumlibet horum
Nobilitare sua fines ditionis & extrà?
An quæ feuda vocant potientibus id decus indunt?
Militia've status? clerive nouacula? constans
Consuetudo? statutum? nam & opinio vulgi?
Famâ nobilitas, communi & lance probatur?
Num dubijs poterit præsumi? ducier astris?
Emendicari patria, veterúmque decoris?
Deprimit ac ibi se sublatiùs inde ferentes,
Indicitque ausis falsò hanc sibi sumere pœnas.
Mox ea præscribi valeátne fluentibus annis,
Inq; alios vni datu deriuetur, & in quos
Edocet: adnatósve, gradus certive nepotes,
Amentes, quid adoptiui núm nam vsque recurrunt?
Susceptique priusquam stemmata patribus essent,

Legitimique thori? probris pudefacta nothorum
Corda subinde teris, monitis simul erigis in spem.
Nónne sacerdotis cortina texit ad aram
Quos diuinus Hymen, reuocauit & in sua iura,
Vllave subtraxit vitio indulgentia, iidem
Pelluceent patrum fulgoribus: hique vicissim
Natorum? unm se transuersam agit in latus abdens
Nobilitas adgnatitium? coniúxne mariti
Laeta coruscabit radiis: vxor tua hicne
Fiet, ab hac lumen meriti fuligine sumens?
Hac istis geniti quoque conditione fruentur?
Porrò vetustatem commendat nobilitatis
Hoc pluris faciens, quò antiquior: at nisi nostris
Egeris auspiciis radices, nam Cicerone hac
Iudice vel Mario fumos superemines omnes.
Dein quae, quanta suis (eadem sobolescere sanè
Visa polo, sot iis sacrorum commoda fundit)
Praeroget, exequitur, subiunctis laudibus horum
Eximiis, neque enim Francorum poenitet vsquam.
Sic Cataphractorum cuneis haud fissile robur
Enitet, ingenuum sic spiras Celtica verè
Gens animosa, sequax, acerrima rebus agendis,
Sed ducis imperium modo cunctatoris abhorres,
Impatiénsque morae clangoribus excita, ad ipsas
Iussata epulas veluti, festinas ad arma:
Strenuus terribilisque foris, in pace clientes
Continet, aequanimé sque domi studiosa tuetur.
Inclyta nobilitas quanto sublimior, ipsis
Splendida diuitiis, nec non popularibus auris,
Tantò se gerit hac submissius, ac genuinum
Non minus obseruat medii gratiuitate decorem.
Argenaus ea Rambollius indole noster
A teneris fruitur, vegetaque propagine, ab illa
Quam tu saepe mihi laudas heroide, iaulius.
Solim vecordes, sibi ea stolidéque placentes
Nulla praeterea fultos virtute retundit,
Queis gentilitium est inopes deglubere, quósque
Pulsare imbelles, passimque libidine ferri.
Atqui dum diros vertenda ferocia in hostes
Aufugere actutum: siquidem sub acuditur illic
Durior atque domi, cum luctacore doloso
Mitius hic agitur, praestat pugnare sub vmbra.
Ac vereor vicina lues proserpat vbique.
Pars quota nostrorum Solea, Tiberive talitro
Vile pati colaphum censent, nisi porrò pietur?
Nobilius multò fibris haurire cruorem,
Impactúmque semel tristis referire ruina.
Quem non istorum miseretque, pigetque r satius?
Hic mutare iuuat vestem, praetexere culpam,
Quasi magistratus ignoscite scilicet illi
Parcere qui in tantum, saluóque nequiuit honore.
Siccine degeneres inuertitis omnia: nigris
Candida? nequicquam tamen implorabitis aequa
Numina. iure quidem veniam contenditis, at quo
Quid modica fidei dubitat vel barbaro idipsum
Afferat Henrici verò clementia Regis.
Sed vobis suspectus aui hic, patrisque imitator.
Iste sui generis huic hominum infensissimus, artoie
Palladis innexit regn. , doctissimus harum,
Queis fera barbariae, cacóque furentia Marte
Corda cicuraret, disciplinisque scatentes
Aemula Romanis, alerent sua secula plures
Langeos: magis hue sensus inflecteret omnes,

Exemplóque suo Rex humanissimus ille
Quamprimùm regale tulit diadema, quibusdam
Praeteritis odiis velut hunc stimulantibus agrum
In proceres aliquot, priuato scilicet ipsi
Quondam aduersatos: isthaec, ait, Aureliarum
Vlciscenda Ducis nequaquam iniuria Regi
Francorum fuerit, quae vox memorabilis, hócque
Principe digna, patrem pleno sapit ore popelli.
Vera rudimento narretur & altera vestro
Fabula, quae pudeat tanta hic audacia, eodem
Conuicta censore leui ratione furendi.
Fortè lacessitus cùm probris armiger esset,
Aulici, adaequarat ventosa nobilitati
Séque suúmque genus, facinus quod pugio solus
Diluat, ergo iubet coram se sistier ambos,
Atque adeo rixae caussas exponere: iisdem
Perceptis, cuius te dicam seminis? inquit,
Armigerum intuitus: te huic aequiparare quid audes?
Aulicum ei monstrans. here si tamen (excipit ille)
Fas est vera loqui, me quenquam nobiliorem
Neminem eò discerno loci, te demere tantùm,
Regificóque tibi coniunctos sanguine par est.
Nam vos primigena natorum e stipite Noa
Ipse libens fatear deductos: porrò necesse est
Inde referre meum propius genus, éque duorum
Alterutro saltem, quos cum illo totius orbis
Diluuium reliquam sobolem modò fecerat huius.
Tum rex subridens, ita tu verissima profers,
Ac conuersus in hunc, vultum illico contrahit, & tu,
Subiiciens, consanguineus mihi qui sit, eundem
Aequarine tibi permittes? aulica dicto
Hoc inopinato, subito, ast in seria verso
Turba ioco, risu crepitauerit vsque soluto,
Hunc ignobilium Regémque vocauerit, isti
Praeparcius quoniam fores, antiquisque tributis
Quotidie geminum fraudans plebem ipse leuaret.
Floruit hocne minus, validos monisque lacertos
Gallica nobilitas? nemo hactenus vndique fusis
Tot lauros exercitibus tulit, Italia huius
Passa iugum, tremuit circumuicináque tellus.
Quicquid terrarum ex aequo hic ambiuerit, vnus
Plurima ad extremum votorum praelia ducens,
Subiecisse mihi visus, quòd praemia multis
Improuisa daret, quos obriguisse sub armis
Intellexisset magis autem religioni,
Iustitiaeq; suum quòd conseruaret honorem,
Hanc omni ratione tenens. Vltricibus ausis
Praecipuè verò implacabilis. hinc capitones
Cedite proposito, nec Regum obsistite iustis
Imperiis, satius fuerit dimittere fratri
Noxiam, & huic contrà benefacta rependere. quid me
Contemptim toruis oculisque tuemini? eritne
Naturalis, & haec satiabilis vltio, quae vos
Nusquam sollicitos reddet, compunget & hostes
Synderesis acri, penitus magis haec vice torquens?
Sunt CHRISTI paradoxa, sed haec ridebitis vltrò.
Nimirum innebitur si vir bonus acriter in vos.
Hicque suas paribus dictis exaggerat iras:
Qui veluti vestrûm pertaesus, iniuris ob aequè
Turpiter acta, notam viridis tantummodò cera,
Vix equidem lachrymis expressa virentis Oliuae,
Gummosis aliàs vbi vis cohibenda latronum,
Quam posito inducat fastu. caussis quibus ergo

Nobi

Nobilitas amittatur, profiteatur, cámne
Consilium resipiscentis retrahat fugientem,
Cœnobij ingressu vel paupertate prematur,
Et quibus hac exercitijs, num Iudicis? & quo
Ostendit plures defunctos munere reges:
Paonijs? Patronorum? simul Agricolarum?
Non quoque priuatus Procuratorum abolescat,
Aut mercatorum studijs? non sordibus harum
Denique? Mechanicas quas fusius explicat arteis,
Quãq; notans. Trapezita, Telon, Stabularius, Hospes,
Nauta, Caupo, Cocus, Lanio, Piscarius, ac qui
Farris & altilium Pistor, qui aut saccara miscet
Pinea amigdalea'ue nuci, vel salgama condit,
Pharmacopola gula magno sua quique venena
Vendit, Chirurgus, Tonsor, Myropola, Choragus,
Auletes, Tubicen, Cytharœdus, Ludio, Mimus
Scurra, Cybisteres, Agoraus, Schanobatésque,
Pyrrhiacus falsim pugnans, Athleta, Lanista,
Dexter Equiso Celetis, Agaso cisique Veredi,
Auriga, vsurarum interpres, Mangoniiue,
Coisus & duplici qui vestimenta taberna
Sartor, calceolos, aut Sutor ephippia farcta
Tomento fingit, fisis Coriarius hirtas
Qui pelles concinnat aquis, specularia arena
Concocta cineri rutilat Vitriarius, vrnas
Vrceolos figulúsve rotat proplastice adornans,
Qui Textor telas, lanas, peristromata, funes,
Et segetes, vlna nectit, iuncóve palustri,
Infector, Fullo, Phrygio, Lanarius, auri,
Argenti, ferri, stanni, ac cuiuslibet æris
Ductilis hinc, illincque Faber caldarij, & à quo,
Præter bracteolas & friuola, multa suppellex,
Intestino operi aut crasso Lignarius, iussu
Additur & Latomus, cum Materiario, agrorum
Finitor, Mensor, Pictor, Sculptórve, Anaglyptes,
Rhetor, Pædonomus, Phonascus, Ludimagister,
Scriptor, Bibliopola, Librarius, Amanuensis,
Scriba, Notarius, Accensus, Præco, Phylacista,
Tortor, & hunc imitans cum Pollinctore, meraci
Vespillo madidus fletu, pax, id genus omnes
Sortis quique suæ, tum quo sint iure monentur.
Artibus his ne parens natorum Nobilitati
Iamdudum per auos quæsita deroget ipsam
Num rabiem ve status abiectio concomitetur
Sciscitat, adijciens his miscellanea, primam
Quos hic iusto operis finit pars altera verò
Subsequitur fortasse operosior, vnica tuins
Incudem exierat modò pagina, proinde locorum
Quos ibi, vt in reliquis, contexuit ingeniosus
Ne seriem quæras, sed qualem autographo in ipso
Carptim sublegi, authoris meminive relatu:
Quæ cognata ferè hæc prædictis themata tractat.
Qui sint Primigenæ, vocitentur cur ita, queísve
Dotibus existant Natura iure beati,
An, quibus accrescant, & quomodo fratribus, vtri
Ius erit aut solidum, commune aut omnibus harum:
Cui cedi, vendi, præscribi id, & a quibus, & qui,
Post reuocare gradum possit qui cesserit vltrò,
Num patrij arbitrij sit & optio Primigenarum,
An casus, simul exclusa quòd matris ab aluo
Prodierint duo vel plures, alitérve quis horum
Liquerit vtriculum prior ignoretur (id autem
Momento satis est) dubijs at rebus abundè

Consulit, ante ferendique omnes excutit ansas.
Attamen afflictis nec eo in procliue locatis,
Quæ quis præferri specie vt queat, orbiculari
Supprimit inuidiam ratione omniscius author,
Hic quem demirans relegat studiosa iuuentus.
Mystica coccineo exertantis brachia filo,
Huius at insultu subito retracta gemelli
Aemuli, vt inde suo manaret semine IESVS,
Primigena æterni patris alma & Virginis idem,
Humanis scitè iungens diuina recludit.
Quærit adhæc, sadiem rescripto principis inde
Pellere Primigenam loco & exturbare priore
Ingratúmne parens, aliísve obsentibus? allum
Ecquæ à naturam præter virtute tueri
Filius, expellive potest ignauia eodem:
Acceptum referat genitis hoc ius, ánne parenti:
Legitimatus, adoptiuus, qui postea adepto
Natus & imperio genitori, sint're capaces
Istius, ac, sibi nimius propè plurima censet
De Regum, priuatorum contractibus, atque
Inueterata consuetudine, déque statutis
Primæuæ prolis plus gratificantibus æquo:
In quibus obstineant, & quá fiducia iniri,
Dissolui ve queant, interserit, ádque forensem
Sermones varios, quos denique discutit, vsum.
Tandem, vixque sui restincta progrediendi,
Longum opus optatá, seráque coronide claudit.
Occupat hic medium, scribendo nec inuidet illum
Cui magis arrident præsentia secula morem,
Sed quem commodius versatilis ingenij vir
Sat scio præstaret, quadantenus ádque vetusti
Consulto vergit speciem, quo barbariei
Fallas incisata notulis vestigia sparsis,
Ac sensum deuolueret eò quò incautius acta
Gustato meliore cibo, iam non veret hamum.
Si non pressa, tamen tersa est oratio, diues,
Læta, suis faculis, studet inseruire palatis
Omnibus, ac ideo breuitatem sponte remittis
Prosit vt indoctis, nulla hinc fastidia doctis
Vel generans, magis in q; sui trahit hosce stuporem.
Quemlibet vsq; adeo lapidem mouet hinc q; trilinguis
Bibliotheca adfert sacri, q uicquid've prophani
Congeris, ac è vepretis decerpere flores
Sufficit, vt pleno hinc exundet copia cornu,
Fructifero visenda libro, me iudice verum
Quippiam et desit, corrugas licet ne frontem
Desidiose? moras sed enim causaris inanes.
Instares precibus reditum timidissime? quid te
Nondum ampullarum isthic tæduit atque stropharum
Huc demum cursu delatus & ipse secundo
Suppleres, quòd abesse modo ex tot contigit vni,
Carminibus mirè graphicis hac buccina amicum
Laudari, pingive manu delectat Apellis.
Qualiter hunc Flaccum prædoctus acumine vocis,
Illinc inflato pulmone referre Maronem,
His dum animo indulges hinc, illinc tristia narras,
Quæ mihi si superis placet, emendanda, nec antè
Iussisti luerem, licet hunc condicta Draconis.
Illudis: quid ni? sic verbis cuncta geruntur,
Si mihi visa ratis submersa, Philoxenus vnà
Fluctibus Eridani, sabulo, contectus & alga.
Sic mihi contusum nimia formidine pectus.
Huc redeunti igitur properè, data namque facultas

Ista tibi, nisi me studiosi præsidis, arcta
Prorsus amicitiaq; Fabri scriptura fefellit,
Exiguo tantum hunc tractu credere oportet.
Hinc te mulus, equúsve gradarius ad iuga recta
Collis, conualles Gratiásque reuexerit, vllus
Ni metus ingruerit medijs Insubribus aruis,
Quod Deus auertat. tum vero hac linque sinistra,
Rhetica per Venetas vrbésque cacumina pande,
Continuo Rheni transiauis finibus oram
Heluetiæam peragres ad commata fœda Lemani:
Indéque digressum te Regni limina sistent.
Hac, maior quanquam est erratio, prætereundum,
Vestigas noquando viæ compendia, vita
Feceris incolumis mature veneris, ordo is
Conspicuus passis reducem te exceperit vlnis.
Nec tam durus ero tibi creditor, exigat alter
Quas operas decimo detrectet mense diurnas,
Plurima subducam rationibus, ocia queis te
Morigerum externis decuit regionibus esse,
Compareatam morbóque tuo, quo tribus & ipse.
Postremo submœsta tuis ambagibus vxor,
Nulla se dimmittens placida friguscula menti,
Nec se delusóm totos frustrata queretur.

ADRIANVS DRACVSANVS
Tiraquello Collegæ amicissimo.

Cato maior. *Omne vetustate vt vinum non semper acescit,*
Omnis sic ætas haud senio adficitur.
Improbus iste labor tuus hæc nos dicere iure
Cogit, & ætatis robora suspicere.
Nil equidem præter canos agnosco senile:
Sed nec canescit dictio, nec ratio.
Illa ferent nunquam senium, nam si pedem haberes
In tumulo, velles scribere vel legere.

IOANNIS DE GVELLIS VAlentis, Regij in magno consilio Senatoris.

Pompon. in l. apud Iulianũ. ff de fideicom mis. liber.
Clari militia domique quondam,
Illustrésque viri fuere plures,
Quorum, quamlibet elegans fuisset
Vita tua, amplior elegantiorque
Et fœlix habita est magis, virorum
Laudes quod retulit celebriorum:
Hinc gaudet sibi Næuianus Hector
Laudato a patre contigisse laudem.
Fœlicem quoque ter quatérque Achillem
Censebat Macedo Imperator, illi
Præconem quod habere bellicarum
Rerum, Mæoniden datum poetam.
Sic à Luceio suo probari
Scriptis Tullius expetebat, ob res
A se Consule & hinc & inde gestas.
Se ornatum quoque Plinius fatetur
Paucis hendecasyllabis fuisse,
De ipso quos cecinit, suisque chartis
Facundo dedit ore Martialis.
Præstare officium hoc tibi merenti
In magno hoc opere & laborioso
Quam vellem Tiraquelle, paginásque
Commendare tuas satis superque.
Per me accedere plenior valeret
Ad laudem vt cumulus tuam? Quod ipse
Quando tam tenui assequi camæna
Non possum, veniam dabis: nec istas
Laudes hac iuuat inuenusta Clio,
Sed musa est opus eloquentiore,
Qua tot pro merito sonare dotes
Possit. Longè igitur tacere præstet
Me, quam pauca loqui indecenter: & sic
Non lucem addere, sed magis tenebras
Contingat titulis tuis amicum.
Nam quis nobilium hactenus virorum
Leges edocuit magis perite?
Vera aut nobilitas minúsque vera
Quæ censenda, quibúsve, quótque iure
Est quærenda modis, potéstve perdi?
Quæ artes nobilitant, gradúque pellunt
Sublimi artificem, infimaq; reddunt
Plebi? Denique quis, patris honorum
Primò quæ genus sibi arrogare
Pridem iura solent, originésque
Illorum notat aptiùs, per æuum
Dudum præteritum, atque nationes
Multas? materies tibi ergo nulla
Maior gloriæ erit petenda, quàm si
Lectorem fueris adeptus æquum, &
Acris iudicij, ac proinde tanti
Quantum est, ingenium tuum æstimantem.

Iacobus Veriusius Regius in curia Parisiensi Consiliarius, de Tiraquello trium iam librorum authore.

Qui sua coniugiis prescripsit iura, modósque
Diuite queis maneant integra iura domo,
Nobilium nunc iura docet, priui & genitorum:
His tribus vna domus sit bene composita:
Tranquilla ex primis & sancta, opulenta secundis,
His, certa & stabilis legibus, efficitur.

Idem Ad eundem.

Nobilium Tiraquelle doces quod stemmata, prodis
Corporis & genij nobile quicquid habes.
Quæ sola est generis sileat fucata deinceps
Nobilitas, mores ni genus exuperent.
Per te quæ vera est, & quæ simulata, docemur,
Et genus & mores hæc monumenta docent.

AD LECTOREM ROBERTI DE Pelleue olim Abbatis à Sancto Fromondo, nunc episcopi.

Indoctum cùm te & cæcum natura crearit,
Exorta tibi nunc Pallade lumen adest:
Quicquid in immensis Latia Graiaq; Minerua
Artibus est, Sapiens hoc Tiraquellus habet.
Ergo magna homini debetur gratia, Lector,
Qui menti præfert lumina tanta tuæ.

F. Theobaldus Molitor Generalis ordinis S. Trinitatis, Andreæ Tiraquello.

Antequàm librum de Nobilitate dedisses,
Nomen inane mihi nobilitatis erat.
Et quanto se quis titulis magis vsque ferebat,
Hoc equidem cordis rebar habere minus.
Nunc contrà neque res maior, neque dignior vlla
In terris vera nobilitate mihi est.
Extra oratorum Andrea Tiraquelle figuras
Nobilitas libro est nobilitata tuo.

Eidem.

Scriptores omnes Latij, Graci, atque Hebrei,
Quos infinitus vel numerare labor:
Hoc vno in libro de Nobilitate leguntur,
Andrea tuus est Bibliotheca liber.



CHRISTOPHORI THOVANI PARISIENSIS IN ILLO AMPLISSIMO ORdine præsidis, de Andreæ Tiraquelli Senatoris Iurisperitorum Eloquentiss. & eloquentium Iurisperitiss. Scriptis & Commentariis in lucem æditis Sylua.

Scriptorum genus omne, petit nemus, & fugit urbem:
Et quæ scribuntur, secessum, atque ocia quærunt
Scribentis, qui totus in hoc incumbat, in hoc sit.
Ocia nulla minùs cui sint, quàm cùm ocia captet.
Vrbe tamen media, medijs in fluctibus, inter
Litium inhorrentes scopulos, strepitusq́; forenses,
Lites S[t]lantum studia importuna, quietem,
Horásque has interrumpentia, sed meliores
Interpellatorum aditus, reditusq́; frequentes,
Et matutinas, vespertinasq́; querelas
Hostia pulsantum, queis nec mens, nec ratio vlla est.
Tempora vtı saltem legere apta, & idonea possint
(Tanta est vincendi cur e omnibus insita nobis)
Singula quæ totum valeant retinere Quiritem
Nil aliud prorsus meditantem, vel facientem.
Qui patriæ fueras positus modò villicus vrbi
Parua antè (vt quondam magnū decus vrbis Vlysses)
Nunc in supremo superillustríque senatu
Parrisianorum Francisco à rege vocatus,
Sysiphium saxum recidiua mole reuoluens,
Dum pertractandis totum exples litibus annum
Ille in perpetuo certamine diuitiarum:
Vis tribus absoluam de te quod sentio verbis.
Omnium homo horarum (sic te Deus adiuuet) vnus
Ausus es æternum factura volumina nomen
Edere, & in vulgus dimittere, quæ studiosè
Omne forum, scholæ tota legat, legat omne tribunal.
Et relegat miro candore, & honore, & amore,
De fæce authorum purum qui colligis aurum,
Dum prodesse cupis, dum delectare legentem,
Dum simul & iucunda, & idonea scribere, dum vis
Languentem stomachum vario recreare sapore:
Dum desyderio lectis maiora legendi,
Et meliora, reposta, recondita: dum peregrina,
Abstrusa in venis silicis velut, obuia paucis,
Suspensos animo semper sitiente moraris,
Quò plus sunt poti, suauis dulcedine fontis,
Quos non offendit nouies, decies repetita
Lectio, principijs oculo properante relictis.
Et finem optantibus finem expectantibus ipsum.
Porrò prudenti, cognoscenti, atque scienti,
Pauci post cineres quod habent, tibi contigit vni
Tanto, & tam magno vt viuens in honore habearis.
Tanto exquiraris studio, relegaris, ameris.
Fortunate senex, ergo tua scripta manebunt.
Nec tibi magna satis dum animo maiora capaci
Concipis, intento studijs & rebus honestis,
Tempusq́; omne vacans studio, perijsse putantis
Deficere, & mauis quàm desinere. Ergo age perge,
Perstr & obdura, quondam hæc scripsisse iuuabit.

Eiusdem.

Iurisconsultis quenam te ipse ascribere possim,
Non video: quare tu mihi celsus eris.
Et cur non celsus? virtus quem ad sydera tollit
Summa, voluminibus nobilitata tuis.

Eiusdem ad candidum Lectorem.

Nemo minùs solus, quàm quando est solus: & ipsi
Ocia quàm cum sunt, ocia nulla minus.
Quàm verè à nostris dictum maioribus hoc sit,
Nobile & egregium testificatur opus
Andreæ Tiraquelli illius, quem bene nostri
Ocia communi distribuisse bono.
Cúmque suam posset rem tractare, ocio in alto,
Publicæ priuatæ præposuisse rei.

Hactenus.

ANDREAE TIRAQVELLO consiliario regio Claudius Coterius Canonicus Parisiensis.

Cùm similem faciem mater natura dedisset
Omnibus, ac nihilo plus sibi, plúsue malis:
Lex, ac arbitrium fecit cum tempore, vt iret
In lucem adficto nomine nobilitas.
Quid tu his figmentis vetulus, pleaisque dierum
Naturam impugnans hæc simulachra lauas?
Addo etiam, si quis vacuus virtutibus extat,
Is genus ac atauos, & monumenta petit.
Quis sine auis natus? nemo: mutatio causa est,
Casus amicorum ne hos numerare queant.
Posterius, prius hic genitus, quidnam istud ad æquum,
Atque bonum? dicas, qui prior, is melior?
Naturā, quæ æqua est describe, & stemmata linquas,
Quæ in fumos abeunt, illa perire nequit.



IACOBVS FILLELLVS TIRAQVELLO, QVOD CVM AB EO EDITA OPERA PLVRIMVM ILLVSTRES VIRI GRATISSIMI ENcomiis prosecuti sint, ipse illi omnium hominum deuinctissimus nihil cecinerit, & adhuc taceat prodeuntibus eius de Nobilitate commentariis.



Turpe licet potiúsque nephas pietate vel vllis
Officiys in te quenquam spectare priorem
Arbitrer, vt longe tibi qui plus omnibus vnus
Debeo, nulla tamen laudatrix linea per me
Proscribus stabit: nam cuncta multa legentur,
Quaelibet arguti superare volumina laudes
Qui neget? at sanctus soleo quos rebus honores
Pendere, te supplex semper tacitusq; verebor.

IN AND. TIRAQVELLI SEnatoris, De Nobilitate i[illegible]rum, Ode incerti authoris.

Heus quotquot estis, nobili qui stemmate
Gaudetis illustr[illegible]
Vos exequendis sine iussis principum,
Gradiuus irretit Leui:
Gratus sororum seu chorus Aganippidum,
Canora gestans nablia:
Seu quatiendis eloquentia reis,
Seges adolescit aurea:
Adeste laeti, paginámque sugite,
Versate, docti quam senis
Labore magno, honore non sine maximo,
Pia laborarunt manus.
Illinc auita iura claritudinis,
Fas luculenter promere.
Quae diuidunda haereditas perperam,
Satis supérque commoda est.
Insigniendus tamen honore filius,
Languens & efficax parum,
Foedus auorum si sceleribus nomina
Distinctus inficis nepos.
Haec Tiraquelle commode dum cogitas,
Ac eleganter disseris,
Scis doctiorum quid virorum libero
Sis consequuturus calculo?
Hoc illud, vt te neminem mage nobilem
Aequi atque iniqui intelligant.

Εἰς Ἀνδρέαν Τιρακυέλλον τὸν ἐν τῷ κορυφαίῳ τῶν παρισίων γερουσίᾳ βουλευτὴν Σιμ. Βαλδ. Ἐπίγραμμα.

Θάμβον ἔχω Λακεδαίμων φαιδρὸν ἐρῶσα Λυκοῦργον,
θαῦμα τ᾽ Ἐρεχθείδαις εἵνεκα Σόλωνος.
Θεσπεσίως νομικὸν τ᾽ Μίνωα ὕμνεε Ῥώμη,
ὑμνεῖν ... κύδεα καὶ μέροπων.
Ἀλλ᾽ ἦν ἐγχείρησιν τούτοις δολιχὸς χρόνος ἤδη
Τοῖς δ᾽ ἄν σε πρόκριτον πᾶσι περιφραδέως.
Οὔτ᾽ Ὀυάρρων ... τελέσειεν, τὰ
πρῶτα φέρει, μᾶλλον δ᾽ ἰυτρ᾽ ἐκεῖν γε λάβοι.

IN COMMENDATIONEM tituli de Nobilitate, Aegidii Baldii carmen ad Lectorem.

Iam tria continuis monumenta laboribus author
Edidit, ingenii symbola certa sui.
Quem reuocare datum, quem vti vtroque Retractu,
Nec non connubii propria iura docet.
Hinc prodit nullo moriturum tempore nomen,
Linuaq; simul nobilitatis honos.
Quo fit vt aethereum penitus spirante camoena
Nunc maiora senex, nunc meliora canat.
Scilicet hic quartum faelici numine foetum
Parturit, Heroum munera cuncta notans.
Quem cum perfectum numeris velit omnibus esse,
Et vera statuat nobilitatis opus:
Huc animos appelle, simul circunspice, lector,
Materia titulum cum grauitate parem.
Nec mirare prius, plebem ve secutus, ad astra
Nobilium tollas stemmata clara virûm:
Quàm te participem & doctum Tiraquellus abunde
Huius facundo fecerit ore rei.
A quo Nobilium quae sint primordia, quid sit
Inclyta Nobilitas, vnde paretur, habes.
Huius enim conquirendae sententia certa
Nequaquam doctis omnibus vna fuit.
Si tamen in triplici virtutem classe bonorum,
Praecipuum statuas obtinuisse locum:
Nec qui diuitiis pollet, vel corpore sanus
Nobilis accipiat nomina iure viri.
Te censore tulit tanta haec sibi praemia virtus,
Soláque sublimes promeruit titulos.
Non igitur quibus est tantummodo nomen auorum,
Nec quibus affluxit copia diues opum,
Haec sibi constituent insignia: sed quibus extat
Publica militia, & res bene gesta domi.
Hi tibi διογενεῖς καὶ διοτρεφεῖς reputentur.
Quorum sunt magno proxima facta Ioui.

NOM



NOMENCLATVRA ALPHABETICA
AVTORVM IN HOC OPERE CITATORVM PRAE-
ter legum & canonum interpretes quos vix numerare posses.

*A*Bachuc propheta.
Acron Horatij interpres.
Actus Apostolorum.
Actius poeta antiquus.
Adrian' Florētinus Papa Theolog'.
Aegesippus historicus.
Aegidius Romanus.
Aelianus.
Aelius Lampridius.
Aelius Spartianus.
Aemar Astrologus.
Aemilius Probus Historicus.
Aeneas Platonicus.
Aeneas Siluius, Pius Papa dictus.
Aeschines.
Aesculapius.
Aesopus.
Aetius medicus.
Affranius poëta antiquus.
Agapetus.
Agathius, aut vt alij appellant, Agathias.
Agathocles.
Aggeus propheta.
Albertus Crantius.
Albertus magnus.
Alcimus Sieulus.
Alcinous Platonicus.
Alciphron Menandrius.
Alcisius Mundella.
Alcmeon.
Alexander Aphrodiseus.
Alexander Halez Theologus.
Alexander Trallianus medicus.
Alexāder alius qui de philosophorū successionibus scripsit.
Almansor Astrologus.
Diuus Ambrosius.
Ammianus Marcellinus.
Ammonius Platonicus.
Amos propheta.
Amphicrates.
Anapandrides Comicus.
Anaximenes.
Andreas Thurinus medicus.
Androcides.
Angelus Clauasius Theologus.
Antiphon.
Antonius Beniuenius medicus.
Antonius Codrus Vrseus.
Antonius Constantius Fanensis.
Antonius Florentinus Theologus.
Antonius Guarnerius medicus.
Antonius LudouicusOlyssiponensis.
Antonius monachus Graecus Theol.
Antonius Nebrissensis.
Antonius Panormita.
Aomar astrologus.
Aphthonius declamator.
Apocalypsis.
Apollodorus Atheniensis.
Apollodori interpres.
Apollonius Rhodius.
Apollonij ipsius interpres.
Appianus Alexandrinus.
Apuleius Madaurensis.
Apuleius Celsus medicus.
Archias poeta Graecus.
Archigenes medicus.
Archilochus poeta Graecus.
Ariphron Sicyonius.
Aristides Milesius rerum Italicarum scriptor.
Ariston medicus.
Aristophanes poeta Comicus.
Aristophanes alter qui librum de Meretricibus scripsit.
Aristophanes.
Aristoxenus.
Arius Tharsēsis.
Arnaldus Villanouanus medicus.
Arnobius Theologus.
Arrianus historicus.
Artabanus.
Artemidorus Daldianus.
Asclepiades medicus.
Asconius Pedianus.
Asinius Pollio.
Astydamas poeta Graecus.
Athalaricus Gothorū rex ex ipsius epistolis.
Diuus Athanasius.
Athenaeus Naucratita.
Athenaus alter medicus.
Auenzoar medicus.
Auerrois.
Auicenna.
Diuus Augustinus.
Augustinus Anconitanus Theolog.
Augustinus Eugubinus.
Aulus Gellius.
Aurelius Victor historicus.
Ausonius.
Author Allegoriarū in Hesiodum.
Author libri Zeror Hammor.
*B*Aleus Sudonolcas.
Baptista Fulgosius.
Baptista Mantuanus.
Bardesanes Syrus.
Barptolomeus Facius.
Barptolomeus Martianus.
Baruch propheta.
Basilides.
Basilius Magnus.
Bebellus. Beda.
Bernardus medicus Florentinus.
Beroaldus.
Bertrucius Bononiensis medicus.
Blondus. Boetius.
Bocatius.
Budaeus.
*C*Aesar.
Caius Titus Probus.
Calcedonius.
Callimachus poëta Graecus.
Callisthenes ex libris rerū Macedonicarum.
Callisthenes idem aut alius ex libris de Venatione.
Callistratus.
Calphurnius Terentij interpres.
Campanus.
Campegius medicus.
Capito Atteius.
Carolus Valigulus.
Cassiodorus.
Cassius Heminia.
Cassius historicus.
Cassius medicus.
Castalio.
Cataneus interpres Plinij Secundi.
Cato Censorius.
Catullus.
Celius Aurelianus.
Celius Rhodiginus.
Celsus Aphricanus.
Censorius.
Chameleon.
Cheremon tragicus poëta.
Chilon vnus ex septem sapientibus.
Christophorus Landinus.
Diuus Chrysostomus.
Cicero.
Claudianus.
Claudius Quadrigarius.
Cleantes.
Clemens Alexandrinus.
Diuus Clemens.
Clysticus poeta.
Collutius Pierus Salutatus.
Columella.
Concord. Bibliorum scriptor.
Conradus Gesnerus.

Constan



TABVLA CAPITVM PRIORIS PARTIS HVIVS OPERIS QVAE DE NOBILITATE EST.



TABVLA CAPITVM ET QVAESTIONVM POSTERIORIS PARTIS,

quæ est de iure Primigeniorum.

prim

FINIS.



DE NOBILITATE, ET IVRE PRIMIGENIORVM.

Qui de Nobilitate scripserunt. CAP. I.

1 

E Nobilitate plurimi & antiquorum, & recentiorum, tam nostratium (ita voco nostros, Iuris interpretes) quàm externorum scripserunt, nonnullisque eorum libris priuatim in id editis. Ex exteris quidem Diogenes Babylonius, Metrodorus Atheniensis Epicuri discipulus, & Aristoteles Stagirita, quilibet librum vnum, vt de primo tradit Athenæus, qui illum citat ex libris de Nobilitate, lib. 4. c. 21. de cæteris duobus Diogenes Laërtius, scilicet de Metrodoro in vita Epicuri non semel, de Aristotele in vita ipsius. Quanquam Plutarchus in Aristidis vita videtur subdubitare an liber, qui de nobilitate inscribitur nomine Aristotelis, sit ipsius. Philo ille Iudæus, de quo, vt D. Hieronymus scribit in catalogo scriptorum ecclesiasticorum, vulgò apud Græcos dicitur ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει, libellum vnicum de Nobilitate scripsit, qui etiam non extat. Plutarchus duos libros fecit, alterum pro nobilitate, alterum contra nobilitatem, ex quibus citatur à Stobæo Ser. 84. & Ser. 86. Ex recentioribus Dantes Florentinus in ea cantilena, cuius initium est, *Le dolze rime d'amor*, cum commentariis doctis. Rodoricus Zamorensis, qui in lib. 1. eius operis cui titulum fecit, Speculum humanæ vitæ, quatuor capita integra de hac re fecit, scilicet 5. 6. 7. 8. Poggius Florentinus, Felix Paleolus, libros vterque proprios. Platina, Clitoueus, Bonagardus Pistoriensis, Xystus Betuleius Augustanus, omnes hi de vera nobilitate, Io. Gerson, Franciscus Patricius in lib. de institutione Reipublicæ 6. cap. 1. Et vt nouissimè, ita eloquentissimè omnium, quorum libros vidimus, Hieronymus Osorius Lusitanus de nobilitate ciuili libros duos, & de nobilitate Christiana libros tres.

2 Ex nostratibus, omnium primus (quod ad posteriores venerit) Bart. in l. j. C. de dignit. lib. 12. multa de ea re in vnum veluti corpus congessit. Deinde Io. Ray. apud nos non infimi hominis, cuius liber est hoc tit. de Nobilitate. & Cepola in tract. de Imperatore militum deligendo. & Barb. in repet. extrauag. volentes. Anton. Corset. in repet. c. grandi. de supplen. neglig. prælat. lib 6. Pet. Arribolus in suo tract. de munerib. circa 20. char. Bonus Curtilius, qui librum etiam de nobilitate inscripsit. Et quisquis est, qui primus, vt opinor, gl. in regulas cancellariæ Innoc. 8. & Iulij 2. edidit, qui & in id librum peculiarem scripsit, vt ipse refert in 2. parte regulæ ipsius Innoc. quem tamen nondum vidi. Et nescio quis Bonartilius, qui quæstionem de nobilitate disputauit ad principem Montisferrati, vt refert D. Bened. in repet. c. Raynutius, in verbo, duas habens filias, num. 132. sed eam mihi videre non licuit. Et nouissimè Barpto. Chasse. in Catalogo gloriæ mundi in 8. parte. Et Ludouic. Gomes. qui & libellum de Nobilitate scripsit, in quo decidit sex quæstiones, vt ipse refert in comment. regularum Cancellariæ in parte 3. regul. Iulij Papæ 2. Horum id præcipuum institutum est, vt doceant, quid sit nobilitas, vnde primùm manarit, quot sint eius species, ad quos progrediatur, quæ sint ipsius priuilegia, quando, & quibus modis amittatur.

Externi scriptores nobilitatis.

Unde, & cur nobiles ita vocantur, & de aliis eorum appellationibus, & quæ inde sequuntur. Cap. II.

Nobilis, et nobilitas vnde, & quare dicuntur.

3 ILlud autem primùm scire oportet, nobiles à noscendo dici, veluti noscibiles: & nobilitatem tanquam noscibilitatem, vt ita loquar, præ cæteris notam, claram, illustrem, apertam,

Nobilis pro noto.

ſpectabilem, conſpicuam, vulgatam, atque hominum ſermone celebratam. Nam & ita nobilem, quem per G, Gnobilem ſcribebant, accipi, & nobilitatem tradunt, multiſque antiquorum ſcriptorum teſtimoniis probant Feſtus Pompeius, & Nonius Marcellus. Et inter alios Plautus in Pſeudolo,

— Cum ijs mihi
Nec locus nec ſermo conuenit, ijs nunquàm nobilis fui.

Quibus addere potes illud Ciceronis in Paradoxis, Lapſa eſt ipſius libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quàm ſi petulans fuiſſet in aliqua nobili virgine. Vides enim illic opponi ignotã nobili. Et in oratione pro L. Flacco, Dubitabitis iudices, quin ab hoc ignotiſsimo Phryge nobiliſsimum ciuem vendicetis. Et in ſecunda in Verrem actione, vbi huc alludens ita ſcribit, Proponit inania mihi nobilitatis nomina, qui non tam me impediunt, quòd nobiles ſunt, quàm adiuuant, quòd noti ſunt. Illud quoque Virgilij lib. 7. Aeneid.

Eſt locus Italiæ in medio ſub montibus altis,
Nobilis —

Quid enim ea dictione voluit ſignificare, declarauit verbis mox ſequentibus, vt illic etiam annotat Seruius,

Et fama multis memoratus in oris.

Cui germanum eſt illud Ouidij lib. 3. Amorum, Elegia 6.

Quid ſi legitimum flueres, ſi nobile flumen,
Si tibi per terras maxima fama foret.

Nam & illic cur nobile dixerat, ſequenti verſu declarat. Et illud Horatij lib. 2. Serm. Satyra 3.

— Par nobile fratrum.

Quo loco Acron interpretatur nobile, id eſt, notum, famoſum. Martialis lib. 10. Epigr. 26.

Vare Paretonias, Latias modo ritè per vrbes
Nobilis, & centum dux memorande viris.

Sed nullus locus ad eam rem apertior, quàm ille Plinij lib. 4. c. 12. Artemiſio aquis calidis nobilis, notior tamẽ marmore. Ex quo & Deut. 1. c. vbi in Hebræo dicitur וידעים irduhim, id eſt cogniti, interpretes verterunt nobiles, Tuli de tribubus veſtris ſapiẽtes & nobiles. ita enim intelligit Franciſcus Georgius de Harmonia mundi, Cantici 1. tono 4. c. 7. quanquam Eugubinus & Caſtellio non in paſsiua ſignificatione, ſed in actiua accipiant: pro iis ſcilicet qui cognoſcunt & ſciunt, & habent rerum peritiam. quod & Septuaginta interpretes intellexerunt, cùm eum locum ita verterint ἄνδρας σοφοὺς, ἐπιστήμονας, συνετούς. Ideo Caſtellio peritos vertit. Sed vtcunque ſit, ex eo quod diximus nobilem pro noto accipi, fit vt nobilitare pro notum facere vſurparit Plinius in proœmio lib. 23.

Ignobilis pro ignoto.

4 Sicque etiam è contrario ignobiles pro ignotis antiqui intelligebant. Plautus in Amphitrione,

Nunc quando ego ſum, vapulabis niſi hinc abis ignobilis.

Et in Pſeudolo,

Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.

Virgilius Eglo. 9.

Si valeam meminiſſe, neque eſt ignobile carmen.

Et lib. 7. Aeneid. de Hippolyto,

Solus vbi in Syluis Italis ignobilis æuum
Exigeret —

Vbi Seruius, ignobilis (inquit) non vilis, ſed ignotus. Neque enim, vt id illi adiiciam, pro vili, ſiue ignobili in vulgari ſignificatione poſſes illic rectè intelligere, cum Hippolytus eſſet admodum nobilis, vtpote qui filius Theſei regis Athenienſium, & qui è genere deorum erat, Aegeus enim & ipſe rex, quem Neptuni filium fuiſſe ferunt. At Iſocrates in Helenæ encomio ſcribit Theſei patrem fuiſſe Neptunum. Tullius autem lib. 2. Epiſtolarum ad Q. fratrem, vocat Commagenum regem ignobilem, quaſi diceret, non admodum cognitum, celebrem, famatum. Vti Horatius lib. 1. Sermo. Satyr. 6. paulo poſt princ. regnum ignobile, de quo ſcilicet non multus eſt ſermo populis. Apuleius lib. 5. Metam. poſt prin. ignobilem maritum Pſyches vocat Cupidinem, quoniam ſcilicet ei ignotus erat, non quòd aliàs ignobilis eſſet. Auſonius in epiſtola ad Symmachum, Latebat inter nugas meas libellus ignobilis. Cornelius Tacitus lib. 12. Ne Romæ quidem ignobile Caractaci nomen erat. Aulus Gellius libro noctium Atticarum 17. c. 2. Arboreta ignobilius verbum eſt, arbuſta celebratius. Quibus verbis planè declarat ignobile, & celebratum eſſe, veluti contraria. Et hoc omnium apertiſsimè declarauit Epiphanius in traductione Theodoriti hiſtoriæ, de Oſio loquentis in tripertita hiſtoria apud Caſsiodorum lib. 5. c. 16. Non enim (inquit) ignobilis, ſed omnibus noſcitur eſſe notiſsimus.

5 Húcque ignobilitas pro innotitia (ſi ita fari liceat) apud Plinium lib. 34. c. 8. Artifices, qui compoſitis voluminibus condidere hæc, miris laudibus celebrant, & Telephanem Phoceum, ignotum aliàs, quoniam in Theſſalia vbi habitauerat, latuerint opera eius: alioquin ſuffragiis ipſorum æquatur Polycleto, Myroni, Pythagoræ. Laudant eius Lariſſam, & Spinarum Pentathlon, & Apollinem. Alij non hanc ignobilitatis fuiſſe cauſam, ſed quoniam ſe

regum

regum Xerxis atque Darij officinis dediderit, existimant. Vides ibi, ignotum: deinde ibi, latuerint opera. Postremò, ibi, hanc ignobilitatis causam, &c.

6 E diuerso autem ignotos pro ignobilibus vsurpauit Virgil. lib. 5. Aeneid. *Ignoti pro ignobilibus*

—Et classe subegit
Amissa, socios ignota linquere terra.

Ignotæ igitur, id est, ignobili, vt interpretatur Seruius. Nam Troianis de quibus loquitur, ignota non erat, ad quam iam bis venerant. Sed & ad id quoque refert illud eiusdem, lib. 4. Georgic.

—Nam sæpe fauos ignotus adedit
Stellio. Quo etiam in loco idem Seruius interpretatur ignotus, ignobilis, vel ex improuiso veniens. Horatius in eadem illa Saty. 6.

Non quia Mecœnas Lydorum quicquid Hetruscos
Incoluit fines, nemo generosior est te.
Nec quòd auus tibi maternus fuit atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint,
Vt plerique solent, naso suspendis adunco
Ignotos, vt me libertino patre natum.

Et alibi quoque in eadem Satyr. opponit ignotos generosis,

Sed fulgente trahit constrictos gloria curru
Non minus ignotos generosis. Rursúmque,
Quo patre sit natus, cum ignota matre inhonestus.

Et Valerius Maximus lib. 9. c. 7. in prin. Nec oportere clarissimæ familiæ ignotas sordes inseri. Illic etiam clarissimam familiam vocat pro nobilissima, vt dicemus infrà. Igitur nobilissimæ familiæ opponit ignotas, id est, ignobiles sordes. Et Suetonius in Tiberio, c. 42. Ignotissimum quæsturæ candidatum nobilissimis anteposuit, ob epotam in conuiuio, propinante se, vini amphoram.

7 Ex quo & illud, vt cum ignobilem quempiam significare volumus, his verbis vtimur, nescio quis, vel qui, siue quidam simpliciter. Nam Donatus interpretans illud Terentij in Hecyra, Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo, Mirè (ait) contempsit personam dicendo, Nescio quo, vt ostendat ignobilem. Nam si nomen illi est, habet & dignitatem: vt *Nescio quis & quidam pro ignobili.*

Et nos aliquod noménque decúsque
Gessimus.— Qui locus, vt illi id addam, est Virgilij lib. 2. Aeneid.

Idé quoque Donatus enarrans etiam illud eiusdem Terentij in Adelphis, Quædam mulieres, &c. Nam quædam (inquit) dicit, vt ignobiles demonstrarentur. Et in Eunucho illud quoque interpretans, Quod quidam facit. Contemptum (ait) indicat hoc verbum. Quibus adstipulatur illud Ciceronis in Oratione pro Sexto Roscio Amerino: Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt.

8 Et hinc quoque apud Græcos ἀνώνυμος, atque etiam νώνυμος dicitur, qui sine nomine est, & qui ignobilis est & obscurus, quíve à nullis, aut paucis noscitur. Homerus lib. Odys. 1.

οὐ μέν τοι γενεήν γε θεοὶ νώνυμνον ὀπίσσω
θῆκαν.

Non enim progeniem dei ignobilem in posterum *Posuerunt.*

Et lib. eiusdem operis 12. iterúmque 13. & 14.

Νωνύμνος ἀπολέσθαι ἀπ' Ἄργεος ἐνθάδ' Ἀχαιούς.

Et rursum eod. lib. 13.

—Οὐδέ τι λίην
Οὕτω νώνυμός ἐστιν, ἴσασι δέ μιν μάλα πολλοί. id est, ad verbum,

—Neque enim valde
Sic ignobilis est, norunt autem valde multi.

Quasi id dicat, Neque enim adeò obscura terra, quin eam multi norint. Et hinc illud Virgilij lib. 9. Aeneidos, *ἀνώνυμος & νώνυμος pro ignobili.*

—Ac multam in medio sine nomine plebem.

Plebis enim appellatione intelligi vulgus ignobile alibi ostendemus.

9 Sed & hinc quoque fit, vt nobiles claros vocemus, ignobiles contrà obscuros. Nam de ptimo Virgilius lib. 1. Aeneidos, *Clari dicuntur nobiles.*

Troianóque à sanguine clarus Acestes.

Et Horatius lib. 4. Carminum, Ode 6. lib. Sermo. 1. Saty. 5.

Virginum primæ, puerique claris
Patribus orti.
Messi clarum genus Osci. Et Saty. 6. eiusdem libri,
Non ego me claro natum patre. Et paulò post,

Non patre praeclaro, sed vita, & pectore puri. Itémque ibi,
Quòd non ingenuos habeat, claró sque parentes. Ouidius lib.1.Fastorum,
Hinc fuit Euander, qui quanquam clarus vtroque,
Nobilior sacra sanguine matris erat.
Et in epistola Helenæ ad Paridem,
Clara domus satis hac nobilitate sua est.
Et rursus Herûs ad Leandrum,
Nobilis ille quidem est, & clarus origine.
Et Statius lib. Syluarum 3. Sylua 3.
Non tibi clara quidem senior placidissime gentis
Linea, nec proauis demissum stemma.

Clarũ genus. Clarus natalibus. Clarus sanguis. Clara propago. Clara progenies. Clari parentes. Clari natales.

Valerius Maximus lib.5.c.9. Idem fecit clari generis, magnæ'q; dignitatis vir Fuluius. Et Plinius Iunior lib.8. epistolarum ad Rufinum, epistola incip. falsum est, Mulier (inquit) natalibus clara, moribus proba. Et Liuius lib.9. ab vrb. cond. Clarus genere, & factis. Et apud Senecam in Octauia, actu.1. Sanguine claro genitus. Et, Genere claro tumens dicitur. Hincque Lucretio lib.1. Clara propago dicitur. Et Virgilio lib.5. Aeneid. Clara progenies. Et Lucano lib.10. Clarissima proles. Et clarissima familia Valerio Maximo lib.9.c.7. vt diximus suprà nu.6. Et Plinio lib.18.c.3. ad fi. Clarissima gens, in eodem significatu. eod. lib.7.c.53. Et clara stirps Suetonio in Augusto c.4. Et Tacito li.11. Clari parentes, Claudius Cæsar in numerum patriciorum adsciuit vetustissimum quenque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Et li.12. Claris maioribus ortus. Et li.18. Sed procurator aderat Cornelius Fuscius vigens ætate, claris natalibus. Et Iustinus li.1. Hoc responso perterritus neque claro viro, neque ciui dedit filiam, ne paterna mater, neque nobilitas nepotis animum extolleret: sed de gente obscura tunc temporis Persatum Cambysi mediocri viro in matrimonium tradidit.

Clarus & nobilis.

10 ¶ Ex quo nonnunquam clarus, & nobilis à bonis authoribus copulantur. Tullius in oratione pro Rabirio Posthumo, Clarus & nobilis vir. Et in oratione pro M. Cælio. De Cognatorum sententia nobilissimorum & clarissimorum hominũ manumissi. Et pro C. Ligario, M. Marcellum vocat hominem nobilissimum & clarissimum. Et in Philip. 2. L. Domitium. Et in oratione de Aruspicum responsis non semel alios. Et in Paradoxis, Quæ est ista seruitus tam claro homini, tam'que nobili. Et in 3. in Verrem actione, Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, in primis Asiæ prouinciæ clarum, & nobile. Et lib.2. Tusculanarum quæstionum, Clari & nobilitati labores. Et clara nobilitas Plauto dicitur in Rudente. Et præclara nobilitas Tullio in 6. in Verr. act. Plinius autem minùs clarum opponit nobili, li.24.c.15. Nunc subtexemus, ait, herbas mirabiles quidem, sed minùs claras, nobilibus in sequentia volumina dilatis. Sed & idem li.6.c.17. cùm Hydaspem fluuium clarum nominasset, confestim subdidit Hypasim non ignobiliorem. Et ca.20. eosdem fluuios clarissimos dicit. Et li.3.c.5. nobilitatem & claritatem veluti confundit, cum dicit, Nobilitas omnium locorum, quos quis attigerit, tanta rerum singularum populorúmque claritas tenet.

Clara nobilitas.

Claritas & claritudo.

11 ¶ Claritas enim, & Claritudo, pro nobilitate accipi solet. Nam Claritudo generis dicitur apud Tacitum lib.2. Et quia claritudine mater generis anteibat, auum M. Antonium auunculum Augustum ferens. Et lib.4. Antonius claritudine generis abstrictus, &c. Et rursum eod. lib. L. Antonius multa claritudine generis, sed improspera. Et li.5. Parthus imperium claritudinem Arsacidarum, contráque ignobilem Hyberum differebat: hic enim vides claritudinem opponi ignobilitati. Et lib.12. Nec diu inquirendum, quin Agrippina claritudine generis anteiret. Et lib.13. cùm de Sabina Poppea loquitur: Opes, inquit, claritudini generis sufficiebant. Et iterum lib.16. Et familiæ claritudo apud eundem lib.15. Quia super Iuniæ familiæ claritudinem diuum Augustum atauum ferebat. Et lib.20. Bremio claritate natalium insigni, & claritas generis in l.1. C. de dignit. li.12. & in extrauag. execrabilis. §. nos itaque, tit. de præben. Et apud Valerium Max. lib.6.c.2. ita scribitur, Vidi pari claritate conspicuum Brutũ ferro laceratum. Et nascendi claritas apud Quintilianum lib.5.c.11. Ita hominum, non qui claritate nascendi, sed qui virtute maximè excellet. Et claritas natalium apud ipsum Tacitum lib.17. de Galba loquens, Sed claritas natalium obtinuit, vt quod segnitia erat, prudentia vocaretur.

Claritas & Claritudo an differãt.

12 ¶ Tametsi Cornelius Fronto in libro de nominum, verborúmque differentiis, scribit id interesse inter claritatem & claritudinem, quòd claritas tam luminis est, quàm perspicuitatis, claritudo generis: prior splendoris, posterior nobilitatis. Quod & è nostris tradit Lucas Pen. post Papiam nescio quem in l.3. col.3. in verbo, clarissimis. C. de cano. largi. tit. lib.10. & in l.5. col. penul. C. de digni. lib.12. Veruntamen Festus Pompeius, & Nonius Marcellus idem putant claritudinem & claritatem. Et videmus etiam ex aliis scriptoribus claritudinem ad virtutem, &c. referri. Sisenna li.3. apud ipsum Marcellum: Quod fortasse an ex voluntate sua summa "
claritudine celeriter confecisset. Sallustius in Iugurtha, Cùm præsertim tam multæ, variæ'q; "

sint artes

sint artes animi, quibus summa claritudo paratur. Et Cornelius Tacitus li. 4. Mandabat honores, nobilitatem maiorum, claritudinem militiæ. Et lib. 12. veniam exilij pro Anneo Seneca, simul præturam impetrat, lætum in publicum rata, ob claritudinem studiorum eius. Et lib. 14. vbi facit Senecam ita loquentem, Ego quid aliud magnificentiæ adhibere potui, quàm studia, è quibus claritudo venit? Et idem li. 15. Traderetúrque imperium Senecæ, quasi insonti claritudine virtutum ad summum fastigium electo. Et lib. 17. Quos nobilitas, aut opes, aut aliqua insignis claritudo rumoribus obiecerat. Nam & clari appellationem, vt etiam nobilis, ad alia quoque referri, quàm ad vulgarem nostram nobilitatem. Sallustius in Iugurtha, Consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. Nouus nemo tam clarus, neque tam egregijs factis erat, quin is indignus illo honore, & quasi pollutus haberetur. Liuius 1. decad. lib. 2. Ambos claros genere, factísque. & libr. 9. Offilius Calanius clarus genere, factísque. Et Iuuenalis Saty. 2.

—Clarus genere, atque opibus vir.

Cui simile est illud ipsius Liuij 3. decadis lib. 2. Busa mulier genere clara ac diuitiis. Ideo nihil interesse video inter claritatem, & claritudinem, non magis quidem quàm inter beatitatem & beatitudinem. Cicero li. 1. de natura deorum, At ista siue beatitas siue beatitudo, &c. Teneritatem, & teneritudinem. Altero enim vsus est idem Cicero lib. 5. de finibus, & Plinius lib. 9. c. 42. Altero in eodem sensu Varro lib. 1. de re rustica. cap. 36. Et Apuleius lib. 5. Metam. Sanctitatem, & sanctitudinem, quibus etiam in eadem significatione ipse Tullius vsus est, Priore, in oratione pro Cœlio, & alibi sæpe. Posteriore lib. 4. de Republica apud Nonium Marcellum. Vt hinc intelligas aberrasse Cataneum, virum sanè doctissimum, dum in commentariis in Plinium lib. 1. epistolarum scribit id verbum sanctitudinem Apuleianum esse. Item seueritas & seueritudo: illud enim vbique obuium est; hoc reperitur apud Plautum in Epidico, & Apuleium ad fi. lib. 1. Asini aurei. Sæuitas & sæuitudo, illud enim vsurpauit ipse Apuleius li. 4. eius operis. Hilaritas & Hilaritudo apud Nonium Marcellum, authoritate Plauti in Milite glorioso. Vastitas & Vastitudo, illud apud Ciceronem lib. 1. de diuinatione, & alibi sæpe, hoc apud Catonem de re rustica c. 141. Necessitas & Necessitudo, de quibus diximus in nostris Retractibus, tit. 1. §. 1. num. 14. Pulchritas & Pulchritudo: de illo enim est illud Cæcilij in Arpaco apud Nonium Marcellum, Mane dij boni quod illud est pulchritatis. Magnitas & Magnitudo, Actius in Verres apud eundem Marcellum, Neque sat fingi, neque dici potest pro magnitate. Tarditudinem & Tarditatem apud Nonium Marcellum authoritate Plauti in Penulo. Qui sit esus pigri vinctis cocleas tarditudine. & Actij in multis locis. Tenetitudinem & teneritatem apud eundem in duobus locis autoritate Pacuuij in Doloreste & Ciceronis. Vanitudinem pro vanitate apud eundem, authoritate Pacuuij in Doloreste, & Plauti in Polego. Aeritatem & Aeritudinem: de primo est illud Actij in Neoptolemo apud Gellium lib. 13. c. 3. & apud Marcellum de mutata declinatione vis veritatis atque acritas. Lenitatem & lenitudinem, illud apud Ciceronem ad Atticum lib. 10. & in Partitionibus, & lib. 1. Officiorum, hoc apud eundem lib. 5. Tuscul. & in Verrem, act. 6. Laxitatem & laxitudinem apud eundem authoritate eiusdem Ciceronis offic. li. 1. & Sallustij lib. 4. Historiarum. Castitudinem & castitatem, ibi, ex Actio in Phœnissis. Firmitudinem & firmitatem ibi, authoritate Plauti & Ciceronis. Honestitudinem & Honestatem apud eundem authoritate Actij in Oenomas & in Mirmidonibus. Acerbitatem & Acerbitudinem ex Gellio d. lib. 13. c. 3. Orbitudinem & Orbitatem ex Nonio Marcello, ex Plauto, Turpilio, & Pacuuio. Suauitatem & Suauitudinem apud eundem ex Plauto in Bacchidibus & Turpilio in Leuca. Solitudinem & Solitatem apud eundem ex Actio in Eurystace. Vicissitudinem & Vicissitatem apud eundem ex Actio in Phœnissis. Celeritatem & Celeritudinem, illud notum est, hoc Varronis est de re rustica lib. 3. c. 12. Crebritatem & Crebritudinem apud Nonium Sisennæ authoritate, & alia id genus plurima.

Beatitas, Beatitudo. Teneritas, Teneritudo. Sanctitas, Sactitudo.

13 ¶ Sed vt redeamus, ex his, quæ diximus, Claritas familiæ dicitur Valerio Maximo lib. 4. c. 5. vbi de Antonia loquitur. Et clarissima familia, eod. lib. 5. c. 1. vbi de Pompeio, clara persona dicitur in l. curator. ff. de tuto. furi. & claritas personæ apud Plinium Iuniorem lib. 2. epistolarum ad Atticum, Accipe quod per hos dies actum est claritate personæ famosum. Et vir clarissimus apud Tullium lib. 1. de oratore, & in oratione pro lege Manilia. Quæ quidem appellatio his notis V.C. significabatur, nempe vir clarissimus, tandémque abiit in dignitatem, quæ Clarissimatus dicebatur. De qua in l. 2. C. de dome. & protect. lib. 12. quæ interpretatur Consularem, id est, clarissimatus dignitatem: & in l. peculiari. C. de prox. sacr. scrinio. lib. 12. & in l. 1. C. de Equestri dignit. eod. lib. vbi scribitur equites Rom. secundum gradum post Clarissimatus dignitatem obtinere, & apud Ammianum Marcellinum lib. 21. & Cassiodorum lib. 6. epistolarum variarum, iterúmque lib. 7. vbi adscribit formulam qua ea dignitas conferebatur. Et de clarissimis quoque fit mentio in l. si Senator, & in l. clarissimis. C. de digni. eod. lib. & in l. vlt. C. de primi. agen. in reb. eod. lib. & in l. 1. C. de [illegible] lib. eod. & in l. 5. illud. C. de

Clara persona. Claritas persona. Vir clarissimus. Clarissimatus dignitas.

can.larg.tit.lib.10.& in l.fœminæ.ff.de Senat. & in l.sed & si susceperit si. §.1. ff.de iudici. & in l.tam dementis.C.de epi.audi.& l.si furiosi.C.de nupti.& in l.1. in prin. ff. de reb.eorum. vbi prætor vocatur eo titulo.& in l.2.§.vlt. C. de his, qui veni. æta. impet.& in rub.C.vbi Sena. vel clarif.nam & in l.1.eiusdem ti.clarissima dignitas memoratur, & in rubric. C. de tut. vel curato.& in l.seuerior.C.ex quib.cau.infa.irro.& in l.1.C.si ex falsis instru. quæ duæ postremæ leges vocant proconsules viros clarissimos.& in l.vlti.C.de excusa.tut.& in l.1. C. ne lice. poten.& l.1.C.de senten.pas.quæ vocat præfectos prætorio clarissimos viros, quæ lex est Antonini. Quanquam Lampridius ipsos præfectos prætorio clarissimos fuisse sub Alexandro dicit,qui quidem successit postremo omnium Antonino. At idem in Seuero scripserat, ipsum Seuerum eisdem præfectis prætorio Senatoriam dignitatem addidisse,vt viri clarissimi essent, & dicerentur. Quod antea vel rarò fuerat,vel omnino non fuerat. De hac autem dignitate vide nostros legum interpretes in l.1.ff.de offi.eius, cui mand.est iurisd. & Alciatum lib.Dispunctionum 3.c.4.

Obscuri ignobiles dicuntur.

14 ¶De altero,vt scilicet ignobiles contrà obscuros vocemus, probat illud Tullij lib.2. officiorum,Qui magna sibi proponunt obscuris orti parentibus. Quem locũ in id expendit Nonius Marcellus in diuersis acceptionibus nominum & verborum in litera O. Cui concinens Cornelius Tacitus lib.17.Ophonius,inquit, Tigillinus obscuris parentibus. Sed vt redeamus ad Ciceronem,is in 7.in Verrem actione, Obscuro loco natus. & Liuius tertiæ Decad. li.6.de Seppio Lesio Campano:Obsuro (inquit) loco natus.Et alibi in eodem lib. Quintus obscuro genere ortus.Cui concinens Valerius Maximus, lib.1.c.7. vbi de Dionysio:Himeca, inquit, quædam non obscuri generis fœmina. Sallustius in Catilinario, Sed & in ea coniuratione fuit Q. Curius natus haud obscuro loco. Et apud Macrobium lib.7.c.3.obscurè natus dicitur.Et in l.in concubinatu.ibi,Obscuro loco nata.ff. de concubi.Nam & Quintilianus lib.11. c.1.nobilem obscuro opposuit.Nobilis(inquit)obscurum, potens infirmum. Et Suetonius in Vitellio statim in prin. Vitelliorum originem alij aliam, & quidem diuersissimam tradunt, partim veterem & nobilem, partim verò nouam & obscuram. Et in Vespasiano etiam, in princ. Gens Flauia obscura illa quidem,ac sine vllis maiorum imaginibus. Et Statius libr. Sylua.5.Syl.2.

Non te series inhonora parentum,
Obscurum proauis, & prisca lucis egentem
Plebeia de stirpe tulit.

Et Iustinus tradit li.1. Astyagen Medorum regem filiam suam nuptui dedisse,neque claro viro,neque ciui,sed de gente obscura Cambysi.Et hinc obscuri viri pro ignobilibus,in § sancimus.in auth.de testibus.& in §.1.auth.de defen.ciui.& in §. quisquis.in auth. quibus mod. nat.effic.legi.Nam & obscuritas pro ignobilitate à Tullio vsurpatur lib.2.officiorum: Quorũ autem prima ætas propter humilitatem, & obscuritatem in hominum ignoratione versatur. Humilitas enim pro ignobilitate plerunque sumitur,vt posteà dicemus. Idem autem Tullius lib.1.de Oratore,obscurum & ignotum copulauit. Ignoti enim, vt suprà diximus, ignobiles quoque dicuntur. Sed & idem claros, & obscuros homines opposuit in oratione pro Annio Milone,Quum non alio facinore clari homines, alio obscuri necantur. Et huc quoque spectat quod Virgilius lib. 5. Aeneidos post multos iuuenes nobiles nuncupatim nominatos subiunxit,

Multi præterea, quos fama obscura recondit.

Quo loco Seruius,per contrarium,inquit, illos superiores omnes esse nobiles indicauit. Cornelius autem Tacitus lib.3.obscurissimam domum P.Quirinij dicit ad ignobilitatem illius respiciens.Et huc quoque pertinet quod ex Iustino citauimus suprà num.9.

Hebræis nobiles & ignobiles quomodo vocentur.

15 ¶Porrò quòd ad hunc locum maximè pertinet apud Hebræos Albor & Candor,qui nomine עבא significatur,proximè ad lucem accedit.Vnde ea vox ad claros, illustres, & nobiles viros transsumitur,vt eo loco Salomonis Ecclesiastes 10. Beata terra, cuius rex nobilis est : sine ad verbum, filius nobilium.sicuti etiam contrà חשוכ à tenebris accepta metaphora ad obscuros & ignobiles, vt in eo loco Prouerbiorum eiusdem authoris 22.Coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.Silius autem lib.8.hanc nobilitatis lucem intelligens, & contrà ignobilitatis obscuritatem, hanc ita graphicè describit,

Nobilitatis lux.

Ast illi sine luce genus, surdumque parentum
Nomen.—

Surdum nomen parentum.

Nam & Plinius lib.22.cap.2.surdum appellat, quod ignobile est. Interdum(inquit)fortius augetur authoritas,quæ quanta debeatur etiam surdis, hoc est, ignobilibus herbis perhibebant.Statius autem lib.4.Thebaidos vtrunque coniunxit,

Aequatus cælo surdum atque ignobile muros
Firmat opus.—

16 ¶Sed vt redeamus, ab his non longè abest, quod scribit Tullius aduersus Sallustium, Ego

meis

meis maioribus virtute mea præluxi, vt si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Tu tuis, vita, quam turpiter egisti, magnas obfudisti tenebras, vt etiam si fuerint egregij ciues, certe venerint in obliuionem. Vides enim primum verbum prælucendi ad nobilitatem pertinere: Deinde ea verba, noti non fuerint, ad ignobilitatem spectare. Et ea quoque, magnas obfudisti tenebras. Et huc quoque spectat illud Liuij in præfatione, Et si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, nobilitate eorum, qui nomini officiant meo, consolor. Illic enim obscurum nobilitati opponitur. Et illud Valerij Maximi lib. 5. cap. item 3. ad fin. Quo euenit, vt & humili loco nati ad summam dignitatem consurgant, & generosissimarum imaginum fœtus in aliquod reuoluti dedecus acceptam à maioribus lucem in tenebras conuertant.

Lucere nobilitatis.
Tenebræ ignobilitatis.

17 ¶ His quoque consequens est, vt cum illustre, idem sit quod clarum, nam vti clarum opponitur obscuro, vt diximus, ita & illustre & obscurum inuicem sunt contraria, vt videre licet ex Tullio libr. 4. Academicarum quæstionum. Ex quo idem lib. 2. de Oratore illustrare obscura dicit. Et idem clarum & illustre copulauit in Somnio Scipionis, & in 7. in Verrem actione, & lib. 2. de diuinatione. Cúmque obscurum (quod item diximus) ignobile dicatur. Ita quoque è diuerso illustre pro nobili. Idem Tullius in oratione pro Murena. Ex familia veteri & illustri. Et Virgilius lib. 6. Aeneid. cum dicit,

Illustres animas.

Vbi Seruius id nomen notitiæ esse dicit. Nam & nobiles inquit illustres vocari

Et Propertius lib. 2. elegia 14.

Nec si qua illustres fœmina iactat auos.

Et Iustinus lib. 15. Lysimachus (inquit) erat illustri Macedoniæ familia natus, sed virtutis experimentis omni nobilitate clarior. Et illustri loco natus apud Valerium Maximum lib. 4. cap. 3. paulo post princ. Et illustris sanguis, apud eundem eod. lib. cap. 6. ad fin. Seneca autem tragœdus in Octauia, actu 4. genere illustres dicit, sicuti & Cornelius Tacitus lib. 18. Iulius, inquit, Blæsus genere illustri.

Illustres nobiles dicuntur.

18 ¶ Hincque prouincia illustris Ciceroni in 3. in Verr. act. Et ciuitates illustres eidem in 4. in ipsum Verr. Et proles illustris, Claudiano in 7. panegyr. Et familia illustris Plin. lib. 34. cap. 13. Nam & vtrunque scilicet illustre & nobile copulat ipse Tullius in eundem Verrem act. 7. Tam illustre (inquit) & nobile municipium. Et idem quoque illustre noto cóiungit in eadem oratione, Illustre notúmque omnibus. Hincque illustrium & superillustrium dignitatum nomina, de quibus nostri late in l. 1. §. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. & Alciatus lib. 3. Dispunctionum. cap. 4. dicit, & quidem recte, nullam esse in nostris legibus superillustriũ mentionem. Et hinc quoque illustrare, pro nobilitare in l. j. C. de præpo. lab. lib. 12. vt eam intelligunt Io. Pla. ibi. Ang. Fran. Aret. Cornel. & Iason in l. omnium. C. qui test. fac. pos. Neque hic satis intelligo quod scribit Velleius Paterculus, grauis quidem author, lib. 2. Romanæ historiæ, Varus Quintilius, illustri magis, quàm nobili ortus familia. Nisi nobilem ad genus, illustrem ad gesta referat, vel econtrario: aut etiam nisi ea forma dicat, qua Seneca in loco, quem infrà num. 24. citabimus, dicit notos magis, quàm nobiles. Cicero autem in Calphurnium Pisonem, Nullum non modo illustre, sed ne notum quidem, vbi vides illustre nescio quid plus esse quam notum. Sed & is lib. 2. epistolarum familiarium, epistola 12. obscurum & illustre veluti opposita posuit, cum dicit, Omnis enim peregrinatio obscura est iis, quorum industria Romæ potest esse nobilis.

Illustris prouincia Cicer.
Illustris ciuitas.
Illustris proles.
Illustris familia.
Illustrare pro nobilitare.

19 ¶ Similiter & splendidum, quod eiusdem significationis est, pro nobili plerunque sumimus. Liuius 1. Decadis lib. 4. Nobilis superior iudicio matris esse, quæ quam splendidissimis nuptiis iungi puellam volebat. Cornelius Tacitus in vita Agricolæ tradit Domitiam Decidianam spendidis natalibus ortam. Et Valerius Maximus lib. 8. cap. 1. vbi de Cœliis fratribus loquitur, Splendido (inquit) loco natus. Et Plinius Iunior lib. 6. epistolarum ad Romanum, Accia Variola fœmina splendide nata. Et Aurelius Victor in Othone, Saluius, inquit, Otho splendidis ortus maioribus. Hincque splendor natalium apud eundem Plinium libr. 10. ad Traianum, Impense rogo, vt Actium Suram prætura exornare digneris, cum locus vacet: ad quam spem alioquin quietissimum hortatur & natalium splendor. Et splendor familiæ apud Tullium in oratione pro Gn. Plancio, & Liuium 1. decad. libr. 4. & Suetonium in Vespasiano capite 1. Et splendor generis in l. ingenuæ. C. de murile. libr. 11. Nam & Suetonius in Tito. capite 4. scribit, Martiam Flauiam splendidi generis fuisse. Et splendor nobilitatis Valerio Maximo libro septimo capite 5. vbi de Lucio Aemilio Paulo. & iterum libro 9. capite 3. vbi de patriciis Romanis. Et spendidior gradus in l. edicimus. eodem titul. Et splendidiores personæ in l. 2. ff. de termin. mot. Firmicus autem lib. 3. Mathefeos, cap. 14. in quarto loco, splendorem ignobilitati opponit. Ab ignobilitate (inquit) ad splendorem perducet. Nam & eod. lib. cap. 18. splendidum genus nobilitatis appellat. Et lib. 6. cap. 15. splendorem nobilitatis. Splendorem autẽ tenebris, quæ ignobilitatis propriæ sunt, vt nuper diximus, esse oppositum docent

Splendidi nobiles dicuntur.
Splẽdor natalium.
Et familiæ.
Et nobilitatis.
Et generis.

sacræ literæ Isaiæ 59. Expectauimus splendorem, & in tenebris ambulauimus.

20 ¶ Et cum quæ alta sunt, & sublimia atque summa, cæteris notiora sint, & conspicuiora. Et è contrario humilia & infima, siue ima, non adeo oculis perspicua atque patentia. Ideo etiam altos & sublimes & summos vocamus nobiles: humiles & infimos, ignobiles. De alto est illud l. 3. §. legis. ff. ad leg. Cor. de sica. humiliores solent bestiis subiici, altiores verò deportantur in insulam. Et illud Vergilij lib. 9. Aeneidos,

—Thebana de matre nothum Sarpedonis alti, id est nobilis, vt exponit Seruius.

Et iterum lib. 10. Aeneidos.

Et Clarus & Hamon Lycia comitantur ab alta.

Quo in loco idem Seruius interpretatur alta, id est, nobili. Ad quod & referri potest quod idem lib. 1. eiusdem operis, altam vocat Romam,

Albanique patres, atque alta mœnia Romæ.

Et Carthaginem lib. 4.

Suspectas habuisse domus Carthaginis altæ.

Et quod scribit lib. 5. eiusdem operis,

Dardanidæ magni genus alto à sanguine Diuûm. Et lib. 6.

Deiphobe armipotens genus alto à sanguine Teucri.

Et illud Horatij lib. 2. Ser. Saty. 5.

Tempore quo iuuenis Parthis horrendus ab alto
Demissum genus Aenea, &c. Illúdque Iuuenalis Saty. 6.

Quædam de numero Lamiarum & nominis alti.

Et alibi in eadem Satyra.

—Hos fouet omnes,
Inuoluitque sinu, domibus tunc porrigit altis.

Itémque Satyr. 8.

Plance, tumes alto Drusorum sanguine, tanquam
Feceris ipse aliquid, propter quod nobilis esses.

Altum genus.

Quanquam ibi, alto, pro antiquo & longo accipi potest, verum & ad nobilitatem quoque pertinet, vt dicemus postea in 19. cap. Firmicus autem Maternus lib. Astronomicon 6. cap. 31. altum genus vocat pro nobili. Eritque (inquit) publicis meritorus prostituta, etiam si ex alto genere videatur esse progenita. Apud Gallos solemus altum, & potentem dominum, *haut, & puissant Seigneur*, principem aut qui quapiam dignitate non vulgari præcellit, vocare, velut comitem, baronem, & similes, de quo & nos alibi dicemus.

Sublimes nobiles dicuntur.

21 ¶ De sublimi autem est illud Statij lib. Sylua. 3.

Quis sublime genus formámque insignis Hetrusci
Nesciat?— Et lib. 10. Thebaidos,
—Cur maneant castris ignauáque seruent

Sublime genus.

Otia pars sublime genus.

Illúdque Claudiani in Panegyr. 4. Honorij.

Sufficeret sublime genus, luxúque fluentem
Deside nobilitas posset te sola tueri.

Et ante hos Ouidij ad Pisonem.

Vnde prius cœpti surgat mihi carminis ordo,
Quósue canam titulos, dubius feror; hinc tua Piso
Nobilitas veteríque citant sublimia Calpi
Nomina, Romanas inter fulgentia gentes.

Summo loco nati.

22 ¶ De summo est illud Liuij 1. decad. lib. 1. Tanaquil summo loco nata. Et Ciceronis lib. 2. epistol. famil. epistol. 18. Sed tamen tres fratres summo loco natos, promptos, non indisertos, te nolo habere iratos. Et lib. 7. epist. 9. Octauius summo genere natus. Et lib. 2. epist. 22. Nutus tuus potest hominem summo loco natum incolumem in ciuitate retinere; Nam & de eodem paulo superius, Magno, ait, tibi erit ornamento nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse saluum. Et in oratione pro Cn. Plancio, in summa familia natus. Quod vt intelligas intelligi de nobilitate, ostendunt verba hæc sequentia præposuisse Q. Catulo sapientissimo & sanctissimo viro, non dico C. Serenum subtilissimum hominem (fuit enim & animi satis magni, & consilij) sed Cn. Manlium non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta, & sordida. Et libro 1. Offic. M. Bruto summo genere nato. Et illud Valerij Maximi libro 6. capite 2. Vidi cruentum Cn. Domitium Aenobarbum deflentem, quod summo genere natus, in ipso iuuentutis flore tuo iussu esset occisus. Nam & mox subiungit; Vidi pari claritate conspicuum Brutum &c. Claritas enim & ipsa nobilitas est, vt suprà diximus. Et illud quoque eiusdem Valerij lib. 9. cap. 6. Cn. autem summi generis & magni animi virum. Id autem nescio quid significat præter vulgarem nobilitatem. porrò hinc

Summa familia.

Summo genere.

summates pro nobilibus, vt dicemus infrà.cap.37.

23 ¶ De humili probatur in d.l.3. §.legis.ff.ad leg.Cor.de sica.cuius verba suprà posuimus,& in l. *Humiles ignobiles dicuntur.*
illicitas.§.ne potentiores. ff. de offic. Præsid.& in l.vl. ff. de incen. rui. naufr.& l.annonam.§.
pœna. ff. de extraor. cri.& l.1. §. vlt. ff. ad leg.Cor.de sica.& l.in seruorum.ff.de pœnis.Apud
Tullium in 7.in Verrem actione, Pompeius humili & obscuro loco natus. Et lib.1.de diuina-
tione, Amphiataüs & Tiresias non humiles,& obscuri. Et in libro de amicitia, Humilem re-
linquunt, & minimè generosum ortum. Et Quintilianus.libr. 3.cap.7.Aut enim respondisse *Humilis ortus.*
nobilitati pulchrum erit, aut humilius genus illustrasse factis. Et Valerius Maximus libr. 3.
capitul.4.in titul.eius capit.qui huiuscemodi est, De his,qui humili loco nati clari euaserunt. *Humile genus.*
Et lib.4.c.7.Lucius Petronius admodum humili loco natus ad equestrem ordinem peruene-
rat.Plinius,aut quisquis est,in lib.de viris illustribus,quo loco de Mario loquitur, Caius(in- *Humili loco nati.*
quit)Marius septies consul Arpinas, humili loco natus.Valerius Maximus loco à nobis citato
suprà. nu.16.Capitolinus in Macrino, Humili natus loco.Suetonius in Vespasiano,c.4. Nec
metuendus vllo modo ob humilitatem generis.Iustinus lib.15.haud multo ante fi.Humili ge-
nere natus. Et lib.22.statim in princ.Ex humili & sordido genere.Et Pompelianus de Tullio
loquens, Tullius existens nobilis ex humili,id est,ignobili. Et Ouidius lib.14.Metamorph.

--*Humili de stirpe creatus.* Et Iuuenalis Saty.8.

Vos humiles(inquit)*vulgi pars vltima nostri.*
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis.

Et Ammianus Marcellinus lib.31.de Agathyrsis loquens, Humiles(inquit)minutis,atque
raris:nobiles verò latis,fucatis, & densioribus notis.Ex quo humilitas generis apud Tullium *Humilitas generis.*
in oratione ad equites Rom. antequã in exilium iret.Et apud eundem Philip.13. At scurræ fi-
» lium appellat,quasi ignotus nobis fuerit splendidus eques Rom. Trebonij pater. Is autem hu-
» militatem despicere audet cuiusquam qui ex Fadia sustulerit liberos. Et Liuium 1. deca.lib.9.
» ad fin. de C. Flauio scriba, Cæterum, inquit, contumacia aduersus contemnentes humilita-
tem suam nobiles certant. Is enim, vt ante dixerat, patre libertino humili fortuna ortus erat.
Et apud Valerium lib.6.cap.2.In quo certamine cum Pompeius Magnus humilitatem ei ex
probrans, &c. Idem autem lib. 3. cap.8.humilitatem nobilitati opponit,cum scribit, Nam vt
humilitas amplitudinem venerari debet,ita nobilitate fouenda magis, quàm spernenda bonę
indolis nouitas est.Et infima natalium humilitas apud Plinium lib.18.cap.6. Vt non omittam
illud eiusdem Plinij lib.8.cap.35.Humilis in plebe, & ideo ignobilis. Et illud Titi Liuij 1.de-
cad.libr.5. M.Ceditius de plebe nuntiauit Tribunis in noua via vocem noctis silentio audisse
clariorem humana,quæ magistratibus dici iubebat Gallos aduentare,id vt fit propter autho-
ris humilitatem spretum.

24 ¶ Sed & de infimo probat illud Tullij Ciceronis in oratione pro Flacco. Si quem infimo loco
natum nullo splendore vitæ. Et pro Cornelio Balbo:Sin autem multorum virtus,ingenium, *Infimi ignobiles dicuntur. Infima plebs.*
humanitas ex infimo genere,& Fortunæ gradu, &c. Hincque infima plebs apud eundem lib.
epistolarum ad Atticum 4.epistola 70.& apud Liuium libr. 4. secundi belli Punici,& Sueto-
nium in Othone cap.7. Ac super cæteras gratulantium adulantiúmque blanditias ab infima
plebe appellatus. Et alij citati à nobis infrà in 37.cap.num.29.incip.Propterecáque. Et infima
gens apud Horatium lib.2.Carminum,Ode 3.

Diues ne prisco natus ab Inacho
Nil interest, an pauper, & infima
De gente sub dio moreris.

De imo quoque est illud Horatij lib.3.Carminum,Ode 1.

—*Aequa lege necessitas* *Imi ignobiles.*
Sortitur insignes & imos.

Nam,vt mox dicemus,insignes nobiles dicuntur.Et illud Iuuenalis Saty.8.

Tamen ima plebe Quiritem
Facundum inuenies.

25 ¶ Alijs quoque nominibus idem propè significantibus nobiles vocamus, scilicet insignes, &
inclytos.Nam insignes dicuntur,qui signo quopiam præcellenti sunt cæteris notiores. Notie- *Insignes nobiles dicuntur.*
» nim & insignes eodem sensu dicuntur Ciceroni, si is est, in lib. 3. ad Herennium: Idem fit in
» imaginibus,vt quæ nobis diligenter notæ sunt,hæ parum videantur insignes alijs.Inclyti,qui
veluti fulgore quodam famæ resplendent. Insignes igitur nobiles dicuntur, Q. Cicero ad
Tullium fratrem,de petitione Consulatus. Nequaquam hi sunt tam genere insignes, &c. Et
Lucanus lib. 8.

—*Titulis insignis auorum.*

Cornelius Tacitus lib 2.de Germanico loqués,Insigni,inquit,genere. Et lib.5.de Sinnace,In-
signi,ait,familia. Et lib. 12. de Iulia Syllana,Insignis,ait,genere.Et lib.15.de C. Pisone,Is Cal-
phurnio genere ortus, ac multas,insignésque familias paterna nobilitate complexus. Nam

Insignia. *Insignire.*

& insignem & notum copulauit Cicero in 11.Philip.& lib.2. de Oratore. & Donatus enarrans illud Terentij in Eunucho, Insigne aliquid, id est, magnum, & nobile facinus. Et hinc insignia substantiuè dicuntur, quæ vulgò arma vocamus nobilium propriè, id quibus alibi dicemus. Et verbum Insignire pro Nobilitare Virgilio lib. 11. Aeneidos,

—Pasilmque trophæis
Insignis agros. Vbi Seruius ita interpretatur.

Inclyti nobiles.

26 Et inclyti item nobiles vocantur. Seneca tragœdia j.

Nobiles non sunt mihi aui,
Nec altis inclytum titulis genus.

Et alibi eadem tragœdia, actu 2.

Ducet è genere inclyto
Nouitas colorem nostra.

Et in Troade, actu 3.

Veterisque soboles sanguinis nimiùm inclyti.

Et in Medea, actu 3.

Qui prole fœda misceat prolem inclytam,
Phœbi nepotes Sisyphi nepotibus.

Et in Hercule Oetheo, actu 14.

Compesce voces inclytum Alcidæ genus.

In quam etiam sententiam Valerius lib. 9. cap. 1. vbi de Gemello Tribunitio loquitur, Mutiam & Fuluiam tum à patre, tum à viro vtranque inclytam & nobilem. Quod à Græcis profectum videri voluit Seruius libro 6. Aeneidos in eum locū, Inclyta Roma, vt quibus κλυτός nobilis, & clarus gloriosus dicitur, de quo nos dicemus & alibi latius. Quod autem generosi & ipsi nobiles dicuntur, aliò spectat, de quo & nos postea dicemus. Cæterùm Festus Pompeius hanc dictionem interpretatus, Inclytus, inquit, nobilis, clarus.

Noti & nobiles an differant.

27 Sed vt reuertamur ad id, vnde incœpimus, Nobiles dicuntur veluti noti: Ignobiles, ignoti Quanquàm Tullius differentiam, nescio quam, fecit inter notos, & nobiles, vt patet ex eo loco suprà citato ex 2. actione in Verrem, Qui non tam me impediunt, quòd nobiles sunt, quàm adiuuant, quòd noti sunt. Et quod scribit in oratione pro Marco Cælio, Res est omnis in hac causa nobis, iudices, cum Clodia muliere non solùm nobili, sed etiam nota. Et pro L. Flacco, Cæteri homines apud nos noti, inter suos nobiles. Et Varro lib. Rei Rusticæ 3. cap. 1 Hæc nota & nobilis. Et post eos Seneca lib. 3. de beneficiis, Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ suæ largo ordine, & multis illigata flexuris in parte prima ædium collocant, noti magis, quàm nobiles sunt. Et quisquis est, qui elegantissimum illum panegyricum Constantino dixit, Notiorem te gentibus reddidisti, cùm non posses esse nobilior. Et Iulius Firmicus li. 4. Astronomicôn, ca. 1 in applicatione Lunæ ad Venerem: Erunt (inquit) noti, & nobiles. Et lib. 5. cap. 1. in horoscopo Sagittarij: Erit nobilis & notus. Et lib. 6. cap. 3. in Marte, facient notos & nobiles. Et rursum in Sole, Notitiam & nobilitatem conferunt. Et lib. 8. ca. 21. in 29. parte, Nobiles faciet, & notos. Et lib. 8. cap. 19. Vicesimanona pars Geminorum si in horoscopo fuerit inuenta, presente Luna, nobiles faciet, & notos.

28 Ex his autem fit, vt nobile, & ignobile, & nobilitas, & nobilitare dicantur non solùm de hac vulgari hominum nobilitate, sed etiam de cæteris rebus maximè cognitis & celebribus: atque etiam ad vituperium nonnunquam trahantur. Nam quod ad primum pertinet hic,

A

Accusationem nobilem appellat Cicero lib. 2. Officiorum, loquens de accusatione quadam Liuij Crassi.

Actum nobile vocat Plinius lib. 14. c. 6.

Actores ludorum nobilissimos Iustinus lib. 6.

Aedificia nobilia Romanus Pontifex in extrauag. execrabilis. §. vnde inter cætera. de præben. vbi Zenzel. declarat quare sic dicantur.

Aetatem Claudianus:

—Iam nobilis ætas
Principe sollicito votis erexerat aulam
Incertis—

Agentem M. Cælius apud Ciceronem lib. 8. epi. fami. epist. incip. Certè Inquam.

Amnem Cicero lib. 7. eiusdem operis, epi. 21. vide infrà flumina & fluuios.

Ancillam sacræ literæ, Leuiti. 19. c. vbi ita scribitur in vulgata editione: Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla nobilis. qui locus in id expensus est à Bar. in l. 1. col. 6. versi. secundò igitur. C. de dignit. lib. 12. Et ita quoque legit quisquis is est, qui concord. Bibliorum collegit in verbo, libertas. & quod magis miror, ante hos Isichius Hierosolymitanus lib. 6. Commentariorum in Leuiticum, illum ipsum locum enarrans in duobus

bus locis. Quanquam ita nec in Hebræo, nec apud septuaginta interpretes legitur. In Hebræo enim ita scribitur אבשי חשם id est, quæ ancilla, sed viro addicta, siue desponsata. Apud Io. sic, καὶ αὐτὴ οἰκέτις διαπεφυλαγμένη ἀνθρώπῳ, id est, & ipsa famula reseruata est viro. Sic autem Castellio huoc locum vertit, quæ sit serua viro destinata. Ideóque putarim in eo loco fuisse scriptum in vulgari illa editione, non nobilis, sed nubilis. Sed quicquid sit, Plinius lib. 7. c. 63. nobilissimam ancillam vocauit. Et alibi quoque ostendemus & seruos quoque dici nobiles & generosos, scilicet in c. 8. nu. 4. incip. attende tamen.

Animalia nobilia vocat Aristoteles lib. 1. Historiæ animalium, c. item 1.

Animum Valerius Maximus lib. 3. ca. 8. eodémque vlt. vbi de C. Mæuio loquitur. & iterum lib. 5. c. 4. vbi de duobus fratribus.

Antidota Cornelius Celsus lib. 5. c. 23. vbi antidotum Mithridatis describit, & Plinius lib. 28. c. 8. & alter Plinius. Valerius de re medica lib. 2. c. 22.

Aquas, Seneca Tragœdiographus in Hercule furente, actu 4.

Nobiles Duces aquas:

Aratorem, Tullius in 5. in Verrem acti.

Arbores, & priuatim Ilicem Plinius lib. 16. ca. 44. eodémque vlt. Et Palmam idem Plinius lib. 13. ca. 4. in duobus locis. & Horatius lib. 1. Carminum, Ode 1.

—Palmáque nobilis

Terrarum dominos euehit ad Deos.

Arietem, Arnobius aduersus gentes, lib. 5.

Artem, Plinius lib. 35. c. 1. in princ.

Artificem, Lampridius in vita Heliogabali.

Astra, Plinius lib. 2. c. 29.

Aues idem Plinius lib. 10. c. 26. & iterum c. 37. vbi de columbis loquitur.

Autorem, Apuleius de Heraclito loquens in libro de mundo.

Autoritatem, Macrobius Saturn. lib. 7. c. 15. in fin.

B

Bacchas, Plinius lib. 35. c. 10.

Bella, Clysticus, aut, vt alij vocant, Cyclicus, ille poëta apud Horat. in arte poëtica.

Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.

C

Cædem, Cornelius Tacitus lib. 20. Ignotum adhuc ingenium, & nullis defensionibus expertum, cæde nobili imbuisti.

Canes, Q. Curtius lib. 9. de gestis Alexandri.

Capreas, Plinius lib. 3. c. 6.

Caput, Lucanus lib. 7.

—Nobiles nec victum fatis caput.

Carmen, Virgilius in Aetna,

—Hinc audis nobile carmen

Plurima pars scenæ. Et iterum,

Tu quoque Athenarum carmen tam nobile sidus

Erigone.— Et Seneca in Agamemnone, actu 3.

Non quæ verno nobile carmen.

Nam & contrà Virgilius egloga 9. ignobile carmen dicit:

Si valeam meminisse, neque est ignobile carmen.

Censuram, Liuius 4. decad. lib. 9. vbi de censura M. Portij Catonis.

Centaurum, Horatius in Epodo, Od. 13.

Nobilis & grandi cecinit Centaurus alumno.

De Chirone intelligit præceptore Achillis.

—Ramo cantat tristis Aedon

Gratáque nobilium.

Cinædos Virgilius, aut quisquis est in Priapeis,

Cui dant oscula nobiles Cinædi.

Cochleas, Plinius lib. 9. c. 56.

Colles, Varro loquens de colle Viminali lib. 4. Linguæ Latinæ.

Collum, Euripides in Helena,

Φασὶ βρόχῳ γ' εὐγενῆ δέρην ἔσφαξεν.

Nam Græcè δέρη, collum dicitur. Et alter poëta Tragœdiographus, sed Latinus, Seneca in Troade, actu 3.

Famulare collo nobili subeat iugum.

Coloniam, Aurelius Victor in vita Traiani, & Vlpianus noster in l. 1. in princ. ff. de censib.

Colores,

Colores, Bart. in tracta. de Insign. & armis, col. 4. versicu. sed dubitatur quis color.
Columnas, Seneca in Thyeste, actu 4.
—Cuius auratas trabes.
Varijs columna nobiles maculis ferunt.
Competitorem, M. Cælius apud Ciceronem Epi. Fami. epi. 2. incip. Certè inquam.
Constitutionem, Imperator noster in §. sed nostra, Insti. de hæred. quali. & differ.
Coronas, Plinius lib. 22. c. 3. & Gellius lib. 5. c. 6
Corpus, Lucanus,
—Et nobile corpus.
Pascit aues.—
Curas, Marcellus Burdegalensis medicus, statim post prin. præfationis.

D

Dies, Seneca in Hercule Oetheo, actu 4.
Nobilem hunc faciam diem.
Et ante eum Plautus in Pœnulo, actu 5.
Die festo, celebri, nobilique Aphrodisiis.
Documentum, Solinus c. 7.
Domum, Seneca in Thebaide, actu 2.
—Vt altis nobilem muris domum.

E

Emplastra, Cornelius Celsus li. 5. c. 19. quo loco διὰ δ[ιαφο]ρῶν emplastrum describit.
Emporium, Plinius lib. 6. c. 20.
Epigramma, Quintilianus lib. 1. c. 10.
Equos & equas, Tullius in 7. In Verrem actio. & Liuius 5. Decad. libr. 5. & Iustinus libr. 9. & Ouidius lib. 2. Metamorph.
Nobiliúmque greges custos seruabat equorum. Et lib. 1. de arte amandi,
Nec te nobilium fugiat certamen equorum.
Et lib. 3. Amorum, eleg. 2. in princip.
Non ego nobilium sedeo spectator equorum.
Exemplum, ipse Liuius Decad. 1. lib. 2. non multò post princi. & iterum 5. Decad. li. 5. in oratione Pauli Aemilij. & Plin. li. 14. c. 4. & Claudianus in laude Senecæ.

F

Famam, Valerius Maxi. li. 4. c. 6. ad fi. & T. Liuius 5. Decad. li. 5. aliquantò post princ.
Fatum, Martialis lib. 11. Epigram. 70.
Non potui fato nobiliore mori.
Fel, Plinius lib. 11. c. 37.
Feras, Claudianus in Panegyri. 3. Stilicouis,
Tu quoque nobilibus spectacula nostra laboras
Illustrare feris— Et Apuleius lib. 10.
Fertilitatem, Liuius 3. Decad. lib. 7. Agrúmque, inquit, nobilissimæ fertilitatis effusè vastauit.
Fictores, Plinius lib. 34. c. 2.
Fidicinem, Cicero lib. Epi. Famil. 9. epi. 21.
Flores, & priuatim Croceum, Plinius. lib. 21. c. 6.
Flumina, & Fluuios, Tullius lib. 7. Epistol. Fami. epi. incip. amabilior, vbi ita vocat Alethon fluuium & Ouidius lib. 3 Amorum, eleg. 6.
Quid si legitimum flueres, si nobile flumen.
Et Plinius lib. 6. c. 17. non semel. & Q. Curtius loquens de Tigri fluuio lib. 4.
Fontes, Horatius lib. 3. Carminum, Ode 13.
Fies nobilium tu quoque fontium, &c.
Formam, Seneca in Hippolyto, actu 2. paulò ante finem,
—Formáque nobilis
Deformis serui limina transeat.
Forum, Propertius lib. 4. eleg. 10.
Nobile erit Romæ pascua nostra forum.
Frigus, Martialis lib. 14. epigram. 116.
Quo tibi decreta nobile frigus aqua.
Fruticem, ipse Martialis lib. 5. epig. 94.
Hic videres frutice nobili caules.
Fulcrum, Iuuenalis Saty. 11.
Clarum Troiugenis factura ac nobile fulcrum.
Fundos, Tullius in oratione pro Roscio Amerino.

Funus,

Funus. Martialis lib.8.epig.30.

Ille tamen spectator adest, & nobile dextra

Funus amat.—

G

Garum, idem Martialis lib.13. epig.82.

Nobile nunc sitio luxuriosa garum.

Gaudium, Cornelius Tacitus Historiæ Augustæ lib.19.

Gazas, Claudianus in Panegyrico Stiliconis.

Nobilibus gazis opibúsque cubilia surgent

Barbarius.—

Gemmam, Q. Curtius lib.10.& Plinius lib.37.cap.8. Nam & ipse ca. seq. gemmam plebeiam vocat, veluti ignobilem, & abiectam. Et rursum cap.18. vtrunque copulat, Iudicatis, inquit, nobilibus gemmis, & plebeiis, &c.

Gustum, Columella lib.3.cap.2 Si modo is locus habetur in quo gustus nobilis, pronosúsque fuit. Et iterum cap.31. eodemque vlt. cum dicit, Deprehenditur nobilitas in gustu.

Gymnasium, Cicero lib.4. Epist Famil.epist.12.

H

Herbas, Plinius libr.19.cap.5. vbi de Sisere.& libr.21.cap.15.vbi de Colocasia.& libr.24.cap.15. & lib.25.cap.8 vbi de Aristolochia,& lib.26.cap.8.vbi de Lada & Ladano. Et easdem ignobiles ipse Plinius lib.22. cap.2.

Hermaphroditum, Plinius 24.cap.28.

Hortum, Virgilius, aut quisquis est in Priapeis,

Qualibus Hesperidum nobilis hortus erat.

Hospitem, M.Cælius lib.8. Epist.Famil.Ciceronis, epist.16.ad fin.

I

Ilicem, de qua diximus in Arboribus.

Imperatorem, Cicero in oratione contra Calphurnium Pisonem.

Indolem, Seneca lib.1.de Clementia ad Neronem, non multo post princ.

Ingenium, Idem Seneca loquens de M. Antonio in epistola ad Lucilium 84.& Apuleius lib. 2.Floridorum, post princ.

Inimicitias, Liuius 3.decad.lib.7.& 4.decad.lib.10. Priori enim loco refert nobiles inimicitias fuisse inter C.Claudium Neronem & M.Liuium Consules: posteriori nobilissimas, inter. M. Aemilium & Marcum Fuluium Nobiliorem. Quanquam in illo posteriore loco, in codice bibliothecæ Moguntiæ, notisimæ legitur, non nobilisimæ.

Inimicum, Liuius 5.decad.lib.5.in oratione M.Seruilij.

Insulas Cornel. Tacitus de Lesbo loquens lib.5. Plinius de Batauorum insula lib.4.cap.15.

Iugum, Seneca in Hercule furente, actu 3.

Spartana tellus nobile attollit iugum.

L

Lacus, Plinius lib.3.cap.12.

Lanas, Plinius lib.8.cap.48.in princ.

Lapides, & inter cæteros Smaragdion, idem Plinius lib.35.cap.5.

Legationem, Cicero lib.2.Academicarum quæstionum.& Plinius lib.7.cap.30.

Lethum, Horatius lib.Carminum 1.Ode 12.

—An Catonis

Nobile lethum.

Et è diuerso ignobile, Silius lib.3.

Credis viris ignobile lethum

Belligeris in pace mori.

Libros, & libellos, Horatius lib.1.Carminum, Ode 29.

Cum tu coemptos vndique nobiles

Libros Panæti, Socraticam & domum

Mutare loricis Iberis.

Et Martialis lib.7.Epig.96.

Turni nobilibus leget libellis.

Et Valerius Maximus, lib.8.cap.7.vbi de Isocrate.

Liquorem, Plinius lib.36.cap.26.

Locos, idem Plinius lib.3.cap.5.

M

Manum, Seneca in Hercule furente, actu 3.

Humerósque, & alto nobilem trunco manum.

Phaleras, Tullius in 6. in Verrem actione.
Philosophos, idem Tullius lib. 2. de Oratore, & iterum in Bruto, & in Philip. 5.
Pictores, Valerius Maximus libr. 8. cap. 12. vbi loquitur de Timonte. & Plinius lib. 34. cap. 8. & lib. 35. cap. 11.
Picturas, idem Plinius eod. lib. 35. cap. 7. & cap. 10. non semel, & seq.
Pigmenta, Plinius lib. 9. cap. 41.
Pignus, Silius lib. 5.

— Ac spectata nobile pugna
Germano dederat portare in praelia pignus.

Pisces, Tullius loquens de Acipensere, in lib. de Fato: & Macrobius ex eodem Tullio, lib. 3. Saturnalium cap. 16. Ex quo Ouidius in libro Halicuticon.

Tuque peregrinis acipenser nobilis vndis.

Et Ausonius in Mosella,

Nobilis e celsis celebratur piscibus ille.

Et Plinius lib. 3. cap. 5. & lib. 32. cap. 11. eodémque vlt. vbi de turdo pisce loquitur.
Piscinas, Varro lib. 3. Rei rusticae cap. 3.
Pocula, Martialis lib. 9. Epig. 60.

Pocula Mentorea nobilitata manu.

Poenam, Solinus cap. 12. & Silius lib. 5.

Dignam me poena tum nobilitate paterna, &c.

Poetas. Iustinus lib. 6. & D. Augustinus de Ciuitate Dei lib. 4. cap. 11.
Macrobius Satur. lib. 7. cap. 15.
Populos, Titus Liuius 5. decad. lib. 2.
Portenta, Valerius Maximus lib. 3. cap. 5. in princ.
Portum, Liuius 4. decad. lib. 1. vbi de portu Euboiae loquitur, & Plinius lib. 3. cap. 10.
Potionem, Apuleius lib. 10. Asini aurei.
Potorem, Martialis lib. 6. Epig. 78.

Potor nobilis, Aule, lumine vno, &c.

Pugnas, Liuius 3. decad. lib. 2. & 4. decad. lib. 3. & 10. haud multo ante finem. & Seneca in Hercule furente, Actu 3.

Nunc ede nati nobilem pugnam mei.

Pulchritudinem, Apuleius lib. 9. Metam. Sed ardentem Philesiteri vigilantiam matronae nobilis pulchritudo latere non potuit. quanquam ibi nobilis ad matronam referri potest, sed rectius ad pulchritudinem refertur.
Apuleius in prima magiae Apologia.
Pugilem, Q. Curtius lib. 9.
Purpuram, Claudianus de equo Honorij,

Nobilis auratos iam purpura vestiet annos.

R

Radicem, Plinius lib. 25. cap. 1.
Raptum, Plinius lib. 34. cap. 8.
Regiam, Seneca in Thyeste, Actu 2.

Tandem regia nobilis
Antiqui genus Inachi.

Remos, idem author in Medea, actu 3.

Quisquis audacis tetigit carinae
Nobiles remos. —

Rhetores, Cicero de Isocrate loquens lib. 2. de Inuentione,

Nobilis haec esset pietatis rixa duobus,
Quod pro fratre mori vellet vterque prior.

S

Sagittarios, Iulius Firmicus Astronomicon lib. 8. cap. 3.
Satyrum, Plinius lib. 34. cap. 8. & lib. 35. cap. 11.
Scriptores, Horatius lib. 1. epist. 1. ad Maecenatem.

Non ego nobilium scriptorum auditor, & vltor.

Sepulchrum, Plinius lib. 34. cap. 4.
Signa, Liuius 3. decad. lib. 6. & Plinius lib. 36. cap. 5. & Ouidius lib. 3. de arte amandi,

Cum fieret lapis, asper erat, nunc nobile signum.

Societatem, Plinius lib. 7. cap. 33.
Sortem, Virgilius in Aethna,

Nec minus ille prius, quanquam sors nobilis ignis.

Spolium, Silius lib. 5.
Nobile Gorgonis spolium.
Et Seneca in Hercule furente,
Detraxit spolium nobile corpori.
Stellam, D. Augustinus de Ciuitate Dei lib. 21. cap. 8.
Stirpem, Plinius lib. 7. cap. 53.
Sulphur, idem Plinius lib. 35. cap. 15. post princ.
Syluam, Seneca in Thyeste, actu 1.
Autumnus rapitur, syluaque nobilis.

T

Tabulas, Plinius lib. 35. cap. 11.
Templa, Liuius loquens de templo Laciniæ Iunonis 3. decad. lib. 4. non multo post princ. Et de templo Aesculapij 5. decad. lib. 5. Et Ouidius lib. 15. Metamorph.
—Præterque Lacinia templa
Nobilitata dea, &c.
Et Plinius loquens de templo Apollinis lib. 4. c. 1. & Iustinus loquens de templo Ammonis lib. 1. & Lactantius loquens de templo Iunonis Samiæ lib. 1. cap. 17.
Temulentiam, Plinius lib. 3. cap. 4.
Terram, Seneca in Hercule Oetheo,
Meruisque terram nobilem quaram tuis
Triumphis.
Et D. Hieronymus in vtroque prologo Librorum Machabæorum.
Turdum piscem, vbi supra diximus in piscibus.

V

Vappam, Plinius ex cap Caligula, lib. 1. cap. 1.
Vellera, idem Plinius lib 3. cap. 5.
Victoriam, idem lib. 2. cap. 70. & lib. 10. cap. 2. & Q. Curtius lib. 8. loquens de victoria Philippi apud Chæroneam.
Virgam, Martialis lib. 8. epig. 66.
—Nobilique virga
Vatis Castaliam domum sonare.
Vina, Columella libr. 3. cap. 2. & Plinius libr. 14. cap. 6. non semel. & [illegible]. & cap. 11. & libr. 17. cap. 23. Et Lucanus lib. 4.
Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus.
Ibi etiam Bacchus pro vino accipitur, & alibi frequenter. Nam & è diuerso vinum ignobile dicitur Plinio lib. 23. cap. 1.
Vites, Columella lib. 4. Plinius lib. 14. cap. 2. & lib. 33. cap. 10. Nam & è diuerso ignobiles vites dicuntur eidem Plinio lib. 14. cap [illegible]. & 3.
Vnguentum, Aelius Lampridius in Heliogabalo.
Volumen, Plinius lib. 7. cap. 52.
Vrbes, vt latè dicemus infrà cap. 12. num. 4. incip. quibus adde.
Vuam, Martialis lib. 1. epig. 124.
Presserat hic madidos nobilis vua lacus.

Nobile de rebus omnibus in malā partem.

29 ¶ Quibus similia sunt & illa Liuij in initio lib. 9. ab vrb. condi. Sequitur hunc annum nobilis clade Romana Caudina pax. Et lib. 2. belli Punici, Nobilior alius Thrasimeno locus nostris cladibus erit. Et [illegible] eodem lib. Maioris partis sententia ad nobilitandas clade Romana Cannas, &c. Ru[illegible] Hæc est pugna Cannensi clade nobilitata. Cui simile est illud Plinij lib. 3. cap. 1 [illegible] clade Romana Carmenses. Et idem Liuius, vt ad eum redeamus. lib. 3. eiusdem d[illegible] nobilem eam pugnam cladibus suis fecerunt. Et lib. 6. belli Macedo. Thermopylæ [illegible] Lacedæmoniorum aduersus Persas morte magis memorabili, quàm pugna. [illegible] libr. 5. cap 24. Carras clade Crassi nobilis. Et lib. 10. cap. quadragesimoquarto. Hæc in [illegible] loco totius orbis visuntur in insula, quam diximus nobilem Diomedis tumulo. Et C[illegible] Taciti lib. 17. Nobilitatus cladibus mutuis Dacus.

Nobile etiā in malam partem.

Scelere nobilis.

30 ¶ [illegible] secundum spectat, vt scilicet nobile dicatur quicquid excellit vel in re bona, vel in m[illegible]on est quod in bona testimonium quærere debeamus, cùm ea vbique sint obuia. De ma[illegible] sunt & plurima optimorum authorum veterum testimonia præter multa, quæ iam [illegible]uximus, Plautus in Rudente,
Ne impiorum potior sit pollentia,
Quàm innocentum, qui se scelere fieri nolunt nobiles.
Terentius in Eunucho,
Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas

Flagitiis

Flagitiis. Tullius lib. 2. officiorum, Testis est Phalaris, cuius præter cæteros nobilitata est crudelitas. Et in 4. in Verrem actione, Accipite nunc aliud eius facinus nobile, & multis *Nobilitare flagitiis.*
» locis memoratum. Et Quintus Cicero illius frater ad eundem Tullium de petitione consula- *Nobilitata crudelitas.*
» tus, Nequaquam hi sunt tam genere insignes, quàm flagitiis nobiles. Salustius in eundem
» Tullium, Vxor sacrilega, ac periuriis nobilitata. Portius Latro in declamatione aduersus Ca-
» tilinam, Adhibiti sunt & cuncti barbarorum hominum nobilitati non solum magnitudine, *Facinus nobile.*
» & summa æris alieni, verum etiam consuetudine, ac studio turpissimarum rerum. Et iterum,
» Nam vitam eius commemorare non est necesse, versatam semper in obeundis libidinibus, ac *Flagitiis nobiles.*
societate turpissimorum hominum nobilitatam. Et Ouidius lib. 2. Tristium,

Nobilis est Canace fratris amore sui. *Nobilitata periuriis.*

Et Liuius qui libr. 9. belli Macedonici Hispalam Feceniam scortum nobile vocat, vti Valerius Phrynem lib. 4. cap. 3. quo loco de Xenocrate loquitur, & Lactantius lib. 3. cap. 15. Laïdem. Nam & Donatus interpretans illud Terentianum in Hecyra, Scit sibi nobilitatem ex eo, &c. *Nobile scortum.*
Proprie (ait) nobilitatem dicit, Nam & meretrix, & gladiator, nobiles dici solent. Nam, vt illi id
» addas, Cicero pro Sexto Roscio Amerino, Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gla- *Meretrix nobilis.*
» diator habetur. Et in 3. Philip. Quod gladiatores nobiles faciunt, vt honestè decumbant, &c.
Seneca Tragœdus in Agamemnone, actu 3. *Gladiator nobilis.*

Hinc scelere Lemnon nobilem.

Et Plinius libr. 29. cap. 1. Vectius Valens adulterio Messalinæ Claudij Cæsaris nobilitatus. Cornelius Tacitus in Dialogo de oratoribus. Nobilitatus criminibus. Et Diuus Hieronymus in Heluidium, Nobilis factus est scelere. Cæterum Plutarchus in vita Syllæ in princ. scribit Ruffinum quempiam ex maioribus ipsius Syllæ Consularem gessisse dignitatem, sed huic longè maiorem ex ignominia, quàm ex honore nobilitatem affuisse. Et hoc quoque minime latuit ex nostris Lucam Pen. in l. 1. col. 1. C. de condit. in public. hor. lib. 10. Cepolam in d. tractat. de Imper. milit. delig. in materia nobilitatis, in 21. po.

31 ¶ Nam & cætera quoque illa vocabula à nobis suprà relata, quibus scilicet nobiles & nobilitatem significamus, in malam quoque partem plerunque & pro magna parte accipi, & inter ea quidem illustris appellationem, declarat Seruius in 6. librum Aeneidos, cum dicit hoc nomen notitiæ nomen esse, non meriti. Vnde etiam in meretricibus, vt subdit inuenitur: nam & nobiles & illustres vocantur. Hæc ille. *Illustris in malam partem.*

32 ¶ De splendido item, quod etiam ad vituperium trahi possit, apertè probat illud Horatij lib. Carminum 3. Ode 11. *Splēdidus in malam partem.*

Periurum fuit in parentem,
Splendide mendax.

33 ¶ Altum quoque in malam partem intelligi, ex eo intelligitur, quòd altas stirpes stultitiæ dicit Cicero lib. 3. Tusculanarum quæstionum. Altum dolorem Virgilius lib. 1. Aeneidos. *Altum in malam partem.*

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Quanquam illic altum pro profundo, & recondito sumitur.
Gemitum altum idem Virgilius lib. 11. eiusdem operis,

Subsistit Aeneas, gemitúque hac addidit alto.

Sed & illic altum, pro magno capitur.

34 ¶ Insignis item vocabulum in vituperium accipi tradit Festus Pompeius. Et probat Lucretius, malefacta insignia appellans lib. 3. de rerum natura, *Insignis in malam partem.*

Sed metus in vita pœnarum pro malefactis,
Est insignibus insignis.

Et Terentius in Eunucho.

Nam iam diu causam quærebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret.

Id est, vt interpretatur Donatus, magnum & nobile facinus. Et iterum in eadem fabula, *Contumelia insignis.*

Hanccine ego vt contumeliam tam insignem in me accipiam?

Nam & insignis iniuria dicitur apud Ciceronem in oratione pro Cecinna. & libro 5. epistolarum famil. epist. 2. Insignis ignominia apud eundem in oratione de prouinciis consularibus, non semel. Et insignis nota, ibi. Et insignis nequitia in oratione in Pisonem. Insignis temeritas, apud Cornelium Tacitum lib. 17. Notus, & insignis latro, apud eundem in 11. Philip. Et Philip. 4. Quis autem rex vnquam fuit tam insigniter impudens, &c. Et in oratione pro Quintio, Neque tamen quisquam inuentus est tam insigniter improbus. &c. Et pro Rabirio, Insignis homo omnibus notis turpitudinis. Et libr. 3. de legibus, Insignis ad deformitatē puer. Et Ouidius lib. 4. de Ponto, eleg. 13. *Iniuria. Insignis latro.*

Insignis vitiis forsitan esse suis.

Et Liuius libr. ab vrb. condit 2. Arripi virum insignem ducem seditionum iussit. Et apud eundem lib. 7. etiam ab vrb. cond. Insignis pestilentia. Et apud Plinium lib. 35. ca. 10. insigne flagi- *Insignis pestilentia.*

tium. Et in l.fi ab arbitro.ff.qui satisd.cog. insignis calamitas. Et Quintilianus lib.1.c.1. Hebetes & indociles non magis secundum naturam hominis eduntur, quàm prodigiosa corpora, & monstris insignia. Cornelius Tacitus libro 13. qui ad id, quod suprà ex eo diximus, scilicet insignis genere, addit, & lasciuia. Suetonius in Augu.c.38. Et senio vel aliqua corporis labe insignibus permisit, &c. Suntq; in id alia infinita testimonia. Liuius autē ea dictione vtitur in ea significatione, in qua plerunq; nobilis appellatio vsurpatur, vti suprà diximus, in li.6.ab vrb.cond. Diē insignē duplici clade. Et Iusti.li.6. Cladibus insignes fuere. Et Silius Italicus in initio li.11.

Nunc age quos clades insignis Iapyge campo,
Verterit ad Libyam populos.

Inclytus in malam partem.

35 ¶ Inclytum quoque, de quo magis dubitandum fuerat, ad vituperium dici, testimonio est illud Soliui cap.7. Saxum & Scyllæ Carybdisque sæuis nominibus inclytum. Nec temerè in aliis locis reperies.

Notabilis in bonam partem.

36 ¶ Quin & notabilis & famosi appellationes, quæ propemodum sunt eiusdem significationis, vt quæ à notione, & fama deriuantur, etiam in vtranque partem accipi videmus. Nam de primo in bonam, illud est Tullij lib. epistolarum 3. ad Lucium epistola 12. Si verò exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissima lectionis voluptate. Et Suetonij in Augusto, c. 72. Sua, quamuis modica, non tam statuarum, tabularúmque pictarum ornatu, quàm xystis, & nemoribus excoluit, rebúsq; & vetustate, & claritate notabilibus, &c. Et in Caligula, ca.14. Accessit ad immensum ciuium amorem notabilis etiam externorum fauor. Et in Domitiano, cap. 20. Dictorum etiam notabilium, vellem (inquit) tam formosus esse, quàm Mctius sibi videtur. Et Cornelij Taciti libr. 17. Notabili tempestate etiam deos infaustam adoptionem aduersantes. Et iterum, Ob aliquam notabilem illa die operam. Et lib.19. Notabili constantia Iulius Agrestis, & in Agricola, Ac ne notabilis celebritate, & frequentia occurrentium introitus esset. Et Plinij Senioris lib.35.ca.10. Noua nupta verecundia notabilis. Et alterius Iunioris lib. epistolarum 5. epistola 1. quæ ad Seuerum est, Et factum meum, nisi fortè blandior mihi, antiquorum notabili honore signauit. Et alibi, Notabilis prorsus res, & mira. Rursum alibi, lib.9. ad Quadratum, Notabilem te futuris principibus fecisti.

Et in malam.

37 ¶ In malam autem partem est illud Vlpiani in l.1.§. secundo loco. versi. Item notatur. ff. de postul. vbi scribitur, Notauit personas turpitudine notabiles. Nam & illic verbum notaudi, à quo notabilis dicitur, in malam partem sumitur, vt aliàs sæpe. Et in l.quisquis. §. denique. C.

38 ad legem Iul.maiest. Et Cornelij Taciti lib.17. Quibusdam vt in tumultu notabilibus turbātibus. Et libr.18. Notabile iurgium inde fuit. Et libr.19. Eo notabilior cædes fuit, quia filius patrem interfecit. Et libr. 20. Quippe intra vallum deformitas non perinde notabilis, &c. Et de moribus Germanorum, Nec quicquam notabile in singulis. Nam & notatissimus, cuius est eadem origo, in eandem partem posuit Cicero in oratione pro domo sua, de Gabinio loquens, Quid? Homini teterrimo, crudelissimo, famosissimo, omnium scelerum, libidinúmque maculis notatissimo.

Famosum pro infamāte.
Famosum iudicium.
Famosa causa.
Famosa actio.
Famosum interdictū.
Famosum carmen.
Famosi versus.

¶ Ex quo etiam loco iam plane intelligis famosum in malam partem accipi. Vti etiam apud nostros pro infamante & infamato. Infamante quidem, cum dicimus famosum iudicium, in l. cessat.ff.de acti.& obliga. & in l.si in duabus.ff.de tegu.iur.& in l. nam postea. §. si damnetur. ff.de iureiur.& apud Suetonium in Tiberio, cap.35. Famosam causam, in l. sed si hac. §. Prætor ait.ff.de in ius vocan.& in l.si quid.ff.de solut. Et famosam actionem, in l.Diuus.ff.de in integ. restitut. & in l.furti.in princ.ff.de his, qui no.infa.& in l.1. §. ait prætor.& l.non debet.ff.de do.mal. Famosum interdictum, in l. neque. ff.de vi & vi arma. Et famosum carmen apud Horatium lib. epistolarum 1.epistola 20. quæ est ad Mecœnatem,

Nec sponsæ laqueum famoso carmine nectit.

Famosa epigrammata.
Famosi libelli.
Famosa scripta.
Famosa iniuria.
Famosi gladiatores.

Et Suetonium in Tiberio, cap. 28. Sed aduersus conuicia malósque rumores, & famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens subinde iactabat. Et Cornelius lib.16. Neque famosi carminis, quia protulerit ingenium, extorrem agi. Famosos versus apud ipsum Horatium lib.2. Sermo. Satyr. 1.

Famosisque Lupo cooperto versibus.

Famosa epigrammata, Suetonium in Cæsare, c.73. Famosa scripta, apud eundem in Domitiano. Famosos libellos in rub.ff.de iniur.& famo.libel. & in l.'. C. de famo. libel. & apud ipsum Suetonium in Augusto, cap.55. Et famosam iniuriam apud Valerium Maximum, lib.9.cap.1. vbi de Curionibus loquitur. Et famosos gladiatores, apud Apuleiū, lib.10. Metamorphoseos. ¶ Infamatum quoque, siue infamem, & turpem, & vilem significat, in l.famosi. ff. ad leg. Iuliam læs.maiest.& l.Sabinus.ff.de dol.mal.& l.deferre. §.1.ff.de iure fisci.& l.capitalium.§.vlt.

Famosum pro infamate,

39 ff.de pœnis. vbi scribitur, Maiores nostri in omni supplicio seuerius seruos, quàm liberos, famosos quàm integræ famæ homines puniuerunt. & in l.non potest.ff.de furt.& in d.l.furti.in princ.ff.de his, qui no.infa. & in d. l. nam postea.§.si damnetur. ff.de iureiur. Et apud Ciceronem. lib.2.de Oratore, ex poëta quopiam,

—Quid

—Quid tu Egilia mea
Quando ad me venis cum tua cola & lana?
Non pol (inquit) audeo,
Nam me ad famosas vetuit mater accedere.

Quem locum in id expendit Nonius Marcellus. Tacitus lib.5. De in multorum amoribus famosa Albucilla. Et lib.20. Crebris apud Neronem delationibus famosos. Et Suetonius in Tiberio cap.35. Fœminæ famosæ, vt ad euitandas legum pœnas, iure, ac dignitate matronali exoluerentur, lenocinium profiteri cœperant. Et in Claudio, Alium corruptelis, adulteriisque famosum. Et Iustinus lib. 22. Post hæc apud vtrunque sexum famosus vitam latrociniis mutauit. Et Sacræ literæ Gen.ca.6.de gigantibus: Isti sunt potentes à seculo viri famosi. Quo in loco à Moyse scriptore Hebræo אנשי השם appellati sunt, id est, ex vulgata editione, viri famosi, aut, vt alij vertunt, viri nominati, qui scilicet turpibus factis famam & nomen magnum sibi comparauerant. Quanquam sunt nonnulli, qui inibi non in malam partem accipi contendunt.

Famosi apud Hebræos.

40 ¶ Sed vtruncunque sit in eo loco, certè ab ea mala parte pudor famosus dicitur Ouidio lib.3. Amorum, eleg.5. Persona famosa, in l.3.§.1.ff.de offi. præfec. vigi. Mœcha famosa Martiali lib.2.Epig.39

Coccinas famosæ donas, & ianthina mœchæ.

Et rursus Epig.47.

Subdola famosæ (moneo) fuge retia mœchæ.

Pudor famosus.
Mœcha famosa.

Meretrix famosissima Lactantio lib.3.cap.15.vbi de Aristippo loquens, Quid ergo interfuit quo animo Philosophus ad meretricem famosissimam conueniret. Et famosa Materno lib. Astronomicôn 6.cap.31. Meretricem (inquit) publicam, & famosam nundinato pudore perficiet. Et eodem lib. cap. 27. Audacem meretricem, & multa teneritudine famosam. Famosus pædico, eodem lib.ca.30. Famosus latro, in d.l.capitalium.§.famosos.ff.de pœnis. Famosus prædo Apuleio.lib.7. Asini aurei. Famosa iniquitas Macrobio lib.7.Saturnalium, cap.3. Et famosus hospes Paris Horatio lib.Carmi.3. Ode.3.

Iam nec Lacænæ splendet adulteræ
Famosus hospes.

Meretrix.
Pædico.
Latro.
Prædo
Iniquitas.

Famosum stuprum, Lactantius lib.1.cap.17. Ipse autem Firmicus lib.3.cap.7. in decimo loco vtrunque copulauit, Faciet (inquit) infames famosos.

41 ¶ Sed & in bonam interdum partem accipi docet Cornelius Tacitus lib.19. Nota per eos dies Iunij Blesi mors & famosa fuit. Et lib.21. Sed quia famosæ vrbis (de Hierosolyma loquitur) supremum diem tradituri sumus, cõgruens videtur primordia eius aperire. Iuuenalis Saty.8. statim post prin.

Famosos equitum cum Dictatore magistros.

Famosus in bonam partem.

Quanquàm ibi malo legere fumosos, vt alibi dicam. Suetonius in Caligula, ca.19: Postridiè quadrigario habitu, curriculóque biiugi famosorum equorum præ se ferens Darium puerũ, &c. Plinius iunior, li.2.epistolarum ad Arrianum, post princ. Accipe quod per hos dies actum est personæ claritate famosum, seueritate exempli salubre, rei magnitudine æternum. Et li.6. ad Triarium, Impensè petis vt agam causam pertinentem ad curam tuam, pulchram alioquin & famosam, faciam, &c. Et alibi, Præterea qua gratia, quibus amicitiis fultum nominat quendam qui tunc ad orientem amplissimum, & famosissimum exercitum obtinebat. Apuleius lib.9. asini aurei, cùm dicit, Matronam quampiam fuisse famosa castitate. Et lib.11. At ille vir, alioqnin grauis, & sobriæ religionis obseruatione famosus. Macrobius lib.7.cap.1. Critobolum famosæ pulchritudinis adolescentem Socrates, cùm ad comparationem formæ prouocaret, iocabatur, non irridebat. Diuus Hieronymus ad Paulinum de institutione Monachi, Caue ne quasi fidelis & famosus tuorum quondam dispensator alienam pecuniam dispensandam suscipias. Et lib. Iudich.cap.8. aut quisquis est eius libri interpres, de Iudich loquens, Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat dominum valde, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. Et lib.2 Machab. cap.2. Famosissimum in toto orbe templum recuperarent. Iulius Capitolinus in Vero Imperatore, Villam prætereà extruxit in via Clodia famosissima. Quanquàm & ibi etiam in malam partem accipi potest. Nam subdit, In qua per multos dies & ipse ingenti luxuria debacchatus est. Iulius Firmicus Maternus lib.2.astronomiæ, vbi famosos oratores appellat, famigeratos scilicet, & celebres. Boëtius in Topica Ciceronis, Ea nanque sunt probabilia, quæ videntur vel omnibus, vel pluribus, vel maximè famosis, atque præcipuis, &c. Ex quo etiam famositas in eundem sensum apud Apuleium lib.9. Hic vxorem generosam, & eximia famositate præditam, &c. Nisi illic formositate legendum sit, quod magis puto, vel reclamantibus codicibus. Hæc autem, quæ diximus, hinc fiunt quòd fama, à qua famosus, in vtranque quoque partem sumitur, vt clarius est, quàm vt alia probatione indigeat.

Famositas.
Apuleij locus.

Nobiles olim non nisi cum laude dicti. Elegans primum in malã partem. Postea in bonam.

42 ¶Igitur vt redeamus, Nobiles ij olim dicebantur, qui aliquo nomine, vel titulo virtutis, siue vitij, aut aliter noti erant, & hominum fama celebrati. Sed vt tempus omnia immutat, & ea quidem interdum in melius, & interdum in deterius: eò postea processum est, vt nobilis fermè non nisi cum laude diceretur. Sicuti etiam non dissimiliter, elegans primùm vsque ad Catonis tempora vitij, non laudis fuit, vt scribit Gellius lib. 11. c. 2. Posteà reprehendi desiit, nulla tamen laude dignabatur, nisi cuius elegantia esset moderatissima. Ideò Marcus Tullius L. Crasso, & Scæuolæ non meram elegantiam, sed multa parsimonia mistã laudi dedit. Crassus (ait) parcissimus elegantium, Scæuola parcorum elegantissimus. Hæc enim, vt id addam, sunt verba ipsius Tullij in libro de claris oratoribus. Postremò autem elegantem laudando simpliciter diximus, vel testimonio ipsius Tullij, qui lib. 3. de finibus, paulò post princ. artes liberales vocat elegantes, & ingenuas.

Nobiles tandem cũ laude tãtũ.

43 ¶Sic quoque eò deuentum, vt eos nobiles cum laude duntaxat diceremus, qui alios virtutibus, diuitiis, scientia, industria, eloquentia, re militari, Reipublicæ gubernatione, sua, aut maiorum dignitate, aut alia quauis excellentia non vulgari, & ea quidem nota, & celebri anteirent, vt prodit Aristoteles libr. Politicôn 4. cap. 3. & 4. & iterum libr. 1. Rhetoricorum ad Theodecten. cap. 5. Quasi videlicet in iis laudandis, & admirandis rebus præ cæteris noti & excellentes, habentésque quippiam maius, atque augustius, quàm cæteri homines, ita vt diuini quodam modo esse existimarentur, ab iisdémque fontibus, & initiis prodierit nobilitas ipsa, atque falsa illa diuinitatis opinio, cùm vera ipsa diuinitas non satis esset hominibus cognita. Nam vt illos propter quandam supra vires humanas excellentiam, vt vulgus existimabat, deos esse credebant, ideoque illis simulachra, statuas, & imagines consecrabant, vt tradit Ioannes Damascenus statim circa initia libri: Hæreseôn ita etiam illis nobilibus, qui scilicet cæteris, vt disimus, antecellebant, notósque se omnibus faciebant, statuas quoque, & imagines palàm, & in foribus templorum, ædiúmque publicarum ponebant. Ex quo videmus huiusmodi statuas, & imagines, pro cuiusdam nobilitatis insignibus passim intelligi, vt dicemus latiùs infrà, cap 6. nu. 14. de secundis, & sequent.

Prisci nobiles in deos genus suum referebãt.

44 ¶Nam &, quod huiusmodi opinionẽ maximè confirmat, Prisci illi, qui nobilitate illa maiorũ imprimis gloriabantur, vnum suæ nobilitatis fundamentum iactabant, se maiorésve suos Dis, Deabúsque genitos, procreatósque esse. Quod nos videmus passim apud Homerum, Virgilium, cæterósque poetas. Ex quibus vnum aut alterum tantum locum ex aliis infinitis afferemus. Achilles enim apud Homerum lib. 21. Iliados,

Αὐτὰρ ἐγὼ γενεὴν μεγάλου Διὸς εὔχομαι εἶναι.
Τίκτε μ' ἀνὴρ πολλοῖσιν ἀνάσσων Μυρμιδόνεσσι
Πηλεὺς Αἰακίδης· ὁ δ' ἄρ' Αἰακὸς ἐκ Διὸς ἦεν.

At ego generationem magni Iouis glorior esse.
Genuit me vir multis imperans Myrmidonibus
Peleus Aeacides. hic autem Aeacus ex Ioue fuit.

Et apud Virgilium lib. 6. Aeneidos, Aeneas hæc Sybillam Cumeam alloquens,

Quid memorem Alciden. & mi genus ab Ioue summo?

Nam & apud Homerum ipsum lib. 20. Iliados, idem Aeneas ipsum quoque Achillem alloquens, gloriatur se à Ioue per gradus, quos ipse sigillatim enumerat, descendisse. Apud Ouidiũ autem lib. 13. Meta. Aiax & Vlysses illud quoque iactitant, ex diis se esse prognatos. Nam Aiax ita statim post prin. eius libri,

Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,
Nobilitate potens essem Telamone creatus,
Mœnia qui forti Troiana sub Hercule cepit,
Littóráque intrauit Pegasæa Colcha carina.
Aeacus huic pater est, qui iura silentibus illic
Reddit, vbi Aeoliden saxum graue Sisyphon vrget.
Aeacon agnoscit summus, prolémque fatetur
Iuppiter esse suam. Sic à Ioue tertius Aiax. Vlysses autem sic,
—Sed enim quia rettulit Aiax
Esse Iouis pronepos: nostri quoque sanguinis author
Iuppiter est: totidémque gradus distamus ab illo.
Nam mihi Laertes pater est, Arcesius illi,
Iuppiter huic.—

Poetæ quos laudant, à diis genitos dicunt.

45 ¶Sed & ipsi poëtæ vbique quos volunt ante cæteros laudare, nobilitatis titulo atq; nomine, horum genus ad deos referunt. Quid enim Virgilius toties inculcat, Nate Dea. Quid Homerus aliud significare voluit, cum reges, & alios præ cæteris nobiles διογενέας, & διοτρεφέας ferè semper vocat, id est, Iouis filios, & Iouis alumnos, siue Ioue genitos, & à Ioue nutritos, quę & vtraq; vocabula Gręcis nobiles, & generosos significãt. De Diogenis appellatione multa ex

eodem afferemus infrà, cap. 20. num. quid igitur amplius. Sed & seq. num. ostendemus ipsos nobiles ab eodem δίους, & fœminas nobiles δίας appellari, veluti diuinos & diuinas. Nam & δῖοι & δῖαι, vtranque habent significationem, & nobilis & diuini, siue diuinæ. Sed quod ad διοτρεφέων appellationem pertinet, multa eiusdem Homeri testimonia habemus, quibus vel reges in vniuersum, vel quosdam nuncupatim ita vocat. Nam de primo illud est lib. 1. Iliados,

Ἔχθιστος δέ μοί ἐσσι διοτρεφέων βασιλήων. Et lib. 2. eiusdem operis,

— ἀκούσειαν δὲ διοτρεφέων βασιλήων. Et iterum.

Οἱ δ' ἀμφ' Ἀτρεΐωνα διοτρεφέες βασιλῆες. Et lib. 4.

Ὦ ψιφετιμῶ διοτρεφέες βασιλῆες.

Et lib. 5. eiusdem operis loquens de filiis Priami regis,

Υἱάσι Πριάμοιο διοτρεφέεσσι κέλευεν,

Ὦ υἱεῖς Πριάμοιο διοτρεφέος βασιλῆος. Iterúmque lib. 4. Odyssex,

Ἀλλ' ἀνδρῶν γένος ἐστὶ διοτρεφέων βασιλήων

Et alibi sæpe, vbi etiam Hesiodus in Theogonia. Et ita nuncupatim appellat Homerus Menelaum eodem lib. 4.

Σοὶ δ' οὐ θέσφατόν ἐστι διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε. Et Achillem lib. 21. Iliados.

Ἀντί τοι εἰμ' ἱκέταο διοτρεφὲς αἰδοίοιο.

Verba sunt Lycaonis ad Achillem. Et iterum lib. 24.

Μή με πω ἐς θρόνον ἵζε διοτρεφές.

Et Agamemnonem lib. 23. eiusdem quoque operis,

Μέμνημαι τάδε πάντα διοτρεφὲς ὡς ἀγορεύεις. Et aliàs sæpe.

Nam, vt dicit ipse Hesiodus in Theogonia,

Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες. id est, E Ioue sunt reges.

46 ¶ Sed vt reuertamur, huiusmodi hominum persuasio, eas res excellentes, vt suprà diximus, num. abhinc 3. admirantium, colentiúmque, multis occasionem dedit, vt alij simpliciter dicerent virtutem nobilitatem esse: alij scientiam, alij diuitias, alij maiorum propriamve dignitatem, alij aliud pro ingeniorum, animorúmque, & iudiciorum varietate, vt latissimè prosequitur Bar. in d. l. j. C. de digni. lib. 12. & Lucas Pen. in l. mulieres. eod. tit. & lib. & alij plurimi ex iis, quos suprà in primo capite diximus de nobilitate scripsisse, & infrà etiam sigillatim declarabimus.

47 ¶ Verum prius mihi dicenda sunt alia quædam ad appellationem rei, de qua tractamus pertinentia. Plerique omnes, nobiles generosos vocant, sed alij aliter Aristoteles lib. 1. περὶ ζώων ἱστορίας, id est, de historia animalium. c. item 1. paulo ante fi. Leones nobiles dicit, lupos generosos. Nobile enim id esse, quod ex bono prodiit genere, generosum quod non à sua natura degenerat. Ita enim vocat Theodorus Gaza. Illius autem hæc verba sunt, τὰ δὲ ἐλευθέρια, καὶ ἀνδρεῖα, καὶ εὐγενῆ, οἷον λέων. τὰ δὲ γενναῖα, καὶ ἐπίβουλα, οἷον λύκος, εὐγενὲς μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐξ ἀγαθοῦ γένους, γενναῖον δὲ τὸ μὴ ἐξιστάμενον ἐκ τῆς αὑτοῦ φύσεως. Quod & ipsum propèmodum repetit in lib. 2. Rhetoricorum ad Theodecten, c. 15. his verbis, ἔστι δὲ εὐγενὲς μὲν, κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετήν. γενναῖον δὲ κατὰ τὸ μὴ ἐξίστασθαι ἐκ τῆς φύσεως. Verùm Cornelius Fronto in lib. de nominum verborúmque differétiis, Nobilem (inquit) dicimus nobilitate rerum, Generosum autem eum, qui Græcè εὐγενὴς appellatur. Ita alter ex re, alter ex cognatione est. *Generosi nobiles dicuntur. Nobiles & generosi an differant.*

48 ¶ Et sanè inter hos esse discrimen satis innuere videtur Tullius in Paradoxis, in eo loco, quē alibi ad aliud retulimus, Lapsa est (inquit) ipsius libido in muliere ignota, dolor ad pauciores pertinet, quàm si petulans fuisset in aliqua generosa, ac nobili virgine. Nam Tullius [illegible] verborum obseruator diligentissimus, si duo hæc verba idem significarent, neque vlla [illegible] re dissiderent, inerti, illepida, frigida, atque inepta geminatione non coniunxisset, vti de aliis duobus verbis, quibus vsus fuerat idem Tullius eleganter, & doctè disserit Phauorinus apud Aulum Gellium lib. 13. cap. 21. Et huc quoque spectat illud eiusdem Tullij in oratione pro Roscio Amerino, Sextus Roscius, pater huiusce, municeps Amerinus fuit, & genere, & nobilitate nō modò sui municipij, verùm & eius vicinitatis facilè princeps. Hîc enim genus à quo generositas, & nobilitas veluti aduersa ponitur. Et Ouidius in epistola Hypsipylæ ad Iasoné, *De eadem re.*

Si te nobilitas, generosáque nomina tangunt. Et Iuuenalis Saty. 7.

Fœlix, & sapiens, & nobilis & generosus.

49 ¶ Sunt tamen qui & generosos ex virtutibus, nedum ex genere, vocant. Et in his Sallustius verborum proprietatis scientissimus in Iugurtha, vbi hæc facit Marium loquentem: Contemnunt nouitatem meam, ego illorum ignauiam: mihi fortuna, illis probra obiectantur. Quanquàm ego naturam vnam & communem omnium existimo, sed fortissimum quenque generosissimum esse. Et Iuuenalis Saty. 8. *Generosi etiam ex virtutibus dicuntur.*

Quis generosa putet, nisi fortia?

Sed & Ouidius vtrosque confudisse videtur lib. 13. Metamorph.

Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis

Altera

Altera nobilitas, deest in vtroque parente.
Sed neque materno, quòd sim generosior ortu, &c.

Nam quam primùm nobilitatem appellauit, generositatem posteà vocat, & vtramque ex genere. Et iterum lib. 2. Fastorum, vbi de Fabiis loquitur,

Quò ruitis generosa domus? malè creditur hosti.
Simplex nobilitas perfida tela caue.

Nam & hic quam generosam domum primo loco vocauit, eandé posteà nobilitaté nominat.

50 ¶ Et sicuti nobilis & nobilitas de aliis quoque dicitur, quàm de hominibus, ita & generositas.

Generosum & generositas etiam de cæteris animantibus.

Nam de equis est illud Quintiliani lib. 5. ca. 11. Quis equus est generosus? nonne qui optimus? Et Statij lib. Sylua. 3. Syl. 2.

—Titulis generosus auitis
Expectatur equus.

Et ante hos Virgilij de pecude equino loquentis lib. 3. Georgicorum,

Continuò pecoris generosi pullus in aruis
Altiùs ingreditur, & mollia crura reponit.

Taurus generosus. Armentū generosum. Canes generosi. Oues. Capra. Sues. Aues. Testa.

Et de tauris quoque Plinij lib. 8. cap. 45. Tauris (ait) in aspectu generositas, torua fronte, &c. Et de armento Columellæ lib. 3. ca. 9. Et spem futurarum victoriarum concipiunt propagata sobole generosi armenti. Et de canibus idem lib. 7. cap. 12. nec vnquam eos, quorum generosam volumus indolem conseruare, patiemur, &c. Et de quibus Plinius lib. 8. cap. 48. ad fin. Et de capris idem eodem lib. cap. 50. Et de suibus idem lib. 11. c. 40. De auibus Columella loquens de gallis & gallinis lib. 8. cap. 2. Vti etiam de ipsis gallinis Plinius lib. 10. c. 56. Id quod accepisse videri possunt ab Aristotele, qui lib. 1. iterúmque 8. de generatione animalium, γενναῖα ὄρνιθας vocat. De testa. Horatius lib. 2. sermo. Sat. 4.

Sed non omne mare est generosa fertile testa.

Et de inanimatis quoque, Generosus flos. Vites. Arbusta. Vinea. Vua. Vinum. Sapor vini. Ficus. Pomum. Pruna.

51 ¶ Sed & de inanimatis quoque dicitur. Floré enim generosum vocat Ouid. lib. 5. Fastorum,

Nunc meus impleuit generoso flore maritus.

Vites siue vineas, vuam, vinum, & vini saporem. De primis & in vniuersum de arbustis. Columella lib. 3. cap. 4. Qui vineam vel arbustum constituere volet, seminaria priùs facere debet. Sic enim sciet cuius generis vitem positurus sit. Nam quæ pretio parata disponitur, certam generositatis fidem non habet, cum dubium est, an is, qui vendit, legendis seminibus adhibuerit diligentiam. Et eodem lib. cap. 9. Posset his pariter generosas vineas & vberes efficere. De vua Ouidius lib. 2. de remedio amoris,

Est tibi rure bono generosæ fertilis vua
Vinea.— De vino Tibullus, lib. 3. eleg. 6.
Chare puer madeant generoso pocula Baccho.

Illic enim Bacchum pro vino posuit, vt sæpe aliàs poetæ: vt paulo antè diximus. Et Horat. lib. epistolarum 1. epist. 16. quæ est ad Vallam,

Ad mare cum veni generosum & lene requiro.

Et Columella lib. 3. cap. 2. Sunt generosiora vina sub austro. Et Palladius lib. 17. c. 2. in princ. Plantam generosæ vitis & in seminario. Et Plinius lib. 17. c. 24. in prin. lib. 14. cap. 6. & li. 23. c. 1. Quò inquit, generosius vinū est, hòc magis vetustate crassescit. Et hinc vini generositas apud eundem lib. 14. cap. 6. & Martialem de vino excubo loquentem lib. 13. c. 115.

Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis.

De vini sapore Columella libro 3. c. 7. Et de ficubus, pyris, malísque, idem Columella eo. lib. 5. c. 21. ad fi. De pomo Quintilianus lib. 5. cap. 11. Quod pomum (inquit) est generosissimū, nonne quod optimum. De prunis Ouidius lib. 13. Metam.

Metalla. Herba. Siser. Scilla. Sydera. Gramen.

Prunáque non solum nigro liuentia succo.
Verùm etiam generosa.— De metallis, idem Ouid. in carmine ad Pisonem,
Abdita quid prodest generosi vena metalli?

De herbis Plinius lib. 19. cap. 5. vbi de sisere vno in loco, & de scilla, in alio loco. De sideribus Ouidius lib. 2. Amorum, eleg. 2.

Tum generosa voces fœcundæ sydera Ledæ.

Quanquam ibi loquatur de Castore & Polluce filiis Iouis & Ledæ. De gramine Iuuenalis Sat. 12.

—Quarum generosi graminis ipsum
Infecit natura pecus. De liquore olei Plinius lib. 5. c. 4.

Authoris sententia de discrimine nobilis & generosi.

52 ¶ Ex quibus facilè intelligis hanc generosi & generositatis appellationem non absimilem esse à nobilis, & nobilitatis appellatione, quam & huiuscemodi brutis animantibus, & inanimatis quoque tributam suprà docuimus, & multis ex iis, quæ nunc diximus. In quibus non est, quod discernere possimus nobilitatem à generositate, vti in hominibus discernunt, qui illam differentiam inter hæc ponunt. Ego verò vt tandem meum iudicium interponam: illud arbitror,

arbitror, generosum, & generositatem propriè, & priuatim dici, qui quæve ex genere est. Id enim nomen ipsum declarat. Nobilem autem, & nobilitatem latiùs patere, vt quæ & ad eam etiam quæ ex genere est, & propriè ad reliquas pertineat. Quod & videre licet ex Ouid. libro Tristium 4. eleg. 3. in princ.

O qui nominibus cum sis generosus auorum,
Exuperas morum nobilitate genus.

Sed nonnunquam illam cum hac confundi, vt sæpe fit in huiuscemodi eiusdem generis verbis. Et apud Græcos quoque εὐγενὴς, qui propriè nobilis est, & γενναῖος, qui generosus, sæpe confunduntur.

Gentiles homines pro nobilibus. Villani & rustici pro ignobilibus. Gẽtiles qui dicuntur.

53 ¶ Illud præterea non omittendum circa nobilium appellationem, eos apud Gallos gentiles homines, *Gentilz hommes*, vulgò vocari: ignobiles autem & plebeios, villanos & rusticos, *Vilains & roturiers*. Quæ loquendi consuetudo ab antiquitate profecta videri potest. Scribit enim Cicero in Topicis ad Trebatium, authoritate Scæuolæ pontificis, gentiles esse, qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorum nemo seruitutẽ seruiuit, qui capite non sunt diminuti. Et eum locum enarrãs Boëtius, Gentiles, inquit, sunt, qui eodem nomine inter se sunt, vt Scipiones, Bruti, & cæteri. Quid si serui sunt? num vlla gentilitas esse potest? Minimè. Quid si libertinorum ciuium Romanorum, eodem nomine nuncupentur? num gentilitas vlla est? Ne id quidem, quoniam ab antiquitate ingenuorum gentilitas dicitur. Et huc quoque alludit illud Ouidij de Fabijs loquens lib. 2. Fastorum,

Vna domus vires & onus susceperat vrbis,
Sumunt gentiles arma professa manus.
Egreditur castris miles generosus ab isdem,
E quis dux fieri quilibet aptus erat.

Quanquam posteriore tempore gentiles etiam dicti sunt, qui à seruis sunt oriundi, vt patet ex illo Plinij loco lib. 33. cap. 1. Singuli marcipores, luciporesve, dominorum gentiles, victum in promiscuo habebant. Sed ex illa antiquiore huius verbi significatione satis cõstat, non temerè, vt etiam admonet Budæus antiquitatum peritissimus, linguam vernaculam gentiles homines pro nobilibus appellare, Quasi ingenuos ab origine, & quorũ maiores seruitutem nullam prorsus seruierunt, Videlicet ab adscriptitiis, & conditione quadam obnoxiis distinguentem. Qui & ob id eadem lingua villani dici videntur, vt subdit Budæus, quòd villæ, vnde villici dicti adscripti, & colonariæ conditioni addicti aut ipsi sunt, aut eorum maiores fuerunt. Vnde etiam & rustici fortasse sunt appellati, tanquam ruri & glebę addicti. Nam & leges feudales quas vocãt, ignobiles rusticos appellant. c. si rusticus. & c. si miles. & c. si quis rusticus. tit. de pace tenen. Et Fœlix Palleolus hunc titulum suo operi, quod huic materiæ destinauit, de nobilitate & rusticitate præfixit. Vbi rusticitatẽ pro ignobilitate intellexit. Villa enim est prędium rusticum, vt & probat apud nos tex. in l. j. §. siue autem. ff. de oper. noui nunt. & in l. si ita. §. vlt. ff. de fun. instr. & l. si maritus. §. legis Iuliç. ff. ad leg. Iul. de adult. Et satis declarat Varro lib. rei rusticæ 1. cap. 2. & Plinius lib. 18. cap. 6. in princ. Nam quod alicubi reperis villam vrbanam, vt in l. videamus. §. vlt. ff loc. quæ & prętorium dicitur in l. plenum. in prin. ff. de vsu & habit. non propterea intelligẽdum est, eam in vrbe esse, sed in agris: sed ita vocari, quòd ad vsum domini agros inuisentis, aut animi causa ibi aliquando immorantis vrbicarum domuũ imitatione ędificantur, vt videre licet ex Varrone illius lib. 1. cap. 13. & plenius Columella villas distinguente lib. 1. cap. 6. Sic enim rus vrbanum vocat Iustinus lib. 31.

Villa.

Villa vrbana.

Ignobilis non est quis quod rus habitat.

54 ¶ Villani igitur, & rustici, ignobiles dici possunt à villa & rure, non propterea quod sit ignobilis & plebeius, quisquis rus habitat, vt dicit Ias. in §. item Seruiana. col. 4. instit. de action. per tex. in l. vrbanam familiam. ff. de verb. signifi. vbi dicitur, vrbanam familiam à rustica non loco, sed genere distingui: Quasi etiam nobilis ab ignobili non loco, sed genere distinguatur: licet sit, & dicatur rusticus, & rusticanus eo sensu, quo sumunt, qui propriè & Latinè loquuntur, vt licet colligere ex l. j. vbi & hoc not. Luc. Pen. & Io. Plat. C. ne rusti. ad vllum obseq. deuo. lib. 11. & not. Bart. in l. conficiuntur. §. codicilli. paulò ante fi. ff. de iure codic. & Iaco. Bel. in §. 4. in 9. not. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. & in sua disputatione incip. Rex concessit. quam posuit sub §. illud tamen à nobis. eo. tit. Etiam si is sit nobilis, qui rus habitat. Nam & is quoque rusticus, & rusticanus dicitur, gaudetque rusticorum priuilegiis, vt scilicet testari possint, cum quinque testibus, & id genus cæteris, nec tamen amittat iura nobilitatis, vt voluerunt Pet. Cyn. Ray. Bal. Angel. qui id dicit bene notandum, & menti tenendum, Salic. Raph. Fulgos. Corne. & Iason in l. vlt. C. de testam. & Bal. post Pet. Cer. in c. si rusticus. & ibi quoque Iac. Aluar. tit. de pace tenen. vbi dicunt, quòd in Italia multi sunt nobiles rus habitãtes. Ex quibus etiam apertè constat id, quod suprà diximus, non esse ignobilem, qui rus habitat.

Rusticus etiam nobilis, rusticorum priuilegijs vtitur.

55 ¶ Quanquàm leges pluris faciunt, habéntque in maiori pretio nobiles, qui in vrbibus morantur, vt probat text. in auth. præsides. in illis verbis, Nobiliores ciuitatũ habitatores. C. de episc. audi. & tex. vnde ea auth. sumitur, in §. Interim, in iisdem verbis, in auth. de defen. ciuit. quem

tex. ad

tex. ad hoc expendit Iason in d. §. item Seruiana. & ante eum Barb. qui illum facit, sing. in cle. & si principalis. Col. 3. de rescript. Nam & alia quęuis vrbana rusticis nobiliora sunt, quod ex eo constat quod scribit Bar. post Mart. Sil. seruitutes vrbanas esse rusticis nobiliores, ideóq; difficiliùs præscribi vt ibi scribitur. Et facit quod voluit Luc. Pen. in l. mulieres. col. 3. versi. octauo. ex loco. de digni. lib. 12.

Vrbana rusticis nobiliora.

εὐπατρίδαι Atheniẽsiũ nobiles. ἀγροῖκοι Ignobiles. Apud Rõ. vrbiũ muneru nobilibus commissa. Romuli lex. Ruris ignobilitas. Hebræi nobiles in vrbe, ignobiles ruri habitabãt.

56 ¶ Et id quidem, quod diximus de nobilibus vrbium habitatoribus, ex antiquorum Atheniensium, & Romanorum imitatione est: Illi enim nobiles εὐπατρίδας vocabant, quibus ciuitatem demandabant. Ignobiles verò ἀγροίκους dicebant, quasi agros habitantes, siue agrestes. Romani quoque ex instituto Romuli nobiles Patricios vocabant, quibus & munera ciuitatũ committebant. Ignobiles autem & plebeios colere agros, pascere pecora, & exercere artes quæstuarias iubebant. Vtrumque, author Dionysius Halycarnasseus lib. Antiquitatum Rom. 2. Et idem propémodum tradit Plutarchus in Theseo. Verba autem illius legis Romuli, quæ in Capitolio fixa erat, vt cæteræ leges, hæc sunt, PATRES SACRA MAGISTRATV'SQVE SOLI PERAGVNTO INEVNTOQVE, PLEBEI AGROS COLVNTO. Et id quoq; apud Hebræos fuisse obseruatum, vt nobiles in vrbibus, ignobiles ruri habitarent, apertè ostendit D. Hieronymus in prologo Esaiæ, cùm scribit, Esaias in sermone suo disertus, quippe vt vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admistum. Sed & apud Epidaurios centum & octoginta Senatores, quos Antynos vocabant, Rempublicam in vrbe administrabant: Plebs autem magna ex parte in agro agebat, vt scribit Plutarchus Probl. c. 114. Iulius autem Firmicus lib. Matheseos 8. cap. 23. rusticos & ignobiles copulat, veluti eosdem. Decimasexta pars (inquit) Leonis si in horoscopo fuerit inuenta, rusticos faciet & ignobiles, & nulla penitus disciplina morosos.

Rustici moribus & cæteris rebus rudes & inculti.

57 ¶ Et quod huic rei adstipulatur, videmus rusticos istos, siue agrestes, esse moribus, vita, sermone, incultos, rudes, ineptos, stolidos, duros, inhumanos, truces, insuaues, sæuos, asperos, immanes, feros, & penè barbaros, nullámque honestatis, sed vtilitatis potius rationem habentes, & modis omnibus dissidentes à moribus, quibus nobiles potissimùm munitos, insignitósque esse decet, vt ex his, quæ posteà dicemus, patebit. Quid enim aliud significat Cicero, cùm dicit Philip. 10. Solicitant homines imperitos Saxa, Capho, ipsi rustici atque agrestes. Et illud eiusdem in oratione pro M. Cælio: Quod in alicuius agrestis periculo non prætermitteret id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret? Et pro Archia, Quis nostrûm tam animo agresti, ac duro fuit, vt Roscij morte nuper non commoueretur? Et de lege Agraria contra Rullum, Ligones montani, duri, & agrestes. Et pro Milone, Seruos agrestes, & barbaros. Et libro epistolarum ad Atticum, epistola 258. Exculto animo nihil agreste, nihil inhumanum est. Et in Partitionibus, Hoc primùm intelligamus, hominum esse duo genera, alterum indoctum, & agreste, quod antefert semper vtilitatem honestati: Alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponit. Et in libro de Senectute, Libenter verò isthinc tanquam à domino agresti, & furioso profugi. Et in libro de oratore, A fera, agrestique vita ad hunc humanum cultum, ciuilémque deducet. Et in lib. 1. Officiorum, Adhibenda præterea munditia est non odiosa, neque exquisita nimis, tantùm quæ fugiat agrestem, & inhumanam negligentiam. Et in lib. 1. de diuinatione, vbi agrestem immanitatem appellat. Et virgilius Eglo. 2.

Rusticus es Corydon.

Quasi diceret ineptus, & inamabilis. Et in Priapeis, si is est,

Rusticus indoctè, si quid dixisse videbor,

Da veniam. —

Et Horat. lib. epistolarum 1. epistola 18. quæ est ad Lollium,

Asperitas agrestis & inconcinna.

Quid mores rustici Tullio in oratione pro Roscio Amerino memorati? Quid manus indoctæ & rusticæ Quintiliano li. 1. c. 11. Corda rustica Propertio lib. 4. Eleg. 1.

Pellitos habuit rustica corda patres.

Quid dura rusticitas Martiali lib. 7. Epig. 57. ad Gallam,

Hirsutum. & dura rusticitate trucem.

Ante hos omnes Homerus lib. 21. Odysseæ, rusticos peculiari epitheto νηπίους appellat, id est, stolidos, stultos, parum eruditos.

Νήπιοι ἀγροιῶται ἐφημέρια φρονέοντες.

Vrbani & vrbanitatis appellatio.

58 ¶ Quid è diuerso vrbani, & vrbanitatis appellatio significat, ostendit Tullius in oratione pro domo sua, Et homo facetus inducis sermonem vrbanum, ac venustum. Et Horatius lib. Ser. 1. Saty. 10. eadémque vlt.

— Fuerit Lucilius, inquam,

Comis, & vrbanus: fuerit limatior idem.

Quàm rudis, &c.

Et Quintilianus lib. 5. c. 3. Nam meo quidem iudicio, illa est

illa est vrbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque sensu, neque verbis, neque ore, gestúque possit deprehendi. Quid item ciuilis, & ciuilitatis appellatio, idem Quintilianus in præfatione lib. 1. Cum vir ille verè ciuilis, & publicarum, priuatarúmque rerum administrationi accommodatus, qui regere consiliis vrbes, fundare legibus, emendare iudiciis possit, non alius sit profecto, quàm orator. Et lib. 2. cap. 15. scribit ciuilitatem quibusdam visam fuisse eandem Rhetoricen, aliis ciuilitatis particulæ simulacrum esse Rhetoricam. Et libr. 3. cap. 8. cum appellat ciuilem, & humanum ingressum orationis. Et Suetonius in Augusto, cap. 51. cum scribit, Clementiæ, & ciuilitatis eius multa, & magna documenta sunt. Ouidius autem lib. 4. Tristium, eleg. 4.

Ipse pater patriæ (quid enim ciuilius illo?)
Sustinet è nostro carmine sæpe legi.

Ciuilis & ciuilitatis. ἄγροικος, rusticum & rudē significat. Hebræis eadem vox elegantem significat, & vrbanum, ἀστεῖον.

59 ¶ Possem huc adducere & alia bonorum authorum testimonia, id quod diximus probantia, sed nunc his contenti erimus, modo illud dixerimus. eos omnes illa dixisse Græcorum imitatione, quibus ea dictione ἄγροικος, qua agrestis significatur, vt iam diximus, & ἀμαθὴς quoque, & σκαιὸς τοὺς τρόπους, vt dicit Hammonius, intelligitur, id est, indoctus, rudis, insipiens, imperitus, ferox, ineptus, rusticus, inscitus, improbus moribus. Et id quoque intelligentes Hebraici sermonis interpretes, quem ipsi Hebræi חשיב id est, formosum vocant, & D. Hieronymus si is est, Exodi 2. capite statim post princ. elegantem vertit, Septuaginta interpretes ἀστεῖον, id est, vrbanum verterunt. Quos secutus Philon Iudæus in vita Moysis ex eodem Exod. cap. 2. Hæc scripsit γεννηθεὶς οὖν ὁ παῖς εὐθὺς ὄψιν ἐνέφαινεν ἀστειοτέραν ἢ κατ' ἰδιώτην, ὡς καὶ τῶν τυράννου κηρυγμάτων ἐφ' ὅσον οἷοί τε ἦσαν, τοὺς γονεῖς ἀλογῆσαι. Natus itaque infans Moyses vrbaniorem præ se ferebat vultum, quàm quis de plebeio homine suspicari posset, adeò vt parentes quantum possent, tyranni edicta facilè paruipenderent. Hæc ibi. ex quibus intelligis ἀστεῖον, id est, vrbanum, & ἰδιώτην, id est, plebeium veluti opposita accipi. Sunt autem qui astutos dicunt, ab ἄστυ, id est, ciuitate, quòd videlicet sunt rusticis astutiores. Nam & Homerus sæpe ita ciuitatem vocat. Sicque Athenienses vrbem suam vocabant, vt indicat Terentius in Eunucho, cum scribit, An in astu venit. quo in loco Donatus ita interpretatur. & Probus Aemilius in Alcibiade, Postquam, inquit, astu venit concione aduocata, verba sic fecit. Steph. Rober. Asconius autem Pedianus in 2. in Verrem actio. astuta interpretatur vrbana, quòd ἄστυ vrbs dicitur, citátque & illud Terentij. De quo & tu vide Diodorum Siculum lib. 1. cap. 2. non multo ante fin.

Astuti. Asty.

60 ¶ Quanquam, vt id obiter dixerim, illud scio, plurimos in vita rustica magnam fœlicitatis partem reponere. Quis enim nescit illud carmen Horatij Epodon Ode 2.

Beatus ille, qui procul negotiis,
Vt prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis, &c.

Illud quoque Claudiani,

Fœlix, qui patriis æuum transegit in aruis, &c.

Nam & hæc vtriusque carmina in rhythmos Gallicos elegantissimè traducta sunt, ideóque mulierculis nostris cognitissima. Quibus etiam succinit Seneca Tragœdiographus in Hippolyto, actu 2.

Non alia magis est libera, & vitio carens
Ritúsque melius, vita, quæ Priscos colat,
Quàm quæ relictis mœnibus, syluas amat, &c.

Et nos quoque aliquid dicemus infrà, cum tractabimus an agricultura præiudicet nobilitati.

Rustica vitæ felicitas.

61 ¶ Verum apud Gallos, atque Britannos, nobiles de industria vrbes fugiunt, eásque habitare ignominiæ loco ducunt, sicuti & retulit Pogius in suo libro de nobilitate, vbi de hac re adeò verè scripsit, vt nihil vnquam verius comperiatur: Mercatorum (inquit) aut quorumuis opificum filij, qui diuitiis præstant, & empto prædio rus se conferunt, vrbe relicta, atque eius fructu contenti, seminobiles euadunt, suísque posteris nobilitatem præbent. Ita plus illis rura, & nemus conferunt, quam vrbes, ad consequendam nobilitatem. Hæc ille. Et sane apud Gallos, nobiles vt plurimum ruri habitant in suis villis vrbanis, de quibus suprà locuti sumus, suspectáque est propemodum eorum nobilitas, qui in vrbibus, & oppidis habitant. Illud ausim dicere, illos libentius ruri morari, quàm in vrbibus: Illic enim sibi reges esse videntur, dum adorantur à suis villicis, & aliis id genus rusticis, quibus leges, quas volunt, imponunt, præscribũt, iubent, vetant quod videbitur. In vrbibus autem, & oppidis, solent habitare plurimi mercatores, aliíque admodum opulenti. quos non adeò sibi obedientes, tantúmque honoris impertientes essent habituri. Nam, vt scribit Teophilus Alexandrinus lib. pascali 3. Diuitiæ in vrbibus nobilitati præferuntur. Sunt autem, ne illud omittam, quædam c. de nobilibus quarundã vrbium ciuibus, vt in c. accedens. extrà de procur. & in c. series. extrà de testibus. Seneca autem in Agamemnone, actu 4.

Argo nobilibus nobile ciuibus.

Nobiles Galli vrbes fugiunt & quare. Nobiles ciues in iure canonico.

62 ¶ Cæterùm dici potest, plebeios, siue ignobiles, non dici *Vilains*, nostra lingua à villa, sed potius à vilitate, tanquam scilicet viles. Cui etymologiæ applaudit text. in d. auth. præsides. in princ. C. de epi. audi. cum dicitur, homines non vilissimos, sed nobiliores, &c. Ibi enim, vt vi-

Vilani non à villa sed à vili.

Viles pro ignobilibus. des, contrarij ponuntur viles, & nobiles. Et similiter in l.ingenuæ.C.de murile. libr.11.quæ splendori generis vilitatem opponit. Cuius arg. Lucas Pen. in l.1.col.2.iu princ. C. de cond.in pub. hor. lib. 10. dicit nobiles dici ad differentiam vilium. Et alibi ignobiles,& vilissimi coniunguntur in §.1.vers.sancimus in auth.de testibus.Sic vilem Spartacum vocat Claudianus.

Spartacus vilis dictus quia ignobilis esset.

—Vilis cum Spartacus omne
Perlatus Italia ferro bacchatus & igni,&c.

Locus iurisconsulti. Ob id,vt opinor,quòd is vili,& infimo genere natus esset. Nam cum seruum,& quidem fugitiuum, fuisse constat ex Plutarcho in Crasso.Plinio lib.33.cap.3.& Iurisconsulto in l.3.§. si seruus.ff.de aequi.poss. Vbi tamen in antiquis codicibus Spartanus legebatur, sed huius erroris primus nos monuit Ioan. Baptista Pius in posterioribus annotationibus,ca.52. Cæterùm Seruius enarrans illud Virgilij lib.7.Aeneidos.

Solus vbi in syluis Italis ignobilis aeuum
Exigeret. Iguobilis(ait)non vilis,sed ignotus, quod nos alibi ad aliud propositum citauimus.Nam sic vides Seruium vilem appellare,quem nos vulgò ignobilem dicimus.

63 ¶ Snnt & alia, vt id caput eandem finiam,nomina,quibus nobiles ipsi vocantur,præsertim apud Græcos, quæ videre poteris infrà, 21. ca.num.6. Quid igitur amplius?& quinque seq. ne hic te diutius detineam. Maturè enim pergendum est ad antiquæ illius nobilitatis species, quas non omnes tangemus:sed satisfacientes veteri prouerbio,μικρόν τι καὶ Μήδοις,reliquum facito aliquid & Medis:Eas tantum sigillatim describemus,quas à nostris legum interpretibna tractatas comperimus,quarúmque his nostris temporibus, quædam etiamnum reliquiæ manent,& ex quibus facile,ac perspicuè cæteras omnes intelligere poteris.

Alia nobilium appellationes.

Prouerbium.

Quemadmodum,quibúsve ex rebus Nobilitas quæritur. Et primùm an diuitiæ nobilitent. CAP. III.

1 Diuitias igitur, vt ab ea parte incipiam, quam maxima pars hominum maximè miratur, ac colit,nobilitatem esse,aut certè nobilitatis speciē multi adstruxere,sed alij aliter. Nonnulli enim diuitias ipsas simpliciter. Alij diuitias antiquas, scilicet à nostris progenitoribus relictas. Alij easdem, cum virtute etiam progenitorum coniunctas. Primæ sententiæ videtur fuisse Euripides,in Archelao,cuius hi versus sunt,

Μὴ πλούσιον θῇς, ἐνδεὴς ἔσται γὰρ ὤν,
Ταπεινός· ἔστι ... ἰσχύες μέγα
Πλοῦτος ... ἀνὴρ.

Quos sic reddidit Gesnerus in Stobæi traductione. Sermo.89.

Ne reddideris eum diuitem,nam si pauperior sit,
Humilis erit. Ingens autem vis est
Diuitiarum,quas qui nactus est,statim nobilis euadit.
Et rursus idem Euripides in Aeolo,

τὴν δ' εὐγένειαν πρὸς θεῶν μή μοι λέγε,
Ἐν χρήμασι τόδ' ἐστί. id est,vt & idem vertit,

Nobilitatis mentionem amabo ne mihi feceris,
Hoc in pecuniis situm est. Item quæ in Erechtheo,

Ἔχειν δὲ πειρῶ· τοῦτο γὰρ τό τ' εὐγενὲς
Καὶ τοὺς γάμους δίδωσι τοὺς πρώτους ἔχειν.
Ἐν τῇ πενίᾳ δ' ἐστὶν ἥ τ' ἀδοξία,
Κἂν ᾖ σοφός τις, ἥ τ' ἀτιμία βίου.

Da operam opibus,nam illæ nobilitatem donant,
Et nuptiis primariis potiri in causa sunt.
In paupertate verò obscuritas inest,
Vtcunque sapias,& ignominia vitæ.
Et in Iphigenia iu Aulide,

Οἱ δ' εὐδαίμονες
Ἐν πᾶσι κλεινοὶ καὶ περίβλεπτοι βροτοῖς.

Nam diuites
In omnibus inclyti,& illustres hominibus. Et in Alcmena.

2 ¶ Et Aristoteles quoque lib. Politicôn 4.cap. item 4.qui postea quàm recensuit multa plebeiorum genera,illud confestim subdit, τῶν δὲ γνωρίμων, πλοῦτος, εὐγένεια, ἀρετὴ, παιδεία, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια λεγόμενα κατὰ τὴν διαφορὰν Nobilium siue mauis,Patriciorum verò opulentia, clari natales,virtus,eruditio,& his similia,quæ differentiæ causa nominantur. Et Quintilianus,si is est, quod Valla putat,declamatione 14.dum appellat opes nobiles,quod non nisi ab effectu intelligi posse videtur. Et Theophilus Alexandrinus lib. Paschali.3. dum scribit diuitias nouis hominibus antiquam donare familiam.

Qui ex nostris.

3 ¶ Ex nostris autem legum interpretibus eius sententiæ hauddubiè fuit Alber. non leuis authoritatis

thoritatis vir, in l. Imperatores. statim post princ. ff. de Decuri.dum dicit, diuitias nobilitare. & Bal. qui minimè illi authoritate cedit, in cap. super eo. le. 2. in fin. extra de test. vbi per eum text. dicit, eum satis esse nobilem, qui diues est. & Barb. qui suo ipsius iudicio nemini cedebat, consi. 57. præclarè scribitur. col. 2. lib. quoque 2. per text. in l. nobiliores. C. de commer. & merc. qui videtur tria nobilitatis genera tetigisse, scilicet natalium, honorum, & diuitiarum.

4 ¶ Quibus omnibus accedit quod scribit Horatius lib. Epistolarum 1. *Qui huic opinioni accedunt.*

Scilicet vxorem cum dote, fidémque, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.

Et Liuius 3. dec. lib. 2. mulier Paula nomine Busa, genere clara ac diuitiis. Et Iuuenalis Saty. 2.

Clarus genere atque opibus vir.

Quæ loca & nos alibi suprà ad aliud citauimus. Nam, vt suprà diximus cap. 2. numero 9. Clarus idem est quod nobilis. Iuuenalis autem apertè declarat claritatem, siue nobilitatem, non solum ex genere esse, sed etiam ex opibus. Et quod Ennius vetus ille poëta in Tragœdia, cui Hecuba titulus erat, opulentos ignobilibus veluti opposuit, tanquam scilicet opulenti ipsi sint nobiles, inopes autem ignobiles. Versus eius sunt apud Aulum Gellium, lib. Noctium Atticarum 11. cap. 4.

Nec tu & si peruerse dicas, facile Achiuos flexeris.
Nam cum opulenti loquuntur, pariter atque ignobiles,
Eadem dicta, eadémque oratio æqua non æque valet.

Cui proximum est, quod scribit Ecclesiasticus cap. 13. Diues loquutus est, & omnes tacuerunt, & verbum eius vsque ad nubes perducent: Pauper loquutus est, & dicunt, quis est hic?

5 ¶ Imo verò plus dicebat Guil. à monte Laudu. in cle. 1. de bapt. quem ibi refert Cardi. Flor. in *Diuites* quæst. 6. quòd omnes diuites dici possunt principes, ita vt in illis locum habeat d. cle. loquens *principes.* de principibus, ar. cap. omnes. de maio. & obedi. & eius, quod scribitur, vt ipse dicit, Eccles. 11. Pecunia est omnium regina. Sed credo illum voluisse citare illud Ecclesiastic. 10. Pecuniæ obe- *Pecuniæ* diunt omnia. quod & è nostris quoque citarunt Host. & Io. And. in cap. significantibus. post *obediunt* prin. de offic. dele. & Bald. in l. singularia. col. 4. versi. vndecimo est speciale. ff. si cer. pet. & Sal. *omnia.* in l. receptitia. col. 3. versi. item no. ibi. C. de consti. pecun. Hinc occasione sumpta, quod in eo *Pecuniæ* tex. dicitur in versic. nec quenquam moueat, appellatione pecuniæ res omnes contineri, vti e- *appellatione* tiam in l. pecuniæ. ff. de verb. sign. & in c. totum. 1. q. 4. Tanquam scilicet res omnes is habeat, *ne omnia* qui pecuniam habet, vti etiam no. Bald. in d. l. receptitia. Vt non absque ratione facultates à *contineri.* nonnullis ita dictæ putentur, quòd rerum omnium facultatem, ac veluti facilitatem quan- *Omnia habet* dam præbeant, Græcorum imitatione, qui facilitatem, & opulentiam vno verbo significant, vt *qui habet pecu-* diximus, & probauimus in nostra repeti. l. si vnquam. in verbo facultatum, num. 1. *niam.*

6 ¶ Quo etiam loco adduximus & alia loca huic opinioni mirum in modum suffragantia. Illud scilicet ipsius Horatij lib. Ser. 2. Satyr. 2. *Facultates cur ita dicuntur.*

Omnis enim res
Diuitiis paret, quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam rex.

Ex quo loco maximè annotandum est, quod dicit. Clarus erit. nam id perinde est, ac si diceret *Rex est, qui* nobilis, quod nos suprà multis probauimus. Et illud etiam Rex, ad id quod suprà diximus ex *diues est.* Guil. de monte Laud. Diuites principum loco haberi. Item illud Aristophanis in Pluto, quem ita alloquitur Chremylus,

Καὶ νὴ Δί', εἴ τί γ' ἐστὶ λαμπρὸν καὶ καλὸν,
Ἢ χάριεν ἀνθρώποισι, διὰ σὲ γίγνεται
Ἅπαντα. τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα.

Id est, ad verbum,
Et per Iouem, si quid est splendidum, & honestum,
Vel gratum (siue malis lepidum) hominibus, per te fit
Omnia. ipsi diuiti enim sunt morigera, siue obedientia.

7 ¶ Hinc autem fit, vt subdit ipse Guil. de monte Laud. vbi suprà, vt sæpissime nobiles viri suas *Generosi* filias nuptui dent filiis diuitum ignobilium, nihil suam præ diuitiis nobilitatem curantes, *diuites magis* id quod satis dixerat Horatius illis versibus suprà, numero abhinc 3. citatis. Scilicet vxorem, *quàm nobiles quæri-* & cætera. *munt.*

Sed tamen ad illud dictum Guil. propius accedit illa Theognidis sententia, *Et vxores*

Οἱ πλεῖν μὲν εὐγένειαν αἰνοῦσι βροτοὶ *quoque di-*
Μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖσι πλουσίοις

Qua significat homines maximè nobilitatem laudare, magis autem affinitatem inire cum di- *uites magis, quàm* tioribus. Quæ quidem sententia citatur ab Aristotele apud Stobæum Ser. 84. non designato li- *nobiles.* bro ipsius Aristotelis, nec reperitur apud eum in libris, qui nunc extant, & nisi me coniectura fallit, id erat in eo libro, quem Laërtius eum tradit scripsisse de nobilitate. At idem Stobæus Serm. 90. eandem propemodum sententiam citat ex Euripide, in Thyeste,

Πλοῦτος δ'. ἀπορρίψας, ἀσθενεῖς γάμους
τῶν μὲν γὰρ εὐγενείας αἰνοῦσι βροτοί,
Μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖς εὐδαίμοσιν.

Id est, ex Gesneri traductione,
Diuitiæ si absunt, imbecilles fiunt nuptiæ.
Laudant enim nobilitatem homines,
Magis autem affinitatem sequuntur diuitum.

Huic autem sententiæ Theognidis affinis est & alia eiusdem in eo libro, cui titulus est, γνῶμαι ἐλεγειακαὶ ad Cyrnum.

Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
Εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
Κτήσασθαι, γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ, οὐ μελεδαίνει
Ἐσθλὸς ἀνήρ, ἤν τις χρήματα πολλὰ διδῷ.
Οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἄκοιτις
Πλουσίου, ἀλλ' ἀφνειὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
Χρήματα γὰρ τιμῶσι, καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε,
Καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ, πλοῦτος ἔμιξε γένος.

Quibus significatur Arietes, asinos, & equos generosos nos quærere, & vnumquenque velle huiusmodi animalia ex bono genere sibi parare. Vxorem verò malam malíque generis, non renuere virum generosum, si ei pecunias multas dederit. Neque ediuerso mulierem mali viri, sed diuitis, recusare nuptias, bono enim illam præferre opulentum. Adeò quidem æstimant, vt illarum gratia bonus mali generis vxorem ducat, & malus bonum sibi genus adsciscat. Sed tu tamen vide super eorum carminum interpretatione, quæ nos ex Aristotele afferemus infrà, num. 11.

Qui diuitias antiquas nobilitatem esse dixerunt.

8 ¶ QVI NON simpliciter diuitias, sed eas antiquas, nobilitatem esse dixerunt, inter cæteros fuere Diuus Hieronymus ad Helbidiam. Nobilitas (inquit) mundi, nil aliud est, quàm inueteratæ diuitiæ. Et Plutarchus ex vulgi opinione, eo loco, quem adducemus cap. seq. num. 3. & è nostris Petr. à hel. pertica in l. humilem. in fin. C. de incæst. nupti. dum similiter dicit, nobilitatem nihil aliud esse, quàm diuitias inueteratas. & Alberi. Ros. in rub. ff. de vulga. & pup. subst. chart. 17. versi. tertio idem probatur, vbi dicit, nobilitatem consistere in antiquis diuitiis.

Diuitiæ à maioribus acceptæ pluris æstimantur, quàm recenter partæ.

9 ¶ Neque enim recentes, nouæ'que diuitiæ à nobis scilicet nuper partæ, sunt in tanta existimatione, pretio, ac dignitate, quantæ quæ à maioribus nostris sunt acceptæ, vel testimonio Aristotelis, qui lib. 2. Rhetoricôn ad Theodecten, cap. 9. quo de indignatione disserit, scribit, eos, qui diuitias nuper assecuti sunt, magis offendere, siue molestia afficere alios, quàm qui olim & à genere receperunt, μᾶλλον γὰρ λυποῦσιν οἱ νεωστὶ πλουτοῦντες τῶν πάλαι καὶ διὰ γένος. Et paulo post in eandem propè sententiam, καὶ γὰρ ἐνταῦθα μᾶλλον λυποῦσιν οἱ νεόπλουτοι ἄρχοντες καὶ διὰ τὸν πλοῦτον, ἢ οἱ ἀρχαιόπλουτοι. Rursúmque, τὸ ἅπαντα μᾶλλον καὶ φαυλότερα τὰ κακὰ ἔχειν τοὺς νεοπλούτους. Legibus autem Romanorum, hi, quibus quadringentorum sestertiorum ipsi, patri, auóque census non fuisset, spectandi in XIIII. subsellis ius non erat. nec cuipiam ius annulorum erat, nisi cum ipsi, patri, auóque sestertia CCCC. census fuisset, vt scribit Plinius, lib. 33. cap. 2. & alibi non semel, ad aliud propositum referemus.

10 ¶ Nam & semper alias νεοπλούτους, id est, nuper ditatos, siue repentè diuites factos, veluti improbos & insolentes, taxant omnes iusti rerum æstimatores. Nam Demosthenes in oratione περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν hęc scribit. ἔτι δ' οἱ νεόπλουτοι μόνοι καταφρονεῖν ὑμῶν αὐτοὺς ἀναγκάζουσι. Plutarchus, autem lib. 7. Symposiôn, καὶ περὶ οἶνον, inquit διαφορᾶς καὶ μύρων ἐρωτᾶν, καὶ διαπυνθάνεσθαι, φορτικὸν κομιδῇ καὶ νεόπλουτον. Quibus constat νεόπλουτον dici quicquid est insolens & improbum. Ex Latinis Cicero in oratione 2. de lege Agraria ad Quirites: Imò verò, ait, etiam hoc magis, quàm illi veteres, germaníque Campani, quod in vetere fortuna illos natos & educatos, nimiæ tamen rerum omnium copiæ deprauabant, hi ex summa egestate in eandem rerum abundantiam traducti, non solum copia, verum etiam insolentia commouebantur. Idem in oratione in Vatinium, Quæro ex te, sísne ex pauperrimo diues factus illo ipso anno, quo, lex lata est de pecuniis repetundis acerrima. Plutarchus in Scylla statim post princ. scribit, quòd & Scyllæ ipsi aliquando glorianti post Africanam victoriam, & militiam magnificis vtenti verbis, quidam ex honestiori ordine dixisse fertur, Quonam modo vir bonus esse potes, qui cum nihil à patre tibi sit relictum, tot actanta possideas? Idem Plutarchus in Crasso scribit, Crassum ipsum virtutes, quas plurimas habebat, vnius auaritiæ sordibus obscurasse: hoc enim in ipso præcipuum vitium cætera, quæ in eo erant, longe superat. Cuius rei clarissimum testimonium præbet magnitudo diuitiarum, quas breui admodum tempore sibi comparauit: nam cum trecenta solum talenta ex paterna hæreditate accepisset, prius tamen, quàm aduersus Parthos exercitum duceret, septem millium & centum talentorum summam cœpisse tradit. Cornelius Tacitus libr. 17. in vituperium Fabij Valentis, Is, inquit, diu sordidus, repentè diues mutationem fortunæ male tegebat. Cæterùm sententia est Salomonis Prouerbiorum

13. Substantia

15.substantia festinata minuetur: nam & confestim subdit, Quæ autem paulatim colligitur, multiplicabitur. Tanquam scilicet huiusmodi festinatam substantiam abhorreat. Est autem Ioannis Secundi Epigramma in subitò ditescentem,

Non fortuna fauet, dum te sic tollit in altum,
Sed docet arbitrio te quoque stare suo.

11 QVI AVTEM vtrunque coniunxerunt, scilicet maiorum & opulentiam, & virtutem, quasi altera non sufficiat, id est, opulentia sine virtute, nec satis quoque sit vtranque habere, ad nobilitatem producendam, nisi & vtranque à maioribus acceperimus, hi sunt: videlicet idem Aristoteles huius opinionis veluti antesignanus illo lib. Politicôn 4. cap. 8. dum ita nobilitatem nuncupatam diffinit, ἡ γὰρ εὐγένεια ἐστὶν ἀρχαῖος πλοῦτος καὶ ἀρετή. Id est, nobilitas enim est vetus opulentia, & virtus. Id quod declarat lib. 5. eiusdem operis, cap. 1. εὐγενεῖς γὰρ εἶναι δοκοῦσιν, οἷς ὑπάρχει προγόνων ἀρετὴ καὶ πλοῦτος: Nobiles enim ij existimantur, quibus adest progenitorum virtus, & opulentia. Et illum citant, & sequuntur Guid. Pap. sing. 785. nobilitas. Feli. in d. cap. super eodem, le. 2. col. 4. de testibus. & Fran. Purpur. in l. 1. char. 12. versic. tertium ponunt exemplum. ff. de iurisdict. om. iud. Et plenius lib. de Nobilitate apud Stobæum sententiarum cap. 86. Neque enim hodie inter eius opera is liber reperitur, cuius hæc verba sunt, φανερὸν δ᾽ εἰπεῖν, ἔφην ἐγώ, περὶ οὗ πάλαι διηπορήσαμεν, διὰ τί ποτε οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων, ἢ οἱ ἐκ πάλαι σπουδαίων, εὐγενεῖς ἔτι δοκοῦσιν εἶναι μᾶλλον τῶν σύνεγγυς τ᾽ ἀγαθὰ κεκτημένων. αὐτὸς γὰρ ἐγγύτερος σπουδαῖός ἐστιν, ἢ ὁ πάππου σπουδαίου τετυχηκώς. ὥστ᾽ εἴη ἂν εὐγενὴς ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ. καὶ τινες εἰρήκασιν οὕτως διὰ τῶν διελέγχειν προσποιούμενοι τὸν συλλογισμὸν τῆς εὐγενείας, ὥσπερ φησὶ καὶ Εὐριπίδης, οὐχὶ τῶν ἐκ πάλαι σπουδαίων, εὐγένειαν φάμενος εἶναι, ἀλλ᾽ ὅς ἂν ᾖ αὐτὸς ἀγαθὸς ἁπλῶς. τὸ δ᾽ οὐκ ἔστιν· ἀλλ᾽ ὀρθῶς ζητοῦσιν, οἱ τὴν ἀρχαίαν ἀρετὴν προτιμῶντες. τὰ δ᾽ αἴτια εἴπωμεν. τοῦτο δ᾽ ἐστίν, ὅτι ἡ μὲν εὐγένεια ἐστὶν, ἀρετὴ γένους, ἡ δ᾽ ἀρετὴ, σπουδαῖον. σπουδαῖον δ᾽ ἐστὶ γένος ἐν ᾧ πολλοὶ σπουδαῖοι πεφύκασιν ἐγγίνεσθαι. συμβαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον ὅταν ἐγγένηται ἀρχὴ σπουδαία ἐν τῷ γένει. ἡ γὰρ ἀρχὴ, τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, πολλὰ παρασκευάζειν ὅμοια πρὸς αὑτήν. τοῦτο γάρ ἐστιν ἀρχῆς ἔργον, ποιῆσαι οἷον αὐτὴ ἕτερα πολλά. ὅταν οὖν ἐγγένηται τοιοῦτος εἷς τις ἐν τῷ γένει, καὶ οὕτω σπουδαῖος, ὥστ᾽ ἔχειν τὸ ἀπ᾽ ἐκείνου ἀγαθὸν πολλὰς γενεάς. τοῦτο σπουδαῖον ἀνάγκη εἶναι τὸ γένος. πολλοὶ γὰρ ἔσονται σπουδαῖοι ἄνθρωποι, ἂν τὸ ἀνθρώπων ᾖ τὸ γένος, ἂν ἵππων, ἵπποι: ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζῴων. ὥστ᾽ εὐλόγως οὐχ οἱ πλούσιοι, οὐδ᾽ οἱ ἀγαθοί: ἀλλ᾽ οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων, ἢ ἐκ πάλαι ἀγαθῶν, εὐγενεῖς εἶεν ἄν. ζητεῖ γὰρ ὁ λόγος τ᾽ ἀληθῆ. ἀρχὴ γὰρ ἄνωθεν πάντων, οὐ μὴν ἀλλ᾽ οὐδ᾽ οἱ ἐκ προγόνων ἀγαθῶν, εὐγενεῖς πάντως, ἀλλ᾽ οἷς τυγχάνουσιν ἀρχηγοὶ τῶν προγόνων ὄντες. ὅταν μὲν οὖν αὐτὸς ἀγαθὸς, μὴ ἔχῃ δὲ τοιαύτην δύναμιν τῆς φύσεως ὥστε τίκτειν πολλοὺς ὁμοίους, οὐκ ἔχει ἀρχὴ τοιαύτην δύναμιν ἐν τούτοις. ἀρχὴ τοῦ γένους καὶ εὐγενεῖς οἱ ἀπὸ τούτου τοῦ γένους ὄντες (οὐκ ἐὰν ὁ πατὴρ εὐγενὴς ᾖ, ἀλλ᾽ ἐὰν ὁ ἀρχηγὸς τοῦ γένους. οὐ γὰρ διὰ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐγέννησεν ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ ὅτι ἐκ τοιούτου γένους ἦν.) Perspicuum igitur id est, dixi ego, de quo dubitabamus, quamobrem tandem qui ex maioribus diuitibus aut etiam maioribus bonis nobiliores his esse videantur, qui nuper bona possident. Qui enim per se studiosus est, propinquius bona possidet, quàm qui auum studiosum nactus fuerit. Sit igitur nobilis, qui vir bonus est. Quidam enim id dixerunt sic (vt conuincerent eos qui aliter sentirent) syllogismum nobilitatis concludentes, vt etiam Euripides ait, negans nobilitatem eorum, quorum maiores clari fuerunt, sed eius tantum esse, qui per se bonus sit. Sed hoc non sic habet. Sed rectè quæstionem hanc mouent, qui virtutem antiquam proponunt, quoniam videlicet, vt iam diximus, nobilitas virtus est generis. virtus autem laude digna est: laudabile etiam genus est, in quo multi generosi nasci soliti sunt. Accidit autem id, cùm origo studiosa fuerit. Origo enim hanc vim habet, vt multa præparet talia, qualia ipsa est. Hoc quippe principij opus est vt plurima sibi similia efficiat. Cùm igitur talis quispiam adeòque generosus in aliquo genere fuerit, vt bonum ab eo profectum in multas ætates duret, hoc certè genus nobile, & laude dignum esse necesse est: multi enim homines generosi erunt, si hominum sit genus: si equorum, equi: similiter & in aliis animalibus. Itaque meritò neque diuites, neque boni, sed qui ab antiquis diuitibus, aut antiquis bonis sunt geniti, nobiles dici debent. Vera enim sermo inquirit. nam principium supra omnia est. Sed nec absolutè nobiles sunt, qui ex maioribus bonis orti sunt, sed qui authores posterorum sunt. Qui igitur ipse bonus est, sed non eam vim naturæ habet, vt multos similes generet, principij rationem ad posteritatem non habet. Origo igitur generis talis sit, & nobiles qui inde orti sunt. (non si pater sit nobilis, sed si autor generis: non enim eius causa pater generauit bonum, sed quia ex eo genere erat.) Et paulo post affert Aristoteles illa Theognidis carmina, quæ posuimus suprà num. 7. Quæ, inquit, carmina reprehendunt homines, qui nulla ratione circa liberorum procreationem vtuntur. Hinc enim genus hominum subinde deterius fieri, cum mali coniuges bonis admiscentur. Sunt & qui, ait, à poëta illis versibus nihil quàm auaritiam hominum incusari putent, vt qui ignobilitatem & malitiam non declinant, dum modo pecunias accumulent, & cætera, quæ ibi subiungit. Et huic accedit illa cuiusdam Imperatoris diffinitio relata à Dante Florentino, & Bar. in l. 1. col. 3. C. de dign. lib. 12. Nobilitas, est antiqua æris, & diuitiarum possessio, cum pulchris regiminibus, & moribus.

Qui diuitias, & virtutem maiorum ad nobilitatem coniunxerunt.

Diuitiæ à multis antepositæ cæteris rebus omnibus.

12 ¶ Ex his omnibus sententiis, quæ in diuitiis nobilitatem collocant, siue simpliciter, siue mi-

stim, aut alio quouis modo, adstipulatur eorum opinioni, qui diuitias ipsas omnibus cæteris rebus anteponunt: nihilque illis deesse existimant, qui eas habeant, ex quibus nonnullos suprà adduximus, vti etiam fecimus in nostra repe. d. l. si vnquam, in verbo, facultatum. C. de reuo. don. Sed quibus addere potes illud Euripidis apud Stobæum Ser. 89.

Χρυσὸν μάλιστα βούλομαι ἐν δόμοις ἔχειν.
Καὶ δοῦλος ὢν γὰρ, τίμιος πλουτῶν ἀνήρ,
Ἐλεύθερος δὲ χρειὸς ὢν οὐδὲν σθένει.
Χρυσοῦ νόμιζε σαυτὸν οὕνεκ' εὐτυχεῖν.

Id est, vt vertit Conradus Gesnerus,
Aurum præcipuè domi possidere velim.
Nam vel seruus, si diues sit, in pretio habetur.
Liber autem egenus nihil efficere potest,
Itaque fœlicitatem in auro tibi sitam existimes.

Et alibi,

Ἄρ' οἶσθ' ὅτι οὐχ' οἱ μὲν εὐγενεῖς βροτῶν
Πένητες ὄντες οὐδὲν ἡμαίνουσ' ἔτι.

Scisne, quòd nobiles quidem mortalium,
Dum pauperes sunt, non amplius clari existunt.
Quod & nos alibi retulimus. Sed continuò subiungit Euripides,

Οἱ δ' οὐδὲν ὄντες πρόσθεν, ὄλβιοι δὲ νῦν,
Δόξαν φέρονται τοῦ νομίσματος χάριν.
Καὶ συμπλέκονται σπέρματα καὶ γάμους τέκνων.

Qui verò prius nihil erant, nunc diuites facti,
Gloriam assequuntur propter nummos,
Genúsque, & nuptias suis liberis excellentes comparant.

Alibi autem docebimus nobilitatem per gloriam intelligi. Ideo & apud Græcos illud vocabulum δόξα, quo vtitur Euripides, & gloriam, & maiestatem, & splendorem, & opinionem celebrem, quæ omnia ad nobilitatem pertinent, significat, vt alibi quoque diximus. Sed & Sophocles,

Ὁπόθεν πένης ἀνήρ,
Μὴ δ' εὐτυχῶν δύναιτ' ἂν ὧν ἐρᾷ τυχεῖν.

Vnde vir pauper
Quamuis fortunatus desiderio potiri non posset.

Quæ etiam est sententia Aristotelis lib. Ethicorum ad Nicomachum 1. cap. 8. fœlicitatem diuitiis indigere, fieri non posse, aut non facile, vt is præclaras res agat, cui facultates desunt. Subdit autem Sophocles,

Καὶ γὰρ δυσειδὲς σῶμα καὶ δυσώνυμον
Γλώσσῃ σοφὸν τίθησιν, εὔμορφόν τ' ἰδεῖν.
Μόνῳ δὲ χαίρειν καὶ νοσεῖν ἐξουσία
Πάρεστιν αὐτῷ, κἀποκρύψασθαι κακά.

Hominem enim deformem, & inauspicati corporis,
Lingua disertum, visúque pulchrum efficiunt opes:
Soli autem gaudendi, & ægrotandi facultas
Diuiti permittitur, & mala cælandi.

Iterúmque in Creusa.

ὑγιῆ δ' ἔνιοι
Αἰνοῦσιν ἄνθρωπον, ἐμοὶ δ' οὐδεὶς δοκεῖ
Εἶναι πένης ὢν ἄνοσος, ἀλλ' ἀεὶ νοσεῖν.

Sunt autem nonnulli, qui
A morbis immunem laudant. At mihi nullus videtur,
Qui pauper sit, vacare morbo, sed ægrotare perpetuò.

Menander quoque hæc in eandem sententiam apud Stobæum, vbi suprà,

Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει,
Ἀνέμους, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀστέρας.
Ἐγὼ δ' ὑπέλαβον χρησίμους εἶναι θεοὺς
Τὸ ἀργύριον ἡμῶν καὶ τὸ χρυσίον.
Ἱδρυσάμενος τούτους γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν,
Εὔξαι τί βούλει, πάντα σοι γενήσεται,
Ἀγρός, οἰκία, θεράποντες, ἀργυρώματα,
Φίλοι, δικασταί, μάρτυρες, μόνον δίδου.
Αὐτοὺς γὰρ ἕξεις τοὺς θεοὺς ὑπηρέτας.

Quæ Gesnerus ita vertit:

Epicharmus

Epicharmus quidem deos esse dicit,
Ventos, Solem, terram, aquam, ignem, stellas:
Ego autem vtiles esse deos arbitror
Argentum nostrum & aurum.
Nam illos si collocaueris in domum,
Pete quicquid voles, assequêris omnia,
Agrum, domos, seruos, argentea pocula, (vasa malim dicere)
Amicos, iudices, testes: largire solùm.
Sic enim vel ipsos deos habebis ministros.

Quibus concinit & illud Philemonis,

Τὸ τῆς Ἀμαλθείας δοκεῖς εἶναι κέρας,
Οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖς κέρας βοός;
Ἀργύριόν ἐστι, τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς, λέγε
Πρὸς τοῦθ' ὃ βούλει, πάντα σοι γενήσεται·
Φίλοι, βοηθοὶ, μάρτυρες, συνοικία.

Putásne Amaltheæ cornu huiusmodi esse,
Quale pictores cornu bouinum depingunt?
Argentum est, quod si habueris, petas
Ab ipso quicquid voles, omnia tibi addentur,
Amici, auxiliatores, testes, domuum multitudo.

13 ¶AT HVIC sententiæ, quæ diuitias genus nobilitatis facit, non assentit Lactantius lib. 5 qui de iustitia est, c. 16. vbi ita scribit, Diuitiæ nōn faciūt insignes, nisi quos possunt bonis operibus facere clariores. Et Plutarchus in libro contra nobilitatem, cuius in eam sententiam verba afferemus c. seq. vbi de nobilitate virtutis disseremus, nu. 3. Phalaris ipse Dantes Florétinus in sua illa Cātilena inci. *Le dolze rime d'amor*, vbi dicit diuitias suapte natura viles esse: nec quod vile est, posse dare nobilitatem. Cuius sententiam sequitur Bar. in d. l. j. col. 3. versi. 3. ergo quæro. ibi quoque Io. Pla. C. de dig. & Iac. Bel. in suo sermone de moribus quem collocauit super l. omni modo. C. de inoff. test. & Bal. in c. sedes. col. vlt. extrà de rescri. dum reprehendit Innoc. ibi dicentem, quòd rescriptum nominans quasdam personas, non trahitur ad maiores personas potentia, vel diuitiis, dicens se non putare verum, quod dicit de diuitiis, nisi sint personæ aliàs nobiles. Nam licet nobilitas sæpe ex diuitiis surgat, eæ tamen non faciunt nobiles. & Sali. in l. furiosi. C. de nupt. vbi allegat l. humilem. C. de incest. nupt. & Angel. in l. si quis vxori. §. cum Titio. ff. de furt. & Io. Rayn. in tract. nobilitatis, col. 2. in l. q. principali. Et Cepola in tracta. de imperatore mili. deligendo, in materia nobilitatis, colum. 1. Et nouissimè Franci. Ripa. in c. ad aures. col. 7. versic. tertiò quæro. de rescript. Quibus proximè accedit quod dicit Lapus alleg. 110. in ciuitate Floren: col. 15. in parum. versic. ex diuitiis, quòd non tribuitur dignitas ex diuitiis, quia cadunt etiam in vilissimas personas & infames, dignitatū prorsus incapaces, per l. 2. C. de digni. lib. 12. *Qui diuitias nihil ad nobilitatē pertinere dicūt.*

14 ¶Et huic quoque sententiæ Aristoteles alicubi adstipulatus est. Nam lib. Politicôn 4. cap. 8. scribit, Ditiores magis comitari solere disciplinam & nobilitatem διὰ τὸ μᾶλλον ἀκολουθεῖν παιδείαν καὶ εὐγένειαν τοῖς εὐπορωτέροις. Ex quibus planè intelligas diuitias non esse nobilitatem. Sed & paulo post subdit, Diuites appellari solere honestos, siue mauis pulchros, bonos, & nobiles, ὅθεν καὶ καλοὺς κἀγαθοὺς καὶ γνωρίμους τούτους προσαγορεύουσιν. Quibus apertè significat diuites non esse nobiles, sed ita tamen plerunque vocari. Sed & alibi vt diuersos posuit nobiles & opulētos, eiusdem li. ca. 15. ἐν ᾧ δὲ τὸ τῶν εὐπόρων καὶ γνωρίμων ὑπερτείνει τῷ ποιῷ, &c. Et Euripides cùm scribit in Bellerophonte,

Τριῶν δὲ μοιρῶν ἐκ τίνος νίκην μίαν.
Πλοῦτόν τε χρὴ ὅτῳ σπέρμα γενναῖον προσῇ;
Πενίας τ' ἀριθμὸν γὰρ τριῶν δ' ἀριθμίων.
Ὁ μὲν ζάπλουτος, εἰς γένος δ' ἂν εὐτυχής,
Ἀλγεῖ μὲν ἀλγεῖ, παγκάλως δ' ἀλγύνεται
Ὄλβου διοίγων θάλαμον ἡδὺν ἐν χερί.

Quæ sic vertit Gesnerus,

Ex tribus autem vitæ generibus vni victoriam tribu
Alius diues, alius genere nobilis est,
Alius pauper. De istis enim tribus dicere proposui.
Vir igitur, prædiues, genere autem obscurus
Doloribus afficitur, sed pulchrè dolet.
Manibus interim aperiens iucundissimum thalamum diuitiarum.

15 ¶In quam etiam sententiam est bonus tex. in d. l. nobiliores. C. de commer. & merca. Vbi diuitiæ & nobilitas pōnuntur vt diuersa & separata. vbi Iaco. But. eum text. ad hoc ponderat, & etiam Io. Rayn. qui illum ad hoc dicit sing. vbi suprà. Et iterum in c. j. §. firmiter, char. 19.

versi.quarto quid de sumptibus.titu.de prohib.feud.ali.per Fede. Sed est similis in ea re text. in d.c.super eo.l. 2.ibi,diuitiis,nobilitate.extra de testib.& in c.significantibus.ibi,nobilis,& diues,extrà de offi. deleg.

16 ¶ Quibus admodú concinit quod Sépronius Asellio scriptor Ro.historiæ tradit:P. Crassum Mutianum quinque habuisse rerum bonarum maxima,& præcipua,quòd esset ditissimus, quòd nobilissimus,quòd eloquentissimus,quòd iurisconsultissimus, quòd Pontifex Maximus.sicuti etiam refert Gellius lib.1.c.13.Ex quibus clarè liquet,illis quoque temporibus nó continuò nobilem fuisse qui diues esset:sed nobilitaté & diuitias res esse omnino separatas. Quibus etiam accedit illud Cornelij Taciti lib.16.Cassius(inquit)opibus vetustis, Syllanus claritudine generis præcellebant.Et lib.17. Maligna cura in omnes,quos nobilitas,aut opes, aut aliqua insignis claritudo rumoribus obiecerat.Illud quoque Plauti in Captiuis,

Nobilitatem occultate,& genus,& diuitias meas.

Et paulò pòst,

Ego patri meo esse fateor summas diuitias domi,
Méque summo genere natum. Et iterum,
Cùm apud hunc confessus es & genus,& diuitias meas.

Et in milite glorioso,

At illa laus est magno in genere,& diuitijs maximis,&c. Et in Penulo,
Fuere summo genere,& summis diuitijs. Et Terentius in Heautontimo.
Parentes.patriam incolumem,amicos,genus,cognatos,diuitias. Et in Adelphis,
Potentes,dites,fortunati,nobiles.

In idem.

17 ¶ Et Tullius in oratione pro Sex. Roscio Amerino,Roscius pater huiusce, municeps Amerinus cùm genere,& nobilitate,& pecunia,non modò sui municipij, verumetiam eius vicinitatis facilè primus.Quibus verbis genus,nobilitatem,& facultates,vt diuersa posuit.Et in 1. in Verrē actione,Eubulides est Grospus Céturipinus homo cùm virtute & nobilitate domi suæ,tum etiam pecunia princeps.In 6.etiam in Verrem actione,Philarchum Centuripinum hominem locupletem,ac nobilem dicit.Et rursum,ibi de eodem loquens, illum dicit primarium hominem genere,virtute pecunia.Et lib.1.Rhetoricorum ad Herennium, si is est, quo loco de exordiis loquitur,In inuidiam (inquit)trahemus, si vim, potentem factioné, diuitias incontinentiam,nobilitatem,&c. Vides enim his locis nobilitatem,& diuitias à Tullio disseparari,atque vt diuersa poni,quod minimè fecisset, si vnum in altero fuisset cóprehensum,vt & nos suprà diximus cap.2.nume.45. & sanè inter. Et Aristoteles lib.3.Politicôn,ca.8. Rationabiliter(inquit)sibi arrogant honorem nobiles,& opuléti. Et Valerius Maximus li.3.cap. 2. vbi de Theramene,Cùm omnes eius ciues nobilitate pecunia honoribúsq; præstaret.Et li.6. ca.vlt.tradit Alcibiadi fuisse nobilitaté eximiá,& abúdantes diuitias.Et Quintus Curtius li. 10.Persica est gens,cuius Satrapes Orcines erat nobilitate, ac diuitiis inter omnes Barbaros eminens.Et Iulius Firmicus lib. Matheseos 2.cap.vlt.Omnes diuites,omnes nobiles.Et lib.3. cap.15.in 4.loco,his verbis, Matrem faciet nobilem ac diuité.Et iterú li.4.cap.2.in prin.cùm dicit, Faciet locupletes,diuites,claros,nobiles.Et simile quippiam reperies eodem c.in defluxione Veneris.Et lib 8.c.30.in 5.parte Piscium. Et Martialis lib.5.epig.36. de Euclide,

Equiti superbo,nobili,locupleti. Et iterum epig.38.
Notam,superbam,nobilem,locupletem. Et lib.12.epi.98.
Diues,nobilis,erudita,casta. Et Apuleius Apologia 1.
Crates vir inter Thebanos proceres diues & nobilis.

Quibus accedit illud Horatianum in Epodo, Ode 4.à.Ray.& Cepol.citatum.

Licet superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.

Illud quoque Ouidianum lib.1.de Ponto Eleg.pen.

Si modò non census,nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos,ingeniúmque facit.

Diuitias dare causam nobilitati.

Verus est adagium in eos,qui ob diuitias,nobiles haberi volunt,alioquin obscuri,& humiles, γενναῖος ἐκ βαλανείου,id est,generosus es ex balneo, cuius meminit Erasmus Roterodamus in suis Chiliadibus.

18 ¶ Et vt id donemus,quod certè verissimum est,diuitias non nobilitare,id tamen negari non potest,eas nonnunquam dare causam nobilitati,vt tradit Bar.in d.l. 1.quo loco suprà citauimus.C.de dignit.lib.12. Bal.in d.c.sedes.col.vlt.de rescrip. Ray.in d.tracta.nobilitatis. col. 2. in 1.quæst. princ.& plerique omnes,qui de nobilitate scripserunt. Quod & intellexisse satis videtur illud Horatianum lib.1.epistolarum,à nobis suprà citatum,

Et genus,& formam regina pecunia donat.

Diuites pauperibus ad magistratus & honores præferendos.

19 ¶ Nam & hæ nonnihil honoris,& dignitatis habere putantur. Ideóque sicuti ad honores & magistratus consequendos, nobiles ignobilibus præferuntur, vt apertè probat text. in §.j.in princ.& versi. interim.& §. vlt.in authen. de defen. ciuit. & alibi latissimè dicemus: ita quoque

ita quoque diuites pauperibus. l. rescripto. in princ. ff. de muner. & hono. & l. ad subeunda. & ibi Lucas Pen. C. de decuri. li. 10. & voluit etiam And. Isernia cap. 1. in verbo Primatibus, & ibi quoque Matth. Affl. col. 2. in 4. notab. titu. de pace iura. fir. lo. Plate. in l. ne quis. C. de digni. lib. 12. idem Matthæ. Afflic. in constit. Siciliæ incip. cultus iustitiæ. col. 2. in 2. no. & cætera nostrates vbique. Et Alber. in authen. præsides. C. de episc. aud. & Mart. Laud. in tractatu de officialibus dominorum. c. 38. magistratus debent.

20 ¶ Quibus respondet illud Esaiæ 3. In domo mea non est panis, neque vestimentum, nolite me constituere principem populi. Et quod Solon suis legibus magistratus omnes constituit ex nobilibus, & locupletibus, vt tradit Aristoteles lib. 3. Politicôn, cap. 10. & Plutarchus in vita ipsius Solonis. Quanquàm huic refragari videtur quod apud Thucydidem lib. 2. Pericles, recensens mores & instituta Atheniensium, hæc inter cætera prodidit, Neque propter paupertatem quis, quò minus publico munere fungatur, pro virili parte prohibetur. Sed vtcunq; id se habeat, certè apud Indos respublicas optimi ditissimique temperabant, iudicia reddebant, & iudicibus assidebant, teste Plinio lib. 6. cap. 19. & Solino Collectaneorum cap. 60. Sed & Carthaginiensium legibus locupletissimi ad magistratus assumebantur, quod scribit Aristot. illo lib. 3. Politicôn, cap. 9. Qui & ipse eiusdem operis lib. 2. cap. 7. Lacedæmoniorum rempublicam arguit, in his, quæ circa Ephoros erant constituta, quòd scilicet ad eum magistratum, qui apud illos maximarum rerum potestatem habebat, etiam inopes admitterentur. Notum est autem illud Scipionis Aemiliani, cùm Seruius Sulpitius Galba, & Aurelius in Senatu contenderent, vter aduersus Viriatum in Hispaniam mitteretur, rogaretúrque ipse Scipio, quæ esset eius sententia, Neutrum, inquit, mihi mitti placet: quia alter nihil habet, alteri nihil satis est, æquè malam licentis imperij magistram iudicans inopiam & auaritiam. Author Valerius Maximus lib. 6. cap. 4. Nam alicubi scribit Cicero duas esse res, quæ possunt homines ad turpe compendium commouere, inopiam & auaritiam. Quem è nostris citat Lucas Pen. in l. Lenones. col. 1. in verbo, Paupertate. C. de spectac. lib. 11.

Ad idem. Solonis lex.

Indorum mos in eam rem.

Et chartaginiensium.

Et Lacedæmoniorũ.

Paupertatẽ & auaritiam in magistratibus suspectas.

21 ¶ Nec huic sententiæ desunt poëtæ. Nam Ouidius lib. 3. Elegiarum,

De eadẽre.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
Inde grauis Iudex, inde seuerus eques.

Et lib. 1. Fastorum,

In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper vbique iacet.

Et è Græcis Sophocles, apud Stobæum Ser. 89.

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους,
Αὖθις δὲ τιμάς, εἶτα τῆς ὑπερτάτης
Τυραννίδος θάκοισιν ἀγχίστην ἕδραν.

Pecuniæ mortalibus comparant amicos,
Deinde honores, tandem verò supremæ
Tyrannidis ad sedem proximè perueniunt.

Et huc quoque referri possunt & alia aliorum poëtarum loca, suprà in princ. huius ca. citata.

22 ¶ Et propterea alicubi diuitiæ & dignitates æquiparantur, vt probat l. 1. ff. de custod. reo. vti etiam diuitiæ ipsæ & nobilitas, vt quæ secum inuicem compensantur, vt in casu d. c. super eod. le 2. de testib. loquentis de matrimonio, scribit Bald. ibi in fi. & Alexand. consil. 209. ponderatis. lib. 6. & dicemus infrà, cap. 20. num. 168. sed hoc tamen. Ex quibus vides (quod & nos suprà diximus satis cum esse nobilem, qui satis diues est. Imò, vt id addam ex Plauti sententia, Præstat diuitem esse & popularem, quàm nobilem & mendicum.

Diuitias & nobilitatẽ inuicem cõpensari.

Diuitias nobilitati anteponi.

Sed ante eum Euripides in Alcmena scripserat, nihil esse nobilitatem præ diuitiis,
Eas enim pessimum quenque primùm facere.

Ἀλλ' οὐδὲν ηὑγένεια πρὸς τὰ χρήματα,
Τὸν γὰρ κάκιστον πλοῦτος εἰς πρώτους ἄγει.

Quod ex eo repetit Antonius Monachus Melissæ li. 2. Ser. 79. & Stobæus Ser. 90. Apud eundẽ verò in Phœnissis, cùm Iocasta Polynicem ita interrogasset,

Οὐδ' ηὑγένειά σ' ἦρεν εἰς ὕψος μέγα.

Ita ille respondit,

Κακὸν τὸ μὴ ἔχειν, τὸ γένος οὐκ ἔβοσκέ με.

Malum est esse pauperem, ipsa nobilitas non pascebat me. Ex nostris autẽ Geor. Nat. in tract. de statutis excludentibus fœminas à successione, in 3. quæst. 1. quæstio. princ. & Benedic. in c. Raynutius. in verbo, duas habens filias. num. 132. & Matth. in d. c. 1. col. 8. vers. septima nobilitas. tit. quis dica. dux. dicũt authoritate Inno. in d. c. sedes. de rescript. nobiles ob diuitias reddi nobiliores. quod tamen non dicit, nisi mendũ sit in meo codice. Sed tu de his vide alia multa, quæ scribemus in 25. cap. quo tractamus, an nobilitas paupertate amittatur, & quę etiam scripsimus in d. l. si vnquam. C. de reuo. don. & apud Antonium Melissę li. 1. Ser. 31. & duobus seq. & Maximum philosophum & martyrem, Aphorismorum c. 12. & Stobæum Ser. 86. & 6. seq.

In quibus locis plurima videbis commoda, & incommoda paupertatis, & diuitiarum, ex antiquioribus scriptoribus, vt tamen illud non prætermiserim ipsius Euripidis in Phœnissis,

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα,
Δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει.

Opes hominibus preciosissimæ,
Potentiámque maximam in humanis rebus habent: quam sententiam accepit à Theognide, 3
qui id vulgo iactari dicit. Varro autem diuitem à diuo dici scribit, quòd is vt deus nihil indigere videtur.

23 ¶Sed quæ de honore diuitiarum diximus, intellige de his, quæ iustis honestísque rationibus partæ sunt, non vi, non rapinis, non vsuris, non adulteriis, non aliis sceleribus. Qui enim ita diuites fiunt, nec nobilitatem, nec dignitatem consequuntur, nec sibi viam ad honores & magistratus sternunt, nec aliàs gaudent priuilegiis, & prærogatiuis diuitum, vt post Iac. Are. & Pet. voluit Cy. in l. in bonæ fidei, in 7. quæst. C. de iureiur. & Matt. Afflic. in c. 1. col. 2. versi. item illud quod dicitur. tit. de pace iura. fir. Et facit l. cura. §. 1. ff. de mune. & hono. & c. hæc autem scripsimus. in fi. 30. di.

24 ¶Cur autem pauperes honoribus & magistratibus arceri debent, ex his, quæ diximus, satis constat: nempe quòd paupertas ad scelera, & maleficia nos veluti impellit, & monet. propterea & Callistratus elegantissimus iurisconsultus in l. 3. in prin. ff. de testi. testium fidem diligenter esse examinandam monet, & an locupletes an egentes sint, vt lucri causa quid facilè admittant. & in idem est tex. in §. sancimus, in authen. eo. tit. & in c. in primis, versi. sed & de personis. 2. quæst. 1. Ex quo illud Iuuenalis Saty. 3.

Da testem Roma tam sanctum quàm fuit hospes
Numinis Idæi, procedat vel Numa, vel qui
Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam:
Protinus ad censum, de moribus vltima fiet
Quæstio: quot pascit seruos, quot possidet agri
Iugera, quàm multa magnáque paropside cœnat,
Quantum quisque sua numorum seruat in arca.
Tantum habet & fidei: iures licèt & Samothracum
Et nostrorum aras, contemnere fulmina pauper
Creditur, atque deos, dys ignoscentibus, ipsos.

Hæc ille, qui arguere videtur leges, quæ magis, vt ipse putabat, rationem habebant diuitiarū
in testibus, quàm morum. sed is fallitur. primum enim explorandum iubent an testis hone-
stæ & inculpatæ vitę sit: an verò notatus & reprehensibilis sit, deinde an locuples vel egens
vel lucri causa, &c. vt suprà diximus ex d. l. 3. de testibus. Neque abs re. nam vt scribitur in c.
habebat. in fi. 12. quæst. 1. timendum est, ne propter inopiam iustitia deseratur.

25 ¶In quam etiam sententiam notum est illud Salomonis prouer. 30. mendicitatem ne dederis mihi, ne egestate compulsus furer, & periuré nomen dei mei. Nam & Ecclesiasticus, quisquis ille fuit, Iesu filius Sirach in initio ca. 27. propter inopiam multi deliquerunt. Et Sycophanta ille Plautinus in Trinummo,

Viden, egestas quid negotÿ dat homini
Misero mali? qui ego nunc fulgor trium nummorum causa, vt has
Epistolas dicam ab homine me accepisse. quem ego qui sit homo, nescio,
Neque noui, neque natus necne is fuerit, id solidè scio.

Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Laudanda etiam, ait populi verecundia, qui impigrè se laboribus & periculis militię offerendo, dabat operam, ne imperatoribus capite censos rogare esset necesse. quorum nimia inopia suspecta erat. Ideóque his publica arma non committebantur. Lactantius Firmianus lib. de ira dei. cap. 20. Multa sunt, quæ ad peccandum irritant, Aetas, violentia, egestas, occasio. Suetonius scribit Domitianum imperatorem inopia fuisse rapacem factum. Salusthius in Catili. Postremò omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, [illegible] Catilinæ proximi & familiares erant. Et in Iugurtha, Egentissimo, inquit, omnia cum precio honesta videntur. quod & à Luca pen. citatum est in d. l. lenones. C. de spectat. li. 11. E quo & illud Silij Italici lib. 13.

Sceleri proclinis egestas.

Illúdque Martialis ad Charidemum

O quantum cogit egestas.

Ideo Philemon poëta Comicus apud Stobæum Ser. 94. dicebat inopiam promptam esse in perpetrandis malis.

Ἡ γὰρ πενία πρόχειρος εἰς τὸ δρᾶν κακά.

Cui assentiens Menander in Paracatheca scribit paupertatem multos sępe cogere, vt quędam indigna præter naturam committant.

Πολλοῖς γὰρ ἐνίοτ' ἡ πενία βιάζεται

Ἀνάξι

Ἀνὰξ ἰ κὐτῶν ἔργα παρὰ φύσιν ποιεῖν.

Quæ cùm ita sint, ideo Thales ille vnus ex Sapientibus apud Stobæum Ser. 41. dicebat eam democratiam esse optimam τὴν μήτε πλουτοῦς ἔχουσαν ἄγαν, μήτε πένητας, πολίτας, quæ ciues ne q prædiuites, nec admodum pauperes contineat, vt iam non mirum sit diuinum Platonem statim post princ. lib. 4. περὶ πολιτείας, à sua republica abegisse paupertatem, veluti maleficia gignentem. Et alibi lib. 5. eiusdem operis ad fi. extremam inopiam & ingentes diuitias veluti abigere. ab vtrisque enim summos morbos in Republica dissidium siue seditionem oboriri.

26 ¶ Sed & altera eius rei ratio est, quia paupertas vt Iuuenalis scribit, & ante illum Plautus in Sticho ridiculos homines facit, proindéque contemptibiles, ita vt si magistratus gerant, non habeant populum & subditos dicto audientes, suisque iussis, edictis, preceptis obedientes. Ea est enim hominum infelicitas aut potiùs insipientia, vt diuitem sapientem existiment, pauperes insipientes & stolidos. Horatius epistola 16. ad Vallam,

Vos sapere & solos aio bene viuere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis. Iuuenalis Saty.
Atticus eximiè si cœnat, Lautus habetur.
Si Rutilus, demens. quid enim maiore cachinno
Excipitur vulgo quàm miser?

Atticus enim ille diues erat, Rutilus pauper. Ex poëtis autem Græcis Euripides in Hecuba ita facit ipsam Hecubam ad Vlyssem loquentem,

Τὸ δ᾽ ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς τὸ σὸν
Πείσει. λόγος γὰρ ἔκ τ᾽ ἀδοξούντων ἰὼν,
Κἀκ τῶν δοκούντων, αὑτὸς οὐ ταυτὸ σθένει.

Quos ita vertit Ennius Apud Gellium lib. 11. cap. 4.

Hæc ita etsi peruersè dicas, facilè Achiuos flexeris.
Nam cùm opulenti loquuntur pariter, atque ignobiles,
Eadem dicta, eadémque oratio æqua, non æque valet.

Quæ & nos alibi, sed ad aliud propositum citauimus. Quibus concinit Salomon Ecclesiastes ca. 9. Sapientia pauperis contempta est, quia verba eius non sunt audita. Et ipse filius Sirach. Eccle. cap. 13. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius ad nubes perducent: pauper locutus est, & dicunt, quis est hic?

27 ¶ Adde & aliam rationem, ex Andr. Iser. & Matth. Afflic. in cap. 1 illo statim post princ. hoc col. 2. versic. & quæ sit ratio, tit. de prohi. feudi ali. per fed. quòd diuites amantiores sunt patriæ & eius tuendæ, ac conseruandæ diligentiores, cuius portio sunt eorum diuitiæ, & illa subuersa, hæ quoque simul subuertuntur: illa conseruata, hæ etiam conseruantur. Addit & Matthæus, diuitem ad scelera timidiorem esse, ne bona sua amittat: pauperes autem nihil tale metuunt. Quid enim amittit, qui nihil, aut parum habet? Tu autem ad hoc caput vide quæ scribam infra ca. 25. quo dissero an nobilitas per paupertatem amittatur.

An virtus nobilitet. CAP. IIII.

Virtutem etiam alij dixerunt esse nobilitatis speciem. Alij quidem cùm diuitiis coniunctam, vt patet ex iis, quæ suprà diximus: Alij simpliciter sine diuitiarum mentione, & ex his multi vnicam esse nobilitatem autumant. Et vt à nostris incipiam, text. est huic sententiæ concinens in c. nos qui. ibi, Motum nobilitate. vbi id no. Domi. & Cardi. Alex. 40. di. & in ca. pe. ibi, virtutum nobilitas, extrà de præben. Vbi Hosti. Io. And. Anto. Imo. Cardi. Flo. & alij, ad id eum tex. annotarunt. Addunt ipse Ioan. And. & Anto. & Cardi. Alexan. versus vulgares quidem illos, sed non aspernabiles, *Virtutem nobilitatē esse qui dicunt.*

Nobilitas hominis mens est, deitatis imago,
Nobilitas hominis virtutum clara propago,
Nobilitas hominis, humilem releuare iacentem,
Nobilitas hominis, nisi turpia nulla putare,
Nobilitas hominis, natura iura tenere.

Hosti. autem ibi hæc propemodum scribit, Omnes sumus ex iisdem parentibus quantum ad carnem. Vnde (inquit) quicunque te de nobilitate generis iactas, eundem te reperies cum eo, quem ex ignobilitate despicis, si verè computare sciueris sursum versus. Nam & quantum ad animam, ex iisdem quoque patre, & matre, Deo scilicet & ecclesia: Et ideò propriè nobilitas sanguinis non est alia, quàm stercoris & fœtoris, vnde meritò dicitur,

Nobilitas sola est, animum quæ moribus ornat.

Sed & idem Hosti. in eadem sententia fuit in summa tit. de instit. §. quis institui. circa princ. & Io. And. & Collec. in cap. 1 extrà de donati. Dy. & post eum Alberic. & Angel in l. si quis stipulatus sit Stichum. §. si quis ita. ff. de verbo. obliga. vbi & hos versus citat,

Nobilitas morum plus prodest, quàm genitorum,
Nobilitas etenim sola est, quæ moribus ornat.

Bald. in

Bald.in l.si qua.C.de secund.nupt. vbi dicit per eum text. nullam sine honestate esse nobilitatem.& in l.nobiliores.C.de commer.& merc. & in l.per adoptionem ff. de adopt.& in l.ex diui.paulò ante fin. C.locat. & in l.prouidendum. C.de postul. & ibi quoque Sali. qui dicit non esse nobilem,qui de nobili genere est,nisi & ipse bonis polleat moribus.Alberi. in rub. ff. de Senato.& in l.Imperatores.statim in initio.ff.de Decuri.Lucas Pen. in l. mulieres. col.5. C. de dignit.lib.12.Angel.&.Io.Plat.in l.1.C.de condi.in publi.hor.lib.10.Matthe.Affflic.in ca.1. col.5.versi.secunda species,ti.quis dica.dux,& in cap.1.§.si rusticus,in 4.no.tit. de pace tenen. Et in ca.1.§.si verò feudum,col.2.versicu.iuxta quam quærit tit.de contro.inue. vbi hos versus nescio cuius affert,

Si pater est Adam cunctis, si mater & Eua,
Cùr non omnes sumus nobilitate pares?
Degenerant homines vitiis, fiuntque minores,
Exaltat virtus, nobilitátque genus

Externi huius sententiæ & primum Græci.

2 ¶ Hactenus nostrates. Nec externi huic sententiæ defuerunt. Theodectus, vt tradit Aristoteles li.1. Politicôn,ca.4.nullo alio, quàm virtute & vitio definiebat nobiles & ignobiles. Idem autem Aristote.lib. 4.eiusdem operis,cap.quoque 4.Nobilium(inquit) differentiæ, diuitiæ, genus, virtus, scientia, & his similia,quæ differentiæ causa nominantur, quod & nos suprà, cùm de diuitiis loqueremur,adduximus. Menander,si is est,illo versiculo,

Ἀνὴρ ἄριστος οὐκ ἂν εἴη δυσγενής.
Vir optimus non vtique esse possit ignobilis.
Et Euripides in Dicty.apud Stobæum Ser.84.
Εἰς δ' εὐγένειαν ὀλίγ' ἔχω φράσαι καλά·
Ὁ μὲν γὰρ ἐσθλὸς, εὐγενὴς ἔμοιγ' ἀνήρ.
Ὁ δ' οὐ δίκαιος, κἂν ἀμείνονος πατρὸς
Ζηνὸς πεφύκῃ, δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ. id est, Gesneri versione,
De nobilitate parum laudis prædicare possum,
Bonus enim vir, mihi nobilis videtur.
Qui verò non iustus est, licet à patre meliore,
Quàm Iuppiter sit, genus deducat, ignobilis mihi censetur.

Et idem in Alexandra,

Περισσόμυθος ὁ λόγος, εὐγένειαν εἰ βροτοῖσιν εὐλογήσομεν.
Τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεσθα,
Διὰ δ' ἔκρινεν ἁ τεκοῦσα γᾶ βροτούς
Ὁμοίαν χθὼν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν.
Ἴδιον οὐδὲν ἔσχομεν, μία δὲ γονὰ
Τό τ' εὐγενὲς, καὶ τὸ δυσγενές.
Νόμῳ δὲ γαῦρον αὐτὸ κραίνει χρόνος
Τὸ φρόνιμον, εὐγένεια, καὶ τὸ συνετὸν
Ὁ θεὸς δίδωσιν, οὐχ ὁ πλοῦτος.
Superflua est oratio, nobilitatem si mortalem laudauerimus.
Olim enim cùm primùm nati sumus,
Et mater tellus homines formauit,
Omnibus consimilem largita est faciem.
Peculiare nihil habemus, sed vna eadémque origo
Nobiles ac ignobiles produxit.
Tempus autem legibus arbitrariis nobilitatem efficit gloriosam,
Sed in prudentia nobilitas est: & intellectus
Non à diuitiis, sed diuinitùs datur. Et idem in Ino,
Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως δεῖ σκοπεῖν χρεὼν
Τὴν εὐγένειαν. τοὺς γὰρ ἀνδρείους φύσιν,
Καὶ τοὺς δικαίους, τῶν κενῶν δοξασμάτων
Κἂν ὦσι δούλων, εὐγενεστέρους λέγω.
Ego quidem nescio, qua ratione consideranda sit
Nobilitas, nam fortes naturâ
Et iustos, vel à seruis natos,
Nobiliores esse dico, quàm inani gloria tumidos. Et Astydamas,
Γένους δ' ἔπαινός ἐστιν ἀσφαλέστατος
Κατ' ἄνδρ' ἑταιρεῖν, ὅστις ἂν δίκαιος ᾖ,
Τρόπους τ' ἄριστος, τοῦτον εὐγενῆ καλεῖν.
Τοιούτων ἐστὶ χαλεπὸν εὑρεῖν ἄνδρ' ἕνα
Καὶ τοὺς ζητοῦντας εἰσὶ μυρίοι.
Generis laus est tutissima

Virum

Virum collaudare, qui iustus fuerit,
Moribúsque optimis, ac eundem vocare nobilem.
Sed huiusmodi vel vnum inuenire difficile est,
Et inquirentes ipsum infiniti sunt.
Et Epicharmus, aut vt alij malunt Menander,
Ὃς ἂν εὖ γεγονὼς ᾖ τῇ φύσει πρὸς τ' ἀγαθὰ,
Κἂν Αἰθίοψ ᾖ μήτηρ, ἐστὶν εὐγενής.
Quisquis suapte natura procliuis fuerit ad bona,
Etiam matre natus Aethiope, nobilis est.

3 ¶ Phalaris primus Agrigentinorum tyrannus ille quidem, sed doctus, Axiocho interroganti, quid de nobilitate sentiret, respondit, σεμνύνεσθαι μὲν ὥσπερ ἄλλῳ τινὶ τῶν καλῶν ἐπ' εὐγενείᾳ, οὐκ ἀπεικός ἐστιν. ἐγὼ δὲ μίαν εὐγένειαν ἀρετὴν οἶδα· τὰ δὲ ἄλλα πάντα τύχην. καὶ γένοιτ' ἂν ὁ μὲν ἐκ φαύλων, ἀγαθὸς, καὶ βασιλέων, καὶ πάντων εὐγενέστατος, ὁ δὲ ἐξ ἀγαθῶν φαῦλος, αὐτός τε αὑτοῦ, καὶ τῶν ταπεινοτάτων δυσγενέστατος, ὥστε ψυχῆς ἔπαινον αὔχει, μὴ προγόνων τεθνηκότων εἰς ἀδοξοτέρους ἐγγόνους. Id est, gloriari de nobilitate vt de alio quouis bono, non indecens est. Ego autem vnam nobilitatem, virtutem noui, cætera fortunam. Nam humili genere natus, vt bonus, ita regum & omnium hominum nobilissimus fieri potest. Contrà, aliquis parentibus bonis ortus, malus euadere potest: ac tum seipso, tum vilissimis quibusque ignobilior. Igitur de laudibus animæ glorieris, non de maiorum nobilitate, in obscuriori posteritate iam extincta. Democrates, aut vt alij legunt, Democritus, κτηνέων μὲν εὐγένεια, ἡ τοῦ σκήνεος εὐσθένεια. ἀνθρώπων δὲ, ἡ τοῦ ἤθεος εὐτροπίη. Pecudum nobilitas in bono validóque corporis habitu sita est: hominum autem in bonitate morum. Chrysostomus apud Antonium Monachum Melissæ libro secundo capite septuagesimonono, & Maximum, sententiarum cap. 63. λαμπρὸν καὶ ἐπίσημον οὐ πεφυκέναι προγόνων, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετὴ ποιεῖν εἴωθε. id est, Splendidum & nobilem non maiorum nobilitas, sed animi virtus efficere solet. Diogenes vt tradit Stobæus serm. 84. interrogatus qui hominum essent nobilissimi, respondit, οἱ καταφρονοῦντες πλούτου, δόξης, ἡδονῆς, ζωῆς. τῶν δὲ ἐναντίων ὑπεράνω ὄντες πενίας, ἀδοξίας, πόνου, θανάτου. id est, Contemptores opum, gloriæ, voluptatis, & vitæ. Contrariorum autem victores, scilicet paupertatis, ignominiæ, laboris, & mortis. Plato, vt scribit Laërtius in eius vita, nobilitatem in quatuor species diuidebat, ἓν μὲν, ἐὰν ὦσιν οἱ πρόγονοι καλοὶ κἀγαθοὶ καὶ δίκαιοι, τοὺς ἐκ τούτων γεγεννημένους εὐγενεῖς φασὶν εἶναι. ἄλλο δὲ, ἐὰν ὦσιν οἱ πρόγονοι δεδυναστευκότες καὶ ἄρχοντες γεγενημένοι, τοὺς ἐκ τούτων εὐγενεῖς φασὶν εἶναι. ἄλλο δὲ ἐὰν ὦσιν οἱ πρόγονοι ὀνομαστοὶ, οἷον ἀπὸ στρατηγίας, ἀπὸ στεφανιτῶν ἀγώνων. καὶ γὰρ τοὺς ἐκ τούτων γεγεννημένους εὐγενεῖς προσαγορεύομεν. ἄλλο εἶδος ἐὰν αὐτός τις ᾖ γενναῖος τὴν ψυχὴν καὶ μεγαλόψυχος, καὶ τοῦτον εὐγενῆ φασὶν, καὶ τῆς γε εὐγενείας αὕτη κρατίστη. τῆς ἄρα εὐγενείας, τὸ μὲν ἀπὸ προγόνων ἐπιεικῶν, τὸ δὲ δυναστῶν, τὸ δὲ ἐνδόξων, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς αὑτοῦ καλοκἀγαθίας. Id est, Eos enim, qui honestis, bonis, iustísque maioribus nati fuerunt, nobiles vocari: quorum item parentes potentes & principes fuerunt, quorum maiores fama & opinione fuere celebres, quam vel ex bellicis rebus præclarè gestis, vel ex certaminum coronis reportauerunt. Illud denique nobilitatis genus, idque prestantissimum, cùm quis per se animi magnitudine excellit. Theopempus, aut, vt alij vocant, Theopompus scripsit, eos generosos esse existimandos, non qui ex bonis & probis nati sunt, sed qui honesta & bona sequenda sibi proponunt. Eius verba adscripsit Antonius Monachus libro Melissæ 2. εὐγενεῖς εἶναι νόμιζε, μὴ τοὺς ἐκ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν γεγενημένους, ἀλλὰ τοὺς καλὰ καὶ ἀγαθὰ προαιρουμένους. Iphicrates apud Aristotelem libro 2. Rhetoricorum ad Theodecten, cap. 23. dixit, ὅτι γενναιότατος ὁ βέλτιστος, καὶ γὰρ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι οὐδὲν πρότερον ὑπῆρχε γενναῖον, πρὶν γενναῖόν τι πρᾶξαι. Quibus significatur, eum generosissimũ esse, qui optimus sit: Nihilque Harmodio & Aristogitoni generosum prius fuisse, quàm, quod generose gessissent. Socrates apud Stobæum illo Serm 84. interroganti quid esset nobilitas, εὐκρασία (inquit) ψυχῆς καὶ σώματος, id est, temperies animæ & corporis. Plutarchus in libro aduersus nobilitatem, quem etiam retulit Stobæus (neque enim is liber extat inter eos, quos habemus) ita de nobilitate loquitur, τί γὰρ ἄλλο νομίζομεν εἶναι τὴν εὐγένειαν, ἢ μὴ παλαιὸν πλοῦτον ἢ παλαιὰν δόξαν, οὐδέτερον ἐφ' ἡμῖν ὄν: ἀλλὰ τὰ μὲν τύχης ἄδηλα, τὰ δὲ ἀκρασίας χάριν ἀνθρωπίνης. ὥστ' ἐκ δυοῖν ἀλλοτρίων κρέμαται τὸ πεφυσημένον ὄνομα ἡ εὐγένεια. καὶ ὁ πλοῦτος μὲν οὐχ ὁμοίους αὑτῷ τοὺς γεννηθέντας ποιεῖ, ἀλλ' ὁ ἐξ ἀρετῆς γεννηθεὶς, ἐκπορίζεται ἀπὸ τῆς ἕξεως τῆς ψυχῆς δικαίως εἰς τοὺς ἐκγόνους διαχεόμενον, καὶ τοῦτ' ἔστιν ἡ ὄντως εὐγένεια, ὁμοίωσις δικαιοσύνης. id est, Quid aliud nobilitatem esse existimamus, quàm antiquas diuitias, vel antiquam gloriam? quarum rerum neutra in nostra potestate est? Siquidem altera in fortunæ arbitrio sita est, altera ex intemperantia humana proficiscitur. A duabus igitur rebus alienis superbum hoc nobilitatis nomen pendet. Et diuitiæ quidem non reddunt nascentes sibi similes (id est, diuites non gignunt diuites) virtutis autem à iusto animi habitu profectæ facultas, ad posteros transfundi potest. Atque hæc re vera est nobilitas, iustitiæ similitudo. Sed & ille inibi, Græcè quidem, sed in hunc sensum: An verò Midæ regis diuitiæ, nobiliores erant Aristidis paupertate? Quamuis hic ne sepulturæ quidem sumptus reliquerit, Phrygis autem sepulchro omnia cedere potuerint. Verum in diuitiis nobilitas non est (cum opes potius pabulũ sint malitiæ.) Omnis sanè malitia rectè comparatur igni. Vtrunque

Alij item.

enim pabulo destitutum extinguitur. Socratis verò generis ignobilitas exobstetrice & statuario nati, nónne Sardanapali gloria nobilior fuit? Xerxem quoque non æstimare debes nobiliorem Cynegyro fuisse. Nam huic quidem manus pro patria amputata est: ille autem vitam fuga seruauit, magni regni loco, magna timiditate præditus. Hęc ibi. Antisthenes autem apud Laërtium eosdem esse dicebat nobiles, & virtutis studiosos.

Latini scriptores huius sententiæ.

4 ¶ Sed ad Latinos veniamus, primúmque ad poëtas, Ouidius lib. Tristium 4. eleg. 3. in princ. (quod alibi suprà ad aliud citauimus)

O qui nominibus cùm sis generosus auorum,
Exuperas morum nobilitate genus.

Et lib. 1. de Ponto, eleg. 2. ad Maximum,

Maxime qui tanti mensuram nominis imples,
Et geminas animi nobilitate genus.

Quibus in locis tangit nobilitatem & animi, id est, virtutis, & generis. Idem lib. 5. eiusdem operis eleg. 10. eadémque pe. quod & nos suprà citauimus.

Si modo non census, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos ingeniúmque facit.

Et lib. 13. Metam. vbi ita facit Aiacem loquentem,

Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,
Nobilitate potens essem Telamone creatus.

Quod nos alibi ad aliud retulimus.

Et in carmine ad Pisonem,

Vnde prius cœpti surgat mihi carminis ordo,
Quósve canam titulos, dubius feror, hinc tua Piso
Nobilitas, veterísque citant sublimia Calpi
Nomina, Romanas inter fulgentia gentes.
Hinc tua me virtus rapit, & miranda per omnes
Vita modos, quæ si deesset tibi forte creato
Nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.
Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis
Atria, quid pleni numeroso consule fasti
Proficerent, si vita labat, perit omnis in illo
Gentis honos, cui laus est in origine sola.

Iuuenalis in eam sententiam multa scribit Satyr. 8. ex quibus hos versus huc scribendos duximus,

Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria: nobilitas sola est, atque vnica virtus.

Et alibi in eadem Satyra,

Plance, tumet alto Drusorum sanguine, tanquam
Feceris ipse aliquid, propter quod nobilis esses.
Vos humiles (inquit) vulgi pars vltima nostri,
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis.
Ast ego Cecropides. viuas, & originis huius
Gaudia longa feras, tamen ima plebe Quiritem
Facundum inuenies, solet hic defendere causas
Nobilis indocti, veniet de plebe togata.
Qui iuris nodos, & legum ænigmata soluat.
Hic petit Euphraten iuuenis domitique Batani
Custodes aquilas armis industrius, at tu
Nil nisi Cecropides, truncóque simillimus Hermæ.
Nullo quippe alio vincis discrimine, quàm quòd
Illi marmoreum caput est, tua viuit imago.

Itémque in eadem Satyra.

—Quis enim generosum dixerit, hunc qui
Indignus genere, præclaro nomine tantum
Insignis.

Et iterum,

Dic mihi Teucrorum proles, animalia muta
Quis generosa putes, nisi fortia?

In hanc quoque sententiam Horatius lib. Sermonum 1. Satyr. 6. multa scripsit,

Non, quia Mecœnas Lydorum quicquid Hetruscos
Incoluit fines, nemo generosior est te.
Nec, quòd auus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint.
Vt plerique solent, naso suspendis adunco

Ignotos, vt me libertino patre natum,
Cuius referre negas, quali sit quisque parente
Natus,&c. vbi videre poteris. Nam tota ea Satyra nil aliud docet, quàm veram nobilitatem non generis & stemmatum antiquitate, aut quauis alia re, sed sola virtute constare.

5 ¶ M. Tullius Cicero Romani princeps eloquij, idémque regij generis, vt alibi dicam, in oratione, qua respondet Sallustio, qui eum contemptim vocarat nouum hominem Arpinatem, Ego(inquit) meis maioribus virtute mea præluxi, vt si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Tu tuis vita, quam turpiter egisti, magnas obfudisti tenebras: vt etiam si fuerint egregij ciues, certè venerint in obliuionem. Quare noli mihi antiquos viros obiectare. Satius enim est, me meis rebus gestis florere, quàm maiorum opinione niti: & ita viuere, vt ego sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Idem in oratione pro Lucio Murena respondens Catoni, qui Seruium Sulpitium Murenæ anteponere satagebat, titulo nobilitatis maiorum, Ego te(inquit, de Sulpitio loquens) semper in nostrum numerum aggregare soleo, quòd virtute, industriáque perfecisti, vt cum Equitis Romani esses filius, summa tamen amplitudine dignus putarere. Nec mihi vnquam minus in Q. Pompeio nouo homine & fortissimo viro virtutis est visum esse, quàm in homine nobilissimo M. Aemilio. Etenim eiusdem animi atque ingenij est, posteris suis (quod Pompeius fecit) amplitudinem nominis, quam acceperit, tradere, & vt Scaurus, memoriam prope intermortuam, generis sui virtute renouare. Quanquam ego iam putabam, iudices, multis viris fortibus, ne ignobilitas obijceretur generis, meo labore esse perfectum, qui non modo Curiis, Catonibus, Pompeiis antiquis illis fortissimis viris nouis hominibus, sed his recentibus Mariis, & Didiis, & Cælis commemorãdis iacebant, cum ego verò tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregissem, vt aditus ad Consulatum posthac, sicut apud maiores nostros fuit, nõ magis nobilitati, quàm virtuti pateret, non arbitrabar, cum ex familia veteri & illustri Consul designatus ab Equitis Romani filio consule defenderetur, de generis nouitate accusatores esse dicturos. Ipse autem Marius in oratione, quam habuit apud Sallustium in bello Iugurthino, Contemnunt (ait) nouitatem meam, ego illorum ignauiam: mihi fortuna, illis probra obiectantur. Quanquam ego naturam vnam & communem omnium existimo, sed fortissimum quenque generosissimum esse. Et paulo post. Quòd si me iure despiciunt, faciant idem maioribus suis: quibus, vti mihi, ex virtute nobilitas cœpit. Et rursum, Nunc videte quàm iniqui sunt, quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt: scilicet quia imagines non habeo, & quia mihi noua nobilitas est, quam certè peperisse melius est, quàm acceptam corrupisse. Ex quibus nonnulla aduocat noster Luc. Pen. in l. mulieres, columna quarta. C. de incol. li. 10. Liuius 1. decadis lib. 1. tradit Lucumonem & eius vxorem Tanaquilem hinc consilium sumpsisse Romam migrandi, quòd ibi omnis repentina, atque ex virtute nobilitas esset. Fabius Quintilianus lib. 5. c. 11. Quis(inquit) generosissimus? Nonne qui optimus? non qui claritate nascendi: sed qui virtute maximè excellit. Seneca in libello de moribus, Nobilitas(ait) animi, generosus sensus: Nobilitas corporis, generosus animus. Et in sexta controuersia lib. 2. Ex Sillio Basso nobili declamatore, Quidam auitas paternasque flagitiis obruerunt imagines, Quidam ignobiles nati fecere posteris genus: in illis non seruasse quod acceperunt, maximum dedecus: In his quod nemo dederat, fecisse, laudabile. Si possent homines sibi sortem facere nascendi, nemo esset humilis, nemo egenus: vnusquisque fœlicem domum inuaderet. Sed quandiu non sumus, natura nos tegit, & in quemcunque vult casum nos mittit. Hinc fumus æstimandi, cum fumus nostri. Quis fuit Marius, si illum in suis inspexerimus maioribus? humilis. In consulatu nihil habet clarius, quàm se authorem. Pompeium si hæreditariæ extulissent imagines, nemo magnum dixisset. Seruium regem tulit Roma, in cuius virtutibus, humilitate nominis nihil est clarius. Quid tibi videntur illi ab aratro asciti, qui paupertate sua beatam fecere Rempublicam? Quemcunque volueris, reuolue nobilem, ad humilitatem peruenies. Quid recenseo singulos, cùm hanc vrbem possim tibi ostendere? Nudi stetere colles, inter quæ tamen effusa mœnia. Nihil est humili casa nobilius. Fastigiatis suprà tectis auro puro perlucet Capitoliũ. Potes obiurgare Romanos, cùm humilitatem suam, cùm obscuritatem suam possint, ostendunt. Sed hæc non putant magna, nisi appareunt ex paruis surrexisse. Sed & ille ipse Seneca in epistola ad Lucilium 31 huc respicere videtur, cùm scribit animum rectum, bonum, magnum, nihil aliud esse, quàm Deum in humano corpore hospitem. Hic (inquit) animus tam in Equitem Romanum, quàm in libertinum, quàm in seruum potest cadere. Quid est eques Romanus, aut libertinus, aut seruus? nomina ex ambitione, aut ex iniuria nata. Subsilire in cælum ex angulo licet, &c. Sed & epistola 44. multa in eandem sententiam scribit, ex quibus inter cætera hęc sunt. Omnes si ad originem primam reuocantur, à Dijs sunt. Patricius Socrates non fuit. Cleanres aquam traxit, & rigando horto manus locauit. Platonem non accepit nobilem philosophia, sed fecit. Plato ait, neminem regem non ex seruis esse oriundum, neminem non seruum ex regibus. Omnia ista longa varietas miscuit, & sursum deorsúmque for-

Alij quetque.

tuna versauit. Quis est generosus? ad virtutem bene à natura compositus. hoc vnum intuendum est. Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus, animus facit nobilem, cui ex quacunque conditione supra fortunam licet surgere. Hæc ille. Vnde autem illud à Platone acceperit nescio, nisi fortè id sit, quod scribit ipse Plato in Theæteto in hæc verba: οὐδὲ λογίζεται, ὅτι πάππων καὶ προγόνων μυριάδες ἑκάστῳ γεγόνασιν ἀναρίθμητοι, ἐν αἷς πλούσιοι καὶ πτωχοὶ βασιλεῖς καὶ δοῦλοι, βάρβαροί τε καὶ Ἕλληνες πολλάκις μυρίοι γεγόνασιν ὁτῳοῦν. Id est, Neque reputare quod auorum & proauorum myriades vnicuique fuerunt innumeræ, in quibus diuites & inopes, & reges & serui, barbarique, & Græci sæpe decies mille, id est, infiniti fuerunt cuilibet.

Reges humili genere nati. *Tarquinius Priscus.*

6 ¶ Quam sententiam bona ex parte infinitis propè exemplis probare possumus, regum & principum, qui seruilis vel aliàs sordidæ originis fuerunt. Et vt incipiam à Romanis illis rerum dominis, Tarquinius Priscus illorum rex celebratissimus, patre mercatore, eóque exule natus est, vt testis est Dionysius Halicarnassæus lib. 3. & Valerius Maximus lib. 3. cap. 4. & præterea matre serua, vt tradit Seruius in Virgil. lib. 3. Aeneidos. Seruius Tullius, aut, vt alij vocant, Tullus, qui illi in regno successit, verna patre, matre ancilla, vt & ipse Valerius tradit in eodem loco, vbi & ex hoc dicit, in illo præcipuè fortunam vires suas ostendisse. Rursus idem Valerius libr. 1. cap. 6. princ. & Iornandes lib. de regionum & temporum successione. Seneca autem de eo loquens libr. Declamationum 3. Seruum (inquit) natum regem habuimus. Sed & idem epistola ad Lucilium 108. scribit annotatum fuisse, duos Roma. reges fuisse, quorum alter patrem non habuisset, alter matrem. Nam de matre ipsius Tullij dubitatur. Liuius autem lib. 1. & 4. ab vrb. con. scribit illum matre Corniculana captiua natum fuisse, quod & repetit Porphyrion enarrans illud Horatij lib. 1. Ser. Satyr. 6.

Ante potestatem Tulli, atque ignobile regnum.

Nam & ob id dicit ipsum Horatium, illius regnum ignobile vocasse. Acron autem in eodem loco scribit illum fuisse seruũ ipsius Tarquinij Prisci. Plin. li. 36. c. 27. eodémque vlt. dicit illum natũ fuisse Tanaquilis Tarquinij vxoris ancilla, Ocrisia captiua, Ocretiã vocat Plinius Iunior, aut quisquis est, qui librũ elegantissimũ de viris illustribus edidit. Ex quo etiã Iuuen. Satyr. 7.

Quid Tullius? an'ne aliud, quàm
Sidus, & occulti miranda potentia fati.
Seruis regna dabunt. Et iterum Satyr. 8.
Ancilla natus trabeam, & diadema Quirini,
Et fasces meruit, regum vltimus ille bonorum.

De quo etiam Dionysius Halicarnasseus lib. 4. in princ. & Tzetzes historiarum Chili. 6. cap. 72. Sed & Tullius Hostilius, qui vtrunque in regno præcessit, humili genere & loco natus, vt cuius incunabula agreste tugurium cepit, & adolescentia in pecore pascendo fuit occupata, vt testatur Valerius Maximus, quo loco nuper citauimus. Vt minus mirum sit, quòd ipse Hostilius apud Dionysium Halicarnasseum lib. 3. veluti suam ignobilitatem clanculum eleuans, hæc in oratione, quam ad populum habuit, grauiter & seriò pronuntiauit, rei, de qua agimus, admodum conuenientia, Apud nos imperat, & consulit, aliísque honoribus fruitur, qui non multas possidet pecunias, nec qui multos potest progenitores gentiles ostendere, sed quisquis potius est his honoribus dignus. Non enim vlla in re alia, quàm in virtute nobilitatem esse existimamus. Hincque Camillus Tribunus Pleb. apud Liuium libr. 4. ab vrbe condit. reges Roma. nouos homines vocabat, id est, ignobiles, vt alibi ostendemus.

Imperatores. *Augustus.*

7 ¶ Et vt ad Imperatores & ipsos Romanos veniamus, Augustus ille, cuius nomen tam celebre fuit, auum habuit argentarium, patrem adstipulatorem, vt ei obiecit Cicero in quadam epistola, quæ est in fin. epistolarum ad Q. fratrem, in qua vtrunque precarium quæstum fecisse addit. Id que Suetonius in illius vita, cap. 2. & 3. illi Antonium obiectare solitum scribit, & præterea libertinum proauum. Sed & is inibi. cap. 81. dicit proscriptionis tempore ad statuã ipsius adscriptum fuisse, pater argentarius. Vitellium authorem generis libertinum quoque habuisse, plurimi prodiderunt, vt tradit Suetonius in illius vita, capite secundo, vbi & illud subdit, Cassium, Seuerum, & alios eundem sutorem veteramentarium tradidisse. Et illius successor Flauius Vespasianus, quem idem author in vita illius cap. 1. dicit fuisse gente obscura, & sine vllis maiorum imaginibus. Et Eutropius etiam dicit obscurè natum. Et quod minime est prætermittendum, id ipse neque dissimulauit vnquam, ac frequenter etiam ipse tulit. Quin & conantes quosdam originem Flauij generis ad conditores Reatinos, comitémque Herculis referre, irrisit vltro, vt & tradit ipse Suetonius cap. 12. Traianus quoque videri potest non admodum claro genere ortus, ex eo quod eùm Nerua illum adoptaret, successionique Imperij designaret, virtutem hominis, non genus spectari oportere existimauit, vt prodit Dion in vita illius, Pertinax optimus imperator auo seruo, & patre libertino, & qui negotiationem lignariam, & tabernam coctilitiam in Liguria exercuit, quam & ipse Pertinax, tam pertinaciter gessit, vt hinc nomen adeptus sit, vt testatur Iulius Capitolinus. Hincque Sextus Aurelius Victor illum dicit origine gentis sordida, primúmque grammaticum fuisse. Herodianus autem lib. 2. non multo post princ. dicit eum fuisse priuatæ & obscuræ sortis. Pescenninus Niger,

Pescenninus Niger.

non

non illaudatus Imperator, quē nonnulli modicis fuisse parentibus tradūt apud Aelium Spartianum. Opilius Macrinus humili loco natus, ipso Capitolino teste, in ipsius vita. Nam & is libertinus fuit, vt ille ait, & cōsequenter primùm seruus. Posthumus, & Lollianus, qui sub Gallieno imperium arripuerunt, priuata quidem virtute, non nobilitatis pondere vixerunt, teste Trebellio ant, vt alij vocant, Treuellio Pollione, & illum quoque obscurißimè natum scribit Eutropius. Martius Septimius, qui post eorum mortem triduò imperauit, faber ferrarius fuerat, vt idem Pollio tradit: qui & eius orationē, quam cōfestim quàm ad imperium adscitus est, habuit, adscripsit: quā non indignam duximus, quę hic inscriberetur: Scio, commilitones, posse mihi obiici artem pristinam, cuius mihi omnes testes estis. Sed dicat quisque quod vult, vtinam semper ferrum exerceam, non vino, non floribus, nō mulieribus, nō popinis, vt fecit Gallienus indignus patre suo, & sui generis nobilitate. Ars mihi obiiciatur ferraria, dū me & exteræ gentes ferrum attrectasse suis cladibus recognoscāt in Italia. Denique vt omnis Alemania, omnísque Germania cum cæteris, quæ adiacent, gentibus, Rom. populum ferratū putent gentem, vt specialiter in nobis ferrum timeant. Vos tamen cogitetis velim, fecisse vos principē, qui nunquam quicquam scierit tractare nisi ferrum. Maximinus ex infimis parētibus in Thracia natus, teste Iornande in libro rerum Gothicarum. Galerius Armentarius armentorū pastor, parentibus agrariis, vnde ei cognomen Armentario fuit, vt prodit Aurelius Victor. Maximus Pupienus ignobilis genere, vt scribit Capitolinus in Maximinos: imo verò obscurissimo genere, vt tradit Eutropius lib. 9. c. 2. nempe fabri ferrarij, aut, vt alij dicunt, veredarij filius. Balbinus illius in imperio consors, & ipse obscurißimo genere, vt idem Eutropius scribit, quamuis Iulius Capitolinus huic aduersari videatur, scribēs hunc Maximum illum, quasi ignobilem, cōtempsisse. Nam & ante scripserat Balbinum ipsum nobilitate clarū fuisse. Philippus Arabs humillimo loco ortus, vt tradit Aurelius Victor. Aemilianus & ipse obscurißimè natus, obscurius imperauit, vt prodit Eutropius illo lib. 9. c. 7. Aurelianus Imperator laudatißimus, modicis parentibus, & familia obscuriore, vt tradit Flauius Vopiscus, &, vt quidam ferunt, teste Aurelio Victore, patre Aurelij colono. Probus verè probus, patre olitore, vt nonnulli dicūt, & inter hos Aurelius Victor, quod vt admittere non videtur Vopiscus, ita eum dicit nobiliore matre, quàm patre fuisse. Bonosus patre pædagogo literario, ex eodem Vopisco. Diocletianus obscurißimè natus, vt scribit Eutropius, adeò vt à plerisque, vt ille subdit, scribæ filius crederetur. Aurelius autem Victor illum libertinum fuisse tradit. Licinius & Maximianus, quos nonnos homines vocant Eutropius lib. 10. c. 5. & Paulus Orosius lib. 7. c. 8. veluti plebeios & ignobiles, vt alio loco ostendemus. Carausius, qui Britannias occupauit, & diutius tenuit, genere quidem infimus, vt dicit Paulus Orosius lib. 7. ca. 16. & vilißimè natus, quod in idem venit, vt scribit Eutropius lib. 9. c. 19. eodémque vlt. Valentinianus, cuius pater funarius à nonnullis dictus, quòd funes torquebat, quamuis Aurelius Victor, & Paulus Diaconus aliunde id nominis trahant, nec tamen negant mediocri stirpe natum. Iustinus armentarius. Maurilius aut, vt alij vocant, Maiorinus, Cappadox, famulus, & excubitor. Leo, & Basilius Macedo, quos Tzetzes cap. 72. Chili. 6. ponit inter principes, qui humili loco nati erant.

Opilius Macrinus Posthumus Lollianus. Galerius. Maximus Pupienus.

8 ¶ Et, vt de aliis quoque regibus loquar, Saul & Dauid primi Iudæorum reges, fuerunt pastores ouium, vt ex primo libro Regum apertè ostenditur. c. 9. & c. 16. Laocoon rex ex serua natus est, vt tradit Apollonius Laocoon Rhodius libro Argonauticōn primo. Abdolominus, qui ad puteos exhauriendos, hortósque irrigandos operam locare solebat, Sidoniæ rex ab Alexandro Magno constitutus, spretis nobilibus, ne generis id, non dantis beneficium putarent, vt tradit Iustinus libro 11. & nonnihil Curtius lib. 4. qui tamen eum dicit regię stirpis fuisse, sed ob paupertatis deuenisse, vt suburbanum hortum exigua stipe coleret, & steriles herbas repurgaret. Sardanapalus qui ex purpuræ carminatore rex factus est, vt tradit Plutarchus in libro de fortuna Alexandri, statim post princ. Adrantenus Andriscus in fullonia natus, ad regiam maiestatem euectus. Agathocles Siciliæ rex ex humili & sordido genere, quippe qui in Sicilia ipsa, patre figulo natus, vt scribit idem author statim in initio libr. 22. & Ammianus Marcellinus lib. 14. de quo est illud Ausonij epigramma.

Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem,
Atque abacum Samio sæpe onerasse luto.
Fercula gemmatis cum poneret aurea vasis,
Et misceret opes, pauperiémque simul.
Quærenti causam respondit, Rex ego qui sum
Sicaniæ, figulo sum genitore satus.

Dionysius ille primus & ipse Siciliæ rex obscurus fuit & genere & gloria, vt scribit Isocrates in illa elegantißima oratione, quam ad Philippum Macedoniæ regem scripsit. Antipater, Alexandri in Macedonia successor, mulieris mimæ nepos, vt scribit Seneca ad Lucilium epistola 108. Archelaus Macedonum rex natus Simiche matre, serua Alcetæ fratris Perdicæ, vt prodit Plato in Gorgia. & Aelianus lib. 2. de varia historia. Arsaces Parthorum rex, à quo Arsacidę postea dicti sunt Parthorum reges, incertæ originis fuit, authore Iustino lib. 41. Cambyses Persa-

Alij reges Saul. Dauid. Antipater. Archelaus. Arsaces.

rum rex obscura gente natus, eodem teste libro primo. Darius Hystaspis filius primùm Cyri Pharetrophoros, tandem Persarum rex primus eius nominis, vt tradit Aelianus de varia historia libro 12. Alter Darius, qui ab Alexandro superatus est, serua Simicha natus fuit, vt idem eodem in loco testis est, qui & ipse illic scribit Amyntam Philippi patrem seruum fuisse Aeropæ, & Perseum illum quoque Macedoniæ regem, quem Paulus Aemilius deuicit, fuisse ignobili quodam patre progenitum, quamuis Liuius & alij plerique dicant eum fuisse filij postremi Macedonum regis, sed nothum. Eumenes, cui post mortem Alexandri Cappadocia, & Paphlagonia sorte cessit, inope admodum patre, qui ex vehiculis sibi familiæque suæ victum quæritabat, vt Duris Historicus, & eius authoritate Plutarchus in vita illius, & Aelianus vbi suprà, prodiderunt. Probus autem Aemilius nihil ei defuisse, præter generosam stirpem scribit, eúmque primùm Philippum Macedonem habuisse ad manum, scribæ loco. Hiero Siciliæ rex matre ancilla, apud Iustinum lib. 23. Hyperbolus Atheniensis princeps ex humili stirpe post Cleonis potentiam ad principatum vrbis sua versutia peruenit: cùm enim priùs lucernas æreas factitaret plumbum æri immiscebat, vt pondere ementes falleret, sed è Republica tandem eiectus est, vt Thucydides scribit. Huius etiam meminerũt Theopompus, Antiphon, Cicero in Republica, Diuus Augustinus alicubi in libris de Ciuitate Dei, & Andocydes, qui ita de eo scribit, De Hyperbolo dicere erubesco, cuius pater inscripto vultu in argyrocopeo publicè seruiuit, id est, officina, vbi cuditur pecunia, eius verò mater panem venditabat. *Midas.* Midas ἁμαξεὺς ὢν τῶν ἀροτριώντων. Id est, plaustrarius, siue auriga existens aratorum siue arantium, dum boues ad aratrum duceret, à Phrygibus ad regnum raptus est authore Tzetze historiarum Chil. 6. cap. 12 Sed & Lydorum quispiam rex innominatus ab Heraclide in Politicis recensitus, Lydi, inquit, cùm graui dominatu premerentur, audiuissẽtque Cymæ quẽdam esse, missa legatione in regnum eum accersiuerunt. Hic in officina fabri Plaustrarij seruus erat, cui Lydi cùm libertatis pretium exoluissent, eum assumpserunt. Cúmque Cymensis quidam, qui currũ ei fabricandum locauisset, abire prohiberet, atque multi ne impedimento esset, iuberẽt, non destitit, sed cum mordaci quodam scommate dixit, sibi permagnum videri currum à Lydorum rege confectum possidere. Et fortè hic ille Midas fuit, de quo proximè locutus sum: nã ipse Heraclides confestim loquitur de Hermodica ipsius Midæ vxore. Belitaras Persarum rex, ideò sic vocatus, quòd antè fuerat plãtarum insertor, & regiorum hortorum magister, vt scribit Agathias lib. 2. historiarum Persicarum. *Artaxerxes.* Quo etiam in loco tradit Artaxerxem, non illum quidem antiquiorem, sed alium multò posteriorem in primis obscurissimũ, regnum Persarũ Artabano rege interempto occupasse. *Alynomus.* Alynomus Paphi rex ex hortulano factus, apud Plutarchum de fortuna Alexandri. Prompalus posteà Alexander dictus, extremæ sortis iuuenis, regnum Syrię, deiecto Antiocho, cui Soter cognomentũ fuit, occupauit diutiúsque tenuit apud Iustinum lib. 45. Protarchus negotiatoris filius, Syriæ quoque rex factus, cui & cognomẽ Alexandri impositum est, eodem teste, lib. 39. Ptolemæus La. us ex gregario milite, vt idem tradit lib. 13. Aegypti rex fuit, & quidem primus eius nominis. Ex quo illud, quod à Plutarcho relatum est in libro de cohibenda iniuria. *Ptolemæus* Nam Ptolemæus ex huius successoribus, grammaticum irridens, quòd literas nesciret, ex eo petebat quis fuisset pater Pelei, At ille, dicam, inquit, si tu priùs dixeris, quis fuit Lagi pater: quo dicto tangebat regis ignobilitatem. *Sosthenes.* Sosthenes ignobilis, multis ignobilibus regnum Macedoniæ affectantibus, ob virtutis beneficia pręposit9 est, vt idem prodidit lib. 24. Sybaris seruus de ergastulo cuiusdam, à Cyro Persis præpositus est, eíque sororem in matrimonium dedit, eodem teste lib. 1. Tellephanes curruum fabricator, rex Lydorũ factus est. Tyndares Parthorũ rex ex seruo factus, apud ipsum Iustinum li. 45. *Vectius Messius.* Vectius Messius Volscorũ rex nõ admodũ nobilis fuit, vt quẽ Liuius ab vrb. condi. lib. 4. dicit nobiliorem factis, quàm genere. Nec prætermittendam ducimus Semiramidem illam Assyriorum reginam, quæ ex ancilla, regina facta fuisse videri potest, ex illa Echionis nobilis pictoris pictura, cuius meminit Plinius lib. 35. cap. 10. Ea erat Semiramis ex ancilla adipiscens regnum. Tu tamen hic vide Diodorum Siculum libro bibliotheces 3. cap. 2.

9 ¶ Et vt ad inferiores tẽpore principes descendamus: *Alij reges tẽpore inferiores.* Abramus ex seruo viri Romani factus est rex Homeritorũ, apud Procopium lib. 1. belli Persi. i. Apud eundẽ lib. 1. belli Gotthici. Vittiges obscura familia ortus rex Gotthorũ factus. *Primislaus* Primislaus, aut, vt alij volunt, Prislaus tertius Bohemorũ rex, ex armentario & bubulco factus. Ex Alberto Krantzio lib. 1. Vuandaliæ. c. 17. *Lamusius.* Lamusius, aut, vt alij, Lamussio, & ipse tertius Longobardorũ rex, matre prostituta, patre, vt par erat, incerto. Tamburlanus Scytharũ rex, porcarius. Mahumetes, qui primũ vectigales camelos ductabat, deinde Arabũ rex. Abdelmonius patre figulo, Africæ, quæ nũc Barbaria dicitur, rex, & alij tanto numero, vt potiùs arenã maris, quàm illos numerare queas. Ex quibus iã satis probatũ habes, quod ex Platone suprà diximus, neminem regẽ, qui non ex seruis: neminẽ seruum, qui non ex regibus originẽ trahat, quod intelligo maiori ex parte. *Qui reges ex seruis, & è diuerso,* Sunt enim reges, quos ausim dicere iam à prima orbis cõstitutione per omnes descendentiũ gradus, ab illustribus & gloriosis parentibus descẽdisse, eos præsertim, qui verè principes, & reges agũt: eos autẽ qui se tyrannos præstãt, à seruis ortos dicere nõ dubitarim, quorũ infinitus fuit numerus. *Daphitas.* Qui locus

in

in memoriam reuocat Daphitan antiquum poëtã & grammaticum maledicum, qui inter cętera regum maledicta, eos dicebat seruos ad regium fastigium euectos, his quidem versibus:

Πορφύρεοι μώλωπες ἀποῤῥινήματα γάζης
Λυσιμάχου, Λυδῶν ἄρχετε καὶ Φρυγίας.

Ob quam rem in Thorace, monte Magnesiæ, iussu cuiuspiam regis (hunc Attalum Pergami regem esse putant) cruci suffixus est. Vnde illud vice prouerbij, celebrari cœptum, *φυλάττεσθαι τὸν θώρακα*, id est, cauendum à Thorace, quo monemur metu mortis linguam à maledictis principũ coërcendam. Cuius rei meminit Strabo, libro decimoquarto, licet aliter referat Valerius Maximus libro primo, cap. octauo, eodémq; vltimo, & Cicero libro de Fato. Vt interim prætermittam alios quoque multò recentiores, non eos quidem reges, sed qui ex humili fortuna clarum sibi nomen vendicarunt, Franciscum Sfortiam, Nicolaum Picinium, Franciscũ Carmaniolam, Blasium Axaretum Genuensem, & alios à Baptista Fulgosio memoratos, & Pontifices Maximos, Ioannem vigesimum secundum, Nicolaum quintum, Innocentium octauum, Sixtum primum, alterum Sixtum quartum, viros omni laude dignissimos, *Alij ad clarũ nomẽ euecti. Pontifices maximi.*

10 ¶ Sed non possum silentio prætertire, quod scribit Gellius libro Noctium Atticarum 15. cap. 4. In sermonibus seniorum hominũ, & eruditorum multos in vetere memoria altissimum dignitatis gradum ascendisse, ignobilissimos priùs homines, & despicatissimos: affert que exẽplum Venditij Bassi, qui humili loco natus, cùm diutiùs victum sibi sordidè parasset, comparandis, fricandisque mulis, tandem Consul Romanus factus est. Ob quod & huiusmodi versiculi vulgò per vias vrbis præscripti sunt, *Ventidius.*

Concurrite omnes augures, aruspices.
Portentum inusitatum conflatum est recens:
Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.

Subdit tamen confestim ex Suetonij authoritate, hunc ipsum Bassum præpositum à Marco Antonino prouinciis orientalibus, Parthósque in Syriam introrumpentes tribus ab eo prælijs fusos, eúmque primum omnium de Parthis triumphasse, & tandem morte obita publico funere sepultũ esse. quod & scripsit Plutarchus in Antonio. De hoc quoque est illud Iuuenalis,

Si fortuna volet, fies de rhetore consul.
Ventidius quid enim?

Et paulo pòst loquens de eodem, & de Seruio Tullio, de quo suprà, subiungit,

Serui regna dabunt, captiuis fata triumphos.

Is enim à Pompeio Strabone Patre Pompeij Magni Asculo subacto captus fuerat. Nescio an de hoc intelligat Cicero in Oratione in Calphurnium Pisonem. Nemo queritur Syrii nescio quem de grege nouitiorum factum esse consulem. Credo autem de hoc intelligere L. Plancũ inter epistolas familiares Ciceronis lib. 10. epist. 18. dum eum mulionem appellat.

11 ¶ Sed vt redeamus ad Senecam ex his diuerticulis, si ita dicenda sunt, & ad præcipuum nostrũ institutum, id est, ad eos, qui sola virtute nobilitatem metiũtur: Idem Seneca, qui penè in hoc totus est libro tertio, de beneficiis, Eadémq. (inquit) omnibus principia, eadémq; origo. Nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ suæ longo ordine, & multis stemmatum illigata flexuris, in prima parte ædium collocant, noti magis, quàm nobiles sunt. Vnus omnium parens mundus est, siue per splendidos, siue per sordidos gradus, ad hunc prima cuiusque origo producitur. Velleius autem Paterculus lib. 2. Ro. historiæ, Non nouus (ait) mos est Senatus populique Romani, putandi quod optimum sit, esse nobilissimum. Nam & illi antiqui ante primum bellũ Punicum ab hinc annos CCC. T. Coruncanum hominem nouum, cùm aliis omnibus honoribus, tùm Pontificatu etiam maximo ad principale extulêre fastigium. Et Equestri loco natum Sp. Carbilium, & mox M. Catonem nouum etiam, Tusculo vrbis inquilinum, Mummiúmque Achaicum Consulatus, Censuras, & triumphos prouexêre. Et qui C. Mariũ ignotæ originis, vsq; ad sextũ Consulatũ sine dubitatione Romani nominis habuêre principẽ. Et qui M. Fuluio tantũ tribuêre, vt penè assentatione sua, quibus vellet, principatus conciliaret. Quisque nihil Asinio Pollioni negauerunt, quod nobilissimis summo cũ sudore consequẽdũ foret. Profectò hoc senserunt, in cuiuscunque animo virtus inesset, ei plurimũ esse tribuendũ. *Alij authores virtute nobilitatem metientes. Christiani scriptores.*

12 ¶ Nec hac in re omittendi sunt Christiani scriptores, qui id elariùs scripserũt. D. Hieronymus siue is fuit Iulianus, vt putat Beda, siue alius, vt suspicatur Augustinus, Sed quisquis is fuit in epistola ad Demetriadẽ de virginitate, Ille (ait) clarus, ille sublimis, ille fit nobilis, ille tunc integrã nobilitatẽ suã se seruare putet si dedignetur seruire vitiis, ab eísq; nõ superari. Cui cõcinens diua Agatha inter acerrimos martyrij cruciatus, Sũma (inquit) ingenuitas est ista, in qua Christi seruitus comprobatur. Sed & idẽ Hieronymus, siue is fuit Paulinus, vt autumat Erasmus, ad Celcuntã, Nulli te vnquã de generis nobilitate præponas, neque obscuriores quoque humiliore loco natos te inferiores putes. Nescit religio nostra personas accipere, nec conditiones hominum, sed animos suspicit singulorum. Seruum & nobilem de moribus pronuntiat. Sola apud Deum libertas est, non seruire peccatis. Summa apud Deum nobilitas est,

clarũ esse virtutibus. Quid apud Deũ in viris nobilius Petro, qui piscator, & pauper fuit? Quid in fœminis beata Maria illustrius, quę spõsa fabri describitur? Sed illi piscatori & pauperi cœlestis regni à Christo redũtur claues. Hæc spõsa fabri meruit esse mater illius, à quo ipsæ claues datæ sunt. Elegit enim Deus ignobilia & contemptibilia huius mundi, vt potentes ac nobiles ad humilitatem faciliùs adduceret. Nam & aliàs frustrà sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cùm vniuersi, paris honoris, & eiusdem apud Deũ pretij sint, qui vno Christi sanguine sunt redempti. Nec interest qua quisque cõditione natus sit, cùm omnes in Christo renascamur. Nam & obliuiscimur, quia ex vno omnes generati sumus, saltem id semper meminisse debemus, quia per vnum omnes regeneramur. Hæc ille. Ex quibus apertè cognoscitur, quemadmodum est intelligenda istorum sententia, qui virtutem solam & vnicam nobilitatẽ dicunt, vt scilicet procedat apud Deum, vt etiam intelligunt nostri de ea re loquentes. Illud autem quod dicit Hieronymus, Elegit enim Deus ignobilia, &c. depromptũ est ex D. Paulo, primo ad Corinth. 1. cap. Et quod dicit, Ex vno omnes generati sumus, hoc quoque ante illum annotauit Malachias propheta contra illos, qui nobilitate generis gloriantur, inquiens capite secundo: Nunquid non pater vnus omnium nostrùm, nónne Deus vnus creauit nos? Cui cõcinit & illud Iob tricesimoprimo: Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit me in vulua vnus? Sed & D. Ambrosius in lib. de Nabuchè Iezraelita, cap. 3. Nónne (inquit) sic vtero conceptus, & natus es ex vtero, quemadmodum & pauper es natus? Quid te iactas de nobilitatis prosapia? Soletis & canum vestrorum origines, sicut diuitum recensere, soletis & equorum vestrorum nobilitatem, sicut Consulum prædicare. Ille ex illo patre generatus est, & illa matre editus. Ille auo illo gaudet, illis se proauis attollit. Sed nihil illud currẽtem iuuat. Non datur nobilitati palma, sed cursori. Deformior est virtus, in quo nobilitas generis periclitatur. Cui adde in eo quod de nobilitate canum & equorum dicit, quæ diximus suprà capite secundo, nume. 25. Adde, inquam, alia multa, quæ nos collegimus infrà, cap. 22. quod nominatim scribemus aduersus illos, qui gloriantur de nobilitate generis.

Alij item.

13 ¶ Sed hanc quoque sententiam longè latéque comprobãt Pogius & Platina in iis libris, quos de nobilitate scripserũt, nobilitatem sola virtute metientes. Et Ioannes Gerson in sermone de natiuitate Virginis, in prima consideratione. Quibus adstipulatur illud Dei Opt. Max. primi Regum, 2. c. Quicunque honorificabit me, ego honorificabo eum: & quicunque contẽpserint me, erunt ignobiles. Et hanc quidem sententiã intellectam, vt suprà diximus, ex Hieronymi verbis, nemo negabit esse verissimam. At si de ea nobilitate loquamur, quam nostri politicã & ciuilem appellant, quámque vulgò intelligimus, eam sententiã pleríque falsam adstruunt, & inter cæteros Iac. Butr. & Bal. in d. l. nobiliores. C. de commer. & merc. per illũ tex. distinguentem virtutem à nobilitate, Bar. & Io. Plat. in d. l. 3. C. de digni. idem Bart. in l. 1. in fi. C. de cond. in publ. hor. lib. 10. & Io. Ray. in d. tract. nobilitatis, in 1. q. princ. in 2. opinione, & iterum in expositione diffinitionis, rursúmque in q. 4. prin. & Panor. in c. 1. in princ. de purg. cano.

Nobilitas politica & ciuilis.

Leges & authores discriminãtes virtutẽ & nobilitatem.

14 ¶ Pro quibus etiam est tex. nobilitatem & virtutem discriminans, in d. l. 1. C. de condi. in pub. hor. li. 10. & in l. viduæ. in illis verbis, Pares genere & moribus. iuncta Bal. interpretatione. C. de nup. Et illud Terentij in Adelphis, Talem, tali genere, atque animo. Nam genere, ad nobilitatem generis refertur: animo, virtutis. Et illud Ciceronis tũ in 5. tum in 6. in Verrẽ actione, à nobis citatum suprà, cùm de diuitiis loqueremur, quo genus, virtutem, & pecuniam disseparat. & in 4. in eundem actione, Marcus Solenrinus homo summa nobilitate, existimatione, virtute. Iterúmq; in 6. Melitensis Diodorus homo & domi nobilis, & apud eos, quò se cõtulit, propter virtutem splendidus. Rursúmque, Optimũ, & nobilissimũ quenque ad se accersebat, & pro M. Cælio, Vt eundem, quẽ optimi, ac nobilissimi petere cursum laudis videretur. Et in oratione pro M. Marcello, Quis enim est illo, aut, nobilitate, aut probitate præstantior? Et rursum, Aduersarium nobilitate, ingenio, virtute præstantẽ. Et illud item M. Fabij apud Liuiũ 1. decadis libro octauo. Nec virtus nobilitásque Magistri equitum à se ipso nominari valet. Et illud quoque Valerij Maximi lib. 2. c. item 2. vbi de Papyrio loquitur, neque virtute eius, neque nobilitate motus virgas expediri, eúmque nudari iussit. Et lib. 3. c. 2. vbi de Q. Cotio Piresiũ nobilitate ac virtute omnes Celtiberos præstantem succumbere sibi coëgit. Et lib. 6 c. 4. in fi. Nobilitate & sanctitate præstãns. Et lib. 9. c. 8. Aulus, inquit, Albinus nobilitate, moribus honorum omnium consummatione ciuis eximius. Illud quoque Horatij lib. 3. Carminũ, Ode 1.

—Hic generosior
Descendat in campum petitor,
Moribus hic, meliórque fama
Contendat.

Illud item Papinij lib. 4. Syluarum ad Marcellum,

Stemmate materno fœlix, virtute paterna.

Illúdque Martialis lib. 5. in factum Equitem,

Ingenium studiúmque tibi, moréśque, genúsque,
Sunt Equitis &c.

¶ Fatentur

Virtutē dare causam nobilitati.

15 ¶Fatentur tamen Bart. Plat. Ray. plerunque virtutem dare causam nobilitati, quoniam ad eam conferendam princeps sæpiùs mouetur,& moueri debet illius virtutibus, cui vult concedere, per l.& virtutum, quæ est vl.C. de statu.& imagi. vbi virtutum præmia tribui merentibus conuenit. Ideóque honores virtutū studiosis etiam decerni, cùm honor sit virtutis præmium, vt scribit Aristoteles libro Ethicorum 4.& iterū 8.& rursum libro 8.cap.14. Et Tullius lib. Epistol. Familiarium 10. ad Plancum, quę est epi. eius libr. 10.& alibi sæpe. Ex quo fortassis dicebat Marius, vt suprà retulimus nobilitatem ex virtute cœpisse. Nam, vt & scribit Liuius lib. ab vrb. cond. J. Romæ omnis repentina atq; ex virtute nobilitas fit. Et probant infinita alia loca suprà citata.

Virtus nobilitati anteponenda.

16 ¶Sed vtrūcunq; sit, omnes cōsentiunt, bonos mores, siue virtutem, esse nobilitati anteponēdā, vt pręter eos, quos suprà citanimus, voluit expresse Bal. in c. penul. in fin. de proba. per text. quē ad hoc reputat singu. in l. pronūtiatio. §. matrem fa. in fin. ff. de verb. signifi. Ex eoq; dicit anteponi testimonium honestarum & bene meritarū personarū, testimonio nobiliū. & sequitur ibi Felyn. ante fi.& in d.c. super eo. le 2. columna tertia in fi. de testib. Et Barb. in c. 1. columna prima, de dona.& in l. is, cui bonis. colum. 3. ff. de verb. oblig.& consil. 27. scripsit doctissimus. colum. 5. versic.& si dicatur. lib. 1.& consi. 54. illud affetam. col. 11. eo. lib 1.& consil. 46. scripsit præclarè. col. 1. lib. 2.& consil. 57 præclarè scribitur. col. 3. eo. lib. 2.& Corse. in repe. c. grādi. col. 9. de sup. negli. præla. lib. sex. Et bene facit text. in c. nos qui 40. dist.& in c. illud, eadē di. vbi no. etiam Card. Alex. post princ. quòd qui habet virtutes, præfertur nobili carenti virtutibus. Et idem quoq; voluit Sali. in l. prouidendū. C. de postul. Panor. in d. cap. pen. in 4. not. de pręben. Et Lucas Pen. qui ad hoc multa allegat. in l. mulieres. col. prima, in duobus locis, & rursum 3. versi. itē nota quòd nobiles. C. de digni. libro duodecimo. Imo. in c. pe. col. 1. de præb. vbi tamē priuatim loquitur de beneficiis ecclesiasticis.& Alex. con. 209. ponderatis his. col. 2. lib. 6.

17 ¶Quibus adstipulatur quod dicit glo. 2. in l 2. ff. de testib. bonos mores præferri dignitati. Et illud Sapient. 7. Omnibus nobilibus nobilior est sapientia. Ita enim nonnulli legunt, & inter hos Lucas Pen. in d. l. 1. post princ. de digni.& Matth. Afflic. in c. 1. col. 4. versic.& prima species ritu. quis dica. dux. sed ij decepti sunt vtriusque vocis similitudine, quæ vnius tantùm literæ immutatione contigit. De qua re Tullius libro secundo, de oratore, Alterum (inquit) genus ambigui, quod habet paruam verbi immutationem, quod in litera positum Græci vocant *paronomasian*, vt nobiliorem mobiliorem Cato. Sed vt redeamus, Solomon Ecclesiast. 4. pręponit puerū sapientē etiam pauperē regi seni & stulto. Et huc quoq; pertinet illud Iuuenalis Saty. 8.

Malo pater tibi sit Thersites, dummodò tu sis
Aeacidæ similis, Vulcaniáque arma capessas:
Quàm te Thersitæ similem producat Achilles.

Quos versus citat glo. in c. nunquàm. 56. di. Cui concinens Codrus Poëta, recentior quidem ille, sed quo vix alius est festiuior.

Sint tibi Gallorum rex & regina parentes,
Et maneat virtus pectore nulla tuo:
Non pluris faciam te, quàm tibi rustica mater
Sisit, & ignarus rusticus ipse pater.

Sed & Iuuenalis ipse, vt ad eum redeamus, in eadem Satyra,

Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni?

Sed & alia multa in eam sententiam scribit in ea Satyra, quam huic rei peculiariter dedicauit, & Ouidius lib. Tristium 4. eleg. 3. quod alibi non semel citauimus,

O qui nominibus cùm sis generosus auorum,
Exuperas morum nobilitate genus.

Id quod satis innuisse videtur Claudianus in Panegyrico 4. Consulatus Honorij, dum scribit nobilitatem apud Barbaros, virtutem apud Romanos in precio fuisse. Hæc enim facit Theodosium dicentem eidem Honorio,

Si tibi Parthorum solium fortuna dedisset
Chare puer, terrisque procul venerandus Eöis,
Barbarus Arsacio consurgeret ore tyaras,
Sufficeret sublime genus, luxúque fluentem
Deside, nobilitas posset te sola tueri.
Altera Romanæ longè rectoribus aula
Conditio, virtute decet, non sanguine niti.

18 ¶Plato, vt alibi suprà diximus (si Laërtio credamus) nobilitatem in quatuor species diuidebat, quarum postremam omnium præstantissimam esse dicebat, videlicet cùm quis per se animi ingenuitate, & magnitudine excellit. Hunc enim profectò, verè appellari nobilem, cui non aliena, sed sua virtus ad nobilitatē opitularetur. Quibus adstipulatur Iustin. li. 15. Erat (inquit) Lysimachus illustri quidem Macedoniæ loco natus, sed virtutis experimentis omni nobilitate clarior,

clarior, quod nos alibi ad aliud citauimus. Solonis est sententia apud Ausonium,

Pulchrius multò parari, quàm creari nobilem.

Secundum quam ij qui Taprobanem insulam inhabitant, regem eligũt spectatum moribus, inueteratæ clementiæ, & iam annis grauem. Neque enim nobilitas præualet, sed vniuersorum suffragium, vt tradit Solinus, cap. 66. Lycurgus ille Lacedæmoniorum legislator duos catulos, alterum ex cicuritiis, alterum ex venatoriis genitos enutriuit. Natum autem deteriore genere venationibus exercuit, & meliore natum edacitati adsuefecit, deinde eos in concionem produxit, & quædam gulæ irritamenta subinde dimisit. Inde vterque ad quæ fuerat assuetus impetum eũm fecisset, Lycurgus, Sic nos (ait) ô ciues, splendor generis, quem multi admirantur, Herculisque posteritas nihil adiuuat, ni ea gesserimus, propter quæ ille omnibus se hominibus, clariorem nobiliorémque ostendit, testis Plutarchus in apophthegmatis Laconicis. Veteres illi Romani hominum nobilium virtutem persæpe nobilitatis inertiæ prætulerunt, vt attestatur Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo. Sed & D. Hieronymus ad Principiam, de obitu Marcellæ, Nihilque in ea laudabo, nisi quod proprium est, & eò nobilius, quòd ex opibus & nobilitate, facta est paupertate & humilitate nobilior. Et iterum, Qui virtutes non sexu, sed animo indicamus, contemptæ que nobilitatis ac diuitiarum maiorem gloriam ducimus. Quisquis autem fuit qui apud Salustium elegantissimam habuit orationem ad Cęsarẽ de Repub. ordinanda, Sed plebs eò liberè agitabat, quia nullius potẽtia super leges erat, neq; diuitiis, aut superbia, sed bona fama factisque fortibus nobilis ignobilem anteibat.

19 ¶ Denique Diuus Gregorius Nazianzenus de hac re multis versibus scripsit, quos non grauabor subiicere,

Κόμπαζε ἐξ ἀγαθοῦ τις, ἅπαν κακὸν ἀνδρὶ γένος μοι,
  Οὐ τῶν ἐν πατέρων, τἄλλα δὲ θαυμασίων,
Πρόφερε τοὺς προγόνους, καὶ μάλα ἡδὺ γελάσας,
  Εἶπε λόγον μνήμης ἄξιον, ὡς τὸ γένος
Ἐστὶν ὄνειδος ὑμέτερον, γένει δὲ σύ. τό γε φύλαττε,
  Ὡς μὴ τοῦ ἀρετῆς ἄλλο τι πρόσθεν ἄγοιο.
Εἰ δέ τις τὸ δυσωδὲς ἀείδομεν, ἢ τὸ δυσῶδες,
  Εἴποις ἂν ὡς ὁ πατὴρ ἦν καλὸς, ἢ μυρεψός.
Εἰ δὲ σύ τις ὡς δειλὸν ἐν ἐσόπτρον, καὶ ἄνανδρον,
  Ὡς πρόγονοι πολλὰς εἷλον ὀλυμπιάδας.
Οὐ λόγος, εἴ σε κακόν τις ἐλέγχει, καὶ ἀνάνδρον,
  Μή μοι τοὺς πατέρας, μὴ δὲ τὰ νεκρὰ λέγε.
Χρυσόδετον κιθάρην τις ἔχων, ἔκρεξε κάκιστον,
  Ἄλλος δ' ὢν ἀλκαίης εὐγενὲς ἧκε μέλος.
Τίς τούτων, ὦ λῷστε, ἀμείνων ἐστὶ κιθαριστής;
  Ὃς σώζει τέχνης κρούμασιν ἁρμονίας.
Ἀλλὰ σὺ μὲν χρυσῶν πατέρων ἔφυς, ὥς σε λέγουσιν,
  Αὐτὸς δ' οὐκ ἀγαθὸς, εἶτα μέγα φρονέεις.
Τοῦτο λαμπρόν σοι γένος ἐστίν, οἱ προπάλαι
  Νεκροὶ καὶ μύθων πλάσματα, ὃ κρατέεις.
Παίζεις, πρὸς σὲ δ' ἔγωγε βλέπω μόνον ἐν δίκαις.
  Ἢ κακὸς, οὐδ' ἀρχὴ πηλὸς ἅπασιν ἴσως.
Δέρματα πᾶσιν ὅμοια, φυσώμεθα δ' εἰς μετέωρα
  Πλούτῳ, δόξῃ, καὶ πατρίοιν μεγάλαις.
Ἔστι τί μοι τὸ περισσὸν πατὴρ, γένος, οὔτέ με μῦθοι
  Τέρπουσ', οὐ τάφοι, ἀλλ' ὁ ἀγαθὸς πρὸς σὲ βλέπω.
Εἷς χοῦς πάντεσσιν, ἑνὸς πλάστου γένος, ἓν δὲ τυραννὶς
  Εἰς δύο τὰ θηλῶν ἔσχισεν, οὐχὶ φύσις.
Δοῦλος ἐμοὶ πᾶς σκαιός, ἐλεύθερος ὅστις ἄριστος.
  Εἰ δ' εἰ σὺ τῦφον ἔχεις, τοῦτό τι πρὸς τὸ γένος;
Ἡμιόνοις τε πατὴρ πόθ' ὁ κάνθων, ἐστίν, ὄνειδος
  Οὐδ' ἕν, τίς δέ τ' ὄνοις δόξα παρ' ἡμιόνοις;
Οἱ δ' ἀθλὰ τίκτουσι καὶ ὡς ῥίπτουσι νεοσσούς.
  Ἔστι τί μοι πατέρας. τοῦτο ἀφεὶς, σὺ λέγεις;
Κρεῖσσον ἄρ' ἐστὶν ἐσθλὰ κακὸν γένος, ἢ κάκιστον
  Ἔμμεναι εὐγενέταν. ἐκ ῥόδον ἐκ τραχέος
Ἐβλάστησε φυτοῦ. ῥόδα μὲν τάδ' ἀπὸ γαίης
  Ἦλθες ἄκανθ' ἁπαλῆς τῆς πυρὸς ἄξιος εἶ.
Πῶς σὺ κάκιστος ἐὼν, τόσσον φρονέεις προγόνοισιν,
  Ὦ κάνθων μεγάλου ἵππου ὕψος ἔχων.

Id est, propè ad verbum,

Sanguine

Sanguine ex bono quis, omne malum, viro genere quidem
Non nobilium, cætera autem admirabilium,
Exprobrabat maiores. & hic, admodum suauiter arridens
Dixit verbum memoria dignum: vt genus
Est opprobrium mihi quidem, generi autem tu. hoc caue,
Vt virtuti aliud quippiam anteponas.
Si tuam quis deformitatem derideat, aut graueolentiam,
Diceres quòd pater erat formosus, vel vnguenta redolens:
Si verò te quis vt ignauum irrideat, & pusillanimem:
Quòd maiores multis vicerint olympiadibus.
Sic si te malum quis arguat ac fatuum,
Ne mihi parentes, neque mortua prædices.
Auream cytharam quis habens, pulsauit pessimè,
Alius ex vulgari, generosum duxit melos.
Quis horum, ô optime, præstantior citharista?
Qui obseruat artis pulsationibus harmonias.
Verùm tu quidem aureis parentibus natus es, vt te dicunt,
Ipse verò non bonus, deinde magnoperè superbis.
Hoc splendidum tibi genus est, maiores
Mortui, & fabularum figmenta, & anus.
Irasceris, in te autem ego respicio solùm, si iustus
Vel malus: principium autem, lutum omnes æqualiter.
Pelles omnibus similes, inflamat autem sublimes
Diuitiis, & gloria, & patria magna.
Quare quid mihi superuacua paret, genus? neque me sermones
Delectant, neque sepulchra: sed ô bone, in te respicio.
Vnus puluis omnes, vnius figuli genus, sed tyrannus
In duo tes mortalium secuit, non natura.
Seruus mihi, omnis improbus: liber, quisquis optimus.
Si autem tu superbiam habes, hoc quid ad genus?
Mulis quidem pater quando asinus est, opprobrium
Nullum quid verò asinis gloria à mulis?
Aquilæ autem pariunt & quos proiiciunt pullos.
Quare quid mihi parentes, te omisso, tu prædicas?
Melius, optimum esse malum genere, quàm pessimum
Esse nobilem. & rosa ex aspera
Nascitur planta, rosa quidem: si autem à terra
Venisti spina tenera, igne dignus es.
Quo pactò tu pessimus existens, tantùm intumescis maioribus?
O asine molaris, equinam superbiam habens.
Alia huc pertinentia, quod & nos suprà admonuimus. videbis infrà in c. 22.

Scientia an nobilitet. CAP. V.

1 SCIENTIAM item alij speciem nobilitatis existimarunt. quibus succinit text. in l. prouidendum, ibi quos scientia nobilissimos facit. C. de postul. Vbi & hoc not. gl. in verbo, nobilissimos, Cyn. Ioan. Fab. Bald. Angel. Saly. & Franc. Areti. ex quibus ipse Salyc. hoc quoque dicit, Nobilitatem esse filiam scientiæ. Et hoc quoque voluit gloss. in capit. de multa, in verbo, literatas, & ibi etiam Imol. columna secunda, versic. & pro hoc facit, extrà de præben. Raym. & post eum Nicol. Mat. in l. 2. §. vlt. ff. de excu. tuto. Collec. in c. eò libentiùs, ext. de ser. non ordi. Signo. Homo. con. 23. quæstio disputata, columna secunda. Alb. in l. imperatores, post prin. ff. de decuri. Salyc. in l. si furiosi C. de nupti. Luc. Pen. in l. 1. columna prima, in princ. & ibi etiam Io. Plat. C. de condit. in pub hor. li. 10. idem Luc. in l. mulieres, col. 1. C. de digni. lib. 12. Io. Plat. in l. 2. col. 1. in fi. no. C. de primice. lib. 12. Domi. in c. lex est, in fi. di. 2. Rom. in rep. l. si verò. §. de viro, in 52. fal. ff. sol. mat. Barb. in rub. de offi. deleg. colum. 3. & in procemio cle. in verbo, salutẽ, col. antepe. vers. 57. & consil. 57. præclarè scribitur, col. 6. versi. præterea pondero, lib. 2. Matth. Afflic. in c. 1, col. 4. versi. & prima species, tit. quis dicat. dux. *Qui scientiã nobilitatẽ aut nobilitatis speciẽ esse dixerunt ex nostris.*

2 ¶ Et ex externis scriptoribus, huius sententiæ fuit Aristoteles lib. 4. Politicôn, c. itẽ 4. & Aulus Gellius dum scribit lib. 19. c. 10. Sedẽtibus doctrina, aut genere, aut fortuna nobilibus viris. & Cassiodorus lib. epistolarum 9. epist. 7. cum inquit, Doctrina facilè exornat generosum, quæ etiam ex obscœno nobilem facit (credo illic legendum esse ex obscuro,) & Plinius libr. 4. c. vlt. Melius hic fuit Geometrica scientia nobilis, & alij plurimi quos tibi citabo versi. ab hinc 2. vt tamen non omittam quod Seneca Neronẽ alloquens apud Corneliũ Tacitũ lib. 18. Ego quid aliud *Qui ex externis. Cassiodori locus.*

aliud munificentiæ adhibere potui,quàm studia(vt sic dixerim) in vmbra educata, è quibus claritudo venit.quem locum ad aliud & nos citauimus suprà in 2.c.num.12.Claritudo autem eadem est & nobilitas vt ibi docuimus nu.11.

3 ¶ Hinc doctores dicuntur nobiles, vt dicit Cyn.in d.l.prouidendum.C. de postul. & Bartol. Lucas Pen.& Ioan. Plat.in l.iudices.C.de digni.lib.12. Bald.in l. nemini. C. de aduo. diuer. iud. Angel.in l.sed & si susceperit.§.1.ff.de iudi.Pau. Ca.in 1.constitu. C.col.2. Ioan.Ray. in tract.nobilitatis in 1.quæst.princ.Cepol.in d.tracta.militum deligen.in materia nobilitatis in 26.opinione,Alex.consi.94.consideratis his,columna 2.versi sed ita est.lib.1.& consi.213. ponderatis his quæ in themate,col.vlti.lib.6.Vbi ex hoc dicit singu.quòd si testator iusserit aliquid dari vni pauperi nobili,possunt executores id dare doctori, de quo tamen multùm dubitaré, propter id quod posteà dicemus in sequen.versic.& latè Guido Papæ, deci. 88. sed quæro an domini,vbi per hoc decidit doctores tanquam nobiles,non esse cogendos cótribuere subsidiis impositis personis plebeis.Franci.Areti.in cap.super eo,le.2.de testib.Barb.in c.proposuisti, de probat.Paris à Puteo in tractat.de sindicatu,in verbo,testis.ca.2.colúna prima.Feli.in rubr. de mag.Cardi.Alex.in proœmio decret.col.vlti.Antonius Corsetus in ca.grandi,nu.27.de supp. neglig.præla.li.6.Maria Soci.iunior con.29.perspectis his,col.4.nu.28.lib.2.

Doctores dicim nobiles.

4 ¶ Hinc & plerique ex iis,quos suprà citauimus,arbitrantur Vlpianum iurisconsultum nobilé appellatum.in l.2.§.vlt.ff.de excus.tut.& etiam nobilissimum,in l.diximus,in fin.ff.eod.tit. Et præter illos voluit Matth.Afflic.in proœ.feudo.col.2.num.7.in fin.in d.cap.1.colum.4.vbi suprà,tit.quis dica.dux,licet Nicol.Neapoli.in d.l.2.§.vlt.dicat esse referendá eá appellationé ad nobilitatem generis, cùm Vlpianus fuerit nobilis origine, per l.1.in princ.ff. de censib.Sed vt magis probem priorem sententiam,facit id quod huic cósentaneum scribit Spartianus in Iuliano Imperatore,Didio (inquit) Iuliano,qui post Pertinacé imperium adeptus est,proauus fuit Saluius Iulianus,bis consul,præfectus vrbi,& iurisconsultus,quod magis eu nobilé fecit. Hæc ille,Gennadius in catalogo virorum illustrium,Seuerus(inquit)presbyter, cognomento Sulpitius Aquitaniæ prouinciæ,vir genere,& literis nobilis.Et ante hos Plinius lib.10. cap.2. Manilius (inquit) Senator ille, maximis nobilis doctrinis. Et hoc quoque prior Tullius in oratione pro Rabirio Posthumo vocat Phalerium ex doctrina nobilem & clarum. Et ex hoc quoque dicit Saly. in d.l.prouidendum,quòd si domina titulo comitis insignita,nubat doctori,non dicetur nupsisse indigno. sequitur & commendat Campe. in tract.dot. in 1 parte q.13.

Vlpianus nobilis dictus.

Comes nubens doctori nō indigno nubit.

5 ¶ Verùm hæc quoque op. ita intelligenda est,vt superior qua diximus, de virtute, omnium quidem iudicio, qui de nobilitate tractauerút,vt videlicet scientia non sit nobilitas eo modo, quo nobilitatem vulgò distinguimus à plebeitate siue rusticitate,vt ita loquar. Tamen ea nobilitas,quæ ex scientia est,qualiscunque sit,non postponenda est illi nobilitati, imò multorú iudicio est etiam anteponenda.glo. habemus in l.societas contrahitur,quæ est 5.ff. pro socio, quòd viri literati,ita vt nobiles,recipiuntur in canonicos.Ex qua not.Bal.Sal.& Raph.Fulgo æquiparari nobiles & literatos ad obtinenda beneficia,de qua re dicemus posteà. Sed & gloss. in clem.1.in verbo,necessitas,de bapt.dicit nobilitatem & literaturam æquiparari,per text.in d.c.de multa,de præb.Et Cyn.in d.l.prouidendum,loquens de nobilitate scientiæ, dicit eam potiorem nobilitate generis, quam quis non ex se, sed à parentibus accepit. Et idem voluit Rom.singul.646.nobilitas,& Alexand.dicto consil.94.vbi suprà,lib.1.& dicto consil.213. col. vlt.lib.6.& Cardin.Alex.in d proœmio decreti,col.vlt.& Felyn.in d.c.super eo,le.2. de testib. & è theologis Alex.Ales in 2.parte suæ summæ,q.136.membro 2.§.3.

Cuiusmodi nobilitas sit scientia.

Vtra præferéda nobilitas, sciétia an generis.

6 ¶ Imò plus voluit Barb.d.consi.17.col.6.versic.præterea pondero,lib.2.& in c.ad aures, col. 4. de rescript.& in repet.extrauagan.volentes,in verbo nobiles, quòd doctor literatus & ignobilis præfertur doctori nobili, æquè literato, per id quod in simili voluit gloss. quam dicit sing.in c.nunquam, per tex.ibi 56.di.Illum esse magis laudandum, qui natus ex parentibus prorsus alienis à bonis moribus,sese virtutibus addixerit: quàm qui ex bonis probisque parétibus natus,ipse quoque bonus probúsque est. Et per illum tex.dicit Panorm.in d.c.pen.col.2. de præb.quòd licet ignobilis,qui se virtutibus addixit, non adeò est honorandus, quàm nobilis æquè bene moratus,quia in isto duplex decor fulget,& parentum,& proprius. Est tamé ille magis commendandus,vt qui sua sponte,nullo maiorum exemplo,virtutis viam arripuerit.In quam sententiam Plato post initium lib.9.de leg. Filiis eorum qui ob scelera mortem passuri sunt,si mores paternos fugerint,quia nati ex malis fortiter virtutem secuti sunt,honorem exhiberi iubet & laudem. Porrò Isocrates in epistola ad Timotheum, Solent, inquit, plerique omnes non ita commendare ac venerari natos ex illustribus & laudatis parentibus, vt eos qui patrum seuitiam & immanitatem non imitantur, sed ab illorum vitiis toto pectore sunt alieni. Quicquid enim boni mortalibus præter expectationem & consuetudinem offertur,id omnibus in rebus longè gratius est,quàm ea quæ vsitata & legitima ratione contingunt.

Vter præferédus. doctor nobilis an ignobilis.

7 ¶ SED NON desunt,qui huic opinioni reclamant.In primis Cyn.in d.l.prouidendum. C. de postul.vbi dicit quòd præferendus est is,qui sua virtute,& parentum imaginibus pollet, ei qui altero

De eadé re.

qui altero tantum innititur.quem sequitur Bald.vt à nonnullis citatur, sed non reperi in meo codice,in l.cum plures.§.j.ff.de admin.tut.& Panor.in c.j.in ɲ.no.de don.& Iac.Aluar.in c.j.§. cæteri,col.3.vers.quæro quis magis.tit.quis dic.dux.cô.mar.Et hoc quoque voluit Bald.ipse in d.l.nobiliores,in fin.C.de commer.& merca.cum dicit nobilem dici tribus modis.Primo,genere,& ita(inquit)vulgus accipit.Secúdo,virtute,& ita philosophus accipit. Tertiò,vtroque, & ista est(ait)perfecta nobilitas,scilicet generositas animi magnitudine decorata.Idem in l.nemini,in fin. C.de aduoc.diuers.iud.dicit simpliciter, quòd si duo sunt æqualis scientiæ,is est magis honorandus, qui est de meliori sanguine, per illum text. quem sequitur Fel.in rubr. de maior.& obed.col.j.& in c.clerici,col.2.vers.doctor qui est,& ibi Philip. Dec. de iud.& idem Fel.in c.super eo,le.2.col.pen.de testib.& Ant.Cors.in repet.c.gradi.col.9.de sup.negl.prælat. Et hoc quoque voluit ipse Bald.in l.vlt.in princ.per illum text.& ibi quoque Corn.in vlt.not. C.comm.de leg.& Ludo.Bolo.in auth.habita,col.20.vers.sed sumpta occasione. C.ne fili.pro patr. Et ante hos omnes voluit Host.alioquin nobilitatis côtemptor in c.venerabilis,in verbo, non multos.de præbend.cum dicit quod si quæratur de nobili,& ignobili,æqualibus meritis, & scientia,semper nobilis erit præferendus,quia nobilitas gradum adiicit,sicut constitutus in dignitate vel personatu. c.dudum,le.j.§.j.de elect.& facit(inquit)l.quod si nolit.§.qui mancipia.ff.de ædil.edict.& c.de multa,in fin.de præb.& c.vlt.60.dist.

8 ¶ Et hoc generale est,vt qui duplici dignitate cohonestatus est, præferri debeat ei qui alteram tantum habet.Sic & doctor Vtriusque Iuris,præfertur doctori vnius tantum, secundum Hostiens.Panorm.& alios in cap.t.de consangui.& affi. Ioan.Andr.Panor. & recentiores in dicto cap. clerici,de iud. Fel. in d.rub.de maior,& obed.Ias.in l.cohæredi.§. qui discretis,col.j ff.de vulg.& pup.Sic comes & baro præfertur comiti tantum,aut baroni,secundum Bald.in l.sed & milites.ff.de exec.tut.quem sequitur Fel.& Philip.Dec.in d.c.clerici,ille col.vlt. hic 4. de iud. vbi per hoc dicunt.quod miles & doctor præfertur doctori tantum aut militi, vti etiam voluit Alex.in l.centurio,col.5.vers.adde tamen.ff.de vulg.& pup.Sequitur etiam Philip.Dec.qui & illud superius adscribit consil.161. pro domino præposito.col.1.vers.3.considerandum.Sunt enim duo vincula fortiora vno,vt alibi longè latéque tractabimus. *Duplex dignitas simplici præferenda.*

9 ¶ Cæterum illud sciendum est,vbi scientia requiritur,eam,si desit, minimè suppleri per nobilitatem,vt magna authoritate affirmat Bald.testimonio Iac.Aret.in 1.in dando, per eum text. ff.de tut. & cur. dat. ab his.Ideo, vt subdunt ,nobiles cum promoueri cupiunt ad gradus, aut magistratus, In quibus scientia requiritur, examinantur vt cæteri ignobiles. Quanquam et nonnullorum sententia,mediocris doctrina in nobilibus æquipollet paulo maiori doctrinæ in ignobilibus,vt videre licet apud Bart.consil.35.sapienter,col.1.lib.2. Nam & in simili, nobilitatem pauperem cum diuitiis ignobilibus compensari,vt voluit Bald. in c.super eo,le.2.de testib.de quo suprà diximus.c.3.num.20.eòque vlt. *Scientiæ defectum non suppleri per nobilitatem.*

10 ¶ Sed si verum dicere volumus, maior erudition in nobilibus requiritur quàm in ignobilibus. Nemo enim sanæ mentis negare potest.doctrinam & eruditionem,si quicquam aliud,nobiles decere atque cohonestare: Contrà verò ignorationem disciplinarum dedecere admodum ac dehonestare,testimonio Q. Mutij,cuius eam sententiam retulit Pomp.in l.2.ff.de orig.iuris, Turpe esse Patricio & nobili viro ius ignorare. A qua non admodum abhorret,quod Ammianus Marcellinus de Orphito,summæ nobilitatis viro, scribit, Vir (ait) prudens, & forensium negociorum oppido gnarus,sed splendore liberalium doctrinarũ minus, quàm nobilem decuerat,institutus. Tradit Didorus Siculus lib.1.c.2. Aegyptios & Saitas suam rempublicam in tres ordines diuisisse,primum autem gradum fuisse nobilium, qui præ cæteris doctrinæ dediti maiore honore digni habentur. Quódque admodũ vituperatur Licinius ille Imperator, alias etiam non admodum laudatus, qui literis adeo infestus erat, vt virus ac pestem publicam eas appellaret,vt tradit Aurelius Victor in vita Constantini Constantij & Helenæ filij. Eo autem mores apud Gallos deciderunt,vt qui se nobiles esse glorianrur, nihil magis obesse nobilitatis decori existiment quàm literas,cum nihil contrà magis eam illustret,& ornet. *Scientiam maximè nobiles decere,& principes.* *Licinius imperator dicebat literas virus et pestem publicam.*

11 ¶ Vellem vt illi saltem historias noscerent, ex quibus intelligerent maximos principes, reges, imperatores alios aliis artibus & scientiis,alios omnibus instructissimos fuisse,& ex illis nonnullos quoque libros scripsisse,q.. ous suam eruditionem testatissimam posteris reliquerunt. Numam Pompilium dico,secundum Rom.regem,Alexandrum Magnum, Iubam Mauritaniæ regem , Mithridatem , Iulium Cæsarem , & cæteros duodecim Imperatores, & præterea Neruam cuius carmina laudantur Martiali lib.8.& 9.& Plinio lib.5.epistol.ad Aristonem:Hadrianum,Aelium Verum ab ipso Hadriano adoptatum, Aurelium Antoninũ Pium, alterum Antoninum philosophum,alterum item Verum,ipsius Antonini in imperio consortem Pertinacem.Saluium Iulianum,quem iure peritissimum fuisse scribit Eutropius,Septimium Seuerum,Græcis & Latinis literis eruditissimum, Pescennium Nigrum, Opilium Macrinum,Clodium Albinum. qui se imperatorem nominauit, Alexandrum Seuerum, Gordianos patrem, & filium,Gallienum, alterum Iulianum,cuius extant multi libri,sed cui,vt verum dicam,magis obfuit eruditio, quàm profuit. sed id non fuit scientiæ vitium, sed hominis, & Libanij, & *Reges & principes docti.*

aliorum præceptorum, qui illum à religione nostra dimouerunt, Theodosium ex Aurelio Victore in vita illius, Federicum secundum Germanorum Imperatorẽ Græcè & Latinè doctum & in primis Astronomiæ studiosum, Zeutam Dicenæum, & Zalmoxen Getarũ Scytarúmque reges, ex Iornande de origine Getarum: Chosroem illum magnum Persarum regem, de cuius doctrina & eruditione multa scribit Agathius lib. 2. Historiarum peregrinarum, & Alphonsum omnium scientiarum & præsertim astrorum peritissimum. In qua multos ab eo conscriptos etiamnum videmus. Et ne nostros reges prætermittamus, Robertum illum Gallorum regem, cuius etiamnum cantantur in nostris templis hymni & diuinæ aliæ cantiones, Franciscum primum eius nominis, patrem Henrici regis nostri, cuius quanta doctrinarum artiúmque eruditio fuerit, videbis in orationibus eiusdem funebribus, editis à viris lõgè doctissimis, & quibus cum principe ipso erat quotidiana consuetudo. Denique Plutarchus librum scripsit hoc titulo, In principe requiri doctrinam, breuem quidem illum, sed dignum qui noctésque diésque in manibus, ore, oculis, memoria, & sermone principum versaretur.

Princeps an, & quomodo, & quos nobilitet, & quæ inde sequuntur. *CAP. VI.*

Princeps quem vult nobilitat.
Nobilitatis diffinitio.

PRinceps quem vult, nobilitat, Bald. in l. sacrilegij. C. de diuer. rescrip. Quem sequitur Iason in l. omnium, in j. not. C. de testa. & ante illum Bart. hanc nobilitatem ciuilem & politicam appellãs in d. l. j. in multis locis, & ibi post eum Iac. Plat. col. 2. C. de dign. Vbi & huiusmodi nobilitatem ita definiunt, Est qualitas illata per principatum tenentem, qua quis vltra honestos plebeios acceptus ostenditur. quam diffinitionem sequitur Imo. in c. de multa, ad fi. de præb. Panorm. in c. j. col. 2. de purg. can. & Iac. Alua. in c. j. §. cæteri, col. 3. tit. quis dic. dux, co. mar. Ioan. Rayn. in d. tract. nobilitatis in j. q. princ. Guid. Pap. decis. 196. nobilis, col. 2. & cons. 65. viso themate, col. 12. vers. sicut enim, & Soc. cons. 246. subtiliter, col. 2. & Franc. Purp. in l. j. char. 12. vers. tertium ponunt exemplum. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisd.

Nobilitas à principe.
Nobilis propriè quẽ princeps nobilitat.
Regum familiares calculis similes.

2 ¶ Et in hac etiam op. fuit Alber. in l. Imperatores, in princ. ff. de Decur. dum ex eo tex. not. nobilitates procedere à principe. Iac. Aluar. qui idem dicit in c. j. col. 2. vers. not. quod in declarando, & ibi Matth. Afflict. col. 8. vers. decima & vlt. tit. quis dic. dux, Nec immeritò (inquit Aluar.) quia is dicitur nobilissimus. l. quæris. ff. de nat. rest. & Paul. Cast. in l. quoties, in fi. C. vbi Sen. vel clariss. vbi dicit per illum tex. quòd nobilitas prouenit à principe, & cons. 22. visis omnibus, col. 2. lib. 2. vbi dicit quòd illi propriè dicuntur nobiles, quos princeps nobilitat, & quòd proptereà rescripta loquentia de nobilibus, de istis sunt intelligenda, & ipse Matth. Afflict. in c. si rusticus. col. 1. in 4. not. tit. de pace tenend. Quibus concinit quod scribitur Hester. 6. Hic honorabitur, quemcunque voluerit rex honorare: & quod scribit Plin. in Panegyrico, Cæsaris esse, vt nobiles conseruet & efficiat. Et in hanc sententiam Solon dicebat eos qui apud reges in pretio erant, esse calculis similes, quibus in exponendis rationibus vtimur. Vt enim illi interdum maiorem numerum, interdum minorem significant: ita & reges horum quenque, prout libitum fuerit, aliquando illustrem & inclytum, aliquando obscurum habere & ignobilem.

Nobilitas à principe data dicitur nataliũ restitutio.

3 ¶ Et huiusmodi principis nobilitationem admonet Budęus, in annotationibus Pandectarum super l. vlt. col. 5. ff. de Senat. Latinè dici apud nostros iurisconsultos, aliósque idoneos scriptores, natalium restitutionem. Neque enim solum natalibus restitui libertum, vt patronatus obseruantia liberetur: sed etiam plebeium, cum ad nobilitatem asciscitur, quamuis antea nunquam inter nobiles fuerit. Distinguuntur enim nobiles ab eis, qui ingenuitatem intactam illibatámque non habent, sed aliqua conditione obnoxiam: cuiusmodi sunt plebeij omnes, qui ipsi maiorésve eorum seruitutem aliquam seruierunt. Propterea igitur dicuntur restitui natalibus, qui ad nobilitatem vocantur, quasi abstersa natalium plebeiorum sordida conditione, & in priscam communémque, ab initio, generi humano ingenuitatem repositis illis, qui hoc beneficio affecti sunt. Plinius ad Traianum, Postulantibus, ait, quibusdam, vt de cognoscendis liberis, restituendísque natalibus secundum epistolam Domitiani scriptam, Minutio Ruffo, & secundum exempla Proconsulum ipse cognoscerem, respexi ad Senatusconsultum pertinens ad eadem genera causarum. Et hanc sententiam confirmant tex. in l. j. ff. de nata. rest. vbi etiam ingenuus natalibus restituitur. vbi tamen Accursius, vim vocabulorum ignorans, aliter exposuit. Et alibi differunt iura ingenuitatis impetrare, & natalibus restitui. l. etiam fœminæ. ff. de iure aureo. annull. Ex quo planè constat, natalium restitutionem non ad libertos tantum pertinere, vt ingenuitati restituantur, sed & ad ingenuos quoque.

Nobilitas an sit de iure naturali.
Aegyptij omnes æquales esse existimabant.

4 ¶ Quanquã huic sententiæ nonnihil refragari videtur, quòd nobilitas ex iure naturali esse non videatur, ex text. in l. quod attinet. ff. de reg. iuris, vbi ita scribitur quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt, propterea alibi scribitur, naturam inter homines cognationem quandam constituisse. l. vt vim. ff. de iust. & iur. & §. ius autem gentium. Instit. de iure natu. gen. & ciuili. Hincque Marius apud Salustium in Iugurtha clamat, naturam vnam & communem omnium esse, quod alibi retulimus. Aegyptij, qui se omnium vetustissimos esse credunt, omnes æqualiter nobiles existimabant. Ideóque cum quis mortuus esset, in oratione

funebri

funebri nihil ab his referebatur, quod maiores aut consanguineos eius respiceret, vt Græci facere solent, vt tradit Diodorus Bibliotheces libr. j. cap. 5. Vt his facilè credam, qui nobilitatem non inter bona naturæ, sed fortunæ siue externa collocant, vti Aristotel. apud Laërtium in vita illius, & videre licet apud ipsum Aristotel. lib. 2. Rhetoricorum ad Theodecten, cap. 15. Eandémque fortunam appellat eiusdem lib. cap. 12. Quamuis ipse, veluti secum pugnans, in eodem lib. cap. 9. eam ponat inter bona naturæ. Sed tu hic videas quæ scribam inferius eo. cap. quo de his loquimur, qui adeo sibi de nobilitate gloriantur.

Nobilitas an inter bona fortunæ an naturæ.

5 ¶ Quod tamen diximus principem, quem vult, nobilitare, intelligit Franc. Ripa. lib. respon. 2. cap. 26. Allobrogum, 2. col. 2. versic. primo, quia iura, in solo Imperatore procedere, non item in reliquis principibus, etiam non recognoscentibus superiorem, vt dicit velle Bart. in l. j. col. 9. C. de digni. lib. 12. Nam & alias (inquit) videmus non tantam esse in istis maiestatem, quantam in Imperatore, vt in simili probat Soc. cons. 275. in causa fratrum, col. 4. vers. si verò & tertio, cum multis seq. lib. 2. Et constat (inquit Ripa) exemplo stellarum, quarum splendor non æquè lucet sicut splendor solis. Hincque negat ius esse D. Delphino nobilitandi, etiam si superiorem non recognosceret.

An inferiores imperatore possint nobilitare.

6 ¶ Hic miror Ripam, virum alioqui doctissimum citasse Bart. in suam illam sententiam, cum expresse tenuerit contrarium in d. l. j. col. 9. versic. sequitur in diffinitione, per principatum, de dign. lib. 12. dum ita propemodum scribit, & post eum Io. Plat. col. 3. Illi qui tenet principatum, potest dignitatem concedere, non alius. l. si constat. ff. de appell. & cap. 2. extrà de elect. Intelligo generaliter, siue sit is qui tenet principatum omnium, vt Deus, qui quandoque istas dignitates & nobilitates immediate constituit, vt lib. 1. & 2. Regum, quibus Saul & Dauid titulo tegio, proindéque nobilitate insigniuit: Siue de principe vniuersali huius orbis, vt est princeps Romanus, cuius sunt omnia. l. bene à Zenone. C. de quad. præscript. & l. deprecatio. ff. ad legẽ Rhodiam de iactu. Siue sit alius princeps inferior, vt Rex, Marchio, Dux, vel magnus comes, aut etiam populus, cui ius est condendi leges in suos. l. j. ad prin. & l. vt gradatim. ff. de mun. & hon. Nam & per leges conceditur nobilitas, vt per totum illum lib. 12. Hæc ille. Sed & ibi col. vlt. dicit quòd populus qui habet iurisdictionẽ, potest nobilitatẽ inducere. Bald. autẽ cõs. 327. pridiè, ad fi. li. 1. respondit principem eadẽ posse, quæ imperator. Et facit quod dicã, infrà, num.

De eadem re.

7 ¶ Fateor tamen nobilitatum ab imperatore, vel Rege non recognoscente superiorem, cuiusmodi rex noster est, anteponi alteri nobilitato ab inferiore, qui nobilitare potest, vt expresse voluit Io. Ray. in tract. nobilitatis, in 3. quæst. 3. quæst. princ. & ante eum Andr. Iser. in ca. j. §. vlt. & ibi quoque Marti. Laud. & Card. Alex. qui id ca. nulla. §. distinctione legerunt, vterque col. 2. tit. quis dic. dux. com. marc. per tex. in l. 2. ff. de alb. scrib. in l. restituendæ, in fin. C. de aduo. diuers. iud. Addit Card. c. per tuas, de maior. & obed. & id quoque satis probatur ex d. §. cæteri.

Nobilitatus ab imperatore, vel rege, præfertur nobilitato ab inferiore.

8 ¶ Sed quibus & tu addes alia iura præferentia receptos à maiori siue dignioti, cæteris receptis ab inferiori, etiam si illi sint tẽpore posteriores, videlicet cap. hi qui. de præb. lib. 6. vbi Io. And. id trahit ad milites, & ibi quoque post eum Pet. Anc. in 3. no. Dom. & Philip. Franc. vterque in j. no. gl. in d. l. restituendæ, & ibi quoque Alberic de aduo. diuers. iud. & gl. in cap. episcopos, & ibi quoque Domi. 17. di & gl. in cap. Dominus noster, in verbo eligit. 93 di. & in cap. filium j. q. j. Inno. in cap. statuimus, de maior. & obed Alberic. in d. l. 2. & ibi quoque Bart. qui eam l. legit cum l j. ff. de alb. scriben. Lucas Pen. in l. j. C. de Eque. dign. lib. 12. Nam vt subiungit, alia est claritas Solis, alia stellarum, vt scribit D. Paulus 1. ad Cor. 15. Panorm. & alij in d. c. per tuas, de maior. & obed. & in c. postulasti, extra de concell. præb. Rom. in repet. l. si verò. §. de viro. in 29. fallent. ff. sol. mat. Mart. Laud. in tract. de principibus, tit. de dignitatibus, vers. 15. Fel. in rub. de maior. & obed. col. 2. vers. miles imperialis, & in cap. clerici, ad fin. extrà de iud. Ias. in l. moribus. §. prius, col 3. vers. limitia nisi iunior. ff. de vulg. & pupill. Chasse. in suo catalogo gloriæ mundi (nihil enim nocet & hunc citare) parte 10. consid. 31. & Matth. Afflict. in constit. Siciliæ incip. constitutione præsenti, in 2. not.

Sẽper præferri qui à maiore receptus est.

9 ¶ Nec solum is nobilis est, quem princeps expresse nobilitat: sed & plerunque tacitè. & sine alia expressa nobilitatione, quis à principe, aut alio huiusmodi potestatem habente nobilitatur, vt nuncupatim tradit Bat. in d. l. j. col. vlt. C. de dign. per l. de quibus. in fin. ff. de legib. vbi ita scribitur. Nam quid interest suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Cui adde tex. in l. recusari. ff. de acquir. hær. vbi etiam gl. not. nihil referre verbis, an re aliquid fiat, & multa in id citat, cum aliis multis si. Imò verò, vt & id addam, multo amplius est facere, quàm pronunciare. l. si tamen. §. ei qui seruum. ff. de ædil. edict. & c. cùm dilecti. de app. ex quo not. gl. quòd plus est factis demoustrare, quàm verbis, & in id etiã alia quædẽ allegat. Ideo Bal. in rub. C. de iure emphy. dicit, quamlibet dispositionem magis ex re ipsa, quàm ex verbis diiudicari. quod pro not. citat Philip. Dec. in c. ad audiẽtiã, de app. vbi & alia quędã allegat.

Princeps tacitè nobilitat.

10 ¶ Et id quidem speciatim in materia nobilitatis, multis modis & speciebus à nostris annotatum comperio. Primùm enim, si quis lateri principis, ipsius permissu adhæreat, nobilis efficitur. Angel. in l. omnium, col. j. & ibi post eum Franc. Aret. & Philip. Corn. vterque in 3. notab. & Iason in j. not. C. qui testa. fac. poss. Et Franc. Purp. in l. j. col. 18. ff. de offic. eius cui mand. est.

Nobiles efficiuntur qui lateri principis adhærent.

iurisd. & plerique omnes, per text. quem Ang. dicit not. in l. j. in illis verbis, quos nostri lateris comitatus illustrat. C. de præpo. Lab. lib. 12. vbi & hæc quoque not. Ioan. Plat. Cui adde alium not. text. in l. j. C. de dome. & protect. lib. 12. cum dicitur. Si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni æstimati sunt. Et facit l. vlt. C. de excu. tut. ibi, circa latus nostrum militantes. Et facit quod scribit Ang. Aret. in §. vlt. col. j. Inst. de except. cum loquitur de tabellione, qui est ad latus principis.

Qui ex genere nobili est, quare et quomodo nobilitatur

11 ¶ Ex eo item princeps aliquem nobilitare videtur, quòd is sit ex genere nobili, Tanquam scilicet non ex eo tantum, quòd sit ex genere nobili, fit nobilis: sed quia, ob eam originem, princeps illum suis legibus nobilitat, vt expresse voluit Bar. in l. vlt. C. de incol. lib. 10. per illum tex. in illis verbis, genere nobilitamus. Cui similis est alius tex. in l. mulieres. C. de digni. lib. 12. Et id quoque non obscurè voluit Bart. in l. j. colum. 5. vers. & ista est vera, eod. tit. per d. l. mulieres. Nam & alibi suprà c. 2. num. 44. verum prius mihi, & seq. ostendimus genus & nobilitatem esse diuersa.

An nobilitetur is cui princeps insignia tribuit. Ignobilibus an liceat insignia quæ arma vocant, habere.

12 ¶ Sed ex eo quod princeps alicui arma siue insignia concesserit, videtur & illi nobilitatem conferre, vt dicit Ioan. Rayn. in tract. nobilitatis in j. q. 3. q. princ. Ex quo videtur intelligere Rayn. non nisi nobilibus licere, deferre armorum insignia. Nam nulla alia ratione videri potest princeps conferre nobilitatem, concedendo insignia, nisi quia insignia sunt nobilium tantum: & propterea ea concedendo videtur, & eam qualitatem concedere, quę ad ea deferēda requiritur. at. l. quidam consulebat, & ibi not. ff. de re iud. Nec enim refert vt dicit ipse Rayn. dictis ne, an factis quis animum suum declaret. per not. in l. de quibus. ff. de legib. cum concord. alibi à me traditis.

13 ¶ Et hoc quoq;, videlicet non licere plebeiis, hæc arma deferre, videntur sentire Anton. & Panorm. in c. dilecta, in vlt. not. de excess. prælat. dum trifariam distinguens insignia, dicit quædam esse insignia singularis dignitatis, quibus scilicet vtuntur reges. principes, & nobiles, & istis non posse priuatas personas vti. Quæ sententia potest comprobari, autoritate Ouidij libr. 7. Metamorph. loquentis de Aegeo & Theseo eius filio,

De eadem re.

Sumpserat ignara Theseus data pocula dextra,
Cum pater in capulo gladij cognouit eburno
Signa sui generis.

Insignia gentilitia & familiaria.

Quibus verbis satis declarat sua cuique generi insignia peculiaria fuisse, quæ Gentilia vocare possumus, & familiaria, id est, cuiusque familiæ propria ac peculiaria. Suetonius in Caligula cap. 35. Cætera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit, Torquato torquem, Cincinnato crinem.

14 ¶ Sed & id probari potest aliorum veterum scriptorum testimonio, qui stemmata, & imagines, siue statuas, tanquam nobilitatis tantum insignia vsurpabant. De primo, illud est Iuuenalis in fronte Satyr. 8.

Stemmata quid faciunt?

Stemma nobilium.

Quem locum enarrans Accurs. in l. stemmata. ff. de gradib. affin. non malè scribit, illic accipi pro sanguinis nobilitate. Illudque Statij lib. Syluar. 3. Syl. 3.

Non tibi clara quidem senior placidissime gentis
Linea, nec proauûm demissum stemma.

Et iterum. lib. Syluarum. 4. ad Marcellum.

Stemmate materno fœlix, virtute paterna.

Et Martialis lib. 5. epigr. 36.

Longúmque pulchra stemma repetit à Leda.

Et lib. 1. epig. 126.

Atria Pisonum stabant, cum stemmate toto.

Et Persius Satyr. 3.

— An deceat pulmonem rumpere ventis.
Stemmate quod Thusco ramum millesime ducis.

Et Plinij lib. 35. cap. 2. Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, vt essent imagines, quæ comitarētur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat, populus. Stemmata verò lineis discurrebant ad imagines pictas. Et Suetonij in Nerone, cap. 37. Obiectum est Cassio Longino quod in vetere gentilium stemmate C. Cassij, percussoris Cæsaris, imagines retinuisset. Stemma autem à Græco dicitur, quasi στέφανωμα; nam, στέφω corono significat, & στέφανος corona, ex quo στέμμα, coronamentum. nam & hæc insignia gentilium, vt & nunc quoque videmus, insigi depingique solebant in medio coronæ ex multis floribus compositæ. Et hinc stemmata pro insignibus dici cœpta. Scio tamen Alciatum non semel scripsisse, in his locis & similibus, non stemmata, sed schemata legi oportere, scilicet lib. vlt. de verbo. signi. & lib. Parergōn 2. cap. 30. ob id quod Stemma pro corona accipitur, σχῆμα autem pro imagine & facie quadam, vti optimè probat. Et certè vt Schemata illis locis bene conuenissent: ita nec stemmata malè, ob eam quam diximus rationem. Et non est admodum verisimile, tot loca apud tot authores in illo verbo fuisse corrupta. Scio autem Sophoclis interpretem in Oedipode tyranno scripsisse stēma esse lanam ramo circumuolutam. De quo si plura scire velis lege Nannium Alcmarianum Miscellaneorum lib. 7.

Stemma quid & vnde dicitur. στέφανωμα. στέφω. στέφανος. Schemata.

Imagines & statuæ nobilium.

¶ De secundis, scilicet imaginibus & statuis præter loca prædicta, Cicero in prin. secundæ orationis

tionis, de l. Agraria, Est hoc in more positum, Quirites, institutóque maiorũ, vt ij qui beneficio vestro imagines familiæ suæ consecuti sunt, eam primam habeant conditionem, qua gratiã beneficij vestri cum suorum laude coniungant. Et Horat. de nobilibus loquens Ser. lib. 1. Saty. 6.

—Et fama seruit ineptus,
Qui stupet in titulis, & imaginibus,

Et Propertius lib. 1. Eleg. 5.

Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti,
Nescit amor priscis cedere imaginibus.

Et Ouidius in carmine ad Pisonem,

Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis
Atria, quid pleni numeroso consule fasti
Proficerent, si vita labat: perit omnis in illo
Gentis honos, cuius laus est in origine sola.

Quod nos alibi ad aliud citauimus.
Et Martialis lib. 2. ad Quintilianum,

Atriáque immodicis arctat imaginibus.

Salustius in Iugurtha ostendens Marium ignobilem fuisse sine maiorum imaginibus. Et Seneca de remedijs fortuitorum ad Gallionem, Inuenies (inquit) bonam vxorem si nihil quæris nisi bonam, dummodo ne imagines proauósque respicias. Et Plinius ad Spurinam lib. epistolarum 5. Mirè (inquit) cupio, ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulchrum, nisi imagines habeant. Et alibi videlicet lib. 8. ad Fabatum prosocerum, subitas imagines appellat, nobilitatem nõ multum antiquam, sed repentè, & quodam fortunæ beneficio quæsitam. Neque enim (inquit) ardentius tu pronepotes, quàm ego liberos cupio. Quibus videor à meo, tuóque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus. Et Valerius Maximus lib. 3. c. 8. quod de Constantia est, Sine vllis, ait, imaginibus nobilem animum. Et Suetonius in Vespasiano c. 1. Gens Flauia obscura illa quidem ac sine vllis maiorum imaginibus, quod & nos alibi ad aliud citauimus, &c. Ammianus Marcellinus lib. 14. Cato (inquit) Censorius à quopiam interrogatus, quam ob rem inter multos nobiles statuam non haberet, Malo, inquit, ambigere bonos, quam ob rem id nõ meruerim, quàm (quod grauius est) cur impetrauerim mussitare. Id quod etiã retulit ante eum Plutarchus in vita, atque apophthegmatis illius, itémque in Politicis ad Traianum. Et huc quoque spectat illud Exechielis 26. c. Statuæ tuæ nobiles in terra corruent. Ius autem istud imaginum, siue statuarũ, non omnibus passim competebat, sed his tantum qui in magistratu fuissent. Ideóque Tullius non nisi in Aedilitate id ius assecutus est, vt videre licet apud eundem, in vltima in Verrem actione, & ex eo expédit Alc. in d. li. 2. Parergôn, c. 30. Quod & magis cõfirmat, hæc iura nobilitatis esse propria.

Ius imaginum non nisi magistratibus competere.

16 ¶ Propterea Budæus, vir antiquitatis peritissimus, existimat pro huiusmodi stemmatis & imaginibus, posteriora tempora insignia gentilitia habuisse, quæ vulgò arma vocantur. Sicuti etiã videtur intellexisse Bald. inter con. Ang. con. quidem. 281. Martinus. Ion. de Florentia, col. 3. dum intelligit maiorum imagines, de quibus loquitur l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. pro armis, quæ vocamus, & ante hunc Bart. in l. eorum qui. ff. de pœnis, intelligens tex. ibi loquentem de statuis damnatorum detrahendis, de huiusmodi armis, siue insignibus: sicuti etiam intelligit Ro. sing. 476. eorum arma. Quas quidem statuas Cicero, de eadẽ re loquẽs, imagines appellat in oratione pro Sylla. Nam tẽpore quidem, ait, si erit vestro iudicio liberatus, quæ habet ornamẽta, quę solatia reliquæ vitæ, quibus lætari & perfrui possit, Domus erit, credo, exornata, aperientur maiorũ imagines, ipse ornatũ & vestitũ recuperabit, Oĩa, iudices, hæc amissa sunt, oĩa generis, honoris, nominis insignia atq; ornamẽta vnius iudicij calamitate occiderũt. Fuerat autẽ Sylla antea ambitus damnatus, qua dãnatione omnia hæc amiserat. De huiusmodi autem imaginibus fit etiam mentio in nostris legibus, in l. iniuriarum. §. si quis de bonoribus. ff. de iniur. & in l. capitalium. §. ad statuas, iterum ac tertiò. ff. de pœnis, vbi & de statuis fit mentio, & in l. si legatum. in princ. ff. de oper. pub. vbi etiam de vtrisque. Cæterùm ex illis locis Plinij & Suetonij citatis num. ab hinc 2. apertè vides stemmata & imagines non eadem esse.

Iterum de stemmatis, imaginibus & statuis.

17 ¶ Attende tamen Lector, quòd Panor. in d. c. dilecta. dum dicit, non licere priuatis personis arma, siue insignia nobilium deferre, nõ per hoc videtur plebeios huiusmodi armis interdicere, sed illud tãtum, ne possint nobilium armis vti, quod patet ex l. 1. C. de his qui poten. no. quam ipse allegat. Fac enim vt id illi addas, [illegible] cuiuspiam gentis alia esse nobilium insignia, alia ignobilium, vt apud Agathyrsos humiles, id est, ignobiles, minutis, rarísque notis, id est, insignibus: nobiles verò latis fucatis, & densioribus vtebãtur, vti scribit Ammianus Marcellinus, quod nos alibi, ad aliud retulimus. Certè ignobiles non possent notas & insignia nobilium vsurpare, ex sententia Panor. Qui tamen mox subdit, quòd quilibet, nulla facta distinctione nobilium & ignobilium, potest sine principis concessione, sibi assumere certa insignia siue arma, sicuti & nomina, vt ab alijs dignoscatur, per l. ad cognoscendum. C. de inge. manu. & §. si quis in nomine, Instit. de lega. quod & voluit ante illum Bart. quẽ tamen non allegat, in tract. de insig. & ar. col. 1. vbi & ad hoc alia quædã allegat. Et ibi quoque expresse videtur velle, ple-

Iterum an ignobiles arma possint habere.

An autem arma cuiuspiam nobilis.

Arma alterius an possis quis sibi sumere. sed an præscribere possint.

beios posse arma deferre, dum dicit esse quædam insignia nobilium, quædam popularium. Et hæc quidem, consuetudo apud nos approbauit. Fateor tamen non posse ignobilem, sibi propria autoritate, insignia cuiuspiam nobilis assumere, sicuti iam diximus ex sententia Bart. in d. tract. dum quærunt, an possit alter alterius arma sumere, de quo etiam per Bal. in l. j. C. quæ res veod. non pos. & in c. quanto col. 1. quæritur hic vtrum vnus miles. de iureiur. & in sua disputatione, incip. accusatus de vi turbatiua, col. 3. & Anto. in d. c. dilecta, col. vlt. vers. vnus portat, & ibi Panor. col. 1. sed an possit, & de exces. prælat. Alex. in l. si vnus, col. 1. C. de test. An autem id possit præscribi, & quomodo, videbis apud Host. in c. cum contingat, de ætat. & qualit. & Io. And. in c. abbates, de priuil. lib. 6. in nouella. & Rom. sing. 291. nunquid vsus insigniorum, & alios ibi à Ion. Bap. Castel. in addit. citatos.

Arma siue insignia gentilitia an liceat omnibus liberis deferre.

18 ¶ Hæc autem huiusmodi armorum mentio non patitur, vt vlterius progrediamur, antequam illud dixerimus. Quòd, licet arma nobilium sint omnibus liberis, siue descendentibus veluti communia, tamen remanent apud principalem domus, & in eo, tanquam in capite, stat splendor geniture, arg. l. cum in diuersis. ff. de relig. & l. cum scimus. C. de agric. & censitus, lib. 11. Hæc sunt verba Bald. in l. vlt. in fi. C. pro soc. Et illud sanè videmus obseruari apud nos, quòd insignia omnino plana & simplicia deferunt primogenin nobilium. Cæteri autem liberi aliud quippiam illis ipsis admiscent, aut barram, quam vocant, aut etiam aliud, de quo & nos dicemus infrà, in tractatu primogenituræ.

Valla contra Bar.

Arma an pro insignibus dici possint.

19 ¶ Sed iam satis de istis armis diximus, præsertim cum Bart. librum de iis nuncupatim edidit, à nostris admodum laudatum, à Laurentio autem Valla miris modis suggillatum, libro in eam rem priuatim edito, in eo maximè quod Bart. dixit, de insigniis pro insignibus, & quòd arma vbique pro insignibus posuit, cum arma aliud significent. Quantú ad primum, in sententiam Vallæ ibimus, sed ita vt interim Bar. parcẽdum censeamus, qui non ad normá Grammaticorú loquebatur, vti nec cæteri id genus scriptores. Quantú ad alterum, secutus est Bart. communem vsum loquendi omnium populorum, & cæterorum vtriusque iuris interpretum, ita insignia, armorum nomine appellantium. & fortè non ineptè, aut certè non sine ratione: quoniã plerunque hæc insignia in armis insculpi, & antiquis, & nostris tẽporibus solebãt, vt hinc armati, facie armis operta, dignoscerẽtur. In quo sensu accipi potest illud Virg. li. 1. Aene.

Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici. Et lib. 3.

Cristásque comantes,

Arma Neoptolemi. Tanquam scilicet cristæ illæ comantes essent illius insignia. Et libro 6.

Nomen & arma locum seruant.

Quo in loco Seruius, Arma, inquit, depicta, quod rectius de insignibus, quàm de armis propriè intellectis, imò vix de illis intelligi potest. Et rursum lib. 10.

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.

Nam & huiusmodi insignia, puppibus quoque solebant præfigi, vt idem author ostendit eodem lib. 10. scribens,

—Aeneia puppis

Prima tenet, rostro Phrygios subuecta leones.

Leones arma Phrygum.

Ex quo intelligis, Leones fuisse Phrygum insignia. Et, quod hanc quoque opinionem adiuuat Donatus in Eunuchum Terentij enarrans cum locum, Hánccine ego, vt contumeliam tam insignem, in me accipiam? scribit insignia armorum esse. Cæterùm Virgilius insigne singulariter, pro eo quod arma vulgò dicimus, videtur posuisse lib. 7. Aeneidos,

Insigne singulariter pro armis.

Clypeóque insigne parentum

Centum angues, cinctámque gerit serpentibus hydram. At idem lib. 8. insignia dicit.

Ipse oratores ad me regniquecoronam

Cum sceptro misit mandatáque insignia Tharcon.

Ex quibus etiam regum fuisse propria quædam insignia intelligis.

Insignia quibusdam naturalia.

Seleuci regis naturale insigne anchora.

20 ¶ Nec illud postremo in hac insigniorum, siue armorum mentione prætermittendum ducimus, fuisse quibusdã nobilibus naturalia, & ab vtero corpori infixa, atque impressa, & insculpta insignia. Scribit enim Hyginius fabularum c. 72. omnes, qui ex Dracontea gente erant, in corpore gentilitium insigne habuisse. Iust. lib. 15. tradit Laodicem Seleuci matrẽ, cum nupta esset Antiocho, viro claro inter Philippi Macedonis duces, visum esse sibi per quietem, ex concubitu Apollinis concepisse, grauidam factam, munus concubitus, annulum à Deo accepisse, in cuius gemma, anchora sculpta esset, iussámque id donum filio, quem peperisset, dare. Admirabilem hunc visum fuisse, & annulum, qui postera die, eiusdem sculpturæ in lecto inuentus est; & figuram anchoræ, quæ in femore Seleuci nata cũ ipso paruuló fuit. Quamobrẽ Laodice annulú Seleuco eunti cum Alexãdro Magno ad Persicam militiã, edocto de origine sua dedit, vbi post mortem Alexandri occupato regno Orientis, vrbẽ condidit, ibique geminæ originis memoriam consecrauit. nã & vrbẽ ex Antiochi patris nomine Antiochiã vocauit, & campos vicinos Apollini dicauit. Originis eius argumentú etiã posteris mansisse. Siquidẽ filij nepotésque

nepotesque eius anchorã in femore, veluti notam generis naturalem habuére. Ex quo illud Ausonij in vrbium Catalogo, vbi de Antiochia & Alexandria.

—Illa Seleucum
Nuncupat ingenitus namque fuit anchora signum,
Qualis inusta solet generis nota certa, per omnem,
Nam soboles serum natiua cucurrit imago.

Hincque Seleucus ipse pro signaculo in annulo deferebat anchoram nauticam, vt scribit Clemens Alexãdrinus Pædagogi lib.3.c.11. Sed & Heliodorus Phœniceus libro historiæ Aethiopiæ.10. eodemque vlt. Charicleam Hydaspis Aethiopiæ regis filiam, habuisse tradit insigne progenitorum in brachio, quod quidem nigrum erat, & rotũdum instar lapidis Hebeni, ex quo agnita est filia ipsius Hydaspis. Plinius li.7.c.11. scribit quarto partu Dacorũ originis notam in brachio reddi. Super quo loco tamen vide Budæum lib.2. de Asse. Plutarchus quoq; in Theseo tradit illum insigne nescio quod in corpore habuisse, vnde illi nomẽ Theseo.

Insigne liberorũ regum Aethiopiæ. Dacorum.

21 ¶ Præterea princeps eum tacitè nobilitat cui Consiliarij munus, in curia Parlamenti, vt vocãt Parisiensis, aut alia suprema cõtulit, exemplo Senatorum Ro. quibus dignitas Clarissimatus (ita enim quædam ll. nostræ, & alij nonnulli appellant, vt diximus suprà, cap.2. nu.11. sed vt redeamus) collata censebatur. l. fœminæ. ff. de Senato. & in rub. vbi Senato. vel Claris. & in l.1. vbi id no. Bar. col.3 & iterum in l. si Senator. C. de dignit. lib. 12. in quibus viri Clarissimi vocantur. Ex quo. Alexander Seuerus præf. prær. Senatoriam addidit dignitatẽ, vt viri clarissimi essent, & dicerentur, vt in eius vita scribit Lampridius. Sed & alibi Senatores dicuntur Illustres, scilicet in l. vlt. ff. de Senat. Sunt enim qui dicunt, vtrorumque eandem esse dignitatem, vt licet videre apud Doc. præsertim recentiores in l.3. ff. de eo cui mãda. est iurisdi. Cicero autẽ nobilissimum Senatorem vocat li.2. epist. familia epi.7. Vnde & Senatores liberi sunt, & immunes ab omnibus oneribus, omnibusque sordidis, extra ordinariisq; muneribus. l. Senatorum, & l. nemo. C. de dignit. li.12. Sunt enim pars corporis principis. l. quisquis. C. ad leg. Iuli. maie. Hincque Imperator in l. ius Senatorum. C. illo tit. de digni. dicit eos esse eius ordinis, in quo, inquit, nos quoque ipsos numeramus. Ex quo & illud continuò sequitur, illos esse nobiles, vel si nihil aliud esset, ex iis quæ diximus suprà num.9. nec solùm is. Quod & apertissimè dicit Guid. Pap. Deci. Delphi.376. in generali, vbi ex hoc dicit eos esse immunes à subsidiis. Sed & postea, scilicet deci.379. duo quæro, idem dicit de viduis eorundem. Quibus adde illud Ciceronis in oratione pro Cn. Planco. Est tuum nomen vtraque familia cõsulare. Et paulò post, vt intelligas hinc nobilitatem oriri, non dubitas igitur quin omnes qui fauent nobilitati, &c. Atque ita, vt videlicet sint ipsi Consiliarij nobiles, iudicatũ fuit in nostra curia Parisiensi, inter filios defuncti magistri Caroli de la Mothe, huiusce curiæ Consiliarij, die 26. Iulij, anno Domini 1546. quo quidem adiudicatum fuit magistro Bertrando de la Mothe, magni Cõsilij regij Consiliario, filio primogenito ipsius Caroli, ius primogenituræ, quod ex cõsuetudine Pictauiensi cõpetit filiis primogenitis nobilium. tametsi idẽ Carolus, aliàs plebeię gẽtis esset.

An cõsiliarius Parlamẽtum efficiatur nobilis.

22 ¶ Et idem quoque dicendũ est in Aduocatis, & Procuratore generali regis, in ipsa curia Parlamenti. Nã priores, scilicet Aduocati principis, nostris legibus nunc quoque Clarissimi vocãtur l. laudabile. post prin. & l. restituendæ, etiam post prin. C. de aduo. diuer. iudi. Nũc Spectabiles. l. in sacris scriniis militãtes, vers. nec pro tempore. C. de proxi. sacro. scrini. li.12. & §. quia verò cõpetere s in authen. de iudicib. Posterior quoq; Spectabilis, in §. veterus, eo. quoque tit. Ideoque & illi a cuiuslibet vilioris conditionis nexibus immunes sunt. l. aduocatio. C. de aduo. diuer. iudicio. & l.2. C. de aduo. diuer. iudi. Et ita quoque iudicatũ fuit in d. nostra Curia inter alios liberos, defuncti magistri Ioãnis Magistri aduocati regij in ea curia, & viduã magistri Antonij Magistri, filij quoque d. aduocati die 1. mensis Augusti anno D.1540. Legimus autem apud Aelium Spartianũ in vita Getæ, & Eutropium li.8.c.10. septimũ Seuerũ imperatorẽ Romanũ ante adeptũ imperiũ aduocatũ fisci fuisse, & vide quę dicã infrà in c.30. nu.7.

Aduocati & procurator generalis regis. Arestum.

23 ¶ Plus autem dicit Guid. Pap. deci. Delphi.388. cuius initium est, quòd ad doctores, Nẽpe doctores aduocãtes, vt ipse loquitur, id est, patrocinantes in Curia Parlamenti, censeri nobiles, nobiliter viuentes, per multa quæ illic allegat, quæ omittimus de industria, quia illic in promptu sunt omnibus, sed quibus alia multa addere potes ex his, quę latè scribemus inferiùs, cùm plenissimè tractabimus, an id munus aduocati obsit siue deroget nobilitati. Ex quibus intelliges, quid hîc dicendum sit.

Quid de cæteris Aduocatis Parlamenti.

24 ¶ Licèt princeps etiam tacitè plebeium nobilitet, ex hoc tamen non videtur nobilitare, quòd aliquẽ nobilem appellat, nec ex hoc probatio nobilitatis inducitur, vt expressè cõsuluit Pau. Ca. con.25. dubitatur primò, an comes. col.4. vers. quinto, quæritur, lib.2. per no. in c. si papa, de priuil. lib.6. & in cle. literas, de proba. & in l. optimam. C. de cõtrah. & comit. stipul. & in l. cùm aliquis. C. de iure delib. sequitur Cardi. Alex. in c. per venerabilẽ. §. vlt. char. antepe. ver. sed quid si comes, extra qui filij sunt legi. Quibus addo optimũ tex. in cle. si summus, de sen. excom. vbi si papa aliquem sub titulo cuiuslibet dignitatis, ex certa etiã scientia verbo, cõstitione, vel literis nominet, honoret, seu quouis alio modo tractet, per hoc in dignitate illa ipsũ

An nobilitetur quem princeps nobilem vocat.

approbare non intelligitur, aut quicquam ei tribuere noui iuris. Addo inquam no. per Io. Calde.& Ant.in c.post cessionem,de prob.& latè Fran.Are.qui plærosque alios citat con. 23. in præsenti consultatione,in 2.dubio. Quanquam in casu de quo loquimur,contrariú videtur voluisse Pau.Castr.sibi contrarius,con.107.quantum ad primum dubium,in prin.lib.2.

Princeps an possit indignũ nobilitare.

25 ¶ Tantum habet potestatis princeps in hac re, vt, faciens locum veteri prouerbio, γαλῆ κροκωτόν, id est, mustelæ, siue, vt alij malunt interpretari, feli crocoton, Possit etiam indignum nobilitate donare, quando ex certa scientia,& non ignorata illius conditione id facit. Tunc enim, licèt non exprimat, videtur cum illius indignis moribus dispensare, iuxta dictam legem, quidam consulebant.ff.de re iud. Et ita in hoc casu sentit Bar.in l.j.col.8.versi.sequitur in diffinitione, illata.& ibi etiam Ioan.Plat.col.3.versi.tertiò propter vicia.C.de digni. & expresè voluit Io. Raynaudus,in d.tract.nobilitatis,in tertia quæst. 4. quæstionis prin. Dicunt tamen Bar.Plat. & Raynaudus principem peccare,qui indignum promouet,testimonio diui Thomæ,in secũda secundæ,quæst.63.vbi tractat,an acceptario personarum sit peccatum. In dubio autem,vt subdit idem Ray.præsumitur princeps id fecisse,propter virtutes eius,quem nobilitat,per l.j. ad fi.ff.de offi.Prætor. Laudandus autem est admodum eo nomine dux ille,à quo,sicuti retulit Pogius(ni me fefellit memoria)cùm quispiã subrusticis moribus,& vita incultus petiisset, vt se nobilem faceret: dux ipse, qui naturam hominis probè nouerat, Diuitem (inquit) te facillimè possem facere,nobilem nunquam possem.

An princeps extra territorium possit nobilitare subditum.

26 ¶ Sed hîc quæri potest,an princeps,vel alius principis tenens locum, possit extra territorium ipsius nobilitatem conferre subdito. Videtur quòd non.quia il[illegible]ic est loco priuati, per l.vlt. ff. de offic.præfec.vrb.& in l.iij.ff.de offi.præsid. Contrarium tamen expre[illegible]sè [illegible]n hoc casu tenuit Ioan.Plat.in dicta l.1.col.penult.versi.nunquid autem aliquis rex.C. de digni.[illegible]ibr.12. & ipse Ioan.Rayn.in dicto tract.nobilitatis,in tertia quæstione,tertiæ q.prin.motus, quia hic actus est voluntariæ iurisdictionis,ideò potest extra territorium exerceri,per l.2.ff.de offi.Procon[illegible]l. & idem est eadem ratione in militia,vel dignitate,sicuti etiam voluit Bart.in dict.l.j.c[illegible]m.9. versic.sed tamen dubitatur.C.de dignit.lib.12.& Iordanus Brixi.in repe.c. Romana. §. contrahentes,col.17.de for.compe.lib.6.vbi & ad hoc allegat text.in c.1.[illegible] fin.de offi. deleg. & quod voluit Innoc.in c.nouit.de offi.deleg.& no.in c.qua fronte,de appel.& in cle.prima de for.comp. Et refert Regem Romanorum,dum esset apud Parrisios i[illegible] Senatu,quem Parlamẽtum vocant,creauisse quempiam militem. Sed & idem voluit Barb.in d.c.nouit,col.11.vers.& ex ista glos.poterit inferri,de offi.lega.& Corse.in tract.de potest.& excellentia Regia. q.80. Et idem de legitimatione per Inno.& Hosti.in c.per venerab[illegible]em, qui fil. sunt legit.& Pau. Cast.con.353.curator datur,post medium,lib.[illegible].

Infans an possit nobilitari.

27 ¶ Infanti potest princeps nobil[illegible]tatem concedere,Bar.in d.l.1.col.9.versi.ex prædictis sequitur, & ibi quoque Ioan.Plat.col.vlt.C.de d[illegible].lib.12. Nam, vt inquit Bar. Nobilitas consistit in acceptatione eius,qui eam confert:nec e[illegible] in v[illegible]luntate,vel intellectu eius qui nobilitatur, vt ex eo constat,quòd puer natus ex nob[illegible],st[illegible]im est nobilis,licèt nihil intelligat,vt probatur in §.sed interim,in authen.de defen.c[illegible]t.& no.in [illegible].priuatorum.C.de iurisd.omn.iudi. Et hæc quoque voluit Ioan.Ra[illegible]o tractatu nobilitatis, in prima quæsti. prin. in secunda op. & Bened.in repe.c.Ra[illegible]n verbo,Adiectæ impuberi,in prin.de testa.

Infans miles creari potest.

28 ¶ Nam & videm[illegible] & impuberem,posse creari militem, lege, sed & milites.§.iam autem & mili[illegible]ut.Quanquam Antonius Augustinus,vir certè doctis[illegible]mu[illegible] & optimi iudici[illegible]c malè versum fuisse impuberi, sed minori vertendum. Verum quod citra contr[illegible]m est,id planè probatur in l.vlt.C.de testa.mili.quæ loquitur de [illegible]mpubere Tribun[illegible]idem milite,vt apertè declarat eadem l.& rub. sub qua ei posita est. Et ita etiam [illegible]art.in l.j.in fi.C.de muneri.& hono.non conti.lib.10.& in d.l.j.col.1[illegible]. versi. ex prædictis patet.C.de digni.lib.12.Iac.Aluar.in c.1.col.3.ver.no.arg[illegible]mentu,tit.quo tẽpo.miles & M[illegible]c.Afflic.in cõstit.Siciliæ incip.terminũ vitæ,in fin.E[illegible] regẽ quoq; creari posse, & coronari,vo[illegible]uit Bar.in d.l.j.C.de muner.& honor.nõ cõti.& ibi Al[illegible].in addi.qui rationẽ reddit.

Et rex quoque.

E[illegible]dem Bar.in l.quidã consulebant,ad fi.ff.de re iudi.& Bal.in d.l.v[illegible] fin.C.de testa.mili. &[illegible]c.cum vigesimũ,post mediũ vers.nõ tamen credo,& [illegible]hi quoq; [illegible]ecẽtiores, de offic.deleg. cum alijs multis concor.à me collectis,infrà in tractatu de iure primigeniorũ,in 40.q.nu.nec ad rem.

Et ei feudũ concedi.

Potest & ei feudũ concedi,Bal.in l.si quis seruo.C.com.de manu.quia feudum,inquit, magis accedit beneficio,quàm contra[illegible]§.personam,titu.per quos fiat inue.

Et legitimari potest.

29 ¶ Potest item legitimari,Bar.Bal.& Angel.in l.vlt.ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur.Bar.Bal.& Saly.in l.iubemus.C.de eman.libe.Bal.in auth.prætereà.C.de natur.libe.& [illegible]n.146. titulus principis Achaiæ,col.vlt.col.3.vers.item præmitte,& col.seq.versi.si pater,lib.1.quod repetitur, con.388,lib.5.vbi declarat,quomodo id intelligitur.& idem quoque Bal.con.204.super primo articulo,in 1.dubio,li[illegible].4.& con.105.primò est videndum,lib.5.& con.119.quidã vxoratus,in 1. dubio eo.li.5.Raph.Fu[illegible]go.con.16.casus talis est.A.decessit,col.2.& con.83.Nicolaus,col.3.Pau. Ca.con.42.viso testameto Reliquiani,libro secũdo,Corneus consi.177.repetito,col.prima lib. primo,& Iason [illegible]onsi.centesimo vigesimo quinto,pondus,col.4.versi.in prima q.libr. 4.

¶ Quod

30 ¶ Quod intellige, secuta illius ratificatione, postquam ad ætatem peruenerit, Angel. in disput. incip. nobilis quidam genere, in 1. dubio, col. 3. vbi reperies, an possit fieri post mortem patris, & Raph. Fulgo. in d. l. vlt. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Rom. con. 199. in proposita consultatione, in 4. dubio, cum aliis concor. cumulatis à Frã. Curtio Seniore con. 19. viso priuilegio, in 1. dubio, & con. 65. ex speciosa narratione. Lud. Sard. in tract. de legitimatione, in 4. quæst. 4. partis. Ias. con. 156. quoniã per eximium, col. 4. versi. item infans, lib. quarto. Philip. Deci. consi. 167. viso puncto. Quod & in nobilitate procedere constabit ex vers. ab hinc 2.

Secuta ratificatione.

31 ¶ Nec tamen intelligas, vt sit necesse, illum expressè ratificare, siue consentire huic nobilitati, vel legitimationi, & id genus cæteris. sed satis esse, cùm resciuerit, illũ nõ dissentire, ex sententia glo. in simili re, in l. in adoptionibus, in gl. vlt. ff. de adop. & latè Philip. Deci. d. con. 167.

An autem expressè id pendeat.

32 ¶ Ex his clarè liquet, quòd & ignoranti potest conferri nobilitas, sicuti & expressim voluerũt Bar. & Plat. in d. l. 4. C. de digni. lib. 12. quibus locis citauimus. suprà nu. 26. & Io. Ray. etiam in d. tract. in 3. q. 4. q. prin. Sicuti etiam in simili videmus, quòd etiam ignoranti quæruntur legata, l. cùm pater. §. surdo. ff. de lega. 2. & l. vlt. C. quan. dies leg. ced. Et libertas, vt multis probanit Frã. Are. in l. qui absenti, in prin. col. 2. versi. licèt autem. ff. de acq. pos. Et ignorans etiam potest legitimari, vt etiam asserit Bal. d. con. 146. lib. 1. & Angel. con. 71. arbiter & arbitrator, vbi dicit de hoc esse tex. in §. sit igitur, cum glos. sing. in verbo, neque, in fi. in authen. quib. mo. natu. effi. legi. & videri casum, in §. quantum, in auth. quib. mo. nat. effi. sui, & rursus consi. 87. spurius naturalis, columna secunda. De quo tamen vide eundem Baldum dicto consilio 146. lib. 1. & con. 306. proponitur quòd quidam Antoniolus, lib. 1.

Et libertas Ignorãs an legitimari possit.

33 ¶ Subdunt tamen Bart. & Ray. vbi suprà, quòd post scientiam eius, cui concessa est nobilitas, ea vires robùrque accipiet, imprimetùrque in illum, cui collata est qualitas, quia incedet vt nobilis, similiáque faciet, quæ conueniunt nobilitati. Nam cùm homo accepiũ se cognoscit, plurima audet. l. 3. §. pe. ff. de orig. iur. Et hoc (inquiunt) videtur velle glo. in d. l. priuatorum. C. de iurisdi. om. iudi. quæ dicit, quòd statim habet dignitatem, sed non effectum. Id quod de legitimatione etiam voluit Bal. d. con. 146. li. 1. & Steph. Bertran. con. 116. viso, in §. 6. eodémq; vlt. dubio. & plurimi ex his quos sup. citauimus.

Et quomodo.

34 ¶ Adde quod scribit idem Bal. con. 449. statuto Placentiæ, in 2. dubio. lib. 1. vbi quærit, an extranei absentes, atque ignorantes possint recipi in ciues cuiuspiam ciuitatis, ab incolis ipsius, & concludit quòd per viam, vt ipse loquitur, beneficij & priuilegij, possunt. quia id potest cõferri absenti & ignoranti, dummodo ratificet. c. si tibi absenti, de preben. li. 6. & no. in l. Labeo, quæ est pe. ff. de iureiur. Nam & legitimatus per priuilegium, & oblationem curiæ, potest ratificare. §. & generaliter, in auth. qui. mo. natur. effi. sui. Sed & idem Bald. in eo ipso con. col. 2. vers. sed hic occurrit. dicit quòd ista ciuilitas est beneficium, quod acceptatur, sicut legatum: nec dicitur ratificari, quia non procedit ab ipso, sed in ipsum: & omnis eius vis dependet à ciuibus statuentibus. Ratificari enim id tantum propriè potest, quod per ratificationem fingitur factum à ratificante. l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de neg. gest. Et nemini dubium est quòd priuilegiũ non procedit à priuilegiato, sed à priuilegiante, à quo sumit essentiam: sed per acceptationem assumit incommutabilem beneficij acquisitionẽ. l. si quis hæreditatẽ. ff. de cõdit. instit. Hæc ille, cuius, vt ad strictum & summatim dicam, ea est sententia, vt beneficia siue priuilegia conferri possint absentibus, & ignorantibus: sed tum demum effectum & vires perfectas, cõsummatásque atque irreuocabiles assumere, cùm fuerit acceptatum.

An ignoratis possin cre. strenus. An acquirere priuilegium.

35 ¶ Ex quibus etiam apertè potes intelligere, furiosos, dementes, mente captos, & alios huiuscemodi posse quoque nobilitari à principe, vti & infantes, & ignorantes, quibus vbique æquiparantur nostris legibus. Et ita quidẽ expressè voluit ipse Io. Ray. in illo tractatu nobilitatis, in 4. q. prin. iterúmque in 5. q. prin. 7. quæstio. Nam & ad hos descendit nobilitas progenitorũ, vt dicemus inferiùs in 15. cap. nu. 4. extende quod dictum est.

An furiosi, & dementes possint nobilitari.

36 ¶ Verùm maior est dubitatio, an in inuitum possit conferri nobilitas. Quam etiam quæstionẽ posuit idem Ray. in d. tracta. in 4. quæsti. 4. quæsti. prin. vbi primùm dicit videri posse, cùm nobilitas, vt iam dictum est, consistat in acceptione eius, qui illam confert. Et aliàs videmus, quòd quis potest pro alio inuito debitum soluere, & hoc faciendo illum inuitum liberare. l. si debitor. ff. de solut. & ibi concord. in glo. Et potest cõiuncta persona in causa libertatis, pro inuito contendere. l. 3. §. 2. & 4. ff. de libe. cau. Potest etiam quis appellare pro inuito condemnato ad mortem. l. non tantùm. ff. de appel. Potest item seruus vetante & inuito domino acquirere. l. etiam inuitis. ff. de acqui. rer. domi. & l. seruus vetante. ff. de verbo. obli.

An inuiti. Inuito liberatio quæritur. Inuitus defenditur in causa libertatis. Inuito domino seruus acquirit.

37 ¶ Hæc Ray. Quibus addes, quòd seruo inuito & reluctanti potest libertas conferri. l. vlt. §. si verò, & ibi Bal. C. de man. test. Imo. in l. restituendum per fideicommissum. §. 1. ff. de l. 1. & Fran. Are. in d. l. qui absenti, vbi sup. ff. de acq. pos. Addes tẽ tex. meo iudicio sing. in c. ipsa 23. q. 4. vbi possumus quempiam inuitum & renitentem è domo ruitura abducere, imò & id debemus facere, & ibi gl. in verbo, si duo, quam facit sing. Alex. in addi. Bar. in d. l. non tantum. ff. de app. & Fel. in c. contingit. l. 2. col. 2. de senten. excõ. & Hippo. Marsil. sing. 189. tu audiuisti, quanquam tex. ille sit in hoc expressior, quàm glos.

Libertas inuito conferatur. Inuitus à domo ruitura depellitur.

¶ Adde

Inuitus æger curatur. Soluérque impẽsas & mercedẽ.

38 ¶ Adde & tex.in c.& qui emendat.45.di.vbi multa bona præstantur inuitis, quando eorum consulitur vtilitati,non voluptati. Quæ vltima verba vsurpauit Magister Sententiarum,qué vocant,li.4.di.15. Et autoritate illius tex.atque etiam illius tex.in d.c.ipsa pietas, dicit glo. in summa.83.di.medicum posse ægrotum,etiam inuitum & repugnantem curare,curationísque impensam & mercedem reposcere,& sequitur Spec.ti.de salar.§.postremo,ver. quid si infirmus,& 2.seq. & Collec.in c.cùm in firmitas,ad fi.de pœni.& remis.& Ro. sing. 123. tu habes, vbi id dicit sing.& Legistis & penè Canonistis incognitum,& Pan.con.91.postulato, &c. quò ad primum,col.2.versi præterea ex quo,co.vl li.2.vbi eam gl.dicit no.Alci. qui dicit valde no. in l.vlt.col.2.C.de ne.gest.& Maria.có.26.ex his,col.pe.ver. sextò probatur. Barpto. Soc. eius filius in trac.fal.reg.137.expédens,in 4.fal.vbi eam gl.dicit sing.si ille tractatus illius sit,quod nonnulli negãt.Barb.có.54.clementissimi,ad fi.lib.2.vbi eã dicit reputari sing. & con.46.illud adducã,col.j.li.4.Fel.in d.c.contingit,vbi illam quoque dicit sing. Ant. Cors. in suis sing. in verbo,expensa,in t.limita.vbi & eã dicit no.Et è Theologis Ant.Fl.in j.par.3. partis prin. suæ summę,ti.7.c.2.§.salarium autem,col.j.in fi.& Adria.Flo.is qui summum pontificatũ gessit, in suis q.in 4.Senté.vbi de fraterna correctione differit,in 1.prop.solutionis.1.quæst.prin.

Incarceratus inuitus redimitur. Inuitus detinetur,qui in locũ periculosum ire vult. Excõmunicatus inuitus absoluitur.

39 ¶ Nec dissimile est,quod tradit Io.And.in c.vlt.de fo.cõpe.li.6.quòd quis potest incarceratum inuitũ redimere,atque ab eo solutã in id pecuniã repetere,de æquitate canonica, non obstãte dispositione.l.vlt.C.de neg.gest.quo in loco idem voluerunt Bal.Sali.Pau.Ca.& Alex. & idẽ Pau.& Alex.in l.quamuis.ff. sol.mat.Bar.in l.Stichus.ff.de pe.leg.Et quod voluit gl. no. in l. sed eximendi.§.Prætor ait.ff.ne quis eũ qui in ius voc.est, quòd impunè possum vi detinere eum,qui in locũ quempiam periculosum ire vult:nec tenetur id faciens pœna illius edicti. Et eam sequuntur Bat.& alij ibi. Quódque scribunt Theologi,posse inuitũ ab excõmunicatione absolui.Id enim nuncupatim tenuerunt Diuus Thomas & Rich.in 4.Senté.di.18.ille quæst. vl.art.5.hic q.1.art. 10.vbi & id generaliùs dicit, inuitis posse,imò debere præstari beneficia, quæ eis prosunt,de quo etiam è nostris Io. And.in c.1.in verbo,medicinalis.de sen.exc.li.6. & Pau.Eleaz.in c.vlt.de postul.præl.Ant.post Io.Cald.in c.ab excõmunicato col.13.versi.nũquid autẽ possit.de resc.& diximus in nostris legibus Cónubialib' in 9.l.nu.226.hactenꝰ hic noster. ꝙ multis doctè & philosophicè differit Sen. li.de beneficiis.5. etiá in inuitos cõferri beneficiũ.

Inuitis non quæritur beneficiũ.

40 ¶ In contrarium autẽ subdit Ray.vbi suprà,faciũt iura,quæ dicũt,inuito nec dari, nec acquiri beneficium,& liberalitatem.l.hoc iure §. non potest ff.de donati. & l. soluendo. ff. de nego. gest.& l.solutionem. ff.de solutio.& l.inuito.ff.de reg.iur.& vbiq; concor. per gl. & Doctores neque enim opus est omnes cæteras leges,quæ huc pertinent, sigillatim adducere, præsertim quòd omnibus sunt notæ. Vt tamen non omiserim illud Horatij li.1.episto.in vl.epist.

—*Quis enim inuitum seruare laboret?*

Si quis tamen pleniùs scire velit,an,& quomodo inuito beneficium conferri possit,adeat glo. in l.clericus,le. 3.in verbo inuin,de vit.& hon.cle.& ibi quoque Doc. Bar.in l.seruus. ff.de ver. obl.& latissimè Cæs.Lamber.in trac.de iu.pa.18.ar.7. q.prin.1.par.2.li.

Inuitus nõ adoptatur. Nec legitimatur nec per matrimonium quidem.

41 ¶ Sed illud tantùm addiderim,ex hoc fieri,vt inuitus quis adoptari nõ possit, etiam si adoptio in illius commodum cedat,vt dicit Bal.con.1.quædam ecclesia,versi.in contrarium, lib.1. Vt nec filius naturalis inuitus legitimatur,etiam per matrimonium, vt voluit Guil. Cu.in l. benignus.ff.de legi.per tex.in d.§. generaliter,vbi & hæc voluit Iac.Bel.in §.illud, in auth. qui mo.natur.effi.sui,vbi inuitus quis non emancipatur.Et hoc sequitur,& dicit notandum Bal. in d l.benignius.Et idem simpliciter in legitimatione,nulla matrimonij mentione facta,voluit Bar.in l.vlt.ff.de his qui sunt sui vel ali.iur.& ibi quoq; Pet.Anc.in suis reportatis, quæ vocãt. Et idem Pet.con. 241. ex tenore priuilegij,col.j. Bal.in auth. item si quis, in fi.per tex. ibi in fi. C.de natu.lib.& in l.j.col.pe. C.de iure fisci,lib. 10.& d.con.1.circa medium, lib.1. Saly. inter con.illius con.17.super legitimatione,col.2.vers.quintò est hîc attendendũ,lib.4.& Pau.Ca. d.con.42.viso testamento,li.2.Floria.in sua dispu.inci.Baro quidem de nobili genere. Ant.in c.per venerabilem,col.30.vers.requiritur etiam consensus,qui filij sunt legi. vbi allegat Spec. De quo latè per Fran.Curti.Seniorem,con.4.punctus de quo quæritur,vbi etiam comperies, an sufficiat consensum legitimati interuenire ex interuallo post legitimationem. & per Lud. à Sardis in tract.de legitimatione,in 2.q.4.partis.Est'q;casus sing.in quo filius naturalis inuitus legitimatur,in §.liceat igitur,vers.sit igitur,iuncta gl.in verbo,adijcere, in auth. qui. mo. nat.effi.legi.cùm scilicet ipse filius naturalis occultat matrem, quam pater vult in vxorem ducere,quem ad hoc expendit & dicit no.Ang.in sua disp.inci. nobilis quidam genere, col. 3. vers.addendo.quod etiam,& Ro.qui sing.dicit,sing.229.tu habes. Ex quo intelligis, etiam si aliud testimonium non haberes,ius commune esse in contrarium.

An cõsensus possit interuenire ex interuallo.

Cõclusi negotij prin. Respõsio ad contraria.

42 ¶ Tandem verò concludit Ray.vt ad eum,& principale nostrum institutum redeamus, quòd princeps,in quo est libera potestas acceptandi,& habendi aliquem sibi gratum,potest ei etiam inuito conferre nobilitatem. Hoc enim solùm consistit in acceptatione eius, qui nobilitat. Verùm potest ille, cui collata est nobilitas,eam non retinere, vt in simili no.glo. in d.le. seruus vetante.ff.de ver.obl.quæ ita soluit contrarium. d. l.hoc iure. §. non potest. ff.de don. vt

videlicet

videlicet seruus posit acquirere domino inuito, per d.l. seruus vetante. Sed tamen dominus
non retinet inuitus, per d.§. non potest. Et ita (inquit Ray.) operabitur huiusmodi collatio cõ-
mutabiliter, sicut dicitur in l.cùm pater. §.surdo. ff. de le.3. Nec obstant iura allegata in contra-
rium, quia vbique speciale est fauore liberationis, libertatis, & vitæ. Hæc Ray.

43 ¶Cui adde alias responsiones d. iuribus contrariis factas, per glo. & Loc. maximè verò Pau. *Ad idem.*
Ca. in d.l. soluendo. ff. de neg. ge. Gl. & alios in d.l. inuito, & ibi Doc. præsertim Philip. Deci. ff.
de reg. iu. & in d.c. & qui emendat. 45. di. Pan. in c. clericis. de vita & hon. cleri. Ang. Are. in §.
1. col. 2. Inst. quib. mod. tolli. oblig. Iason, post antiquiores ab illo citatos, in d.l. seruus vetante.
ff. de verb. oblig. neque enim opus est, huc cætera adducere,

44 ¶Potest & in puncto mortis alicui nobilitas conferri, sicuti & militia, vt etiam dicit Bart. in l. *An in pũ-*
j. col. 8. vers. ex prædictis patet, & ibi quoque Io. Plat. ante fin. C. de dign. lib. 12. & Io. Ray. in d. *cto mortis*
tracta. nobilitatis, in 3. quæst 4. q. prin. & Bened. in repe. d.c. Raynutius. in verbo, in extremis, *nobilitas*
nu. 11. de testa. Moti hac ratione, quia potest & ignoranti conferri, vt diximus. *conferri*

45 ¶Sed & illud præterea addo, posse etiam mortuo nobilitatem conferri, sicuti & militiam, vt *posit.*
ex his quæ dicit Bar. vbi suprà, infert Pan. in c. à nobis, le. 2. col. 2. vers. in glo. in verbo, relaxatũ, *An mor-*
& ibi Fely. col. 2. vers. eiusdem initij, extrà de sent. excom. & Io. Selua. in tracta. de iureiur. in j. *tuo.*
quæst. vlt. partis prin. vers. 104. Et quod in hanc sententiam scribit Spartianus, Hadrianum
imperatorem recusasse triumphum sibi à Senatu delatũ, qui Traiano nuper defuncto debitus
erat, imaginémque ipsius Traiani curru triumphali vexisse, ne post mortem, triumphi amit-
teret dignitatem. Et Tullius lib. j. Tusculanarum quæstionum, Quid poëtę, nonne post mortẽ
nobilitari volunt? vnde ergo illud?

Aspicite, ô ciues senis Enny imaginis formam,
Hic vestrûm panxit maxima facta patrum. Et paulò pòst, Sed quid poëtas?

Opifices etiam post mortem nobilitari volunt. Quid enim Phidias, & cætera quæ sequuntur.
Ad quod etiam vide quæ dicam infrà c. 20. nu. 145. sed vt redeamus ad pompas.

46 ¶At illud in dubium quoque reuocari posset, an infans adhuc existens in vtero, id est, nõdum *An exi-*
natus, nobilitari posit: quod videtur, ex eo quod in simili scriptum reliquit Bald. in c. natura- *stens in v-*
les. in fin. tit. si de feu. fue. contro. in. domi. & ag. eum qui adhuc in vtero est, posse legitimari. Et *tero.*
illum ita allegat: & sequitur Bened. in d.c. Raynutius, in verbo, & soboles quam gestabat in
vtero, nu. 22. de testa. Verùm Bald. vbi suprà, nihil de ea re loquitur, in contextu ipsius, sed vel
ipse, vel alius quisquis est, qui additiones ad ipsum contextum fecit in fi. illius.

47 ¶Sed hoc illis addes, vterum posse institui hæredem. l. placet. ff. de libe. & posth. cum si. Eique *De eadẽre.*
etiam legari posse. l. si qui quartam. §. si quis. ff. de leg. 1. & l. 4. §. ad eos, vers. sed & si seruo. ff. ad
leg. Falci. cum aliis infinitis si. à me collectis in repe. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos,
nu. 122. sed & illud, & multis seq. vsque ad nu. 131. C. de reu. dona. & in tractat. retractuũ. ti. 1. §.
1. glo. 9. in verbo, *ou lignagier*, nu. 75. sed vt ad institutum, & multis quoque seq. Et ne de legiti-
matione dubites, habes tex. id decidentem in l. nuper. C. de natur. libe. & voluit ipse Bal. in l.
vlt. ff. de his qui sunt sui, vel ali. iur. & in l. eam quam, col. 7. vers. circa impossibile de natura.
C. de fideicom. Et vix etiam de nobilitate dubitare possum, quando per nobilitationẽ alicuius,
nobilitantur eius liberi, etiam nondum nati.

48 ¶Si quem princeps nobilitauerit, is propterea non amittit beneficia popularium, sed poterit *A princi-*
àdmitti ad dignitatem & officia tanquam popularis, ad quæ scilicet non nisi populares ex sta- *pe nobili-*
tuto admittuntur, per id quod voluerunt Bar. Ang. & Io. Plat. in l. Alexandrinis. C. de decuri. *tatus an*
lib. 10. quòd licèt Doctòr, qui legit per viginti annos, efficiatur comes, per l. j. C. de profes. qui *amittat*
in vrb. Constan. lib. 11. Si tamen erat antè popularis, & sic per statuta suæ ciuitatis poterat ad- *beneficia*
mitti ad quædam officia & dignitates, vt popularis, poterit etiam nunc admitti. Nam per di- *populariũ.*
gnitatem non minuitur status, vt ibi dicitur. nec dignitas superueniens debet esse ad diminu-
tionem priorum commoditatum, sed potiùs ad augmentum, per l. per adoptionem. ff. de ado-
ptio. & not. in l. si pater filium, eo. tit. quibus adde & tex. in l. 1. ff. de iur. aur. annul. Et hoc se-
quitur Pau. Cas. in l. nulla. ff. de legib. & Alexan. con. 32. visa concessione, lib. 5. & Iason in l. le-
gata inutiliter, colum. 2. vers. adde quòd similiter. ff. de leg. 1. *Cõstitutũ*

49 ¶Et bene facit quod vulgò dicimus, quod ob fauorem alicuius constitutum est, non debet in *ad fauorẽ*
eius læsionem & damnum conuerti. l. quod fauore. C. de legi. & ibi multæ concor. in gl. quibus *nõ debet in*
adde tex. in l. non tantùm. §. si emancipatus, l. j. ff. de bon. pos. cont. tab. Ex quo no. Bar. ibi in *damnũ cõ-*
fi. quod si statuto caueatur, quod scholares tractentur vt ciues in omnibus, non per hoc perdit *uerti.*
scholaris priuilegium. quod antè habebat vltra ciues quod & idem voluerunt Bald. Ang. *Scholares*
Raph. Fulg. Pau, Cast. Ro. Alex. Cor. Fran. Are. & Ias. in l. si Rufinus, per illum text. qui est ad *qui iuben-*
hoc optimus. C. de test. mili. & Bal. in auth. habita, col. 2. versi. item cum aliquid conceditur. *tur tracta-*
C. ne fili. pro pat. & in proœmio. ff. §. vlt. in 6. q. & in l. ea lege, circa medium, in 1. q. C. *ri vt ciues,*
de condi. ob cau. & in auth. sed omnino, col. 5. vers. vnde do tibi hanc conclusionem. C. ne *nõ perdunt*
vxor pro marito. Ang. & Imo. in l. talem. §. 1. per illum tex. ff. de hære. insti. Ang. in le. si à mi- *priuilegia*
lite. §. 1. & in l. diuus, per illos text. ff. de test. mili. Rom. in l. adoptiuus. §. patronus. ff. de in ius *scholariũ.*
vocan. &

vocan. & con. 92. indubitatissima, col. 2. versi. tertio illud. Io. Plat. in l. vlt. in fi. per illum text. C. de agen. in reb. lib. 12. Pau. Ca. in l. si duo. ff. de acqui. hæred. & in d. l. nulla, de legi. Fran. Are. in l. quidam cùm filium, col. 2. versi. sed contra istam. ff. de verb. obli. Io. Bertha. in tract. Gabel. in 7. parte, quæst. 19. versi. sed an tales, Steph. Phede. in lib. de interpretatione legũ, parte t. char. 9. versi. vnde si statuto scholares. Alex. in l. 1. col. 4. ff. de leg. 1. Fely. in c. dilectus, le. 2. col. 5. versi. quartò facit de rescrip. & in tractatu, quando literæ apostol. præiudicent patronis, col. 5. versi. ampliatur octauò, & Iason, qui hoc limitat in l. eum qui, in 1. no. ff. de iureiur. & con. 59. magnifici, col. 3. versi. præterea, etiam li. 3. & Philip Deci con. 457. in causa gabellæ, col. 2. versi. is tamen, & Fran. Ripa. lib. 1 interpret. 1. respon. defuncto, num. 44. Super quo & tu vide Bart. Imo. Fran. Are. & alios recentiores in d. l. quidam cùm filium. ff. de verbo. oblig. & Bal. in d. l. quod fauore, col. vl. in 7. oppo. C. de legib.

Maior dignitas superueniens nõ tollit priuilegiũ minorus.

50 ¶ Facit & tex. in l. eos. C. de execu. mune. lib. 10. vbi maior dignitas superueniens non tollit priuilegium minorum dignitatum præcedentium, sicuti & ibi no. Io. Plat. qui adducit concord. & tex. in l. receptitia. C. de constit. pec. ex quo no. Bal. col. 1. quod per nouum priuilegium non tollitur antiquum, & optimus tex. in l. municeps. ff. ad municip. vbi qui Senatoriã dignitatẽ adipiscitur, municeps esse definit, quantùm ad munera, sed non quantùm ad honores. & in l. talem institutionem. §. vlt. ff. de hæred. institu. Ex quo no. Bal. ar. ad quæstionem de eo qui cõcessit cuidã domicello (sunt enim hæc illi⁹ verba) certã pensionẽ, donec erit in suo seruitio. Iste domicellus factus est miles, & in seruitio permansit, debet habere eam pensionẽ, quia ista digressio ad maiorẽ statũ nõ debet ei officere. Et tex. in l. falsa. §. sed si cui. ff. de cõdi. & demõ. Vbi honor superueniẽs nõ mutat conditionẽ priorẽ, quã uis augeat statũ. Ex quo no. Bal. ibi, ꝙ tabellio factus doctor, non desinit esse tabellio. Et text. in auth. sed episcopalis, & ibi doct. C. de epi. & cle. ꝙ licèt episcopus liberetur à patria potestate, ob suã illam dignitatẽ, id tamẽ intelligitur ad suũ cõmodũ, nõ autẽ incõmodũ. ꝙ enã voluerũt Guil. Cun. Cy. & Bal. in l. itẽ in potestate & in l. nepotes. ff. de his qui sunt sui, vel. alt. iur. Ex eóque dicit ipse Bal. ꝙ si statuto caueatur, vt dominus terræ occupet bona morientis sine filio in potestate, nõ occupabit relicto filio episcopo, & Ale. in l. sub cõditione, in 2. no. ff. de lib. & posth. vbi & hoc dicit, ꝙ licèt monachus exeat patriam potestatem, nõ tamẽ perdit iura suitatis, de quo nos latiùs infrà dicemus. Et dicit Barb. in rep. rub. de reb. eccl. non alie. col. 4. vers. & superioribus diebus, ꝙ licèt filius Iudæi per baptismum liberetur à patria potestate, glos. in c. Iudæi. 28. q. 1. Tamen non procedit quantùm ad commodum ipsius filij, & ita dicit se consuluisse Ferrariæ.

Tabellio factus doctor non desinit esse tabellio.

Filius Iudæi liberatur à patria potestate, sed nõ quãtũ ad cõmodũ ipsius.

Duces & alij eius generis non perdũt priuilegia nobilium.

51 ¶ Nec absimile est, quod ad nostrã materiã nobilitatis peculiariter spectat, quòd licèt duces, comites, marchiones habeant aliquid maius præter vulgarem & communem cæterorum nobilitatem: non tamen ob id perdunt nobilium appellationem. vt est tex. in c. constitutis, le 2. ibi, sororis nobilis viri marchionis, de testib. & in c. grandi, ibi, nobilem virum comitem, de suppl. negl. prælat. lib. 6. vbi Domi. in 3. no. dicit facere ad priuilegia, qua nonnullis concedũtur, vt possint omnes legitimare, præter filios nobilium, vt comprehendant filios ducum, & comitum. Id quod sequitur Corse. ibi in repet. col. 12. vers. venio nunc ad ea. & Barba. con. 57. præclarè scribitur, col. 3. lib. 2. & Cepol. in d. tract. de imperat. militum deligendo, in 40. priuilegio nobilitatis, & voluit etiam Brixi. in verbo, nobilis.

Clericorũ appellatione an veniant episcopi.

52 ¶ Quibus adde vltra allegata in præcedenti vers. tex. no. in l. 3. C. de digni. lib. 12. vbi maior dignitas nulli debet circa priores dignitates præiudicium facere, & concord. in gl. & per doc. ex quibus no. Io. Plat. id facere ad quæstionem de eo, qui promisit dare scacum cum pedona (ita enim loquitur) quòd si dederit cũ pedona, quæ interim facta est regina, satisfecit promissioni, quasi ipsa etiam pedona dicatur, postquã facta fuit regina. Id quod etiã dicit idẽ Plat. in l. Senatores. C. de incol. li. 10. De quo tamẽ vide Cy. & Saly. in l. 2. C. de suspec. tuto. Bar. in l. pe. ff. de Senat. & in l. legatis seruis. §. 1. ff. de leg. 3. Et faciunt etiam no. per Panor. in rub. de vita & hone. cleri. col. vlt. dum quærit, an appellatione clericorum veniant episcopi, ibi illum videto.

Nobiles facti populares ex statuto non perdũt priuilegia nobiliũ.

53 ¶ E diuerso autem si per statutum nobiles fiant populares, non perdunt ex eo nobilitatem, sed eis præterea accrescit popularitatis beneficium, vt est Florentiæ, vbi multa competunt priuilegia popularibus, quæ nobilibus non conceduntur. Ita voluit Bal. in d. l. per adoptionem, ar. illius text. ff. de adop. & sequitur Alex. d. con. 32. col. 2. lib. 5. qui & addit rationẽ, quia nunquã ita interpretandum est priuilegium, vt priuilegiato possit esse noxium. l. diuus, ibi, nec vllo magis interest, vbi & hoc no. Ang. ff. de testa. mili. Alcia. in tracta. præsumptionum. regul. 3. præsum. 29. nu. 9. vers. & ista, & seq.

Popularis effectus nobilis an excusetur à muneribus nobilium.

54 ¶ Sed hæc quæ diximus ita intelligas, vt videlicet popularis effectus nobilis, non amittat priuilegia populariũ, sicut nec scholasticus habens priuilegia ciuis, perdit priuilegia scholaris, & similia. Verùm nõ excusatur huiusmodi nobilitatus, aut ciuis factus, ab oneribus atque muneribus nobiliũ siue ciuium, vt eleganter declarat Pau. Cast. in l. si duo, in vlt. no. & ibi quoq; Fran. Are. in 2. no. ff. de acqui. hære. Nam ex eo quòd quis acceptat ciuilitatem, vt loquuntur, videtur eam acceptare cum suis oneribus, etiã si ea ignoret, per tex. ibi. & voluerũt Pet. & Bald. in d. l. quòd fauore C. de legib. Bar. & Imo. in l. quidã cũ filiũ. ff. de verbo. oblig. Ex quo & illud fit, quòd

fit, quòd si ex statuto acrius puniantur nobiles quàm ignobiles, certè ignobilis factus nobilis, acrius punietur, vt dicit Alex. qui alios allegat, in addi. Bar. in l. non tantum. §. si emancipatus, le. j. ff. de bono. pos. cont. tab. Sed super hac declaratione, vide omnino Fran. Are. in d. l. quidam cum filium, col. pe. & seq.

55 ¶ Sed circa hæc quæri posset, si ex statuto nobiles æquiparantur plebeis, haud dubie nobiles consequuntur priuilegia popularium. Sed an ex diuerso populares consequantur per huiusmodi statutum priuilegia nobilium: tanquam populares, quibus æqui parati sunt nobiles, censeantur etiam æquiparati nobilibus, ac si statutum simpliciter æquiparasset nobiles & populares inuicem. Nam si ita statutũ loqueretur, eam vim haberet, vt nobiles popularium, & econuerso populares nobilium priuilegiis vterentur. l. quia autem. vers. si verò non inciderit. ff. si quis omis. cau. testa. & l. 2. C. com. de lega. & authen. in successione, & quod ibi no. glo. C. de suis & legi. & §. nostra autem, Instit. de lega. & §. si verò neque fratres, in authen de hære. ab inte. & nemo est qui de hoc casu dubitet.

Si nobiles & ignobiles æqui parentur per statutum, an alterius alterorũ priuilegiis potiantur.

56 ¶ At hic aliud quærimus, cum videlicet statutum æquiparat nobiles popularibus, & tunc certè, licet nobiles consequantur quicquid habent populares, nõ tamen è diuerso populares id quod habent nobiles, & idem in casu opposito, ar. l. princeps. ff. de legib & l. maximum. C. de libe. præter. Et ita nuncuparim voluit Bart. in d. l. j. col. j. & ibi quoque Ang. etiã col. 1. Paul. Ca. col. 2. vers. in tex. ibi exæquata, Alex. col. 5. vers. vlt. no. Fran. Aret. col. 1. in 2. not. Ias. col. 5. vers. vltimò inquantum, & Fran. Ripa. col. 4. vers. præmissa inducit. ff. de legat. 1. Alberi. in 1. parte stat. quæst. 165. statuto Pergami. Ang. dum citat Bart. vbi suprà, in d. l. 2. C. com. de leg. & d. auth. in successione. C. de suis & legi. & omnes vbique præter vnum Rapha. C. in d. l. 1. col. a. ff. de lega. 1. per tex. in §. sed non vsque, Instit. de legat. cum respond. Ias. in d. l. vbi suprà.

Quid si nobiles popularibus exæquentur aut è diuerso.

Feudum an nobilitet, siue etiam iurisditio. C A P. V I I.

1 HAEC DVO, scilicet feudum & iurisditionem, simul copulaui, tum quia ex nostris nonnulli de vtrisque promiscuè loquuntur, tum quia in Gallia nostra, cuius est feudum, eius est & iurisditio, vt plurimum. Qua in re nostrorum sententias sigillatim primum adferam, tandem meam interponam. Igitur Bar. vt ab eo incipiamus, cui primas plerique omnes tribuunt, in eo loco, in quo tractat materiam nobilitatis, scilicet in l. 1. col. vlt. versi. ciuitas verò. C. de dignit. lib. 12. dicit, quòd si alicui conceditur ducatus, marchionatus, vel comitatus, & similia (quæ scilicet nostri feuda regalia nuncupant) is nobilitatem acquirit. Et subiungit, id feudum censeri habere nobilitatem annexam, quod in eo populo eam habere reputatur, per tex. in l. vlt. in princ. ff. de muneri. & hono. & no. per Inno. in c. de multa, ext. de præben. vbi dicit dignitatem eam esse, & censeri. quæ & dignitas in ea ecclesia reputatur. Ex quo intelligis Bar. id totum referre ad consuetudinem, secundum ea quæ nos latius dicemus in cap. 10. vbi illum tex. illúdque dictum Innoc. citabimus, cum aliis plurimis concord. & sim.

Feudũ an nobilitet siue iurisditio.

2 ¶ Andreas Iser. in c. 1. §. persona, circa medium, tit. per quos fiat inue. scribit simpliciter per eum tex. infeudationem nobilitare, quia paradogium, id est, qualis qualis nobilitas, per hoc cõfertur. Et idem propemodum dicit ipse And. in c. 1. col. 1. vers. item propter dignitatem, tit. de capi. qui curi. vendi. Nempe id, quod feudum possessorem nobilitat, quia inducit paradogium, per c. 1. tit. quis dica. dux. com. marc. Et illũ simpliciter etiam sequitur Guid. Pap. sing. 486. vers. infeudatio, & iterum deci. Delphi. 385. quid autem de habitãtibus, vbi ex hoc dicit, quod habentes castra cum territorio, & omnimoda iurisditione, sunt exempti à contributione subsidiorum, vt nobiles, licet non sint à nobili progenie. Et ita dicit fuisse iudicatum in parlamento Gratianopolitano. & sequitur Barpto. Chassaneus con. 64. viso processu, col. 2. vers. iuncto etiam quod habet.

De eadem re.

Paradogiũ quid sit.

3 ¶ Idem And in d. c. 1. §. cæteri, tit. quis dica. dux, confuse quidem dicit, sed in hanc sentẽtiam, quod feudum nobilitat, quando is qui id habet, est dominus vasallorum, & in eos habet iurisditionem, non quòd res ipsa id vitium habeat, sed homines & vasalli, qui in feudo sunt, propter ipsorum hominum dignitatem, ar. l. iustissimè. in princ. ff. de ædil. edic. Nam res à persona, non è diuerso conditionem accipit. l. j. ad fin. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. & hominum causa sunt omnia. l. in pecudum. ff. de vsur. Sic (inquit) dicuntur laudare dominum flumina, maria, gelu, & frigus: quia homines attendentes mirantésque prorumpunt in laudem Dei, qui fecit ea. & de illis nascitur in nobis laus Dei, vt dicit diuus Augustinus.

De eadem re.

4 ¶ Hæc ille, quanquam scio illum aliter referre Mart. Laud. & Car. Alex. ibi illum quidem, col. 2. vers. & nota quod vbi, hunc col. quoque 2. vers. eiusdem initij, videlicet, quod si tenor inuestituræ dicat, quod dominus inuestit vasallum in feudum nobile & gentile, id feudum nobilitat vasallum: quia illa verba videntur posita in fauorem ipsius vasalli, non rei feudalis. Nam res propter personas dicuntur. d. l. iustissimè, & d. l. in pecudum. Et ita eos quoque refert Zasius in tracta. feud. in 2. cap. 5. partis, ad medium eiusdem 2. c. quibus tamen non aliter assentitur, quàm si domino ita infeudanti, adsit authoritas siue potestas nobilitandi, & sequitur Carol. Moli. in commentariis consuetudinum Parisi. tit. 1. §. 9. gl 3.

De eadem re.

5 ¶ Nam & quod hanc Zasij sententiam admodum confirmat, idem And. Iser. alibi, scilicet in c. j. §. si verò contigerit, circa medium, tit. de pac. iura. fir. postea quam elicuit ex præcedentibus, quòd aliquis de allodio suo potest feudum facere, illud mox subiungit. Sed quomodo, si burgensis (ita rusticum vocat siue ignobilem, vt ex sequentibus patet) hoc faciat, cum non sit nobilis, & per infeudationem contrahitur nobilitas paradogium. c. j. & tit. quis dica. dux quo modo item dabit nobilitatem, quam non habet, contra regulam, Nemo dat quod no habet. l. traditio. ff. de acq. rer. domi. & l. nemo. ff. de reg. iur. Dic quod hoc fecerat cum voluntate, permissione, vel confirmatione principis, qui nouas dignitates potest constituere. l. 1. C. de metro. Bery. lib. 11. Et tunc princeps videtur facere, cum authoritatem faciendi dat. l. 2. §. quicunque. C. de veter. iure enu. Et cum confirmat id, per quod dare videtur. l. lege obuenire. ff. de verb sig. & §. interim, in auth. de defen. ciui. & in §. vlt. & ibi gl. Instit. de tutel. Hactenus ille.

De eadem re.

6 ¶ Verum Iac. Bel. hanc rem latius cæteris pertractauit in procemio feudorũ, in 6. diuisione, Feudũ enim (inquit) aliud simpliciter nobile est, aliud minus nobile, aliud quadamtenus nobile, aliud simpliciter ignobile. Nobile dicitur, quod à papa, vel imperatore, conceditur in regnum, ducatum, marchionatum. Minus nobile, sed tamen nobile, quod a rege, duce, marchione conceditur. Aliquatenus nobile, quod ab habentibus feudum, à rege, duce, marchione, id est, à vasallis regis marchionis, conceditur aliis inferioribus. Ignobile verò quod conceditur ab istis inferioribus, minoribus, scilicet valuasoribus, qui & minimi dicuntur, à quibus nullam dignitatem consequi possumus, quæ omnia dicit probari ex c. 1. in princ. tit. qui feud. dar. pos. & in d. c. 1. in princ. & §. cæteri, cum gl. tit. quis dica. dux. & in c. 1. tit. de feud. marc. n. & 2. tit. seq. Et idem propemodum voluit Pet. Iac. tit. de cau. ex quib. domi. deb. amit. propric. in 10. dist. feud. Et hac distinct. secuti sunt Io. And. in addi. Spec. in rub. de præsc. co. vlti. Imo. in c. vlt. col. pen. vers. item secundum, de feud. Iac. Aluar. in procemio feud. in 2. diuisi. & in d. §. cæteri, col. 1. vers. no. quòd omnes illi, Mar. Laud. in d. c. 1. in 9. diuis. tit. qui feud. dar. pos. Io. Ray. in c. imperialem, col. 6. in 7. diuis. n. de prob. feud. ali. per Fed. Alex. con. 30. quonia omne datũ. col. pen. vers. ad septimum lib. 1. Card. Alex. in procemio feud. in 2. diuis. & ibi Ias. in 10. diuis. idem Card. in d. c. 1. col. 2. tit. quis die. dux, & Iaco. à S. Geor. in tracta. feud. in verbo, in feudum, col. 4. in 8. diui.

De eadem re.

7 ¶ Bal. autem in ipso feudorũ procemio, in pe. diuis. quæ ipsa est in pe. col. eiusdem procemij, Aliud, inquit, feudum nobile est, quod scilicet suum nobilitat possessorem, aliud burgense, vt ita, inquit, dicam, quod suum possessorem non nobilitat. c. 1. §. cæteri. quis dic dux. feudum enim antiquum sapit nobilitaté, sed non feudum nouum: quia nobilitas non nascitur in ictu oculi, vt no. in l. stemmata. ff. de gradi. cogn. Hæc Bal. quem simpliciter sequitur Philip. Deci. con. 53. placet mihi, col. 2. vers. quarto facit. Fuit autem aliquando, id enim obiter dicere volui, vt non in ictu oculi scribendum esset, sed in nictu, quod certè non malum erat. sed nec etiam in ictu malum est. Sed vt redeamus, Mart. Laud. Card. Alex. & Ias. quibus locis supra citauimus, Bal. vbi suprà reprehendunt in eo, quòd dicit feudum nouum non nobilitare, quia aliquando inquiunt, nobilitat, videlicet ducatus, comitatus, & id genus cætera, vti etiam suprà diximus. Adhæc idem Bal. in d. c. 1. §. cæteri, tit. quis dicat. dux. dixit cum tex. nobilitatem attribuere antiquitati, ita vt omne antiquum feudum possit dici nobile. Quem illic sequi videtur Card. Alex. col. 2. vers. iussu ex eo.

De eadem re.

8 ¶ Idem Bal. in c. inter dilectos, col. 3. vers. item scias quòd non est, de fide instr. dicit quòd feudum nobile dicitur, aut quia nobilem inuenit, seu recipit ad se, aut quia nobilem facit, ar. l. filius, ff. de donat. Sed & idem con. 129. factum proponitur in terminis, col. 1. vers. circa tertium sciendum est, lib. 2. dicit eum latius dici nobilem, & inter nobiles connumerandum, qui habet iurisditionem, merum, & mixtum imperium, ex priuilegio, vel consuetudine, non tamen tyrannica, & nihil allegat. Idémque voluit Cepo. in tract. de impe. mili. delig. in materia nobilitatis, in 25. op. Quibus satis concinit quod suprà diximus ex Guid. Pap. num. huius cap. 2.

De eadem re.

9 ¶ Lucas Pen. in l. cũ neque, in fi. C. de incol. lib. 10. dicit quòd rusticus emens feudũ nobile, non ex hoc fit nobilis, tum per eum tex. vbi qui emit domũ Decurionis, non propterea fungitur munere Decurionis. Cui adde alium tex. in l. 2. C. de præd. & om. reb. nauic. co. lib. 10. vbi nauicularius non fit, qui emit rem naucularia: Tum quia res hominibus accedunt, nõ rebus homines, per d. l. iustissimè. ff. de ædil. edict. Cui posteriori rationi (vt hoc illi addã) concinẽs Pericles apud Thucydidem li. 1. Nõ possessiones (ait) viros, sed viri possessiones nanciscũtur. Neq; enim, vt alibi dicã, locus hominẽ sanctificat, sed homo locũ. c. multi, & c. illud, & c. nos qui, & ferè per totum. 40. di. Nec è diuerso, lupanaria infamant castitatem, sed castitas loci abolet infamiam. c. tolerabilius. 32. quæ. 5. Et vt scribit Rabbi Iosephus Hyssoparus in libello, cui titulus est, Lanx argentea, Vir dat loco suo honorem, sed no vicissim viro locus. Et vt è nostris dicit Masuer. tit. de Taliis. §. item & la persone, Persona rem nobilitat, nõ res personam. Nã & scribitur Mach. 2. c. 5. Nõ propter locũ, gentẽ: sed propter gentem locum Deus elegit.

De eadem re.

Homines non rebus, sed res hominibus accedere.

10 ¶ In quam etiam sententiam Democritus apud Diogenem Laertium, non ex loco gloriam aucupari volebat, sed loco gloriam imponere, οὐκ ἐκ τόπου δόξαν λαβεῖν βουλόμενος, ἀλλὰ τόπῳ δό ξαν περιθε-

In idem.

ξαι περιθεῖναι περιλόμενος. Ornanda est enim dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda, vt scribit Tullius lib. 1. offic. Nam si euenerit, domum amplam atque magnificam, dominũ ignauum rudémq;, atque ignobilẽ fuisse sortitã, quid aliud dicemus, quàm aut illud Ennianũ ab eodem Tullio relatũ, O domus antiqua, heu quàm dispari dominaris domino: Aut etiam illud, quod ille non domum possidet, sed ab ea possidetur. quod de indocto quodam adolescente, qui domum præclaram ædificarat Apollonius Thyaneus apud Philostratum lib. 5. testatus est. Quibus addes quæ dicemus in c. 12. num. omnium postremo.

11 ¶ At idem Lucas Pen. in l. mulieres, col. 2. vers. quarto ex comitatu. C. de dign. li. 12. scribit nobilitatẽ procedere ex comitatu, baronia, vel dominio, quod homo in homines, & fideles suos habet, etiam si castrum vnicum habeat, per d. c. 1. quis dic. dux. Et hac, ait, nobilitas, non quæritur ex alio feudo, quàm in quo sunt vasalli & fideles, secundũ And. Iser. in c. 1 in fi. tit. de ca. qui cur. vend. Et ita quidẽ, vt subdit Lucas, vt nõ sint pauci, sed multi vasalli, vt dicit voluisse eundẽ And. in c. 1. §. vlt. an quib. cau. feu. amit. vbi id non ita expresse dicit, sed id tantũ, quòd per infeudationem nõ nobilitatur accipiens, propter valorem vnius vnciæ. Modica enim, inquit, non curat Prętor. l. omnino. ff. de impen. in re dot. fac. & l. in rebus. §. possunt ff. commo. & idem voluit Matthe. Afflic. ibi, col. vl. nu. 302. Subiungit autẽ Lucas, vt ad eum redeamus, præmiũ dignitatis siue nobilitatis esse, subditos habere. §. volumus, in auth. vt iud. sine quoc. suffrag. & eos quidem locupletes, per quos imperium abundare dicitur. §. 1. vers. considerauimus, eo. tit. quanto enim quisque maioribus præest, tanto & ipse maior est, & honestior. § nos igitur, in auth. de defen. ciuit. vnde & illud, Gloria regis in lata gente, & in diminutione populi contritio principis. §. his ita, vers. item Dauid. 1. q. 4. Et quanto quis maiora tractat, tanto & ipse maior est. c. de his verò, de consecr. dist. 5. Et scribit Salustius in proœmio Catilinarij, Maximam gloriam in maximo imperio esse. Tandem verò concludit ipse Lucas Penna, non veram esse nobilitatem, si ab alio quàm à principe teneatur castrum siue feudum, ar. d. c. 1. tit. quis dic. dux. & l. 1. & ibi no. C. de domesti. & protect. lib. 12. & l. 1. in fi. C. de pręp. labo. eo. lib. 12. & eorum quæ ipse scripsit in l. vniuersos. C. de decurio. lib. 10. *De eadem re.*

12 ¶ Pau. Cast. con. 461. visis & diligẽter examinatis, col. pen. vers. sed ad hoc respõdeo, li. 1. dicit, quòd nõ ideo feudum nobile dicitur, quod habeat dignitatẽ annexã, cùm etiã tenuissima, & vilissima quæque castra cõcedantur in feudũ nobile: sed ita dicitur feudũ nobile à seruitio & pstatione: s. quãdo pro feudo quædã præstatio nobilis fortè annui vnius accipitris, aut canis, & nil aliud pręstatur. Nõ nobile, cũ sit quędã seruilis aut durior pręstatio, siue seruitiũ, cuiusmodi ea sunt, inquit, de quib. p Spe. ti. de feudis. §. qm̃, col. pe. ver. & nota q̃ vasalli. Hæc Pau. *De eadem re.*

13 ¶ Matthæus Afflic. in proœmio constitutionum Siciliæ in 25. quæst. paulò ante fi. dicit, quòd si à principe cõceditur feudum, vt sit quaternatũ, cõtrahitur nobilitas. & dicit hoc velle And. Iser. in d. c. 1. quis dicat. dux. & in d. c. 1. tit. de capita. qui cur. vend. Idem quoque Matth. in constit. incip. vt vniuersos, col. 8. in 5. no. dicit per infeudationẽ factam à comitibus & baronibus, nõ contrahi nobilitatem, & allegat quoque ipsum And. Iser. in illis duobus locis, in quibus tamen nil aliud dicit quam quod supra ex eo diximus. Idẽ denique Matth. in c. 1. col. 3. tit. quis dic. dux. post aliorum sententias relatas, ita cõcludit, id feudum nobilitare, quod datur à rege, & quod haber vasallos in numero copioso, siue feudum sit nouum, siue antiquũ. Sed vbi haberet à rege & non haberet vasallos, non contrahitur paradochium, id est, nobilitas, nisi princeps fecisset eum nobilẽ. Quod si feudũ habens vasallos ab inferiore concederetur cũ assensu regis, induceretur nobilitas. Igitur, inquit, qui præest alicui castro vel villæ vbi sunt vasalli, dicitur habere nobilitatem & dignitatem vt dicit velle Io. Andr. in c. cùm olim, de præbe. & Bal. in eo ipso c. 1. Sed & idem Matth. alibi scilicet in c. 1. §. ex eadẽ lege. tit. de leg. Corra. dicit quòd rustici possunt emere feuda etiam vasallis non consentientibus, & tunc desinũt esse rustici, & efficiuntur nobiles. Et sæpe alias dicit simpliciter per infeudationem contrahi paradochium, id est, nobilitatẽ, scilicet in c. 1. col. 3. nu. 26. tit. an ille qui interfe. fra. dom. idẽ in c. vlt. col. 6. nu. 88. dicit feudũ etiã quod datur à rege non nobilitare, nisi sub se habeat vasallos. *De eadem re.*

14 ¶ Hæc quidẽ nostrates. Ego verò in ea sum sentẽtia cum aliis suprà citatis, vt si imperator, vel rex in suo regno, vel etiam alius, qui ius habet conferendæ nobilitatis, cõcesserit feuda illa regalia, quæ diximus, aut etiam alia nobilia, ignobili cuipiam, quem scit ipse esse ignobilem, illi eo ipso nobilitatem concedere videtur, ar. not. in l. quidam consulebant. ff. de re iudi. Quòd si alius cui id ius non sit, ea feuda concesserit, non video, quomodo is cui concessa sint, ex eo nobilitetur, nisi si princeps qui id ius habet, cõfirmauerit. Alioqui nullus erit rusticus, siue ignobilis locuples, qui nõ à quocunque feudũ nobile habẽte, nobilitatem sibi acquirat, id feudum emendo multo pluris, quàm valeat, si iusto precio habere non possit. Nec tamen nobilitas pecuniis comparari potest. Nam vt dicit Euripides apud Stobæum Ser. 85. *Authoris sententia.* *Nobilitas pecuniis cõparari non potest.*

Μόνον δ᾽ ἂν αὐτὰ χρημάτων οὐκ ἂν λάβοις,
Γενναιότητα, κἀρετήν. Id est, vt traduxit Gesnerus. *Rusticus potest emere feuda nobilia.*
Hæc sola pecuniis comparari non possunt,
Generositas, inquam, & virtus. Licet tamen rustico feuda, dignitates, & iurisdictiones quæ

ſunt in patrimonio, vti ſunt In Gallia feuda omnia, vt alibi diximus, emere & acquirere, vt dicit Bal. in c. j. §. ex eadem lege, co. 1. ver. & eſt notandum, per eum tex. tit. de lege. Corra. quem ſequuntur ibi Iac. Aluar. col. 2. verſ. no. ab extra, & Car. Ale. co. etiam 2. verſ. & eſt notandum. & Panor. conſ. 3. nitat in præſenti, in 22. q. lib. 2.

Ruſtici an infeudare poſſint.

15 ¶ Nã & è diuerſo, ruſtici ſiue ignobiles poſſunt infeudare, modo habeant liberam bonorum adminiſtrationẽ, vt dicit idem Bal. poſt Iac. Ra. in c. j. §. marchio, col. vlt. verſ. ſed hodie, tit. de his qui feud. dar. poſ. per tex. in c. j. §. noui. tit. per quos fiat inue. & ſequuntur Iac. Aluar. & Car. Alex. in d. §. marchio, quem leguntẽum prin. illius tit. vterque col. 2. verſ. nota quòd ſecundum iſta iura, nam id Car. ad verbum ſumpſit ex Alua. vt alia pleraque. & Iac. à S. Geor. in tract. feud. in verbo, in feudum, col. 4. in 8. diuiſione feudorũ, verſ. dicit enim. Et ita Aluar. & Car. vbi ſuprà dicunt voluiſſe Innoc. & Car. Flrent. in c. verùm, de foro comp. ſed in meo codice non reperi, ſed illud tantum dixiſſe Innoc. ſtatim poſt princ. quemlibet dominũ quantumcunque vilem & ruſticum, habere iuriſditionem ſuper rebus feudalibus.

An dominus teneatur inueſtire ignobilẽ qui à nobili emit.

16 ¶ Qua in re tamen illud admodum notandum eſt, quod ſcripſit Pet. Iacob. in tit. de act. in rẽ pro re feudali, col. 2. verſ. attamen dominus, quòd ſi nobilis vendat feudũ ruſtico, nõ tenetur dominus illũ inueſtire, & ſequitur Guid. Pap. deciſ. Delph. 415. ego emi, co. 2. vbi tamen dicit aliud obſeruari in Delphinatu, vti etiã obſeruatur in Gallia. veruntamẽ tenentur ignobiles, qui huiuſmodi feuda acquiſiuerint, pro iis quippiã ſoluere principi, vti cauetur ordinationib. principalib. in id factis, quas vulgò vocãt *ordonnãces des frãcs fiefz et nouueaux acqueſtz.*

Ad idem.

17 ¶ Illi autẽ ſententię ſtipulatur altera Spec. tit. de feudis. §. quoniã, ver. 30. quòd ſi dominus à vaſallo requiſitus feudum emere, recuſauerit, poterit vaſallus alteri vendere, modo is ſit nõ inferioris qualitatis. Nam ſi nobile vendat ignobili, non tenebitur dominus illum in vaſallum recipere, aut ſaltem poterit ipſum priorẽ vaſallum retinere. Nam is per ſubrogationem huius ignobilis non videtur liberari ab homagio, per l. nemo. ff. de duob. reis, & l. veteres. C. de contrah. & commit. ſtip. & l. 2. C. de fund. limit. li. 11. Et ſic dicit ſeruari in pleriſque locis.

An in venditione bonorum veniãt feuda nobilia. Bonorum appellatione an contineantur feuda.

18 ¶ Poſtremo hic locus me admonet dubitationis, quã fecit And. Iſer. in c. 1. in fi. prin. tit. de Ca. qui cur. vend. de vaſallo qui habet bona feudalia & allodialia, quiq; ſimpliciter vendit alteri bona ſua, an videatur vendidiſſe feuda. Is autem (ne illũ putes in hoc feciſſe dubium) cenſet appellatione bonorum ſimpliciter, comprehẽdi feuda, de quo nos latè diximus in rep. l. ſi vnquam, in verbo, bona, nu. 10. ſed verũ C. de reuo. don. & in noſtro tract. retractuũ, tit. 1. §. 1. gl. 3. in verbo, *aucuns biens*, nu. 9. igitur vt ad caſum, & nu. 12. eodẽmque vlt. an autẽ verũ. Tamen ipſe And. dicit illũ nõ videri id feudũ vẽdidiſſe, ſine quo remaneret ignobilis, niſi cõtrarium apertè probaretur, ar. l. qui pec. ff. de pec. Ex quo illud potes intelligere, ꝙ ſi quis effectus eſt nobilis ex acquiſitione feudi nobilis, eã nobilitatẽ pdit, ſi id feudũ vẽdat, aut aliter relinquat.

Militia an nobilitet. CAP. VIII.

Nobilis ob feudum nobile deſinit eſſe nobilis, ſi feudum habere deſinat. Militia an nobilitet.

1 MIlitia nobilitat, vt quiſquis eſt miles, is quoque cõtinuò ſit nobilis, vt clanculũ voluiſſe videntur Hoſt. & Io. An. in c. eo libentius, vterque in verbo, militiæ clericali, & ibi quoque Car. Flo. & Pet. Anc. vterque poſt prin. Ant. & Pan. vterque ad fi. ext. de ſer. non ord. & apertè ſentit Bar. in l. 2. §. in filiis. ff. de Decu. & expreſsius voluit Sal. in l. 1. col. 4. in 5. q. in fi. C. de iuris & fac. ign. Et Lucas Pen. in l. j. col. j. C. de cond. in pub. hor. lib. 10. & Domi. in c. grandi, in 2. not. de ſupp. neg. præ. lib. 6. Io. Rayn. in ſuo tract. nobil. col. 4. & Guid. Pap. dec. Delph. 388. quo vero ad doctores, col. 2. verſ. quarto ſi militia. & ſing. 331. legitimatus. verſ. militia nobilitat. & nouiſsimè And. Ale. in lib. de ſingulari certamine. c. 30. vbi hanc dicit fuiſſe ſententiam Ioannis Iacobi Triuultij, magiſtri equitum Franciſci regis, & iterum c. 34. vbi ex hoc dicit militem origine ignobilem poſſe prouocare nobilem ad duellum.

De eadem re.

2 ¶ Pro quibus facit tex. in l. 2. in prin. ibi, præclaram nobilẽmque militiam. C. de primice. lib. 12. & in l. inter alias, quæ eſt pe. ibi, militari dignitate. C. de pal. ſac. largi. eo. lib. & in rubr. C. qui milit. poſ. ibi, ad militiæ dignitatem aſpirantibus, lib. 12. & in c. cum eſſent de ſim. vbi qui primum dicitur nobilis. poſtea miles appellatur, & in c. militare, ibi, dignitatis ſuæ miles adſcribitur. 23 quæſt. 1. & in l. ij. C. vt nemo priua. vbi ex eodem delicto aliter miles, aliter plebeius punitur. tanquam qui miles eſt, iam non ſit plebeius. infrà autem oſtendemus, plebis & plebeiorum appellatione, ignobiles tantum contineri, non etiam nobiles.

Miles & priuatus. vt diuerſi.

3 ¶ Sed & in pleriſque aliis iuribus, miles & plebeius, atque etiam miles & priuatus ponuntur vt diuerſi, & ſeparati, vt de primo eſt tex. in l. milites, & l. diuo. C. de quæſt. vbi milites plebeiorum pœnis non ſubiiciuntur. De ſecundo in l. ſed & milites, in prin. duobus in locis, & iterũ, §. ſcribit. ff. de excuſ. tut. & in l. ne quid. §. vlt. ibi, aut militem, aut priuatum. ff. de incen. rui. nauſ. & in l. j. in prin. ibi, quicunque militum, vel priuatorum. C. quando lic. vni. & in l. nolumus, ibi priuatis & militantibus. C. de teſtam. & in l. j. verſ. ſi quis autem. C. de fal. mon. & in l. quiſquis. C. ad le. Iul. maieſt. & in l. ne cui, in fi. C. doc. & in l. j. verſ. his itaque. C. de com. ſer. manu. & in auth. vt nullus mut. agri. ad fi & in §. vlt. verſ. quia verò duplex, in auth. de hær. & falc. & in §. ſed neque, verſ. hoc autem, in auth. de ſanctiſ. epi. & c. ſi quis, in prin. 6. q. 1. vbi gl.

expreſſe

expresse no.milites non esse priuatos. Illi autẽ sunt & dicũtur priuati,qui sunt sine dignitate, vt dicit gl.in c.denique.4.dist.& in c.qui contra pacem.24.q.1.quã ad hoc expendit Bar. in c.consultationibus,col.2.extrà de don. Vt scilicet militia sit dignitas,& milites non dicantur priuatę personę.de quo & per eundẽ in c.quãto de mag. Et dignitas propria est nobilitatis,vt declarat Salust.in Iugurthino bello,cũ dicit, Namq; cœpere nobilitas dignitatẽ in superbiã populis,libertatẽ in libidinẽ trahere. Ex quo sequitur milites esse in dignitate,& sic quoq; in nobilitate. Facit præterea in hanc partem tex.in auth.vt nullus mut.agr.in illis verbis. Ne priuati quidẽ homines putent legẽ contra se solummodo esse positã,milites autẽ,altiore niteteś fastigio,legẽ contra se non esse prolatã existiment. Et paulo post,securis militibus, qui præsenti legi non esse obediendum existimãt, quòd cingulo denudati inter priuatos habebuntur. Adde quòd imperatores & reges non dedignantur militũ nomẽ & titulũ sibi assumere,cùm cęteros milites cõmilitones appellãt,vt dicemus infrà c.37.nu.52.incip.similiter licet donatiõ. *Priuati qui dicantur.* *Dignitas nobilitatis propria.*

4 ¶ Attende tamen super hoc, quòd non quælibet dignitas nobilitat, vt declaratur per Bar.in d.l.1.col.2.vers.secundo quæro.C.de dign.lib.12. Nam & inter seruos omnium hominum abiectissimos dignitas est,vt voluit gl.in c.denique.4.di.& bene probat.l.habitatio.§.seruus.ff. de ven.in poss.mit.& l.sed & si quid.§.sufficienter.ff.de vsufru. vbi ita scribitur,sufficienter autem alere & vestire debet,secũdum ordinem & dignitatem mancipiorum. Nam & seruus, respectu alterius serui,potest dici dominus,vt probat tex. in l.si seruus.ff.de pecul. Et,vt est in veteri prouerbio apud Aristotel.lib.1.Politicorũ.c.4.hoc senario, *Non qualibet dignitas nobilitat.* *Dignitas in seruis.* *Seruus alterius serui dominus.*

δοῦλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου. Seruus ante seruum,dominus ante dominum. quo significatur,in eodem genere hominum non omnes æquales esse,sed alterum alterum antecellere:nobilem,alterum nobilem:ignobilem,alterum ignobilem. Et,quod magis mireris,seruum respectu alterius serui,dici nobilem & generosum. *Prouerbium.*

Quod Euripides apertè declarauit in Helena,

Ἐγὼ μὲν εἴην, καὶ πέφυκ' ὅμως λάτρις
Ἐν τοῖσι γενναίοισιν ἠριθμημένος
Δούλοισι, τοὔνομ' οὐκ ἔχων ἐλεύθερον.

Ego quidem sum, & existo tamen seruus
Inter generosos numeratus
Seruos,nomen non habens liberum.

Rursúsque in eadem fabula.

Πρὸ δεσποτῶν
Τοῖσι γενναίοισι δούλοις εὐκλεέστατον θανεῖν.
— Ante dominos
Generosis seruis gloriosissimum mori.

Notum est autem olim seruos atticenses fuisse cæteris digniores & notiores. Ex quo illud Ciceronis in Paradoxis,In magna familia sunt alij lautiores,vt sibi videntur serui atticenses. Est que discrimen inter dignitatem, & nobilitatem, vt satis probat illud Quintiliani lib.6.c.1. Periclitantem commendat dignitas,& studia fortia,& susceptæ in bello cicatrices,& nobilitas. Ideoque si militia etiam esset dignitas,de quo paulo post dicemus,non tamen ex hoc necessariò sequeretur quòd nobilitaret.

5 ¶ Et sunt sanè multi,qui tenent militiam neque dignitatẽ esse, neque nobilitatem cõferre, & ij quidem illis multo numerosiores,qui primam partem tenuerũt. Et inter hos gl.in l.vnica, in verbo,prohibemus.C.nego.ne mi.lib.12.& in l.1.& ibi Io.Plat.C.de dig.lib.12.Io.And.in addit.Spec.tit.de testib.§.1.vers.item excipitur quòd miles.Sign.cons.23.q.dispu.col.2.Bart. in d.l.1.col.10.vers.quarto infertur ex prædictis.C.de dign.lib.12.& in l.ex eo tẽpore.in prin. ff.de test.mil.& cons.incip.quidã capitaneus, vt à nonnullis citatur,sed non reperi. Et Lucas Pen.sibi contrarius in l.mulieres,col.2.vers.quinto secundum quosdam.C.de dign. lib.12.& in l.errat,col.antepe.C.de castr.pec.eo.lib.Io.Fab.in l.milites.C.de q.& in rub. Instit.de mil. test.Bal.& Ang.in l.filiusfam.§.veterani.ff.de procur.Bal.in l.testamento.la.1.in fi.C.de test. mil.Sal.in l.non prohibentur. C. quiaccu. Albert.in l.milites.C.loca.Aluar.& Car.Alex.in §.si miles adnersus,tit.de pace tenen.Ant.in c.Raynunus,col.19.extra de testam.Imo.& Panor.in c.in nostra,de procur.Panor.& Io.And.in c.quanto,de magi.Paul.Cast.cons.125. dubitatur primo, in 4.dubio,lib.2. vbi tamen dicit,quòd in multis ciuitatibus ex consuetudine milites sunt nobiles. Rom.sing.507.an sit militia dignitas,& in l.diem functo.ff.de assess.Io. Plat.in d.l.1.col.pen.C.de dign.lib.12.Mart.Laud.in tract.de milit.vers.15.incip. militia si iungatur.Ang.Aret.in §.vlt.col.vlt.Inst.de test.mil.Alex.in d.l.diem functo,col.5.ver.tamen puto veram.ff.de offic.assess.& Ias.qui hoc tribus modis limitat,in l.pen.in 4.not. C.de pac. Lance.Gal.in rep.l.centurio,col.4.vers.quarta cadit dubitatio.ff.de vulg.& pup.sub. Matth. Afflict.in c.1.col.5.vers.quinta nobilitas, tit.quis dic.dux. *Qui negãt militiam nobilitare.*

6 ¶ Et hæc sententia multis rationibus comprobatur. Nam & si olim apud priscos Romanos libertini nullo modo militarent,sequentibus tamen temporibus militare cœperunt,vt refert L.Florus lib.74.epitome Liuij. Id que postea à iure ciuili receptum est, per tex.in l.si duobus. *Libertini an militare possint.*

ff. de testam. mil. & l. operis obligatus. ff. de ope. lib. & l. vlt. C. de libert. & eor. fil. cum si. ibi adductis. Imo etiam serui ad militiam aspirare possunt. l. super seruis. C. qui mil. non poss. lib. 12. At non serui modo, sed & libertini ad dignitatem aspirare prohibentur. l. vnica. C. ad leg. Visce. cum si. & hanc rationem sentit gl. in d. l. vnica. C. neg. ne mil. Nam & Alexander Seuerus libertinos nunquam in equestrem ordinem redegit, asserens seminarium Senatorum equestrem locum esse, vt tradit Aelius Lampridius in vita illius.

Libertini ad dignitates non aspirant.

7 ¶ Praetereà infamia repellit à dignitatibus. l. infamia. C. de decur. li. 10. & l. 1. de infami. eo lib. 10. & l. neque. C. de decur. li. 12. Infamis autem miles esse potest, quod hinc liquidè patet. quia damnatus de crimine publico, fit infamis. l. infamem. ff. de pub. iud. cum si. Non tamen desinit esse miles. l. si quis filio exhaeredato. §. irritum. ff. de iniust. testa. & hanc quoque rationem adducit Fab. in d. rub. Insti. de mili. testa.

Infamis potest esse miles.

8 ¶ Deniq; sunt multi tex. facientes discrimen inter dignitatem, & militiam, tanquam militia non sit dignitas, in l. si quis, ibi, cuiuslibet militiae, dignitatisue, & rursus ibi, militiae, seu dignitatis. C. de offic rec. prouin. & in d. l. pen. ibi, militiae, vel dignitatis. C. de pac. & l. vlt. ibi, dignitate, vel militia, & statim post, militiae, vel dignitatis. C. de paganis, vbi etiam Salyc. ex hoc not. expressim, militiam non esse dignitaté. & l. vlt. ibi, militiae, vel dignitatis. & rursum, ibi, in militia connumerati fuerunt, vel qui dignitatem aliquam praetendunt. Sed & in calce cùm dicitur, militia cingulo, seu dignitatis honore. C. de iurisd. om. iud. & l. vlt. C. com. & merca. & l. j. ibi, militia, vel dignitas. C. in quib. cau. mili. & in l. j. versi. his itaque, ibi, militis, seu priuati. C. de com. ser. manu. & l. nullus. C. ad leg. Iuli. maie. ibi, militiae, vel generis, aut dignitatis defensione, vbi non tantú fit discrimen inter militiá, & dignitate: sed & inter eandem, & genus siue nobilitatem. & in l. sordidorú, ibi dignitatis, aut militiae. C. de excu. munet. li. 10. & in l. pe. ibi, quaedá militia, aut dignitas, & rursum in l. vlt. ibi, militiae, vel dignitas. C. de cohor. li. 12. & in l. vlt. ibi, non militia, sed dignitas. C. qui mili. non pos. li. 12. & l. 3. ibi. dignitatis. seu militiae. C. de digni. lib. 12. & in. §. sancimus, ibi, dignitatis, aut militiae, in authen. de testib. vbi Bar. in fin. not. quòd militia non est dignitas, cùm ibi ponantur vt species separatae, & in §. quia verò, le. 1. ibi, dignitatis, & militiae, in authe. vt lice. mat. & auiae. & in §. 1. ibi dignitatibus, & militiis, in authen. vt neq, mil. neque fed. vbi & ex hoc no. Bart. q militia non est dignitas, & in authen. vt diui. iussi. versic. ná praesenti, ibi, militia, aut dignitatis, & in §. adhaec sancimus ibi, & dignitates, & militia, in auth. de colla. & in d. c. qui contra pacé, ibi, dignitaté, aut cingulú militiae, 24. q. 1. Ná huiusmodi dictiones aduersatiuae, copulatiuae, & disiunctiuae ponuntur inter diuersa. id est, apertá demóstrant horum, inter quae ponuntur, diuersitaté. Primum probatur. in l. quodcunque §. si quis ita, & l. qui vsumfructú, & ibi glo. Bar. & alij. ff. de verbo. oblig. cum si. Secundum, per glo. omnibus notissimá in rub. ff. de iuris, & fac. igno. cum si. Tertium per glo. non minus vulgatam in rub. ff. si ager. vecti.

Militiam non esse dignitatem.

Sed ponitur inter diuersa.

Et, et Et, vel.

9 ¶ Nec obstat huic sententiae tex. in d. l. praeclaram. C. de prinic. Nam ea l. non loquitur de simplici militia, de qua nunc loquimur, sed de militia spectabilium tribunorum, vt is text. exprimit, dum dicit praeclaram nobilémque militiam spectabilium tribunorum. Et ita de iis tantùm militibus loquitur, qui caeteris praesunt, qui censentur habere dignitatem, vt etiam voluit Ioan. Plat. in d. l. 1. C. de Eque. dignit. lib. 12.

Responsio ad contraria.

10 ¶ Neq; similiter obstát iura, quae videntur assignare dignitaté militiae. Ná dignitas est nomé quoddá generale, quod multifariá accipitur, & plerunque impropriè accipitur, vt patet latè ex no. per Bar. in d. l. 1. in 1. & 2. q. & ibi quoque Io. Plat. col. 2. in 3. q. C. de dig. lib. 12. & voluit ante illos gl. in l. libert. r, per illú tex. & ibi quoque Bal. C. de oper. lib. & gl. in c. denique, in prin. 4. di. & in c. quia nónulli, de cleri. non resid. Et ex eo quod suprà diximus, seruos habere dignitaté. Sed nec omnis dignitas etiá propriè sumpta nobilitat, vt iá diximus, & lógè latéqs declarát Bar. & Plat. vbi suprà. Ná & non idé esse dignitaté cum nobilitate, apertè ostendit illud Ciceronis in 3. actione in Verré, Nó vt honos & dignitas notabilitati restitueretur. Ex quibus satis intelligis, dignitatem inesse nobilitati, at non nobilitatem omni dignitati:

Dignitatis nomen generale

Nobilitas & dignitas vt diuersa.

11 ¶ Nec obstant denique iura, quae faciunt discrimen inter priuatos, & milites. Nam priuati apud nos duobus modis dicuntur. Primo, ij qui non sunt in aliqua dignitate, vt diximus, aut in magistratu, vt probat illud Tullij Phil. 9. Saepe magno vsui Reip. Seruius Sulpitius & priuatus, & in magistratibus fuit. Et in oratione ad Equites Ro. antequá iret in exiliú, Cedá inermis armatis, innocens nocentibus, priuatus furibundo magistratui? Et in 2. in Verrem actione, Erit tum Consul Hortensius cum summo imperio & potestate: ego autem Aedilis, hoc est paulò amplius, quàm priuatus. Deinde qui non sunt ex eorum numero, quos priuilegiatos dicimus, cuiusmodi sunt milites minores, & id genus alij, vt per gl. in l. licet inter priuatos. C. de pac. & in c. priuilegia. 3. dist. Et in hoc postremo sensu, differunt à priuatis milites, quibus iura, multa priuilegia concesserunt. In primo auté sensu, milites & ipsi priuati dicuntur, vt in l. 4. ff. de muné. & hono. Vbi cú de militibus quicquá fuisset statutú, subiungit tex. Caeteri auté priuati. Constat enim dictioné caeteri, eam vim habere propriá germanámque, vt idem prorsus, & substantia, & qualitate implicet, & referat, licèt diuersum specie & nu

Priuati duobus modis dicũtur

Dictio Caeteri, quam vim habet.

& numero, vt voluerunt glo. & Bart. in l. non solùm. §. quæritur. ff. de procur. cum si.

12 ¶ Quid plura? tex. est in d. c. qui contra. 24. q. 1. qui palàm ostendit eos, qui priuati dicuntur, non propterea esse ignobiles, sed ex priuatis alios esse nobiles, alios ignobiles: vt proinde possis liquidò deprehendere, milites, etiamsi à priuatis differant, nō propterea esse nobiles. Primùm enim is tex. dicit, quòd qui contra ecclesiæ pacem sunt, si dignitatem, aut cingulum habent, nudentur eis. Si autem nobiles sunt, suarum substantiarum proscriptionem patiantur. Si autem ignobiles, &c. Ex quo etiam text. apertè comprobatur id quod suprà diximus, longè interesse inter dignitatem, & nobilitatem.

Nō omnis priuatus est ignobilis

13 ¶ Illud autem non prætermittendum, eos, quos nostra Francorum lingua, *Cheualiers* appellamus, quamprimùm eam dignitatem assecuti sunt, fieri nobiles, vel si anteà non fuissent, sed ij, milites non dicuntur, vel reclamantibus omnibus legum interpretibus. Verùm qui rectè locuti sunt, illos vocarunt Equites auratos. Quam appellationem primus omniū comperit Franciscus Philelphus, vt ipse scripsit lib. epistolarum 24. epi. 1. ad Albertum Parrhisium. At Laurentius Valla in suis Elegantiis li. 6. c. 22. Decuriones vocat, & approbat Bebellius in cōmentariis de abusione linguæ, vbi multa contra nostros interpretes congerit, qui hos milites appellāt, & nos quoque aliquid dicemus in tit. 10. consuetudinum Picta. §. vlt. in gl. 2. Quòd si interim scire vis militiarum genera, de quibus nostræ leges loquuntur veluti de re, quę vēdi, legariue potest, vide Andr. Alcia. lib. Prætermissorum. 1. in verbo militia. & Lęlium Taurellum in libello, bello quidem & scito, de militiis ex casu.

Cheualiers qui dicuntur, nobiles fiunt.

Militiarū genera.

14 ¶ Sed nec tamen omittendum, quòd licèt simplex illa militia non nobilitet, tamē si quis arte militari excellat, eiúsq; clarum specimen, & testimonium non semel præbuerit, sibi gradum ad nobilitatem parat, vt qui scientia, aut virtute excellūt, de quibus suprà diximus. ca. 2. 3. 4. & 5. Quin plurimi eos iam satis nobiles esse dicunt, vt & illos multi, quos in præcedentibus citauimus. Hanc enim magnam nobilitatem antiqui Ro. esse censebant. Salustius in Catilinario, Sic se quisque hostem ferire, murum ascendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat: eas diuitias, eam'q; bonam famā, magnam nobilitatem putabant. Tacitus libr. 3 de Sulpitio Quirino, Lanuuij, inquit, ortus modicis parentibus, & opibus, militiā clarus, Cōsulatū sub Augusto meruerat. Igitur militiā clarus, id est, nobilis, vt docuimus suprà c. 2. nu. 8. sed & hinc. Probus Aemilius. Iphicrates, ait, Atheniensis non tam magnitudine rerum gestarū, quàm disciplinâ militari nobilitatus. Et Liuius 1. deca. lib. 6. Centurionem inquit nobilem militaribus factis. Et li. 7. de Sexto Tullio, Septimùm primipilo, vir, inquit, factis nobilior. intelligit enim de factis militaribus. Iterúmque lib. 10. per virtutem Imperator acciri iubebat nobilissimum quemque genere factísque. Et in hanc quoque sententiā versus sunt Euripidis, quibus apertè ostendit nobilitatem parari ex militia eiúsque laboribus: ignobilitatem contrà ex ocio & militiæ odio & vacatione. Hi autem sunt apud Stobæum ser. 49.

Νεανίας γὰρ ὅστις ὢν Ἄρη στυγεῖ
Κόμῃ μόνον, καὶ σάρκες, ἔργα δ' οὐδαμοῦ.
Ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον, aut, vt alij legunt, *εὐπροσηγόρως ἡδὺς βίος*
Ὥς τ' ἄλλος ἔξωθεν τοῖς ἐν πράγμασιν:
Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι στέφανος, οὐδ' εὐανδρία,
Εἰ μή τι καὶ τολμῶσι κινδύνων μέτα:
Οἱ γὰρ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐανδρίαν,
Ἡ δ' εὐλάβεια σκότον ἔχει κατ', aut, vt alij habent, *καθ' Ἑλλάδα*
Τὸ διαβιῶναι μόνον ἀεὶ θηρωμένη.

Apud Turcas autem ij maximè nobiles existimantur, qui stipendia ex militia à principe accipiunt, vt scribit Petrus Bellonus lib. 2. obseruationum, c. 95.

Qui excellunt arte militari an sint nobiles.

15 ¶ At illud minimè dubium, quòd si quis à principe exercitui præficiatur, is satis nobilitari tacitè videtur. Nam & hi apud Romanos nobiles existimabantur, & in maximo dignitatis gradu collocati. Tullius in oratione pro Murena, scribit duas artes esse, quæ locare possunt hominem in amplissimo dignitatis gradu, quarum alterā imperatoris esse dicit. Imperator enim dicebatur, ductor exercitus, præfectus copiarū. Cuiusmodi fuit, qui Hebræis, princeps exercitus dicitur, de quo Gen. 21. & 2. Reg. 24. & magister militiæ, eiusdem li. c. 19. & Gen. 37. & alibi sæpe, & Princeps militiæ 4. Reg. 5. c. & Iudith. 2. & Hieremiæ 39. vbi 70. interpretes vocant *ἀρχιμάγειρον*, vt & annotauit D. Hieronymus in Esaiam li. 7. Nostris quoque legibus, magister militum vocatur, & in l. 1. C. de exib. reis & in l. 2. & l. vlt. C. de Decuri. li. 10. & l. vlt. C. de Comiti. rei milit. lib. 12. vbi is inter illustres ponitur, & l. viros. & l. vl. C. de diuer. offi. eo. li. 12. & l. vlt. C. vt dig. ord. ser. eo. li. 12. vbi Magnificus vocatur. Ex quo D. Claudius Seissel. in d. l. §. 1. co. 3. ver. addo etiā ff. de eo, cui man. est iurisdicit eūdē esse magnificū, & illustrē. Et in §. 1. in auth. vt ord. prefec. vrb. vbi *ἐνδοξότατοι* vocatur, id est, gloriosissim⁹, quod peręquè valet, ac nobilissim⁹. gloria enim & nobilitas eadē est, vt agnosces ex his quę dicā, infrà c. 21. nu. 3. sed illud. Ex quo etiam est illud Horatij li. Ser. 1. Sat. 6. quod nos alibi ad aliud adduximus,

Nec quòd auus tibi maternus fuit atque paternus,

An qui à principe exercitui præficiuntur.

Imperator quis sit.

Princeps exercitus.

Magister militiæ & militum.

Magnificus & illustris idem.

Olim qui magnis legionibus imperitarint:
Vt plerique solent, naso stupendus adunco
Ignotos, vt me libertino patre natum.

Vides enim illic pro magna nobilitate esse, quòd legionibus imperitarint. In ea enim Satyr. nil aliud quàm inuehit in eos, qui nobilitate maiorum gloriantur.

16 ¶ Porrò Romæ sub templo Concordiæ, inuentus est Cippus hac inscriptione,

Vetus inscriptio.

FL. STILICHONI. V. C.
FLAVIO STILICHONI INLVSTRISSIMO VIRO
MAGISTRO EQVITVM PEDITVMQVE,
COMITI DOMESTICORVM, TRIBVNO PRAETORIANO
ET AB INEVNTE AETATE PER GRADVS CLARIS-
SIMAE MILITIAE AD COLVMEN GLORIAE
SEMPITERNAE ET REGIAE ADFINITATIS EVECTO,
PROGENERO DIVI THEODOSI COMITI DIVI
THEODOSI AVGVSTI IN OMNIBVS BELLIS
ADQVE VICTORIIS, ET AB EO IN ADFINITATEM
REGIAM COOPTATO ITEMQVE SOCERO D. N.
HONORI AVGVSTI APHRICA CONSILIIS EIVS
EX PROVISIONE LIBERATA EX S C.

Quã inscriptionem nobis scriptã reliquit Barptolomæus Marlianus li. Topographiæ vrbis Romæ 2. c. 10. Ex qua potes multa intelligere maximè notanda, scilicet Magistrum equitũ & peditum dici, qui alibi Magister militiæ vel militũ dicitur: idq; muneris magnã nobilitatẽ, dignitatémq; parere, vtpote cùm vir clarissimus, & vir illustrissimus dicatur, qui ei præfuit. Illæ enim notæ V. C. positæ in titulo inscriptionis, significãt, viro clarissimo. Ex quo itẽ vides eãdẽ esse dignitatẽ illustrissimorũ, & Clarissimorũ, vt annotarũt nõnulli recentiorũ in d. l. 1. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. Præterea, quod extra rẽ est, sed obiter volui dicere, eo tempore inlustris, non illustris scribi solitũ. Et adq; pro atq;. Adhæc genitiuum nominũ in ius finientiũ, per simplicẽ i, fuisse pronunciatũ, videlicet Theodosi, Honori. Denique huiusmodi inscriptiones ex Senatus consulti authoritate fieri sollitas.

Illustrissimorum & clarissimorũ eadem dignitas.
Inlustris pro illustris

17 ¶ Deniq; vt redeamus, Hic Stilicho is est, de cuius laudibus tã multa scripsit Claudianus. Et quia in alia inscriptione ab eodẽ Marliano posita, eiusdem operis li. 1. c. 5. vocatur Magister vtriusque militiæ, intelligis eundẽ esse magistrũ equitũ & peditũ, & magistrũ vtriusq; militiæ. Apud antiquos autẽ Ro. vocabatur Tribunus Celerũ, qui equitibus præerat, veluti secũdũ locũ à regibus obtinebat, vt scribitur in l. 2. §. q ad magistratus. ff. de ori. iur. Sed & posteà Tribuni militũ creati sunt Cõsu. potestate, vt & ibi scribitur in §. deinde. De quib. etiã fit mẽtio in l. Tribunus militũ. ff. de mil. test. & in l. vlt. C. e. ti. Quos Bud. noster eos esse putat, quos in Gallia Marescalcos vocamus. Hipparchos Græci vocant. Ex quibus itẽ illud planè vides eos satis nobilitari, quibus id munus à principe demandatur. Nam & Matth. Afflic. in constit. Siciliæ inci. constitutione præsenti, in 1. not. dicit, quòd licet simplex militia non connumeretur inter gradus dignitatis, ea tamen quæ cum præpositura est, vt sunt Capitanei equestres vel pedites, dignitatem habet.

Magister vtriusque militiæ.
Tribunus Celerum.
Tribuni militum.
Marescalci.

18 ¶ Sunt tamen nonnulli loci, in quibus simplex militia, eorum moribus nobilitat, ita vt cùm primũ quis ad militiã assumitur, is simul nobilis efficitur. Quod Perusij obseruari tradit Bar. in d. l. 1. co. 6. ver. examinemus ista verba, & iterũ co. 9. versi. quartò infertur, & ibi quoq; Ioan. Plat. co. 2. & iterũ 3. C. de digni. li. 12. Subdũntque vterq; in ciuitate Florẽtiæ aliter obseruari, nẽpe militẽ manere ignobilẽ, vt priùs erat. Sicubi igit ea erit cõsuetudo, vt militia nobilitet, ea seruãda est, vt quę vera ac ꝓpria mater nobilitatis, vel ignobilitatis sit, vt dicem infrà c. 10.

Militiam simplicem apud nonnullos nobilitatẽ esse.

19 ¶ Illud denique monuerim principes, vt dum huiusmodi militum & exercitus præfecturis prouident, ob oculos illud Euripidis in Archelao ponant apud Stobæum Ser. 86.

Φέρει δὲ καὶ τοῦτ' οὐ μικρὸν εὐγενὴς
Ἀνὴρ στρατηγῶν, εὐκλεᾶ τ' ἔχων φάτιν. Id est, vt vertit Gesnerus,

Non parum adfert momenti, si nobilis
Exercitus dux fuerit, & gloriosa fama insignis.

Nobiles exercitus duces constituendi.

Nã & nobiliũ, & maximè principũ maior est authoritas in milites, & militũ in hos obediẽtia quæ quantum momẽti habeant, disces ex Tullio in oratione pro lege Manilia, vt non immeritò Moyses, vt ipse Dicit Deute. c. 1. ex nobilibus cõstituerit Tribunos & Cẽturiones. De quo tamẽ loco dicam inferiùs ca. 20. nu. 3. vbi & aliis seq. alia videbis ad hũc locũ pertinẽtia.

Ordo clericalis, quem vocant, an nobilitet. CAP. IX.

1 ORdo clericatus nobilitat, si credimus Host. & Io. And. in c. eò libẽtiùs, in verbo, militię, & ibi quoque Aegidius Belleme. in 1. no. Ant. & Panor. in fi. Pet. Anca. & Card. Floren. post prin. de seruis non ord. per tex. ibi, in verbo, militiæ clericalis, & in c. ex parte B. ibi. Deo militans, de corpo. vitia. & in c. clericũ, ibi, militibus ecclesiæ. 50. di. Et sequitur Anto. Corset. in repe. c. grandi, col. 13. de suppl. neg. prælа. li. 6. & Andr. Alciat. in c. cùm non ab homine, co. 6. versi.

Clerici an sint nobiles.

6.versi primò per istum tex.de iudi. vbi dicit clericos haberi pro nobilibus, nihil tamẽ allegat.

2 ¶ Sed constat, ex illis text. quibus innituntur Hosti.& Io.And.& illorum asseclæ, id minimè probari, cùm de nobilitate nihil aliud dicant, sed tantùm de militia, & ea quidem non mũdana, sed diuina & cœlesti. Est enim militiæ nomen generale, omni fermè generi vitæ commune. Ex quo illud Ouidianum,

De eadẽ re.

Militiæ nomen generale.

Militat omnis amans. Et apud nos probatur in l aduo.C.de aduo.diuer.iud.& l.vlt.C.de pig. & l.creditor.§.inter vẽditorẽ.ff.de act.emp.& l.Lucius.l.1.ff.de le.2.& in l.quãuis.C.de Decur. li.x.cũ si. Quod ad animãtia quoq; bruta ab eruditis scriptorib. trãsfertur. Vnde & illud ꝓdiit.
Militat in syluis catulus.
Nec propterea ordo clericalis nobilitare probatur, quòd sit, aut appelletur militia, cùm, vt iam diximus in præcedente capite, militia non nobilitet.

3 ¶ Quòd si ipsa mundana militia, quã armatam vocamus, nobilitaret, posset fortè dici & ordinem clericalem, id est, cœlestem militiam nobilitare, per id quod voluit in simili glo. trahens legem loquentem de milite armatæ militiæ, ad militem cœlestis militiæ, in l. militem.ff.de re iud.& in l.filiusfa.§.veterani.ff.de procu.& in l milites, in verbo, procuratores.C.locat.& in l. de die.§.1.ff.qui satisda.cog & in l.stipẽdia.C.de execut.rei iudi.& in l.si vt proponis.C.de rei vendi.& Doc.in d.locis, & præterea Bart.in l.affectionis.ff.de donati.cum si. adductis à Fely. in c.cum ex officij, col.1.de præscrip.& Philip. Decio con.132.in casu proposito, col.1.

Argu. armata militia ad cœlestem. vide nu.seq.in fi.

4 ¶ Et eo quidem magis, ꝙ vt iã diximus militia non est dignitas, cùm tamen ordo sacerdotalis, atque etiam clericalis, dignitas sit & honor, vt est tex.in l.atrocem.C.de iniur.in c.denique, in princ.& ibi gl.quæ id no.4.dist.& in c.reperiũtur.1.quæst.1.& no.etiã gl.in c.sedes. de rescrip. & Lapus alleg.110. in ciuitate, col.15.in paruis, vers.remouetur etiam. Et talis quidẽ dignitas quę maior est omni alio honore seculari, vt dicit Bar.con.180.si aliqua, col.2.vers.pręterea, quẽ sequitur Ias.in l generaliter, col.2.ff.de in ius voc. Et quæ quidẽ facit, vt non sit clericus inter plebeios numerandus, vt probat text. in l.2.C.vt nemo pri. Est q; sacerdotiũ regale genus, vel teste locupletissimo D.Petro in 1.epi.c.2.vos autem genus electum regale sacerdotium. quod & repetitur in decretis canonicis. An tamen semper valeat illud arg.de milite armatæs militię ad cœlestẽ, vide Cyn.in l.1.co.2.in 5.q.& ibi Bar.in fi.Saly.col.4.in 7.q.C.de iur.& fac.igno.

Clericos in honore esse & dignitate.

Nec inter plebeios esse annumerandos.

Consuetudo & statutum an & quomodo nobilitet, & quæ inde sequuntur. C A P. X.

1 CONsuetudo nobiles facit & ignobiles, ita quidem, vt quis sit in vno loco ex consuetudine illic obseruata nobilis, qui ignobilis alibi reputatur. Ita voluit Bar.in l.1. col.7. vers.examinemus ista verba, & iterum col.9.versi.3.ex prædictis, & rursum vers.quartò infertur, & etiã col.pe.& ibi etiam Io.Plat.col.2.vers.& ex his infertur, & iterũ col 3.vers.ex quo infert hic. C. de digni.lib.12. Vbi dicunt, quòd Turcæ & Sarraceni, qui apud se sunt nobiles, apud nos sunt ignobiles.& econtrario. Et Perusij, si plebeius efficiatur miles, habetur pro nobili, non etiam Florentiæ. Et licèt (inquiunt) is qui est de numero Consiliatiorum, vel Decurionũ, sit de iure cõmuni nobilis, per l.spurij, in princ.& l.vlt.in fi.ff.de Decuri. quod & admittit ciuitas Venetiarũ: Ciuitas tamen Perusij nõ admittit, vbi Decuriones manent ignobiles. Et pro hoc etiã allegãt tex.in l.vlt.§.1.ibi, quæstura in aliqua ciuitate inter honores nõ habetur.ff.de muner.& hono. Vbi munus reputatur vile vel honorabile, secundum consuetudinem regionũ, sicuti & ex illo text.not.idem Bart.in d.l.1.col.vlti.versi.illud officium. C.de dignit.lib. 2.& in l.1. col.2.versi. sed quæro quæ dicantur, & iterum versi. venio ad secundum.C.de mulier.& quo loco, lib.10.& ipse Plat.in l.maximarum, in 4.no C.de excu.muner.eo. lib.10.

Consuetudo nobiles facit.

2 ¶ Sed & illud de nobilitate voluit Bal.con.387.Archidiaconus, col.2.lib.1. dum dicit, quòd consuetudo nobilem facit, & eximium per l.honor.§.1.ff.de muner.& honor.credo quòd voluit allegare d.l.vlt. Et id quoque voluit Pau.Cast.con.125.dubitatur primò an comes in q. dubio, lib.2.vbi & ex hoc dicit, ꝙ si princeps in rescripto aut priuilegio faciat mentionem de nobilibus aut filiis nobilium, debet intelligi secundũ consuetudines, & diuersitates locorũ, ad quæ referũtur, per ea quæ ibi allegat & Ioan.Ray.in d.tract.de nobilitate in 4.q.prin.& iterũ in vlti.q.prin.& Imo.in c.de multa, ad fin.de præbẽd.& Cepol.in d.tract.de imper.mili.deligendo, in materia nobilitatis, in 11.op.& Iaco.de Zochis in cap.per venerabilem, versicu. videbatur, in 3.quæst.& ibi Cardi.Alexand.in§.vlti.chart.antepen.versicu.quæro ergo principaliter, qui filij sint legit.& Soci.consi.246.elegãter & subtiliter, col.1.li.2.quod & ponitur inter con. Franc.Curtij senioris, consi 18.& Philip.Deci.in c.nouit, in 6.no.de iudi.& in l.fœminæ, co.18.in paruis, versicu.similiter descendentes.ff.de regul.iur. Matth. Afflic. in constitutione Siciliæ.incip.intentionis nostræ, in 6.not.Carol.Rui.consi.66.perlectis, col. 8. nu. 23.libr.3.& Rochus Curtius in repe.c.vlti.char.5.versic.septimò infertur.Fran.Ripa libr. 2.respon.ca. 26. incip.videtur respondendum.col.2.& Alciat.in l.merces.ff.de verbo.sign.Matth.Afflic.in c.t col.8.versic.ego addo duos, si quis dicat. [illegible]

De eadem re.

3 ¶ In quam sententiam Aristoteles libr. 1.Politicôn.ca.4.scribit plærosque se non solùm domi siue apud

De eadẽ re.

ſiue apud ſeipſos nobiles,ſed vbique exiſtimari: Barbarus verò,domi ſolùm nobiles,quaſi exiſtat alia ſimpliciter nobilitas,alia non ſimpliciter,vt apud Theodectcn Helena inquit,

Θείων δ' ἀμφοῖν ἐκγόνων ῥιζωμάτων
Τίς ἂν προσειπεῖν ἀξιώσειε λάτριν;
Ex diis ab vtraque ſtirpe prognatam
Quiſquam appellabit ſeruam?

Et Boëtius quem Ray. vbi ſuprà allegat,lib.3.de conſolatione philoſophiæ,Si quis(inquit)multiplici conſulatu functus,in barbaras fortè venerit nationes:venerandúmne honor barbaris efficiet? Vaneſcunt illico,cùm ad eos deuenerint,qui dignitates non eſſe exiſtimant.

De eadem re.

4 ¶ Pogius quoque iu ſuo opuſculo de nobilitate,multa de hac re ſcribit, inter quæ illud, Sed cùm nihil minùs vulgi opinio reſpiciat,quàm virtutem,aut rationem in appellatione nobilis:ac propterea varietur admodum pro cuiuſque generis vſu & opioione,quæ admodum ſibi inuicem repugnant,nó à certa ac determinata re,ſed à quadam conſuetudine hominum inconſulta videtur duci.Et cùm plurimas diuerſaſq; nationũ couſuetudines de nobilitate recẽſuiſſet:poſtea ſubiungit,Licet ea pro gentium varietate multiplex videatur:omnes tamẽ,quos modò recẽſuiſti,& eſſe,& rectè dici nobiles arbitror poſſe.Nã ſicut nó omnes leges omnibus ciuitatibus ſunt accómodatæ,ſed variãtur pro rerũ publicarum cómodis & vtilitate:Cũ que aliis proſint,aliis obeſſe videantur: & tamẽ legum vim authoritatẽmque conſeruant, neque propterea non habentur leges,quia nou omnibus eædem conſeruotur:Sic ego Italos,Gallos, Germanos,Britanoos,Barbaros exiſtimo,qui à ſuis dicuntur,nobiles eſſe.&c.

Statutum quoque facit nobiles.

5 ¶ Ex quibus facile iam intelligis, id quod de conſuetudine diximus, procedere & in ſtatuto ciuitatis:vt quemadmodũ ex conſuetudine cuiuſque nationis quis cenſeatur nobilis & ignobilis:Ita quoque ex ſtatuto.Et eo quidem magis,quòd expreſſum fortius eſt tacito,vt latè ſcripſimus & probauimus in noſtris legibus connubialibus,in gl.5.nu.48.nunc reſtat,& moltis ſeq. nemo enim neſcit conſuetudinem eſſe tacitam populi voluntatem ſtatutũ expreſſam. Et ita nuncupatim in ſtatuto,vt ſcilicet nobiles faciat & ignobiles,voloit Bar.in d.l.3.col.9. verſi. quartò iofertur.& iterum col. pen. verſi.ciuitas verò. C.de digni.lib.12.& ibi quoque Ioao. Plat.col.3.verſi.ex quo infert.Matth.Afflic.in d c.1.vbi ſuprà,tit.qois dica. dux.

Nobilis eſt qui populi opinione eſt nobilis.

6 ¶ Hinc fit,vt is præſumatur & ſit nobilis, quem vulgus ,& communis hominum æſtimatio nobilem reputat,vt voluit Dy.con. 11.quæſtio & articulus talis.an domus & caſatom de Ciprianis,& Alber.in j.parte ſtatutorũ.q.137.ex ſtatuto ciuitatis Florentiæ.Lucas Pe.in l.mulieres,col.3.verſ.nood,ex cómuni opin.C.de digni.li.12.Pau.Ca.con.22.viſis omnibus,col.2.li.2. & con.107.quantùm ad primum,col.j.li.2.Barb. con.57.præclarè,col.3. ruſúmque col.vlt.li. 2.Guid.pap.deci.88.ſed quęro an domini,co.antepe.Calca.con.8.in cauſa pcodẽte,col.7.ver. & ex ſupradictis.Soci.con.246.eleganter,col.2.verſ.prima ratio, lib.2. quod repetitur in con. Fran.Cur.Senio.con.18.vbi plus dicit,quòd ad probaodũ nobilitatẽ,nó ſofficit dicere, quòd quis ſit nobilis:ſed debet dici,ꝙ talis vulgò reputatur,tanquam ſcilicet nobilitas ex ſola vulgi opinione pendeat.Card.Alex.in c. per venerabilem.§.vlt.ebat.antepe.verſ quærit dehinc,qui fili.ſunt legi.Fely.in c.ſuper eo,le.2.col.3.de teſtib.Fran Ripa li.1.reſponſ.c.26. Allobrogum, col.2.verſ.ſecundò reſpondetur. Matth.Afflic in c.1.col.8.verſ.nona nobilitas,ti.qui dica.dux vbi tamen addit poſt Lucam Pen.vbi ſuprà,horum nobilium eſſe infinitum numerum, nec tamen ex hac communi opinione contrahi nobilitatem,cum ea plerunque mendax.l.ſi priuatus.ff.qui & à quib.quibus certè aſſentior,ſed ita tamen vt huic communi opinioni ſtandum ſit tantiſper,dum eam eſſe mendacem appareat per quæ diximus in legibus connubialibus gl.8.in verbo,*de ſon mari*.in 8.q.

Dignitas eſt quæ dignitas reputatur.

7 ¶ Quibus accedit, quod dicunt iuris Canonici interpretes , dignitatem eſſe , quæ habetur & reputatur dignitas in tali eccleſia,vel loco.Ita voluit Inn in c.de multa,& ibi Hoſti & Io.An. expreſsiùs Imo.col.14.verſ.vltimo tangit hic,& ruſus col.pen.verſ.an autem cuſtos.& in fi. & Pan.col.pe.verſ.ꝙ tertia concluſio,de præben.Archi.in c.1.de conſue.lib.6.Domi.con.130. dubium.Pan.in c.non minus.col.3.verſ.veniamus igitur ad primum, de immu.eccle. vbi & per hoc dicit, id vile eſſe. quod in eo loco vile reputatur.& Card.Flo.in cle.1. de præben. vbi dicitur,ꝙ archipreſbyteratus eſt dignitas,niſi conſuetudo ſit in contrariũ, & ſequitur Nicol.

Maior dignitas quæ talis exiſtimatur.

Mil.in ſuo repertorio,in verſ.digoitas eſt eſſe archidiaconum.Sed & idem in ver.dignitas eſt quicquid dicit dignitatem,eſſe,quicquid ex conſuetudine dignitas reputatur. & allegat Ro. in duobus con.& Steph. Bertr.con.2.viſo proceſſu,nu.10.& iterum 32.lib.3.Et dicit Bal.d.cõ. 387.lib.1.quòd illa eſt maior digoitas,quam generaliter homines exiſtimant eſſe maiorem, per l.Athletas.§.1.ff.de his qui no.inſ.Ex quibus facilè intelligis,quiſquis es qui te nobilitatis titulo extollis,nobilitatem ipſam opinionibus totam conſiſtere, noo rerum naturã.

Nobilitas probatur per famam & cõmunem hominũ æſtimationem.

8 ¶ Hinc quoque eſt,vt nobilitas per ſolã famam,id eſt, communem hominum æſtimationẽ probetur,vt voluit Bal. io l.prouidendum per illũ text.C.de poſtul.& ſequitur Alex.in addi. Bar.in l.de minore.§.tormenta,col.pe.ff.de quæſtio.& Guid.Pap.con.217.omiſſa facti narratione,in prin.& deci.196.nobiles,col.2.& deci.387.ſed quid ſi nobilis,in fi.& fin.251.nobilitas probatur.

probatur. Cardi. Alex. in §. similes aduersus. tit. de pac. iur. fir. Fely. in c. veniens, le. j. col. 5. & ibi Deci. columna vltima, de testib. & Iason in repe. l. admonendi, col. 79. vers. item non li-tas. ff. de iureiur. Philip. Deci. in c. j. col. 4. vers. secundus casus, extra de iu. pel. vbi dicit ad hoc facere, quod no. Bar. in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori. ff. de no. ope. nunci. Quod & confirmatur ex eo quod scribit Bal. in l. 2. per eum tex. C. si ser. aut liber. lib. 10. Famam publicam constituere aliquem in quasi possessione ingenuitatis.

Fama publica constituit in quasi possess. ingenuitatis.

9 ¶ Ex his item fit, quòd si in rescripto vel alia dispositione fiat mentio nobilium, intelligendũ est de nobilibus secundum cuiusque loci consuetudinem. Nam verba rescripti siue principis intelligenda sunt secundum consuetudines locorum, ad quæ referuntur, sicuti & secundum qualitates personatũ. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habit. l. si quis filio. §. irritũ. ff. de iniust. testa. Et id expresse in hoc casu voluit Pau. Ca. loquens de priuilegio legitimandi, in quo excipiuntur filij nobilium, con. 126. dubitatur primò, col. 3. vers. quarto dubitatur. & Cardi. Alex. in c. per venerabilẽ. §. vlt. char. antepe. vers. quarto ergo principaliter, extra qui filij sunt legi.

Nobiles in rescriptis & alias intelliguntur ex locis consuetudine.

10 ¶ Cùm nobilitas res sit adeò incerta, ambigua, & minimè (vt dicit Pogius) determinata, & in nõ determinatis sit locus arbitrio iudicis l. j. in fi. & ibi Bal. ff. de iure deli. & l. mora. ff. de vsu & l. de accessionibus. ff. de diuer. & tem. præsc. & c. in causis, & ibi Panor. de offi. deleg & voluit gl. in c. finem, de dol. & cont. cum si. Ideò in arbitrio iudicis est, diiudicare vtrum quis sit aut dicatur nobilis, an ignobilis, vt voluit Alex. in addi. Bar. in l. 3. in prin. ff. de testib. ad id allegans Bal. in l. Gracchus, in prin. C. de adul. vbi dicit esse in arbitrio iudicis, an quis sit vilis conditionis, nécne.

Arbitrio iudicis relinquuntur non determinata.

11 ¶ Et bene facit quod voluit glo. nor. in c. sedes, in verbo, maiores, de rescrip. quòd est in arbitrio iudicis, qui debeant dici maiores, quique minores, & sequuntur Imo. Pan. & recentiores ibi, & Specul. tit. de rescrip. præsenta. §. vlt. col. j. vers. sed quæ sunt personæ digniores. quodq; voluit Laud. in cle. 1. & post eum Cardi. in 6. q. de baptis. quòd relinquitur arbitrio boni viri, quis dicatur princeps, in casu d. cle. cum aliis multis similibus à me latè congestis in repe. l. si vnquam, in verb. omnia vel partem aliquam, nu. 30. quin & aliàs.

Arbitrio iudicis nobiles au minus maiores & minores.

12 ¶ Tu tamen hoc intellige, vt iudex, dum arbitrabitur an quis sit nobilis, nécne, sequatur quod iure communi statutum est, & statutis atque consuetudine patriæ obseruatum, vt p. eue no. in l. j. C. de sum. tri. & per Alex. con. 5. puto de iure considerandum, col. j. lib. 4. & per Cardi. in d. cle. 1. de baptis. loquentem in casu d. cle. 1.

Iudex tamẽ arbitrari debet ex præscripto legis, statuti & cõsuetudinis.

13 ¶ Cùm ex his quæ dicta sunt, liquidò appareat nobilitatem rem esse aduentitiam, & quæ nõ nobis inest à natura, ideò nõ præsumitur, nisi probetur, per tex. in l. nõ ignorat. C. qui accu. non pos. & voluit glo. in c. si fortè, de elec. & no. doc. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate ff. qui satis. cog. & in c. vlt. de præsump. cũ si. Et ita in specie voluit Bal. in d. l. nõ ignorat, statim post prin. vbi dicit ꝙ quis præsumitur popularis, nisi probetur magnas, & in l. in action. §. planè, col. j. in fi. ff. de in lit. iur. vbi dicit, quòd quilibet præsumitur popularis siue ignobilis. Ideò qui se dicit magnatẽ, siue nobilẽ, debet probare, quia ista qualitas paucis inest, & ideò nõ præsumitur, nec est prima qualitas, quæ veniat a natura, sed habet ortũ ex accidẽtibus sibi, vel progenitoribus & propterea qui eã allegat, debet illã probare, per l. 2. ff. de prob. & idẽ Bal. & Marti. Laud. in c. 1. §. si rusticus, & ibi quoq; Alua. & Card. Alex. in ver. si miles aduersus, & Matth. Afflic. co. j in 1. no. tit. de pace ten. vbi dicunt per illũ tex. in illis verbis, probare possit, ꝙ qui nobilitatem allegat, eã probare debet, & Flori. in l. j. in prin. ff. de prob. vbi dicit quòd qui agit cõtra aliquẽ, tanquã nobilẽ, debet probare eã qualitatem, & Soci. d. con. 246. quod inter con. Frã. Curtij senioris est. 18. col. j. vbi etiã dicit ꝙ quis magis præsumitur ignobilis, quam nobilis & Cep. in d. tract. nobilitatis, in 26. op. & Cors. in d. c. gradi, col. 12. de supp. negl. præl. li. 6. & Fran. Ripa. li. 2. resp. c. 26. Allobrogũ, col. 2. Barth. Chasse. con. 64. viso processu moto, col. 3. vers. ad secundum. Bonus Curt. in tract. nobilitatis in 6. parte, in prin. Rebuf. in tract. nominationum, in 12. q. num. 13. Matth. Afflic. in c. 1. col. 5. vers. nono accipitur, ti. quis dic. dux.

Nobilitas nõ præsumitur, sed probari debet.

14 ¶ Illud tamen intellige, nisi quis se fundet in ignobilitate aduersarij, vt si quis frater secũdò genitus diuisionem fecit cum primogenito tanquam nobili, & posteà vult rescindere istã diuisionem, quia dicit patrem & maiores eorum non fuisse nobiles: Certè huic incumbit onus probandi. vt in simili dicimus de eo, qui se fundat in paupertate, eam debet probare, licèt aliàs præsumatur, glo. Alber. Bar. Angel. Pau. Ca. Soci. & alij recentiores, in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cogan. cum aliis multis concord. à me congestis in tracta. retractuum. titu. 1. §. 32. nu. 94. nam & videmus, & seq. vbi etiam videbis id procedere in negatiua. Et id hauddubiè procedit in specie proposita, in qua is secundò genitus in illa diuisione confessus est nobilitatem. Ideò ei confessioni, nisi doceat de errore, Id est, de ignobilitate, vt plenissimè not. ab omnibus, in lege prima. C. de confes.

Limitatio.

Astra an nobilitent. CAP. XI.

Astra ex astrologorũ sententia nobiles faciũt.

QVID quòd astra, si Diuis placet, nobilitatẽ tribuũt, si modò credimus astronomicis scriptoribus idipsum affirmantibus, ex quibus is qui primas facilè obtinet, Iulius, aut vt

alij vocant Villius Firmicus Maternus libr.3.c.4. Iuppiter (inquit) si in primo cardine partiliter in parte horoscopi constitutus fuerit. in iis præsertim signis in quibus gaudet, vel in suis domicilijs, ac etiam in suis finibus: vel in altitudine sua, nobiles facit. Et c.6. eiusdem lib. in prin. Cùm Sol in horoscopi parte constitutus in masculino signo, in domo aut altitudine sua, ac beneuolæ stellæ radiatione coniunctus, beneuolísque protectus, magnæ nobilitatis largitur insignia. Et rursum in eodem c. Sol. platicè in signo horoscopi constitutus, faciet ingenuos, & nobiles. Et alia plurima sæpe apud eundem comperies, scilicet in eo ipso c. in 7. loco. Et eiusdem lib. c.7. in primo loco. Et c.14. in 4. loco, & c.16. paulò post medium. Et libr. 4. c.1. in applicatione Lunæ ad Venerem. Et iterum c.2. in coniunctione Veneris. Rursúmque c.3. in delatione ad Venerem, itémq; c.12. in Saturno domino genituræ, & in Ioue, & in Venere. Et c.15. etiam in Venere, & c.18. ad fi. Et lib.5. c.1. In horoscopo Libræ, rursúmque Sagittarij & c.2. in horoscopo Mercurij. Et ca.3. in signo Geminorum. & c. 4. in signis Sagittarij & Piscium. Et c.6. in signo Capricorni, Et c.7. in signo Tauri. Et c.9. In signis quoque Tauri, & Libræ & Capricorni. Et lib.6. c.3. in radiatione Martis, & iterum Solis. Et c. 4. in radiatione Lunæ. Et c.6. etiam in radiatione Lunæ: Et c.11. in radiatione Solis, Et c.13. etiã in radiatione Solis, Et c.31. in Luna cũ Mercurio, & alibi sępe in eodẽ c. Et l. 8. c.19. in 12. parte Arietis. Et c.21 in Geminorũ. Et c. 22. in 2. parte Cancri, Et c.23. in 8. parte Leonis, Et c.24 in 3. parte Virginis, itémq; 8. & 11. Et c.25. in 17. parte Libræ. Et c.26. in 5. parte Scorpionis. Et c.27. in 3. parte Sagittarij. Et c.28. in 4. parte Capricorni, Et c. 29. in 30. parte Aquarij. Et c.30. in 5. parte Pisciũ, Et c. 31. in 1. parte Aquarij, & apud Alenbazẽ Haly filiũ Albenragel in li. de iudicijs astrorũ, parte 4. c.9. tum alibi, tum vbi tractat de significationibus triplicitatis ascendentis, & rursum parte 5. c.6. & 10. & 14. & Guido. Bonatum in tractatu de proiectione partium parte 2. c. 13. & alibi sæpe. Sicuti è diuerso ignobiles faciũt, vt videre licet apud ipsum Firmicum lib.3. c.4. & c.6. in duobus locis Et c.9. eiusdem lib.3. c. 9. in 1. loco, iterum in 4. & in 6. loco. Et c.15. in 4. loco, Et li.5. c.9. in signo Capricorni, Et c.16. in domo Martis in 5. par. Piscium.

Et ignobiles.

2 ¶ Nam & eadem quoque Reges & principes faciunt, vt minùs mirum sit, quod alibi suprà diximus, nullum regem, qui non è seruis sit: nullum seruum, qui non è regibus. Idem enim Firmicus lib.3. ca. item 3. Saturnus (ait) in quinto loco ab horoscopo per diem constitutus, Reges faciet. Et eiusdem lib. c.5. Mars in decimo loco ab horoscopo constitutus, id est, in M. C. partiliter in nocturna genitura, si in masculo signo inuentus fuerit in suo domicilio vel Iouis, & Saturnus in alio genituræ cardine fuerit constitutus, erunt Reges, & Imperatores. Et c.6. sol in parte horoscopi per diem constitutus in masculino, in domo aut altitudine sua, ac beneuolæ stellæ radiatione cõiunctus, beneuolisq; protectus, Imperatores faciet & Reges. Et rursus, si Sol solus in parte horoscopi fuerit inuentus. in illis iisdem signis, & Mars in anaphora Lunæ fuerit iniunctus & Luna in cæteris cardinibus vel anaphoris cardinum constituta, eos qui nati fuerunt, Reges faciet. Et alia huiuscemodi multa, scilicet ibi in septimo loco Solis, & in 10. loco. Et c.9. in 4. loco, Et lib.5. c.6 in signo Leonis. Et iterum in signo Capricorni. Et c.7. in signo Piscium, Et c.9. in signis Arietis, & cancri, & Leonis, & Sagittarij. Et c.11. in domo Solis. Et c.12. in domo Iouis. Et c.13. in prin. Et c. 6. in domo Solis, Et lib.8. c.19 in prin. Et c 25. in 23. parte Libræ, Et c.27. in prima parte Sagittarij, Et c.29. in 3 parte Aquarij, itémq; 30. & c.30. Et alia quoque videbis apud Omar Belnalsargdianum lib.3. de natiuitatibus. c. 3. vbi etiam comperies qui Reges in regno perseuerabunt, quíue regno cadent, & apud Albubather suæ Astrologiæ c.129. & Albobazen Haly filium, Albenragel in li. de iudicijs astrorũ parte 5. c.10. & c.12 Et c.15. quo loco tractat de trino aspectu Saturni, & alibi sępe, & Guidonẽ Bonatum in tractatu de proiectione. parte 3. in 10. domo c.2.

Et reges & principes.

3 ¶ Sed & eadem duces militum faciunt (quæ res quoque ad nobilitatem pertinet vt diximus sup. c.8 nu.14. sed nec tamẽ & seq.) vt si quando Mars fuerit in ascendẽte, & in domo gaudij sit, vt scribit Albohazen Haly filius Albenragel in lib. de iudicijs astrorum, parte 4. c. 9. quo loco disserit de significãtibus triplicitatis ascẽdentis. Et si quando pars regis fuerit in aliqua domorum Martis, & aspexerit eum Mars ex bono & forti loco, & ambo in locis amplis regũ, & aspexerit eos Sol, & pars fortunæ fuerit in bono loco fortunis aspicientibus eam de bonis & fortibus locis, vt idem tradit eo. li. par. 5. c. 10.

4 ¶ Quantùm autem huiusmodi astris & astronomicis credendum sit, cæterorum iudicio relinquimus. Nam quantùm ad me attinet, nũquam istis potui in hisce rebus fidem adhibere, secutus sententiam Pythagoræ apud Theodoretum, Laërtium, & Plutarchum, Carneadis, Bionis, Eudoxi, Plotini, Porphirij. Origenis, Basilij εἰς τὴν ἑξαήμερον, Omelia 6. Eusebij de prępatatione euangelica li.6. Phauorini apud Gellium libr. 14. c. 1. Auerrois Auicennę. Hochylacis, Halicarnassei, Diui Augustini, Nicolai Oresimi, Ioannis Marliani, Marsilij Ficini, Leoniceni, vtriusque Mirandulæ Pici, & Francisci, & aliorum virorum in omnibus literis exercitatissimorum.

Quantum credẽdum sit astrologorum iudicijs.

Patriæ nobilitas an municipes suos nobilitet. CAP. XII.

1 PAtriæ nobilitas nonnihil ad hominum nobilitatem, gloriam, & honorem facit, vt licet colligere ex l.si quis, vbi not. Saly C.de natur.lib.& ex eo quod voluit glos. not.in l.j.C. de Alexan primat. lib.11. virum minoris nobilitatis, qui originem duxit ex nobilissima ciuitate, esse præferendum nobiliori alterius inferioris ciuitatis. Ex qua not Bart.ibi,& post eum Angel. Ioan. Plat. & Rebuf. melius esse, vt quis sit mediocris ciuis vnius nobilis & honorabilis ciuitatis, quàm esse maiorem ciuem mediocris cuiuspiam ciuitatis. Et sic (inquit Bart.) facit pro popularibus istius nobilis ciuitatis, qui plus debent honorari, quàm alij magni, & vt dicit Io. Plat. quàm nobilis alterius ciuitatis. Sequitur & commendat Ro. qui & illam gl. dicit sing.in repen. l.si verò.§.de viro,in 14.fal.ff.sol.mat.& Cepol. in tractat. de imper.milit. deligen.in vers.propter nationem,col.j.& con.causarum ciuilium. 40.quidam A.col.pen.& Barba in extrauag. volentes,in materia nobilitatis,& in clemen.& si principalis col.2.de rescrip. vbi illam dicit sing.& con.25.clementissimum domi. col.6.li.4.& Iason in §.item Serniana,col.4.Instit.de actio.& Io.Neuiza.inter con.Alber. Brun. con.12. patres comederunt, col.20.vers & melius esset,& Philip. Deci.con.283.cuius superscriptio incipit, de statuto de lucro dotis,col.6.& Alcia.lib.1.de verbo. signi. char. antepe. & Thomas Grammaticus. con. 26. in causa matrimoniali.num.12. Et facit quod scribit Felyn.in rubr.de maio.& obe. col 3. versi. præfertur, habentem dignitatem in nobiliori loco, præferri alteri, per id quod voluit Innoc.in c.fraternitatem. in fin. de donati.

Patria nobilitas an quicquam faciat ad ciuium nobilitationem. Ciues magnæ ciuitatis præferendi paruæ.

2 ¶Sed illius tamen sententiæ non erat Iulius Cæsar, vt qui erat elati admodum animi,& dominationis cupidus, cùm in transitu Alpium oppidulum quoddam præteriret, comitibus cũ ioco & risu percunctantibus, num illic etiam aliquos esse putaret principatus, ambitionis,& dignitatum certamina, seriò respondit, Mallem hîc primus esse, quàm Romæ secundus. Author Plutarchus tum in vita ipsius, tum in Rom. apophtegmatis.

Malo hic esse primus quàm Romæ secundus.

3 ¶Sed ad propositum, Lucas Pen in l.mulieres.col.3. versi.octauo ex loco.C.de dign. lib.12.dicit quòd ciuis ex vrbe splendida oriundus est nobilis. allegat nõ nulla, quibus probatur nobilitatem inesse vrbibus & nationibus, & aliã aliã nobiliorẽ esse, videlicet in l. nõ tantùm. §. Iliensibus.ibi, propter inclytã nobilitatem ciuitatis.ff.de excu. tut. Qua in l. vides Ilion inclytam vrbem vocari, quo etiam epitheto eandem vrbem Euripides insigniuit in Helena,

Ἦλθες γὰρ ὦ ξέν' Ἴλιον κλεινὴν πόλιν.

Nam Græcis κλεινὸς, inclytus dicitur. Allegat item Luc.l.seruos ibi, loci & originis propriæ dignitatis.C.ad leg.Iul.de vi.& in c.nos qui, ibi, vrbium claritate, & iterum c.illud, ibi, non loci, non generis nobilitate,& rursum in c.Adam, ibi, nobilitate loci priuatus.40.di.

Ilion nobilis ciuitas.

4 ¶Quibus adde & tex.in c episcopus,le 2.7.q.1.vbi ita scribitur, Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat. Et in l.si quis, versi.quod si alterutrũ. C.de nat.lib. Ex quo Alber.no.quempiã gloriari ob id, quod est ciuis nobilis ciuitati. Et in l.2.§.quæ omnia C. de veter. iure enucl. quæ vocat Berytensium ciuitatem splendidissimã, id est, nobilissimã, vt diximus suprà. c.2.nu.17.similiter. Et in l.j.in prin.ff.de censi.vbi ita scribit Vlpia. In Syria Phœniciæ splendidissima Tyriorum colonia, vnde mihi origo est, nobilis regionibus Syriæ, vbi & Alber.in id expendit. Et in §.quia verò competens, in auth.de iudi.qui vocat nobilem Alexandrinorum ciuitatem. Vti etiam Tullius in oratione in Pisonem, Arsinoam & Naupactum. Et in 3.in Verrem actione Lampsacum,& Aspendium Pamphilæ. Nam & quantũ ad Lampsacum pertinet. Valerius Maximus lib. 7.c. 3. id vocat oppidum vetusta nobilitate inclytum. Et in 5.Tyndaritanam ciuitatem. Et lib.1. De diuinatione, Pheras Thessaliæ vrbem. Et lib.13. Epistolarum Famil. epi. 32. & Iliadem Virgilius in Priapeis, si is est, *Nobilis hinc nota nempe incipit Ilias ira.* Et Horatius lib.3. Carminum Ode 15. Luceriam. Et Ouidius lib.6. Meta. Corinthum,

—Et nobilis ære Corinthus.

Et Liuius lib.4.belli Punici Castulonem vrbem Hispaniæ. Et lib.5.iterùmque 6.Syracusas. Et lib.6.non semel. Capuam. Et li.1. belli Macedonici. Larissem. non illam in Thessalia, sed alteram. Et lib.2. Argos,& Corinthum. Et lib.3.& 4. Lysimachiam. Et eo. lib.4. Angiram. Et lib.9. Lacedæmonem, Et li.10. Erganiam, Et lib.5. Decadis 5 Sicyonam, Edessem, Beroçam, Pellam & Argos. Et Plinius li.3.c.18.castellum nobile vino Pucinum. Et Parou marmore nobilem. Telon vnguento nobilem, scilicet ob vnguentum Telinum, de quo idem Plinius lib. 13.c.1.& Dioscorides lib.1.c. 56. aut, vt alij secant. 59. Telon igitur vocat ipse Plinius nobilem id est, celebratam. & notam ob huiusmodi vnguentum, & nobilissimas Butchanam & Fabariam li.4.c.13. Et Olisipo equarũ è vento conceptu nobile.eo.li.c.22. Et idem Plinius lib.6. c.25. Nicæam. Et lib.3.c.11. Brundusium & c.13. Picenum.& c.15.lib.4 nobilissimã Botanorũ insulam. Et ignobiles insulas li.4.c.12.non semel. Et lib.5.c.11. Arabiam Casio monte nobilẽ. & eiusdem lib.c.19. Vticam conchylio atque purpura nobilem. Et rursum c.24. Carras clade Crassi nobiles, quod & nos alibi diximus. & rursum ibi Zeugma trãsitu Euphratis nobile &

Vrbes nobiles.

Telinũ vnguentum.

c.seq. Palmiram situ nobilem. Et lib.6.c.17. vocat Seres lanicio syluarum nobiles. Et lib.36.c.26. Sidonem. Et Martialis lib.1.epig.17. Bilbilim. Et Seneca Tragœdiographus in Oedipo actu 2. Thebas. Et Iustinus lib.7. alteram illam Larissam Thessaliæ. Et lib.8. Olynthios. Et li.9. Byzantium. Et lib.36. Damascū Syriæ ciuitaté. Et Apuleius lib. 6. Metamor. Lacedæmoné Achaiæ nobilé ciuitatem. Et Eutropius de gestis Ro. lib.9.c.28. Sobonem, & Thesiphontem. Et alias alibi in infinitū. Ideóque claritas vrbium dicitur in c. nos qui 40. di. quod idē significat, atq; nobilitas, vt etiā diximus suprà in secundo c. nu.9. claritas, vnde & clara oppida Plinio dicta lib.3.c.4. Et clara Salamis, clarissima Delos eidē lib.4.c.12. & clarissima Scadinania eiusdē li.c.13. Et claræ Delos & Rhodos li.2.c.87. Tantalis clarissima vrbs, eo. lib.c.91. Et illustres insulæ ibi. tex. autē in c. statutū, in prin. de rescrip. li.6. insignes ciuitates vocat. Et splendida quoq, municipia apud Valeriū Maximū lib.vi.c.16. vbi de Herophilo, quod idē ac si nobilia dicas, vt diximus in eo.c.2.nu.17. Et insignia oppida Plin. li.4.c.12. Et Eubocā insignē ibi.

Claritas vrbium.

5 ¶ Vti & è diuerso dicuntur oppida, castella, & vrbes quædam ignobiles. Liuius libr. 8.2. belli Punici scribens Philippum Macedonum regem cepisse quædam parua atque ignobilia oppida. Et ad calcem lib.9. Ignobiles quasdam ciuitates vocat. Et lib.1. belli Macedonici, ipsum Philippum cepisse castella quædam ignobilia. Et libr. 2. non semel dicit castella quoque ignobilia. Et Iulius Cæsar lib.5. commentariorum de bello Gallico, ignobilem quandam Eburonum ciuitatē dicit. Et Plin. lib.3.c.4. non multo ante fi. Oppida verò ignobilia 19. attributa. Et c.5. oppidum Liuiam portu nobile. Et lib.6.c.21. multas ignobiles vrbes esse dicit extra Indi ostiū. Et idē lib.5.c.29. non semel, & iterū c. seq. populos ignobiles. Valerius Maximus. lib.5.c.3. scribit patriam ingratā fecisse Scipionē Africanū ciuitatis ignobilis accolā. Nisi hæc malis referre ad aliam significationē, quam suprà in prin. 2. cap. diximus, vt scilicet vrbes nobiles dicantur, id est, notæ & celebres. ignobiles contrà ignotæ & obscuræ. Sed hoc in idē recidit. Nā & ipse Plin. eodē illo lib. 29.c.30. inhonoras ciuitates in eadem significatione posuit.

Vrbes ignobiles.

6 ¶ At vt redeamus, Cicero, si is fuit, lib.3. rhetoricorum ad Herennium, vbi de genere demonstratiuo loquitur, Laudem dicit esse rerum externarū & corporis & animi. Inter ea verò quæ sunt rerum externarum, ciuitatis quoque ponit, quasi laus quoque ex ciuitatibus sit hominibus. Quod & sentiens Virgilius lib.4. Aeneid. in princ. ait,

Laus ex ciuitate.

Multa viri virtus animo, multúsque recursat
Gentis honos.

Alexander Seuerus, cum Syrus esset, volebat tamen videri traxisse originem de Romanorum gente: eúmque pudebat Syrum dici. Et propterea poëta quispiam eius temporis veluti contemptim de eo loqueretur, hos versus in eum scripsit.

Pulchrum quod vides esse nostrum regem,
Quem Syrum sua detulit propago,
Venatus facit & lepus comesus, &c.

Testis Lampridius.

7 ¶ Simonidis poëtæ Lyrici sententia est, oportere eum qui beatè vult viuere, patriam habere gloriosam. Et Euripidis siue Senecionis (de autore enim dubitatur) alia sentētia est apud Plutarchum in vita Demosthenis, in princ. deberi primum illustri patria prognatū esse quisque fœlix futurus sit. Aristochenus, in varia historia, cuiúsque autoritate Laërtius tradit, Mysonē illum, quem virorum omnium sapientissimum Apollinem prędicasse Hipponax tradidit, ex hoc habitum fuisse ignobilem, quòd non ex vrbe, sed ex vico & eo quidem obscuro, natus esset. Ob que eam ignobilitatem, quæ ipsius sunt, à plerisque Pisistrato assignari. Antonius, quòd alio in loco diximus, Octauio ignobilitatē obiiciebat, quòd matre Aricina natus esset, vt refert Tullius in 3. Philip. tanquam scilicet ex ignobili vrbe ea esset, & quod etiam Suetonius retulit, quòd esset ex pago Thurino. Aphthonius declamator lib. prę exercitamentorum, In vituperationem Philippi, illud in primis ei obiicit, quod ex gente omnium barbarorū vilissima natus esset, nempe ex Pella. Tradit Probus Aemilius Menestheum filium Iphicratis Atheniensis, ex Tarsa natum, Coti, Thracum regis filia, interrogatum vtrum pluris patrem matrémve faceret, matrem, inquit. Quod cum omnibus mirū videretur, ille, meritò (inquit) facio. Nam pater, quantum in se fuit, Thracem me genuit, contrà mater Atheniensem.

De eadem re.

8 ¶ NON PRAETEREVNDVM tamen quod scribit Flauius Vopiscus in Aureliano ad Bassum, in eos qui ex nobilitate genitalis soli gloriantur, Aurelianus (inquit) ortus, vt plures loquuntur, Sirmij, familia obscuriore: vt nonnulli, Dacia Ripensi. Ego autem legisse me memini auctorem, qui eum Mesia genitum prædicaret. Et euenit quidem vt de eorum virorum genitali solo nesciatur, qui humiliori loco, & ipsi plerique solum genitale cōfingunt, vt dent posteritati de locorum splendore fulgorem. Nec tamen magnorum principum vitibus summa sciendi est, vbi quisque sit genitus, sed qualis in Rep. fuerit. An Platonē magis commendat, quod Atheniensis fuerit, quàm quod vnicum sapientiæ munus illuxerit. An eo minores inueniuntur Aristoteles Stagirita, Eleatésque Zenon, aut Anacharsis Scytha, quòd in minimis nati sunt viculis, cum illos ad cœlum omnis philosophiæ virtus extulerit. Hæc ille.

In eos qui patria nobilitate gloriantur.

9 ¶ Cui adde quod de ipso Anacharsi tradit Galenus in exhortatione ad bonas artes. Vides (inquit) non obstitisse Anacharsi Scythæ, quo minus esset in admiratione, & inter sapientes

Ad idem. Anacharsis retaliatio in eum qui illi patriam exprobrabat.

numeraretur,

numeraretur, tametsi genere barbarus esset. Huic cum quidam exprobraret quòd genere barbarus esset & Scytha, Mihi quidem (inquit) patria dedecori est, tu verò patriæ, pulchrè retaxans hominem, ex sese nihili, nec alia re superbiérem quàm patria. quod & retulit Laërtius, Aliter id refert Stobæus. Ser. 84. Nam cum, inquit, Anacharsis per conuicium Scytha nominaretur, respondit, τῷ γένει, ἀλλ' οὐ τῷ τρόπῳ, Id est, genere, non moribus. veluti patria nihil obesset nobilitati morum. Ex quo etiam illud est Epicharmi veteris poëtæ illius, ex quo Alcimus Platonem multas sententias mutuatum fuisse tradit,

Σκύθας τὶς ὀλετρεὺς, ὁ δ' Ἀνάχαρσις ἢ σκύθης;

Quod peræquè significat ac si diceres, Est ne ex Scythia pernicies, Anacharsis autem an non Scytha fuit? quod & ex eo repetit Stobæus, vbi suprà.

10 ¶ Subdit autem Galenus, vt ad eum redeamus, Si fixius & attentius contempleris, res hominum, comperies non homines factos illustres ex ciuitatibus: sed contrà per viros bonos, & artibus præstantes horum patrias fuisse nobilitatas. Etenim quod nomen, aut quam dignitaté habuisset Stagyra, nisi per Aristotelem contigisset? Rursus quæ Solorum, nisi per Aratum & Chrysippum contigisset? Quin Athenarum nomen, vnde tam procul dimanauit? Non ob terræ fœcunditatem, habuit enim agros parum feraces, sed potius per eos qui ibi nati sunt quorum plerique dum in viros optimos euaserint, nonnullam suæ gloriæ portionem impertierunt & patriæ. Hoc autem esse verissimum euidentissimè perspicies, si tecum repures Hyperbolum & Cleonem, quibus ad nihil aliud profuit nobilitas Athenarum, nisi vt illorum malefacta redderentur famosiora. *Ad idem.*

11 ¶ Quibus concinens quod de Nerua imperatore, qui Traianum Hispanum successorem sibi designauit, Dion Nicæus scripsit. Nec eum, ait, deterruit, quod Traianus homo Hispanus nec Italus erat, nec Italicus. censebat enim virtutem cuiusque non patriam existimari & ponderari debere. Et quod de Seuero imperatore retulit Ausonius, *Ad idem.*

Punica origo illi, sed qui virtute probaret
Non obstare locum, cum valet ingenium.

D. Ambrosius in d.c. illud. 40. di. Illud (ait) animaduerte, quòd extra paradisum vir factus, intra paradisum mulier: vt aduertas, quòd nõ loci, nõ generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam comparat sibi. Denique extra paradisum, hoc est, in inferiori loco vir factus, melior inuenitur: & illa quæ in meliori loco, hoc est, in paradiso facta est, inferior inuenitur. Et Gregorius etiam in d.c. nos qui eadem di. Nos, inquit, qui præsumus, non ex locorũ vel generis dignitate, sed morũ nobilitate innotescere debemus: nec vrbiũ claritate, sed fidei puritate. *Vir extra paradisum factus, mulier in paradiso.*

12 ¶ Plutarchus in vita Themistoclis, & in Apophthegmatis ipsius, tradit eundem Themistoclem, cum esset Atheniensis, Seriphio, cuidam in contentione obiectanti, quòd non propria virtute: sed patriæ splendore gloriosus factus esset, respondisse. Neque tu si Atheniensis esses, clarus extitisses: Neque ego si Seriphius essem, ignobilis. Quibus verbis significabat, nihil equidem ad gloriam & nobilitatem patrium solum conferre. Quam & Themistoclis historiam ante Plutarchum posteris mandauit Plato, circa initia libri primi, de Repub. & M. Tullius in Catone maiore. Ante omnes verò Herodotus in Vrania, qui nõ Seriphium hunc fuisse dicit, sed Belbitanum nomine Timodemum. Et ex sacris scriptoribus, hoc quoque recensuit Origenes lib. 1. contra Celsum, qui inter cætera conuitia, quę in ipsum protulerat, illud etiam exprobrarat, quòd in vico quodam ignobili natus erat. *Ad idem. Themistoclis dictum in Seriphium.*

13 ¶ Ipse Plutarchus, vt ad eũ redeamus, in libello de exilio, & Laërtius in vita Antisthenis tradunt, ꝙ cũ ipsi Antistheni fuisset probro datũ ꝙ nõ esset Atheniensis: sed ei esset mater Phrygia, dixisse, Et Deũ mater Phrygia est. Erat enim ipsius mater ex Thracia. quod & scribit Seneca lib. 2. Quomodo in sapienté non cadit iniuria, paulo ante fi. Socraté etiã respõdisse. cum ei Antiope mater barbara, & Trahessa obiiciebatur, Nã & deorũ (inquit) matré Ideã esse. Nec absimili ratione idé Socrates. cum ei quidam dixisset, ipsum Antisthené matre esse Threicia, quo illũ vellicaret, Tu ne (inquit) arbitraris ex duobus Atheniensibus adeo insigné virũ natũ? Author Laërtius in Socrate, & in ipso Antisthene, vbi & illud dicit, ꝙ idé Antisthenes Atheniẽsib. gloriãtibus, ꝙ indigenæ essent, dicebat illos cochleis & Bruchis nihilo esse nobiliores. Et cũ probro ei daretur aliquãdo, ꝙ non esset ex duobus liberis genitus, Neq; (inquit) luctatoribus, & tamẽ luctator sum: quod & ipsum refert Laërtius in vita illius. Demetrius Phalereus in Socratis defensione scripsit, Democritum Abderitem ne Athenas quidé venisse: id quod profectò maius est, vt prodit Laërtius, si quidem tantam contempsit ciuitatem, non ex loco gloriã aucupari volés, verum loco gloriã imponere, quod nos alibi ad aliud retulimus. *Ad idem. Antisthenis dictum in eum, qui illi matrem peregrinã obiectabat.*

14 ¶ Aristoteles glorianti cuipiam, quòd magnæ vrbis esset, οὐ τοῦτο (ait) σκοπεῖν. ἀλλ' εἴ τις μεγάλης πατρίδος ἄξιός ἐστιν, noli hæc considerare, sed an magna, siue illustri patria dignus sis. author idem Laërtius in vita ipsius. Cui simile est quod Zenon apud Maximum sententiarum c. 63. ὁ αὐτὸς μὴ δεῖν ζητεῖν τοὺς ἀνθρώπους, εἴ τινες ἐκ μεγάλων πόλεών εἰσιν, ἀλλ' εἰ μεγάλης πόλεως ἄξιοι. Id est, quærendum non esse, sintne homines ex magnis ciuitatibus, sed an magna ciuitate digni sint. Actius in Philocteta ita laudat Vlyssem, vt videri velit patriæ ignobilitatem ipsi laudi *Ad idem.*

fuisse. Ita enim de eo scribit in prin. illius tragœdiæ, teste Apuleio de Deo Socratis,

Inclyte parua predite patria, nomine celebri, &c.

15 ¶ Sed & Plutarchus (vt iterum ad eum reuertamur) in vita Demosthenis in prin. posteaquã illud adduxit ex Euripide siue alio quopiam, quod suprà nu. 7. ex eo attulimus, subdit hæc quæ sequuntur Græcè quidem, sed in hunc sensum. Ego verò ad genuinam illam quæ moribus magna parte & animi habitu constat, felicitatem consequendã, quàm obscura & ignobili patria, quàm deformi pusilláque matre genitus sis, parum referre puto. Risu quippe dignum fiet, si quis Iulidam, Ceus insulæ non magnæ, per exiguam partem, aut Aeginã, quam Atticus quidam Piræo velut oculis mucum eximendũ censebat, cum mimos & poetas bonos edidissent, viros bonos, absolutáque mente præditos & magnanimos dare posse neget. Nam cæteras quidem artes quæcunque difficiliores paulo sunt, & ad gloriã quandã aspirant, vt verisimile sit in obscuris istis locis velut lãguere, virtus certè, quemadmodum planta generosa, fortísq; & robore suo nixa, quotiescunq; ingeniũ frugi, & animũ laboris nõ intolerãté nacta est, vbilibet radices iacit. Itaque si quicquã vel prudẽtia vel vsu vitæ ab eo quod rectũ est deficiamus, imputare nõ patriæ tenuitati, sed nobis ipsis decet. Equidẽ qui historiã nõ ex vndiq; obuiis, domesticísve, sed peregrinis, atque iis diuersis, & apud alios aliósque passim disiectis coeuntem rebus, scribere sit aggressus, huic imprimis vrbe præclara, literarum & humanitatis studiosa, modis omnibus sit opus, quo simul & libris omnigenis abundãs, & quæcunque scriptores subterfugere, memoria hominũ luculentiore cũ fide seruata, audiẽs ipse & singula coram disquirens, conficere historiam partibus omnibus absolutã possit. Hæc Plutarchus.

16 ¶ Postremo habemus gl. in l. j. C. de col. Pal. lib. 11. quòd natus in terra, in qua natus est Christus, non maiori gaudet priuilegio, quàm alius. quam ad hoc ponderat Ro. in d. l. si verò. §. de viro, in 14. fal. ff. sol. mat. & Alex. in addi. Bar. in d. l. 1. C. de Alex. prim. li. 11. Quibus adde quæ Cicero in oratione pro Publio Sylla respõdit Lucio Torquato, qui illũ dixerat peregrinum, & ex municipio esse. Scribit Cassius Neruam adoptasse, atque ad imperium adsciuisse Traianum, quamuis genere Hispanus esset, non ex Italia oriundus, ita existimãs, vt ille dicit, Virtutem hominis, nõ genus aut patriam spectari oportere. Sed & huc spectat illud Satyrici poetæ,

Ad idem.

Summos posse viros, & magna exempla daturos
Veruecum in patria, crassóque sub aere nasci.

17 ¶ Sed non omittam tamen quod huc quoque pertinet, quòd locus non nobilitat hominem, sed homo locum. Nam cum Dionysius Syracusanus in Aristippum indignatus, illum extremum omnium fecisset accumbere: Ille, illustrem, inquit, hunc locum fieri & apparere voluisti. author Laërtius. Et Agesilaus ille magnus, cum puer adhuc esset, ac in gymnicorũ ludorũ celebratione in loco parum honorifico à chori magistro collocaretur, paruit quidem, quamuis iam rex esset declaratus, dixitque, Bene sanè est. ostendam enim non loca viris, sed viros locis dignitatem conciliare, ex Plutarcho in apophthegmatis Laconicis. Cui non dissimile est apud eundem illud Damonidæ, qui cum à chori magistro in vltimam chori partem locatus fuisset, Rectè profectò (inquit) ô ductor chori, excogitasti, quo pacto quoque inhonoratus locus honorabilis fieret. Et de altero eorum intelligit idem Plutarchus in conuiuio septẽ sapientum, cum scribit de Alexidemo Milesio Thrasibuli tyranni filio, qui sin loco cõmuni postremo assignatũ se conquerebatur, Thales & ipse Milesius, Vererisne, inqnit, quemadmodum Aegyptij astra, prout locis quæ percurrunt celsiora aut humiliora apparent, seipsis meliora fieri aut deteriora affirmãt, sic tu quoque abiectior & obscurior euaseris propter inhonoratiorem attributum in conuiuio locum: certè Lacone nõ paulo deterior fueris, qui in choro quodam à præsultore in postremum locum reiectus, Euge, inquit, inuenisti quis esset hic quoque honoratior locus. Super quo & tu vide quæ diximus suprà cap. 7. nu. 9. Lucas, & seq.

Ad idem. Locus hominem non nobilitat, sed homo locum.

An puniantur, & quomodo, qui sibi falso nobilitatẽ assumũt. Cap. XIII.

1 QVi sibi nobilitatem propria authoritate falso assumunt, incidunt in crimen falsi, vel etiam in crimen maiestatis, vt dicit Bar. in l. j. col. 7. ver. sequitur in diffinitione illata. C. de dign. lib. 12. per tex. in l. 3. §. vlt. ff. ad leg. Iul. maiest. & in l. j. & 2. in fi. ff. ad leg. Co. de fal. & in c. 1. de reg. iur. lib. 6. Sed horũ nullus mihi ad hoc facere videtur, præter primũ, quo cauetur eũ teneri crimine maiest. qui priuatus potestate magistratúve, quid sciẽs dolo malo gesserit.

2 ¶ Sed horũ omnium melior est tex. nor. quidem ille, sed omnibus notissimus in l. eos. §. qui se pro milite gessit. ff. de fals. vbi is grauissimè pro delicti qualitate puniendus est, qui se pro milite gesserit, cùm non esset miles. Quem tex. no. Bar. ibi contra illum, qui se appellat doctorem, cum non sit, vt scilicet teneatur crimine falsi. Quod & voluit idem Bar. in l. reddatur. C. de professo. & med. lib. 10. & in tract. de insig. & armis, in prin. & Pe. An. in c. vt apostolicæ, de priuil. lib. 6. & Panor. in c. 1. de cler. non ord. min. & Ioan. Ana. in rub. de mag. col. 6. & in rub. de crimi. fal. col. item 6. Et illum tex. ad hunc casum nostrum vsurpatæ nobilitatis allegat Ioan. Plat. in d. l. j. col. 3. vers. item illata ideo dictum est. C. de dign. & Io. Ray. in d. tract. nobilitatis, col. 3. & iterum in 6. q. princ.

Nobilitatem sibi falso asserentes in quod crimen incurrunt.

De eadem re.

¶ Et facit

3 ¶ Et facit quod in simili scribit Bart. in l. per illum text. C. vt dign. ord. seru. lib. 12. vsurpantem scienter honorem sibi indebitum, puniri pœna sacrilegij. Et illud quoque de notarijs voluit Bald. in l. prima. & ibi quoque Sal. & Cor. C. de testam. Et quod item tradit Panor. in c. dilecta, in vlt. not. de excel. præla. vsurpantem insignia cuiuspiam dignitatis, quam non habet, falsum committere, per d. l. eos, & ibi not. de fals. Sunt enim, vt id illi addas, peculiaria & propria cuiusque dignitatis, magistratus, & honoris. l. potioris. C. de offic. recto. prouinc. & l. si Cohortalis. C. de Cohor. lib. 12. Ex quibus multa collegit Felyn. in proœmio Decretalium, col. 15. vers. tertia conclusio, & in c. tertio loco, col. 1. de prob. & Præp. in c. vt nostrum col. 1. de appel. & nonnulla Rebuf. in tract. nominationum, in 12. q. num. 13. & 14. *De eadē re.*

4 ¶ Verum quod diximus de pœna falsi, procedit, cum quis facit actum quempiam Doctoris, aut nobilis, aut alterius cuiuspiam dignitatis, quam quis sibi falso vsurpat. Nam si verbo tantum huiusmodi dignitates sibi ascripserit, non ea pœna punitur, sed alia extraordinaria, vt not. voluit Alex. in addi. Bart. in d. §. qui se pro milite, arg. l. si quis. C. de aquæ duct. lib. 11. & ante eum Bald. quem tamen non allegat, in l. qui sub prætextu, in fi. C. de sacrosan. eccle. vbi loquitur de eo, qui se falso dicit clericum. *De eadē re.*

An verò nobilitas præscriptione quæri possit. CAP. XIIII.

1 NObilitas non præscribitur ex vsu & quasi possessione, nisi tanti temporis, cuius initij non extat memoria, vt dicit Franc. Ripa, lib. 2. respon c. 26. Allobrogum, col. 4. vers. non obstat quod dominus. allegátque ad id Ioan. And. in c. abbates, de priuil. lib. 6. & Rom. sing. 289. nunquid vsus. Subdítque Ripa ea quæ requiruntur ad huiusmodi præscriptionem præter illud tempus, & inter alia, vt quis vsus fuerit hac nobilitatis prærogatiua. scientibus & patientibus his qui præsunt regimini ciuitatis, secundum Bar. in lege 2. C. de seruit. & aqua. & Panor. con. 18. in causa, col. penul. vers. probatur ad sensum, lib. 2. & cons. 22. col. vlt. eod. lib. 2. vbi tamen nihil de hac re reperi. *Nobilitas an, & quo modo præscribatur.*

2 ¶ Sed tu tamen alios plerosque addere potes. requirentes scientiam principis. aut alterius cuius interest, in præscriptione huiusmodi rerum incorporalium, videlicet ipsum Bar. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de public. & vectig. Inno. in c. bonæ. le. 2. col. 2. in verbo, requisitus, de postul. prælat. & in c. conquerente, in verbo, canonicam, de offic. ordi. & in cap. 2. in verbo, facta, col. j. de in inte. restit. Bald. in cap. 1. ad fin. de constit. & cons. 370. verba rescripti, col. j. libr. 1. & cons. 340. si pater, vers. super eo, libro quinto, & ipsum Panorm. in cap. cum nobis, col. pen. de præscripti. *An scientia principis requiratur.*

3 ¶ Et si eam opi. sequaris, eam ita intelliges, vt sufficiat scientia magistratuum, aut vt nostri appellant, officiariorum principis, aut alterius, aduersus quem hæc iura incorporalia præscribuntur, etiam si is nesciat. Ita enim nuncupatim voluit ipse Bar in d. §. in omnibus. & Panor. in d. c. cùm nobis. & Franc. Arc. in l. more, col 2. ff. de acqui. hære. & Iacob. à S. Georg. in tract. feudorum, in verbo, cum mero & mixto imperio, col. 5. vers. sed an ad acquirendum. Quanquam contrarium tenet Bal. d. con. 370. lib. 1. *An vero officiariorū scientia sufficiat.*

4 ¶ Verum sunt alij multi, qui in hac præscriptione temporis immemorialis, quarumcunque rerum non requirunt scientiam superioris, aut alterius contra quem præscribitur, vel officiariorum eorum. In qua sententia fuit glos. in lege, hoc iure. §. ductus aquæ. & ibi Angel. ff. de aqua. quotid. & æsti. Bald. sibi contrarius in cap. 1. col. 2. versic. sed Bart. dicit, tit. quæ sunt reg. & con. 242. antiqua. lib. 2. Sal. in l. 2. C. noua vectig. Anton. in cap. peruenit, in multis locis, de censib. Imo. in d. §. in omnibus, & in l. 1. §. denique, & ibi etiam Rom. ff. de aqua plu. arc. Alexan. cons. 6. viso themate, col. 2. versic. verior tamen, lib. 1. vbi hanc dicit esse communem op. & con. 24. ponderatis, col. 4. versic. quinimo etiam, lib. 5. Felyn. in d. c. cum nobis, col. 2. de præscript. Iason in l. imperium. colum. 9. versic. circa primum dictum, & ibi Franc. Purp. char. 8 versic. limitat Iason. ff. de iurisdict. om. iud. Philip. Deci. con. 85. cuius superscriptio incipit, de gradibus, col. 2. & cons. 271. in casu transmisso, col. 1. Iacob. à S. Georg. vbi suprà citauimus. *Qui dicūt scientiam nō requiri.*

5 ¶ Sed vt redeamus ad principale nostrum propositum, Alber. in l. imperatores. ff. de Decurio. quærit an si quis steterit in possessione cuiuspiam dignitatis vel nobilitatis (de vtraque enim intelligit, vt constat ex præcedentibus & sequentibus) per 40. annos, eam præscribet? Et videtur, inquit, quod non. Cum hæ res à principe procedant, per iura prius per eum allegata. Continuò subiungit contrarium videri ex. l. si Cohortalis. C. de Cohort. lib. 12. Mox autem subdit, Sed videtur quod nobilitas & dignitas procedat à natura. c. de famulis, ibi, dignitate naturæ, de seruis non ord. Ex quibus potes intelligere eum sentire, nobilitatem tempore non præscribi. Cui concinit quod legitimitas (vt ita dixerim) siue ingenuitas, quæ veluti quædam nobilitas est, non præscribitur glos. in l. nemo. ff. de vsucapi. pro legat. Quod semper intelligere debes, nisi tempore illo immemoriali, quod nunquam exclusum esse censetur, vt late docuimus in tractat. retractuum, tit. 2. §. 1. glos. 2. in verbo, *à tel temps.* numero tertio, hanc partem. *Iterum de quæstione princ.*

Nobilitas an in alios deriuetur, & in quos: & primùm, an in liberos, & in quos. C A P. X V.

Nobilitas in posteros descendit.

1 NObilitas per aliquem acquisita, descendit, veluti ex traduce, in posteros, vt qui maiorum suorum conditionem sequuntur, vt optimè probatur in l.j. vbi Bar. & Io. Plat. & in l. Senator, & in l. si Senator. C. de dig. & in l. Senatoris filium. ff. de Sen. cum si. & voluit An. Iser. in const. Siciliæ, incip. prosequentes, & ibi quoq; Matt. Afflic. col. 6. vers. 7. quarto. & Bal. in l. cũ antiquiorib. col. 3. in 8. q. in princ. C. de iure delib. vbi dicit quod nobilitas à progenitorib. seminatur in posteros, & Luc. Pen. in l. mulieres, col. 2. vers. 6. ex nobilit. C. de dig. vbi id dicit fortius procedere in nobilitate, quæ ex dignitate quæsita est. Guil. Laud. in cle. j. & ibi quoque Card. Flo. in 2. q. de baptis. Et Panor. in c. licet, in fi. de censib. & omnes vbique. Matth. Afflic. in c. j. col. 5. vers. sexta nobil. tit. quis dica. dux. vbi hanc dicit nobilitatẽ generis dici in c. nullus episcopus, quod est vlt. 38. di. & idem Matth. in c. si rusticus, col. 1. in 5. no. de pace tenen.

Sed an vltra pronepotes.

2 ¶ Quòd tamen intelligit gl. in d. l. j. de dign. vt non extendatur vltra pronepotes, per l. diuo. C. de quæstion. quod & voluit gl. in l. liberos. ff. de Senat. & And. Iser. in d. constitutione Siciliæ, prosequentes, & ibi Matt. Afflic. col. 6. in 6. q. per tex. in l. j. C. de priuil. eorum, qui in sac. pal. mil. lib. 12. & omnes ferè qui de nobilitate scripserunt. Bart. autem in d. l. j. col. vlt. de dig. distinguit. Aut illud, ex quo acquiritur nobilitas, transit ad posteros, putà regnum, ducatus, comitatus, & similia: & tunc in infinitum posteri, ad quos eæ res transeunt, erunt ob id nobiles, non ex persona parentum: Aut non transit, & tunc de iure communi nobilitas non transit vltra pronepotes. Sed secundum consuetudinem in quibusdam partibus Italiæ, omnes descendentes admittuntur, & habentur pro nobilibus. Et idem ferè voluit Ioan. Plat. in d. l. j. col. j. vbi & illud addit, pronepotes hic accipi inclusiuè, ar. l. vlt. in fi. ff. de Senat. Et limitat, vt procedat in illustribus, & superillustribus. Nam in spectabilibus, etiam clarissimis, transit tantum ad filios. l. sed & milites. §. 1. ff. de excus. tut. & l. laudabile. C. de aduo. diuer. iud. Idem præterea quod Bart. voluit Alua. in c. 1. §. cæteri. col. pe. vers. quarto vsque ad quem gradum, tit. quis dic. dux. com. marc.

De eadem re.

3 ¶ Sed aduerte quia glo. in d. l. j. C. de dign. nominatim loquitur de nobilitate, quæ, vt ipsa loquitur, venit per accidens, id est, vt ea ipsa declarat, per dignitatem, sicuti & magna pars eorum quos suprà citauimus intelligunt, quasi sentiant nobilitatem generis & originis in infinitum progredi, vt expressius declarat Marti. Laud. in tract. de dign. vers. 44. incip. vbicunque dignitas. Et ita consuetudine obseruari tradit Alua. in d. c. 1. §. cæteri, tit. quis dic. dux. & Ioan. Plat. in dicta lege prima, col. 1. de dignit. lib. 12 Rayn. in tract. nobilitatis, in 3. quæst. 5. q. princ. & Laur. Calca. con. 8. in causa pendente, col. 7. versicul. ex prædictis. D. Cos. Guyl. in prag. sanct. tit. de elec. §. insuper, in verbo, antiquo, & Math. Afflic. in constit. Siciliæ, incip. intentionis, col. 9 in 6. no.

An ad furiosos & dementes.

4 ¶ Extende quod dictum est, nobilitatem parentum in filios descendere, vt intelligatur etiam in filiis furiosis & dementibus, qui parentum æquè ac mentis compotes nobilitatem retinent, vt dicit Bar. in d. l. j. col. 5. vers. sciendum est ergo. C. de dign. lib. 12. per l. cæcus, & l. cum furiosus. ff. de iud. Imo etiam possunt huiusmodi furiosi & dementes recenter à principe nobilitari, vt nos diximus suprà. c. 6. num. 34. ex quibus etiam.

An ad adoptiuos.

5 ¶ Extende 2. vt etiam transeat parentum nobilitas ad filios legitimos tantum, puta, ad adoptiuos, vt expresse voluit Ray. in d. tract. in 4. quæst. 5. q. prin. per l. liberos, & l. Senatoris filium. ff. de Sena. vbi non tantum dicuntur Senatoris filij qui naturales sunt, sed & adoptiui. Et huc etiam respicit illud Ouidij lib. 4. Fastorum,

Hic ad te magna descendit origine mensis,
Et fit adoptiua nobilitate tuus.

Nam & ex oratione Ciceronis pro domo sua ad pontifices apertissimè licet videre, filios adoptiuos sequi conditionem statúmque patris adoptiui, vt si is pater esset patricij generis, & filius quoque talis esset: & è contrario si plebeij, plebeius quoque filius censeretur. Ob idque Clodium illum Pulchrum se in adoptionem P. Fonteio homini plebeio dedisse vt Tribunatum plebis assequi posset, ad quem magistratum non nisi plebeij admittebantur.

De eadẽ re.

6 ¶ At Bonus Curtilius in tract. nobilitatis in 4. parte col. 3. vers. quid autem in filiis legitimis tantum, tenet contrarium. Cui & ego accedo. Nam ea nobilitas quæ à parentibus transit ad filios, est veluti ex traduce, & vt dicunt Lau. & Ca. in cle. grauis. in prin. de sen. exco. à coruscatione clari sanguinis. Quibus adstipulatur illud Iuuenalis à nobis suprà ad aliã rem relatũ.

—Quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri— Et quod voluit glo. loquens de nobilitate sanguinis in l. stemmata. ff. de gradib. affi. Quod quidem non potest accommodari legitimis tantũ, vt qui non sunt de sanguine parentum legitimorũ tantum. Fatendum tamen filios adoptiuos ex nobilitate parentũ nonnihil fieri illustriores, per iura à Ray. allegata. Sed tu hic omnino vide quæ scripsimus in repe. l. si vnquam, in verbo, liberos susceperit, num. 2. & multis seq. & in tract. retractuum.

tit. 1. §. 1. in

tit.1.§.1.in gl.8.in verbo *le parent*,nu.16.sed & ex istis. Et vide etiam quæ dicam infrà in tractatu primigeniorum in 84.quæst.

An ad liberos natos ante nobilitatem parentis.

7 ¶ Extende 3.vt item transeat ad filios natos ante nobilitatem patris, per text. in le. Senatoris filium.ff.de Senat.vbi nihil interest,vt quis Senatoris filius dicatur,an in Senatoria dignitate constitutus pater eum susceperit,an ante dignitatem Senatoriam,& ibi Guil.Cun. trahit ad nobilitatem,vt videlicet is sit nobilis,qui natus est antequam pater nobilitatem assecutus fuerit.Durũ enim esset,vt ipse dicit,q̃ pater esset nobilis,& filius antè natus remaneret plebeius,ar.l.pe.C.de nupt.& l.cùm oportet.§.1.C.de bo.quæ libe. Et illũ sequitur Io. Rayn. in d.tract.nobilitatis,in 8.q.5.q.prin.vbi tamen dicit,q̃ non est in tanto ordine vel gradu nobilitatis.quãto pater ipse est,aut filius posteà natus.per id quod voluit gl.in d l.Senatoris filiũ, quòd natus ex illustri ante dignitatem adeptã.est clarissimus solùm:natus postea,illustris,vt patet,quod & idem dicit gl.in l si Senator.C.de digni.lib.duodecimo,quam sequitur And. de Barul.& Ioan.Plat.qui & hoc quoque dicit,filium antè natum esse nobilem.

De eadẽ re.

8 ¶ Et optimè facit quod scribit Anto.Rosel.in tract.legitimationum.q.61. Quòd si in priuilegio legitimandi sint excepti filij nobilium , intelliguntur excepti & ij,qui nati sunt ante nobilitatem patris,& ita dicit consuluisse,patrem suum. Et idem voluit Zoch. qui ita dicit multos Doctores consuluisse,& se quoque eum illis in c.per venerabilem,& ibi etiam Card. Alex.in §.vlt.char.antepe.versi.quæro secundò principaliter,extrà qui fili.sunt legi. Et hanc partem obseruat Gallorum generalis consuetudo.

De eadem re.

9 ¶ In contrarium tamẽ faciũt multi tex.& inter cæteros,in dicta l.si Senator, nuncupatim distinguens natos ante dignitatem patris,& posteà natos,vt videlicet illi sint priuati , hi potiãtur patris dignitate.Et tex.in l.vlt.C.de Decur.li.10.in illis verbis,sed progeniti filij , antequã ad fisci patronatum peruenerint,in conditione pristina remaneant. Et quod speciatim ad casum nostrũ pertinet,Bar.in l.2.§.in filiis.ff.de Decuri.tenet,nobilitatẽ patris nõ trãsire ad filios ante natos propterea:q; huiusmodi filios nõ poniri ex statuto aggrauãte pœnã nobiliũ.quoẽ & in hoc caso expresse refert & sequitur Bal.in l.imperialis.§.his illud,ante fi. C. de nup.& Io.Plat sibi cõtrariùs in l.eùm adoptiuũ.C.de Decur.li.10.& Car.Alex.in c.iã itaq;.1. q.4.Sed tu vide quæ dicã infrà in c.35.nu.3.& latiùs tract.Primogeniorum,in 31.q.

An ad naturales tãtùm.

10 ¶ Sed & illud quoque limitandũ est,vt videlicet trãseat nobilitas ad legitimos & naturales, non etiã ad naturales tãtùm,id est,nothos,& nõ legitimos,quos vulgò bastardos vocamus, sicuti voluit Bar.in d.l.1.col.4.vers.itẽ pone ex eodẽ.C.de dig.li.12.& Bal.in l.cùm legitimæ. ff.de stat.homi.vbi dicit quòd bastardi nobilium,etiam ex persona matrum,nõ sunt nobiles, quia sordes non meretur nominari inter præcipuos,l.humilem.C.de incest.nup.& idem Bal. in c.innotuit,col.vlt.vers.nota quòd nobilitas,de elec. vbi etiam dicit , quòd nobilitas patris filios degeneres non potest nobilitare,etiã si mater fuerit deflorata vi vel dolo. Et ideò,inquit bastardi nobiliũ non sunt nobiles,quia non decidunt ab aliquo fonte nobili, sed à sanguine putrido.Et sicut non sunt nobiles,quo ad dignitatem,sic nec cõtrà quò ad pœnas statutorũ, quia contrariorum est eadẽ disciplina.Et hoc,inquit,sæpe cõtingit de facto in terris Tusciæ. & idem Bal.in l.eum antiquioribus,col.3.in 8.q.in prin.C.de iure delib. vbi dicitur,quòd nobilitas non transmittitur in posteros,nisi per legitimam lineam.& Anto.in c.per venerabilẽ, & ibi quoque Card. Alex.in 3.no.extrà,qui fili.sunt legi.& idẽ Anto.con.54.Iesu Christi,&c. videtur primò,dum loquitur de turri Asinellinorum Bononiæ.Floria.in l.qui testamentum, in fi.ff.de proba.& Pe.An.con.389.visis diligenter iuribus,vbi dicit quòd illegitimi ex nobilibus procreati,non possunt tueri à solutione collectarum,tanquam nobiles.Neq;enim,vt ipse subdit,& etiam Floria.vbi suprà,Bastardi veniunt appellatione nobilium , siue loquamur in fauorabilibus.siue in odiosis,per no.per gl.in cle.1.de baptis.& ita dicunt consuluisse Dy.con.incip.in Christi nomine amen,diligenter considerata,ea videlicet ratione motum, quia illegitimi nullam cognationem vel agnationem retinent ex parte patris,per l.si spurius. ff.vnde cogna.Ita quoque voluit Imol.in l.ex facto.§.si quis rogatus,col.14.& ibi Ale.char. vlt.ff.ad Trebel.Domi.con.140.quò ad primũ dubium,in fi.Nicol. Vbal. in tract. de succes. ab intest.in 4.specie filiorum.Alua.in c.1.§.cæteri,col.3.vers. quæro an bastardi , tit quis dic. dux.com.marc.Raph.& Philip.Corn.in d.l.vlt.C.de verbo.signifi. Io. Rayna.in d.tract. nobilitatis in 2.q.5.q.prin.Anto.Rosel.in d.tract.de potest.Imper.& Papæ,in vlt.q.versi. hanc dignitatem.Cepol.in d.trac.de impe.mil.delig.in materia nobilitatis,in 11.op.Alex. con. 25. circa primum,col.2.versi.& tantò magis,lib.2.& con.87.visis codicillis co. 2. vers. vndecimò probatur,lib.2.& con.172.visis duobus,in 2.dubio,lib.7.& Guid.Papæ , deci. 580. an bastardus.Fran.Cur.Senior in repe.l.admonendi,col.3.de iureiur. D.Cos.Gov.in c.1.in verbo filij, tit.de num.& quali.Card.& Fran.Are.in c.super eo,le.2.col.3.vers.de nobilitate , & ibi etiam Fely.col.3.de testib.& idem Fely.in c.in præsentia,col.11.versi.quartò in quantum, de probat. Carolus Rui.con.77.viso,col.3.nu.7.lib.3 vbi dicit hos bastardos nobilium esse viliores & deterioris conditionis,quàm plebeiorum.pro quo vide quæ dicam infrà versi.abhinc 4.& seq. Maria Soci.iunior con.86.disputatur in præsenti,col.6.nu.19.lib.2.

Bastardi non possuntur priuilegiis & dignitate parentum.

11 ¶ Et generale est, vt huiusmodi naturales filij non potiantur priuilegiis & dignitate parentum, vt cæteri filij. l. ex libera. C. de suis & legit. vbi Bal. dicit, quòd spurij nihil ex honore parentum recipiũt. Quod & voluit gl. in cle. 1. in verbo. liberi, & ibi Imo. & Cardi. Flo. post alios antiquiores. de baptis. quam quidem gl. sequitur ipse Bal. in l. generaliter. §. cùm autem. C. de instit. & substit. dicitque per eam bastardos non includi in dispositione legali, quantùm ad commodum & honores. Hincque fieri, vt in feudis non comprehendantur. c. naturales. ti. si de feud. fue. cont. int. do. & ag. & in c. quidam, tit. hîc finit lex Cor. Nam feudum, inquit, honor est. Et idem quoque de honore voluit Bart. consi. 229. cauetur statuto, col. 2. & Flori. in d. l. qui testamentum. ff. de prob. Et de priuilegio quoque Bald. in l. filium, in 2. & 3. lec. ff. qui sunt sui vel ali. iur. Domi. con. 140. dubium primò, in fi. Nicol. Perus. in tract. de succe. ab inte. in 4. specie filiorum, in fi. vbi dicit, quòd regula Cancellariæ priuilegians filios nobilium, nõ comprehendit illegitimos. Propereàque etiam Io. Plat. in l. si Senator. C. de digni. lib. 12. intelligit eum tex. concedentem filiis priuilegium, dignitatémque paternam, in filiis legitimis & naturalibus, non etiam in naturalibus tantùm. Nam ij, inquit, conditionem matris, non patris sequuntur. l. lex naturæ. ff. de stat. homi.

Bastardi non sunt de domo parentum.

12 ¶ Quibus adstipulatur, quòd bastardi ipsi non dicuntur esse de domo siue agnatione, aut familia parentum, siue Casata, vt Itali vulgò appellant, nec possunt eorũ insignia, aut, vt vulgò vocant, arma deferre. Primum enim voluit Dy. in leg. cùm pater. §. mater. ff. de leg. 2. & con. incip. diligenter considerata. And. Iser. in c. 1. tit. si de feud. defunc. Bar. in l. tutelas, in princ. ff. de cap. dimi. vbi tamen distinguit, & in l. pronunciatio, per illum tex. ff. de verb. signi. & in l. vlti. & ibi quoque Bal. Saly. & alij. C. eo. & idem Bar. in tract. de insig. & ar. col. 2. Bald. in d. l. filiũ, in 2. primis lec. & ibi Ang. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. & in d. l. generaliter. §. cùm autẽ. C. de inst. & subst. & in d. l. ex libera, per eum tex, & ibi quoque Corne. C. de suis & leg. vbi ipse Bal. dicit ita fuisse determinatũ in quæstione nobiliũ de Petra mala. & in c. per tuas, de probat. & in c. nonnulli, col. 2. versi. sed an spurij, de rescrip. & con. 441. ad euidentiam, in prin. lib. 3. & con. 65. filia, post princ. lib. 4. & con. 318. matrimoniũ, co. 2 eo. li. 4. & cõ. 268. proponitur quòd quidã, lib. 5. Alberi. in 1. parte statutorũ, q. 138. inci. irẽ Dy. consiliũ, ante fi. Ang. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus, col. 2. ff. ad S C. Trebe. vbi & illud dicit de nobilibus de Petra mala, & con. 30. domina Frãcisca. Flor. in d. l. qui testamentum, ad fi. ff. de probati. Pet. Anc. & Philip. Fran. in c. 1. statim post prin. de scisma. lib. 6. Idem Anc. in repe. c. 1. in 14. q. prin. ver. dubitat alibi, de const. & d. con. 389. Ioan. Plat. in d. l. si Senator, ad fin. C. de digni. libr. 12. Ioan. Ana. in c. cùm dilectus, ante fi. de accusati. Nico. Perus. in d. trac. de succes. ab inte. in 4. specie filiorũ. Bolo. in addi. con. Ioan. Ana. cou. 46. dubia, in tertio dubio. De quo tamen latè recentiores in d. l. vlt. C. de ver. sig. & in d. l. ex facto. §. si rogatus. ff. ad Treb. vbi plenissimè Alex. char. pe. & Bened. Cap. con. 40. punctus fuit quidam Bertus, per totũ. dubium, & Corn. cõ. 169. in hac, co. 2. ver. non itaque, & co. seq. versi dato autẽ, lib. 3. & Guid. Pap. sing. 897. ver. bastardus, & sing. 980. versi. ius agnationis, & Soci. con. 102. visis. col. 4. versi. restat igitur, li. 3. & Cos Guy. vbi suprà. Et huc pertinet lex Periclis ne nothi censerentur ciues Athenienses & è genere parentũ, quã tamen postea abrogauit mortuis suis filiis legitimis & nothis tãtùm superstitibus, ne eius nomen & genus deficeret, vt scribit Plutarchus in vita illius, non multò ante fi. Quódq; apud Phryges nullus ex regio genere esse dicebatur, nisi qui essent ex legitimis vxoribus, vt tradit Dares Phrygius, si eius sit liber, qui de excidio Troiæ inscribitur.

Bastardis non licet deferre insignia parentum.

13 ¶ Secundum quoque, non licere bastardis deferre arma parentum, voluit Dy, in d. l. cũ pater. §. mater. ff. de le. 2. Bar. in d. l. vlt. C. de verb. signi. & in d. tract. de insig. & armis, & Bal. in d. l. filium, in 1. lec. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & in d. l. generaliter. §. cùm autem, in fi. C. de instit. & substi. Ant. in d. c. per venerabilem, col. 16. versi. de alio effectu, ibi, plus dicit & ibi quoque Panor. co pe. & Card. Alex. in 3. no. qui fili. sunt legi. & idem Ant. in d. con. 54. Ioan. Ana in d. c. cùm dilectus, de accu. Nicol. Vbal. vbi suprà, Aluaro. in d. §. cæteri, col. pen. ti. quis dica dux. co. mar. Pet. Belluga. in speculo principũm, tit. de prin. prohib. militem guerrificare, co 5. Guid. Pap. d. deci. 580. & d. sin. 891. D. Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo, Raynutius de claromonte, nu. 35. & Cos. Guy. vbi suprà.

Bastardi infames.

14 ¶ Nam bastardi sunt infames, & vilis conditionis, si Azo. credimus in summa. C. de infa. in prin. quẽ sequitur Bal. in l. 1. col. 1. C. de iure aur. annulo. in id quoq; citãs tex. in l. vlti. C. de nat. lib. & idẽ Bal. in l. in bonæ fidei, co. 1. versi. idem dico. C. de iureiur. & in d. l. generaliter. §. cùm autẽ, & ibi etiam Alex. C. de instit. & substit. ipse Bal. in l. 3. in prin. in vlt. no. ff. de lib. & posth. & in d. c. 1. §. naturales. col. 2. & ibi Cardi. Alex. in prin. tit. si de feud. fue. cont. inter do. & ag. & idem Bal. con. 373. præmittendũ est, in prin. lib. 1. vbi tamẽ intelligit eos esse infames, respectu & comparatione legitimorũ & con. 207. q. talis est, spurius, col. 2. versi. ex his infero, li. 2. vbi etiã in col. pe. dicit spurium esse turpẽ personã, per tex. in §. sorori, Insti. de inoffi. test. & Saly. in l. si vnquam. C. de reuó. dona. Gasp. Cald. con. 2. tit. de fid. Instr. vbi id intelligit, vt & plærique omnes, de infamia facti, non iuris. Raph. Corne. & Alex. in addi. Bar. in d. l. vlt. C. de verb. signi. Ro. con. 96. super eo, post princ. Io. Anã. in d. c. cùm dilectus, col. vlti. de accusa.

Alex. in

Alex.in l.3.col.2. ff de lib.& posth.& con.2.visis codicillis,col.item 2.versi.it.probatur,li.1.& d.con.25.vbi suprà,eod.lib.1.& con.67.consideratis,col.4.ver.& tales illegitimè nati,eo.lib.1. & consi.94.codē initio,col.3.versi.quintò quia etiam,eod.lib.2.& con.80.examinato,co.1.li.2. & d.con.87.co.2.versi.& illegitimè nati,eod.lib.2.& con.57.in casu præmisso,lib.4.& con. 172.visis duobus,in 2.dubio,lib.7.Nicol.Vbal.in d.tract.successionum ab inte.in 1.parte. in 4.specie liberorum.Cacia.in rep.l.si qua illustris,col.26.C.ad Orphi.Barb.con.15.clementissimi,co.6.lib.4.Fran.Curt.Senior in repe.l.admonendi,col 2.& iterū col.27.versi.22.ff.de iureiur.vbi ex hoc dicit in posteriore loco,hos non esse admittendos ad dignitates,& con.74. super memorati,col.26.ver.sexta differentia.Lud.Bolo.qui id dicit sing.in repe.auth.habita, col.19.versi.modò quæro qui possunt.C.ne filius pro patre,Ias.in l.fratris,ad fi.C.de inoffi. test.& con.154.in causa mota,col.7.ver.vnde dicit Do.lib.2.Philip.Deci.con.602.viso pūcto, col.vlt.& Matth.Afflict.in consti.Siciliæ incip.prosequentes,in 8.no.Et è Theologis scholasticis Alex.Hales in 3.parte suæ summæ.q.48.membro 4.ar.3.§.4.

15 ¶Et propterea dicit Ro.in l.admonendi,& ibi post eum Cacia.in repe col.60.versi.25.ff.de iureiur.quòd propter vnum testem spurium non defertur iuramentum in supplementum, vel in defectū probationis,cùm spurius ille testis sit infamis & vilis,Et subdit Cacia.ver.seq. quòd eadem ratione non defertur iuramentum spurio,in supplementū probationis.& idem voluit Frā.Cur.Senior,ibi in repe.col.2.& Hip.Marsil.sing.273.notissimum est in iure,post princ.Et dicit Bal.vt à nónullis citatur in c.1.§.iniuria,tit.de pace.iur.fir.q spurius nō potest ferre testimoniū nisi contra similem,& sequitur,vt & illi dicunt,Alex.con 49.li.4.apud quos tamē nō inueni,& Matth.Afflict.in tt.de aleatorib.col.3.ver.36.De quo tamē vide latè And. Iser.in consti.Siciliæ incip.sicut accepimus,& ibi ipsum Matth.Affli.in 3.no.Nec potest doctoratus insignibus decorari,vt voluit Ioan.Ligna.in proœ.cle.Card.Flo.& Pet.An.in proœmio.6.& Cardi.Flo.in cle.2.in 2.q.versi.12 de magi.& Matth.Afflic.in constit.Siciliæ incip. constitutione præsenti,col.2.Ludo.Bolo.in repe.d.authen.habita,vbi suprà.licèt Cardi.dubitet,imò videatur inclinare in contrariam sententiam,in repe.cap.perpendimus,de senten. ex com.quoniam hic honos non publicus est,sed priuatus.Sicut etiam dubitat Ioan.Ana.in c.quantò,col.2.ver.quartò potest inferri,de magi.Nec potest esse notarius ad tribunal causarum,vt consuluit Alex.d.con.80.col.1.lib.2.

Vnus testis spurius nō facit deferri iuramē tum.
Nec illi defertur.
Spurius an possit ferre testimoniū.
An autem doctorari possit.
An notarius creari

16 ¶Et ex hoc quoque fit,vt quis possit querelare,vt nostri loquuntur,testamentum fratris, in quo bastardus est institutus,nempe quia turpis & infamis persona,& indigna quæ instituatur,vt voluit Cy.in l.fratres,& ibi Iason in fi.C.de inof.test.& Bal.in l.1.C.de nat.lib.& Ale. in l.ex facto,col.5.in prin.ff.de vulg.& pup.substi.Vt interim omittam,huiusmodi bastardos arceri à sacris ordinibus.c.1.de fili.presby.& c.consuluit,de ser.non ordin. Atque etiam à sacerdotiis,id est,vt nostri appellant,beneficiis.d.c.1.de fili.presb.& c.1.& 2.eo.tit.lib.6.& cap. cùm in cūctis,& c.innotuit,extrà de elec.Quod & ortum habuisse videtur à legibus Mosaicis quibus prohibebatur manzer,hoc est,de scorto natus ingredi in ecclesiam domini,vsque ad decimam generationem,Deutero.23.Idque adeò præcisum est,vt si Papa bastardo faciat gratiam promouendi ad omnem dignitatem,id ad beneficia non trahitur,nisi specialis eorum mentio facta fuerit,vt dicitur voluisse Ioan.in c.dilectus,le.3.de præbend.licèt in meo codice id non repererim:ita tamen eum citat & sequitur Fely.in c.veniens,col.1.de accusat.vbi id dicit not.& Hippo.Marsi.qui & id dicit sing.in sing.193.bastardi.

An indignus qui instituatur hares.
An ad sacros ordines promoueri.
An ad beneficia.
Lex Mosaica.

17 ¶Hoc amplia quòd dictum est,bastardos nobilium non esse nobiles,vt etiam procedat,si fuerint legitimati.Neque enim tunc sunt nobiles,vt sing.voluit Bal.in c.per tuas,versi.quæro in honoribus,de maio.& obed.sequitur & commendat Alex.in d.l.ex facto.§.si quis rogatus, col.vlti.ff.ad Treb.Et Franc.Cur.Senior.in repe.d.l.admonendi,col.2.ff.de iureiuran. Et idem voluit Steph.Bertran.consi.169.existimo,nu.8.lib.2.

An saltem ad legitimatos nobilitas descēdat.

18 ¶Pro quo facit,quod alibi dicit idem Bal.videlicet in d.l.generaliter.§.cùm autē.C.de instit. & substit.quòd bastardus legitimatus,est etiam infamis.Ideòque non succedit in feudo,per d.c.naturales,tit.si de feu.fuc.cont.inter do.& ag.quia feudum honor est & beneficium, sequitur & dicit no.Alex.in d.l.3.in prin.ff.de lib.& posthu.& Roch.Cur.in tracta.de iur.patr. in verbo,competens alicui,in 1 q.Cæsar.Lamber.in eod.trac.in 29.art.2.q.prin.2.partis lib.1. col.2.nu.10.& Hipp.Marsil.sing.273.vbi & id hoc adducit,quod scribit ipse Bal.in cap.vlti. circa mediū,de transla.epis.quòd spurius legitimatus,similis est homini curato à vulnere, cuius aliqua remanet cicatrix.Et quod dicit gloss.no.vt ipse dicit,licèt non reperi,in c. constituit.17.q.4.quòd infamia remanet apud infamem,extincta etiam caussa infamiæ,id est,vt vtar verbis Claudij Cæsaris apud Suetonium,c.16.extat litura.

Bastardus etiā legitimatus infamis est.
Manet enim cicatrix & litura.

19 ¶Et propterea etiam Bald.in d.c.per tuas,paulò post id quod diximus,asserit legitimatum debere reuerentiam legitimè natis,nec debere sedere ad eandem mensam. Ex hoc quoque fortassis prodiit Venetorum institutum,qui natos illegitimè in suum consilium non admittunt,tametsi posteà quoquomodo iura legitimorum nacti sunt,sicuti refert Fulgo.con.62. stante statuto,col.2.vers.hócque euidentius.

Et debet reuerētiā fratribus legitimis.
Veneti nō admittūt bastardos in suū cōsiliū.

¶Contrarium

Contrariũ eorum quæ dicta sunt.

20 ¶ Contrarium tamen in nostro casu nobilitatis, nulla horũ mentione facta, voluit Bo. Curti. in d. tract. nobilitatis in 4. parte, colum. 5. per ea, quæ vulgò traduntur de viribus legitimationis. & Pau. Paris. con. 58. agit, col. 5. num. 45. lib. 4. Et idem etiam, licèt non dicant, voluit Bal. con. 146. titulus principis Achaiæ, col. 5. versic. & primò qualis debeat, in duobus locis, lib. 1. vbi dicit quòd legitimati deinceps non sunt turpes personæ, per l. imperialis. §. præsenti. C. de nupti. in illis verbis, omni macula penitus direpta, neque vocabulum inhonestum eis inhærere. & l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de rit. nupt. Sed & idem voluit ipse Bal. con. 387. respondendo ad dubia, col. vlti. lib. 5. vbi idem propemodum est consi.

Quid in legitimatis per matrimonium.

21 ¶ Tamen si priorem illam sententiam teneas, eam intelliges procedere, nisi esset legitimatus per subsequens matrimonium, per not. per Bal. & alios in d. §. naturales, si de feu. fue. contro. inter do. & ag. cum concord. traditis per Alex. & recẽtiores in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & quæ latè dicemus infrà in tract. primogenituræ, in 34. quæst. Et ita videtur sentire in nostro casu nobilitatis Ray. in trac. de nobilitate, in 9. q. 5. q. prin.

Quid in matrimonio cõtracto à nobili cũ ignobili muliere.

22 ¶ Sed hîc quæri potest an ex matrimonio à nobili viro contracto cum muliere ignobili, ex qua antè susceperat liberos, ij liberi legitimentur, sic'q; nobiles efficiantur. Dubium enim id facit tex. in §. sed & aliud, ibi, neque dignã eam existimauit legitimo quodã nomine, in auth. qui. mo. natu. effi. legi. ex quo Angel. ibi nuncupatim dicit, huiusmodi liberos, in casu de quo loquimur, non effici legitimos, cùm huiuscemodi matrimoniũ honestè contrahi non posit, moribúsq; hominum sit reprobatum. & id dicit de facto se vidisse seruari. Et idem eadem ratione dicit, Si quis meretricem, ex qua priùs habuerat liberos, duxerit vxorẽ. quod postremũ etiam tenuit ipse Angel. in §. 1. eiusdem tit. Et idem in priore loco dicit consuluisse Bart. Franc. Pisa. Ang. de Aurelia, & Hugo. de Pellolis Perusi. & sequitur Io. Lupus qui & alios in id citat in repe. c. per vestras. §. 1. col. 2. versi. imò fortiùs, de donat. inter vir. & vxo.

De eadẽ re.

23 ¶ Verùm contrarium voluit non obscurè idem Ang. in §. quia verò legem, in auth. vt lice. mat. & auiæ. & expresiùs Petr. Vbal. Perusi. in tractatu succesionum ab inte. col. 11. ver. & sic habet locum dicta regula, vbi reprehendit ipsum Ang. contrariũ tenentẽ in illo priori loco, & nouissimè Iason. cõsi. 234. solemnis, lib. 2. tum quia ex generali regula legitimãtur filij per matrimonium, si tẽpore coitus potuerit esse matrimoniũ, c. tanta, qui fili. sunt legi. Et id quidem ex quocunq; coitu nati fuerint, vt per Ioã. And. in c. sine culpa, de regu. iur. li. 6. in Merc. & Ant. in d. c. tanta, col. vlt. paulò ante fi. tum vt addit Ias. quia tex. habemus probantẽ ex matrimonio contracto cum ancilla vel liberta, legitimari filios priùs natos, in §. vlti. in auth. de tri. & sem. & in §. 1, in auth. vt libert. de cæte. Quamuis ancillæ & libertæ vilis & abiectæ cõditionis sint. l. humilem. C. de incest. nupti. & c. proposuit, de coniu. ser. Tũ quia glo. est no. in c. non omnis, in verbo, constituente, 32. q. 2. Quòd Iacob contrahendo nuptias cum ancilla, ex qua liberos susceperat, eos legitimauit. Et hanc quoque sententiam sequitur Io. Lupus sibi contrarius in illa eadem repe. d. c. per vestras. §. 20. col. pe. versi. ex his etiam resultat.

Quid in filius legitimis & naturalibus ipsorũ bastardorũ.

24 ¶ Amplia secundò, vt etiam ita procedat, vt filij legitimi & naturales ipsorum bastardorum non sint nobiles, vt qui non sint de domo vel casata, vt expresè voluit Bal. in d. l. vlti. ad fi. C. de verb. signi. & post eum Pet. An. d. consi. 389. moti hac ratione, quia nulla cõsequentia legitima potest esse ex illegitimo nascendi principio. & radice corrupta. d. l. vlti. C. de natur. lib. Vnde, vt subdunt, dicit ille canon, ex infecta radice fructus non producitur. & non bono peragitur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. c. principatus. 1. q. 1. Et sequitur Card. Ale. in c. venerabilem in prin. col. 3. qui fili. sunt legi. Nã & ex statutis Sabaudiæ (hi sunt Allobroges) filij legitimi bastardorum nobiliũ non debent deferre cognomen & arma ipsorum nobilium, vt scribitur lib. 3. dictorum statutorũ. c. item 3. incip. quia naturales. Quibus adde quę longè latèq; in eam rem congregabo, infrà in materia primogenituræ in 12. q.

Quid de consuetudine.

25 ¶ Et hæc quidem procedunt de iure communi, verùm de consuetudine aliter, vt videlicet bastardi nobilium, maximè magnarũ domorũ, sint nobiles, vt expresè voluit Ray. in d. trac. nobilitatis in 2. q. 5. q. prin. Vbi loquitur de bastardo Sabaudiæ. Cui quidẽ cõsuetudini standũ est, per id quod in simili dicit Bar. in d. trac. de insig. & ar. co. 2. vbi dicit, ꝙ licèt de iure cõmuni non posint bastardi vti insignibus suorũ parentũ, quod iam suprà diximus: tamen cõtrarium obseruatur in Thuscia de consuetudine, cui standum est. Et ita quoque Domi. in c. statutum, le 2. in prin. col. vlt. de hære. li. 6. Soc. con. 102. visis, co. 4. versi. secundò quia prouocabatur, li. 3. & Matth. Afflic. in trac. protomiseos, in gl. 1. col. 11. versi. item quæro an consanguineis bastardis, vbi dicit esse generalẽ consuetudinem, ꝙ bastardi deferant arma domus, & in c. 1. col. 7. ver. an autẽ spurij, ti. quis dic. dux. & Nico. Perus. in tract. de succes. ab inte. in quarta specie filiorũ. vbi tamen dicit quòd in Francia & Britannia bastardi in suis armis deferunt barram, vt loquitur, transuersam à sinistra parte ad dextram. Et certè in Francia hoc obseruamus, vt bastardi nobilium nobiles reputentur, sint'que immunes à subsidiis popularibus, & in vniuersum potiantur priuilegiis nobilium, præterquam quòd non succedunt, vt etiam retulit Guid. Pap. deci. 580. an bastardi vbi & illud de insignibus adscribit. & D. Boër. deci. 127. ad secundam, ad fi. Et adde Ang. in leg. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel.

ibi dicit quòd apud Tuscos bastardi sunt de domo. quod & idem dicit ipse Aug. con. 30. domina Francisca. vbi & idem dicit obseruari Perusij, & post eum Domi. in d. c. statutum, le. 2. in prin. col. vlti. versi. no. ex his, de haeret. li. 6.

26 ¶ Sed &, quantùm ad ius commune pertinet, duobus modis est limitandum quod dictũ est, bastardos nobilium non esse nobiles, siue non venire appellatione nobilium: Primo modo, vt ita procedat & in illis terminis, in quibus semper locuti sumus. At nihilominus dicuntur bastardi filij nobilium, veniúntq; appellatione filiorum nobilium, in iis scilicet casibus, in quibus alias bastardi veniũt appellatione filiorũ. quod quãdo fit, poteris colligere ex iis quę no. Bal. in l. libertinũ. C. de interdi. mat. Et ita expressè voluit Nico. Perus. in tract. de succes. ab in. char. 7. co. 3. versi. vnde cogitandum. Contrariũ tamẽ voluit Albet. in 1. parte statutorũ, q. 61. item quarto si statuto ciuitatis, vbi dicit quòd si magnates, eorúmque filij ex statuto teneãtur satisdare de nõ offendendo populares, non comprehenduntur filij spurij magnatum.

An saltem bastardi dicãtur filij nobilium.

27 ¶ Tamen si priorem partem teneas, eam intellige procedere in materia indifferenti, aliàs secus, verbi gratia. Si statutum in casu honoris aut dignitatis faciat mentionẽ de filiis nobilium, non comprehenduntur bastardi, cùm nõ sint huiusmodi dignitatis capaces, nisi cùm desunt caeteri, per l. generaliter. §. spurius. ff. de Decur. Et ita in specie consuluit Angel. d. cõ. 30. versi. quidam autem sunt. & sequitur Domi. in d. c. statutum, le. 2. col. 2 de haere. & Nicol. Perus. in tract. de succes. ab inte. in 1. parte in 4. specie filiorum, colum. viti.

De eadẽ re.

28 ¶ Secundo modo procedit, nisi statutum aut alia dispositio faceret mentionem de nobilibus de patrimonio, vt est statutum Pisanum magis puniens nobiles de patrimonio, quã populares. Nam cum haec verba sonent in naturam magis, quàm in ius (Idem enim significat nobilis de patrimonio, quod de nobili patre natus) tunc comprehenduntur bastardi nobilium. Ita voluit Bart. in l. tutelas, in princ. ff. de cap. dimi. & in d. l. vlti. C. de verb. signi. & Ang. in d. l. ex facto. §. si quis, col. 2. versi. fallit si statutum. ff. ad S C. Trebel. & Ioan. Plat. in l. si Senator, in fi. C. de digni. lib. 12. & Pet. An. in repe. c. 1. in 14. q. princ. vers. dubitat alibi, de constitu. Et facit quod scribit Anto. d. con. 54.

An dicantur nobiles de patrimonio.

29 ¶ Sed Raph. Fulgo. in d. l. vlti. de verb. signi. huic sententiae contradicit, quoniam statutum non dicit natos ex nobili patre (quo casu cõprehenderetur bastardus filius nobilis) sed dicit nobiles de patrimonio, quo casu non comprehenduntur bastardi, vt qui nobiles non sint, & sequitur Corne. in d. l. vlti. arguens Bar. quòd vtrumcunque casum confuderit, & idem quoq; voluit Imol. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus, & ibi quoque Alex. co. vlti. ff. ad S C. Trebel. & Nicol. Peru. vbi suprà proximè citauimus.

De eadem re.

30 ¶ Porrò ne quis putet ex iis quae diximus, bastardos, quos vocamus, adeo contemptui esse habendos, vt omnino reiiciẽdi sint, & ab omnibus honoribus arcẽdi, habemus tex. in l. generaliter. §. spurios, & l. spurij, in princ. ff. de Decurio. spurios in ordinem Decurionatus adlegi posse: quamuis alibi scriptum sit, infames creari Decuriones non posse. l. eos. ff. eod. titul. & l. infamia. C. eod. quoque titu. lib. 10. vt hinc intelligas, non verum esse quod suprà diximus ex aliorum sententia, bastardos infames esse & viles. Et id nuncupatim eadem ratione voluit Ro. in l. & si parentem, quae est 3. in 2. no. ff. de lib. & posthu. Suntque alia multa, quae pro his dici possunt, quae videre poteris in c. vndecunq;. & c. nasci & c. nunquã, & c. dominus. 56. di. quę hic repetẽda nõ ducimus, cùm illic omnibus sint obuia. Nisi quòd in d. c. nasci. scribitur Iepte illum spectatae fidei iudicem Israël, cuiúsque magnae res gestae narrantur, meretricis filium fuisse, quod depromptum est ex c. 11. Iudicum, in prin.

Bastardo non laudentur.

Bastardos non esse infames.

Iepte bastardus.

31 ¶ Neque is solus fuit eius notae. Herculem enim & Alexandrum Magnum, quibus in re militari, vt caetera defuerint, neminem parem fuisse vnquam legimus, veterum scriptorũ bona pars spurios fuisset tradit. Hincque olim in Attica locus quispiã erat κυνόσαργες Cynosarges appellatus. Herculi dicatus, in quo spurij, quique tam ex patre quàm ex matre ciues nõ erãt, exercebantur, quoniam Hercules nothus erat, & tamen virtute sua Diis aequum honorem assecutus est. Authores Plutarchus in Themistocle, in prin. Stephanus, Suidas & Hesychius autoritate Didymi Atheniensis, aut vt alij vocant Diom. Et hinc natum adagium εἰς κυνόσαργες, in infames & ignobiles. de quo per Erasmum Chil. 3. cent. 3. c. 79. Bacchum quoque de pellice natum scribit Ouidius lib. 4. Metamorp.

Hercules.

Alexãder Magnus.

Cynosarges quid.

Bacchus.

— Potuit de pellice natus

Vertere Maeonios, pelagóque immergere nautas. Sed & Theseus ille inter primos laudatus spurius fuit, ex Plutarcho in vita illius, tum post prin. tum & postea. Et Romulus, & ipse inter Deos habitus, patre incerto fuit ob id quę ad abigẽdam ignominiam, diuini eius mater diuino compressu eum peperisse, vt apud Liuium li. 1. ab vrbe cond. & Plutarchũ in vita illius, & in vita Thesei, & plerosque alios videre licet. Sunt & qui Seruium Tulliũ Ro. quoq; regẽ fortissimũ iuxtà ac prudentissimũ, incerto patre, Ocrisia matre natum, vt refert Plutarc. de fortuna Romanorum, & nos alibi suprà cap. 4. diximus. Timotheus quoque Atheniensium Imperator, Cononis ex meretrice Thressa filius fuit, quod cùm ei probro obiiceretur, Maximam, inquit, matri gratiam habeo, quòd per eam Cononis filius sum. Testes Athenaeus, & Suidas.

Theseus.

Romulus.

Seruius Tull.

Timotheus.

Themisto- cles. Suidas. Themistoclem item,& ipsum Athenienſiũ Imperatorem,& oratorem maximũ, nothum.& ex non iusta matre natum,perhibet Plutarchus,& Athenæus, qui autoritate Amphicratis,eius matrem Abrotonum meretricem,& ipsam quoque Threſſam tradit lib.9. variæ historiæ,& Gal.in lib.de exhortatione ad bonas artes,vbi dicit, quòd cùm ei à quopiam obiectum fuiſſet,quòd nothus eſſet,At ego,ait,à meipſo genus auſpicabor, ac meum quidẽ
Medon. genus à me incipiet,tuum in te deſinet. Medonem vnum ex Græcorum ducibus,qui ad euertendã Troiam nauigarunt, Oïlei nothũ filium fuiſſe ſcribit Homerus in catalogo,& iterum
Teucer. lib.13.& 15.Iliados. Teucer alius ex illis præcipuis ducibus,& Aiacis illius Telamonij frater, nothus quoq; fuit,vt idem author tradit eiuſdẽ operis lib. 8.& Sophocles in Aiace flagrifero. Oeneüs Pandionis heroum vnus,qui Athenienſium tribubus nomina impoſuerũt,ex adul-
Menelaus. terio natus fuit,vt prodit Pauſanias in Atticis. Menelaus auus Philippi Macedonis teſte Ae-
Arideus. liano,lib.9.de varia historia. Arideus ille qui poſt Alexandrum Macedoniæ regnum tenuit, filius fuit Philippi Macedonis,ex Philina quadam ſaltatrice,vt ſcripſit Ptolemæus Ageſar-
Bion philo- sophus. cus,& eius autoritate Athenæus,qui & Niciæ quoque teſtimonio,refert Bionem Boryſthenitem philoſophum celeberrimum,meretricis Olympiæ Lacænæ filium fuiſſe. Eam ex lupanari aſcitam ſcribit Laërtius in vita illius. Sed & ipſe Athenæus poſt Ariſtotelẽ & Herpilli-
Nicoma- chus. dam,tradit Nicomachũ meretricis item fuiſſe filiũ. Quis autẽ,& qualis fuit is Nicomachus, dicemus poſteà in tractatione medicinæ. Alexidemus Mileſius Philoſophus Thraſybuli ty-
Habidis. ranni ſpurius,vt ſcribit Plutarchus in conuiuio ſeptem ſapientũ. Habidis Tarteſiorũ rex, ex ſtupro patris & filiæ natus,tantæ magnitudinis fuit,& fœlicitatis,vt nõ fruſtrà Deorũ maieſtate maximis periculis ereptus videretur,magnáſque ac mirandas res geſſerit. Author Iuſti
Homerus. nus li.44.eodemq; vlt. Homerus ille,omnis virtutis parens Iuſtiniano dictus in procemio ff. & omnium literarum princeps,ingeniorum fons,primus doctrinarũ & antiquitatis parens vocatus Plin.lib.2.c.6.& lib.17.c.5.& li.25.c.1.tam incerto patre fuit, quàm patria, vt qui ex nõ legitimo concubitu fuerit,vt teſtes ſunt Ephorus Cumæus,in libro de Patriis. Ariſtoteles lib.3.de Poëtica,& Plutarchus in vita ipſius,& Lucianus in Homeri & Demoſthenis lauda-
Demosthe- nes. tione. Sunt & qui Demoſthenem illum,alterum linguæ Græcæ columẽ, patre ignoto fuiſſe, in quibus eſt Valerius Maximus lib.3.c.4.in fi.quamuis Plutarchus & Suidas aliter dicant.
Brutus. Marcus Brutus omnibus virtutũ numeris abſolutiſsimus,ex adulterio Iulij Cæſaris, & Seruiliæ ſororis Catonis Vticenſis,natus fuiſſe à multis creditus eſt,vt refert Plutarchus in vita illius. Quod & aſtruere videtur quod tradit Suetonius in Cæſare,c.82. Cæſarẽ ipſum,cùm vidiſſet Brutũ cum cæteris cõiuratoribus in ſe irruentẽ,illud Græcè pronũciaſſe, καὶ σὺ τέκνον,
Gaselicus. Et tu fili,ſcilicet de illis es? quod & Dion Nicæus tradidit in vita ipſius Cæſaris. Gaſelicus
Gizerichus ſpurius Alarici Gothorum rex,apud Procopium lib.1.de bello Gothorum. Gizerichus filius nothus Contharis regis Vandalorum in regno fuit prælatus Gogydiſco filio legitimo apud eundem lib.3.de bello Vandalico.

32 ¶ Ex noſtris Io. Andr. iuris vtriuſque peritiſsimus, Andrea presbytero, & matre concubina
Ioã. Andr. natus vulgò creditur. Quanquam ipſe in addi.Spec.in rub. de fili. presb. dicit ſe patre laico natum fuiſſe,ſed qui poſteà ſacris initiatus ſit,nec tamẽ aliter aperit,an ex matrimonio,ſiue legitimo concubitu natus ſit,vt etiam annotauit Panor.in c.inter cæteras,de reſcrip.& Fely.
Bartolus. poſt alios in c. veniens,col.1.de accuſat. Sunt & qui ſuſpicantur. Bart. alterum iuris ciuilis
Gratianus, columen,fuiſſe nothum & expoſitum,ex his quæ ipſe ſcribit in l.quidam cùm filiũ,co.3.ff.de verb.obli. Sed & ſunt quoque qui ferunt Gratianum noſtrum, qui accuratiſsimè Decretorũ
Petrus Lõ- bardus. volumen collegit,eiúſque fratres Petrũ Lombardum,qui & Sententiarum libros ſcitiſsimè quoque coagmẽtauit,& Petrum Comeſtorem,qui hiſtoriam eccleſiaſticã confecit, ex adul-
Petrus co- mestor. terio natos. Cuius admiſsi,cùm mater eorũ pœnitere non poſſet,quòd tantos viros ita genuiſſet, id que confeſſori ſuo planè profiteretur, Pœniteas ergo,inquit,quòd pœnitere non potes.

33 ¶ Ex quibus certè intelligis id verum eſſe quod ſcripſit Menander, nullum eſſe diſcrimen
Legitimus, qui bonus est. generis: ſed,ſi hæc certè examinauerimus, legitimum eundem eſſe qui bonus ſit, nothum autem,qui malus.

οὐδὲν γένος γὰρ οἶμαι διαφέρειν,
Ἀλλ' εἰ δικαίως ἐξετάσεις, καὶ γνήσιος
ὁ χρηστός ἐστιν, ὁ δὲ πονηρὸς καὶ νόθος.

Et quod apud Euripidem alterũ poëtam Græcum in Andromache pronunciauit Peleus,

Πολλάκις δ' ἔτοι
ξηρὰ βαθεῖαν γῆν ἐνίκησεν σπορά,
Νόθοι τε πολλοὶ γνησίων ἀμείνονες. Id eſt,ad verbum,

Sæpenumero certè
Arida profundam terram vicit ſatio,
Spuriique multi legitimis meliores.

34 ¶ In quam quoque ſententiam eſt illud eiuſdem poëtæ in Euryſtheo apud Stobæum Ser.7.
De eadẽ re. μάτην δ' οἱ βροτοὶ τοὺς νόθους φεύγουσ' ἄρα

παῖδας

Παῖδας φυτεύειν … [illegible]
Οὐ γνήσι' αὐτοῖς … [illegible] Id est, ex Gesneri versione.

Frustra mortales sibi cavent à nothis
Filios generandis: quisquis enim bonus fuerit,
Illius natura non corrumpitur nomine.

—Et in Andromeda.

Ἐγὼ … [illegible]
Τῶν γνησίων … [illegible]
Νομίζοντες … [illegible]

Ego mihi filios adsciscere nothos non dubito.
Cum enim legitimis nulla in re sint inferiores,
Propter leges male audiunt, quas tu cavere debes. *Et Sophocles.*

Ὁ δ' αὖ νόθος τοῖς γνησίοισιν ἶσον …
Ἅπαν τὸ χρηστὸν γνησίαν ἔχει φύσιν.

Nothus tantundem valet, quantum legitimus.
Omne quod bonum est germanam & legitimam habet naturam.

35 ¶ Illud autem denique adiecerim, nihil hos spurios natura à legitimis differre, teste etiam ipso Euripide in Stobæum. *Spurij & legitimi natura non differunt.*

Ὀνόματι μεμπτὸν τὸ νόθον, ἡ φύσις δ' ἴση.

Quo significatur, licet nothi appellatio sit culpabilis, naturam tamen æqualem esse. Quod & probatur nostris legibus, in §. si quis verò non habens, in authen. quib. mo. natur. eff. sui, & §. si quis ergo filios, in authen. qui. mo. natur. eff. sui, ubi scribitur naturam non facere discrimen inter legitimos & naturales & l. adoptiuus ff. [illegible] vers. unde nec vulgo, ff. de ritu nupt. Cuius authoritate Pet. Anc. con. 205. videtur probare fac. col. pe. tradit prolem naturalem haberi pro legitima, quo ad naturales fœtus, cum alijs iuribus concord. & [illegible] collectis in commentariis in l. si unquam, in verbo donatione largitus, num. 288. [illegible] legitimatio, & seq. C. de reuoc. donat.

An nobilitas liberorum ascendat ad parentes. CAP. XVI.

1 HAEC de liberis, & posteritate satis dicta sunt. Sed posses quærere, num contrarium nobilitas filiorum transeat ad parentes & superiores. Quod posses videri, ex multis iuribus probantibus, priuilegium dignitatis filiorum transire ad superiores, videlicet, l. in sacris, la. 3. in princ. vbi & hoc no. gl. C. de prox. sacro. scrin. lib. 12. & in l. vlt. vers. simili videlicet forma. C. de præp. agen. in reb. eod. lib. 12. & in l. vlt. vers. hæc autem priuilegia, vbi etiam not. glo. C. de castrensi. & minist. cod. lib. 12. & in l. vlt. in prin. C. de priuil. schol. eod. lib. [illegible] lege, etiam in prin. & ibi quoque gl. C. de metat. & episcop. eod. lib. 12. & in §. hæc itaque, vers. si vero non copulatus, in authen. de Consulib. vbi & gl. not. honorem adferri ad superiorem, scilicet ad matrem per filium. & in §. generaliter, in authen. [illegible] constit. quæ de dig. ibi & nobiliores patres ostendat. Et bene facit l. 2. C. de quib. non potest seruus torqueri aduersus matrem domini, sicut nec aduersus ipsum dominum, vbi etiam gl. Cy. & Sal. not. priuilegium inferioris porrigi ad superiorem. & tex. in l. [illegible] parentes. ff. de pœnis, vbi imperatur eodem priuilegio gaudent parentes Decurionis, quo ipsi Decuriones. Et ita nuncupatum, vt scilicet nobilitas filiorum ad parentes ascendat, tenet Lucas Pen. in l. mulieres, col. 2. vers. tertio ex dignitate. C. de dign. lib. 12. *An nobilitas liberorum ad parentes ascēdat.*

2 ¶ Tu tamen constanter teneto, nobilitatem filiorum non transire ad parentes, aut alios superiores, per tex. optimum in l. 1. ff. de Senat. vbi ita scribitur, Consulares fœminas dicimus consularium vxores. Adijcit Saturninus, matres, quod nusquam relatum est, neque repertum, vbi gl. & post eam Bar. not. quod dignitas inferiorum regulariter non transit ad superiores, imò autem contrarium esse speciale. & ita etiam dicit gl. [illegible] authen. de consulib. & Pet. Anch. in c. [illegible] not. in fi. de cons. [illegible] & Io. Plat. in d. l. in sacris in princ. & in l. vlt. C. de incol. lib. 10. Et ita expresse in nobilitate voluit Io. Ray. in d. tract. nobilitatis, in 13. q. seq. princ. & Mat. [illegible] de Tallis seu Collectis [illegible] in fin. *De eadem re.*

3 ¶ Neque tamen negari potest, quin parentes quodammodo cohonestentur ex nobilitate filiorum, vt etiam dicit Ioan. Ray. vbi supra: & planè indicat illud Ciceronianum lib. 3. Officiorum. Marius Caio sententiam dixit, huius nostri Cæsaris pater. Vt enim cæteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. Et lex à Q. Claudio Tribuno, aduersus Senatum lata, Ne quis Senator, quive Senatoris pater fuisset, maritimam nauem, quæ plusquam trecentarum amphorarum esset, haberet. Eam enim satis esse ad fructus ex agris vectandos, quando quæstus omnibus patribus indecorus visus fuerit, vti retulit Liuius haud multo ante finem lib. 1. secundi belli Punici. *Parentes ex nobilitate filiorum cohonestantur.* *Lex Q. Claudij Tribuni aduersus Senatum.*

4 ¶ Cui admodum concinit tex. in l. 3. §. casum, in illis verbis, Publium Cæcum, Apernati Nonij patrem. ff. de postul. Quem tex. dicit Pau. Ca. in l. 3. & ibi post eum Fran. Arc. ff. de lib. & *De eadē re.*

posth. audiuisse se Bal. ponderantē ad hoc, quod demonstratio patris fit aliquando à nomine filij, qui nobilior est patre. Sed & optimus tex. probans filij nobilitatē aliquid adiicere, ad patris nobilitatem, in §. generaliter, ibi, nobiliores adhuc patres ostendat, & rursum in verbis, multo maior patribus laus erit, in auth. cōstitutio, quæ de dig. vbi gl. in verbo, nobiliores. no. nobiliorē esse patrē per filiū. Et rursum in verbo, occasionē, no. q dign. filij, gloria est & laus patri. Et illam priorem gl. admodum cōmendat Alb. in l. imperatores, post med. ff. de Decur.

5 ¶ Nec hinc dissidet quod Hom. lib. 14. Ody. scribit, Castorem Hylacis filium apud Cretenses, ob nobiles & gloriosos liberos pro Deo cultum fuisse. Ita enim eo in loco loquitur, *De eadē re.*

Ὅς ποτ' ἐνὶ κρήτεσσι θεὸς ὣς τίετο δήμῳ

Ὄλβῳ τε πλούτῳ τε, καὶ υἱάσι κυδαλίμοισιν.

Quódque apud eundem libro 8. Iliados Agamemnon ita Teucrum alloquitur, qui multos Troianos interemerat,

Τεῦκρε φίλη κεφαλὴ, τελαμώνιε, κοίρανε λαῶν

Βάλλ' οὕτως, αἴ κέν τι φόως Δαναοῖσι γένηαι,

Πατρί τε σῷ τελαμῶνι, ὅ σ' ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα,

Καί σε νόθον περ ἐόντα, κομίσσατο ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.

Τὸν καὶ τηλόθ' ἐόντα, ἐϋκλείης ἐπίβησον. Id est, ad verbum propemodum,

Teucre dilectum caput, Telamonie, princeps populorum

Percute sic, si quidem lumen Danais fies,

Patrique Telamoni, qui te educauit paruulum existentem,

Et te, nothum quamuis existentem, suscepit propria in domo:

Hunc & longè existentem, gloriosum ascendere fac.

Vides enim in illis versibus filium lucem patri afferentem & gloriam.

6 ¶ Et quod item scribit Seneca lib. 3. de beneficiis, filios nobiles maiorem nobilitatem parentibus nobilibus adiicere. Et prope calcem eiusdem lib. Sunt, inquit, qui parentes suos ex infimo ad summum protulerunt, & è plebe aceruóque ignobili nunquam tacendos seculis dederunt. Et quod scribit Iustinus lib. 12. Olympiadem Alexandri Magni matrem Aeacidarum gentem ab vltima seculorum memoria, & regnum patris, fratris, mariti, ac deinceps maiorum omnium illustrasse, nullius tamen nomine, quàm filij clariorem fuisse. Denique Ptolemæus ille primus Aegypti rex dicebat omni regno pulchrius, regis esse patrē, apud eundem Iustinum lib. 16. Et huc trahi potest illud Ecclesiastici 3. c. Deus enim honorauit patrem in filiis. Et quod antiquis Romanorum legibus, si cui ciuica corona data fuisset, ipsi patríque & auo vacatio omnium munerum esset, vt scribit Plinius lib. 16. c. 4. *De eadē re.*

An nobilitas progrediatur ad transuersales heredes. CAP. XVII.

1 SEd quid de transuersalibus (vt nostri vocant) heredibus, an ad eos transeat nobilitas. Io. Ray. hanc quæstionem ponit in d. tract. de nobilitate, in 15. q. 5. q. princ. vbi breuiter dicit, quòd ad eos nō transit, nisi id ex quo insurgeret nobilitas, videlicet ducatus & similia, transiret ad eos, vel ex feudorum constitutionibus, secundum not. in §. hoc quoque sciendum, tit. quib. mo. feud. amit. & in §. iis verò, tit. de gradib. succes. vel ex iuris communis dispositione, vbi magis ex consuetudine locorum, omissa natura feudi, attenditur ius commune, secundum no. per Io. Fab. in authen. ingressi. C. de sacro. eccle. *An ad transuersales.*

2 ¶ Verum Matth. Afflic. in constitutione Siciliæ incip. intentionis nostræ, col. 9. vers. sed quæro de quæstione, hanc rem latius tract. Dicit enim quod cum super ea re dubitaretur, habitū fuisse consilium à multis Doc. qui iudicauerunt, quod ex quo approbata fuit nobilitas in persona collateralis mortui, licet alias non probetur de nobilitate eius, qui hereditatē suscipit, satis tamen videtur probari ipsius nobilitas, modo nobiliter viuat. Et pro hoc dicit se allegauisse Bal. in l. petitionem. C. de adu. diuer. iud. qui ex eo tex. not. post Guil. Cu. quòd appellatione suorum non continentur transuersales. nisi vsque ad quartum gradum. Item tale priuilegium æquipollet naturæ, vt licet Bal. in l. siue possidetis. C. de probat. & sic transit nobilitas vsque ad quartum gradum, in linea transuersali. *De eadē re.*

3 ¶ Et pro hoc facit quod dicit Ang. in auth. vt lice. mat. & auiæ. §. 1. vers. ad hæc, in fi. per illum tex, quod si sint plures fratres ex eodem patre nati, quorum vnus per sententiā fuit pronunciatus ciuis Perusinus, intelliguntur & cæteri per huiusmodi sententiam pronunciati ciues Perusini, quasi idem sit, si vnus fratrum pronuncietur nobilis, sicuti, & per illud dictum Ange. voluit idem Matth. Afflic. in constit. Siciliæ, incip. prosequentes, in 6. not. in 7. q. Et dicit memoria dignum Alex. in repe. l. sæpe. col. 21. vers. adde quod. ff. de re iud. & dicit no. Catel. in suo memo. incip. sententia dicta. & iterum in memo. cuius est initium, vasallus si defuerit. Et alia quædam allegat Matth. in d. constit. intentionis, quæ de industria prætermittimus. Quibus adde quæ dicam latius infrà c. vlt. num. 2. & seq. *De eadē re.*

4 ¶ Subdit tamen posteà ipse Matthe. quòd si quis nouiter fuerit nobilitatus, non succederet ipsius frater, aut alius collateralis in ea nobilitate, cum priuilegium personale non egrediatur perso- *De eadē re.*

tur personam, per l. 1. ff. de constit. princ. & in c. priuilegium. de reg. iur. lib. 6. cum si. nisi esset in vtroque eadem ratio, quod potest intelligi, secundum ea quæ dicit Ray. vbi suprà, quem tamen non allegat. At idem Matth. in c. 1. col. 7. vers. an si nobilis, tit. quis dic. dux, scribit Bal. in d. l. petitionem. voluisse videri nobilitatem transire in transuersales eiusdem domus vsque ad quartum gradum. Ang. autem in d. auth. vt lice. matri. & aui. voluisse nobilitatem transire ad fratrem, qui tamen nihil aliud dicunt, quàm quod suprà ex illis diximus. Horatius autem lib. 1. Serm. Satyr. 6. qua nobiles incessit, non obscurè scribis, & nobilitatem quoque à transuersalibus quodammodo manere, dum eam Satyram ita claudit,

His me consoler victurum suauius, ac si
Quæstor auus, pater atque meus, patruúsque fuissent.

An nobilitas mariti ad vxorem vsque transiliat, & econtrario vxoris in maritum & filios, & quæ inde sequuntur. CAP. XVIII.

1 MVlier ignobilis, si nubat nobili, quod nonnunquam fit astrorum vi, si credimus Iulio Firmico lib. Astronomicon. 7. c. 17. ea quidem efficitur nobilis ex nostris legibus, quæ vxores Clarissimas & illustres pronunciant, quæ viris Clarissimis & consularibus nupserunt, illisque maritorum dignitatem, quæcunque ea sit, impartiuntur. l. fœminæ. ff. de Senat. & l. cum te, & l. vlt. ibi, & sentiat eius fulgorem. C. de nupt. & l. vlt. C. de incol. lib. 10. vbi ita scribitur, Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & tex. similis in l. mulieres, vbi id expresse no. Ioan. Plat. C. dignit. lib. 12. & in §. hæc itaque ibi, decet enim eas coniugis frui claritate. in Auth. de Consuli. *Vxores maritorum dignitatem participãt.*

2 ¶ Et alibi quę reuerentia debetur marito, eadem & vxori debetur. l. 1. vbi & id no. Bal. C. de in ius voc. Et quod plus est, capacitas viri ad vxorem porrigitur, l. si quis, vbi etiam Bal. no. C. de natur. lib. Vsqueadeo, vt si mulier naturalis nubat viro naturali & legitimo, ea legitima efficitur, vti eius maritus est, vt no. voluit Aug. in §. quod verò, in fi. in auth. quib. mo. nat. effi. sui, quod admodũ commendat & sing. dicit Philip. Dec. in l. 2. col. 2. ff. de reg. iur. & Hipp. Mars. sing. 501. tritum est. Et alias vxor gaudet viri priuilegiis & fauoribus, vt plenè diximus in nostris legib. connubialib. post ipsas leges connubiales, nu. 51. & quoniã dictũ est, cũ multis seq. *De eadẽ re.*

3 ¶ Et expresse in nobilitate, vt scilicet vxor ignobilis nobilitetur ex viri nobilitate, voluit gl. in c. vbicunque, in verbo, masculinam, de pœnis lib. 6. & Bar. in d. l. 1. col. 7. vers. examinemus ista verba, & col. seq. vers. tertiò sunt quædam, & ibi Plat. col. 1. post prin. & iterum col. 2. vers. tertia est nobilitas, & col. itẽ. 3. vers. 3. propter aliqua. C. de dig. li. 12. Bar. Fulgo. Pau. Ca. & Ias. in l. vlt. C. de verb. sign. Iac. Bel. in l. Lucius. §. Idem respondet. ff. de mun. & hon. Bal. in l. cum quædam, col. 2. & ibi Iac. à S. Georg. in 1. lec. col. 1. ff. de iurisd. om. iud. Panor. in c. super eo, le. 2. col. 1. de testib. Lucas Pe. in l. in sacris scriniis militantes, col. 3. in verbo, vxores. C. de prox. sac. scri. lib. 12. Ang. Ar. in §. serui autẽ. vers. in gl. in verbo. ex ancillis. Inst. de iure perso. Barb. con. 6. scriptum est præclarè, col. 4. lib. 1. Guid. Pap. cons. 217. omissa facti narratione, circa mediũ, vbi per hoc dicit, quod huiusmodi mulier, tanquã nobilis, non debet contribuere in subsidiis indictis popularibus. & rursum dec. 196. nobiles. col. 2. & dec. 349. in hac curia, in tit. & dec. 379. duo quarto, & Io. Ray. in d. tract. nobilitatis, col. 2. & iterũ in 15. q. 5. q. princ. & Masuerius tit. de tallиis seu collectis. §. item vxor militis. Fran. Cur. Iunior. con. 6. præsupponitur in ciuitate Papiæ, col. 11. vers. quartò ex alio comprobatur. Philip. Dec. in l. 1. col. 3. & ibi quoque Ale. in verbo, vxori. C. de in ius voc. Ferd. Loaz. in rep. rub. de iusti. & iure. Pet. Artibolus in tract. de munerib. char. 72. vers. pono quæstionem quotidianam & Io. Lup. in rep. rub. de don. inter vir. & vxo. §. 31. col. vlt. Maria. Soc. Iunior. in 76. cum diebus elapsis, col. 30. num. 127. lib. 1. *Vir nobilis vxorem ignobilem nobilitat.*

4 ¶ Nec nostrates solum hanc vxorum ex maritis nobilitatẽ intellexerunt, sed & alij quoque. Ex quibus vnus tantum succurrit, cuius nõ contemnenda est authoritas. Is est Valerius Maximus lib. 9. tit. 1. qui est, de luxuria, quo loco loquitur de Gemello Tribunitio, Mutiam (inquit) & Fuluiam cum à patre, tum à viro vtranque inclytam & nobilem. *Externorum in eã rem authoritas.*

5 ¶ Et hoc etiam procedit in plebeia vidua mariti nobilis, vt videlicet censeatur nobilis, dum vidua est. Bar. & Fulgo. in d. l. vlt. C. de verb. sign. Panor. Io. Plat. Masuer. Barb. Guid. Pap. Io. Lup. & Alciat. quibus locis suprà citauimus. Ex quibus & ipse Guido, & Lup. dicunt, viduam hanc non teneri contribuere ad dicta subsidia, vt quæ retinet dignitatem, priuilegia, honorem, & conditionem maritalem, per d. l. cum te, & ibi Bal. C. de nupt. & l. filij. §. vidua. ff. ad municip. & l. fœminæ. in fi. & ibi Alber. statim post princ. ff. de Senat. & c. is qui. §. mulier, de sepul. lib. 6. & voluit gl. in cle. ne Romani. §. sanè, in verbo, vacare & ibi Barb. de elect. Ange. Pau. Ca. & alij in d. l. cum quædam puella. ff. de iurisd. om. iud. Panor. & Franc. Aret. in c. super eo, le. 2. de testib. Maria. Soc. loquens de priuilegio fori, con. 12. quoniam impræsentiarum. col. 6. vers. & non solum clericus, lib. 1. & con. 36. rectè ac maturè, col. 1. in fi. eo. lib. 1. *Quæ etiã durat in vidua.* *Vidua retinet omnia priuilegia, honores, & dignitates viri mortui.*

6 ¶ Imo etiam, vt id addam, retinet familiam viri, secundum Bar. & Fulgo. in d. l. vlt. C. de verbo. sign. Et ciuitatem, ex sententia Bal. in d. l. cum te. C. de nupt. Dom. & Philip. Fran. in d. c. is qui. §. mulier, per illum tex. de sepul. li. 6. Et domicilium. d. §. vidua, & d. §. mulier, & voluit *Et familiã. Et ciuitatẽ. Et domicilium.*

Alber.in d.l.fœminę. Ang.con.34. Constantinus,col.1.& con.369. Titius Stellę,col.2.& Car. Floren.Cons.155. Titius ciuis,in add.quæ est in fi.& Ang.Aret.in §.1.col.vlt.ver. quarto quid in vidua,Instit.de pat.potest.

Vidua regis regina dicitur.

7 ¶ Id'que etiam procedit in vidua Regis. Nam ea quoque retinet dignitaté & titulum regiú, vt quæ regina vocetur, peræquè vt vocabatur, viuête rege marito, vt sentit gl.in c.scripsit. 27. q.1. & expresse voluit alia gl.in c.ex parte, in fi.de for.com. vbi etiá est ad hoc bonus tex. & ibi quoq; no. Ant.& Imo.in gl.vlt.& Ca.Flo.in vlt.opp.Pan.in 1.no. Matia.Soc.& omnes, pręter Bar.qui semper ex professo cæteris solet contradicere,& Zenze.in extrauag. execrabilis, vers. nos itaque,in verbo,regum,tit.de præb.Alber.in d.l.fœminæ.ff.de Senat.Dom.in d.c. is qui. §.mulier, post prin.de sepul.lib.6.& latè Ant.Cors.in tract.de pot.& excellétia regia,in 29.q.

Superiora procedunt etiá in exorbitantibus.

8 ¶ Sed & hæc omnia quoque procedunt, non solum in dignitate & priuilegiis fauorabilibus, sed (quod magis mirandum est, & dubium videri poterat) in priuilegiis exorbitantibus, & cótra ius commune concessis, vt apertissimè probatur ex l.vlt.in prin & ibi Bar.si is est,(nam de hoc plurimi dubitant, vt latè tractauimus in legib.connubial.lib.1.num.33.sed illud te,& seq.)& Io.Plat.C.de priuileg. scholar.lib.12.quam legem ad hoc expressim expendit,& dicit no. Fran.Are.in d.c.super eo,le.2.col.1.de testib.& Alex.con.207.ponderatis,col.2.vers.quinto quia dato,& col.5.vers.non ob. quinto, lib.6. vbi tamen id intelligit in priuilegiis ab ipso iure communi introductis, contra regulas iuris communis, sed non in priuilegiis statutorum contra ius ipsum commune, per multa quæ illic allegat.

Vidua cẽsetur esse in eodem matrimonio.

9 ¶ Nam interim dum est vidua, censetur esse ac stare in eo ipso matrimonio. in l.vlt. & ibi Richar.Malum.Cy.Bar.Bal.Sal.Raph.Fulg.Pau.Ca.& Cor. C.de bonis mater.& l. de emancipatis, ibi, priorem thorum seruauerit C.de leg.hær.& §.3.in auth.de non elig.secun.nubentibus & §.non solum, in auth.de nupt.& voluit gl.in l.iubemus, quæ est pe.in verbo, retineri,& ibi Io.Plat.C.de erog.mil.anno.lib.12.& gl.in l.1.§.exactio.C.de rei vxo.act.Bar.in d.l.filij.§. vidua.ff.ad munic.& in l.diuortio, in prin.& ibi quoque Bal.col.2.ver.sed quid si vxor nó petit, ibi, adde quòd vidua.ff.sol. mat. vbi ipse Bal. dicit, quod ea quodammodo est in seruitio viri. Archi.& Io.An.in d.c.is qui,de sepul.lib.6.Bal.& Alex.in d.l.cum quædam puella.ff. de iurisd.om.iud.idem Bal.in l.voluntas, post prin.C.de fideicom. vbi dicit quòd quandiu vidua est, viuit lege mariti,& con.459.quidam instituto hęrede,lib.1.Ang.con.142.super primo inquirendum, circa medium,& d.con.369.in prin.Sal.in l.vlt.C.de verbo.sign. Ro.in l.si conuenerit,col.2.vers.nunc examinemus.ff.de iurisd.om.iud.& in l.1.C.vnde vir & vxor, vbi declarat, quomodo id sit intelligendú.Paul.Ca.con.147.reuocatur,col.1. lib.2. vbi & hinc dicit, quod vidua gaudet priuilegio prioris matrimonij. An.Iser.& post eum Mar. Lau.in c.si quis miles tit.de feud sine culp.non amit. vbi dicunt, quod si vasallus concubuit cú vidua domini defuncti, æquè perdit feudum, ac si dominus viueret, cum illa censeatur esse in eodem matrimonio, per d.l.vlt.de bon.mater.vbi ipse Mart. dicit idem se scripsisse.sed eius lec.ibi nó vidi. Alex.qui & hoc quoque declarat,con.207.ponderatis verbis,col.3.vers.quintò pro hoc facit, lib.6.& con.6.attentis verbis.col.vlt.lib.7. Soc. cons.56.viso testamento, col. vlt. lib. 3. Guid. Pap.dec.Delphi.380.sed quid de muliere.

De eadẽ re.

10 ¶ Et hæc omnia confirmat, quod pulchrè scribit Bal.in l.pignoris. C.de pigno.acti. viduam esse veram viuámque (nam hæc tantum epitheta illi addenda putauimus) viri mortui imaginem. Quódque tradit Diuus ille Hieronymus lib. 1.in Iouinianum, de Valeria Messalarum sorore, quæ cum post mortem Seruij viri sollicitaretur à propinquis ad alteras nuptias, negauit se velle alteri nubere,& interrogata, cur id faceret, respondit, sibi semper maritú Seruium viuere. A quo non admodum distat, quod & ipse paulo ante scripserat de filia Demotionis Areopagitarum princeps, quæ mortuo Leosthene sponso, negauit se alteri nupturam, quòd adulterum acciperet, non maritum: illum enim nondum sibi mortuum esse.

Vxoris nobilitas ex viro non tã tum viriũ habet, quã quæ ex genere est.

11 ¶ Verum vt redeamus ad nostram nobilitatem, ea quam vxor ex persona viri nobilis consequitur, non tantum habet ponderis & virium, quantú ea quæ ex genere est, aut quá alias ex sua ipsius persona obtinet. per id quod dicit Bal. loqués generaliter in dignitate, quá vxor ex marito nanciscitur, in l.φ principi, in fi.ff.de leg.2.per l.1.& 2.ff.de offi. proc.& leg.φ reputat no.Phil.Dec.in l.2.col.3.ff.de reg. iur.& idem voluit Fel.in c.super eo,le.2 post prin.de testib.

De eadẽ re.

12 ¶ Et hoc quidem hinc facilè comprobatur, quod huiusmodi dignitas facilius amittitur, vt constat ex l.fœminæ,& ibi gl.vlt.& Bal.ante fi ff.de Senat.ex quo ipse Bal.no.fortiora esse iura paterna, quàm mariti. Et Io. Plat.loquens expresse in nobilitate, in l.1.post prin.C.de dig. lib.12. Nam & alias semper facilius amittuntur quæ habemus ex aliorú persona, quàm quæ ex nostra, vt dicit Bar. in l.quæ in bello.ff.de capti.& postli.reuers. & latius scripsimus in nostris commentatiis consuetudinum Pictauicarum, tit. 14. §. 1. in glo. 2. vbi videre poteris. Ex quo forte illud fit, quod licet huiusmodi mulier censeatur esse nobilis, quamdiu viuit, tamen illi mortuæ succedunt heredes, tanquá plebeiæ, vt in multis cósuetudinibus Galliæ cauetur.

Vidua retinet viri nobilitatem si honeste viuat, non aliàs.

13 ¶ Sed & alio modo intellige, vt scilicet vidua gaudeat ea viri nobilitate,& aliis priuilegiis, si honeste viuat: alias perdit omnia priuilegia, honores, & commoda pristini matrimonij, vt probatur

probatur in l.his solis,& ibi Bal.& Sal.C.de reuo.don.& §.1.in auth.de rest.& ea quæ par. & voluit Bald.con.446.si dixi,col.2.lib. 2. Panor.in c. vxoratus,in 2.no.de conuer.coniug. Pau. Car.in l.sororem,per gl.ibi.C.de his quib.vt indig. & in l.fideicommissum,etiam per gl.ibi. C.de fideicom.& cons.147.reuocatur in dubium, lib.2.per tex.gl.& Bar.in l.pe. C.de adul. Philip.Fran.in d.c.is qui.§.mulier.in 1.no.in fi.de sepul.lib.6.Car.Floc.in c. plerunque. 2.vers.sed operæprecium.C.de don.inter vir.& vxo.Ias.in l.2 col.2.vers.adde ad illud, & ibi etiã Hercul.& Parpa.col.7.ff. sol.mat.Fel.in c.pastoralis,col.3. vers mulier impudica,de iud. Hipp.Marsil.sing.234.paria delicta,in fi.Fran.Rip.& Boseb.Codecha,in rub.de iud.ille col. 3.in fi.hic col. 9.ver.cõfir.facit. Et quisquis is fuit,qui add.fecit ad Bar.in l.vl.C.de bon.mat.

14 ¶ Ex quibus etiam illud fit, vt huiusmodi vidua impudica desinat esse de viri domicilio, vt voluit Ang.in d.l.cum quædam puella.ff de iurisdic.om.iud.per d.§.1.in auth.de restit.& ea quæ par.Perdãtque legatum sibi à viro factum,vt voluit glo. no.& post eam Bar.in d.l.fideicommissum. C.de fideicom. Et tutelam filiorum l. vlt.ibi,pudicitiam suam intactam conseruet.C.quan.mul.tut.offi.gl.Cy.Bar. Bal.Io.Fab.Ang.& Sal.in auth.sacramentum,eo.tit. gl.in §.vlt.& ibi Iac.Bel.in d.auth.de restit.Bar.in l.si quis sub conditione,col.5.vers. quæro mulier quæ transiuit.ff.de testa.tut.Bal.in d.l.bis solis,& con.299.super primo puncto.lib.3. Panor.in d.c.vxoratus,de conuer.coniug.Ang. Are.in §.1.ad fi.Instit.de leg.par.tutel.& in §. actionum,col.21.in 19.q.vers.& etiam desunt,de actio.

Vidua impudica non retinet domicilium viri. Perdit legatum à viro factum. Et tutelã filiorum.

15 ¶ Econtrario verò si vir ignobilis ducat vxorem nobilem,nihil dignitatis,honoris,nobilitatis ex eo sibi comparat,vt planum est ex d.l.vlt.C.de nupt.& d.l.mulieres.C.de dign. Et quod ad nobilitatem speciatim pertinet,dicit Bar.in l.vlt.& ibi Ias.C.de verb.sign. quòd ignobilis ducens vxorem nobilem, non propterea nobilitatur,& sequitur Io.Plat.in d.l.mulieres,& Fran. Cur.Iunior.d.con.6.præsupponitur in ciuitate Papię,col.11.ver.quarto ex alio comprobatur. & Io.Ray.in d.tract.nobilitatis,in 6.q.5.q.prin. Bal.de Bar.in tract.dotiũ parte decima, col. 4.ver.præterea vir nihil nobilitatis.Philip. Dec.in l.1.col.3.C.de eden. Ias.in l.si diuortio, col. 3.ff.de verb.obl.& Io.Lup.in rep.rub.de don. inter vir. & vxo. §.31.col.vlt. & §.32.post princ.

Vir ignobilis non nobilitatur ab vxore nobili.

16 ¶ Imo verò vxor ipsa alioquin nobilis, ignobilis per huiusmodi matrimonium efficitur, vt voluit Bar.in d.l.1.col.5.vers.videndũ est,& col.7.vers.examinemus ista verba,& ibi Plat.col. 2.C.de dign.Pau.Ca.in d.l.vlt.C.de verbo.sign.& Ant. Rosel. in tract. de pot. Imper. & Papæ,in vlt.q.vers.hanc dignitatem. Cor.con.55.pro decisione,col.4.lib.1.& con.26.videtur dicendum,col.vlt.lib.4.Guid. Pap.dec.196.nobilis,circa mediũ,& dec.349.in hac curia,& dec. 350.sed quid de muliere, quibus duobus posterioribus locis ex hoc dicit huiusmodi mulierẽ etiam viduam,debere contribuere subsidiis loci, & Io.Ray.in d.tract.nobilitatis in 6.q.prin. Iacob.à S.Georg. in d.l.cum quædam puella.ff.de iuris.om.iud. Et videtur esse optimus tex. in l.ingenuus.C.de mutile.lib.11.& in l.edicimus,eo.tit.Quanquam eos tex. in diuersum trahit Ro in l.cum quædam puella,quam legit cum l.si conuenerit,col.vlt.ff.de iuris.om.iud. vt scilicet nobilis fœmina nubens ignobili,non amittat nobilitatẽ.Sed ille ni fallor, fallitur, nam illæ ll.vel non loquuntur de matrimonio,sed de societate siue concubitu & consortio,vt ex illis videre licet:quasi scilicet cũ illis,id est,gynæcearIis,& monetariis,de quibus loquũtur, commercium libidinis haberent·vel si de matrimonio intelligunt, tamen ex eis intelligetur, eas si testatò admonitæ ab illis non diuertissent,sed in eo matrimonio perstitissent,splendorẽ generis amittere.Hodie igitur cũ diuertere non licet,sed confestim quàm matrimoniũ contractum est, necesse est perpetuò manere,consequens est & eas cõtinuo nobilitatem amittere.

Vxor nobilis viri ignobilis fit ignobilis.

17 ¶ Et vt redeamus, huius sententiæ fuere ex externis scriptoribus, Plutarchus in Præceptis connubialibus,ad hanc fermè sententiã scribẽs,Qui equos ascendere,imbecillitate aut mollicia corporis impediti nequeunt, eos sese flectere & procumbere docent. Ita & qui nobiles opulentásque vxores acceperunt,non se quidem præstantiores reddunt, sed illas cõminuunt & debilitant.Hæc ille.In quam etiam sententiam apud Liuium lib. 10. primæ decad. Virginiam Auli filiam patriciã Volumnio plebeio nuptam, matronæ sacris pudicitiæ patriciæ arcuerunt, quoniam desiisset esse patricia, quæ plebeio nupserat. Quanquam scio nonnullos nobilitate vxoris attolli,& insolescere solitos.Cor.Tacitus lib.2.de Cneo Pisone,Præter (ait) paternos spiritus, vxoris quoque Plancinæ nobilitate, & opibus accendebatur, vix Tiberio concedere, liberos eius vt multum infrà despectare, &c. Et nos certè multos huiuscemodi nouimus,vxorum scilicet nobilitate passim gloriantes.

De eadem re ex externis.

Contra eos qui nobilitate vxorũ superbiũt.

18 ¶ Horum autem ratio est.quia mulier sequitur conditionem mariti,prioremque dignitatem amittit.d.l.fœminæ,de Senat.& aliis iuribus suprà allegatis, quibus adde optimum tex.in l. ingenuæ.C.de mutile.lib.11.ex quo no. Bal.in d.l cum quædã.ff.de iurisd.om.iud. quod mulier ingenua,quæ se vilibus maritis sociat,perdit splendorem generis,& tex.in l.edicimus, in prin.eo.tit.de mutile.ex quo etiam not. Bal.vbi suprà.quòd huiusmodi mulier natiuũ decus amittit.Et faciũt alia multa à nobis collecta in nostris leg.Cõnub.l.1.nu.18.qui locus,& aliis.

Vxor viri conditionẽ sequitur.

19 ¶ Hinc fit primum, quod cum valeat donatio inter virum & vxorem, propter remunerationem,licet alias regulariter non valeat,vt abunde diximus in rep. l.si vnquam,in verbo,dona

Valet donatio remuneratoria inter virum & vxorem.

Vir ignobilis constan. matri. potest dotare vxorem nobilem ob cõpensationẽ nobilitatis.

tione largitus.C.de reuo.do. Ideò potest vir ignobilis vxori suæ antea nobili, doté animo do-
nandi constante matrimonio constituere, quia videtur facta in compensationé, siue remune
rationé nobilitatis.quam vxor ipsa ex eo matrimonio perdidit.Nam quod huiusmodi dot.a
ti valeat.voluerũt Bar.Imo.Rapb.Co.Alex.& Ias.in d.l.si diuortio.ff.de verb.obl. Bar.Ang.
& in l.si ita stipulatus fuero te sisti.§.si tibi nupsero, per illũ tex.ff.eo.Bar.& Bal.in l.si vo-
luntate.post Iac.But.& Iac.Ra.& Ricar.Malũ.& Cy.C.de dot.promis.vbi hoc dicit Bar.con
suetudine obseruari.Bal.in l.1.ad fi.& ibi quoque Ang.C.de don.ante nupt.& idem Bal.in l.
2.§.vlt.& ibi Rom.qui dicit hanc magis esse compensationem amissę nobilitatis quàm dona
tioné,col.1.ver.fallit nisi maritus. ff. si cer.pet.& ipse Bal.in c.accedens,vers.quarto nunquid
ego,de procur.Ang.in l.j.ff.sol.mat.& cons.5.Andreas Ioannes,col.vlt.& con.396.doctor ma
signis,col.vlt.Sal.in l.2.C.de dot.cau.non numer.Pet.An.con.219.mirum.Imo in rub.ff.sol.
mat.col.pe.& Raph.Co.con.40.quidam filio studenti,col.vlt.& Raph.Fulg.con.109.item si
qua quæstio,col.3.vers.nec obstant superiori.& Pan.in c.super eo,le. 2. per illũ tex. & ibi etiã
Fran.Are.& Fel.de testib.idem Pan. in c.de illis in 2.no.de cond.app. & in c.gemma, col. vlt.
de spons.& in c.& si necesse,in 1.no.& ibi etiam Car.Alex.in vlt.no.extrà de don. inter vir. &
vxo.Idem Pan.& Car.Alex.in c.vlt.vterque col.1.eod.tit.& ipse Pan.in c.cũ in ecclesiæ.& ibi
Io.An.in fi de sim.& in c.1.ad fi.& ibi idem Io.An.col. pe. de adult. Idem quoque Pan.cons.
73.in quæst quæ ad præsens vertitur,col.3.vers.secundo potest maritus. li.2.Ro.cons.445.cõ-
sultatio præsens,col.3.vers.vnde si inæquales,Masuer.tit.de dote & matrim.§.item sæpe igno
biles,Guid.Pap.con.112.nobilis Guischarda,col.2. Pe. Ferra.in tit.forma libel.quo vxor agit
ad dotem.in verbo,dedit & tradidit in dotem,circa medium,Fran.Cur.Iunior.con.6.præsup
ponitur in ciuitate.col.22.& Sac.qui & id optimè declarat in l.1.col.10.vers.secunda conclu-
sio & multis seq.ff.sol.mat.Io.Lup.in repe. rub.de don.inter vir.& vxor.§. 32. col. 2. vers. hæc
tamen sunt.Ias.in l.ex hoc iure.col.11. vers.tertius effectus.ff.de iust.& iure,& in d.l.vlt.col.3.
ad fi.C.de verb sign.Et hæc est communis op.licet sint qui contrariũ teneant & multis qui-
dem rationibus,quibus abunde respondet Ias.in d.l.si diuortio,vbi quisque videre poterit,&
similiter Io.Lupus,vbi suprà.Et facit quod in simili voluit Pan.in c.de illis,circa medium,de
cond.app.post Bar.in d.l.si ita stipulatus fuero te sisti.§.si tibi nupsero.ff. de verb.oblig.

Filij patris ignobilis et matris nobilis sunt ignobiles.

20 ¶ Ex his quoque fit & 2. quòd nati ex ignobili patre & matre nobili sint ignobiles, vt voluere-
runt.gl.And.Iser.& Matth.Afflic.in constitutione Siciliæ, incip. diuinæ iustitiæ. & Bal. in l.
vlt.C.de ser.fug.vbi huius rei reddit duas rationes.Primam.ex eo quod nunc tractamus,quo
niã videlicet mater,quo ad dignitatem,cedit viro.per d.l.mulieres.Ergo & partus eius. Con
firma hanc rationé,quia cum pater sit ignobilis, mater quoque ex ipsius matrimonio sit effe-
cta & ipsa ignobilis, consequens est filium eorum esse ignobilem. Alteram, quæ etiam pro-
cederet si mater nobilis retineret nobilitatem, quoniam nobilitas est quædã dignitas à paren
tibus ta,quę denominatur à potentiori causa. Est autẽ potentior forma,quã in genera
tione um consensu, vir præbet, quàm materia è muliere tradita. cum forma sit agẽs,&
materia patiens. Atque omne agens nobilius patiẽte. de quo etiam alibi diximus. Et rursum
idem Bal.in l.2.col.2.C. de iure emphy.& in l.liberos,per illum tex.ff.de Sena.vbi hinc carpit
milites,qui matris nobilitate gloriantur. Pe.An.con.339.pro maiori intelligentia,col.3.vbi lo
quitur de regina,quę nupsit plebeio,quod est multum notãdum ad huius 1.ampliationem,
vt videlicet hoc procedat etiam in regina.de quo tamen postea dicam.& idẽ con.389.visis dili
genter iuribus. Floria.in l.qui testamentum.in fi.ff.de probat. Alua.in c.1.§.cæteri,col.3.vers.
quarto etiam quo ad nobilitatem.ti.quis dic.dux,com.mar.Cepol.in tract.de imperat.mil.de
lig.in materia nobilitatis.in 22.op. Io. Ray. in d.tract.nobilitatis.col.2.& iterum in 6.q.5.q.
prin.Ant.Rosel.vbi supra.& Ang.Are.in §.serui autem col. 2. vers.in gl.in verbo,ex ancillis.
Instit.de iure perso.& latè Barb.con.57.præclarè scribitur,col.4.& iterum col.10.& seq.lib.2.
& Fel.in c.super eo.le.2.col.2.de testib.& in c.nouit,col.1. & ibi etiam Philip. Dec.in 6.no.de
iud.Ias. in l.1.in prin.col.5.vers.secundo no. ff. de verb.oblig.& Ant.Corse.in rep.c.grãdi,col.
13.de supp.negli.prælat.lib.6.& Io.Lup.in d.rep rub.de don.inter vir.& vxo.1.§.32.& Bened.
in rep.c.Raynutius,in prin.num.3.de testa.& Fran. Purp.in l. imperium,col.3. vers.limitat.3.
ff.de iurisd.om.iud.& Alc.in l.familiæ.§.fœminarum.ff.de verbo.sign.

De eadẽ re. Filius debet deferre insignia familia paterna, non materna. Aegyptiorum lex.

21 ¶ Et ad hoc faciunt multi tex.allegati per Specul.tit.de feud.§.quoniam.in 5.q.& inter cæte-
ros optimus tex.in c.2.& quod ibi voluit gl. de conuer.coniug. & in l.cum legitimæ,& ibi gl.
& Doc.ff.de stat.hom.& in l.j.ff.ad municip.& in l.eos,& in l.nullus,& in l. exemplo. C. de
decur.lib.10.& quod voluit gl.in c.dicat aliquis,in verbo,nec sanguinis.& iterum in c.vlt.32.
q.4.& gl.in d.l.j.& ibi Plat.col.1.C.de dign.lib.12.& gl. in l.partum ancillæ.C.de rei vend.&
glo. in c.statutum,le.2. in verbo,mane,in fin.de hæret lib.6.vbi & Dom.col.2.ex eo no.quòd
filius non debet portare arma familiæ maternæ, sed paternæ. Host Io.An. Panor.& alij in d.
c.Raynutius,post princ.de testa.eos reprehendentes, qui fastu quodam superbiæ sibi cogno-
mina matrum asciscũt, quia sint patribus nobiliores,ex eo arbitrãtes nobilitatem sibi cõpa-
rari. Quibus adstipulatur antiqua Aegyptiorũ lex,qua nullus ex eis genitus spurius habeba
tur,etiam

tur, etiam si ex serua esset genitus. Solum enim ducebant patrem esse generis autoré, matré nutrimentum, & locum infanti tantùm præbere dicebant, teste Diodoro lib. 2.

22 ¶ Et hæc quidem quæ suprà diximus, adeò procedunt, vt etiam non valeat statutum aut consuetudo, quòd quis sit, aut reputetur nobilis, vel ignobilis ex genere materno, vt voluit Bar. qui hoc dicit esse notandú & perpetuò memoriæ tenendum, & post eum Ang. atque etiam Plat. & Rebuf. in d. l. exemplo. per illum text. qui id tantùm principi concedit. & sequitur Cepol. vbi suprà. & Barb. d. con. 57. & in d. Raynutius, co. 4. & ibi etiam dominus Bened. in rep. in prin. nu. 15. de test. & Frã. Are. & Felin. qui id dicit sing. in d. c. super eo, col. 2. & Nicol. Perus. in tract. succes. ab intest. char. 7. co. 2. vers. & pro his facit. & Corse. in d. c. grãdi, co. 14. de sup negl. prel. li. 6. & Matt. Afflic. in cõstitutione Siciliæ inci. diuinæ iustitiæ, co. 3. vers. quæro quid si filius, & Iacob. à Sãcto Georg. in d. l. vlt. C. de ser. fug. & in d. l. cùm quædam puella. in 3. lec. col. 3. ff. de iurisd. om. iud. Steph. Bertrá. con. 24. dulcia pro dulci, post prin. li. 2. & Rebuf. in tract. nominationú, in 12. q. nu. 8. vbi id declarat, & Matt. Affl. in c. 1. co. 6. ver. sexta nobilitas, ti. quis dic. dux. *Statutum aut consuetudo an possit facere nobiles, vel ignobiles ex genere materno.*

23 ¶ Sed contra hoc apertè tenet Philip. Dec. in d. c. nouit ea ratione, quia statutum aut consuetudo potest nobilitatem inducere, & ex ignobili nobilem facere, vt latè diximus suprà in c. 10. Nec ob. inquit, d. l. exéplo, quia procedit in illo casu speciali, in quo lex vltrà procedit, ita disponendo. aliàs secus, cùm istud sit de iure positiuo. contra quod valet statutum, & consuetudo, per no. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. cum si. & idem etiam voluit Roch. Cur. in rep. c. vlt. col. 15. vers. septimò infertur. de consuet. *De eadẽre.*

24 ¶ Porrò idem Philip. Dec. in l. fœminæ, col. 18. in paruis, versi. similiter descendétes. ff. de reg. iur. dicit quòd huiuscemodi statutum vel consuetudo inferioris non valet, quia in d. l. exéplo, derogatur cõsuetudini. Ideò consuetudo contraria non valet, per auth. nauigia. C. de fur. & auth. omnes peregrini. C. com. de succes. Sed ab Imperatore, vel principe, aut populo non recognoscente superiorem posset fieri, aut induci statutum, siue consuetudo contraria. Nam quòd nobilitas sit à patre, à iure ciuili inductum est: sicut ius agnationis, quod tolli & mutari potest. §. vlt. Inst. de leg. ag. tutel. vnde in totum nobilitas à statuto vel consuetudine induci potest, vt dictum est. Et idem voluit Alcia. in d. l. familiæ. §. fœminarum. ff. de verbo. signi. Rebuf. in concord. tit. de collati §. cùm verò in verbo, ex vtroque parente, ad fi. *De eadẽre.*

25 ¶ Nam & quibusdá nationibus concessum est, vt nati ex eorú fœminis & alienigenis, matris originé sequãtur, vt Iliensibus, Delphis, & Ponticis. l. 1. ff. ad munic. Et scribit Plutarch. in li. de claris mulierib. c. 9. in fi. apud Xãthios (hi sunt Lyciorum populi) lege cautum fuisse, vt à matribus, non à patribus filij generis nomẽ sortirẽtur. quod fortè hinc prodibat, quòd apud eos olé viri vxorum imperiis parebant, vt scribit Heraclides in politicis. Quin Herodotus li. 1. in vniuersum tradit de Lyciis, hoc vnú eos, præter cæteros homines, pro lege habere peculiare, quòd à matribus nomina sibi induunt. Et si quis obuium percunctetur, quis nam sit, quali familia ortus, à matribus auiísque protinus genus suum repetit. Et si qua ingenua & nobilis seruo nupserit, liberi qui ex his suscipiũtur, ingenui, atque nobiles existimãtur. Apud Locros quoq; Lycios nobilitas ex mulieribus erat, non ex viris. vt videre licet ex Polybio Megalopolitano, lib. historiar. 12. Sed & legibus Roma. in quibusdam casibus filij conditionem & originem matris sequuntur, non patris, vt in l. nati C. de Decu. li. 10. & l. 1. qui ex filiabus. C. de munl. li. 11. & l. ne diutiùs, & l. vlt. C. de agri. & cens. lib. 11. & l. ex ingenuo. C. de agri. & manc. eo lib. *Apud quosdam populos filij matris originẽ sequuntur. Ilienses. Delphos. Ponticos. Xanthios. Lycios. Quibus casibus filij matris originem sequuntur.*

26 ¶ Sed vtcunque sit, cessante omni consuetudine aut statuto, vt ad ius commune redeamus, licèt filij non nobilitentur ex parte matris, non tamen dubito quin sit eorum nobilitas, quá à patre acceperunt, splendidior, illustrior, luculentior, clarior. Ignobilitas autẽ minus obscura, minúsque abiecta, propter nobilitatem matris. vt sentit Bal. in d. l. vlt. in fi. C. de ser. fug. cùm dicit, quòd nõ dicitur quis nobilis respectu generis materni, sed paterni, loquendo simpliciter & præcisè. verùm loquendo secundum quid, vt ipse loquitur, non est dubium, quòd omne compositũ participat de forma & materia, vt ipse loquitur, per no. per glo. in d. c. vlt. 32. q. 4. Et idem fermè voluit Alua. in d. c. 1. §. cæteri, col. 3. ti. quis dic. dux. com. mar. & expresè Io. Lup. à Palaci. Rubei. in rep. d. rub. de dona. inter vir. & vxo. char. 15. vers. sed propter illa, vbi dicit, quòd qui ex nobilibus matribus nati sunt, de earum nobilitate aliquid retinent, & Anto. Corse. in rep. d. c. grandi, col. 13. de sup. negl. præl. lib. 6. Bonus Curtilius in d. tract. nobilitatis in 4. parte, col. 6. Vt non omnino reprehendendi sint, qui à matribus suis, quòd fortè sint nobiliores patribus, nomẽ sibi assumũt, nõ ab ipsis patribus, quod fecit Raynutius ille de Clera, in c. Raynutius. de test. vt ibi annotarũt Host. & Io. An. in verbo, de Clera. Pet. Anc. Imo. & Pan. in 3 not. qui tamen maxima ex parte id attribuunt fastui & superbiæ eorum, qui id faciunt. *Quid faciat matris nobilitas erga liberos.*

27 ¶ Et huc spectare videtur illud Helenæ apud Theodecten ab Aristotele relatú lib. Politicôn primo. c. 4. *De eadẽre.*

Θείων δ' ἀμφοῖν ἐκγόνων ῥιζωμάτων,
Τίς ἂν προσειπεῖν ἀξιώσειεν λάτριν,
Cuius parens vterque magnus prodiit
E stirpe diuûm, num quis ancillam vocet?

Quod nos alibi ad aliud citauimus. Et illud quoque Euripidis,

τὰς εὐγενεῖς τε, κἂν ἄμορφος ᾖ γάμος,
Τιμῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν,
Τό τ' ἀξίωμα μᾶλλον, ἢ τὰ χρήματα. Id est, vt vertit Gesnerus,

Nobilitatem etiam deformium coniugum
Liberorum gratia, non pauci colunt,
Et dignitati magis, quàm pecuniæ student.

28 ¶ Et, vt Latinorum quoque poëtarum testimonia citemus, Illud Virgilij li. 11. Aeneidos.

De eadem re.

—Genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.

Et Horatij de nobilitate loquentis, libro primo Sermo. saty. sexta, quod nos suprà ad aliud citauimus.

Nec quòd auus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint.

Et Ouidij Vlyssem introducentis hæc loquentem, lib. 13. Meta.

Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. Deus est in vtroque parente.

Et alibi scilicet 1. Fastorum,

Hinc fuit Euander, qui quanquam clarus vtroque,
Nobilior sacræ sanguine matris erat.

Et lib. 4. de Ponto. Eleg. 16. eadémque vlt.

Maternos Cottas cui, Messalásque paternos
Maxima nobilitas ingeminata dedit.

Et Papinij lib. Syluarum. 3. in lacbrymis Hetrusci,

Sed quicquid patrio cessatum est sanguine, mater
Reddidit, obscurúmque latus clarescere vidit
Connubio gauisa domus.

Id est, quicqnid nobilitatis defuit à patre, id materni generis nobilitas reddidit, id est, suppleuit. Et iterum lib. 4. eiusdem operis, quod & nos alibi ad aliud citauimus.

Stemmate materno fœlix, virtute paterna.

Et lib. 1. Thebaïdos de Adrasto loquens,

Diues auis & vtroque Iouem de sanguine ducens.

Vbi Lactantius Grammaticus id trahit ad nobilitatem vtriusque parentis. Et lib. 1. Thebaïdos de Canapeo,

—Huic ampla quidem de sanguine prisco
Nobilitas,

Et Silius libro tertio, de Sycheo filio sororis Hannibalis,

Asdrubalis proles, cui vano corda tumore
Maternum implebat genus.

Et Claudianus in Epithalamio Palladij & Serenæ,

—Mauortia Martis
Nobilitas spoliis armisque exultat auitis.

29 ¶ Nec solum poëtæ huic sententię adhæserunt, vt scilicet matris nobilitas aut ignobilitas aliquid addat ad nobilitatem, vel ignobilitatem liberorũ: Quando & Antistius Labeo maximi apud priscos nominis iurisconsultus, scripserat non fas esse capi vestalẽ, cuius parentes alter, ambóue in negociis sordidis versati fuerint, vt retulit Gellius lib Noctium Atticarum 1. c. 12. & Fenestella, si is sit, de magistratibus Ro. c. 7. Cui concinens Plato lib. de legib. 6. Sacerdotem creari iubet, qui integer sit, ac legitimus, deinde à domo quàm maximè munda, expers quoque cædis, omniúmque huiusmodi, quæ aduersus diuinam rem committuntur, & cuius pater & mater similiter vixerint. Aristoteles autem eius discipulus lib. Rhetoricorum 1. cap. 5. censet nobilitatem ex matribus etiam esse, nedum ex patribus, dum scribit nobilitatem legitimam esse aut à viris, aut à mulieribus procreationem.

De eadem re.

30 ¶ Post quos & alios subiiciam huic opinioni adstipulantes. Salustius enim in bello Iugurthino: Sed Hiempsal (inquit) qui minimus ex illis erat, naturâ ferox, etiam ignobilitatem Iugurthæ, quia materno genere impar erat, despiciens, &c. Et alibi in eodẽ libro, idem dicit de Dabare. Tullius in oratione pro Cn. Planco, Est tuum nomen vtraque familia Cõsulare. Et sequitur, vt intelligas eum de nobilitate loqui. Non dubitas igitur quin omnes qui nobilitati fauent (quod nos alibi ad aliud citauimus) Philip. 3. refert Antonium Octauio Cæsari ob id ignobilitatem obiecisse, quòd ei Aricina mater esset. Et paulò pòst, eundem Antonium alloquens, Qui autẽ (inquit) euenit, vt Iuliâ natus ignobilis videatur, cùm tu eodẽ materno genere soleas gloriari? De qua re etiã loquens Suetonius, scribit Antoniũ despicientẽ maternã Augusti originẽ, proauum eius Afri generis fuisse, & modò vnguentariam tabernam, modò pistrinam

De eadem re.

pristinam Aritiæ exercuisse. At apud eundē Iulius Cæsar veluti gloriatur, quòd Iuliæ amitę suæ maternum genus à Regibus ortum esset, paternum cum Diis immortalibus coniunctū. Idem Suetonius scribit C. Caligulam Agrippæ (is erat auus maternus) se nepotem credi, neque dici ob ignobilitatem eius voluisse.

31 ¶ Isocrates in oratione περὶ ζεύγους, id est, de iugo equorū, siue bigis, de Alcibiade loquens, ὁ γὰρ πατὴρ ἦν πρὸς μὲν ἀνδρῶν εὐπατριδῶν, siue mauis legere εὐπατριδῶν. Sic enim Athenienses suos nobiles vocabant. Subdit autē, πρὸς γυναικῶν δ' ἀλκμαιωνιδῶν, id est, Gentilitate quidē, atq; agnatione antiqua, & imprimis nobili: A genere autem matterno Alcmæonides. Liuius li. 1. 5. decadis. Duos, ait, filios habuit Philippus, Demetrium & Persea, Genere materno, virtute, ingenio, fauore Macedonum longè præstitit Demetrius. Plinius Iunior lib. 8. epistolarum ad Fabatum prosocerum suum. Neque ardentiùs (ait) tu pronepotes, quàm ego liberos cupio, quibus videor à meo tuóque latere pronum ad honores iter, & audita latiùs nomina, & non subitas imagines relicturus. Vides enim vtrumque & latus matris ad nobilitatem liberorū cōsiderasse. Diodorus Siculus lib. 5. Bibliotheces c. 14. eodémque vl. scribit Erycem Veneris filium propter nobilitatem matris præclarum apud homines fuisse.

32 ¶ Cornelius Tacitus lib. 3. Histor. Auctum dehinc gaudium nuptiis Neronis & Iuliæ Drusi filiæ, vt'q; hæc secundo rumore, ita aduersis animis acceptum, quòd filio Claudij socer Seranus destinaretur, polluisse nobilitatem familiæ videbantur. Ex quibus verbis planè constat, nobilitatem familiæ videbantur. Ex quibus verbis planè constat, nobilitatem familiæ viri, quodammodò ex vxoris ignobilitate pollui. vt non abs re eorum liberi sint velut minùs nobiles existimandi. Idem lib. 14. Igitur quasi iam depulso Nerone, quisnam deligeretur, inquirebant. Et omnium ore Rabellius Plautus, cui nobilitas per matrem ex Iulia familia. &c. Et libr. 17. Piso (inquit) Marco Crasso & Scribonia genitus nobilis vtrinq;. Rursúsque eodē lib. de Othone imperatore loquens, Pater (ait) Consularis, auus prætorius, maternum genus impar, nec tamen indecorum. Verùm Suetonius de eodem. Pater L. Otho, materno genere præclaro. Et paulo pòst, Ex Albia Terentia splendidissima fœmina duos tulit filios. *De eadē re.*

33 ¶ Apud Iustinum li. 1. Astyages Medorum rex quodam responso Hariolorum perterritus, *De eadem re.* filiā suam neque claro viro, neque ciui dedit nuptui, ne paterna maternáq; nobilitas, nepotis animum extolleret. Et lib. 13. Meleager Arideum Alexādri fratrem ipsius Alexandri successorem regni recusat, propter maternas sordes, quòd ex Larissæo scorto natus esset. Idem Iustinus lib. 23. de Hierone Syracusarum rege, Huius (inquit) futuræ maiestatis ipsa infantilis educatio quasi prænuncia fuit. Quippe genitus erat patre Hieroclyto, nobili viro, cuius origo à Gelone, antiquo Siciliæ tyrāno, manabat: sed maternū illi genus sordidū atque admodū pudibundū: Cùm ex ancilla nat⁹, ac propterea à patre, velut dehonestamentū generis expositus fuerat, &c. Apud eundē li. 38. Mithridates de Romanis loquens. Scait seu nobilitate illis cōparetur, clariorē illa colluuie conuenarū esse, qui paternos maiores suos à Cyro Darióque conditoribus Persici regni; maternos ab Alexandro Magno ac Nicanore Seleuco cōditoribus imperij Macedonici referat.

34 ¶ Apuleius initio libri de dignitate Platonis tradit Platoni ex vtroque parente nobilitatem *De eadē re.* fuisse satis claram. Spartianus in triginta tyrannis, atque etiam Trebellius Pollio scripserūt, Macrianum siue Macrinum Iuniorem, qui cum patre imperauit, fuisse matre nobilē, patre tantùm forti, & ad bellum parato. Eutropius prodidit Marcum Antoninum Verum fuisse hauddubiè nobilissimum, quippe cùm eius origo paterna à Numa Pōpilio, materna à Solētino rege penderet. Velleus Paterculus lib. 1. Ro. historiæ scribit Alexandrum Macedonem iure materni generis Achille authore: paterni, Hercule gloriatum fuisse.

35 ¶ Atheniensium legem à Pericle latam refert Demosthenes in oratione contra Bibulidem, *De eadem re.* & in alia oratione contra Neæram, si hæc illius sit. Plutarchus in vita illius, ad fi. & Aelianus de varia historia lib. 6. & iterum 13. solos Athenienses haberi, qui ex duobus Atheniensibus *Atheniēsium lex.* nati essent, tanquā nō tantùm paternū genus, sed & maternū quoque sit aspiciendū. Ex quo cùm quidā exprobrasset Antisthem Atheniensi, quod esset Hybrida, id est, non ex duobus ingenuis natus, sed ex patre Atheniensi, matre Phrygia, ille respondit, nec ex duobus luctatoribus natus sum, & tamen luctator sum. significans nō tā referre, vnde natus sis, sed qui sis. Aliter autem illum respondisse ferunt Plutarchus in libello de exilio, & Laërtius in vita ipsius, ita scilicet, Et deûm mater Phrygia est. Erat enim ipsius mater ex Thracia, quod & scribit Seneca in li. 2. eius lib. cui titulus est, quomodo in sapiētem nō cadit iniuria, paulò ante fi. quod & nos alibi ad aliud recensuimus. Nec hinc quoque lōgè abest, quòd Euripidi à plærisque obiectum est, matrē fuisse Clitonem agrestia olera venditantem, quod & Theopompus, Aristophanes, & Valerius affirmant. Sed Philochorus euidētissimè probauit, fuisse nobilissimo genere ortam. Vterque tamen satis declarat ignobilitatem matrum tenebras offundere filiis. Ad eam autem legem Atheniensium respexisse videtur illud Terentij in Andria,

Adeon' impotenti esse animo, vel præter ciuium
Morem, atque legem, & sui voluntatem patris;

Tamen

Tamen hanc habere studeat cum summo probro.

Et Byzantiorū quoque lex.

Illic enim tractabatur de matrimonio Pamphili Atheniensis & Andriæ, quæ peregrina esse credebatur. Cæterùm apud Byzantium eadem lex erat, vt ne quis admitteretur ciuis, qui nó esset ex ipsorum vtroque ciue, vt tradit Aristoteles in libro Oeconomiarum publicarum.

De eadē re.

36 ¶ Nec tamen interim relinquenda ducimus nostrorum iurium, quæ vocant, testimonia. Et primum l.j.C.de natur.lib. vbi Senatores, & alij illic nominati non possunt ducere in vxores filias libertarum scenicarum, & aliarum id genus mulierum, quasi videlicet aliquid ex ignobilitate matrnm in liberos transeat. Et l.lege Iulia, in prin. & iterum §.hoc capite, rursum 43 in l.semper §.1.ff.de rit.nup. vbi Senatores etiā prohibentur ea in vxorē accipere, cuius pater materve artē ludicram fecit, quasi non sit satis patrem ab huiusmodi vilibus officiis abstinuisse, nisi & mater quoque abstinuerit. Et tex.in c.1.ut.de fili.nat.ex matri.ad morga.cōtrac. vbi etiam liquidò declaratur, nobilitatis matris rationem plerunque haberi.

De eadē re.

37 ¶ Et hoc sanè videntur considerasse multæ constitutiones, facientes mentionē de nobilitate ex vtroq; parēte, videlicet in c.pe.ibi, ab vtroq; parēte illustrem, extrà de prabē. & in antiqua constitntione pragmaticæ sanctionis, ti.de col. §.insuper, vbi gl.in verbo, vtroq;, id annotat, dicitq; impropriè dici, cùm nobilitas ex patre sit nō ex matre, licèt quis (inquit) ob id ꝙ mater est nobilis, magis honestetur. Et in concordatis (quæ vocant) Papę, & Regis nostri, in eo.ti. de colla: §.tēpus autem cōpetens, in illis verbis, si ex vtroque parēte nobiles fuerint, & iterū in §. cùm verò probatio, ibi, de cuius nobilitate ex vtroqne parente, & ibi. Rebuf.qui & hoc expēdit. Nec ab hac op. dissentit Bal. noster in l.cū antiquioribus. in 8.q.in prin.C.de iure delibe. Et ex hoc vt opinor manauit consuetudo Mediolanensium prohibens filios nobilis viri ex vxore ignobili nō succedere in feudo, de qua in c.1.tit.de fili.nat. ex mat.ad mor.cōtrac. quā tamen Iac. Bel.ibi atque Matth. Afflic.in 3.no.dicunt continere maximam iniquitatem.

Vidua nobilis genere viri ignobilis retinet mariti conditionem.

38 ¶ Sed vt redeamus ad principale primúmque huius rei propositum, id quod suprà diximus, mulierem genere nobilē, quę nupsit marito plebeio & ignobili, effici etiā plebeiā & ignobilē vsque adeò obtinet, vt etiā mortuo ipso marito, ea nihilominùs plebeia permaneat & ignobilis, retineátque illā mariti conditionē, quam iā ex matrimonio assumpserat, per ea quæ in simili diximus suprà nu.5. & hoc procedit etiā in plebeia. Et ita expressum in hoc casu determinauit Gui.Pap.deci.349. in hac curia Parlamēti, & iterū deci.381. sed quid de muliere. Quib° locis ea ratione dicit huiusmodi mulierē teneri cōtribuere subsidiis, quibus soli ignobiles tenētur, vbi tamen id intelligit, nisi hæc vidua posteà nubat marito nobili, tūc enim recuperat suā natiuā nobilitatē, & Io. Ray. in d.tract.nobilitatis in 6.q.prin. vbi & hoc quoque intelligit procedere, nisi interuenirer principis restitutio. Aliter tamen in Gallia nunc vtimur.

Maritus ignobilis reginæ an nobilitetur.

39 ¶ Verùm quod dictū est, virum non nobilitari ex nobilitate vxoris, sed ediuerso mulierem effici ignobilem, limitandū esse censeo, nisi vxor esset Regina, aut aliàs in maxima dignitate, siue nobilitate cōstituta, per id quod sing. voluit Bal. in c.significauit, col.j. vers. pone regina Apuliæ, de rescrip. Quòd licèt Regina nubens plebeio non cum Regē faciat, quia aliàs essent duo reges, & quia etiam non potest regnum alienari, neque in dotem dari: Tamen coruscat, hoc casu, vir radiis vxoris, quia reginæ sui lateris comitatus illum illustrat.l.j.C.de præp.li. 12. Et nulla (inquit Bal.) maior est lateralitas, quàm viri & vxoris, qui diuino cōsortio efficiūtur vna caro. & sequuntur Decius in l.prima, paulò ante fin. & ibi etiam Alciat.in verbo vxon.C. de eden. & Fran. Purp. in rub.eo.tit.col.2.

Quid in viro Ducissæ vel Comitissæ.

40 ¶ Nec solùm id procedit in regno, sed etiam in comitatu, ducatu, & similibus, ex quibus quis nobilis efficitur. Nam tunc non solùm non amittit vxor nobilitatem, si nubat plebeio, sed & ipsius vir nobilis efficitur, maximè si ea dignitas fuerit data in dotē, vt voluit Io. Raynutius, in d.tract. nobilitatis, in 16. q.5. qu.prin. Cui adde quod scribit Host.in d.cap. Raynutius, col.2. in verbo, de Clera, de testa. quòd quandoque de facto. & de consuetudine maritus radiis vxoris coruscat, vt cùm simplex miles ducit Comitissam. Ea enim sunt verba illius, ex quibus intelligis, id magis esse facti & consuetudinis, quàm iuris.

41 ¶ Imò verò in omni nobilitate mulieris, id obtinet respectu viri, quod suprà diximus, respectu liberorum, vt videlicet, quamuis vir ignobilis ex nobilitate vxoris non nobilitetur, nec vir nobilis ex ignobilitate vxoris efficiatur ignobilis: tamē viri nobilitas ex vxoris nobilitate quodámodò illustratur, ignobilitas autē minùs obscura ob vxoris nobilitatē. Cuius sententiæ fuit Menedem° philosophus, qui relicta priore vxore, aliā duxit nobiliorē, ꝙ Reip. præesset, vt tradit Laërtius. Cæterū Plutarchus in vita Galbæ illud ex Homero expendit quod Paridem sæpe eo nomine vocabat Helenæ comatę virū, cùm nihil haberet ad gloriā aliud, quo illū decoraret, quàm vt ab vxore nominaret, sic que fuisse Othonē famosum Ro. ob nuptias Popeæ.

An vxor nobilis viri ignobilis, & econtra.

42 ¶ Secundò intellige, vt non omnino perdat mulier, quæ nupsit plebeio, eam natiuam nobilitatē, quā antè habebat, quin ipsius habeatur ratio, in iis quæ naturam ipsam respiciūt, per id quod scribit Bal.in d. l.cùm quædam puella. col.j. vers. sed quid dicemus. ff.de iurisd. om. iud. in j.lec.dū quærit, an nobilis qui nupsit populari, punietur pœna populariū, an verò nobiliū, & ediuerso. Nā vt id intelligas, scire debes, diuersas plerúque esse pœnas nobiliū, & ignobilium, vt

lium, vt latè ostendemus, infrà c. 20. nu. 104. nobiles vt alij, & multis seq. Et primùm dicit Bal. videri inspiciendam esse qualitatem naturalem originis, per l. vlt. C. de his qui veni. ætа. impe. Deinde in contrarium videri, inspiciendam esse qualitatem accidentalem, quā scilicet habet à marito, veluti posteriorem, per l. 1. §. bestias. ff. de postul. & §. ceruos, Insti. de rer. diui. Et ad hāc quoq; partē allegat alia quę suprà diximus, scilicet vxorē perdere splēdorē generis, & natiuum decus, & è contrario acquirere nobilitatē & dignitatē mariti. Tandē verò distinguit, aut ratio statuti pōderat naturā, aut accidens, aut dubitatur. Si pōderat naturā, inspiciēdam qualitatē originis: si accidens, qualitatē accidentalē, per l. tutelas, in ratione sui. ff. de eadim i. Si dubitatur, inspiciemus qualitatē magis fauorabilem, ar. l. quod traditū. ff. de cond. & demon. Et hoc dictū sequitur Alex. con. 25. viso processu, co. 3. ver. ad istorū confirmationē, lib. 7. Vides ergo ex sententia Bal. non omnino aboleri, nec extingui eam mulieris nobilitatem.

rio puniatur pœnâ nobiliū an ignobilium. Vtra qualitas naturalis, an accidentalis sit inspicienda.

43 ¶ Sed aliud est in hoc loco mirandum magis, Fuisse qui dicerent mulierem nobilem, cōfestim quàm nupta est, siue nobili, siue ignobili, non amplius retinere nobilitatem suæ familiæ, sed assumere nobilitatem viri, si sit nobilis, & ignobilitatē, si ignobilis. Ita enim voluisse videtur Frā. Cur. Senior, con. 40. dominus labia, &c. cùm in præsentiarum, col. 7. vers. præmitte illud, cùm dicit, ꝙ etiam licèt res prohibita alienari extra familiā, possit in fœminā etiā nuptā alienari. per no. in l. voluntas. C. de fideicom. Si tamen prohibitio eiusmodi sit, vt res nō alienetur aliis, quàm nobilibus è familia, nō poterit fieri in fœminā nuptā, quia licèt (inquit) sit de familia simpliciter, non tamē de nobilibus è familia. Nā amittit nobilitatē familiæ, postquā nupta est, per d. l. fœminæ, vbi hoc dicit no. Alber. & Bal. ff. de Senat. Et hoc dictū pro no. sequitur Ferd. Loaz. in l. filius. § . diui, in repe. co. 18. vers. 2. & nobiliter limita. ff. de leg. j. Quòd si verū est, profectò no. est. Satis autem cōstat mulierē nuptā desinere esse de familia patris. viri enim confestim familiam sortiri, vt plenè diximus, in j. lege connubiali. nu. 35. est quoq; vxo.

Mulierem coniugatā nō amplius retinere nobilitatem aut ignobilitatem familia.

44 ¶ Ex iis autē quę suprà diximus satis constat, mulieres esse nobilitatis capaces, nec minùs nobilitatem consequi ex parentibus nobilibus, aut etiā aliis modis, quibus nobilitas quæritur, quàm mares. Nā & videmus in nostris iuribus, mulieres vocari nobiles, sicuti & mares, vt in §. manifestū, in auth. de resti. fideic. in nostra vulgata editione, quanquā vox Græca eius loci magis significat celebres & inclytas, quàm nobiles, quod tamen non multùm differt. Et in c. 1. tit. de fili. nat. ex matri. ad mor. contr. & in c. accedens, de procur. & in cap. ex tenore, de foro comp. & in c. accedens. vt lit. non cont. & in c. constitutis, l. 2. extrà, de test. & in c. ex parte, de appel. & in c. consuluit, & c. insinuante, qui cler. vel rouen. & in c. primo, de sponsalib. & in c. j. de inc. nup. & in summa 29. q. j. Et in sacris literis, in c. j. ibi, mulieres nobiles non paucæ, Actorū 17. c. Et apud Salustium in Catilinario fit mentio nobilis virginis, cum qua Catilina stuprum fecerat. Atque etiā Fuluiæ nobilis mulieris. Plinius autem li. 34. c. 8. scribit Athenodorum pinxisse fœminas nobiles. Nam & Bar. in l. j. col. 1. C. de dignit. li. 12. nō. ex eo. tex. mulieres habere dignitatem & nobilitatem ex genere.

Mulieres nobilitatis capaces.

De antiquitate nobilitatis. C A P. X I X.

1 NObilitas quò antiquior est, eò quoque maior est, &, vt ita dicam, nobilior: id est, quò longiùs procedit, eò magis augetur, vt planè constat ex multis quæ subiiciemus. In primis, vt à nostris legibus incipiamus. Ex l. 2. §. quæ omnia, versi. sed & Anatoliū, in illis verbis vir ab antiqua stirpe. C. de veteri iure enucle. quem textum ad hoc ponderat Alberi. ibi. Et is certè in id est optimus.

Nobilitas eò maior, quò antiquior.

2 ¶ Alius tex. & is quidem notissimus, in l. prouidendum, in illis verbis, aut meritum nobilissimos fecerit, aut vetustas. C. de postulan. Quanquam ea vetustas, de qua is tex. loquitur, sit, vt ego opinor ætati, nihil tamen prohibet, quin & ad aliam quoq; referri possit. Nam & Saly. ibi no. simpliciter ex eo tex. vetustatem nobilitare.

De eadem re.

3 ¶ Item tex. in l. j. C. de iure aur. anul. cùm dicitur, natales antiquos, & ius ingenuitatis non ordo præstare decurionum, sed à nobis peti potuit. Illic enim appellat antiquos natales, ingenuitatem, vt item facit in l. 2. eiusdem tit. Et ille quidem titulus de iure anulorum mentionē faciens, in memoriam reducit locum Plinij, ad hanc sententiam nonnihil pertinentem, is est lib. 33. c. 2. Cōstitutum est (inquit) ne cui ius anuli esset, nisi cui ingenuo ipsi patri, auóq; paterno sextertia quadringenta census fuissent. Illic enim vides, patris facultates non satis esse, sed aui quoque necessarias fuisse, ad ius annulorū obtinendum.

De eadem re.

4 ¶ Nec solùm tex. C. sed & ff. quoque hanc sententiam astruentes habemus. Nempe in l. j. in prin. ff. de censib. in illis verbis. Nobilis regionibus, serie seculorū antiquissima, ita enim legendum est. Illic enim apertè intelligis, antiquitatem seculorum ad nobilitatem pertinere.

Locus iurisconsultorum.

5 ¶ Sunt & tex. feudorum, in §. si rusticus. ver. si miles aduersus, tit. de pace tenen. quòd nō datur facultas pugnandi contra militem, nisi is probauerit, quòd antiquitus ipse cum parentibus suis natione legitimus miles existat. Ex quo no. Bal. ibi, quòd quemadmodum vna hirundo nō facit ver: ita nō intelligitur de nobili genere, nisi qui probauerit, quòd antiquitus maiores eius fuerint nobiles, per no. per gl. in l. stemmata. ff. de gradib. quasi sentiat Bald. nō satis esse. habere

De eadē re.

habere patrem nobilem, nisi & maiores quoque eiusmodi fuerint. Sed & ibi Iaco. Alua. dicit,
q illud ideò scribitur, in eo tex. q ex tali antiquitate quis cēsetur nobilis. Et paulò pòst no. ex
eo tex. & post eum Card. Alex. quòd ex antiquitate generis quis est iudicandus nobilis. Nā
nobilitas attribuitur antiquitati, per no. in d. l. stemmata. Illum autē tex. in d. versi. si miles ad-
uersus, ad id quod diximus, dicit sing. Pet. Bellug. Imo. discipulus in suo tract. cui titulum
nuncupauit, Speculum principum tit. de principe prohibente militem guerrificare, cp. 5.
6 ¶ Probatur quoque ex tex. in c. 1. §. cæteri verò, ibi, ab antiquis temporibus, si quis dicat. dux,

De eadē re.

comes, march. Ex quo no. Bal. & post eum Alnar. & Card. Alex. q nobilitas attribuitur anti-
quitati, ita quòd omne feudum antiquum posset dici nobile. Subdunt que Aluar. & Card.
quòd ex antiquitate generis quis est iudicandus nobilis, per d. §. si miles aduersus. Et per illū
tex. dicit Ioan. Ray. in rub. de prohib. feud. ali. per Fed. in 7. diuisione feudo, quod feudum re-
ceptum à minoribus vasallis, dicitur ignobile siue plebeium, nisi ab antiquis temporibus te-
neatur. Idem autem Rayna. in tract. nobilitatis, in tertia q. prin. in prin. dicit nobilitatē tantò
maiorem esse, quantò plùs inueterascit.
7 ¶ Et huc quoque spectat quod in simili videmus, seruos manumissos libertinos appellari,

De eadē re.

nondū tamen ingenuos. Posteros verò, ex iis videlicet prognatos, ingenuos vocamus, Inst. de
ingen. per totum, & de liberti. per totum, & l. filium. C. de suis & leg. vbi Bal. multum appo-
sitè ex eo no. quòd filius potest esse patre nobilior. Et ex eo quoque libertinis interdicebatur
dignitatibus, l. j. C. si ser. aut liber. & quod nos diximus suprà c. 8. nu. 6. & hæc sententia. Non

Libertinorum filij ad Senatorias dignitates non admittebantur.

etiam eorum filiis l. libertorum. C. de dignit. lib. 12. Sed & antiquis Romanorum tēporibus
filij libertinorum, id est, eorū qui ex iis, quos nūc libertinos vocamus, nati essent (Ita enim li-
bertinos ea ætas vocabat, vt paulo pòst ostendemus) ad dignitates etiam Senatorias non ad-
mittebantur, quod planè demonstrat quod scribit Liuius li. 9. ab vrb. con. Appiū Claudiū in
Censura inquinasse Senatum, lectis libertinorum filiis. Ob quam famē & inuidiosam Se-
natus lectionem, victus verecūdia collega Appij, C. Plaucius magistratu se abdicauit. Cuius
etiam rei meminit Suetonius in Claudio, c. 15. Latum (inquit) clauū, quāuis initio affirmasset
non lecturum se Senatorem, nisi ciuis Romani abnepotem, etiā libertini filio tribuit: sed cō-

Libertini qui olim dicebantur.

ditione, si priùs ab Equite Romano adoptatus esset, ac sic repræhēsionem verens etiā Appiū
Cæcum Censorem generis sui proauctorem libertinorum filios in Senatū allegisse docuit,
ignarus temporibus Appij, & deinceps aliquandiu, libertinos dictos nō ipsos, qui manumit-
terentur, sed ingenuos ex his procreatos. Alibi autē scribit idem Suetonius, Neronē Claudij
successorem, in curiam libertinorū filios diu nō admisisse, admissísque à prioribus principi-
bus honores denegasse. Aelius autem Lampridius carpit Commodū Antoninū q sub eo ad
Cleandri nutum etiam libertini in Senatū atq; in Patricios lecti sunt. Cuius etiā rei mentio-
nem faciens Budæus in suis Annotationibus pandectarū, in l. vlt. ff. de Senat. scribit id instar
esse huius hodie, quod locorum quorundā moribus receptū est, vt ne iusta nobilitas esse cen-
seatur, nisi in pronepote, & deinceps eius qui natalibus restitutus est, id est, vt suprà alibi di-
ximus, nobilitate donatus. Et nos quoq; in Frācia obseruatū videmus, vt qui recens nobilita-
tus est, omnia plebeiorū munera obeat, peræquè ac plebeius. At illius filij omnib⁹ nobilitatis
priuilegiis potiantur. Ad quod etiā facit quod scribitur in l. 2. C. de iure aure. anul. Aureorū
anulorū vsum beneficio principis cōcessum, libertinitatis tātùm imaginē, iis quibus concessū
sum est, dum viuunt, nō etiam statum ingenuitatis plena, vt rectè addit Accursius, præstare.
8 ¶ Et huc quoq; proximè accedit quod scriptum est à Demosthene, aut quisquis is est, qui eā
orationem fecit quæ inter eius opera aduersus Neærā scripta est, nam de authore illius dubi-
tatur, Legē scilicet apud Athenienses fuisse, quæ quoscunq; populus Atheniēsis ciues fecisset,
eos apertè vetaret in collegium nouēvirorū cooptari, aut vllius sacerdotij esse participes. Horū
verò liberis hęc omnia concedere, si ex muliere ciue & legitimè desponsa essent suscepti.
9 ¶ Et huc nōnihil spectat quod legibus cauetur, non satis esse, vt ingenuus qui Senatoris filiā

De eadem re.

vxorē velit accipere, arte Indicta abstinuerit, nisi & pater & mater quoque abstinuerint. Tan-
quam scilicet eius rei memoria nimiū recens & nota esset, officeretq; ingenuitati illius, qui
patrē matrēmve huiusceemodi habuerit, vt videre licet ex l. semp. & Lege Iulia. ff. de rit. nupt.
Nā nec libertinis licebat filias neptésve Senatorū vxores ducere, tanquā non satis nec plenè
ingenui essent, qui nuper ad libertatem euecti fuissent. l. oratione. ff. eo. tit. vti nec è diuersò
10 Senatoribus & eorū liberis libertinas vxores accipere. l. lege Papia. eo. ti. & alibi sæpe in eo. ti.
¶ Et quod scribit Bal. in l. nobiliores. C. de commer. & merca. quandam esse nobilitatem in-

Nobilitas incipiens, crescens, perfecta.

cipientem, quandam crescentem quandam perfectam; quasi sentiat nullam esse perfectam,
quæ fit in principio, aut etiam in augmento tantum, nisi vltrà quoque progressa fuerit. Et idē
Bal. in proœmio feud. in pe. diuisione, feudum antiquum sapere nobilitatem, nō item nouū,

Nobilitas non nascitur in ictu oculi.

quia nobilitas non nascitur in ictu oculi, (fine mauis in nictu, quanquam vtrūque bonū est)
per no. in d. l. stemmata. Et eam refert, & sequitur Car. Alex. in prælud. feud. col. 11. in 2. di-
uisione, & Iac. à S. Geor. in tract. feud. col. 4. Phil. Dec. con. 53. placet mihi, col. 2. vers. 4. facit.
Et idem ferè voluit Ray. in comprehensoria feudali, in prin. 17. diuisione. Cæterum ipse Dec.
in rubr.

in rub. de constit.col.1. scribit ius scriptum esse nobilius iure non scripto, quia est antiquius, per §.ex non scripto, Instit.de iur. natur. gent. & ciuili. & illum sequitur Boschus Codescha in d.rub.col.4.vers.aliam reperio.

11 ¶ Sed vt ad alios scriptores accedamus, Virgilius omnium poëtarum Latinorum princeps, lib.1. Aeneidos de Didonis maioribus, *De eadem re.*

Fortia facta patrum: series longissima rerum
Per tot ducta viros, antiqua ab origine gentis.

Paulo autem antè, de Teucro Telamonis filio loquens,

Sé que vetum antiqua Teucrorum à stirpe volebat.

Et lib.7. Aeneidos, de Turno loquens,

Turnus auis, atauisque potens. Et iterum eo.lib.

Hunc decus egregium forma mouet, atque iuuenta,
Hunc atavi reges. Quibus verbis voluit exprimere magnam Turni nobilitatem, ex eo quòd non fuisset primus rex sui generis, sed & ipsi fuerant atavi reges, quæ res multos mouebat, vt ipsius partes aduersus Aeneam sequerentur. Et lib.12. de Camerte,

Cui genus à proauis ingens, clarúmque paterna
Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis.

Quasi non satis esset commemorare & propriam ipsius fortitudinem, & patris virtutem, quæ res eum maximè nobilitabant, nisi & originem quoque maiorum adduxisset, veluti augustiorem maiorémque ex eo declararet. Et in eodem lib.

Murrhanum hic atavos, & avorum antiqua sonantem
Nomina, per regésque actum genus omne Latinos
Præcipitem scopulo, atque ingentis turbine saxi
Excutit.

12 ¶ Horatius lib. Carminum 3. Ode.1. in prin. *De eadem re.*

Mecœnas atavis edite regibus.

Vnde Martialis sumpsit illud epig.4.lib.12.

Mecœnas atavis regibus ortus eques.

Et vt redeamus ad Horatium, is lib.3. Ode.17.

Aeli vetusto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos & nepotum,
Per memores genus omne fastos, &c.

Et lib.1. Ser. Satyr.6. quod nos alibi ad aliud citauimus,

Nec quod auus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint. Et rursus in fi. eiusdem Satyræ,

His me consoler victurum suauius, ac si
Quæstor auus pater atque meus, patruúsque fuissent.

Quod & nos quoque alibi ad aliud citauimus.

13 ¶ Propertius lib.1. elegia 5. *De eadem re.*

Nescit amor priscis cedere imaginibus. Nam prius dixerat,

Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti.

Et lib.2. de Cynthia, ad æmulum,

Certus eras eheu, quamuis nec sanguine auito
Nobilis, & quamuis non ita diues eras. Et eodem lib. eleg.14.
Nec si qua illustres fœmina iactat auos.

14 ¶ Ouidius in epistola Helenæ ad Paridem, *De eadem re.*

Et genus, & proauos, & regia nomina iactas. Et lib.1. Amorum, Elegia 3.

Si me non veterum commendant magna parentum
Nomina, si nostri sanguinis author Eques, &c. Et lib. Metamorph.13.

Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco. Quod & nos alibi ad aliud propositum adduximus.

15 ¶ Seneca Tragœdiographus in Hercule furente, actu 2. *De eadem re.*

Nobiles non sunt mihi
Aui, nec altis inclytum titulis genus, Et paulo post.
—Ducet ex genere inclyto
Nouitas colorem nostra. Et in Troade, actu 1.
Veterisque soboles sanguinis nimium inclyti.

Et illius nepos ex fratre Lucanus, dum lib.4. vinum nobile appellat ob vetustatem, quod nos alibi ad aliud propositum citauimus, *De eadem re.*

Nobilis ignoto diffusus Consule Bacchus. *Longus sanguis.*

16 ¶ Iuuenalis qui ita Satyr.8. inchoat,

Contrariũ eorum quæ dicta sunt.

20 ¶Contrarium tamen in nostro casu nobilitatis, nulla horũ mentione facta, voluit Bo. Curti. in d. tract. nobilitatis in 4. parte, colum. 5. per ea, quæ vulgò traduntur de viribus legitimationis. & Pau. Paris. con. 58. agit, col. 5. num. 45. lib. 4. Et idem etiam, licèt non dicant, voluit Bal. con. 146. titulus principis Achaiæ, col. 3. versic. & primò qualis debeat, in duobus locis, lib. 1. vbi dicit quòd legitimati deinceps non sunt turpes personæ, per l. imperialis. §. præsenti. C. de nupti. in illis verbis, omni macula penitus detersa, neque vocabulum inhonestum eis inhærere. & l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de rit. nupt. Sed & idem voluit ipse Bal. con. 387. respondendo ad dubia, col. vlti. lib. 5. vbi idem propemodum est consi.

Quid in legitimatis per matrimonium.

21 ¶Tamen si priorem illam sententiam teneas, eam intelliges procedere, nisi esset legitimatus per subsequens matrimonium, per not. per Bal. & alios in d. §. naturales, si de feu. fue. contro. inter do. & ag. cum concord. traditis per Alex. & recẽtiores in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & quæ latè dicemus infrà in tract. primogenituræ, in 34. quæst. Et ita videtur sentire in nostro casu nobilitatis Ray. in trac. de nobilitate, in 9. q. 5. q. prin.

Quid in matrimonio cõtracto à nobili cũ ignobili muliere.

22 ¶Sed hic quæri potest an ex matrimonio à nobili viro contracto cum muliere ignobili, ex qua antè susceperat liberos, ij liberi legitimentur, sic'q; nobiles efficiantur. Dubium enim id facit tex. in §. sed & aliud, ibi, neque dignã eam existimauit legitimo quodã nomine, in auth. qui. mo. natu. effi. legi. ex quo Angel. ibi nuncupatim dicit, huiusmodi liberos, in casu de quo loquimur, non effici legitimos, cùm huiusce modi matrimoniũ honestè contrahi non possit, moribúsq; hominum sit reprobatum. & id dicit de facto se vidisse seruari. Et idem eadem ratione dicit, Si quis meretricem, ex qua priùs habuerat liberos, duxerit vxorẽ. quod postremũ etiam tenuit ipse Angel. in §. 1. eiusdem tit. Et idem in priore loco dicit consuluisse Bart. Franc. Pisa. Ang. de Aretio, & Hugo. de Pellolis Perusi. & sequitur Io. Lupus qui & alios in id citat in repe. c. per vestras. §. 1. col. 2. versi. imò fortiùs, de donat. inter vir. & vxo.

De eadẽ re.

23 ¶Verùm contrarium voluit non obscurè idem Ang. in §. quia verò legem, in auth. vt lice. mat. & auiæ. & expressiùs Petr. Vbal. Perusi. in tractatu successionum ab inte. col. 11. ver. & sic habet locum dicta regula, vbi reprehendit ipsum Ang. contrariũ tenentẽ in illo priori loco, & nouissimè Iason. cõsi. 234. solemnis, lib. 2. tum quia ex generali regula legitimãtur filij per matrimonium, si tẽpore coitus potuerit esse matrimoniũ, c. tanta, qui fili. sunt legi. Et id quidem ex quocunq; coitu nati fuerint, vt per Ioã. And. in c. sine culpa, de regu. iur. li. 6. in Merc. & Ant. in d. c. tanta, col. vlt. paulò ante fi. tum vt addit Ias. quia tex. habemus probantẽ ex matrimonio contracto cum ancilla vel liberta, legitimari filios priùs natos, in §. vlti. in auth. de tri. & sem. & in §. 1, in auth. vt libert. de cæte. Quamuis ancillæ & libertæ vilis & abiectæ cõditionis sint. l. humilem. C. de incest. nupti. & c. proposuit, de coniu. ser. Tũ quia glo. est no. in c. non omnis, in verbo, constituente, 32. q. 2. Quòd Iacob contrahendo nuptias cum ancilla, ex qua liberos susceperat, eos legitimauit. Et hanc quoque sententiam sequitur Io. Lupus sibi contrarius in illa eadem repe. d. c. per vestras. §. 20. col. pe. versi. ex his etiam resultat.

Quid in filiis legitimis & naturalibus ipsorũ bastardorũ.

24 ¶Amplia secundò, vt etiam ita procedat, vt filij legitimi & naturales ipsorum bastardorum non sint nobiles, vt qui non sint de domo vel casata. vt expressè voluit Bal. in d. l. vlti. ad fi. C. de verb. signi. & post eum Pet. An. d. consi. 389. moti hac ratione, quia nulla cõsequentia legitima potest esse ex illegitimo nascendi principio, & radice corrupta. d. l. vlti. C. de natur. lib. Vnde, vt subdunt, dicit ille canon, ex infecta radice fructus non producitur. & non bono peragitur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. c. principatus. 1. q. 1. Et sequitur Card. Ale. in c. venerabilem in prin. col. 3. qui fili. sunt legi. Nã & ex statutis Sabaudiæ (hi sunt Allobroges) filij legitimi bastardorum nobiliũ non debent deferre cognomen & arma ipsorum nobilium, vt scribitur lib. 3. dictorum statutorũ. c. item 3. incip. quia naturales. Quibus adde quę longè latéq; in eam rem congregabo, infrà in materia primogenituræ in 12. q.

Quid de consuetudine.

25 ¶Et hæc quidem procedunt de iure communi, verùm de consuetudine aliter, vt videlicet bastardi nobilium, maximè magnarũ domorũ, sint nobiles, vt expressè voluit Ray. in d. trac. nobilitatis in 2. q. 5. q. prin. Vbi loquitur de bastardo Sabaudiæ. Cui quidẽ cõsuetudini standũ est, per id quod in simili dicit Bar. in d. trac. de insig. & ar. co. 2. vbi dicit, ꝙ licèt de iure cõmuni non possint bastardi vti insignibus suorũ parentũ, quod iam suprà diximus: tamen cõtrarium obseruatur in Thuscia de consuetudine, cui standum est. Et ita quoque Domi. in c. statutum, le 2. in prin. col. vlt. de hære. li. 6. Soc. con. 102. visis, co. 4. versi. secundò quia prouocabatur, li. 5. & Matth. Afflic. in trac. protomiseos, in gl. 1. col. 11. vers. item quæro an consanguineis bastardis, vbi dicit esse generalẽ consuetudinem, ꝙ bastardi deferant arma domus, & in c. 1. col. 7. ver. an autẽ spurij, ti. quis dic. dux. & Nico. Perus. in tract. de succes. ab inte. in quarta specie filiorũ. vbi tamen dicit quòd in Francia & Britannia bastardi in suis armis deferunt barram, vt loquitur, transuersam à sinistra parte ad dextram. Et certè in Francia hoc obseruamus, vt bastardi nobilium nobiles reputentur, sint'que immunes à subsidiis popularibus, & in vniuersum potiantur priuilegiis nobilium, præterquam quòd non succedunt, vt etiam retulit Guid. Pap. deci. 580. an bastardi vbi & illud de insignibus adscribit, & D. Boër. deci. 127. ad secundam, ad fi. Et adde Ang. in leg. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel.

vbi

ibi dicit quòd apud Tuscos bastardi sunt de domo. quod & idem dicit ipse Ang. con. 30. domina Francisca. vbi & idem dicit obseruari Perusij, & post eum Dom. in d. c. statutum, le. 2. in prin. col. vlti. versi. no. ex his, de hære. li. 6.

26 ¶ Sed &, quantùm ad ius commune pertinet, duobus modis est limitandum quod dictũ est, bastardos nobilium non esse nobiles, siue non venire appellatione nobilium: Primo modo, vt ita procedat & in illis terminis, in quibus semper locuti sumus. At nihilominus dicuntur bastardi filij nobilium, veniúntq; appellatione filiorum nobilium, in iis scilicet casibus, in quibus aliàs bastardi veniũt appellatione filiorũ. quod quãdo sit, poteris colligere ex iis quę no. Bal. in l. libertinũ. C. de interdi. mat. Et ita expressè voluit Nico. Perus. in tract. de succes. ab in. char. 7. co. 5. versi. vnde cogitandum. Contrariũ tamẽ voluit Alber. in 1. parte statutorũ, q. 61. item quæro si statuto ciuitatis, vbi dicit quòd si magnates, eorúmque filij ex statuto teneãtur satisdare de nõ offendendo populares, non comprehenduntur filij spurij magnatum.

An saltem bastardi dicantur filij nobilium.

27 ¶ Tamen si priorem partem teneas, eam intellige procedere in materia indifferenti, aliàs secus, verbi gratia. Si statutum in casu honoris aut dignitatis faciat mentionẽ de filiis nobilium, non comprehenduntur bastardi, cùm nõ sint huiusmodi dignitatis capaces, nisi cùm desunt cæteri, per l. generaliter. §. spurius. ff. de Decur. Et ita in specie consuluit Angel. d. cõ. 30. versi. quidam autem sunt. & sequitur Dom. in d. c. statutum, le. 2. col. 2 de hære. & Nicol. Perus. in tract. de succes. ab intes. in 1. parte in 4. specie filiorum, colum. viii.

De eadẽ re.

28 ¶ Secundo modo procedit, nisi statutum aut alia dispositio faceret mentionem de nobilibus de patrimonio, vt est statutum Pisanum magis puniens nobiles de patrimonio, quã populares. Nam cum hæc verba sonent in naturam magis, quàm in ius (Idem enim significat nobilis de patrimonio, quod de nobili patre natus) tunc comprehenduntur bastardi nobilium. Ita voluit Bart. in l. tutelas, in princ. ff. de cap. dimi. & in d. l. vlti. C. de verb. signi. & Ang. in d. l. ex facto. § si quis, col. 2. versi. fallit si statutum. ff. ad S C. Trebel. & Ioan. Plat. in l. si Senator, in fi. C. de digni. lib. 12. & Pet. Au. in repe. c. 1. in 14. q. princ. vers. dubitat alibi, de constitu. Et facit quod scribit Anto. d. con. 54.

An dicantur nobiles de patrimonio.

29 ¶ Sed Raph. Fulgo. in d. l. vlti. de verb. signi. huic sententiæ contradicit, quoniam statutum non dicit natos ex nobili patre (quo casu cõprehenderetur bastardus filius nobilis) sed dicit nobiles de patrimonio, quo casu non comprehenduntur bastardi, vt qui nobiles non sint, & sequitur Corne. in d. l. vlti. arguens Bar. quòd vtrumcunque casum confuderit, & idem quoq; voluit Imol. in d. l. ex facto. § si quis rogatus, & ibi quoque Alex. co. vlti. ff. ad S C. Trebel. & Nicol. Peru. vbi suprà proximè citauimus.

De eadem re.

30 ¶ Porrò ne quis putet ex iis quæ diximus, bastardos, quos vocamus, adeo contemptui esse habendos, vt omnino reiiciẽdi sint, & ab omnibus honoribus arcẽdi, habemus tex. in l. generaliter. §. spurios, & l. spurij, in princ. ff. de Decurio. spurios in ordinem Decurionatus adlegi posse: quamuis alibi scriptum sit, infames creari Decuriones non posse. l. eos. ff. eod. titul. & l. infamia. C. eod. quoque titu. lib. 10. vt hinc intelligas, non verum esse quod suprà diximus ex aliorum sententia, bastardos infames esse & viles. Et id nuncupatim eadem ratione voluit Ro. in l. & si præpercent, quæ est 3. in 2. no. ff. de lib. & posthu. Suntque alia multa, quæ pro his dici possunt, quæ videre poteris in c. vndecunq;. & c. nasci & c. nunquã, & c. dominus. 56. di. quę hic repetẽda nõ ducimus, cùm illic omnibus sint obuia. Nisi quòd in d. c. nasci. scribitur Iepte illum spectatæ fidei iudicem Israël, cuiúsque magnæ res gestæ narrantur, meretricis filium fuisse, quod depromptum est ex c. 11. Iudicum, in prin.

Bastardi non laudati.

Bastardos non esse infames.

Iepte bastardus.

31 ¶ Neque is solus fuit eius notæ. Herculem enim & Alexandrum Magnum, quibus in re militari, vt cætera defuerint neminem parem fuisse vnquam legimus, veterum scriptorũ bona pars spurios fuisse tradit. Hincque olim in Attica locus quispiã erat κυνόσαργες Cynosarges appellatus, Herculi dicatus, in quo spurij, quique tam ex patre quàm ex matre ciues nõ erãt, exercebantur, quoniam Hercules nothus erat, & tamen virtute sua Diis æquum honorem assecutus est. Autores Plutarchus in Themistocle, in prin. Stephanus, Suidas & Hesychius autoritate Didymi Athenensis, aut vt alij vocant Diom. Et hinc natum adagium εἰς κυνόσαργες, in infames & ignobiles. de quo per Erasmum Chil. 3. cent. 3. c. 79. Bacchum quoque de pellice natum scribit Ouidius lib. 4. Metamorp.

—Potuit de pellice natus
Vertere Mæonios, pelagóque immergere nautas

Sed & Theseus ille inter primos laudatus spurius fuit, ex Plutarcho in vita illius, tum post prin. tum & postea. Et Romulus, & ipse inter Deos habitus, patre incerto fuit ob id quòd ad abigẽdam ignominiam, diuulgauit eius mater diuino compressu eum peperisse, vt apud Liuium lib. 1. ab vrbe cond. & Plutarchũ in vita illius, & in vita Thesei, & plærosque alios videre licet. Sunt & qui Seruium Tulliũ Ro. quoq; regẽ fortissimũ iuxtà ac prudentissimũ, incerto patre, Ocrisia matre natum, vt refert Plutarc. de fortuna Romanorum, & nos alibi suprà cap. 4. diximus. Timotheus quoque Atheniensium imperator, Cononis ex meretrice Thressa filius fuit, quod cùm ei probro obiiceretur, Maximam, inquit, matri gratiam habeo, quòd per eam Cononis filius sum. Teste Athenæus, & Suidas.

Hercules. Alexãder Magnus. Cynosarges quid. Bacchus. Theseus. Romulus. Seruius Tull. Timotheus.

Themistocles. Suidas. Themistoclem item,& ipsum Atheniensiũ Imperatorem,& oratorem maximũ, nothum.& ex non iusta matre natum,perhibet Plutarchus,& Athenæus, qui autoritate Amphicratis,eius matrem Abrotonum meretricem,& ipsam quoque Thressam tradit lib.9. variæ historiæ,& Gal.in lib.de exhortatione ad bonas artes,vbi dicit, quòd cùm ei à quopiam obiectum fuisset,quòd nothus esset,At ego,ait,à meipso genus auspicabor, ac meum quidẽ *Medon.* genus à me incipiet,tuum in te desinet. Medonem vnum ex Grecorum ducibus,qui ad euertendã Troiam nauigarunt, Oïlei nothũ filium fuisse scribit Homerus in catalogo,& iterum *Teucer.* lib.13.& 15.Iliados. Teucer alius ex illis præcipuis ducibus,& Aiacis illius Telamonij fratet, nothus quoq; fuit,vt idem author tradit eiusdẽ operis lib. 8.& Sophocles in Aiace flagrifero. Oeneũs Pandionis heroum vnus,qui Atheniensium tribubus nomina imposuerũt,ex adul- *Menelaus.* terio natus fuit,vt prodit Pausanias in Atticis. Menelaus auus Philippi Macedonis teste Ae- *Arideus.* liano,lib.9.de varia historia. Arideus ille qui post Alexandrum Macedoniæ regnum tenuit, filius fuit Philippi Macedonis,ex Phillina quadam saltatrice,vt scripsit Ptolemæus Agesar- *Bion philosophus.* cus,& eius autoritate Athenæus,qui & Niciæ quoque testimonio,refert Bionem Borysthenitem philosophum celeberrimum,meretricis Olympiæ Lacænæ filium fuisse. Eam ex lupanari ascitam scribit Laërtius in vita illius. Sed & ipse Athenæus post Aristotelẽ & Herpyli- *Nicomachus.* dam,tradit Nicomachũ meretricis item fuisse filiũ. Quis autẽ,& qualis fuit is Nicomachus, dicemus posteà in tractatione medicinæ. Alexidemus Milesius Philosophus Thrasybuli ty- *Habidis.* ranni spurius,vt scribit Plutarchus in conuiuio septem sapientũ. Habidis Tartesiorũ rex, ex stupro patris & filiæ natus,tantæ magnitudinis fuit,& fœlicitatis,vt nõ frustrà Deorũ maiestate maximis periculis ereptus videretur,magnásque ac mirandas res gesserit. Author Iusti- *Homerus.* nus li. 44.eodémq; vlt. Homerus ille,omnis virtutis parens Iustiniano dictus in procemio ff. & omnium literarum princeps,ingeniorum fons,primus doctrinarũ & antiquitatis parens vocatus Plin.lib.2.c.6.& lib.17.c.5.& li.25.c.1.tam incerto patre fuit, quàm patria, vt qui ex nõ legitimo concubitu fuerit,vt testes sunt Ephorus Cumæus,in libro de Patriis. Aristoteles lib.3.de Poëtica,& Plutarchus in vita ipsius,& Lucianus in Homeri & Demosthenis lauda- *Demosthenes.* tione. Sunt & qui Demosthenem illum,alterum linguæ Grææ columẽ, patre ignoto fuisse, in quibus est Valerius Maximus lib.3.c.4.in fi.quamuis Plutarchus & Suidas aliter dicant. *Brutus.* Marcus Brutus omnibus virtutũ numeris absolutissimus,ex adulterio Iulij Cæsaris, & Seruiliæ sororis Catonis Vticensis,natus fuisse à multis creditus est,vt refert Plutarchus in vita illius. Quod & astruere videtur quod tradit Suetonius in Cæsare,c.82. Cæsarẽ ipsum,cùm vidisset Brutũ cum cæteris cõiuratoribus in se irruentẽ,illud Græcè pronũciasse, καὶ σὺ τέκνον, *Gaselicus.* Et tu fili,scilicet de illis es? quod & Dion Nicæus tradidit in vita ipsius Cæsaris. Gaselicus *Gizerichus* spurius Alarici Gothorum rex,apud Procopium lib.1.de bello Gothorum. Gizerichus filius nothus Contharis regis Vandalorum in regno fuit prælatus Gogydisco filio legitimo apud eundem lib.3.de bello Vandalico.

32 ¶ Ex nostris Io. Andr. iuris vtriusque peritissimus,Andrea presbytero, & matre concubina *Ioã. Andr.* natus vulgò creditur. Quanquam ipse in addi.Spec.in rub. de fili. presb. dicit se patre laico natum fuisse,sed qui posteà sacris initiatus sit,nec tamẽ aliter aperit,an ex matrimonio,siue legitimo concubitu natus sit.vt etiam annotauit Pauor.in c.inter cæteras,de rescrip.& Fely. *Bartolus.* post alios in c. veniens,col.1.de accusat. Sunt & qui suspicantur. Bart. alterum iuris ciuilis *Gratianus.* columen,fuisse nothum & expositum,ex his quæ ipse scribit in l.quidam cùm filiũ,co.3.ff.de verb.obli. Sed & sunt quoque qui ferunt Gratianum nostrum, qui accuratissimè Decretorũ *Petrus Lombardus.* volumen collegit,eiúsque fratres Petrũ Lombardum,qui & Sententiarum libros scitissimè quoque coagmẽtauit,& Petrum Comestorem,qui historiam ecclesiasticã confecit, ex adul- *Petrus comestor.* terio natos. Cuius admissi,cùm mater eorũ pœnitere non posset,q tantos viros ita genuisset, id que confessori suo planè profiteretur,Pœniteas ergo,inquit,quòd pœnitere non potes.

33 ¶ Ex quibus certè intelligis id verum esse quod scripsit Menander, nullum esse discrimen *Legitimus, qui bonus est.* generis:sed,si hæc certè examinauerimus, legitimum eundem esse qui bonus sit, nothum autem,qui malus.

οὐδὲν γένος γὰρ οἶμαι διαφέρειν,
ἀλλ' εἰ δικαίως ἐξετάσεις, καὶ γνήσιος
ὁ χρηστὸς ἐστιν, ὁ δὲ πονηρὸς, καὶ νόθος.

Et quod apud Euripidem alterũ poëtam Græcum in Andromache pronunciauit Peleus,

Πολλάκις δέ τοι,
Ξηρὰ βαθεῖαν γῆν ἐνίκησεν σπορά,
Νόθοι τε πολλοὶ γνησίων ἀμείνονες. Id est,ad verbum,

Sæpenumero certè
Arida profundam terram vicit satio,
Spuriíque multi legitimis meliores.

34 ¶ In quam quoque sententiam est illud eiusdem poëtæ in Eurystheo apud Stobæum Ser.7.
De eadẽ re. [illegible]

παῖδας

Παῖδας φυτεύειν· ὃς γὰρ ἂν χρηστὸς φύῃ,
Οὐ τοὔνομ' αὐτοῦ τὴν φύσιν διαφθερεῖ. Id est, ex Gesneri versione,
Frustra mortales sibi cauent à nothis
Filiis generandis: quisquis enim bonus fuerit,
Illius natura non corrumpitur nomine.
—Et in Andromeda,
Ἐγὼ δὲ παῖδας οὐ δέχεσθαι νόθους
Τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς
Νόμῳ νοσοῦσιν, ὥς σε φυλάξασθαι χρεών.
Ego mihi filios adsciscere nothos non dubito.
Cum enim legitimis nulla in re sint inferiores.
Propter leges malè audiunt, quas tu cauere debes.
Ὁ δ' ὢν νόθος τοῖς γνησίοις ἴσον σθένει. — *Et Sophocles.*
Ἅπαν τὸ χρηστὸν γνησίαν ἔχει φύσιν.
Nothus tantundem valet, quantum legitimus.
Omne quod bonum est genuinam & legitimam habet naturam.

35 ¶ Illud autem denique adiecerim, nihil his spurios natura à legitimis differre, teste etiam ipso Euripide in Stobæum. — *Spurij & legitimi natura non differunt.*

Ὀνόματι μεμπτὸν τὸ νόθον, ἡ φύσις δ' ἴση.

Quo significatur, licet nothi appellatio sit culpabilis, naturam tamen æqualem esse. Quod & probatur nostris legibus, in §. si quis verò non habens, in authen. quib. mo. natur. effi. legi. & §. si quis ergo filios, in authen. qui. mo. natur. effi. sui. vbi scribitur naturam non facere discrimen inter legitimos & naturales & l. adoptiuus §. seruiles. vers. vnde nec vulgo. ff. de rit. nupt. Cuius authoritate Pet. Anc. con. 205. videtur prima facie col. pe. tradere prolem naturalem haberi pro legitima, quo ad naturales sensus, cum alijs iuribus concord. & sua me collectis in commentariis meis vnquam, in verbo donationis largius, num. 288. sexta ratio legitimatio, & seq. C. de reuo. donat.

An nobilitas liberorum ascendat ad parentes. CAP. XVI.

1 HAEC de liberis, & posteritate satis dicta sint. Sed posset quæri, num è contrario nobilitas filiorum transeat ad parentes & superiores. Quod posset videri, ex multis iuribus probantibus, priuilegium dignitatis filiorum transire ad superiores, videlicet, l. in sacris, §. 1. in princ. vbi & hoc no. gl. C. de prox. sacro. scrin. lib. 12. & in l. vlt. vers. simili videlicet forma. C. de præp. agen. in reb. cod. lib. 12. & in l. vlt. vers. hæc autem priuilegia, vbi etiam not. glo. C. de castrensi. & minist. cod. lib. 12. & in l. vlt. in prin. C. de prim. & hol. cod. lib. 12. & in hac lege, etiam in prin. & ibi quoque gl. C. de metat. & episcop. cod. lib. 12. & in §. hæc itaque, vers. si verò non copulatus, in authen. de Consul. lib. vbi & gl. not. honorem adferri ad superiorem, scilicet ad matrem per filium. & in §. generaliter, in authen. constit. quæ de dig. ibi & nobilitatis patres ostendat. Et bene facit l. 2. C. de qui bi non potest, seruus torquere aduersus matrem domini, sicuti nec aduersus ipsum dominum, vbi ex isto gl. Cy. & Sal. not. priuilegium inferioris porrigi ad superiorem. & tex. in l. in moram §. parentes. ff. de pœnis, vbi in pœnis eodem priuilegio gaudent parentes Decurionis, quo ipsi Decuriones. Et ita nuncupatum, vt scilicet nobilitas filiorum ad parentes ascendat, tenet Lucas Pen. in l. mulieres, col. 2. vers. tertio ex dignitate. C. de dign. lib. 12. — *An nobilitas liberorum ad parentes ascendat.*

2 ¶ Tu tamen constanter teneto, nobilitatem filiorum non transire ad parentes, aut alios superiores, per tex. optimum in l. 1. ff. de Senat. vbi ita scribitur, Consulares fœminas dicimus consularium vxores. Adijcit Saturninus, matres, quod nusquam relatum est, neque receptum. vbi gl. & postea in Bar. not. quod dignitas inferiorum regulariter non transit ad superiores. Ita etiam confirmat ipse speculat. & in etiam dicit gl. ad. authen. de consul. & Pet. Anc. 3 c. l. in 2. not. in ff. de congr. spir. & Io. Plat. in d. l. in sacris in princ. & in l. vlt. C. de incol. lib. 10. Et ita expresse in nobilitate voluit Io. Ray. in d. tract. nobilitatis, in 11. q. in princ. & Marcell. tit. de Tallis seu Collectis, in tract. nobilitatis, in fin. — *De eadē re.*

3 ¶ Neque tamen negari potest, quin parentes quodammodo cohonestentur ex nobilitate filiorum, vt etiam dicit Ioan. Ray. vbi suprà: & planè indicat illud Ciceronianum lib. 3. Officiorum. Marcus Cato sententiam dixit, huius nostri Catonis pater. Vt enim cæteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. Et lex à Q. Claudio Tribuno, aduersus Senatum lata, Ne quis Senator, quive Senatoris pater fuisset, maritimam nauem, quæ plusquam trecentarum amphorarum esset, haberet. Eam enim satis esse ad fructus ex agris vectandos, quando quæstus omnibus patribus indecorus visus fuerit, vt retulit Liuius haud multo ante finem lib. 1. secundi belli Punici. — *Parentes ex nobilitate filiorum cohonestantur.* — *Lex Q. Claudij Tribuni aduersus Senatum.*

4 ¶ Cuius admodum conuenit tex. in l. si ita casum, in illis verbis, Publium, Cæcum, Aspernati. Nobilij patrem. ff. de postul. Quemitex. dicit Pau. Ca. in 13. & ibi post eum Fran. Arc. ff. de lib. & — *De eadē re.*

h.

posth. audiuisse se Bal. ponderantē ad hoc, quod demonstratio patris fit aliquando à nomine filij, qui nobilior est patre. Sed & optimus tex. probans filij nobilitatē aliquid adiicere, ad patris nobilitatem, in §. generaliter, ibi, nobiliores adhuc patres ostendat, & rursum in verbis, multo maior patribus laus erit, in auth. cōstitutio, quæ de dig. vbi gl. in verbo, nobiliores. no. nobiliorē esse patrē per filiū. Et rursum in verbo, occasionē, no. q dign. filij, gloria est & laus patri. Et illam priorem gl. admodum cōmendat Alb. in l. imperatores, post med. ff. de Decur.

5 ¶ Nec hinc dissidet quod Hom. lib. 14. Ody. scribit, Castorem Hylacis filium apud Cretenses, ob nobiles & gloriosos liberos pro Deo cultum fuisse. Ita enim eo in loco loquitur, *De eadē re.*

Ὅς ποτ' ἐνὶ κρήτεσσι θεὸς ὣς τίετο δήμῳ
Ὄλβῳ τε πλούτῳ τε καὶ υἱάσι κυδαλίμοισιν.

Quódque apud eundem libro 8. Iliados Agamemnon ita Teucrum alloquitur, qui multos Troianos interemerat,

Τεῦκρε φίλη κεφαλὴ, Τελαμώνιε, κοίρανε λαῶν
Βάλλ' οὕτως, αἴ κέν τι φόως Δαναοῖσι γένηαι,
Πατρί τε σῷ Τελαμῶνι, ὅ σ' ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα,
Καί σε νόθον περ ἐόντα, κομίσσατο ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.
Τὸν καὶ τηλόθ' ἐόντα, ἐϋκλείης ἐπίβησον. Id est, ad verbum propemodum,

Teucre dilectum caput, Telamonie, princeps populorum
Percute sic, si quidem lumen Danais fies,
Patrique Telamoni, qui te educauit paruulum existentem,
Et te, nothum quamuis existentem, suscepit propria in domo:
Hunc & longè existentem, gloriosum ascendere fac.

Vides enim in illis versibus filium lucem patri afferentem & gloriam.

6 ¶ Et quod item scribit Seneca lib. 3. de beneficiis, filios nobiles maiorem nobilitatem parentibus nobilibus adiicere. Et prope calcem eiusdem lib. Sunt, inquit, qui parentes suos ex infimo ad summum protulerunt, & è plebe aceruóque ignobili nunquam tacendos seculis dederunt. Et quod scribit Iustinus lib. 12. Olympiadem Alexandri Magni matrem Aeacidarum gentem ab vltima seculorum memoria, & regnum patris, fratris, mariti, ac deinceps maiorum omnium illustrasse, nullius tamen nomine, quàm filij clariorem fuisse. Denique Ptolemæus ille primus Aegypti rex dicebat omni regno pulchrius, regis esse patrē, apud eundem Iustinum lib. 16. Et huc trahi potest illud Ecclesiastici 3. c. Deus enim honorauit patrem in filiis. Et quod antiquis Romanorum legibus, si cui ciuica corona data fuisset, ipsi patríque & suo vacatio omnium munerum esset, vt scribit Plinius lib. 16. c. 4. *De eadē re.*

An nobilitas progrediatur ad transuersales hæredes. CAP. XVII.

1 SEd quid de transuersalibus (vt nostri vocant) hęredibus, an ad eos transeat nobilitas. Io. Ray. hanc quæstionem ponit in d. tract. de nobilitate, in 15. q. 5. q. princ. vbi breuiter dicit, quòd ad eos nō transit, nisi id ex quo insurgeret nobilitas, videlicet ducatus & similia, transiret ad eos, vel ex feudorum constitutionibus, secundum not. in §. hoc quoque sciendum, tit. quib. mo. feud. amit. & in §. iis verò, tit. de gradib. succes. vel ex iuris communis dispositione, vbi magis ex consuetudine locorum, omissa natura feudi, attenditur ius commune, secundum no. per Io. Fab. in authen. ingressi. C. de sacro. eccle. *An ad transuersales.*

2 ¶ Verum Matth. Afflic. in constitutione Siciliæ incip. intentionis nostræ, col. 9. vers. sed quæro de quæstione, hanc rem latius tract. Dicit enim quod cum super ea re dubitaretur, habitū fuisse consilium à multis Doc. qui iudicauerunt, quod ex quo approbata fuit nobilitas in persona collateralis mortui, licet alias non probetur de nobilitate eius, qui hereditatē suscipit, satis tamen videtur probari ipsius nobilitas, modo nobiliter viuat. Et pro hoc dicit se allegauisse Bal. in l. petitionem. C. de adu. diuer. iud. qui ex eo tex. not. post Guil. Cu. quòd appellatione suorum non continentur transuersales, nisi vsque ad quartum gradum. Item tale priuilegium æquipollet naturæ, vt licet Bal. in l. siue possidetis. C. de probat. & sic transit nobilitas vsque ad quartum gradum, in linea transuersali. *De eadē re.*

3 ¶ Et pro hoc facit quod dicit Ang. in auth. vt lice. mat. & auiæ. §. 1. vers. ad hæc, in fi. per illum tex, quod si sint plures fratres ex eodem patre nati, quorum vnus per sententiā fuit pronunciatus ciuis Perusinus, intelliguntur & cæteri per huiusmodi sententiam pronunciati ciues Perusini, quasi idem sit, si vnus fratrum pronuncietur nobilis, sicuti, & per illud dictum Ange. voluit idem Matth. Afflic. in constit. Siciliæ, incip. prosequentes, in 6. not. in 7. q. Et dicit memoria dignum Alex. in repe. l sæpe. col. 21. vers. adde quod. ff. de re iud. & dicit no. Catel. in suo memo. incip. sententia dicta. & iterum in memo. cuius est initium, vasallus si defuerit. Et alia quædam allegat Matth. in d. constit. intentionis, quæ de industria prætermittimus. Quibus adde quæ dicam latius infrà c. vlt. num. 2. & seq. *De eadē re.*

4 ¶ Subdit tamen posteà ipse Matthe. quòd si quis nouiter fuerit nobilitatus, non succederet ipsius frater, aut alius collateralis in ea nobilitate, cum priuilegium personale non egrediatur perso- *De eadē re.*

tur personam, per l. 1. ff. de constit. princ. & in c. priuilegium, de reg. iur. lib. 6. cum si, nisi esset in vtroque eadem ratio, quod potest intelligi, secundum ea quæ dicit Ray. vbi suprà, quem tamen non allegat. At idem Matth. in c. 1. col. 7. vers. an si nobilis, tit. quis dic. dux, scribit Bal. in d. l. petitionem, voluisse videri nobilitatem transire in transuersales eiusdem domus vsque ad quartum gradum. Ang. autem in d. auth. vt lice. matri. & aui, voluisse nobilitatem transire ad fratrem, qui tamen nihil aliud dicunt, quàm quod suprà ex illis diximus. Horatius autem lib. 1. Serm. Satyr. 6. qua nobiles incessit, non obscurè scribit, & nobilitatem quoque à transuersalibus quodammodo manere, dum eam Satyram ita claudit,

His me consolor victurum suauius, ac si
Quæstor auus, pater atque meus, patruúsque fuissent.

An nobilitas mariti ad vxorem vsque transiliat, & econtrario vxoris in maritum & filios, & quæ inde sequuntur. CAP. XVIII.

1 MVlier ignobilis, si nubat nobili, quod nonnunquam fit astrorum vi, si credimus Iulio Firmico lib. Astronomicon. 7. c. 17. ea quidem efficitur nobilis ex nostris legibus, quæ vxores Clarissimas & illustres pronunciant, quæ viris Clarissimis & consularibus nupserunt, illisque maritorum dignitatem, quæcunque ea sit, impartiuntur. l. fœminæ. ff. de Senat. & l. cum te, & l. vlt. ibi, & sentiat eius fulgorem. C. de nupt. & l. vlt. C. de incol. lib. 10. vbi ita scribitur, Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & tex. similis in l. mulieres, vbi id expresse no. Ioan. Plat. C. dignit. lib. 12. & in §. hac itaque ibi, decet enim eas coniugis frui claritate, in Auth. de Consuli.

Vxores maritorum dignitatem participãt.

2 ¶ Et alibi quæ reuerentia debetur marito, eadem & vxori debetur, l. 1. vbi & id no. Bal. C. de in ius voc. Et quod plus est, capacitas viri ad vxorem porrigitur, l. si quis, vbi etiam Bal. no. C. de natur. lib. Vsqueadeò, vt si mulier naturalis nubat viro naturali & legitimo, ea legitima efficitur, vti eius maritus est, vt no. voluit Ang. in §. quod verò, in fi. in auth. quib. mo. nat. effi. sui, quod admodũ commendat & sing. dicit Philip. Dec. in l. 2. col. 2. ff. de reg. iur. & Hipp. Mars. sing. 501. tritum est. Et alias vxor gaudet viri priuilegiis & fauoribus, vt plenè diximus in nostris legib. connubialib. post ipsas leges connubiales, nu. 51. & quoniã dictũ est, cũ multis seq.

De eadẽ re.

3 ¶ Et expresse in nobilitate, vt scilicet vxor ignobilis nobilitetur ex viri nobilitate, voluit gl. in c. vbicunque, in verbo, masculinam, de pœnis lib. 6. & Bar. in d. l. 1. col. 7. vers. examinemus ista verba, & col. seq. vers. tertiò sunt quædam, & ibi Plat. col. 1. post prin. & iterum col. 2. vers. tertia est nobilitas, & col. itẽ. 3. vers. 3. propter aliqua. C. de dig. li. 12. Bar. Fulgo. Pau. Ca. & Ias. in l. vlt. C. de verb. sign. Iac. Bel. in l. Lucius. §. Idem respondet. ff. de mun. & hon. Bal. in l. cum quædam, col. 2. & ibi Iac. à S. Georg. in t. lec. col. 1. ff. de iurisd. om. iud. Panor. in c. super eo, le. 2. col. 1. de testib. Lucas Pe. in l. in sacris scriniis militantes, col. 3. in verbo, vxores. C. de prox. sac. scri. lib. 12. Ang. Ar. in §. serui autẽ. vers. in gl. in verbo ex ancillis. Inst. de iure perso. Barb. con. 6. scriptum est præclarè, col. 4. lib. 1. Guid. Pap. cons. 217. omissa facti narratione, circa mediũ, vbi per hoc dicit, quod huiusmodi mulier, tanquã nobilis, non debet contribuere in subsidiis indictis popularibus. & rursum dec. 196. nobiles, col. 2. & dec. 349. in hac curia, in tit. & dec. 579. duo quarto, & Io. Ray. in d. tract. nobilitatis, col. 2. & iterũ in 15. q. 5. q. princ. & Masuerius tit. de talliis seu collectis. §. item vxor militis. Fran. Cur. Iunior. con. 6. præsupponitur in ciuitate Papiæ, col. 11. vers. quartò ex alio comprobatur. Philip. Dec. in l. 1. col. 3. & ibi quoque Alc. in verbo, vxori. C. de In ius voc. Ferd. Loaz. in rep. rub. de iusti. & iure. Per. Artibolus in tract. de munerib. char. 72. vers. pono quæstionem quotidianam. & Io. Lup. in rep. rub. de don. inter vir. & vxo. §. 31. col. vlt. Maria. Soc. Iunior. in 76. cum diebus elapsis. col. 30. num. 127. lib. 1.

Vir nobilis vxorem ignobilem nobilitat.

4 ¶ Nec nostrates solum hanc vxorum ex maritis nobilitatẽ intellexerunt, sed & alij quoque. Ex quibus vnus tantum succurrit, cuius nõ contemnenda est authoritas. Is est Valerius Maximus lib. 9. tit. 1. qui est, de luxuria, quo loco loquitur de Gemello Tribunitio. Mutiam (inquit) & Fuluiam cum à patre, tum à viro vtranque inclytam & nobilem.

Externorum in eã rem authoritas.

5 ¶ Et hoc etiam procedit in plebeia vidua mariti nobilis, vt videlicet censeatur nobilis, dum vidua est. Bar. & Fulgo. in d. l. vlt. C. de verb. sign. Panor. Io. Plat. Masuer. Barb. Guid. Pap. Io. Lup. & Alciat. quibus locis suprà citauimus. Ex quibus & ipse Guido, & Lup. dicunt, viduam hanc non teneri contribuere ad dicta subsidia, vt quæ retinet dignitatem, priuilegia, honorem, & conditionem maritalem, per d. l. cum te, & ibi Bal. C. de nupt. & l. filij. §. vidua. ff. ad municip. & l. fœminæ. in fi. & ibi Alber. statim post princ. ff. de Senat. & c. is qui. §. mulier, de sepul. lib. 6. & voluit gl. in cle. ne Romani. §. sanè, in verbo, vacare & ibi Barb. de elect. Ange. Pau. Ca. & alij in d. l. cum quædam puella. ff. de iurisd. om. iud. Panor. & Franc. Aret. in c. super eo, le. 2. de testib. Maria. Soc. loquens de priuilegio fori, con. 12. quoniam impræsentiarum, col. 6. vers. & non solum clericis, lib. 1. & con. 36. rectè ac maturè, col. 1. in fi. eo. lib. 1.

Quæ etiã durat in vidua.

Vidua retinet omnia priuilegia, honores, & dignitates viri mortui.

6 ¶ Imo etiam, verò addam, retinet familiam viri, secundum Bar. & Fulgo. in d. l. vlt. C. de verbo. sign. Et ciuitatem, ex sententia Bal. in d. l. cum te. C. de nupt. Dom. & Philip. Fran. in d. c. is qui. §. mulier, per illum tex. de sepul. li. 6. Et domicilium. d. §. vidua, & d. §. mulier, & voluit

Et familiã.
Et ciuitatẽ.
Et domicilium.

Alber.in d.l.fœminę. Ang.con.34.Constantinus,col.1.& con.369.Titius Stellę,col.2.& Car. Floren.Consi.135.Titius ciuis,in add.quæ est in fi.& Ang.Aret.in §.1.col.vlt. ver. quæro quid in vidua,Instit.de pat.potest.

7 ¶ Id quęetiam procedit in vidua Regis.Nam ea quoque retinet dignitaté & titulum regiú, vt quæ regina vocetur,peræquè vt vocabatur,viuéte rege marito,vt sentit gl.in c.scripsit. 27. q.2. & expresse voluit alia gl.in c.ex parte,in fi.de for.com.vbi etiá est ad hoc bonus tex.& ibi quoq;no.Ant.& Imo.in gl.vlt.& Ca.Flo.in vlt.opp.Pan.in t.no.Matia.Soc.& omnes,pręter Bar.qui semper ex professo cæteris solet contradicere,& Zenze.in extrauag.execrabilis, vers. nos itaque,in verbo,regum,tit.de præb.Alber.in d.l.fœminæ.ff.de Senat.Dom.in d.c.is qui. §.mulier,post prin.de sepul.lib.6.& latè Ant.Cors.in tract.de pot.& excelléua regia,in 29.q.

Vidua regis regina dicitur.

8 ¶ Sed & hæc omnia quoque procedunt,non solum in dignitate & priuilegiis fauorabilibus, sed (quod magis mirandum est, & dubium videri poterat) in priuilegiis exorbitantibus, & côtra ius commune concessis,vt apertissimè probatur ex l.vlt.in prin & ibi Bar.si is est,(nam de hoc plurimi dubitant, vt latè tractauimus in legib.connubialib.l.1.num.33.sed illud te,& seq.)& Io.Plat.C.de priuileg.scholar.lib.12.quam legem ad hoc expressim expendit,& dicit no.Fran.Art.in d.c.super eo,le.2.col.1.de testib.& Alex.con.207.ponderatis,col.2.vers.quinto quia dato,& col.5.vers.non ob. quinto, lib. 6. vbi tamen id intelligit in priuilegiis ab ipso iure communi introductis,contra regulas iuris communis,sed non in priuilegiis statutorum contra ius ipsum commune, per multa quæ illic allegat.

Superiora procedunt etiã in exorbitantibus.

9 ¶ Nam interim dum est vidua, censetur esse ac stare in eo ipso matrimonio. in l.vlt. & ibi Richar.Malum.Cy.Bar.Bal.Sal.Raph.Fulg.Pau.Ca.& Cor. C.de bonis mater.& l. de emancipatis,ibi,priorem thorum seruauerit C.de leg.hær.& §.1.in auth.de non elig.secun.nuben.& §.non solum,in auth.de nupt.& voluit gl.in l.iubemus, quæ est pe.in verbo,retineri,& ibi Io.Plat.C.de erog.mil.anno.lib.12.& gl.in l.1.§.exactio.C.de rei vxo.act.Bar.in d.l.filij.§. vidua.ff.ad munic.& in l.diuortio,in prin.& ibi quoque Bal.col.2.ver.sed quid si vxor nó petit, ibi, adde quòd vidua.ff.sol. mat. vbi ipse Bal. dicit, quod ea quodammodo est in seruitio viri. Archi.& Io.An.in d.c.is qui,de sepul.lib.6.Bal.& Alex.in d.l.cum quædam puella.ff. de iurisd.om.iud.idem Bal.in l.voluntas,post prin.C.de fideicom. vbi dicit quòd quandiu vidua est,viuit lege mariti,& con.459.quidam instituto hęrede,lib.1.Aug.con.142.super primo inquirendum,circa medium,& d.con.369.in prin.Sal.in l.vlt.C.de verbo.sign. Ro.in l.si conuenerit,col.2.vers.nunc examinemus.ff.de iurisd.om.iud.& in l.1.C.vnde vir & vxor,vbi declarat,quomodo id sit intelligendú.Paul.Ca.con.147.reuocatur,col.1. lib.2. vbi & hinc dicit, quod vidua gaudet priuilegio prioris matrimonij. An.Iser.& post eum Mar. Lau.in c.si quis miles tit.de feud sine culp.non amit.vbi dicunt,quod si vasallus concubuit cú vidua domini defuncti, æquè perdit feudum, ac si dominus viueret,cum illa censeatur esse in eodem matrimonio,per d.l.vlt.de bon.mater.vbi ipse Mart. dicit idem se scripsisse.sed eius lec.ibi nó vidi, Alex.qui & hoc quoque declarat.con.207.ponderatis verbis,col.3.vers.quintò pro hoc facit, lib.6.& con.6.attentis verbis.col.vlt.lib.7.Soc. cons.56.viso testamento, col. vlt. lib. 3. Guid. Pap.dec.Delphi.380.sed quid de muliere.

Vidua cẽsetur esse in eodem matrimonio.

10 ¶ Et hæc omnia confirmat,quod pulchrè scribit Bal.in l.pignoris. C.de pigno.acti. viduam esse veram viuámque(nam hæc tantum epitheta illi addenda putauimus)viri mortui imaginem. Quódque tradit Dinus ille Hieronymus lib. 1.in Iouinianum,de Valeria Messalarum sorore,quæ cum post mortem Seruij viri sollicitaretur à propinquis ad alteras nuptias,negauit se velle alteri nubere,& interrogata,cur id faceret,respondit,sibi semper maritú Seruium viuere. A quo non admodum distat, quod & ipse paulo ante scripserat de filia Demotionis Areopagitarum princeps,quæ mortuo Leosthene sponso, negauit se alteri nupturam, quòd adulterum acciperet, non maritum: illum enim nondum sibi mortuum esse.

De eadẽ re.

11 ¶ Verum vt redeamus ad nostram nobilitatem, ea quam vxor ex persona viri nobilis consequitur,non tantum habet ponderis & virium, quantú ea quæ ex genere est, aut quá alias ex sua ipsius persona obtinet. per id quod dicit Bal. loqués generaliter in dignitate, quá vxor ex marito nanciscitur,in l.ꝙ principi,in fi.ff.de leg.2.per l.1.& 2.ff.de offi.proc.& leg.ꝙ reputat no.Phil.Dec.in l.2.col.3.ff.de reg.iur.& idem voluit Fel.in c.super eo,le.2. post prin.de testib.

Vxoris nobilitas ex viro non tãtum viriũ habet, quã quæ ex genere est.

12 ¶ Et hoc quidem hinc facilè comprobatur,quod huiusmodi dignitas facilius amittitur,vt constat ex l.fœminæ,& ibi gl.vlt.& Bal.ante fi.ff.de Senat.ex quo ipse Bal.no.fortiora esse iura paterna, quàm mariti.Et Io. Plat.loquens expresse in nobilitate, in l.1.post prin.C.de dig. lib.12. Nam & alias semper facilius amittuntur quæ habemus ex aliorú persona, quàm quæ ex nostra, vt dicit Bar. in l.quæ in bello.ff.de capti.& postl.reuers. & latius scripsimus in nostris commentatiis consuetudinum Pictauicarum, tit. 14. §. 1. in glo. 2.vbi videre poteris. Ex quo forte illud fit,quod licet huiusmodi mulier censeatur esse nobilis, quamdiu viuit,tamen illi mortuæ succedunt heredes,tanquá plebeiæ,vt in multis cósuetudinibus Galliæ cauetur.

De eadẽ re.

13 ¶ Sed & alio modo intellige.vt scilicet vidua gaudeat ea viri nobilitate,& aliis priuilegiis,si honeste viuat; alias perdit omnia priuilegia, honores, & commoda pristini matrimonij. vt probatur

Vidua retinet viri nobilitatem si honeste viuat, non aliàs.

probatur in l.his solis,& ibi Bal.& Sal.C.de reuo.don.& §.1.in auth.de rest.& ea quæ par. & voluit Bald.con.446.si dixi,col.2.lib. 2. Panor.in c. vxoratus,in 2.no.de conuer.coniug.Pan. Car.in l.sororem,per gl.ibi.C.de his quib.vt indig.& in l.fideicommissum,etiam per gl.ibi. C.de fideicom.& cons.147.reuocatur in dubium, lib.2.per tex.gl.& Bar.in l.pe. C.de adule. Philip.Fran.in d.c.is qui.§.mulier.in 1.no.in fi.de sepul.lib.6.Car.Flor.in c.plerunque,col. 2.vers.sed operæprecium.C.de don.Inter vir.& vxo.Ias.in l.2 col.2.vers.adde ad illud, & ibi etiã Hercul.& Parpa.col.7.ff.sol.mat.Fel.in c.pastoralis,col.3. vers mulier impudica,de iud. Hipp.Marsil.sing.234.paria delicta,in fi.Fran.Rip.& Bosch.Codecha,in rub.de iud.ille col. 3.in fi.hic col. 9.ver.cõfir.facit. Et quisquis is fuit,qui add.fecit ad Bar.in l.vl.C.de bon.mat.

14 ¶ Ex quibus etiam illud fit, vt huiusmodi vidua impudica desinat esse de viri domicilio, vt voluit Ang.in d.l.cum quædam puella.ff.de iurisdic.om.iud.per d.§.1.in auth.de restit.& ea quæ par.Perdátque legatum sibi à viro factum,vt voluit glo. no.& post eam Bar.in d.l.fideicommissum. C.de fideicom. Et tutelam filiorum l. vlt.ibi,pudicitiam suam intactam conseruet.C.quan.mul.tut.offi.gl.Cy.Bar.Bal.Io.Fab.Ang.& Sal.in auth.sacramentum,eo.tit. gl.in §.vlt.& ibi Iac.Bel.in d.auth.de restit.Bar.in l.si quis sub conditione,col.5.vers.quæro mulier quæ transiuit.ff.de testa.tut.Bal.in d.l.his solis,& con.299.super primo puncto.lib.3. Panor.in d.c.vxoratus.de conuer.coniug.Ang. Are.in §.1.ad fi.Instit.de leg.par.tutel.& in §. actionum,col.at.in 19.q.vers.& etiam desunt,de actio.

Vidua impudica non retinet domicilium viri. Perdit legatum à viro factum. Et tutelã filiorum.

15 ¶ Econtrario verò si vir ignobilis ducat vxorem nobilem,nihil dignitatis,honoris,nobilitatis ex eo sibi comparat,vt planum est ex d.l.vlt.C.de nupt.& d.l.mulieres.C.de dign.Et quod ad nobilitatem speciatim pertinet,dicit Bar.in l.vlt.& ibi Ias.C.de verb.sign.quòd ignobilis ducens vxorem nobilem,non propterea nobilitatur,& sequitur Io.Plat.in d.l.mulieres,& Fran. Cur.Iunior.d.con.6.præsupponitur in ciuitate Papiæ,col.11.ver.quarto ex alio comprobatur. & Io.Ray.in d.tract.nobilitatis,in 6.q.5.q.prin. Bal.de Bar.in tract.dotiũ parte decima, col. 4.ver.prætetea vir nihil nobilitatis.Philip. Dec.in l.1.col.3.C.de eden.Ias.in l.si diuortio, col. 3.ff.de verb.obl.& Io.Lup.in rep.rub.de don. inter vir. & vxo.§.31.col.vlt. & §.32.post princ.

Vir ignobilis non nobilitatur ab vxore nobili.

16 ¶ Imo verò vxor ipsa alioquin nobilis, ignobilis per huiusmodi matrimonium efficitur, vt voluit Bar.in d.l.1.col.5.vers.videndũ est,& col.7.vers.examinemus ista verba,& ibi Plat.col. 2.C.de dign.Pau.Ca.in d.l.vlt.C.de verbo.sign.& Ant. Rosel. in tract. de pot. Imper. & Papæ,in vlt.q.vers.hanc dignitatem. Cor.con.55.pro decisione,col.4.lib.1.& con.26.videtur dicendum,col.vlt.lib.4.Guid.Pap.dec.196.nobilis,circa mediũ,& dec.349.in hac curia,& dec. 380.sed quid de muliere, quibus duobus posterioribus locis ex hoc dicit huiusmodi mulieré etiam viduam,debere contribuere subsidiis loci, & Io.Ray.in d.tract.nobilitatis in 6.q.prin. Iacob.à S.Georg.in d.l.cum quædam puella.ff.de iuris.om.iud. Et videtur esse optimus tex. in l.ingenuus.C.de murile.lib.11.& in l.edicimus,eo.tit.Quanquam eos tex. in diuersum trahit Ro in l.cum quædam puella,quam leg.t eum l.si conuenerit,col.vlt.ff.de iuris.om.iud. vt scilicet nobilis fœmina nubens ignobili,non amittat nobilitaté.Sed ille ni fallor, fallitur, nam illæ ll.vel non loquuntur de matrimonio,sed de societate siue concubitu & consortio,vt ex illis videre licet:quasi scilicet cũ illis,id est,gynæceariis,& monetariis,de quibus loquũtur, commercium libidinis haberent·vel si de matrimonio intelligunt, tamen ex eis intelligetur, eas si testatò admonitæ ab illis non diuertissent,sed in eo matrimonio perstitissent,splendoré generis amittere.Hodie igitur cũ diuertere non licet,sed confestim quàm matrimoniũ contractum est,necesse est perpetuò manere,consequens est & eas cõtinuo nobilitatem amittere.

Vxor nobilis viri ignobilis fit ignobilis.

17 ¶ Et vt redeamus, huius sententiæ fuere ex externis scriptoribus, Plutarchus in Præceptis connubialibus,ad hanc fermè sententiã scribés,Qui equos ascendere,imbecillitate aut mollicia corporis impediti nequeunt, eos sese flectere & procumbere docent. Ita & qui nobiles opulentásque vxores acceperunt,non se quidem præstantiores reddunt, sed illas eciminunt & debilitant.Hæc ille.In quam etiam sententiam apud Liuium lib. 10. primæ decad. Virginiam Auli filiam patriciã Volumnio plebeio nuptam, matronæ sacris pudicitiæ patriciæ arcuerunt, quoniam desiisset esse patricia, quæ plebeio nupserat. Quanquam scio nonnullos nobilitate vxoris attolli,& insolescere solitos.Cor.Tacitus lib.2.de Cneo Pisone,Præter(ait) paternos spiritus, vxoris quoque Plancinæ nobilitate, & opibus accendebatur, vix Tiberio concedere, liberos eius vt multum infrà despectare, &c. Et nos certè multos huiuscemodi nouimus,vxorum scilicet nobilitate passim gloriantes.

De eadem re ex externis.

Contra eos qui nobilitate vxorũ superbiũt.

18 ¶ Horum autem ratio est.quia mulier sequitur conditionem mariti,prioré mque dignitatem amittit.d.l.fœminæ.de Senat.& aliis iuribus suprà allegatis, quibus adde optimum tex.in l. ingenuæ.C.de murile.lib.11.ex quo no. Bal.in d.l cum quædã.ff.de iurisd.om.iud. quod mulier ingenua,quæ se vilibus maritis sociat,perdit splendorem generis,& tex.in l.edicimus. in prin.eo.tit.de murile.ex quo etiam not. Bal.vbi suprà,quòd huiusmodi mulier natiuũ decus amittit.Et faciũt alia multa à nobis collecta in nostris leg.Cõnub.l.1.nu.18.qui locus,& aliis.

Vxor viri conditionẽ sequitur.

19 ¶ Hinc fit primum, quod cum valeat donatio inter virum & vxorem, propter remunerationem,licet alias regulariter non valeat,vt abunde diximus in rep. l.si vnquam.in verbo,dona

Valet donatio remuneratoria inter virum & vxorem.

tur, etiam si ex serua esset genitus. Solum enim ducebant patrem esse generis autoré, matré nutrimentum, & locum infanti tantùm præbere dicebant, teste Diodoro lib. 2.

22 ¶ Et hæc quidem quæ suprà diximus, adeò procedunt, vt etiam non valeat statutum aut consuetudo, quòd quis sit, aut reputetur nobilis, vel ignobilis ex genere materno, vt voluit Bar. qui hoc dicit esse notandú & perpetuò méti tenedum, & post eum Ang. atque etiam Plat & Rebuf. in d. l. e. exemplo, per illum text. qui id tantum principi concedit. & sequitur Cepol. vbi suprà. & Barb. d. con. 57. & in d. Raynutius, co. 4. & ibi etia dominus Bened. in rep. in prin. nu. 15. de test. & Frá. Are. & Fel. quá id dicit sing. in d. c. super eo, col. 2. & Nicol. Perns. in tract. succes. ab inte char. 7. co. 2. vers. & pro his facit. & Corse. in d. c. grádi, col. 14. de sup negl præl li. 6. & Matt. Afflic. in cóstitutione Siciliæ inci. diuinæ iustitiæ, co. 3. vers. quæro quid si filius, & Iacob. à Sácto Georg. in d. l. vlt. C. de ser. fug. & in d. l cum quadam puella. in 3. lec. co. 3. ff. de iurisd. om. iud. Steph. Bertrá. con. 24. dulcia pro dulci, post prin. li. 2. & Rebuf. in tract. nominationú, q. 12. q. nu. 8. vbi id declarat, & Matt. Affl. in c. 1. co. 6. ver. sexta nobilitas, ti. quis dic. dux. *Statutum aut consuetudo an potest facere nobile, vel ignobilem ex genere materno.*

23 ¶ Sed contra hoc apertè tenet Philip Dec. in d. c. nouit ea ratione, quia statutum aut consuetudo potest nobilitatem inducere, & ex ignobili nobile facere, vt latè diximus suprà in c. 10. Nec ob, inquit, d. l. exéplo, quia procedit in illo casu speciali in quo lex vltrà procedit, ita disponendo. aliàs secus, cum illud sit de iure positiuo. contra quod valet statutum, & consuetudo, per no in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. cum si. & idem etiam voluit Roch. Cur. in rep. c. vlt. col. 15. vers. septimò infertur, de consuet. *De eadé re.*

24 ¶ Porrò idem Philip. Deci. in l. fœminæ, col. 18. in paruis, versi. similiter descendétes. ff. de reg. iur. dicit quòd huiuscemodi statutum vel consuetudo inferioris non valet, quia in d. l. exéplo, derogatur cósuetudini. Ideò consuetudo contraria non valet, per auth. naufragia. C. de fur. & auth. omnes peregrini. C. com. de succes. Sed ab Imperatore, vel principe, aut populo non recognoscente superiorem posset fieri, aut induci statutum, siue consuetudo contraria. Nam quòd nobilitas sit à patre, à iure ciuili inductum est: sicur ius agnationis, quod tolli & mutari potest. §. vlt. Inst. de leg. ag. tutel. vnde in totum nobilitas à statuto vel consuetudine induci potest, vt dictum est. Et idem voluit Alcia. in d. l. familiæ. §. fœminarum. ff. de verbo. signi. Rebuf. in concord. tit. de collati. §. cùm verò in verbo, ex vtroque parente, ad fi. *De eadé re.*

25 ¶ Nam & quibusdá nationibus concessum est, vt nati ex eorú fœminis & alienigenis, matris originé sequatur, vt Iliensibus Delphis, & Ponticis. l. 1. ff. ad munic. Et scribit Plutarch. in li. de claris mulierib. c. 9. in fi. apud Xáthios (hi sunt Lyciorum populi) lege cautum fuisse, vt à matribus, non à patribus filij generis nomé sortirétur. quod forrè hinc prodibat, quòd apud eosdé viri vxorum imperiis parebant, vt scribit Heraclides in politicis. Quin Herodotus li. 1. in vniuersum tradit de Lyciis, hoc vnú eos, præter cæteros homines, pro lege habere peculiare, quòd à matribus nomina sibi induunt. Et si quis obuium percunctetur, quis nam sit, quali familia ortus. à matribus auisque protinus genus suum repetit. Et si qua ingenua & nobilis seruo nupserit, liberi qui ex his suscipiútur, ingenui, atque nobiles existimátur Apud Locros quoq; Lycios nobilitas ex mulieribus erat, non ex viris. vt videre licet ex Polybio Megalopolitano, lib. historiar. 12. Sed & legibus Roma. in quibusdam casibus filij conditionem & originem matris sequuntur, non patris, vt in l. nati C. de Decu. li. 10. & l. li qui ex filiabus. C. de muril. li. 11. & l. ne diutiùs, & l. vlt. C. de agri. & cens. lib. 11. & l. ex ingenuo. C. de agri. & manc eo lib. *Apud quosdam populos filij matris originé sequuntur. Ilienses. Delphos. Ponticos. Xanthios. Lycios. Quibus casibus filij matris originem sequuntur.*

26 ¶ Sed vtcunque sit, cessante omni consuetudine aut statuto, vt ad ius commune redeamus, licèt filij non nobilitentur ex parte matris, non tamen dubito quin sit eorum nobilitas. quá à patre acceperunt, splendidior, illustrior, luculentior, clarior. Ignobilitas autem minus obscura, minúsque abiecta, propter nobilitatem matris. vt sentit Bal. in d. l. vlt. in fi. C. de ser. fugi. cùm dicit, quòd nó dicitur quis nobilis respectu generis materni, sed paterni, loquendo simpliciter & præcisè. verùm loquendo secundum quid, vt ipse loquitur, non est dubium, quòd omne compositú participat de forma & materia, vt ipse loquitur, per no per glo in d. c. vlt. 32. q. 4. Et idem fermè voluit Alua. in d. c. 1. §. cæteri, col. 5. ti. quis dic dux. com. mar. & expresse lo. Lup. à Palaci. Rubei, in rep. d. rub. de dona. inter vir. & vxo. char 15. vers. sed propter illa, vbi dicit, quòd qui ex nobilibus matribus nati sunt, de earum nobilitate aliquid retinent, & Anto. Corse. in rep. d. c. grandi, col. 13. de sup. negl præl. lib. 6. Bonus Curtilius in d. tract. nobilitatis in 4. parte, col. 6. Vt non omnino reprehendendi sint, qui à matribus suis, quòd forrè sint nobiliores patribus, nomé sibi assumút, nó ab ipsis patribus, quod fecit Raynutius ille de Clera, in c. Raynutius. de test. vt ibi annotarút Host. & Io. An. in verbo, de Clera. Pet. Anc. Imo. & Pan. in 3 not. qui tamen maxima ex parte id attribuunt fastui & superbiæ eorum, qui id faciunt. *Quid faciat matris nobilitas erga liberos.*

27 ¶ Et huc spectare videtur illud Helenæ apud Theodecten ab Aristotele relatú lib. Politicôn primo. c. 4. *De eadé re.*

Θείων δ' ἀμφοῖν ἔκγονον ῥιζωμάτων,
Τίς ἂν προσειπεῖν ἀξιώσειε λάτριν;
Cuius parens vterque magnus prodiit
E stirpe diuûm, num quis ancillam vocet?

Quod nos alibi ad aliud citauimus. Et illud quoque Euripidis,

τὴν δ' εὐγένειαν, κἂν ἄμορφος ᾖ γάμος,
Τιμῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν,
Τό τ' ἀξίωμα μᾶλλον, ἢ τὰ χρήματα. Id est, vt vertit Gesnerus,
Nobilitatem etiam deformium coniugum
Liberorum gratia, non pauci colunt,
Et dignitati magis, quàm pecuniis student.

28 ¶ Et, vt Latinorum quoque poëtarum testimonia citemus, Illud Virgilij li. 11. Aeneidos.

De eadem re.

—Genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.

Et Horatij de nobilitate loquentis, libro primo Sermo. saty. sexta, quod nos suprà ad aliud citauimus.

Nec quòd auus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint.

Et Ouidij Vlyssem introducentis hæc loquentem, lib. 13. Meta.

Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas, Deus est in vtroque parente.

Et alibi scilicet 1. Fastorum,

Hinc fuit Euander, qui quanquam clarus vtroque,
Nobilior sacræ sanguine matris erat.

Et lib. 4. de Ponto. Eleg. 16. eadémque vlt.

Maternos Cottæ cui, Messalásque paternos
Maxima nobilitas ingeminata dedit.

Et Papinij lib. Syluarum. 3. in lachrymis Hetrusci,

Sed quicquid patrio cessatum est sanguine, mater
Reddidit, obscurúmque latus clarescere vidit
Connubio gauisa domus.

Id est, quicquid nobilitatis defuit à patre, id materni generis nobilitas reddidit, id est, suppleuit. Et iterum lib. 4. eiusdem operis, quod & nos alibi ad aliud citauimus.

Stemmate materno fœlix, virtute paterna.

Et lib. 1. Thebaïdos de Adrasto loquens,

Diues auis & vtroque Iouem de sanguine ducens.

Vbi Lactantius Grammaticus id trahit ad nobilitatem vtriusque parentis. Et lib. 1. Thebaïdos de Canapeo,

—Huic ampla quidem de sanguine prisco
Nobilitas,

Et Silius libro tertio, de Sycheo filio sororis Hannibalis,

Asdrubalis proles, cui vano corda tumore
Maternum implebat genus.

Et Claudianus in Epithalamio Palladij & Serenæ,

—Mauortia Martis
Nobilitas spoliis armisque exultat auitis.

29 ¶ Nec solum poëtæ huic sententię adhæserunt, vt scilicet matris nobilitas aut ignobilitas aliquid addat ad nobilitatem, vel ignobilitatem liberorũ: Quando & Antistius Labeo maximi apud priscos nominis iurisconsultus, scripserat non fas esse capi vestalẽ, cuius parentes alter, ambóue in negociis sordidis versati fuerint, vt retulit Gellius lib Noctium Atticarum 1. c. 12. & Fenestella, si is sit, de magistratibus Ro. c. 7. Cui concinens Plato lib. de legib. 6. Sacerdotem creari iubet, qui integer sit, ac legitimus, deinde à domo quàm maximè munda, expers quoque cædis, omniúmque huiusmodi, quæ aduersus diuinam rem committuntur, & cuius pater & mater similiter vixerint. Aristoteles autem eius discipulus lib. Rhetoricorum 1. cap. 5. censet nobilitatem ex matribus etiam esse, nedum ex patribus, dum scribit nobilitatem legitimam esse aut à viris, aut à mulieribus procreationem.

De eadem re.

30 ¶ Post quos & alios subiiciam huic opinioni adstipulantes. Salustius enim in bello Iugurthino: Sed Hiempsal (inquit) qui minimus ex illis erat, naturâ ferox, etiam ignobilitatem Iugurthæ, quia materno genere impar erat, despiciens, &c. Et alibi in eodẽ libro, idem dicit de Dabare. Tullius in oratione pro Cn. Planco, Est tuum nomen vtraque familia Cõsulare. Et sequitur, vt intelligas eum de nobilitate loqui. Non dubitas igitur quin omnes qui nobilitati fauent (quod nos alibi ad aliud citauimus) Philip. 3. refert Antonium Octauio Cæsari ob id ignobilitatem obiecisse, quòd ei Aticina mater esset. Et paulò pòst, eundem Antonium alloquens, Qui autẽ (inquit) euenit, vt Iuliâ natus ignobilis videatur, cùm tu eodẽ materno genere soleas gloriari? De qua re etiã loquens Suetonius, scribit Antoniũ despicientẽ maternã Augusti originẽ, proauum eius Afri generis fuisse, & modò vnguentariam tabernam, modò

De eadem re.

pistrinam

pristinam Aritiæ exercuisse. At apud eundē Iulius Cæsar veluti gloriatur, quòd Iuliæ amitæ suæ maternum genus à Regibus ortum esset, paternum cum Diis immortalibus coniunctū. Idem Suetonius scribit C. Caligulam Agrippæ (is erat auus maternus) se nepotem credi, neque dici ob ignobilitatem eius voluisse.

31 ¶ Isocrates in oratione περὶ ζεύγους, id est, de iugo equorū, siue bigis, de Alcibiade loquens, ὁ γὰρ πατὴρ ἦν πρὸς μὲν ἀνδρῶν εὐπατριδῶν, siue mauis legere εὐπατριδῶν. Sic enim Athenienses suos nobiles vocabant. Subdit antē, πρὸς γυναικῶν δ' Ἀλκμαιωνιδῶν, id est, Gentilitate quidē, atq; agnatione antiqua, & imprimis nobili: A genere autem materno Alcmæonides. Liuius li. 1. 5. decadis. Duos, ait, filios habuit Philippus, Demetrium & Persea, Genere materno, virtute, ingenio, fauore Macedonum longè præstitit Demetrius. Plinius Iunior lib. 8. epistolarum ad Fabatum prosocerum suum, Neque ardentiùs (ait) tu pronepotes, quàm ego liberos cupio, quibus videor à meo tuóque latere pronum ad honores iter, & audita latiùs nomina, & non subitas imagines relicturus. Vides enim vtrumque & latus matris ad nobilitatem liberorū cōsiderasse. Diodorus Siculus lib. 5. Bibliotheces c. 14. eodémque vl. scribit Erycem Veneris filium propter nobilitatem matris præclarum apud homines fuisse. De eadem re.

32 ¶ Cornelius Tacitus lib. 3. Histor. Auctum dehinc gaudium nuptiis Neronis & Iuliæ Drusi filiæ, vt q; hæc secundo rumore ita aduersis animis acceptum, quòd filio Claudij socer Seranus destinaretur, polluisse nobilitatem familiæ videbantur. Ex quibus verbis planè constat, nobilitatem familiæ videbantur. Ex quibus verbis planè constat, nobilitatem familiæ viri, quodammodò ex vxoris ignobilitate pollui: vt non abs re eorum liberi sint veluti minùs nobiles existimandi. Idem lib. 14. Igitur quasi iam depulso Nerone, quisnam deligeretur, inquirebant. Et omnium ore Rabellius Plautus, cui nobilitas per matrem ex Iulia familia, &c. Et libr. 17. Piso (inquit) Marco Crasso & Scribonia genitus nobilis vtrinq;. Rursúsque eodē lib. de Othone imperatore loquens, Pater (ait) Consularis, auus prætorius, maternum genus impar, nec tamen indecorum. Verùm Suetonius de eodem. Pater L. Otho, materno genere præclaro. Et paulo pôst, Ex Albia Terentia splendidissima fœmina duos tulit filios. De eadē re.

33 ¶ Apud Iustinum li. 1. Astyages Medorum rex quodam responso Hariolorum perterritus, filiā suam neque claro viro, neque ciui dedit nuptui, ne paterna maternáq; nobilitas, nepotis animum extolleret. Et lib. 13. Meleager Arideum Alexādri fratrem ipsius Alexandri successorem regni recusat, propter maternas sordes, quòd ex Larissæo scorto natus esset. Idem Iustinus lib. 23. de Hierone Syracusarum rege, Huius (inquit) futuræ maiestatis ipsa infantilis educatio quasi prænuncia fuit. Quippe genitus erat patre Hieroclyto, nobili viro, cuius origo à Gelone, antiquo Siciliæ tyrāno, manabat: sed maternū illi genus sordidū atque admodū pudibundū. Cùm ex ancilla nat*, ac propterea à patre, velut dehonestamentū generis expositus fuerat, &c. Apud eundē li. 38. Mithridates de Romanis loquens. Se nit seu nobilitate illis cōparetur, clariorē illa colluuie conuenarū esse, qui paternos maiores suos à Cyro Darióque conditoribus Persici regni; maternos ab Alexandro Magno ac Nicanore Seleuco cōditoribus imperij Macedonici referat. De eadem re.

34 ¶ Apuleius initio libri de dignitate Platonis tradit Platoni ex vtroque parente nobilitatem fuisse satis claram. Spartianus in triginta tyrannis, atque etiam Trebellius Pollio scripserūt, Macrianum siue Macrinum Iuniorem, qui cum patre imperauit, fuisse matre nobilē, patre tantùm forti, & ad bellum parato. Eutropius prodidit Marcum Antoninum Verum fuisse hauddubiè nobilissimum, quippe cùm eius origo paterna à Numa Pōpilio, materna à Solētino rege penderet. Velleus Paterculus lib. 1. Ro. historiæ scribit Alexandrum Macedonem iure materni generis Achille auctore: paterni, Hercule gloriatum fuisse. De eadē re.

35 ¶ Atheniensium legem à Pericle latam refert Demosthenes in oratione contra Bibulidem, & in alia oratione contra Neæram, si hæc illius sit. Plutarchus in vita illius, ad fi. & Aelianus de varia historia lib. 6. & iterum 13. solos Athenienses haberi, qui ex duobus Atheniensibus nati essent, tanquā nō tantùm paternū genus, sed & maternū quoque sit aspiciendū. Ex quo cùm quidā exprobrasset Antisthemi Atheniensi, q esset Hybrida, id est, non ex duobus ingenuis natus, sed ex patre Atheniensi, matre Phrygia, ille respondit, nec ex duobus luctatoribus natus sum, & tamen luctator sum. significans nō tā referre, vnde natus sis, sed qui sis. Aliter autem illum respondisse ferunt Plutarchus in libello de exilio, & Laërtius in vita ipsius, ita scilicet, Et deûm mater Phrygia est. Erat enim ipsius mater ex Thracia, quod & scribit Seneca in li. 2. eius lib. cui titulus est, quomodo in sapiētem nō cadit iniuria, paulò ante fi. quod & nos alibi ad aliud recensuimus. Nec hinc quoque lōgè abest, quòd Euripidi à plærisque obiectum est, matrē fuisse Clitonem agrestia olera venditantem, quod & Theopompus, Aristophanes, & Valerius affirmant. Sed Philochorus euidētissimè probauit, fuisse nobilissimo genere ortam. Vterque tamen satis declarat ignobilitatem matrum tenebras offundere filiis. Ad eam autem legem Atheniensium respexisse videtur illud Terentij in Andria, De eadem re. Atheniēsium lex.

A deon impotenti esse animo, vel præter ciuium
Morem, atque legem, & sui voluntatem patris;

Tamen

Tamen hanc habere studeat cum summo probro.

Et Byzantiorũ quoque lex.

Illic enim tractabatur de matrimonio Pamphili Atheniensis & Andriæ, quæ peregrina esse credebatur. Cæterùm apud Byzantium eadem lex erat, vt ne quis admitteretur ciuis, qui nõ esset ex ipsorum vtroque ciue, vt tradit Aristoteles in libro Oeconomiarum publicarum.

De eadẽ re.

36 ¶ Nec tamen interim relinquenda ducimus nostrorum iurium, quæ vocant, testimonia. Et primum l. j. C. de natur. lib. vbi Senatores, & alij illic nominati non possunt ducere in vxores filias libertarum scenicarum, & aliarum id genus mulierum, quasi videlicet aliquid ex ignobilitate matrum in liberos transeat. Et l. lege Iulia, in prin. & iterum §. hoc capite, rursum q; in l. semper §. 1. ff. de rit. nup. vbi Senatores etiã probibentur ea in vxorẽ accipere, cuius pater materve arte ludicram fecit, quasi non sit satis patrem ab huiusmodi vilibus officiis abstinuisse, nisi & mater quoque abstinuerit. Et tex. in c. 1. tit. de fili. nat. ex matri. ad morga. cõtrac. vbi etiam liquidò declaratur, nobilitatis matris rationem plerunque haberi.

De eadẽ re.

37 ¶ Et hoc sanè videntur considerasse multæ constitutiones, facientes mentionẽ de nobilitate ex vtroq; parẽte, videlicet in c. pe. ibi, ab vtroq; parẽte illustrem, extrà de præbẽ. & in antiqua constitutione pragmaticæ sanctionis, ti. de col. §. insuper, vbi gl. in verbo, vtroq;, id annotat, dicítq; impropriè dici, cùm nobilitas ex patre sit nõ ex matre, licèt quis (inquit) ob id ꝙ mater est nobilis, magis honestetur. Et in concordatis (quæ vocant) Papę, & Regis nostri, in eo. ti. de colla. §. tẽpus autem cõpetens, in illis verbis, si ex vtroque parẽte nobiles fuerint, & iterũ in §. cùm verò probatio, ibi, de cuius nobilitate ex vtroque parente, & ibi, Rebuf. qui & hoc expẽdit. Nec ab hac op. dissentit Bal. noster in l. cu antiquioribus. in 8. q. in prin. C. de iure delibe. Et ex hoc vt opinor manauit consuetudo Mediolanensium prohibens filios nobilis viri ex vxore ignobili nõ succedere in feudo, de qua in c. 1. tit. de fili. nat. ex mat. ad mor. cõtrac. quã tamen Iac. Bel. ibi atque Matth. Afflic. in 3. no. dicunt continere maximam iniquitatem.

Vidua nobilis genere viri ignobilis retinet mariti conditionem.

38 ¶ Sed vt redeamus ad principale primúmque huius rei propositum, Id quod suprà diximus, mulierem genere nobilẽ, quę nupsit marito plebeio & ignobili, effici etiã plebeiã & ignobilẽ vsque adeò obtinet, vt etiã mortuo ipso marito, ea nihilominùs plebeia permaneat & ignobilis, retineátque illã mariti conditionẽ, quam iã ex matrimonio assumpserat, per ea quæ in simili diximus suprà nu. 5. & hoc procedit etiã in plebeia. Et ita expressim in hoc casu determinauit Gui. Pap. deci. 349. in hac curia Parlamẽti, & iterũ deci. 381. sed quid de muliere. Quib[9] locis ea ratione dicit huiusmodi mulierẽ teneri cõtribuere subsidiis, quibus soli ignobiles tenẽtur, vbi tamen id intelligit, nisi hæc vidua posteà nubat marito nobili, tũc enim recuperat suã natiuã nobilitatẽ, & Io. Ray. in d. tract. nobilitatis in 6. q. prin. vbi & hoc quoque intelligit procedere, nisi interueniret principis restitutio. Aliter tamen in Gallia nunc vtimur.

Maritus ignobilis reginæ an nobilitetur.

39 ¶ Verùm quod dictũ est, virum non nobilitari ex nobilitate vxoris, sed ediuerso mulierem effici ignobilem, limitandũ esse censeo, nisi vxor esset Regina, aut aliàs in maxima dignitate, siue nobilitate cõstituta, per id quod sing. voluit Bal. in c. significauit, col. j. vers. pone regina Apuliæ, de rescrip. Quòd licèt Regina nubens plebeio non eum Regẽ faciat, quia aliàs essent duo reges, & quia etiam non potest regnum alienari, neque in dotem dari: Tamen coruscat, hoc casu, vir radiis vxoris, quia reginæ sui lateris comitatus illum illustrat. l. j. C. de præp. li. sa. Et nulla (inquit Bal.) maior est lateralitas, quàm viri & vxoris, qui diuino consortio efficiũt vt vna caro. & sequitur Decius in l. prima, paulò ante fin. & ibi etiam Alciat. in verbo vxor. C. de eden. & Fran. Purp. in rub. eo. tit. col. 2.

Quid in viro Ducissæ, vel Comitissæ.

40 ¶ Nec solùm id procedit in regno, sed etiam in comitatu, ducatu, & similibus, ex quibus quis nobilis efficitur. Nam tunc non solùm non amittit vxor nobilitatem, si nubat plebeio, sed & ipsius vir nobilis efficitur, maximè si ea dignitas fuerit data in dotẽ, vt voluit Io. Raynutius, in d. tract. nobilitatis, in 16. q. 5. qu. prin. Cui adde quod scribit Host. in d. cap. Raynutius, col. 2. in verbo, de Clera, de testa. quòd quandoque de facto. & de consuetudine maritus radiis vxoris coruscat, vt cùm simplex miles ducit Comitissam. Ea enim sunt verba illius, ex quibus intelligis, id magis esse facti & consuetudinis, quàm iuris.

41 ¶ Imò verò in omni nobilitate mulieris, id obtinet respectu viri, quod suprà diximus, respectu liberorum, vt videlicet, quamuis vir ignobilis ex nobilitate vxoris non nobilitetur, nec vir nobilis ex ignobilitate vxoris efficiatur ignobilis: tamẽ viri nobilitas ex vxoris nobilitate quodãmodò illustratur, ignobilitas autẽ minùs obscura ob vxoris nobilitatẽ. Cuius sententiæ fuit Menedem[9] philosophus, qui relicta priore vxore, aliã duxit nobiliorẽ, ꝙ Reip. pręesset, vt tradit Laërtius. Cæterũ Plutarchus in vita Galbæ illud ex Homero expendit quod Paridem sæpe eo nomine vocabat Helenæ comatę virũ, cùm nihil haberet ad gloriã aliud, quo illũ decoraret, quàm vt ab vxore nominaret, sic que fuisse Othonẽ famosum Ro. ob nuptias Popeæ.

An vxor nobilis viri ignobilis, & econtra.

42 ¶ Secundò intellige, vt non omnino perdat mulier, quæ nupsit plebeio, eam natiuam nobilitatẽ, quã antè habebat, quin ipsius habeatur ratio, in iis quæ naturam ipsam respiciũt, per id quod scribit Bal. in d. l. cùm quædam puella. col. j. vers. sed quid dicemus. ff. de iuris. om. iud. in j. lec. dũ quærit, an nobilis qui nupsit populari, punietur pœna populariũ, an verò nobiliũ, & ediuerso. Nã vt id intelligas, scire debes, diuersas plerũque esse pœnas nobiliũ, & ignobilium, vt

lium, vt latè ostendemus, infrà c. 20. nu. 104. nobiles vt alij, & multis seq. Et primùm dicit Bal. videri inspiciendam esse qualitatem naturalem originis, per l. vlt. C. de his qui veni. ætа. impe. Deinde in contrarium videri, inspiciendam esse qualitatem accidentalem, quã scilicet habet à marito, veluti posteriorem, per l. 1. §. bestias. ff. de postul. & §. ceruos, Insti. de rer. diui. Et ad hãc quoq; partẽ allegat alia quę suprà diximus, scilicet vxorẽ perdere splẽdorẽ generis, & natiuum decus. & è contrario acquirere nobilitatẽ & dignitatẽ mariti. Tandẽ verò distinguit, aut ratio statuti põderat naturã, aut accidens, aut dubitatur. Si põderat naturã, inspiciẽdam qualitatẽ originis: si accidens, qualitatẽ accidentalẽ, per l. tutelas, in ratione sui. ff. de cadimi. Si dubitatur, inspiciemus qualitatẽ magis fauorabilem, ar. l. quod traditũ. ff. de cond. & demon. Et hoc dictũ sequitur Alex. con. 25. viso processu, co. 3. ver. ad istorũ confirmationẽ. lib. 7. Vides ergo ex sententia Bal. non omnino aboleri, nec extingui eam mulieris nobilitatem.

rio puniatur pœna nobiliũ an ignobilium. Vtra qualitas naturalis, an accidentalis sit inspicienda.

43 ¶ Sed aliud est in hoc loco mirandum magis, Fuisse qui dicerent mulierem nobilem, cõfestim quàm nupta est, siue nobili, siue ignobili, non amplius retinere nobilitatem suæ familiæ, sed assumere nobilitatem viri, si sit nobilis. & ignobilitatẽ, si ignobilis. Ita enim voluisse videtur Frã. Cur. Senior, con. 40. dominus labia, &c. cùm in præsentiarum, col. 7. vers. præmitte illud, cùm dicit, quod etiam licèt res prohibita alienari extra familiã, possit in fœminã etiã nuptã alienari. per no. in l. voluntas. C. de fideicom. Si tamen prohibitio eiusmodi sit, vt res nõ alienetur aliis, quàm nobilibus è familia, nõ poterit fieri in fœminã nuptã, quia licèt (inquit) sit de familia simpliciter, non tamẽ de nobilibus è familia. Nã amittit nobilitatẽ familiæ, postquã nupta est, per d. l. fœminæ, vbi hoc dicit no. Alber. & Bal. ff. de Senat. Et hoc dictũ pro no. sequitur Ferd. Loaz. in l. filius. §. diui, in repe. co. 18. vers. 2. & nobiliter limita. ff. de leg. j. Quòd si verũ est, profectò no. est. Satis autem cõstat mulierẽ nuptã desinere esse de familia patris. viri enim confestim familiam sortiri, vt plenè diximus, in j. lege connubiali. nu. 35. est quoq; vxo.

Mulierem coniugatã nõ amplius retinere nobilitatem aut ignobilitatem familiæ.

44 ¶ Ex iis autẽ quę suprà diximus satis constat, mulieres esse nobilitatis capaces, nec minùs nobilitatem consequi ex parentibus nobilibus, aut etiã aliis modis, quibus nobilitas quæritur, quàm mares. Nã & videmus in nostris iuribus, mulieres vocari nobiles, sicuti & mares, vt in §. manifestũ, in auth. de resti. fideic. in nostra vulgata editione, quanquã vox Græca eius loci magis significat celebres & inclytas, quàm nobiles, quod tamen non multùm differt. Et in c. s. tit. de fili. nat. ex matri. ad mor. contr. & in c. accedens, de procur. & in cap. ex tenore, de foro comp. & in c. accedens, vt lit. non cont. & in c. constitutis, l. 2. extrà, de test. & in c. ex parte, de appel. & in c. consuluit, & c. insinuante, qui cler. vel vouen. & in c. primo, de sponsalib. & in c. j. de iuc. nup. & in summa 29. q. j. Et in sacris literis, in c. j. ibi, mulieres nobiles non paucæ, Actorũ 17. c. Et apud Salustium in Catilinario fit mentio nobilis virginis, cùm qua Catilina stuprum fecerat. Atque etiã Fuluiæ nobilis mulieris. Plinius autem li. 34. c. 8. scribit Athenodorum pinxisse fœminas nobiles. Nam & Bar. in l. j. col. 1. C. de dignit. li. 12. nõ. ex eo. tex. mulieres habere dignitatem & nobilitatem ex genere.

Mulieres nobilitatis capaces.

De antiquitate nobilitatis. CAP. XIX.

1 NObilitas quò antiquior est, eò quoque maior est, &, vt ita dicam, nobilior: id est, quò longiùs procedit, eò magis augetur, vt planè constat ex multis quæ subiiciemus. In primis, vt à nostris legibus incipiamus. Ex l. 2. §. quæ omnia, versi. sed & Anatoliũ, in illis verbis vir ab antiqua stirpe. C. de veteri iure enucle. quem textum ad hoc ponderat Alber. ibi. Et is certè in id est optimus.

Nobilitas eò maior, quò antiquior.

2 ¶ Alius tex. & is quidem notissimus, in l. prouidendum, in illis verbis, aut meritum nobilissimos fecerit, aut vetustas. C. de postulan. Quanquam ea vetustas, de qua is tex. loquitur, sit, vt ego opinor ætatis: nihil tamen prohibet, quin & ad aliam quoq; referri possit. Nam & Saly. ibi no. simpliciter ex eo tex. vetustatem nobilitare.

De eadem re.

3 ¶ Item tex. in l. j. C. de iure aur. anul. cùm dicitur, natales antiquos, & ius ingenuitatis non ordo præstare decurionum, sed à nobis peti potuit. Illic enim appellat antiquos natales, ingenuitatem, vt item facit in l. 2. eiusdem tit. Et ille quidem titulus de iure anulorum mentionẽ faciens, in memoriam reducit locum Plinij, ad hanc sententiam nonnihil pertinentem, is est lib. 33. c. 2. Cõstitutum est (inquit) ne cui ius anuli esset, nisi cui ingenuo ipsi patri, auóq; paterno sextertia quadringenta census fuissent. Illic enim vides, patris facultates non satis esse, sed aui quoque necessarias fuisse, ad ius annulorũ obtinendum.

De eadem re.

4 ¶ Nec solùm tex. C. sed & ff. quoque hanc sententiam astruentes habemus. Nempe in l. j. in prin. ff. de censib. in illis verbis. Nobilis regionibus, serie seculorũ antiquissima, ita enim legendum est. Illic enim apertè intelligis, antiquitatem seculorum ad nobilitatem pertinere.

Locus iurisconsultorum.

5 ¶ Sunt & tex. feudorum, in §. si rusticus, ver. si miles aduersus, tit. de pace tenen. quòd nõ datur facultas pugnandi contra militem, nisi is probauerit, quòd antiquitus ipse cum parentibus suis natione legitimus miles existat. Ex quo no. Bal. ibi, quòd quemadmodum vna hirundo nõ facit ver: ita nõ intelligitur de nobili genere, nisi qui probauerit, quòd antiquitus maiores eius fuerint nobiles, per no. per gl. in l. stemmata. ff. de gradib. quasi sentiat Bald. nõ satis esse.

De eadẽ re.

habere

habere patrem nobilem, nisi & maiores quoque eiusmodi fuerint. Sed & ibi Iaco. Alua. dicit, quod illud ideò scribitur, in eo tex. quod ex tali antiquitate quis censetur nobilis. Et paulo pòst no. ex eo tex. & post eum Card. Alex. quòd ex antiquitate generis quis est iudicandus nobilis. Nā nobilitas attribuitur antiquitati, per ho. in d. l. stemmata. Illum autē tex. in d. versi. si miles aduersus, ad id quod diximus, dicit sing. Pet. Bellug. Imo. discipulus in suo tract. cui titulum nuncupauit, Speculum principum tit. de principe prohibente militem guerrificare, co. 5.

De eadē re.

6 ¶ Probatur quoque ex tex. in c. 1. §. cæteri verò, ibi, ab antiquis temporibus, ti. quis dicat. dux, comes, march. Ex quo no. Bal. & post eum Aluar. & Card. Alex. quod nobilitas attribuitur antiquitati, ita quòd omne feudum antiquum possit dici nobile. Subdunt que Aduar. & Card. quòd ex antiquitate generis quis est iudicandus nobilis, per d. §. si miles aduersus. Et per illū tex. dicit Ioan. Ray. in rub. de prohib. feud. ali. per Fed. in 7. diuisione feudo, quod feudum receptum à minoribus vasallis, dicitur ignobile siue plebeium, nisi ab antiquis temporibus teneatur. Idem autem Rayna. in tract. nobilitatis, in tertia q. prin. in prin. dicit nobilitatē tantò maiorem esse, quantò plùs inueterascit.

De eadē re.

7 ¶ Et huc quoque spectat quod in simili videmus, seruos manumissos libertinos appellari, nondū tamen ingenuos. Posteros verò, ex iis videlicet prognatos, ingenuos vocamus, Inst. de ingen. per totum, & de liberti. per totum, & l. filium. C. de suis & leg. vbi Bal. multùm apposite ex eo no. quòd filius potest esse patre nobilior. Et ex eo quoque libertinis interdicebatur dignitatibus, l. j. C. si ser. aut liber. & quod nos diximus suprà c. 8. nu. 6. & hæc sententia. Non etiam eorum filiis l. libertorum. C. de dignit. lib. 12. Sed & antiquis Romanorum tēporibus filii libertinorum. id est, eorū qui ex iis, quos nūc libertinos vocamus, nati essent (Ita enim libertinos eā ætas vocabat, vt paulo pòst ostendemus) ad dignitates etiam Senatorias non admittebantur, quod planè demōnstrat quod scribit Liuius li. 9. ab vrb. con. Appiū Claudiū in Censura inquinasse Senatum, lectis libertinorum filiis. Ob quam famē & inuidiosam Senatus lectionem, victus verecūdia collega Appij, C. Plaucius magistratu se abdicauit. Cuius etiam rei meminit Suetonius in Claudio, c. 15. Latum (inquit) clauū, quāuis initio adfirmasset non lecturum se Senatorem, nisi ciuis Romani abnepotem, etiā libertini filio tribuit: sed conditione, si priùs ab Equite Romano ad optatus esset, ac sic reprehēsionem verens cuā Appiū Cæcum Censorem generis sui proauctorem libertinorum filios in Senatū allegisse docuit, ignarus temporibus Appij, & deinceps aliquandiu, libertinos dictos nō ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Alibi autē scribit idem Suetonius, Neronē Claudij successorem, in curiam libertinorū filios diu nō admisisse, admissisque à prioribus principibus honores denegasse. Aelius autem Lampridius carpit Commodū Antoninū, quod sub eo ad Cleandri nutum etiam libertini in Senatū atq; in Patricios lecti sunt. Cuius atē rei mentionem faciens Budæus in suis Annotationibus pandectarū, in l. vlt. ff. de Senat. scribit id instar esse huius hodie, quod locorum quorundā moribus receptū est, vt nec iusta nobilitas esse censeatur, nisi in pronepote, & deinceps eius qui natalibus restitutus est, id est, vt suprà alibi diximus, nobilitate donatus. Et nos quoq; in Frācia obseruatū videmus, vt qui recens nobilitatus est, omnia plebeiorū munera obeat, peræque ac plebeius. At illius filij omnib⁹ nobilitatis priuilegiis potiantur. Ad quod etiā facit quod scribitur in l. 2. C. de iure aure. anul. Aureorū anulorū vsum beneficio principis cōcessum, libertinitatis tantùm imaginē, qui quibus concessum est, dum viuunt, nō etiam statum ingenuitatis plenæ, vt rectè addit Accursius, præstare.

Libertinorum filij ad Senatorias dignitates non admittebantur.

Libertini qui olim dicebantur.

8 ¶ Et huc quoq; proximè accedit quod scriptum est à Demosthene, aut quisquis is est, qui eā orationem fecit quæ inter eius opera aduersus Neærā scripta est, nam de authore illius dubitatur, Legē scilicet apud Athenienses fuisse, quæ quoscunq; populus Atheniensis ciues fecisset, eos apertè vetaret in collegium nouemvirorū cooptari, aut vllius sacrificij esse participes. Horū verò liberis hæc omnia concedere, si ex muliere ciue & legitimè desponsa essent suscepti.

9 ¶ Et huc nōnihil spectat quod legibus cauetur, non satis esse, vt ingenuus qui Senatoris filiā vxorē velit accipere, arte ludicra abstinuerit, nisi & pater & mater quoque abstinuerint. Tanquam scilicet eius rei memoria nimiū recens & noua esset, officeretq; ingenuitati istius, qui patrē matremve huiusmodi habuerit, vt videre licet ex l. semp. & lege Iulia, ff. de rit. nupt. Nā nec libertinis licebat filias neptésve Senatorū vxores ducere, tanquā non satis nec plenè ingenui essent, qui nuper ad libertatem euecti fuissent. l. oratione, ff. eo. tit. vti nec è diuersò Senatoribus & eorū liberis libertinas vxores accipere. l. lege Papia, eo. ti. & alibi sæpe in eo. ti.

De eadem re.

10 ¶ Et quod scribit Bal. in l. nobiliores. C. de commer. & merca. quandam esse nobilitatem incipientem, quandam crescentem, quandam perfectam, quasi sentiat nullam esse perfectam, quæ sit in principio, aut etiam in augmento tantum, nisi vltrà quoque progressa fuerit. Et idē Bal. in proœmio feud. in pe. diuisione, feudum antiquum sapere nobilitatem, nō item nouū, quia nobilitas non nascitur in ictu oculi, (sicut manis in nictu, quanquam vtrūque bonū est) per no. in d. l. stemmata. Et eum refert, & sequitur Car. Alex. in prælud. feud. col. 11. in 2. diuisione, & Iac. à S. Geor. in tract. feud. col. 4. Phil. Dec. con. 53. placet mihi, col. 2. vers. 4. facit. Et idem ferè voluit Ray. in comprehensoria feudali, in prin. 17. diuisione. Cæterum ipse Dec. in rubr.

Nobilitas incipiens, crescens, perfecta.

Nobilitas non nascitur in ictu oculi.

in rub. de constit.col.1. scribit ius scriptum esse nobilius iure non scripto, quia est antiquius, per §.ex non scripto, Instit.de iur. natur. gent. & ciuili. & illum sequitur Boschus Codeseha in d.rub.col.4.vers.aliam reperio.

11 ¶ Sed vt ad alios scriptores accedamus, Virgilius omnium poëtarum Latinorum princeps, lib.1. Aeneidos de Didonis maioribus, *De eadem re.*

Fortia facta patrum; series longissima rerum
Per tot ducta viros, antiquæ ab origine gentis.

Paulo autem antè, de Teucro Telamonis filio loquens,

Sè quæ ortum antiqua Teucrorum à stirpe volebat.

Et lib.7. Aeneidos, de Turno loquens,

Turnus auis, atauisque potens. Et iterum eo.lib.
Hunc decus egregium forma mouet, atque iuuenta,
Hunc atavi reges. Quibus verbis voluit exprimere magnam Turni nobilitatem, ex eo quòd non fuisset primus rex sui generis, sed & ipsi fuerant atavi reges, quæ res multos mouebat, vt ipsius partes aduersus Aeneam sequerentur. Et lib.12. de Camerte,

Cui genus à proauis ingens, clarúmque paterna
Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis.

Quasi non satis esset commemorare & propriam ipsius fortitudinem, & patris virtutem, quæ res eum maximè nobilitabant, nisi & originem quoque maiorum adduxisset, veluti augustiorem maiorémque ex eo declararet. Et in eodem lib.

Murrhanum hic atauos, & auorum antiqua sonantem
Nomina, per regésque actum genus omne Latinos
Præcipitem scopulo, atque ingentis turbine saxi
Excutit.

12 ¶ Horatius lib. Carminum 3. Ode.1. in prin. *De eadem re.*

Mecænas atauis edite regibus.

Vnde Martialis sumpsit illud epig.4.lib.12.

Mecænas atauis regibus ortus eques.

Et vt redeamus ad Horatium, is lib.3. Ode.17.

Aeli vetusto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos & nepotum,
Per memores genus omne fastos, &c.

Et lib.1. Ser. Satyr.6. quod nos alibi ad aliud citauimus.

Nec quod auus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint. Et rursus in fi. eiusdem Satyræ,
His me consolor victurum suauius, ac si
Quæstor auus pater atque meus, patruúsque fuissent.

Quod & nos quoque alibi ad aliud citauimus.

13 ¶ Propertius lib.1. elegia 5.

Nescis amor priscis cedere imaginibus. Nam prius dixerat, *De eadem re.*
Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti.

Et lib.2. de Cynthia, ad æmulum,

Certus eras eheu, quamuis nec sanguine auito
Nobilis, & quamuis non ita diues eras. Et eodem lib. eleg.14.
Nec si qua illustres fœmina iactat auos.

14 ¶ Ouidius in epistola Helenæ ad Paridem, *De eadem re.*

Et genus, & proauos, & regia nomina iactas. Et lib.1. Amorum. Elegia 3.
Si me non veterum commendant magna parentum
Nomina, si nostri sanguinis author Eques, &c. Et lib. Metamorph.13.
Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco. Quod & nos alibi ad aliud propositum adduximus.

15 ¶ Seneca Tragœdiographus in Hercule furente, actu 2. *De eadem re.*

Nobiles non sunt mihi
Aui, nec altis inclytum titulis genus. Et paulo post.
—Ducet ex genere inclyto
Nouitas colorem nostra. Et in Troade, actu 2.
Veterisque soboles sanguinis nimium inclyti.

Et illius nepos ex fratre Lucanus, dum lib.4. vinum nobile appellat ob vetustatem, quod nos alibi ad aliud propositum citauimus, *De eadem re.*

Nobilis ignoto diffusus Consule Bacchus. *Longus sanguis.*

16 ¶ Iuuenalis qui ita Satyr.8. inchoat,

Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri?

Sanguinem enim longum dicit, à longis & multis ætatibus productum. Nam & alibi eadem Satyr. à vetustate nobilitatis, veteres ceras appellat.

Veteres ceræ.

Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria, nobilitas sola est atque vnica virtus. Idem quoque Satyr. 6.
Sit formosa, decens, diues, fœcunda, vetustos
Porticibus disponat auos. Et alter poëta satyrographus Satyr. 3.
Stemmate quod Thusco ramum millesime ducis. Martialis lib. 5. epig. 17. in Gelliam,
Dum proauos atauósque refert, & nomina magna,
Dum tibi noster eques sordida conditio est.
Dum te posse negas, nisi lato Gellia clauo,
Nubere, nupsisti Gellia cistifero.

17 ¶. Statius lib. Syluarum 3. Sylua. 5.

De eadem re.

Non tibi clara quidem senior placidissime gentis
Linea, nec proauis demissum stemma. Et lib. 5. in Protreptico ad Crispinum,
—Non te series inhonora parentum
Obscurum proauis, & priscæ lucis egentem
Plebeia de stirpe tulit, non sanguine cretus
Turmali, trabéque, & remis, ac paupere clauo
Augustam sedem, & Latij penetrale Senatus
Aduena pulsasti, sed præcedente tuorum
Agmine. Et iterum in eo. lib. Sylua 1.
Laudentur proauis seu pulchra munere formæ,
Quæ morum caruere bonis.

Et lib. 1. Thebaidos,
In senium vergens populos Adrastus habebat
Diues auis.

Id est, vt interpretatur Lactantius Grammaticus, à maioribus nobilis.

18 ¶ Nec interim prætermittenda est Græcorum Poëtarum autoritas. Nam Homerus ille omnium primus huc spectasse videtur, cum Agamemnonem facit ita loquentem lib. 9. Iliados,

De eadem re.

Καί μοι ὑποστήτω ὅσσον βασιλεύτερός εἰμι
Ἠδ' ὅσσον γενεῇ προγενέστερος εὔχομαι εἶναι,
Et mihi subiiciatur, quanto maior rex sum,
Et quanto generatione antiquior dicor esse.
Quanquam [illegible] ad ætatem referri possit.

19 ¶ Et vt poëtas relinquamus, Aristoteles lib. Rhetoric. 1. c. 5. diffinit nobilitatem gentis ac ciuitatis esse indigenas, aut vetustissimos, & primos duces illustres, multos quoque ex ea gente in rebus quæ expetũtur, præclaros extitisse. Priuatã autẽ nobilitatẽ esse, aut virtute, aut dignitate aut alia re laudata primos claros fuisse. Multos quoq; famosos, ex ea gẽte viros & mulieres, iuniores, ac seniores fuisse. Idem (quod alibi scripsimus) lib. 4. Politicôn. c. 8. Nobilitatem dicit esse antiquas diuitias. Neque enim simpliciter dicit diuitias. Et eum referunt & sequuntur multi, quos tibi allegauimus suprà. c. omnium. 3. Quibus addes, quod scribit Plinius lib. 33. c. 2. constitutum lege apud Romanos fuisse, ne cui ius annulorum esset, nisi cui ingenuo ipsi patri, auoque paterno [illegible] cccc. census fuisset, vbi & sup. diximus n. 3. & sup. c. 3. n. 10.

De eadem re. Gẽtis & ciuitatis nobilitas. Priuata nobilitas.

20 ¶ Tullius in oratione pro Murena, de quopiam loquens. Familia ingenua, vetere, & illustri. Cornelius Tacitus lib. 3. Volusio vetus familia. Lampridius in Alexandro Seuero, Ouinius, inquit, Camillus senator antiquæ familiæ. Salustius in bello Iugurthino de Mario, At illum iam antea Consulatus ingens cupido exagitabat, ad quem capiendum præter vetustatem familiæ omnia alia abunde erant. Ibi quoque in oratione ipsius Marij, Quod ex aliena virtute sibi arrogant, id ex mea nõ concedunt, scilicet quod imagines non habeo, & quia mihi noua nobilitas est. Rursumque, Ad hæc alijs si deliquere, vetus nobilitas, maiorum fortia facta, cognatorum & affinium opes, multæ clientelæ, omnia hæc præsidio adsunt. Mihi spes omnes in memet sitæ, quas necesse est virtute, & innocentia tutari. nam alia infirma sunt. Et paulo post. Ecquem ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negotium mittatis hominem veteris prosapiæ, ac multarum imaginum. Liuius lib. 10. ab vrb. cond. En vnquam fando audistis Patricios primo esse factos, nõ de cœlo demissos? Sed qui patrem ciere, auũmque possent, id est, nihil vltra, quàm ingenuos. Dionysius Halycarnassæus lib. 4. Græcè quidem, sed in hanc sententiam; Quis mente [illegible] non expers Manilium generosum, & clarissimum Latinorum extruderet, hùncque generum dignaretur accipere, qui ne tritauum quidem haberet.

De eadem re. Familia antiqua. Familia vetus. Vetustæ familiæ. Vetus nobilitas. Homo veteris prosapiæ & multarum imaginum.

¶ Valerius Maximus lib. 8. c. 1. scribit. M. Aemilium Scaurum repetundarum reum propter vetustissimam nobilitatem, & recentem memoriam patris, absolutum fuisse. Idem lib. 7. c. 3.

De eadem re.

Lampsacum

Lampſacum dici oppidum vetuſta nobilitate inclytum, quod & nos alibi ad aliud adduximus. Suetonius ſcribit Auguſtum, equeſtri familia ortũ ſe ſcripſiſſe, vetere ac locuplete. Idẽ in Galba, c.2. Neroni Galba ſucceſsit, nullo gradu contingens Cæſarum domum, ſed haud-dubiè nobiliſsimus, magnáque ac vetere proſapia, vt qui ſtatuarum titulis pronepotem ſe Q. Catuli Capitolini ſemper inſcripſerit. Idem in Vitellio, c.1. Vitelliorum (inquit) originẽ alij aliam, & quidem diuerſiſsimam tradunt, partim veterem & nobilem, partim nouam & obſcuram. Idem in Veſpaſiano c.1. magnum iudicium ſplendoris familiæ, & vetuſtatis. Et Seneca lib.3. de Beneficiis: Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ longo ordine ac multis allegata flexuris in prima parte ædium collocant. Plinius Senior lib.10. c.47. In cæteris nihil præter nobilitatẽ longinquitate factam occurrit. Plinius Iunior, qui lib. epiſtolarum 8. ad Fabatum Proſocerũ, veluti gloriatur, quòd liberis non eſſet relicturus ſubitas imagines. Baſilius ille Magnus in ſermone de ieiunio, dicit antiquum eſſe prouerbium, Omne fieri per antiquitatẽ nobilius. Auſonius in gratiarũ actione ad Gratianum imperatorẽ, viros antiquæ nobilitatis vocat. Boëtius in Topica Ciceronis ſcribit ab antiquitate ingenuorũ gentilitatẽ duci: Gentilitatẽ autẽ appellat veluti nobilitatẽ vt diximus ſuprà, c.2. num.53 illud prætereà.

Subitæ imagines.

Prouerbium.

22 ¶ Hinc autem fit, vt nouus homo pro plebeio & ignobili, & nouitas pro ignobilitate optimis autoribus dicebatur. De priore, Tullius lib.5. epiſtolarum familiarium ad Fabium, Plus tibi virtus tua dedit, quàm fortuna abſtulit, propterea quòd adeptus es, quod non multi homines noui amiſiſti, quod plurimi homines nobiliſsimi. Et in oratione ad populum, & equites Romanos, antequam iret in exilium, ſtatim poſt prin. Non accuſatur, quod remp. oppugnauit, ſed quòd nouus homo perniciosum nobilium reſti inxerit furorẽ. Et in 3. oratione in Verrem, Vt poſsit aliquis ſuſpicari, C. Verrem, quòd ferre nouos homines non potuerit, ad nobilitatem tranſiiſſe. Et in 6. Ne iſta præclara nobilitas deſinat queri populum Romanum hominibus nouis, atque induſtriis libenter honores mandare, ſempérque mandaſſe. Et in 7. Videmus quanta ſit inuidia, quantóque odio apud quoſdam homines nobiles, nouorum hominũ virtus & induſtria. Et in oratione pro Lucio Murena, Nec mihi vnquã minus in Q. Pompeio nouo homine, & fortiſsimo viro virtutis eſſe viſum eſt, quàm in homine nobiliſsimo M. Aemilio. Et in oratione pro Aulo Cluentio Habito. Et iam, inquit, querimur ſæpe hominibus nouis nõ ſatis magnos in hac ciuitate eſſe fructus? Nego vſquã vnquam fuiſſe maiores, vbi ſi quis ignobili loco natus ita viuat, vt nobilitatis dignitatẽ virtute tueri poſſe videatur, vſque eo peruenit, quo ad eũ induſtria cũ innocentia proſecuta eſt, &c. Saluſtius in Catilina de ipſo Cicerone loquẽs, Namque antea pleraque nobilitas inuidia æſtuabat & quaſi pollui Conſulatũ credebat, ſi eum, quamuis egregius, nouus homo adeptus foret. Et in præfatione Iugurthæ, Etiã homines noui, qui antea per virtutẽ ſoliti erant nobilitatẽ antere, furtim, &c. Et alibi in eodem lib. Ea tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures noui, atque nobiles, quibus diuitiæ bene honeſtéque potiores erant. Itẽ, Conſulatũ nobilitas inter ſe per manus tradebat, nouus nemo tam clarus, neque tã egregiis factis erat, quin indignus illo honore & quaſi pollutus haberetur. Rurſúmque, Ita perculſa nobilitate poſt multas tempeſtates, nouo homini Conſulatus mandatur. Itémque illud, Cõparate nũc, Quirites, cum illorũ ſuperbia me nouum hominẽ. Sunt verba Marij. Liuius lib.4. ab Vrb. Cond. in oratione Canuleij Tribuni plebis, An ne ſi ſit quidẽ ad gubernacula reip. accedere, eum patiemur? potiúſque decẽuiris teterrimis mortaliũ, qui tum omnes ex patribus erant, quàm optimis regũ nouis hominibus ſimiles Cõſules ſimus habituri. Et lib.7. Annus hic erit inſignis noui hominis Cõſulatu. Nam vt poſtea declarat, L. Sextius de plebe primus Cõſul factus eſt. Et iterũ eodẽ lib. Pro ingenti itaque victoria id fuit plebi, quæſturámque nõ honoris ipſius finẽ æſtimabant, ſed patefactus ad Conſulatũ ac triumphos locus nouis hominibus videbatur. Et lib.9. Sed vniuerſi ſimul negare nobiliũ id crimẽ eſſe, quibus ſi nulla obſtetur fraude, pateat via ad honorẽ, ſed hominũ nouorum, &c. Et lib.2. belli Punici, quo loco exponit verè plebeium, id eſt, nouum hominem. Et lib.9. belli Macedo. Cum primum dixiſſet de M. Catone loquens, Hunc petentem premebat nobilitas, Paulo poſt ſubdit, non ſolum quia indignabantur nouum hominem Cenſorem videre, ſed etiam, &c. Et Iuuenalis Satyra 8. de Cicerone,

De eadem re.

Nouus homo pro ignobili.

Hic nouus Arpinas ignobilis.

Et Iulius Capitolinus in Macrino Imperatore, primum in patricios allegit nouum hominem, & qui paulo antè procurator rei priuatæ fuiſſet. Quanquam ſcio nouos homines in alia ſignificatione accipi, vt in l. ſi ſeruus, in fi. ff. de adi. leg.

Noui homines in alio ſenſu.

23 ¶ De ſecundo, Tullius lib.1. Epiſtolarum, epi.7. Video non vt antehac putabam, nouitatẽ eſſe inuiſum meæ, in te enim homine omniũ nobiliſsimo, ſimilia inuidorum vitia perſpexi. Et in illa oratione pro Murena, Non arbitrabar, cum ex familia vetere & illuſtri Conſul deſignatus ab Equitis Romani filio Conſule defenderetur, de generis nouitate accuſatores eſſe dicturos. Saluſtius in Iugurtha in oratione ipſius Marij, Contemnunt nouitatem meam, ego illorum ignauiam. Catilina in 2. oratione in Ciceronẽ, Nunc ſe his artibus perturbare ciuitatem inſtituit, nunc ſe his conſiliis vlciſci, & nobilitatem eo deducere, vt nunquã ſibi noui-

Nouitas pro ignobilitate.

tas obiiciatur. Et iterum, Obiectu verò nouitatis vniuersam odit nobilitatem. Valerius Maximus de eodem Mario loquens lib. 2. c. 1. quod est de institutis antiquis, Ciuis alioquin magnificus, sed nouitatis suæ conscientia vetustati non satis propitius. Et lib. 3. c. 8. vbi de centurionibus, Nam vt humilitas amplitudinem venerari debet: ita nobilitate fouenda magis, quàm spernenda bonæ indolis nouitas est. Cornélius Tacitus inducit Senecam sic loquentem. lib. 14. Inter nobiles, & longa decora præferentes nouitas mea enituit. Alter Seneca tragœdia 1.

—Ducet è genere inclyto
Nouitas colorem nostra. Quod nos alibi ad aliud citauimus.

Vetustas pro nobilitate. Vetustas familiæ. Vetustas generis. Antiquitas generis.

24 ¶ Nam & vetustas simpliciter contraria nouitati pro nobilitate ponitur, vt cõstat ex illo priore loco Valerij. Et vetustas quoque cum adiectione familiæ. Cicero in oratione pro Cn. Plancio, Respondebis credo te splendore & vetustate familiæ fretum, non valde ambiendum putasse. Nam & splendorem pro nobilitate plerunque accipi docuimus suprà c. 2. nu. 19. similiter & splendidum. Sed & eadem vetustas cum adiectione generis. Cornelius Tacitus in calce lib. 4. Tiberius in Domitio super vetustatem generis, propinquum Cæsaribus sanguinem delegerat. Vti etiam antiquitas generis. Idem Tacitus lib. 13. post princ. Die funeris laudationẽ eius princeps exorsus est, dum antiquitatem generis, Cõsulatus, ac triumphos enumerabat, &c. Et ante eum Cicero in illa oratione ad populum & equites Romanos antequam iret in exilium, Cum præsertim non generis antiquitate, sed virtutis ornamentis summam laudem sim consecutus. Hincque vir stirpis antiquæ pro nobili apud Suetonium in Caligula c. 35. Cn. Põpeio stirpis antiquæ Magni cognomento. Et in Vitellio c. 2. Cæterũ P. Vitellius domo Nuceria siue ille stirpis antiquæ, siue pudẽdis parẽtibus, atq; auis, Eques certè Romanus, &c. Nam & apud Virgilium lib. 1. Aeneidos,

Stirps antiqua.

Séque ortum antiqua Teucrorum à stirpe volebat.

Antiquiss. familia. Antiquũ genus.

Et antiquissimæ stirpis apud Tullium li. 2. de Legibus, vt paulò post dicemus. Et antiquissima familia pro nobilissima apud Cæsarem lib. 7. Commentariorum belli Gallici, vbi de Coto loquitur. Et vetus familia apud ipsum Ciceronem, in illa oratione pro Murena, loco citato in præcedenti num. Et antiquo genere natus, apud Probum Aemilium de Datami.

Antiquũ pro nobili.

25 ¶ Sed & veteres antiquum quoque simpliciter pro nobili dicebant. Virgilius lib. 1. Aeneid.

Nos Troia antiqua, vestras si forte per aures, &c.

Quo in loco Seruius exponit, antiqua, id est nobili, vt alibi in eodem lib.

Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ.

Quod carmen & lib. 3. repetitur. Et lib. 2. de Troia,

Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.

Vbi & Seruius eodem modo interpretatur. Iterúmque eodem lib.

Ast vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis,
Antiquásque domos. Et lib. 4.
—Et Troia antiqua maneret. Iterúmque eodem lib.
—Carthago aut antiqua Tyrus. Vbi & ipse Seruius nobilem interpretatur.

Et idem Virgilius, lib. 11.

Pulsus ob inuidiam regno viresque superbas
Priuerno, antiqua Metabus cum excederet vrbe.

Antiqua, id est, nobili, vt & ipse Seruius interpretatur. Et Silius statim post initium lib. 1. Antiquam Hesperiam. i. nobilem, vt etiam declarat non indoctus interpres Marsus. Tullius autem in oratione aduersus Salustium, antiquos viros pro nobilibus vsurpauit. Quare noli mihi antiquos viros obiectare. Videant igitur lectores quid sibi velit Eutropius, cum scribit Traianum natum Italicæ familia antiqua, magis quàm clara. Et rursum. M. Antoninum Pium fuisse genere claro, sed non admodum vetere.

Fumosæ imagines.

26 ¶ His adstipulatur quòd prisci illi fumosas illas imagines, quæ scilicet fumum præ maxima vetustate contraxerant, maximum quoque nobilitatis insigne esse putabant. Cicero in oratione in Pisonem; Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil præter colorem. Seneca constituens nobilitatem in sola virtute, vt alibi diximus, huc quoque alludens epistola 44. Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus. Ex quo etiam fumosos equitum magistros, ob magnam antiquitatem appellat Iuuenalis Satyr. 8.

Iuuenalis locus.

Fumosos equitum cum Dictatore magistros. Quanquam nonnulli (quod alibi diximus) famosos illic legunt. Et hinc Græcis καπνώδεις εἰκόνες, id est, fumosæ imagines, vice Prouerbij dicebatur in eos qui iactabant vetustam generis nobilitatem.

Scytharũ & Aegyptiorum cõtentio, vtri primi omnium essent Aegyptiorũ & Phrygum.

27 ¶ Suntque in hanc sententiam antiqua quædã Prouerbia, quæ scilicet declarant homines nobilitatem sibi ex antiquitate asserere: quale est illud πρεσβύτερος Κόδρου, antiquior Codro, atque illud, ἀπὸ Κόδρου, A Codro, quos antiquissima adeóque nobilissima ortos prosapia affirmamus, vt Themistiu, author est. fuit enim Codrus antiquissimus Atheniensium rex.

28 ¶ Denique huc pertinet vetus illa contentio Scytharum & Aegyptiorum, de vtriusque gentis

gentis vetustate, vtrinque plurimas maximásque rationes afferentium, quibus probare nitebátur se alteris esse vetustiores, quas videre poteris apud Iustinum lib. 2. statim post princ. Et rursum ipsorũ Aegyptiorũ & Phrygũ apud Herodotũ in Euterpe, qui liber est 2. vbi graphicè describit quomodo ea contentio dirempta fuit. Ex quo illud Claudiani aduersus Eutropiũ,

—Dat cuncta vetustas
Principium Phrygibus, nec rex Aegyptius vltra
Restitit, humani postquam puer vberis expers
In phrygiam primum laxauit murmura vocem.

Et hinc Apuleius lib. vlt. Metamorphoseos non multo post princ. Phryges primigenios vocat. De Aegyptiis autem est illud Luciani, statim post prin. operis de Aegyptia dea, αἰγύπτιοι λέγονται πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων. Aegyptij dicuntur primi hominum. Aristoteles autem lib. 7. Politicôn. c. 10. scribit maximam Aegyptiorum antiquitatem putari.

29 ¶ Itémque ipsorum Phrygum & Arcadum, testimonio Lactantij, Placidi Statij interpretis in 4. librum Thebaidos, Luciani in Astrologia, & Iosephi in Apionem. lib. 1. vbi tradit eos in sua antiquitate gloriari. Nam & hos προσελήνους ante Lunam creatos ferunt. Apollonius Rhodius lib. 4. τῶν ἀργοναυτικῶν.

Ἀρκάδες, οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται
Ζώειν. Et Statius lib. 4. Thebaidos,

Arcades hinc veteres astris Lunáque priores.

Ex quo Seruius enarrans illud lib. 8. Aeneidos,

—Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iouem.

Sanè, inquit, ad illud alludit, quòd primi dicuntur Ioui templa fecisse, & quòd ipsi sunt προσέληνοι. quod & ipsum tradit Plutarchus autoritate Euandri Proble. c. 76 Nam & idem eiusdem operis c. 92. eos primos ex terra homines fuisse dicit, propterea Seneca Tragœdiographus in Hippolyto eos veteres appellat.

Aut te stellifera despiciens polo
Sydus post veteres Arcades editum. Et antiquos, Manlius.
Arcades antiqui, celebratáque Caria fama.

30 ¶ Sunt & qui in laudem Atheniensium eos peculiari nomine αὐτόχθονας appellant, tanquam dicas terrigenas, siue ex ipsa terra quam incolebant procreatos & enutritos. Et inter cæteros Isocrates qui eos omnium primos scribit in Panegyrico, haud multo post princ. & iterum in Panathenaico. Lysias in funebri concione, Plato in Menexeno, Herodotus lib. 7. Aristophanes in Auibus. Thucydidis interpres, Apuleius. lib. 11. eodémque vlt. Tametsi Suidas non eos tantum ita vocari scribit, sed & Arcades ipsos, & Aeginetas, & Strabo, lib. 9. Parnasios. Sed quod ad Athenienses ipsos pertinet. Tullius in oratione pro Lucio Flacco, Vrbs inquit Atheniensium vetustate ea est, vt ipsa ex sese suos ciues genuisse dicatur, & eorum eadem terra parens & altrix fuisse dicatur. Ex quo etiam Sophocles in Aiace flagellifero, eos χθονίους vocat, tanquam terrestres, siue terrigenas. *Athenienses hominũ primi.*

Γενεᾶς χθονίων ἀπ' Ἐρεχθειδᾶν.

Húcque etiam illud Ausonij in vrbium Catalogo,

Nunc & terrigenis patribus memoremus Athenas.

De quo etiam nonnihil Strabo lib. 8. post prin. Vt interim non omittam, quod cum ipsi Athenienses τεττιγοφόρους insolenter se vocarent, id est, cicadiferas, quòd capillis complicandis aureas cicadas adhiberent, vt eo argumento αὐτόχθονες se probarent. id audiens Antisthenes & ipse Atheniensis nihil esse eos κοχλιῶν καὶ ἀττελέβων. id est, cochleis siue limacibus, & brutis, siue cochleis nobiliores succlamauit, quod Diogenes Laërtius in eius vita, in princ. retulit.

31 ¶ Vt interim omittam tex. veteris pragmaticæ sanctionis, in tit. de Colla. §. insuper quod in qualibet, in illis verbis, si nobiles ex vtroque parente, & ex antiquo genere, &c. vbi D. Cosmas Guymier, olim præses ornatissimus Camerarum, quas vocant huius nostræ Curiæ Parisiensis. in verbo, antiquo, notat nobilitatem eo maiorem esse, quo antiquior est.

32 ¶ Quanquam non desunt, qui contrà existimant, eum scilicet esse magis nobilem, magísque laudandum, qui sibi sua virtute, & industria nobilitatem comparauit, quàm qui eam à maioribus veluti per manus accepit. In qua, præter alios multos quos tibi colligimus suprà, c. 4. nu. 5. Marcus. & multis seq. & infràquoque latius dicemus, haud dubie Tullius fuit, qui cũ illi Salustius obiecisset, quòd nouus homo esset, veluti ignobilis, vt suprà diximus, id fateri maluit, séque sibi ac posteris sua virtute nobilitatis initium fecisse. quàm maiorum opinione niti. Ea enim sunt verba illius. Cum tamen potuisset ad retundendam Salustij calumniam, antiquum suæ nobilitatis genus adducere. Nam illum à regibus originem duxisse ferũt, alij quidem à Tullo Hostilio Rom. rege, quod arbitratur Silius Italicus, cuius hi sunt versus de Tullio Ciceronis progenitore, qui tempore Hannibalis ordines duxerat, lib. 8. *Qui nouã nobilitatẽ antiquæ præferunt.* *Cic. an à regibus ortus*

Tullius aratas raptabat in agmina turmas,

Regia progenies, & Tullo sanguis ab alto,
Indole pro quanta iuuenis, quantúmque daturus
Ausonia populis ventura in secula ciuem.
Ille super Gangem, super exauditus & Indos
Implebit terras voce, & furialia bella
Fulmine compescet lingua, nec deinde relinquet
Par decus eloquij cuiquam sperare nepotum.

Sed Plutarchus in vita illius ad Actium illum Tullium Volscorum regem, hanc Ciceronis originem regiam constanti, vt ipse dicit, hominum opinione refert. Cui subscribēs Eusebius Chronographus, & Eutropius paulo ante fi. lib. 4. Rerum Ro. illum fuisse scribunt ex Regio genere Volscorum. Quæ opinio mihi plus placet, ob id quod scribit ipse Tullius lib. 1. Tusculanarum quæstionum, Pherecydem Syrum fuisse, regnante suo gentili. Fuit autem is Pherecydes, si ipsi Eusebio credimus, multo post Tullium Hostilium tempore, quippe qui 8
contemporaneus fuit Marci Coriolani, quem profugum excepit ipse Tullius Volscorū rex, vt refert idem Plutarchus in Coriolano, & Liuius lib. 2. ab vrb. cond. Sed & huic sentētiæ calculum addit, quod in 2. Catilinæ in Tullium oratione scriptum est, Tullium ipsum prædicare aliquando solitum, originem se generis habuisse ex Tullij Hostilij Volscorum regis familia, tanquam scilicet & ipse Tullius Volscorum rex, Hostilius vocaretur, quod fortè ansam præbuit cæteris credendi illum fuisse Hostilium Ro. regem. Idem autem Tullius lib. 2. de legibus, ortum se stirpe antiquissima dicit, illud scilicet quod suprà diximus, significans.

De eadem re.

33 ¶ Cæterum ne illud prætermittam, idem ipse in Verrem actione vltima, palam se profitetur non esse nobili genere, cum dicit, Sed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati sunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur. Et in oratione in Pisonem, Me cum Quæstorem in primis Aedilem priorem, Prætorem primum cunctis suffragiis populus Romanus faciebat, homini ille honorem, non generi, moribus non maioribus meis, virtuti perspectæ, non auditæ nobilitati deferebat. Et rursum ibi, Omnes enim honores populus Ro. mihi ipsi homini nouo detulit. Et in oratione ad Equites Romanos, eo loco quē suprà citauimus, numero vigesimo tertio, nam & vetustas. Et in oratione pro Quintio, se quoque in locum ignobilium reponit, cum dicit, Homines nobiles seu rectè, seu perperam facere cœperunt, ita in vtroque excellunt, vt nemo nostro loco natus assequi possit. Et Phil. 6. Quid enim nō debeo vobis, Quirites, quem vos hominem à se ortum hominibus nobilissimis omnibus honoribus prætulistis. Nam ibi se dicit à se ortum, cuius scilicet maiores essent incogniti, & propterea ignobiles iuxta ea quæ diximus c. 2. Cui etiam simile est illud eiusdem in oratione pro Cn. Planco, Eadem igitur Cassi via munita Laterensi est, idem virtutis cursus ad gloriam: hoc facilior fortasse, quòd ego huc à me ortus, & per me nixus ascendi: istius egregia virtus adiuuabitur commendatione maiorum. Et in oratione pro lege agraria contra Rullum, Quemadmodum cum petebant, nulli me vobis autores generis mei commendarunt: sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Et in prima oratione in Catilinam, ita facit rempub. ipsum se alloquentem, Præclaram vero populo Romano referes gratiam, qui te hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam maturè ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter inuidiam aut alicuius periculi metum salutem ciuium tuorum negligis.

34 ¶ Sed nec illud in hoc capite omittendum est, vnam omnino gentem esse, scilicet Turcarum, qui contraria cæterarum gentium opinione illos existimant omniū nobilissimos qui prorsus ignorant patres ac matres suas, eósque tenere primos dignitatū gradus post ipsum principem: quod scriptum reliquit Petrus Bellonus Cenomanensis (qui diutissimè apud eos versatus est) in lib. 2. Obseruationum c. 95.

Nobilitatis prærogatiua & priuilegia. CAP. XX.

Nobiles præferendi in assequendis magistratibus.

1 IN multis nobilitati defertur, quæ huc magna ex parte sigillatim describemus. In primis enim ad honores, magistratus, & dignitates ciuitatū, nobiles magis assumendi sunt, quàm ignobiles, súntque cæteris paribus præferendi, per tex. in §. 1. in prin. in verbo, viri obscuri, & iterum in vers. interim, in verbo, vniuersi nobiliores. rursúmque in §. vlt. ibi. vnumquemque nobiliū, in auth. de defen. ciui. vbi & gl. super d. verbo, nobiliores, no. nobiliores debere eligi. & Ang. quoque ibi no. illū tex. contra statuta Tusciæ, quibus nobiles munere decurionis interdicuntur, vt sint strictè interpretanda, cum sint cōtra ius commune. Et illum quoque tex. ad hoc notat gl. in c. statuimus in verbo, potiorem, post prin. de maio. & obed. dum per illum tex. dicit, quod nobilitatis ratio habetur, & Zenzel. in extrauag. execrabilis, ver. nos itaque, in verbo, generis claritaté. Io. An. post Phi. in c. venerabilis, quod est pe. col. 1. in verbo, virtutum, & ibi Imo. in fi. de præb. An. Iser. in c. 1. in prin. tit. de pac. iur. fir. Bat. in l. 1. col. 3. ver. præterea. C. de dig. lib. 12. & in l. 1. ff. de exc. tut. Lucas Pen. in l. mulieres, col. 5. ver. 4. præferuntur. C. eo. ti. & in l. 2. col. 5. ver. & sicut nobiliores. C. de exac. & exec. eo. li. 12. An. Roscl. in tract. de pote. imper. &

imper. & papæ.in vlt.q.verſ. hãc digitatem non eſſe ad ſcribendam, & latè Cepol.in tracta. de imper.mili.delt.in materia nobilitatis.& Io.Ray.in tract.nobilitatis,in 7.q.princ. Io. Plat. in l.cohortalis,in fi.C.de cohort.li.12. Martinus Lauden.in tractatu de officialibus dominorum c.38.magiſtratus debent. Barb.in c.accedens,le.2.col.10.extrà,vt lit.no conte. & in repe. extrauag.volẽtes,in verbo,nobiles.& con.35.ſapienter ſcribitur,col.1.lib. 2. vbi in ea relaudat morẽ Venetorũ,qui nobiles tantùm aſſumunt ad regimen ciuitatis, & con. 53. præclarè ſcripſit Pſalmiſta,col.4.eo.li.2.& con.57.præclarè ſcribitur,co.3.in prin.eo.li. 2. & cõſi. 46.illud adducam,col.antepe.verſ.facit tex.li.4.& Card. Alex.in c.per venerabilẽ.§.vlt.char.antepe. verſ.quæro ergo principaliter,qui filij ſunt legi.Io.Lupus in repe.rubr.de donati.inter vir. & vxo.§.9.col.3.verſi.vnde dicebat.& ſeq.

2 ¶Sed & de hoc eſt bonus quoque tex.in l.honor §.de honoribus,in verbo,origo naraliũ.ff.de muner.& hon.& in l.honores.§ is qui.ff.de decu.vbi plebei honoribus Decurionũ fungi prohibentur.ex quo Bar.in l.1.col.3.vbi ſuprà.C.de digni.li.12.no.plebeiũ nõ poſſe eligi ad dignitatẽ,& in l.1.vbi & hoc not.Io.Plat.C.de cond.in publ.hor.li.10.& in auth.præſides,in prin. ibi nobiliores ciuitatum &c.C.de epi.aud.vbi Alb.expreſsè no.nobiliores eligi debere in præſides,& magiſtratus,& in §.vlt.in auth.de referẽ.Et bene facit tex.in c.grãdi,de ſup.neg. præl. li.6.ex quo no.Domi.in 2.no.& poſt eum latè Corſe.in repe.col.6.verſ.not.ibi nobilem,quòd in dandis dignitatibus ſecularibus ponderatur dignitas,id eſt,nobilitas,de qua tex.ibi uñcupatim loquitur,& quod voluit Bal.in c per inquiſitionem,paulò ante fin. de elec.

Ad idem.

3 ¶Et id quoq; probatur teſtimonio diuinarũ literarum,nec vno quidem in loco. Nam Deut. c.1.ita ſcribitur,Tuli de tribubus veſtris viros ſapientes,& nobiles & conſtitui eos principes, Tribunos,& Centuriones &c. In quo tamen illud tibi ſciendum eſt,in litera Hebræa nullã dictionem eſſe in ea oratione,quæ nobiles ſignificet,ſed ab interprete,quiſquis is fuit,poſitã. quod exiſtimaret huiuſmodi magiſtratibus nobiles eſſe cæteris idoneiores.Et Eccleſiaſtes 10. Beata terra cuius rex nobilis eſt:aut,vt alij vertunt,filius nobilium, de quo & nos alibi diximus.Et eam ſententiam citatè noſtris Bar.in d.l.1.col.5.verſ.videndum eſt.C.de digni.lib.12. Et lib.Machabæorum 1.c.3.ſcribitur,Antiochum regem ſuis negociis præfeciſſe Lyſiam hominem nobilem,& ex genere regio.

Ad idem teſtimoniũ ſacrarum literarum. Aliorũ in id teſtimonia. Theſeus nobiles à cæteris diuiſit.

4 ¶Plutarchus in Theſeo,vt aliorum quoq; teſtimonia citemus,ſcribit Theſeum primùm nobiles εὐπατρίδας à ſe appellatos,à cæteris ſeiunxiſſe,illiſq; poteſtatẽ feciſſe magiſtratus ex ſuo ordine creandi,adminiſtrandique leges,tũ pia religioſaque interpretãdi ac definiendi. Cuius etiã rei mentionẽ facit Dionyſius Halicarnaſſeus li.antiquitatum Romanarum 2.vbi & illud tradit,Romulum ita ſuam Rempublicam conſtituiſſe,vt illuſtres genere,virtute,ac pecuniis ab ignobilibus humilibúſq; ſecerneret,illóſq; patricios appellaret,vel ab ætate,vel quòd filios haberent,vel ob nobilitatem generis:Alios autem plebeios,quos ſcilicet Græci δημότας vocãt. Illos autem ſacra perficere,magiſtratus gerere,ius dicere,ac ſecũ quoq; publica adminiſtrare iuberet. Plebeios autem his muneribus ſolutos,agros colere,pecora,quæſtuariáſque artes exercere,quod & nos alibi ad aliud propoſitum diximus. Ad hanc autem Romuli diuiſionem alludit illud Statij li.1.Syluarum,in Epithalamio Stellæ & Violantillæ,

—Clarus de gente Latina
Eſt Iuuenis,quem patriciis maioribus ortum
Nobilitas gauiſa tulit.

εὐπατρίδας. Romulus quoque diuiſit nobiles ab ignobilibus. Patricij qui & quare dicti. Plebei δημόται. Solonis lex in eãdẽ rẽ. Longobardorum lex. Germanorum mos. Lacedæmoniorum lex reprehẽſa. De eadem re.

5 ¶Sed & Solon Athenienſium legiſlator,ſecutus,vt opinor,& ipſum Athenienſem Theſeum, magiſtratus omnes conſtituit ex nobilibus & locupletibus,qui ex tribus cenſibus conſtabat, quartus autem qui Theticus dicebatur,qui ſcilicet eorũ erat,qui Thetes,id eſt,opifices erant, quibus nullum magiſtratus aſſequẽdi ius erat,vt tradit Ariſtoteles lib.2. Politicõn cap.10.& Plutarchus in ipſo Solone,& Pollux li.8. Ex legibus quoque Longobardorum, iudices debẽt eſſe nobiles,vt in Lombard.tit.de offi.iud.l.vlti.quæ incipit,de iudicibus. Sed & Germani,vt tradit Corne. Tacitus, Reges ex nobilitate, Duces ex virtute ſumunt. Nam & ipſe Ariſtoteles in eo ipſo li.2.politicõn c.8.ſcribit,nobiles & ingenuos ſibi rationabiliter honores arrogare. Et idem c.eiuſdem lib.7.carpit legem Lacedæmoniorum,quæ Ephoros (is magiſtratus erat apud eos maximus) ex plebeis creari iubebat,vnde multa in eam Rempublicam mala contigiſſe tradit. Et Plato eiuſdem magiſter li.3.de legibus, inter ſeptem rationes imperandi hanc ſecundam poſuit,vt ignobilibus generoſi imperent.

Conſules & cæteri magiſtratus ex patritiis apud Rom.

6 ¶Apud priſcos illos Romanos.Conſules,Quæſtores,Tribuni militũ,Cenſores, Dictatores: & cæteri magiſtratus ex patriciis tantùm (hi enim,quod iam diximus, nobiles creabantur. Verùm plebs tandẽ obtinuit,vt ex ſuo corpore crearentur,vt & copioſè & eleganter deſcribit Liuius li.6.ab vrb.cõdi.vbi dicit L.Sextũ de plebe primum Conſulẽ factũ,de quo & ipſe aliis locis.Et meminit etiam Põponius iuriſconſultus in l.2.§.deinde cùm poſt,& § ſeq.ff. de orig. iur.& alius in leg.1.§.ex Quæſtoribus.ff.de offic. Quæſto. Lampridius autem Heliogabalum imperatorem Ro.accuſat,quòd inter alia ipſius portenta ac ſcelera,vrbis Romanæ maieſtatẽ contẽnens,in Senatũ plurimos legerit ſine diſcrimine ætatis,cẽſus,generis,omnẽſque digni-

Heliogabalus reprehẽſus quòd dignitates ignobilitate hominũ polluerit.

Seminariũ Senatorũ equestris ordo.

tates hominũ ignobilitate pollucrit. Contrà autem idem Alexandrum Seuerũ laudat, quòd libertinos nunquã in Equestrem ordinem redegit, asserens seminarium Senatorum, Equestrẽ locum esse. Eundem scribit Iulius Capitolinus in rebus gestis Gordianorum, Senatui per literas egisse gratias, quòd Gordianum virum nobilem Proconsulem in Africam misisset.

In eandem rem.

7 ¶ Tullius in vlt. in Verrem actione, planè ostendit apud Romanos, magistratus, & cætera id genus munia publica deferri solita nobilibus magis, quàm cæteris, cùm sic infit: Sed non idẽ mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati sunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferũtur. Quod nos alibi ad aliud adduximus. Idem & ipse in oratione pro Murena, apertè declarat, Summam (inquit) video in te esse Serui Sulpici dignitatẽ generis, integritatis, industriæ, cæterorũmq; ornamentorũ omnium, quibus fretum ad Consulatus petitionẽ aggredi par est. Paria cognosco esse ista in L. Murena: atq; ita paria, vt neque ipse dignitate vinci potuerit, neq; te dignitate superauit. Contempsisti L. Murenæ genus, extulisti tuũ, &c. Plinius Iunior li. epistolarũ 3. ad Maximum, dum describit morẽ priscorum in petẽdis magistratibus, Nonnunquam, inquit, candidatus, aut natales cõpetitoris, aut annos, aut etiã mores arguebat. Quibus verbis satis ostendit, genus, ętatem, & mores in id multùm profuisse. Idẽ autẽ à Traiano petiit Præturam Accio Suræ, Ad quã, inquit, spem hortatur & natalium splendor, & summa integritas. Sed & alibi scribens ad eundẽ Traianũ de magistratibus prouincialiũ, asserit, satiùs esse honestorũ hominũ liberos, quàm è plebe in curiam admitti. Sed & ipse in Panegyrico ad eundem, illũ laudat, quòd ab eo nobilitas non obscuraretur, sed illustraretur. Subditque hæc, Tãdẽmque illos ingentium virorũ nepotes, illos posteros libertatis, nec terret Cæsar, nec pauet, quinimo festinatis honoribus amplificat atque auget, & maioribus suis reddit. Si quid vsquã stirpis antiquæ, si quid residuę claritatis, hoc amplexatur & refouet, & in vsum reipublicæ promit. Sũt in honore hominũ, & in honore famę magna nomina ex tenebris obliuionis indulgẽtià Cæsaris: cuius est vt nobiles & cõseruet, & efficiat. Apud Corneliũ Tacitũ li. 1. laudatur Claudius Cęsar, quòd in numerũ Patriciorũ asciuit vetustissimũ quemque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Et apud Iustinum libr. 12. Alexander Magnus Parthis domitis, Andragoram ex nobilissimis Persarum præfectum statuit.

Ratio præcedentium.

8 ¶ Et sanè optimo iure in adipiscendis patriæ honoribus, qui antiquiore nobilioréque sunt genere, cæteris sunt anteponẽdi. Nẽpe qui parẽtes, auos, maioresq; suos publicis honoribus honestatos habuerũt, ij quasi hæreditario quodã iure (vt elegantissimè disseruit Patricius) Reip. curã accipiant, in eàmque amplificandam neruos omnes intendãt, propius verò est. Nãque vt ager bene admodũ committitur indigenis suis, qui cæli solísque rationem per naturã optimè callẽt: ita ex Senatoribus orti munera publica adimplere, quasi patriã auitãque disciplinã didicerunt. Eorum imperium longè faciliùs populus omnis tolerat. Nec indignum sibi videtur filium magistratum gerere, cùm meminerit maiores eius eodem munere functos extitisse.

Regis electio in Taprobane insula.

Sosthenes ignobilis in regnũ multis nobilibus prępositus.

9 ¶ Tamen non prætermittendũ quod scribit Solinus c. 66. in Taprobane insula, in Regis electione, nõ nobilitatẽ præualere, sed suffragiũ vniuersorũ. populum enim eligere spectatũ moribus, & inueteratæ clementiæ, & iam annis grauẽ. Sed & Iustinus lib. 24. tradit Sosthenẽ ob plurima virtutis beneficia, multis nobilibus regnum Macedoniæ affectantibus, ignobilem ipsum fuisse prępositum. Et quidẽ meritò. Nã quod dictũ est, nobiles esse cęteris præferẽdos, intelligendũ est cæteris per omnia paribus, vt etiã scribit Pet. Anc. cons. 339. pro maiori. Quòd si virtus in vno effulserit, in alio nobilitas, quis dixerit præferendam virtuti nobilitatẽ? certè nullus, vt opinor. Imò verò omnes vbique constantissimè affirmant, illã huic esse anteponẽdã, de qua latè diximus suprà, capite 4. nu. 16. sed vtrũcunque, & seq. & dicemus infrà, nu. 17. verùm istæ. Porrò Marius apud Salustium in Iugurtha illud queritur, quòd Consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. Nemóque nouus tam clarus, neque tã egregiis factis erat, quin is indignus illo honore, & quasi pollutus haberetur, quod nos alibi adduximus.

Nobiles ad beneficia cæteris præferendi.

10 ¶ Neque solùm in dignitatibus & officiis secularibus sunt præferendi nobiles cæteris, sed & in sacerdotiis, & vt nostri appellant, beneficiis, & electionibus dignitatũ spiritualium, vt sentit glo. no. in l. societas contrahitur, & ibi Bal. Saly. & Raph. Fulgo. qui illam commendãt. ff pro soc. quæ voluit, quòd ad adipiscendos canonicatus, æquiparẽtur nobiles, & literati viri, proptereà, inquiũt Salyc. & Raph. nobilẽ & literatũ esse præferẽdum literato tantùm. Et illã gl. no. Bened. Plumb. in l. generaliter. §. si quis alienũ, vers. quis ergo. ff. de fideicom. liber. & Bal. con. 199. In caussa ista, co. vlt. li. 3. & Io. Pla. in d. l. 1. ad fi. C. de cond. in pub. hor. lib. 10. & Barb. qui illam ferè vbique dicit esse sing. videlicet in c. postulasti, col. 2. de rescrip. & in c. accedens, le. 2. col. 2. vt lit. non cõte. & in d. extrauag. volentes, in verbo, nobiles, & d. con. 35. post prin. lib. 2. vbi per eam dicit, quòd in nobilibus non tanta exigitur scientia sicuti in cæteris, de quo tamen alibi diximus, & d. con. 57. co. 6. versi. prætereà pondero, eod. lib. 2. & d. con. 46. antepe. lib. 4. vbi dicit, quòd illa glos. videtur præferre nobiles literatis, & Card. Alex. in prælud. feud. in 2. diuisione.

De eadẽ re

11 ¶ Sed & quòd nobiles sint pręferendi cæteris, in beneficiis, voluit gl. in c. vlt. in verbo nobilitati, extrà

litati, extrà de pœnis, per tex. in c. non satis, vers. item si consideranda est. 86. di. & glo. in c. statuimus, in verbo, potiorem, & ibi Bal. de maio. & obed. Gof. in summa tit. de temp. ord. §. sed circa hospitalitatem, in fi. Archi. in c. hæc autem scripsimus, ad fi. 50. di. & in d. ca. grandi, de supp. neg. prælat. li. 6. Henri. Bo. in c. pe. de præb. Panor. in c. dudum, l. 1. in 4. no. de elec & in sua q. 3. incip. Sempronius clericus, col. 4. versi. vnde etiã nobiles. Floria. in l. 3. in prin. co. 2. ff. de fid. instr. Cepol. in tract. suprà sæpius alleg. in 8. priuilegio nobilitatis, & Feli. in c. cùm adeò, per illũ tex. co. 3. ver. nobilitas, de rescr. Steph. Bertrã. cõ. 2. viso processu causæ, nu. 40. lib. 3. Ex quo fit vt si à diuersis patronis fuerunt præsentati pari vocũ numero nobilis & ignobilis, cæteris paribus est præferẽdus nobilis, nec potest episcopus gratificari. ita enim voluit Gayg. in repe. c. vlt. col. 54. vers. itẽ attendere potes, de elec. li. 6. & Philip. de Sarra in c. cũ autem. ch. 152. & nouissimè Cæsar Lamberti. in tract. de iure patr. in 9. articulo 5. q. princ. 3. partis lib. 2.

12 ¶ In quam sententiã olim apud Romanos in numerum Pontificum atq; Augurum (hi erant Romani sacerdotes) soli Patricij allegebantur. Verùm maximo patriciorũ plebeiorum'q; certamine plebs obtinuit, vt ex suo etiam corpore sumerentur. In quam rem extat elegantissima oratio P. Decij apud Liuiũ 1. decad. lib. 10. Porrò Dionysius Halicarnasseus li. 1. Antiquitatum Ro. laudat Romulum, quòd non venalia sacerdotia, nec sorte diuidenda fecit, sed cuiusq; curiæ binos creauit genere excellentes. Idẽ li. 2. tradit, Numam secundum Ro. regem Salios sacerdotes ex Patriciis creauisse. Scribit Pausanias lib. nono Daphnophorũ cognomen fuisse sacerdotis Apollinis Ismenij, quẽ genere insignem annuum legebant. Apud nonnullas quoq; Græciæ ciuitates sacerdotij dignitas regiæ maiestati par habebatur, nec vulgares aut ignobiles homines in eam dignitatem assumebantur, vt tradit Plutarchus proble. c. 113. *In eandem rem externorum testimonium.*

13 ¶ Et bene facit quòd in dispensatione multitudinis beneficiorum, siue ad consequendam multitudinem beneficiorum nobilitati defertur. c. de multa, & ibi Doc. de præben. vbi est tex. quòd nobiles sunt maioribus beneficiis honorandi. Et hinc occasione sumpta no. Panor. in vlti. not. quòd nobiles non reprobantur ab ecclesia, quinimo honorãtur in collationibus beneficiorum, & etiam in extrauag. execrabilis. §. nos itaque, & ibi Zenzel. in verbo, generis claritatem, & quod voluit gloss. in d. c. cùm adeò & ibi Bald. Panorm. & latè Feli. & Philip. Dec. de rescrip. quod ad considerandam beneficij sufficientiam, est habenda ratio nobilitatis, per d. c. de multa, sicuti etiã voluit gloss. in c. conquerente, in verbo, sufficientia, de cleri. non resid. Et quod voluit Innoc. in d. c. dudum, ad fin. versic. item si Papa, de elect. quòd sola nobilitas sine literatura ad hoc sufficit, videlicet ad obtinendam dispensationem pluralitatis beneficiorum. Et quod item voluit Ioan. Andr. in c. cùm in cunctis, col. 1. in verbo, quibusdam, & ibi quoque Panormit. in 4. not. de elect. considerandam etiam esse nobilitatem, ad dispẽsandum de ætate, aliàs incapaci, ad obtinenda beneficia. vt factum fuit tempore scismatis Alexandri, & Federici, vbi fuit electus Ioannes episcopus Gratianopolitanus auunculus comitissæ Sabaudiæ, propter suam nobilitatem. *Nobiles facilius dispensantur ad beneficia.*

14 ¶ Tamen contra supradicta facit quod scribit Pet Anca. cons. 131. ad exclusionem, circa mediũ per d. c. pe. de præben. vbi text. loquens de consuetudine vel statuto, quòd non admittantur in canonicos ecclesiæ nisi nobiles, hæc fermè verba subnectit, Nõ generis, sed virtutum nobilitas, vitę'que honestas gratũ deo faciunt & idoneum seruitorẽ, ad cuius regimen nõ multos, secundum carnem nobiles & potentes, sed ignobiles & pauperes, eo quòd non est personarũ acceptio apud ipsum, vbi glo. quam cæteri sequuntur, dicit solos ex apostolis nobiles fuisse Paulum, & Barptolomeum, cęteros autem ignobiles. *Contra supradicta.* *Apostoli nobiles ne an ignobiles.*

15 ¶ Sed aut ea gl. verum non dicit, aut Diuus Chrysostomus, qui in eo lib. quem Babylæ martyri nuncupatim dedicauit, scribit Paulum & Petrum apostolos generis nobilitate efferre se non potuisse. Nam alterius (inquit) neque patrẽ scimus quis fuerit, ita obscurus & ignobilis erat: Alterius autẽ, Petri videlicet, notus quidẽ pater, sed eatenus Pauli patre clarior, quatenus propter filiũ nomẽ solùm cógnobile fecit nobis scriptura. Quòd si quis & regionẽ & gentem inquirat, offendet alterũ Cylicẽ, alterũ ignobilis ciuitatis nõ ciuitatis, sed parui castelli fuisse municipẽ. Fuit enim à Bethzaida, qui locus est Galileæ sic dictus. Idẽ propè ad calcẽ li. 2. de sacerdotio non obscurè declarat, in electione sacerdotij & episcopatus, nõ esse inspiciendũ splẽdorem generis. Nam & Christus quidem piscatores, tabernaculorúmque texendorũ artifices ad huiusmodi principatum aduocauit. Rursus lib. 3. eiusdem operis apertè ostendit, nõ esse in episcopatus ordinem quempiam cooptandũ, quòd sit claro genere natus. Diuus autem Hieronymus ad Principiam, in Marcellæ epitaphio, scripsit Ioannem euangelistã propter generis nobilitatem notum fuisse pontifici, & Iudæorum insidias non timuisse. *De eadem re.*

16 ¶ Sed vt redeamus, huic c. pe. de præben. concinit quod priùs scripserat ipse Paulus 1. ad Corinth. 1. Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundũ carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contẽptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in cóspectu eius. Quibus verbis videtur apertè ostendi, nullã esse rationẽ habendã nobilitatis, in *De eadem re.*

rebus

Piscatori Petro fabri filio successorem quærimus, non Augusto.

rebus spiritualibus. Et similiter scribitur in c.nos.40.dist.suprà sæpius alleg. nos qui præsumus, non locorũ vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus. Et in hác sententiã refert gl.in c.quoniá vetus, in verbo, inuidia. 24.q.1.quòd cùm diu tractarẽt de electione summi Põtificis, & quispiã allegaret nobilitatẽ alterius, Alter ex diuerso respõdit, piscatori Petro fabri filio successorem quærimus, nõ Augusto. Et dicit etiã Bal.in l.in dádo.ff. de tut.& cur.dat quòd sola nobilitas non supplet literaturam, quod & nos alibi diximus. Porrò ex diuo Augustino in euangelium diui Ioan.tract.7.c.1.interpretante illud, Et videns Iesus Nathanaëlem venientem ad se, disces, quare Christus primùm nobiles non elegit.

De eadem re.

Resolutio præcedentium.

17 ¶ Verùm ista nihil faciunt contra ea quę suprà diximus. Neq; enim dicũt, nobilitatẽ non esse considerandã, sed potiùs virtutẽ, mores, literaturã, vt videlicet sit anteponẽda virtus. Superiora dicunt, data paritate aliarũ rerũ, esse præferendũ nobilẽ ignobili, vt etiã intelligũt Hosti.& Henri.in d.c.pe.de pręb.& ante eos gl.in c.cõstitutis, le.2.in verbo, impotentiam, extrà de appella.quã sequũtur ipse Hosti.Phil.Io.And.Panor.& alij, qui plus dicunt, esse præferendum nobilẽ & potentiorẽ, aliàs tamen idoneũ, alteri etiã meliùs morato & eruditiori, si ita expediat ecclesiæ, per tex.in c.officij, extrà de elect.quod & voluit Feli.in d.c.cùm adeò.co. 4. vbi tamẽ limitat de rescri.& è Theologis Alex. Ales in 2. parte suæ summæ. q.136.membro 2.§.1. Ad quod bene facit quod in simili voluerunt Hosti.& alij post eum in c.1.de consang. & affi. & Dinus Thomas quod li.6.ar.9. Quin sentit idem Host.in d.c.cõstitutis. ꝙ hoc casu esset retractãda electio, tanquã minùs vtilis ecclesiæ, quando videlicet non fuit electus nobilis, cuius auxilio indigebat ecclesia, sed fuit prælatus ignobilis, aliàs idonеior. quod sequitur expressè Panor.ibi, qui hoc dicit no.& etiam Phil. Deci.co.2.in fi. licèt Imo.& alij recentiores cõtrariũ ibi teneant. De quo latè per D.Io.de Selua olim in hac nostra curia Consiliariũ, in tracta. de beneficio, in 3.parte q.7.

An valeat cõsuetudo, vt non nisi nobiles recipiantur in canonicos.

18 ¶ Non tamen valet ea consuetudo, de qua loquitur tex.in d.c.pe. de præben. vt videlicet non nisi nobiles recipiantur in canonicos, per tex.in eo ipso c.pe.vbi & hoc no.gl.Hosti. Panor. & alij, & Phili.Deci.in d.c.cùm adeo, col. 2.de rescri.& Roch.Cur. in c.vlt.char.20.vers. sextò infertur, extrà de consuet.

De eadẽ re.

19 ¶ Quanquã contrariũ præsupponit Ro.sing.487.heri fui interrogatus, dũ dicit episcopum non posse dispensare cõtra huiusmodi consuetudinem, per no.per Inn. generaliter loquentẽ de omni statuto ecclesiæ, in quo agitur de interesse canonicorum, in c vl.de cleri. nõ resid. Et illud dictum Ro.simpliciter refert & sequitur Fely.in c.super eo, leg. 2.col.3. de testib. & Phi. Deci.sibi contrarius in c.at si clerici.§.de adulteriis, co.6.vers.& ideo dispensare.de iud.& ipse Selua in tract.de beneficio.vbi suprà. Eandem quoque consuetudinem valere præsupponit Io.Ray.In d.tract.nobilit.in 7.quæst. princ.

Pro nobilibus præsumitur.

20 ¶ Pro nobilibus semper aliàs præsumitur, vt voluit gl.no.in c.illud.40.di.quam sequitur Io. And.in d.c.constitutis, le.2.col.pe.de appel.& Ro.sing.726. scis hoc iure cautum, vbi illam gl. dicit sing.& Barb.in l.sed si ex stipulatu, col.9.ff.de verbo.oblig.& in d.extrauag.volentes, & in tract.de præstantia Card.in 1.q.vlt.partis.versi.tu allega.& con.62. illud in medium referam, col.4.li.1.vbi per hoc dicit, ꝙ non præsumitur nobilis prodere principem, & con.3.clementissimi Dei patris, col.13.li.2.& con.35.sapienter scribitur, col.1.eo.libr.2.& con. 57.præclarè, col.3.eo.li.2. & con.60.illud in medium afferam, col.7.li. 1.& con. 46.illud adducam, col.antepe.vers.& ideo li.4.& Ias.in l.si pecuniam.§.vlt.in fi.ff. de condi. ob cau. Io. Lup. in repe.rub.de donat.inter vir.& vxor.co.3.versic.in his enim. Andr. Alciat.in tract.de pręsump. reg.1.præsumpt. 48.in prin.& Gerar.à Petra sancta sing.30. Maria Soci.iunior consi. 39. prospectis bis, col.4.nu.26.lib.2.

Ratio præcedentium.

Prouerbiũ.

Philosophus philosophum generat.

21 ¶ Cuius tex rationem potes colligere ex Cy.in l.prouidendum.C.de postul. cùm dicit, quòd qui ex genere nobili est, sola pręsumptione est nobilis, per l.ꝙ si nolit.§.qui mancipia, vbi filij plerũq; parentũ virtutes & vitia imitãtur. Et paulo pòst, Magis ad nobilitatẽ (inquit) trahitur qui de genere nobili ꝓcedit. Nã philosophus, vt dicitur, philosophũ generat. Hęc ille, qui hoc in effectu, vt sic cum nostris loquar, voluit, quoniam virtus nobilitati initiũ dederit, & (vt pleriq; existimãt) ipsa nobilitas sit, vt exuberanter suprà diximus. Ideo'q; etiã præsumãtur liberi ex nobilibus progeniti tales esse quales fuère eorũ maiores, qui suis virtutibus nobilitatẽ sibi, posterisq; cõpararũt. Reliquũ est, vt & ipsi virtutibus, tũ naturâ, tũ parentũ exemplo & imitatione præditi esse præsumantur. Quã etiã rationẽ optimè intellexit Lucas Pen. in l. mulieres, col.3.vers.sextò ex nobilitate, in fi.C.de dig.li.12. Matt.Affli.in cõsti.Siciliæ, incip. post mũdi, in to.no.Sed & Plato hãc quoq; rationẽ animaduertit, cùm scribit in 5.li.Alcibiadis, qui est, de natura hominis, Consentaneum esse meliores esse naturas ex nobili genere, quàm ignobilĩ. [illegible]. Quod & discipulus ipsius Aristoteles repetiit li. Politicõ 3 c.8.dum dicit, nobilitatem ob id in honore haberi, quia consentaneum est, ex melioribus ortos esse meliores. Est enim, inquit, generis virtus nobilitas. Et idem lib.3.Rhetoric. ad Theodecten.c.16. Nobilitas (inquit) & educatio ad faciendam fidem adhibentur. verisimile enim est probum ex probis, & bene educatum in probum virum euasisse.

¶ Quod

22 ¶Quod autem de maiorũ exemplo prætereà diximus, astruit etiam Panor. in c. venerabilis, col.2.de præben.vbi dicit quòd maiorum nobilitas posteros ad virtutes suo exemplo excitat. Ideóque Tullius in oratione pro P.Sextio, Vos(inquit)adolescentes,qui nobiles estis,ad maiorum vestrorum imitationẽ excitabo.Et alibi in eadẽ oratione,Omnes,inquit, boni semper nobilitati fauemus,& quia vtile est Reipublicæ nobiles esse homines dignos maioribus suis, & quia valet apud nos clarorum hominum senex de Repub. meritorum memoria, etiam mortuorum.Et in 2.in Verrem actione,Circunstant te summæ anthoritates,quæ te oblinisci laudis domesticæ non sinant,quæ te dies noctésque commoueant,fortisimum tibi patrem, sapientisimum auum,grauisimum socerum fuisse.Et hinc illud Andromachæ Virgilianæ interrogantis Aeneam de Ascanio filio,

De eadẽ re. Maiorum exempla.

Ecquid in antiquam virtutem, animósque viriles
Et pater Aeneas,& auunculus excitat Hector?

Salustius autem in prooemio belli Iugurthini,Sæpe(inquit)audiui ego Quintum Maximũ, Publium Scipionem,prætereà ciuitatis nostræ præclaros viros solitos ita dicere,cùm maiorũ imagines intuerẽtur,vehementisimè animum sibi ad virtutem accendi. Et faciunt multa quæ latè collegimus in nostris legibus connubialibus. leg.7. num. 1.& multis sequ. & quæ dicemus infrà.c.22.

23 ¶Ex hoc autem quod dictum est.præsumi pro nobilibus,manat quod pulchrè & eleganter scribit And.Iser.in c.1.versi.hoc intelligendum,tit.qui succe. tene. quòd promissa nobilium pro factis habentur,per tex.in l.nemo.ff.de in integ.resti.vbi nemo videtur ea re exclusus,ad quam Prætor in integrum se restiturum pollicetur,& sequitur Matth.Afflic.ibi, col. 4. versi. maximè quia vt dicit.& Io.Lup.in repe.rubri.de donat.inter vir.& vxo.char.4.col.3. Ex sententia igitur And.Iser.tantum fidei & legalitatis præsumitur in nobilibus, vt si quicquam promiserint, id peræquè sit certum ac indubitatum, ac si iam factum esset. & quod scribit Homerus Iliad.18.de Agamemnone loquens,

Promissa nobilium, pro factis habenda.

αὐτίκ' ἔπειτ' ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον. Id est,

Mox simulac dictum est verbum,res ipsa peracta est.

Nec locus sit ioco Martialis in Proculum lib.1. epigrammate 84.

Tu factam tibi rem statim putasti. Et iterum ad Bitynnicum lib.2.epig.26.

Iam te rem factam Bithynnice credis habere?

Tanquam promissa sint parum certa:iis autem demum fidere queas,quæ iam præstita sint, atque exhibita.Scribit autem Seruius, promissa deorum pro factis esse , in id referens illud Virgilij lib.12. Aeneidos,

De quo dvis. Bene inquit,præsenti vsus est tempore.Nam promisio in diis pro facto est.

24 ¶Scribit autem Bal.con.327.pridie,col.2.versi.item varietas.li.1.q principibus maximè conuenit illud verbũ,Semel locutus est Deus,quod est vt illi addas psal.61.Et illud,Quod scripsi scrip si.Nam & princeps debet habere vnũ calamũ,& vnã linguã,nõ plures:quia scriptũ est, quæ processerunt de labiis meis,nõ faciã irrita.Et ideo,inquit,debet princeps esse immobilis, sicut lapis angularis,& polus in cælo.Ex hócq; dicit fieri, vt priuilegiũ principis debeat esse perpetuũ.Vnde,vt idẽ Bal.paulo antè dixerat,Celestinus papa qui papatui renũciauit.vt scribitur in c.1.de renunci.li.6.fuit reputatus animal irrationabile,non homo q quæ concesserat mane vnius diei,vespere eiusdem reuocabat.Quod & idem propemodũ scribit in c.1.in prin. tit.de nat.feud:vbi & id subiungit,q ob id licèt Cardinales scirent illum renũciasse papatui per fatuitatem,tamen quia erat vnum pecus,libenter acceptarunt eius renunciationem.

Principũ verba nunquã irrita esse debere.

25 ¶Secundò ex hoc quoque proficiscitur, q cùm tractatur de nuptiis liberorum furiosi, & dementis,sunt in eam rem conuocandi,qui ex eo genere nobiliores sunt, veluti iura præsumãt eos honestiùs se in ea re habituros,magísq; cõsulturos cõmodo & honori eorũ,de quorũ nuptiis tractatur,tex.est in l.fã demẽtis,vbi & hoc annotãt Alberi &Raph.Fulgo.in fi.C.de epi. audi. Et similis tex.in l.si furiosi.C.de nupt.& illos tex.in id quoq; expẽdit Alber.in l.1.nu.4. C.si aduer.dot.Et in d.l.si furiosi.Bal.hinc occasione sumpta no.id quod suprà diximus, præsumendũ esse pro nobilioribus,sicuti etiã no.Albet.in l.2.§.quæ omnia,per illũ tex. in verbo, antiqua stirpe.C.de vet.iur.enucl.& in suo dictionario,in verbo,nobilis.Et bene facit tex.in c.1.32.q.4.Ex quo nò.Luc.Pen.in l.mulieres,col.6.ver.16.C.de digni. Quòd si consanguinei puellæ dissentiant de eius nuptiis.est nobilioris arbitrium anteponendum.

Nobiliores ad tractandas nuptias liberorum dementis cõuocandi. Dissentientibus puellæ consanguineis nobiliorum arbitrium præferendum.

26 ¶Hinc tertiò quòd leges sanciri debent à principibus,etiam nobiliũ cõsilio,vt apertè probat tex.in l.imperialis,ibi cæterorúmque nobilium,tit.de prohi.feud. ali. per Lothar. Præsertim verò Procerum & Senatorum, vt ab Imperatore sancitum est in l.humanum.C.de legib.& authen.habita,in prin. C.ne fili.pro pat.& in c.1.in prin.tit. de prohib. feud.ali. per Feder. Et quod planè ostendit Virgilius,qui de Aceste rege loquens lib.5.Aeneidos ita scribit:

Nobilium consilio leges sanciri debent.

—Gaudet regno Troianus Acestes,
Indicitque forum,& patribus dat iura vocatis.

Id est,leges sancit,iura distribuit,vocatis in id patrib,Id est,Senatoribus.Ita enim Senatores vocabantur,

vocabantur, vel ætate, vel curæ similitudine, vt & inibi annotat Seruius Salustij autoritate, & alibi quoque dicemus. Id autem sanctißimè ac prudentißimè obseruabant olim nostri reges, qui nullas ordinationes, quas vocamus, edebant sine consilio multorum principum, Præsidum, ac Consiliariorum Parlamentorum, vt ex illis videre licet.

Excusatur qui castrũ nobili custodiendum dedit.

27 ¶ Hinc quartò quod scienter voluit Oldr. consi. 92. rex habebat. Quod si is cui princeps castrũ custodiendum mandauit, alteri custodiam delegauit, qui castrum inimicis vel dolo, vel culpa prodidit, illum esse tum demum excusandum, si nobili eam prouinciã commiserit, nõ etiã si ignobili, ar. l. vlti. in prin. ff. de cust. reo. & l. pe. C. eo. & l. vlt. §. hac actione. ff. nau. caup. stab. Quasi non sit tam verisimile nobilem prodi turũ, aut malè custoditurũ, quàm ignobilẽ. id quod etiam voluit Io. An. illius discipulus, qui tamen magistri nullam mentionẽ facit, in addit. Spec. in rub. de loca. in fi. Sequitur & commendat Barb. in l. si ex stipulatu, col. 8. ff. de verb. oblig. vbi dicit dignum esse memoria, & in c. accedens, le. 2. col. 2. extrà vt lit. non cõtest. & in d. extrauag. volentes, & in tract. de præstan. Card. in 1. q. 2. partis in 1. membro, ad fi. & d. con. 62. scriptum est, col. 13. eod. lib. 2. & consi. 34. præclarè optimus, col. pe. eo. lib. 2. & d. consi. 35. post prio. eo. lib. 2. & d. consi. 46. col. antepe. lib. 4. Fran. Cur. Senior in repe. l. admonendi, col. 48. ff. de iureiuran. Iason in d. l. si pecuniã. §. vlt. in fi. ff. de cõdi. ob cau. & Fely. in c. Petrus, col. 1. & iterum col. antepe. de homicid. Ant. Corsi. in rep. d. c. grandi, col. 10. de suppl. negli. præla. lib. 6. Petrus Gerar. sing. 30. pro nobilibus, Io. Lup. in d. repe. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 9. col. 4. versi. ex his etiam inferri. Ego verò illum magis excusarem, si nobili, quàm si ignobili eam prouinciam demandasset: nec tamen eũ omnino culpa vacare arbitrarer, nisi homini notæ fidei & probitatis, & experientiæ tantam prouinciam támque periculosam cõmisisset: neque enim statim cuilibet nobili in tanta re fidendum est.

Excusatur iudex qui nobili palatium pro carcere assignauit à quo aufugit.

28 ¶ Hinc quintò quod & no. scribit Angel. in l. si à bonæ fidei, per illum tex. ff. de rei vẽdi. excusauisse se in sindicatu quandam potestatem, qui nobili viro quem Aritiani Bononię ei custodiendum tradiderant, palatium pro carcere asignauerat, à quo ille aufugit: quasi non esset præsumendum, quòd vir nobilis aufugeret. quod dictum commendat & sequitur Barb. in omnibus ferè locis nuperrimè allegatis, & prætereà in c. 1. col. 4. de commo. & in d. c. accedens, colum. 2. vt lit. non conte. & con. 62. illud in medium, col. 4. versi. faciat elegans. libr. 1. & alibi sæpe. & Fran. Curt. Senior in d. l. admonendi, col. 48. vbi hoc dictũ pro mirabili allegat. & ibi quoque Iason in repe. char. 16. nu. 174. & char. seq. nu. 182. & idem Iason in auth. iubemus, co. vlti. C. de iudic. & in d. l. si pecuniam. §. vlt. vbi hoc dicit sing. Fely. in c. cùm contingat, col. 3. versi. prima conclusio, de rescrip. & Catel. Cot. qui & hoc dicit sing. in memo. incip. nobilitas. Pet. Gerald. qui id sing. dicit. d. sing. 30. Io. Lup. in d. repe. rubr. de donatio. inter virum & vxorem. §. 9. col. 3. num. 14. Hippo. Marsi in l. 1. §. ad quæstionem. col. 4. versi. & facit notabile verbum Angel. ff. de quæst. & Alcia. in d. 1. regula præsum. 48. nu. 2.

Etiámque si totam ciuitatem.

29 ¶ Cui consimile est & 6. quod tradit idem Angel. in l. pe. ff. quòd met. cau. quòd potestas non solùm potest asignare nobili totum palatium pro carcere, sed & totam ciuitatẽ: & ita faciens satisfacit statuto disponenti, quòd accusatus de delicto debeat poni in carceribus. Sequitur Fran. Cur. in rep. d. l. admonendi, vbi suprà, & ibi etiam Ias. in rep. d. nu. 174. ff. de iureiur. & in d. l. si pecuniam. §. vlt. in fi. ff. de condi. ob caus. vbi hoc dicit singu. & diligenter esse notandũ. & Catel. in memo. carceres variantur.

An nobiles in carceribus detineri debeant. Et an adeò strictè vt ignobiles.

30 ¶ Et generale est, vt nobiles non ponantur pro delictis in carceribus, vt dicit Lucas Pen. in l. mulieres, col. 5. versi. cu. octauo. C. de digni. libr. 12. per quædam iura ibi allegata, licèt contrarium teneat Archi. in c. quisquis. 2. quæst. 8. vbi satis probatur nobilem non adeò strictè detinendum esse in carcere, vt alium. Ideo super hoc distinguit idem Lucas in l. quoties, col. 5. C. eod. de digni. sicuti apud illum videre poteris. Apud Liuium libr. 3. C. Claudius queritur virũ honoratißimæ imaginis (is erat Appius Claudius) in vincula fuisse coniectum. Ex quo & illud quoque paulo pòst Quintius Cincinus indignanter admodum pronunciauit, Agitedũ vbi hîc curiam circumsedetis, & forum infestum feceritis, & carcerem principibus impleueritis, & cætera quæ sequuntur.

De eadẽ re.

31 ¶ Quibus cõcinit quod tradit Bal. in l. 2. col. 2. C. de exhib. re. dũ quęritur, inquit, an quis reus criminis sit detinendus in carcere, & quãdo, & qualiter. Si nondũ, inquit, sit conuictus, aut cõfessus, si est vilis persona, debet mitti in carcerem: sin nobilis, debet honestè in palatio detineri & ita iudex arbitrabitur, per l. 1. ff. de cust. reo. Et idẽ propemodũ dixerat Cy. ibi, in 4. no. ex quo facilè intelliges nobilem non adeò strictè detinendum esse in vinculis, ac ignobilem. Et in hanc sententiã Fran. Aret. in l. si quis post accusationẽ, col. vlt. ff. de test. Honesta (ait) persona, ratione officij, vel dignitatis, non prius debet poni in carcerem, quàm fuerit conuictus, per l. filio exhæredato. §. eius qui igitur. ff. de iniust. test. & in l. vlt. circa medium. C. de accu.

Quid si nobilis semel aufugerit.

32 ¶ Sed hoc intellige, nisi is nobilis semel aufugerit à palatio, quod illi fuerat loco carceris asignatum. Nam debet posteà in vinculis & carcere detineri, nec debet cum fideiussoribus relaxari, per glo. no. quam sequuntur Bal. & Ro. qui illam dicit notatu dignã, in l. lege Cornelia, in verbo, ex vinculis. ff. de Senatusc. Syllan. Sequitur item ipse Alex. in d. l. si pecuniam. §. sed si

acceperit,

acceperit, qui est vlt. col. 2. ver. limitat tamen. ff. de cond. ob cau. vbi id declarat. & in addi. Bar. in l. 1. ff. de custo. reo. vbi illam dicit sing. & Aug. Are. in tract. malef. in verbo, fama publica, col. 32. in paruis, vers. quarto notandum est, vbi etiam illam dicit sing. Fran. Curt. Senior in rep. d. l. admonendi, col. 48. vers. quod limito. ff. de iureiur. & Bar. qui illam quoque dicit sing. in c. nullus, de præsumpt. & con. 76. incip. sapienter scribitur, col. 4. & Io. Lup. qui in hoc casu nominatim loquitur, in d. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 9. col. vlt. vers. intellige tamen prædicta. Et bene facit quod voluit Bal. in l. nemo, in fi. per illum tex. C. de episc. audi.

33 ¶ Hinc sexto magis creditur testi nobili, quàm plebeio: & quo quisque nobilior est, eo magis illi creditur, vt no. gl. in l. 3. in verbo, plebeio per illum tex. ff. de testib. & gl. in §. item testium, in verbo, quis decurio. 4. q. 3. & Specul. tit. de teste. §. postquam, vers. porrò. Odof. in l. vlt. ff. de fid. instr. & Bar. in d. l. 1. col. 9. vers. vnde in dubio. C. de dig. lib. 12. Lucas Pen. in d. l. mulieres, col. 5. vers. 9. præferendi sunt, & vers. seq. C. eo. tit. & iterum in l. 2. col. 5. vers. & sicut nobiliores. C. de exac. & exec. eod. lib. 12. & Bal. in l. testium, col. pe. vers. 2. dico. C. de testib. vbi dicit, quod pauci testes nobiles, multis testibus vilibus & rusticis sunt præferendi. & Alua. in c. 1. §. si miles rusticus, post medium, tit. de pace tenen. & Io. Ray. in tract. nobilitatis, in 7. q. princ. Cepol. in d. tract. de imper. milit. delig. in 3. priuilegio, & iterum in 20. priuilegio nobilitatis. Calca. con. 9. in quæstione Iacobelli, col. 3. vers. sed posito. & Iason in l. maiorem. ff. de pac. vbi dicit ad hoc facere tex. in c. super hoc, de Renun. & Felyn. in c. in nostra, col. pe. extra de testib. Philip. Decius con. 342. in caussa partus, in 1. dubio, in fin. Hippo. Marsil. con. 65. in nomine matris, col. 6. vers. confirmatur præterea, libr. 1. Aymo Crauetta, con. 6. plura videnda sunt, num. 28. Pet. Gerard. à Petra sing. 11. his casibus, col. vlt. vbi & hoc dicit, quod licet alias viri in testimoniis præferantur mulieribus, fallit tamen, si mulieres essent nobiles, & viri ignobiles. Et optimè facit tex. in §. 1. vers. sancimus, & quod ibi voluit glo. in verbo, dignitatis, & in verbo, militiæ, & in verbo, ignobiles. in auth. de testib. & quod voluit Host. & post eum Imo. in c. in nostra præsentia, de testib. Vt tamen non omittas quod dicit Bal. vt à nonnullis citatur, con. 420. verba principis, col. 2. lib. 1. quòd testes quanto sunt simpliciores & rusticiores, tanto sunt credibiliores. Sed ibi non dicit.

Testi nobili magis creditur, quã ignobili.

34 ¶ Sed quod diximus, magis credendum esse nobilibus, quàm ignobilibus, hoc velim intelligas, nisi nobiles deponerent pro actore, ignobiles pro reo, arg. eius quod in simili dicit glo. in c. clerici 81. di. & Panor. in c. ex literis, col. 1. in pe. no. de probat. vbi illam glo. dicit sing. & ibi etiam Philip. Dec. col. 2. vers. & ista conclusio, & idem Panor. in c. ad nostram, col. vlt. vers. ad hoc vide, eod. tit. vbi eam dicit not. & in c. in nostra, col. 3. vers. sed est dubium, de testib. vbi dicit valde not. & in c. eo tenore, col. 2. vers. nota vnum modum, eod. tit. & in c. cum P. col. vlt. vers. & vide, de accus. Et nuncupatim, in specie nobilium & ignobilium, voluit Caro. Rup. consil. 158. visis, col. 3. vers. præterea quamuis, lib. 5. Sed quomodo id intelligatur, videbis apud eundem in eo. cons. col. pen. versic. nec ob. quod testes, Fran. Aret. & Philip. Deci. in d. c. ex literis, de probat.

Quid si nobiles pro actore, ignobiles pro reo deposuerunt.

35 ¶ Septimo non tantum in testimoniis & in causis aliorum, sed & cum agitur de eorum re, magis creditur nobilibus, quàm cæteris, vt patet ex eo quod scribit Aluar. in d. §. si miles rusticum, ad medium, tit. de pace tenen. & ante eum Bal. in l. 1. col. 3. vers. quid ergo est in codicibus. C. de confes. Quærit enim an credendum sit codicibus mercatorum, tam pro se, quàm contra se de qua re multa dicit: sed illud inter cætera, quòd si mercator est nobilis, & quantitas parua, credendum est etiam pro se. Nec mireris, quod dicit de mercatore nobili. Nam in multis nationibus mercatura nihil obest nobilitati, vt plenè docuimus suprà, vbi de consuetudine locuti sumus, & dicemus postea cum tractabimus, an mercatura nobilitati præiudicet. sed & hoc quoque voluit Lucas Pen. in l. mulieres, col. 5. vers. 10. C. de dign. lib. 12.

In vniversum plus creditur nobilibus.

36 ¶ Facit & quod scribit Specul. tit. de furtis. §. 1. vers. sed quid si nauta, dũ quærit quid, & quantum credatur peregrino, de subtractione rerum, quas se dixit posuisse in naui vel diuersorio, dicit considerandam personam ipsius, vtrum sit nobilis, vel diues, an pauper & ignobilis. Huc quoque pertinet quod not. tradit Fran. Cur Senior in reper. l. admonendi, in 65. fallentia. ff. de iureiur. nullam caussam esse tam grauem, quin iudex possit deferre iuramentum in supplementum probationis, multis id suadentibus, in quibus reponit nobilitatem partis, per not. à Panor. in c. mulieri, de iureiurand. & alijs quos inibi citat.

De eadem re.

37 ¶ Sed & aliàs semper (& octauo) in electionibus & aliis quibuscunque actibus, vbi voces sunt vndique pares, præferuntur nobilium voces cæteris. ita voluit gl. in d. §. item testium 4. q. 3. & Bar. in d. l. 1. loco nuper allegato. C. de dign. per d. l. maiorem, in princ. ibi, qui dignitate inter eos præcellit. ff. de pac. & in d. l. 3. §. 1. & l. ob carmen. §. vlt. & ibi no. ff. de testib. & sequitur Cepol. vbi suprà, in 2. priuilegio nobilitatis, & Io. Ray. in d. 7. q. princ.

Nobilium voces in electionibus, et aliàs semper præferenda.

38 ¶ Quod etiam procedit in electionibus beneficiorum, & dignitatum ecclesiasticarum. Ne quis putet hoc tantum procedere in dignitatibus secularibus. Ita enim notabiliter voluit Innoc. in c. dudum, le. 1. super verbo, dignitate, & ibi quoque Host. & Io. An. in eodem verbo. & Panor. in 4. no. de elec. & Cæsar Lamberti. in tract. de iure patro. in 24. art. 1. quæst. prin. 3. par-

Idque etiã in electionibus sacerdotiorum.

tis lib. 1. col. 3. verſ. non obſtat etiam dictum, & in 18. art. 5. quæſt. prin. 3. partis lib. 2.

Nobili dicenti ſe habere mandatum an credatur.

39 ¶ Hinc nono quod licet aliàs non credatur dicenti ſe habere mandatum à principe, ſiue ſe dicenti legatum principis, niſi doceat, per l. 1. C. de mand. prin. & in c. cum in iure peritus, extra de offic. deleg. cum ſi. Tamen nobilitas aſſerentis plerunque facit, vt ſibi, vel ſine alia probatione credatur, per tex. in c. nobiliſsimus. 17. di. & no. Innoc. vt à nonnullis citatur in d. c. cum in iure peritus, poſt princ. dum citat d. c. nobiliſsimus, & Ioan. An. in c. ad apoſtolicæ, in verbo, proponi iura, de re iudic. lib. 6. & Ang. qui ſuper hoc diſtinguit. con. 182. mandatum principis, vbi videre poteris. & Luc. Pen. in l. mulieres, col. 5. verſ. 10. generaliter. C. de dign. lib. 12 Io. Plat. in l. prohibitum. C. de iure fiſ. lib. 10. & Barb. in tract. de præſtan. Card. in 1. q. 2. partis, col. 3. verſ. 3. iuriſdictio.

De tutore nobili emẽte rem pupilli.

40 ¶ Hinc decimo quòd ſi tutor nobilis palam per interpoſitam perſonam, ſe ipſo autoritatem præſtante, rem pupilli emat, non præſumitur fraus, & valet emptio: ſecus, ſi alius tutor idipſum faceret. tunc enim fraus præſumeretur, nec valet emptio, per tex. in l. pupillus. §. ſed & ſi per interpoſitam perſonam, verſ. ſanè ſi quidam emit. ff. de auth. tut. quam ſic intelligit Cepol. in d. tract. de imper. milit. delig. in materia nobilitatis in 17. priuilegio, & Io. Lup. in repe. rub. de don. inter virum & vxo. char. 4. Quod eſt ſingulariſsimum ſi verum eſt.

Nobilitas ætatem ſupplet.

41 ¶ Hinc vndecimo adeo præſumitur pro nobilibus & eorum prudentia, vt nobilitas ætatem ſuppleat, vt dicit And. Bar. in conſtit. Siciliæ incip. minoribus, & ibi poſt eum Matth. Afflic. col. 4. verſ. tertio quærit. Nam nobiles, vt ipſi dicunt, frequenter in curia verſantur, iuxta l. omnium, in prin. C. de teſt. & alibi poſtea dicemus. Ideo cęteris prudentiores, atque exercitatiores eſſe præſumuntur, ar. not. in l. 1. C. qui & aduer. quos. Et propterea etiam princeps dicitur habere peritiam totius iuris in ſuis ſcriniis reconditam, vt dicitur in d. l. omnium, & in c. 1. de conſtit. lib. 6. Nempe propter nobiles & ſapientes, qui cum quotidie comitantur, vt dicitur in d. l. omnium. Ex quo fit, vt malitia in iſtis ætaté ſuppleat, iuxta c. tuæ. de deſpon. impub. Sicut etiam in ſimili videmus, quod Doctori minori non compent reſtitutio, vt voluit gl. in l. profeſsio. C. de muner. patri. lib. 10. & alibi latè diximus. Et hac, inquit, ratione fit, vt in conſtitutionibus Siciliæ, inter nobiles maior reputetur, qui 18. annum attigerit, non ſecus ac maior 25. annis. Quin & maior 14. annis poteſt contrahere, & litigare ſine curatore: ſi tamen læditur, competit in integrum reſtitutio. Sed & ex multis Galliæ conſuetudinibus is maior inter nobiles cenſetur, qui 20. aut 21. annum attigerit. Sed & hinc quoque illud manauit, vt in concordatis Papæ & Regis, cum quinquennium requiratur in baccalaureis Iuris Canonici, vel ciuilis, tamen in nobilibus ſufficit triennium. Licet alias rationes huius rei afferat amicus noſter Petrus Rebuffus in tract. nominationum. q. 12. in prin. vti videre poteris.

Ex multis conſuetudinibus maiores reputãtur minores 25. annis.

An talis conſuetudo valeat.

42 ¶ Quæ quidem conſuetudo, vt id obiter dicam, valet. Poteſt enim conſuetudo & ſtatutum minorem 25. annis, facere maiorem, vt dicit Bal. conſ. 103. quæritur vtrum domina, lib. 4. vbi ad hoc allegat gl. in l. 2. ff. de eo quod cer. Io. & Pe. An. in repe. c. 1. in 14. q. princ. verſ. vltimo hic refero quæſtionem, de conſtit. referens Salyc. & alios, & idem quoque voluit Mari. conſ. 22. viſis actis, col. 7. verſ. ſed hic aduertendum. Super quo tamen illud notandum eſt, quod eleganter conſuluit Pau. Caſt. con. 106. incipiendo à ſecundo, quod licet ſtatutum velit maiorem 20. annis cenſeri, non tamen intelligetur, quantum ad alienationem bonorum, per tex. quem dicit expreſſum in l. 2. verſ. ita autem, & in l. eos. C. de his qui veni. æta. impe. & ſequitur Soci. con. 130. viſa contingentia facti, col. 3. lib. 1. quod & repetitum eſt con. 235. lib. 2. & Fran. Cur. Senior con. 44. ſuper contingentia facti col. 10. verſ. minor iurando.

Maior factus à conſuetudine ante 25. annos non intelligitur quo ad alienationem.

Nobiles legationibus obeundis præferẽdi.

43 ¶ Hinc duodecimo illud manare poteſt, quod obeundis legationibus ſunt nobiles cæteris præferendi, vt dicit Luc. Pen. in l. mulieres, col. 5. verſ. 6. circa legationes. C. de dig. lib. 12. & in rub. C. de lega. lib. 10. col. 5. verſ. 11. eligendus eſt, & prin. re loco citat l. pe. ff. de legatio. quæ ad hoc parum facit. Verùm eſt bonus tex. in l. ſciendum. §. ordine, in verbo, de primatibus viris. ff. eo. quem & ad hoc no. idem Luc. in l. 2. col. pe. verſ. & ſicut nobiliores. C. de exac. & exec. lib. 12. Sed & ad hoc citat idem Lucas in d. rub. de legatio. illud Saluſtij in Iugurthino bello, Leguntur in Africam maiores natu nobiles amplis honoribus vſi, in queis Aemilius Scaurus, &c. Et bene etiam facit tex. in c. ad apoſtolicæ, poſt prin. ibi, ſpeciales nuncios & magnæ autoritatis viros duximus deſtinandos, de re iud. lib. 6. & ibi. Dom. poſt prin. Nota, inquit, quales debent eſſe viri, qui deſtinantur pro ambaſiatoribus, vt ſcilicet ſint magnæ autoritatis.

Ad idem.

44 ¶ Quibus etiam concinit illud Cæſaris lib. Comme. 1. vbi de eius aduentu Heluetij certiores facti ſunt, legatos ad eum mittũt nobiliſsimos ciuitatis. Illúdque Virgilij lib. 11. Aeneid.

Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet.

Vbi Seruius, Et ex numero (ait) & ex nobilitate legatorum intelligitur negotij magnitudo. Illud item Liuij 1. decadis lib. 2. Quibus cum reſponſum eſſet, miſſurum ad regem ſenatum legatos, miſsi confeſtim honoratiſsimus quiſque ex patribus. Et illud Iuſtini lib. 13. Legatos ad mitigandum eorum animos duos ex proceribus mittunt. Et illud Honorij Imperatoris apud Claudianum in lib. de nuptiis eiuſdem Honorij & matre.

Oratum miſi proceres quia proxima nobis

Iura tenent. Scribitur Numeri 22. quòd cum Balach rex Moab misisset quosdam ad Balaam, qui illum adducerent maledicturum filiis Israël. Quibus ille obtemperare à Deo monitus noluit. Misit item nobiliores, quàm ante miserat. Apud Probum Aemilium Themistocles, cuius ille vitam describit, apud Lacedæmonios dicebat, æquum esse illos bonos viros nobilésque legatos mittere, quibus fides adhiberetur, qui rem de qua agebant tractarent. Et apud Agathium lib. 4. historiarum peregrinarum, Lazi ad Iustinianum imperatorem ex gente sua primores quosdam, & nobiliores legatos miserunt.

45 ¶ Quanquam & præter hanc rationem, quòd videlicet præsumitur nobilis fidelius & prudentius legationem cæteris obire, alia quoque ratio reddi potest. Ne videlicet contemnatur legatio, séque cõtemni putet is, ad quem mittitur, nisi legati dignitas, & eius à quo mittitur, & eius quoque ad quem destinatur, dignitati respondeat. Ex quo illud Annibalis Scipionem alloquentis apud Liuium lib. 2. belli Punici decimo. Vestri quoque, vt audio, patres nonnihil etiam ob hoc, quia parum dignitatis in legatione erat, negauerunt pacem. Annibal peto pacem, &c. Et paulo post, Legati Carthaginenses vocati, quorum ætatibus dignitatibúsque conspectis (nam longè primi ciuitatis erant) tum pro se quisque dicere, &c. Et quod apud Homerum lib. 9. Iliad. Phœnix monet Achillem, ne conditionem Agamemnonis, ab Vlyxe & Diomede in eam rem legatis, oblatã renuat, præsertim ob huiusmodi legatos, ex omni cœtu Græcorum nobilissimos. Et facit quod scribitur in epistola, inter claras, ante fin. in vers. præterea serenissime. C. de sum. tri. *Ad idem.*

46 ¶ AD NOBILIS domũ accedendũ est, nõ ipse cogendus domũ relinquere, ad aliósque venire, per tex. loquentẽ in redditione rationis, quæ fit nobili, in l. pe. §. vlt. iuncta gl. ff. de cond. & demon. Et ita quoque simpliciter voluit Bal. in l. mutus. §. is qui curatorem. post princ. ff. de procur. cum dicit, Vnde iudex mittet ad domum adultæ, vel adulti, quia fortè est persona nobilis & egregia, & in c. si qui testium, col. 3. extra de testib. vbi dicit esse mittendum ad nobilem tanquam ad egregiam personã, & Cepol. in d. tract. in 25. priuil. nobilit. & iterum in 31. priuil. *Ad nobilis domum veniendum cum quid cum eo agendum est.*

47 ¶ Quod etiam procedit in nobili paupere, sicuti voluit gl. in d. c. si qui testium, de testib. quæ dicit, quòd iudex debet mittere ad examinandum testem nobilem pauperem, nõ autem eum cogendum venire ad iudicem, quam sequuntur Host. Panor. Fel. ibi. & Ro. sing. 172. itẽ quæro an illa lex, vbi dicit per eam, quòd l. ad egregias. ff. de iureiur. habet locum in nobili paupere. & Lucas Pen. in d. l. mulieres. col. 5. vers. 10. C. de dign. & Cepol. vbi suprà. in 32. priu. & seq. & Fel. qui sequitur Ro. vbi suprà in d. c. si qui testium. super gl. vlt. *Nobilis censetur egregia persona Etiam si is pauper sit.*

48 ¶ Sed circa hoc est notandum, quod gl. in d. c. si qui testium, quíque eam sequuntur, ita de ea re loquuntur, vt videantur sentire, id quod dicunt procedere in nobili paupere tantum, cui videlicet esset dedecori in publico apparere, quíve verecundaretur, vt dicit gl. venire, & sese conspectui hominum exhibere, ob inopiam & habitum forte non satis honestum: id quod dicit Panor. ibi facere, vt excusentur nobiles pauperes à muneribus publicis nobilium hominum, quæ palàm sunt explicanda. Nam & apud Euripidem in Helena Menelaüm pudet sese palàm exhibere, propter suam squalidam & pannosam siue laceram vestem, *De eadem re. Nobili dedecus in publico apparere cum squalidis vestibus.*

—ὄχλον γὰρ ἐς ταυτὸν ᾐσχυνόμην,
ὡς ἐς ἐρώτας τὰς ἐμὰς δυσχλαινίας
κρύπτων ὑπ' αἰδοῦς τὰς τύχας.

Et vide quæ dicam infrà, eodem c. nu. 180. nobiles & eorum vxores.

49 ¶ Cæterùm ad illam gl. ita intellectam bene facit alia gl. in l. multi. ff. de testib. inuitos testimonium dicere non cogi, qui sine dedecore apparere non possunt, per tex. optimum in l. in eadẽ, in fi. ff. ex quib. cau. s. mai. vbi non solùm ij in vinculis esse dicuntur, qui ita alligati sunt vt vi detineantur: sed & qui sine dedecore in publico apparere non possunt, vt eis tanquam absentibus subueniri ex eo edicto debeat. Et bene etiam facit quod per d. l. dicit gl. in §. hinc nobis, in verbo, necessitas, in auth. de hær. & falci. & Bar. in l. pecuniæ, ante fi. ff. de ali. & cib. lega. & in l. si fideiussor, in fi. ff. de fideius. Tamen Ias. in d. l. ad egregias, in hoc reprehendit gl. in d. l. ad egregias, quoniam priuilegium illius legis non competit ob paupertatem, vel verecundiam, sed propter dignitatem personarum, vt constat, licet nihil aliud dicat Ias. ex verbo, egregias, in d. l. posito, quod ad paupertatem aut verecundiam trahi non potest. *In vinculis sunt qui in publico sine dedecore apparere non possunt.*

50 ¶ Sed hic quæstionis est, an ad nobilem, aut alios huiuscemodi mittendum sit expensis eorum, aut aduersariorum. vide Spec. tit. de iura. cal. §. restat, ad fi. & ibi Io. And. & Bal. in addi. & Guil. Suz. in l. 2. C. eo. tit. & Io. Corseri. & D. Aufrer. in addi. illius, in deci. Tolo. dec. 100. item fuit quæsitum si positiones, & iterum dec. 274. item fuit petitum per actorem. Et quod in simili tractatur per Cy. in l. generaliter, in q. 4. eadémque vlt. & ibi etiam Bal. & Sal. in §. his de præsentibus. C. de iureiur. Bar. in l. 2. §. defendi, ad fi. ff. qui ex cau. in pos. eat. & Dom. in c. præsentium, col. 5. vers. sed quis soluet, de testib. lib. 6. *Cuius expensis mittendum est ad nobilẽ.*

51 ¶ NOBILES ignobilibus sunt præferendi in sessionibus, salutationibus, & aliis id genus præferentiis, vt ita cum nostris loquar, sicuti notat Zenze. in extrauag. execrabilis, vers. nos itaque, in verbo, generis claritatem, per l. 2. & 3. C. de offi. diuer. iud. & l. 1. C. de offi. ciuil. iud. *Nobiles in sessionibus, & id genus cæteris præferendi.*

& l.3.§.sedendi, vbi etiam gl. in verb. sedendi. C. vbi Senat. vel Clariss. Ad quam sententiam pertinet, quod antiquitus non idem locus in scenis & Theatris constitutus erat Nobilibus & Plebeis, vt videre licet ex Tullio, in 2. Philip. Valerio Maximo lib. 2. c. 5. vbi de more ludorum, & Suetonio in Augusto. c. 44. Nec quidem immerito, cum scribat Aristoteles lib. Politicôn 3. c. 8. nobiles & ingenuos sibi rationabiliter honorem arrogare. Et paulo post, nobilitatem apud omnes in honore haberi.

In idem.

52 ¶ Et bene facit etiam tex. in l.j.& 2. C. vt dig. ord. ser. lib. 12. vbi Ioan. Plat. in d.l.1. in fi. citat versum illum vulgarem magis quàm elegantem: Tali sede sede, ne dicam, surge, recede. & allegat c. sicut neophitus. 48. di. facitque etiam tex. in l. ex agentibus. C. de prim. agen. in reb. lib. 12. & in c.j.& in c. statuimus, de maio. & obed. in quo postremo loco, gl. dicit, quòd secundum dignitatem honorandus est quisque in sede. Ad quod etiam allegat c. cum olim, de consuet. vbi est etiam bona gl. & alia quoque iura, quæ ibi in promptu sunt omnibus. Inter alios autē allegat c. episcopos. 17. di. vbi hinc occasione sumpta no. Dom. quod ad hunc locum propius attinet, canonicum nobilem præcedere canonicum ignobilem, etiam prius receptū. ad quod & alia multa adducit, & sequitur Bar. con. 57. præclarè scribitur, in fi. lib. 2. & Fel. in c. clerici. col. 2. extra de iud. vbi etiam alia similia affert. Sed tu de hoc tamen vide quæ dicam infrà, hoc eodē c. nu. 173. instrumenta cōmunia, & iterū nu. huius c. postremo. verū nō adeò. & in 2. parte huius operis, quæ est de iure primigeniorū, in præfatione nu. incip. sed hoc ita intelligitur.

Nobilitas antiquitate præfertur.

In idem.

53 ¶ Et facit item quod voluit gl. in §. aliam, per illum tex. in verbo, altiori loco, Instit. de bono. pos. quod digniores debent sedere altiori loco, ad quod etiam allegat l.1.§. pe. ff. de aqua pluv. arc. & l. potiores. C. de offi. recto. prouin. & l. vlt. C. de tyr. lib. 12. Sed & illam gl. sequuntur Io. Faber, & Ang. Are. ibi. & Bal. in l. obseruare. §. antequam. ff. de offi. Procon. & con. 387. Archidiaconus. in prin. lib. 1. vbi illam dicit no. Ang. & Imo. in l. qui soluendo, l. 2. ff. de hær. instit.

In idem.

54 ¶ Et huc quoque spectat quod voluit Innoc. in c. dudum, le. j. in verbo, dignitate, iuncto tex. de elec. quod alter alterum ob nobilitatem antecedit. Est enim ibi tex. in hæc verba, qui alios dignitate præcedebat, & vt interpretatur ipse Innoc. & post eum Io. An. & Panor. erat cæteris nobilior. Ex quibus Panor. allegat gl. in c. lex est, di. 2. quę dicit maiores natu vocari nobilitate, dignitate, scientia, ætate. Faciunt & quæ scribit Bal. d. con. 387. columna secunda, lib. 3. Panor. con. 21. viso dubio, lib. 1. vbi etiam tenet non valere consuetudinem contrariam, & latè recentiores in rub. extra de maio. & obed. & Io. Plat. in l.j. in fi. C. de Comit. & Archia. lib. 12. & Card. Alex. in c. episcopos, columna secunda, di. 17. vbi dicit, quod si qui habent eandem dignitatem ab eodem, præfertur nobilior.

In his tamen consuetudo sequēda est.

55 ¶ Sed in hoc tamen attendenda est consuetudo, per tex. in d. c. cum olim, extra de consue. vbi Bal. in primo no. quòd consuetudo assignat loca sedendi & standi, quæ non debet inuerti, aut, vt ipse loquitur, posterari, quod & voluit idem Bal. in d. l. obseruare. §. antequā. ff. de offi. Procon. Ang. con. 111. ordo consuetudinis, in prin. Et bene ad hoc facit quod voluit Innoc. & cæteri, in c. 1. de maio. & obed. Imo. & recentiores in d. c. statuimus, eod. tit. Bal. in l. decernimus. C. de sacro. eccle. Dom. in d. c. episcopos, in fi. 17. di. Sed & optime facit tex. in l. non tantum, vbi longa consuetudo in ea re obseruata respiciēda erit. ff. de Decur. vbi & Bar. no. quòd in honoribus decernendis inspicienda est consuetudo. Vt tamen interim nō omittas, vt quod de priore loco suprà diximus, intelligi debeat, cum prior locus est honoratior. Nam si postremus aut medius, honoratior est ex more gentis, is nobilioribus constituendus est, vt in simili dicemus infrà in 10. priuilegio senectutis.

An nobilis possit agere vt ignobilis sibi cedat.

56 ¶ Sed illud quæritur, an hoc casu possit nobilis agere, vt sibi inferior cedat in huiusmodi sessionibus, & aliis huiuscemodi. Io. Fab. quem sequitur Ang. Are. in d. §. aliam. Instit. de bon. pos. dicit, quòd non potest agere actione iniuriarum, si inferior nō cedat, per tex. in l. iniuriarum actio. §. si quis de honoribus. ff. de iniur. Potest tamen implorare officium iudicis, vt cedere cogatur, quod postremum refert & sequitur, dicítque bene notandum Io. Ray. in tract. nobilitatis, in 8. q. prin. in prin.

De eadem re.

57 ¶ Sed & Bal, in c. licet caussam, col. 3. vers. ibi honore, extra de probat. dicit esse expeditum, quod pro honore competit officium iudicis, per eleganter no. in l. si duo patroni, in princ. ff. de iureiur. Sed & etiam illic videlicet in d. c. licet, in verbo, honoris, dicit esse casum, qui alibi non reperitur, quod etiam propter honorem competit iudicium possessorium: dum tamen sit is honor, qui habet aliquam vtilitatem, vel exhibitionem operarum, siue etiam obedientiam, vt in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. & l. honori. ff. de obseq. à liber. præstan. & l. ciuitatibus. ff. de leg. j. & l. falsa. §. 1. ff. de cond. & demon. & in c. 1. tit. quib. mo. feu. amit. & ponit etiam exemplum, videlicet quod subditi vadant obuiam episcopo processionaliter, vel cum palmis oliuarum, & ipsum recipiāt honorificè in exeniis, vt ipse loquitur, & similibus, secundum consuetudinem loci. Secus, inquit, de honore qui debetur virtuti: nec consistit in iure, sed in moribus. Ideo pro eo non competit aliqua actio nec petitoria, nec possessoria, & illum sequitur Fel. in d. c. licet, in prin. & ibi quoque Dec. col. j. vers. secundo dicitur de honore, & Card. Alex. qui hoc dicit no. in proœmio feudo. char. pen. vers. quinto principaliter quæro, vbi

ro, vbi tamen ita videtur intelligere Bal. vt pro honore, qui debetur virtuti, competat tantum officium iudicis. Pro alio etiam iudicium possessorium, quod tamen Bal. non intelligit.

58 ¶ Quin & idem Bal in d.l.obseruare.§.antequam.ff.de offic.Procon.postquam allegauit illam gl.in d.§.aliam, subiungit, quod qui vult ordinem turbare, tenetur actione iniuriarum & potest ei de facto resisti & armata manu: quia non tenetur pati iniuriam & contemptum proprij honoris, ar. l. j. ff.de postul. simpliciter refert Ias.in d.l.si non sortem.§.libertus, in 8. col. ff.de cond.inde.Philip.autem Fran.in c.significante, col.j.in fi.extra de appel. simpliciter dicit pro honorantiis dari interdictum vti possidetis. *De eadem re.*

59 ¶ SVPERIORIBVS nequaquam dissimile est quod voluit Bal.in c.j. vers.ego. tit. de pace constant. quod qui nobilior est in Liga, vt loquitur, is intelligitur esse superior ad conuocandum alios.ar.eius quod dicit Inn.in c.j.de maio.& obe.quod vbi abest is, qui præest collegio, dignior gerit vices ipsius, vt possit cæteros congregare.sequuntur Io.An. Panor. & alij ibi, & Bar.in l.j. ff. de albo scrib. & ibi Alex.in addi. qui & illud dictum Bal. de nobiliore sequitur. & ipse Bal.in rub.C. pro socio, col.j. & Cepol.in d.tract.de impe.mil.delig. in materia nobil. in 46.eodémque penul.pri.nobil.Hęc que non minimū confirmat quod tradit Diodorus Siculus li.3. apud Indos publicis cōsiliis præesse solitos, qui nobilitate essent maximè insignes. *Qui nobilior est in liga conuocare alios potest.* *Indorum mos in eam rem.*

60 ¶ NOBILEM ad pugnam non potest ignobilis prouocare, vt voluit Bal.in c.j. §. si rusticus, & ibi quoque Alua.& Car.in vers. similes aduersus, tit.de pace tenen.vbi ipsi Alua.& Card. reddunt rationem, quoniam pugna debet fieri inter æquales, vt no.glos. in vers. præcedenti, eo.tit.& hoc quoque voluit Io.Ray.in tract. nobilitatis, in viij.q.princ. & Cepo.in d.tract.de impe. militum delig. in 19. priuil. nobil. & Calca.con. 8.in causa pendente.col.viij.Ac nec ignobilis alterum ignobilem superioris gradus, vt tradit Matth.afflic.in d.c.si rusticus, in fin. arg.l.in arenam.C.de inof.testa. *Ignobilis nobilē prouocare non potest ad duellum.*

61 ¶ Ex quo posset videri ex illorum sententia nobilem alium nobilem posse ad duellum prouocare tanquam rem licitam & minimè fallacem. Nam vt dicit ipse Bal.in d. c.j.col.ij.in verbo, per duellum, tit. de pace tenen. Putant nobiles Deum esse auxiliatorem iustorum: hincque suam innocentiam duello purgare volunt. Tamē, vt ille subdit, Lombarda dicit multos sub iusto clypeo perire. Cuius quidem l. Lombardæ locus est, quem ille non designat in l.recolimus, tit.qualit.quis se defendat.& eam quoque citat glos.in l.qua actione §. si quis in colluctatione. ff.ad leg.Aqui. & in d.c.j.§.si quis hominem, & ibi etiam Baldus, tit.de pace tenen. & idem Bal.in l. ex hoc iure, col.iij.vers.octauo quæritur.ff.de iustit. & iure. Et in rub.de edi.liber.tol. & con.515.quidam fuit, lib.5.& ante eum Cy.in authen.generaliter. C.de episc.& cler.& de hoc est optimus tex.in c.ij.de purg.cano. *Duellum an sit licitum.*

62 ¶ Tamen si quis cupiat scire, an huiusceemodi duella sint licita, & quomodo, & alia quæ ad eandem rem pertinent (neque enim hic immorari tempestiuum est, neque libet) legat glo.in d.§.si quis in colluctatione, in verbo, nisi domino committente, & ibi. Alb.Bal. & Floria. à S. Petro.& gl. in c.j.in principio in verbo, per duellum: & ibi An.Iser.Bal.latè Marti.Laud. Iac. Alua.Mar.Laud.tit.de pace tenend. Cano.& inter alios late Ioan.Ana.in c.j.de elet.pugn.in duel.Bal.in l.vlt.in fi.C.de proba.Ang.con.374.themate.Bar.con.62.illud in medium, col.7.lib.j.Parid.Put in tract.de re milit.lib.j.tit.quid sit duellum.Latè Ias.con.144.facti contingentia, in 2.dubio, lib.item 2. Alciatum in libello, quem doctè & elegāter scripsit de ea re cui titulum fecit, de Monomachia, & in con. in id quoque priuatim edito, quod nouissimè simul cum eo libello impressum est, & Catel. Cot.in memor.incip.Perduellionis reus. *De eadem re.*

63 ¶ NOBILIS ab alio impetitus, & si potest fugere sine periculo, non tamen tenetur fugere, cum id sine dedecore non possit facere, vt voluit Cyn. in l.si ex plagis.§.tabernarius, & iterū in l.scientiā.§.qui cum aliter, & ibi etiam Flor.ff.ad legem Aquil.in suis addi.& rursus idem Cyn.in l.filius.etiam in addi.& ibi quoque Bal.per illum textum.ff.de condi.instit.& Bar.in l.vt vim, in fi.ff. de iustit.& iur. Bald.in c.1.col.5.vers.dicunt quidam, quod pro defensione honoris, tit.de pace tenen.& idem Bal.con.312. visis actis, col.2.vers.tertio est præmittendum, lib. 4. vbi pulchrè admodum loquitur Floria.in l.quemadmodum. §. si nauis alteram.ff.ad leg. Aquil. & Io. Ana. in c.porrò, col.pe. vers.refert, extra de cler.pug.Ang.Are.in §.ius gentium, Instit.de iure natu.gen.& ciuil.& in tract.malefic.in verbo.& dictus Titius se defendendo, in 2.char.col.j.in fi. & iterum in 3.char.col.3.vers.ex his infert, vbi ad hoc multa allegat.& Hippo.Marsil.in practica causarum criminalium §.quoniam, numero 8. *Nobilis impetitus fugere non tenetur.*

64 ¶ Et inter cæteros est optimus tex.suprà ad aliud propositum allegatus, in l.in eadē.ff.ex qui. cau.ma.vbi dicitur non posse fieri, quod sine dedecore fieri non potest. Ex quo & ipse Bal.notat quod insultatus non tenetur fugere, quando sine dedecore fugere non posset, quasi sentiat hoc procedere in omnibus, quibus sine dedecore fugere non licet, nedum in nobilibus, sicuti & per illam legem voluit Cyn.in l j col.pen.vers.adhuc quæro, & ibi quoque Bal.in repetit. col.4.vers.sed pone quidam fecit insultum, le.2.C.vnde vi, vbi tamen illud videtur intelligere, quando magnum illic versaretur dedecus, secus si parui tantum honoris fieret detrimentum per l.iniuriarum actio.§.si quis de honoribus.ff.de iniur.& Zenz.in clem.j.de homic. *De eadem re.* *Quid in alijs.*

De eadem re.

65 ¶ Sed & sunt multi, qui tenent, fugere semper esse ignominiosum, & præterea sæpissimè periculosum, & propterea neminem, siue sit nobilis, siue ignobilis, teneri fugere. Bald. in d. l. vt vim, col. pe. ff. de iust. & iur. Ang. & Sal. in d. l. j. C. vnde vi. Ang. in l. 2. & iterum in l. si quis cú tel. C. de sicar. Ang. & Imo. in l. vl. ff. de cond. inst. Ant. in c. olim. col. pe. de restit. spol. Pet. Anc. & Imol. in cle. j. de homic. Flor. in l. scientiam. §. qui cum. ff. ad leg. Aquil. Io. An. Panor. & Fel. qui hanc dicit esse communem opinionem in c. suscepimus. de homic. Pan. in c. significasti, le. 2. eo. tit. Alex. qui hanc quoque dicit esse communem, con. 109. visis & vt oportet, col. 3. vers. quinimo secundum, lib. 1. & con. 119. viso processu inquisitionis, col. vlt. lib. 7.

De eadem re.

66 ¶ Licet alij permulti contrarium teneant: quorum exactam nomenclaturam huc adscribere non statuimus, népe quòd non factu facilius est, quàm Sibyllæ, quod dicitur, folia cumulare.

Dum turbata volant rapidis ludibria ventis.

At si ex illis multos scire desideras, vide recentiores, in d. l. vt vim, præsertim Iason. & Claud. Seysel. in sua rep. D. Iac. Boullane olim huius Curiæ Consiliarium laudatissimum, in repe. §. famosos, ex l. capitalium. ff. de pœnis.

Nobiles possunt arma deferre.

67 ¶ NOBILES possunt arma deferre, non ea intelligo, quæ insignia docti vocant, de quibus iam suprà diximus in c. 6. sed ea, de quibus leges intelligunt. Ita voluit Luc. Pen. in l. j. col. j. C. vt armo. vsus, lib. 11. & Io. Ray. in d. tract. nobil. in 7. q. prin. in 3. effectu nobilitatis, per tex. in d. §. si quis rusticus, & §. mercator, tit. de pace tenen. in quibus locis prohibetur ignobilibus & rusticis arma deferre: nisi certo casu, certóque modo: quasi videatur ex hoc permissum nobilibus passim deferre. & D. Rebuf. in Concord. tit. de collatio. §. cum verò, in verbo, nobilitatis, col. 5. vers. item arma.

Ad idem.

68 ¶ Nam vt dicit Bonus Curtil. qui & hoc voluit nulla Ray. mentione facta in tract. nobilitatis, in 5. parte, in 39. priuilegio, Ex quo rusticis solum armorum delationem vetat Imperator, id nobilibus tacitè permittere videtur, ar. not. in capitu. nónne, de præsumptio. & in l. cùm Prætor. ff. de iudic. cum si. Et omnia, inquit, censentur permissa, quæ non reperiuntur prohibita. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quibus cau. mai. & l. quæcunque. §. qui à pupillo, cum ibi not. ff. de public. cum sim. Et hoc quidem ex eo confirmari potest, quod cum doctor gaudeat priuilegio nobilium, Bart. in l. medicos. C. de profes. & med. lib. 10. Non potest ipse Doctor prohiberi delatione armorum. Idem Bar. in l. magistros, eo. tit. & lib. & vtrunque sequitur Fel. in rub. extrà de mag. col. 2.

Contra supradicta. Arma omnibus interdicta. Etiam nobilibus, nisi dum peregre proficiscuntur. Responsio ad contraria.

69 ¶ Qua in re subit mentem illud Horatianum, Quandoque bonus dormitat Homerus, nempe quod Ray. & Curtil. viri alioquin docti in manifesto hic errore versantur: cum regulariter omnibus sit interdictum arma portare inscio principe, per d. l. j. C. vt armo. vsus, lib. 12. vbi tex. loquitur per dictionem vniuersalem negatiuam, nulli, eíque adiicit aduerbium præcisum, & vniuersale, prorsus, quod idem significat, quod omnino. Quinetiam habemus tex. hoc quoque nobilibus prohibenté, nisi dum peregrè proficiscuntur, in l. vlt. iuncta gl. in verbo, cingulo. C. de præpo. sac. cub. lib. 12. vbi & ita quoque illum tex. intelligunt secundum vnam lec. Lucas Pen. & Io. Plat. qui dicit post gl. speciale ibi esse in eo casu, quãdo peregrè proficiscuntur: regulariter contra, per d. l. j. vt armo. vsus. & in auth. de armis, per totum. Et illum quoque tex. in d. l. vlt. ad hoc no. And. Iser. in d. §. si quis rusticus, de pace tenen. & in constitutione Siciliæ, intentionis, col. 3. in verbo, anteriore, & ibi quoque Matth. Afflic. tum col. 2. ver. 7. casus, tum col. vlt. in gl. in verbo, curialibus, & Bar. in tract. de præstantia Car. in vlt. q. 2. partis, col. 6. vers. sed quid de officialibus.

Arg. à contrario sensu non inducit correctionem legum. Neque alius tacitus intellectus.

70 ¶ Neq; tex. in d. §. si quis rusticus, & d. §. mercator, potest videri id concedere nobilibus, nisi per argumentum à contrario sensu, aut alias tacitè. Cum tamen per huiusmodi argumentum, aut alios tacitos intellectus non debeat induci correctio legum, vt de argumento à contrario sensu, est tex. in l. 2. C. de cond. inser. quam ita summat Bal. argumentum à contrario sensu non sumitur, vbi resultat prauus intellectus contra legem. & text. in c. cum virum, de regulari. & in c. à nobis, le. 2. de sent. excom. & voluit glos. in c. significasti, circa medium magnæ gl. de for. compe. cum multis concor. quæ alibi afferam. De alio tacito intellectu, est glos. in c. cupientes. §. quod si per 20. in verbo, petere, & iterum in verbo, priuatos, de elect. lib. 6. quam pro singul. sequitur Bar. in l. eadem §. Cato, col. 35. ff. de verb. oblig. cum multis etiam concord. quas & alibi adducam.

Confirmatio posterioris sententia. Qua frequentioris vsus ratione dicũtur non restringunt.

71 ¶ Ideóque Aluar. in d. §. si quis rusticus, & ibi post eum Car. Alex. vterque col. j. & Matth. Afflic. col. 1. in 2. no. dicit id quod illic dicitur de rustico, extendendum etiam ad alios non rusticos, cum indistinctè nullus prorsus possit arma portare, per d. l. j. C. vt armo. vsus. Sed ideò de rusticis illic specialiter mentionem fieri, quia ipsi hoc magis frequentare solebant, arg. l. nam ad ea. ff. de legib. & sequitur Bar. in repe. l. cum acutissimi, col. 22. vers. & pro istis. C. de fideicom. & in repe. c. Raynaldus, col. 97. vers. tertio moueor, de testam. & con. 6. scriptum est præclare, col. 7. lib. 1. & con. 42. illud in medium afferam, col. 2. eo. lib. 1. & con. 23. sapientissimus dixit, col. 6. lib. 2. & con. 30. sacro scriptum est Euangelio, col. 3. eo. lib. 2. & con. 59. à Ioue principium, col. 6. lib. 3. & con. 67. illud afferam in mediũ, col. 7. li. 4. & alibi sæpe, & Fel.

in c. coram,

in c.corã,col.j.de offic.iud.deleg. Quæ autem ratione frequentioris vsus exprimuntur, nõ restringunt dispositionem, vt latè diximus in nostro tractatu retractuum, tit.j.§.20. glo.j. nu. 4. prætereà hæc consuetudo, & seq. vsque ad fi. eius glos.

72 ¶ Sed & quod plus est, ne id omittam, quod huc maximè pertinet, ille text. in d. §. siquis rusticus, nõ loquitur de rustico in ea significatione, quam accipiunt Ray. & Curtil. scilicet, pro ignobili & plebeio, sed in propria significatione, pro eo qui rus habitat, vt sentit glo. ibi, & apertè volunt Alua. & Card. Alex. Quod si verum est certè nihil facit, nec expresè, nec tacitè ad hoc nostrum propositum: De quo tamen vide quæ scripsimus supra, cap. 2. nu. 50. illud præterea, & multis seq. *De eadem re.*

73 ¶ Tamen si teneas id quod Ray. & Curtil. voluerunt, videlicet posse nobilem arma deferre: limitabis non procedere, quantùm ad iudicij locum, atque conuentum, siue congregationem Scholasticorum, ciuium, Decurionum, Ciuitatis, aut aliorum huiuscemodi, per id quod no. voluit Angel. in l. qui dolo, quam legit sub l. armatos. §. j. ver. item qui cum telo, per illum tex. & glo. ibi. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Quòd si alicui fuerit facta potestas deferendi arma, non poterit tamen ea deferre in iudicium, congregationem, aut conuentum, cuiusmodi diximus. quem refert, & sequitur Io. Plat. in §. item lex Iulia de vi publica, co. 2. ver. & aduerte, Insti. de pub. iud. & Barb. in dicto tract. de præstan. Cardi. in 5. q. 2. partis, & Iason in §. ex maleficiis, col. 19. ver. aduerte etiam diligenter, Instit. de actio. Et ante hos quoque voluit Bart. in l j. in 2. q. ff. ad legem Iuliam de vi publi. Sed & de hoc est optimus text. in §. ad palatium, titu. de pace tenen. ex quo not. Bald. Alua. Marti. Laud. Cardi. Alexan. & Matth. afflic. quòd nemini licet portare arma in palatiis Principum, Dominorum, vel Comitum. & sequitur Hippo. Marsil. in practica causarum criminalium. §. pro complemento, numero 7. *Arma nũquam licet deferre in locum iudicij aut cõuentum quempiam.*

74 ¶ Secundum quam sententiam Charondas Tyriorum, alij Thuriorum pronuntiãt, princeps & legislator lege cauit, ne quis cum ferro in concioné prodiret: ꝙ si quis fecisset, capitis pœna damnaretur. Interiecto deinde tempore, ex longinquo rure gladio accinctus domum repetens, subitò indicta concione sicut erat in eam processit, ab eóque qui proximè cõstiterat, solutæ à se legis suæ monitus, Idem, inquit, illam sanciam, ac protinus ferro, quod habebat districto incubuit. testis Valerius lib 6. tit. 5. qui est de iustitia, in fi. & retulit Alua. in d. § ad palatium. & Matth. Affl. c. in d. consti. intentionis, col. 4. in 6. q. Id quod assignauit Cælius memoriâ, vt opinor, lapsus, lib. Antiquarum lectionum 10. c. 19. Zeleuco Locrensium legislatori. Diodorus autem Siculus ante hos libr. 12. Bibliothecæ, id quoque Charondæ tribuit. fuisse tamen scriptores qui id facinus Diocli Siracusiorum legumlatori adscriberent. *Charõdas sibi mortem intulit quòd legem suam imprudens violasset.*

75 ¶ Id quod maximè notandum est aduersus nescio quos nobiles, qui in Senatum audẽt ingredi ensibus cincti, putántq; id sibi dedecori futurũ, si enses relinquant, ignorantes, quid decus, quídue dedecus sit. quod non aliunde procedit, quam quòd nobiles nostri & legum, & omniũ bonarum artium sunt ignari, atque etiam honestarum historiarum, ex quibus hæc saltem discere poterant. Refert Valerius Maximus lib. 2. c. 1. Olim Massiliam illam nostram, primũ Phocésium, deinde Romanorum coloniam, quæ maximis laudibus ab omnibus antiquis scriptoribus extollitur, hunc moré obseruasse, vt intrare oppidum illorum nulli cum telo liceret, præstóq; esset, qui id custodiæ causa acceptum exituro redderet. Id quod etiamnum Venetiis vrbe celeberrima, & optimis legibus moribúsque culta obseruari audio. Quin etiam Romæ in tumultu necis Clodianæ edicto prohibitum est, vllum telũ esse in vrbe, vt à Plinio relatum est lib. 34. c. 14. Quod vtinam reuerentiæ & honoris iustitiæ suæ gratiâ, principes nostri in suis regiis ac supremis palatiis, tantùm dum ius redditur, obseruari facerent. Nam is honor, ea reuerentia, non tam redundaret in suos iustitiæ ministros, quàm in ipsosmet principes iustitiæ parentes. *Contra nobiles qui in Senatũ intrãt ensibus cincti.*

76 ¶ Quod tamen intellige procedere, quando iudex ius reddit, vel dum collegium ipsum conuenit. Nam si à loco iudicij vel conuentus abesset, iudex, vel ij qui collegium faciũt posset impunè arma deferre, per id quod in simili voluit Bal. in l. 2. ff. de aur. & arg. leg. ꝙ stãte statuto, vt nobilis non possit intrare palatium potestatis sub certa pœna poterit tamẽ impunè intrare, dum potestas aberit, & sequitur Ias. in l. eius qui in prouincia, col. vlt. ff. si cer. pet. *Declaratio præcedentium.*

77 QVEMADMODVM rusticus non debet ire eques: & si eat, non repetit expensas, quas fecit in equum, vt est glo. no. omnibus tamen nota in l. idémq; §. idem Labeo. ff. mand. quam sequitur Bal. ibi & in l. quoniam post prin. C. de testib. & in l. eos §. si quid autẽ. in fi. C. de appel. vbi eam glo. dicit no. & Bar. in l. si seruus, in prin. ff. de leg. j. Ioan. Andr. in addi. Specu. tit. de testi. §. qualiter, versi. testes autẽ exhibendi. Anto. in c. finẽ, co. 20. extrà de dol. & contu. Nicol. Neapol. in l. j. §. si pupillus. ff. de tutel. & ratio. distrahen. Romanus eam glo. dicit no. in l. sed & si alio. §. siquis sub conditione, quẽ legit sub §. si quis alio. l. quia non poterat, co. 2. versi. & hæc intelligenda. ff. ad S.C. Trebel. & Fely. in c. cùm omnes, co. 20. in gl. pen. de constit. Sic contrà non tenetur nobilis ire pedes, vt dicit Bald. in l. liberti libertæ'que. colum. 4. vers. dubitatur si est damnum. C. de oper. libert. & in c. cùm adeo, col. vlt. vers. item si est persona nobilis, de rescript. & in cap. vt præterita, colum. 2. vers. quæro quid si iste procurator, de elec. & Cepol.

in d.tract.de impe. mili. delig. in 24. priuileg. nobilitatis. Quibus adstipulatur, quòd olim apud Parthos & Persas equo vehi aut pedes ire, nobilitatẽ à vulgo distinguebat: nullus enim honestè genitus pedibus incedebat, vt à Iustino libr.4. scriptum est. Apud Romanos autem plebeiæ pedibus incedebant, Nobiles matronæ lecticis vehebantur, vt alibi diximus. Et vide quæ dicam infra cap.37.num.150.suprà sæpe locuti sumus.

Nobilis mulier non tenetur lactare filiũ ex quorundam sententia.

78 LICET MATER teneatur lactare filiũ si possit, vt no.in l.nec filium.C.de patr.pot. Fallit tamẽ in nobili muliere, quæ filium lactare nõ tenetur, vt voluerũt Bal.Pau.Ca.& Fran.Are. in l.alimẽta C.de neg.gest.Pan.post Ala.loquens in magna principissa, vt ipse loquitur in c.1 de conuer.coniug.Ro.in l.cũ dotem.§.fin autẽ,co.10.ff.sol.mat. Cepol.in d.trac.in 24. priuil. nobilitatis.Bal.nouel.in trac.dot.in 6.parte priuilegio 16.Vital.in tra.clausularũ,char.218.in clausula, sed an iuri alimẽtorũ possit renũciari,co.6.Ang.Are.in §.1.co.vlt.Inst.de iure nat.& Card.Ale.in c.ad eius,in prin.6.di.Alex.aut quisquis est,in addi.Bar.in d.l.nec filiũ.Fely in c. illud,col.pe.de præsumpt.Roch.Curt.in repe.c.vlt.char.18.vers.tertiò infertur, de consue. & Io.Lup.in repe.c.per vestras.§.23.col.2.versi.sed quod dixi,de don.inter vir. & vxo.

79 ¶Allegant plerique omnes in eam rem, quod dicit Azo in summa. C.de pat. pot. in fi. quòd mater tenetur lactare filium, ita demum si id eam non dedeceat. Quem etiam sequitur Bar. in tract.de alimentis,col.2.versi.quæro an mater,& Angel.in l.Nesennius, a ure fi.ff.de neg. gest.& in l.si competenti.C.de alen.lib.vbi hoc dictũ Azo reputat sing.dicitq; vidisse se ita de facto iudicari.& Pan.post Host.& alios antiquiores in c.cùm haberet,col.2.& ibi Card.Alex. col.3.de eo qui duxit in mat.& Angel.Are.in d.§.1.Instit.de iure nat.gen.& ciui.in fi.prin.

Hecuba Hectorem filium propriis vberibus lactauit.

80 ¶Nunc libet licétque exclamare, si vnquam aliàs, illud Ciceronianum in oratione pro Deiotaro,& in prima in Catilinam oratione, & in 6.in Verrem actione, & in oratione pro domo sua ad Pontifices, O tempora, ô mores. Cuinam enim mulieri vel reginæ dedecori esse potest lactare filium, quem ex propriis visceribus eduxit, nouémq; integris mensibus plus minúsve in penitissimis, abditissimis, reconditissimis vteri recessibus proprio sanguine aluit? Cùm & Hecuba reginarum eius tempestatis maxima apud Homerum Iliados 22. nudatis vberibus quibus se Hectorem filium ablactasse dicebat, illum orat, aut potiùs obsecrat, ne cum Achille congrediatur. Ita enim loquitur,

Ἕκτορ τέκνον ἐμὸν τάδε τ' αἴδεο καί μ' ἐλέησον
Αὐτήν, εἴ ποτέ τοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον,
Τῶν μνῆσαι φίλον τέκνον.

Et Thessalonice Antipatrum.

Sicuti & Thessalonice regina, Cassandri vxor ab Antipatro Macedoniæ filio vitam per vbera materna deprecatur, apud Iustinum in ingressu lib. 16.

Et Penelope Telemachum.

81 ¶Nam & idem ipse Homerus, vt ad illum redeamus, lib.11.Odysseę, satis declarat, Penelopen illam castissimam Telemachum filium suis vberibus aluisse, cùm scribit,

Παῖς δ' ἔτι ἦν ἐπὶ μαζῷ
Νήπιος.

Honorius Imp. matris vberibus ablactatus.

Et Claudianus Panegyrico 4. de Honorij Imperatoris consulatu tradit eundem educatum fuisse vberibus maternis,

Ipsa Quirinali paruum te cinxit amictu
Mater, & ad primas docuit reptare curules
Vberibus sanctis.

Et Anna Samuelem. Et Sara Isaac. Vxores viris suis se commendant ex ablactatione liberorũ.

82 ¶Cæterùm Anna illa sanctissima Helcanæ vxor, Samuelem filium & ipsum sanctissimum vberibus propriis aluit, vt videre licet ex lib. Iudicum primo, c.item 1. Sara quoque & sanctitate, & nobilitate conspicua longè ante ea tempora cupit viro commendari ex ablactatione filij, Quis, inquit, annunciabit Abrahæ quoniam lactet infantem Sara? Ita enim hunc locum Genesis 21. traducit Ambrosius in libro de Abraham patriarcha. c.7. vbi illum locum moralem esse asserit. Nam prouocãtur (inquit) fœminæ meminisse dignitatis suæ, & lactare filios suos. Hæc enim matris gratia, hic honos, quo se propriis commendent viris. Deniq; eos plus amare filios solent, quos ipsæ matres lactauerunt vberibus suis. Sed & idem lib. Hexameron 7. c. 18. increpsit fœminas, quæ quia ditiores sunt, lactare filios fastidiunt. Rursus in epistola 82. præcipit matres ablactare filios suos.

Lac maternum salubrius.

83 ¶Notum est & illud Diui Augustini, vt titulus decretorum præfert in c.ad eius verò concubitum: quinta dist. Praua consuetudo in coniugatorum moribus irrepsit, vt filios quos gignũt nutrire mulieres contemnant, eósque ad nutriendũ aliis mulieribus tradant. Quod videlicet ex sola carnis incontinentia videtur fuisse inuentum: quia dum se continere nolunt, despiciũt lactare quos gignunt. Sed vt id obiter dixerim. illud caput, non Augustini est, sed Diui Gregorij ad Augustinum Cantuariensem episcopum, vt videre licet ex epistolis eiusdem Gregorij. At super illud c. Cardina. Alex.in prin. asserit philosophos dicere lac maternũ melius nutrire infantem, quàm alterius. Id quod certè voluit Galen. lib.1. de sanitate tuend. Optimum est, inquit, omnibus infantibus lac matris, modò nullo morbo sit corruptum: quippe cuius maternum non corpus modò totum, sed etiam lac à vitio esse alienum non sit absimile.

Ac sanguine

Ac sangui ne quidem, dum adhuc in vtero gestamur, ali nos constat. ex sanguine verò lac gignitur, exiguam in mammillis mutationem adeptum. Quare qui matris lacte pueri aluntur, ij iam non solùm consueto, verumetiam maximè proprio vtuntur alimento. Hæc ibi. Et Plinius lib. 28. c. 9. statim in prin. scribit vtilissimum cuique maternum lac esse.

84 ¶ Cornelius Tacitus laudat in ea re mores Germanorum, quòd sua quemque mater vberibus alit, nec ancillis nec nutricibus delegāt. Et in lib. de claris oratoribus loquens de antiquis Romanis, Iampridem (inquit) suus cuique filius ex casta parente natus non in cella emptæ nutricis, sed gremio ac sinu matris educabatur. Diuus Chrysostomus in Psalm. 50. Homilia prima, Considera pauperem incentiuā pietatis habere fulcimina. In diuitibus autem multā superbiam. Apud pauperes vxor, & ancilla & ministra est: & procreat filios, & ipsa mater & nutrix est. Apud diuites autem non est ita. sed cùm genuerit filium, statim eum tradit foris, & pietatis insignia abscindit superbia. Erubescit fieri nutrix, quæ facta est mater. Columella lib. 7. rei rusticæ. c. 12. loquens de canibus, Nec vnquam eos, quorū generosam volumus indolem conseruare, patiemur alienæ nutricis vberibus educari: quoniam semper & lac & spiritus maternus longè magis ingenij atque corporis incrementa auget. Et in eod. li. cap. 9. de suibus loquens, Curet (ait) porculator, ne quis sub nutrice alieua educetur.

Germanorum mulieres filios suis vberibus alunt.

85 ¶ Plutarchus quoque vir philosophia & omni doctrina consummatissimus in eo libro, quē de educandis liberis elegantissimè scitissiméque, vt cætera omnia conscripsit, hæc propemodum de ea re prodidit Græcè quidem. sed in hunc sensum, Oportet vt matres filios educent, eísque vbera porrigant: quoniam maiori cum charitate, maiorique diligentia nutrient, vt quę natos ex intimo, & vt dici solet, ex vnguibus ament. Nutrices verò suppositiciam quandam & aduentitiam beneuolentiam habent, vtpote mercedis gratia diligētes. Quòd autem matres, quos progenuerint, nutrire aleréque conueniat, ipsa etiam natura demonstrat. Vnicuique enim animantium generi, quæ pariuntur, idcirco simul & lactis alimenta suppeditauit. Eius quoque sapientem fuisse prouidentiam constat, quæ duplices mulieribus mammas addidit, vt si gemellos peperisse contigerit, duplices ad alendum fontes haberent. Præterea vt maiorem in eos quos procreassent amorem beneuolentiámque fouerent. Quod mediusfidius haud iniuriā factum est. Victus enim cibísque sodalitium, quoddam beneuolentiæ, & amoris incrementum existit.

86 ¶ Sed de hac re multò plura Phauorinus philosophus apud Gellium lib. 12. cap. 1. Cuius verba, vtpote elegantissima, & huic loco accōmodatissima haud grauatè huc subnectimus: Nunciatum quondam est Phauorino Philosopho nobis præsentibus, vxorem auditoris sectatorísque sui paululum antè enixam, auctúmque eum esse nato filio. Eamus, inquit, & puerperam visum, & patri gratulatum. Is enim erat loci Senatorij ex familia nobiliore. Imus vnà, & qui tum aderamus, prosequutique eum sumus ad domum, quò pergebat, & cum eo simul ingressi sumus. Tum in primis ædibus complexus hominem congratulatúsque assedit: atque percunctatus est, quàm diutinum puerperium, & quàm laboriosi nixus fuissent: puellámque defessam labore, ac vigilia somnū capere cognouit. Fabulari instituit ꝓlixiùs. Et nihil, inquit, dubito, quin filiū lacte suo nutritura sit. Sed cùm mater puellæ parcendū ei diceret, adhibendásque puero nutrices: ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoque nutricationis graue ac difficile accederet. Oro te, inquit, mulier, sine eam totam integram esse matrem filij sui. Quod est enim hoc contra naturam imperfectum atque dimidiatum matris genus peperisse, ac statim à sese abiecisse? Aluisse in vtero sanguine suo nescio quid, quod non videret, nō alere suo lacte, quod videat iam viuentem, iam hominem, iam matris officia implorantem? An tu quoque, inquit, putas naturam fœminis, mammarū vbera quasi quosdam næuulos venustiores, non liberorum alendorum, sed ornandi pectoris caussâ, dedisse? Sic enim (quod à vobis scilicet abest) pleræque istæ prodigiosæ mulieres fontem illum sanctissimum corporis, generis humani educatorem arefacere & extinguere, cum periculo quoque auersi corruptique lactis laborant, tanquam pulchritudinis sibi insignia deuenustet. Quod quidem faciunt eādē vecordiâ, quâ quibusdam commentitiis fraudibus nituntur, vt fœtus quoque ipsi in corpore suo cōcepti abortiantur: ne æquor illud ventris irrugetur, ac de grauitate oneris & labore partus fatiscat. Quod cùm sit publica detestatione, communique odio dignum in ipsis hominū primordiis, dum fingitur, dum animatur, inter ipsas artifices naturæ manus interfectum ire. Quantulum hinc abest, iam perfectum, iam genitum iam filium proprij, atque consueti, atque cogniti sanguinis alimoniâ priuate? Sed nihil interest (hoc enim dicitur) dum alatur, & viuat, cuius id lacte fiat. Cur igitur iste, qui hoc dicit, si in capessendis naturæ sensibus tā obsurduit, nō id quod nihil interesse putat, cuius in corpore, cuiúsque ex sanguine cōcretus homo & coalitus sit? An quia à spiritu multo & calore exalbuit, non idē sanguis est nunc in vberibus, qui in vtero fuit? Nónne in hac quoque re solertia naturæ euidēs est? Quòd posteà quàm sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus hominis finxit, aduentante iam partus tēpore in supernas se partes profert, & ad fouenda vitæ atque lucis rudimenta præsto est, & recēs natis notum & familiarem victum offert? Quamobrem non frustra creditum est, sicuti valeat

De eadem re. ex Gellio.

ad fingen

ad fingendas animi corporisque similitudines, vis & natura seminis: non secus ad eandem rem lactis quoque ingenia, & proprietates valere. Neque in hominibus id solùm, sed in pecudibus quoque animaduersum. Nam si ouium lacte hædi, aut caprarum agni alerentur, cõstat ferme in his lanam duriorem, in illis capillũ gigni teneriorem. In arboribus etiã & frugibus maior plerunque vis, & potestas est, ad earum indolem vel detrectandam, vel augendã, aquarum atque terrarum quæ alunt, quàm ipsius, quod iacitur, seminis. Ac sæpe videas arborem lætam ac virentem in locum alium transpositam deterioris terræ succo deperisse. Quæ, malùm, igitur ratio est, nobilitatem istam nati modò hominis, corpúsque & animum benignè ingenitis primordiis inchoatum, insitiuo degeneríque alimento lactis alieni corrũpere? Præsertim si ista, quam ad præbendum lac tunc adhibebitis, aut serua, aut seruilis, & vt plerunq; solet, externæ & barbaræ nationis: si improba, si informis, si impudica, si temulenta est. Nã plærunq; sine discrimine quæcũq; id tẽporis lactans est, adhiberi solet. Patiemur ne igitur infantem hunc nostrum pernitioso cõtagio infici, & spiritũ ducere in animũ, atque in corpus suum, ex corpore & animo deterrimo? Id hercle ipsum est, quod sæpenumero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos parentum suorum, neque corporibus, neque animis similes existere. Scitè igitur & peritè noster Maro, quod cùm versus illos Homeri cõsectaretur,

Νηλεὲς, οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεὺς,
Οὐδὲ Θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα,
Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Id est, vt tradidit Theodorus Gaza,

Non eques ipse pater fuerat tibi me hercule Peleus,
Non Thetis est genitrix: glaucum te protulit æquor,
Aeriæque rupes, mens quòd tibi dura feróxque est,

Non portionem solam, tanquam illam, quam ille sequebatur, sed altricem quoque feram & sæuam criminatus est. Addidit enim hoc de suo,

Hircanæque admorunt vbera tygres,

Quoniam videlicet in moribus inolescendis magnam ferè partem ingenium altricis, & natura lactis tenet. Quæ iam à principio imbuta paterni seminis concretione, ex matris etiam corpore & animo recentem indolem configurat. Et præter hæc autem, quis illud etiam negligere, aspernarique possit, quòd quæ partus suos deserunt, ablegántque à sese, & aliis nutriendos dedunt: vinculum illud coagulúmque animi, atque amoris, quo parentes cum filiis natura consociat, interscindunt, aut certè quidem diluunt, deterúntque: Nam vbi infantis aliorsum dati facta ex oculis amolitio est, vigor ille maternæ flagrantiæ sensim atque paulatim restinguitur: omnisq; impatientissimæ solicitudinis strepitus cõsilescit. Neq; multò minor amãdati ad nutricem aliã filij quàm morte amissi obliuio est. Ipsius quoque infantis affectio animi, amoris, consuetudinis, in ea sola, vnde alitur, occupatur. Et perinde, vt in expositis vsu venit, matris quæ genuit, neque sensum vllum, neque desiderium capit. Ac propterea obliteratis & abolitis natiuæ pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem & matrem vidẽtur, magnam ferè partem non naturalis ille amor est, sed ciuilis, & opinabilis.

87 ¶ Hæc Phauorinus, deprompta quidem ex meris naturæ visceribus, & testimonio principum vtriusque linguæ vatum comprobata. Ex quibus multa, vt sæpe aliàs, Macrobius in 5. Saturnaliorum librum transcripsit. c. 11. in quo annotat locos, in quibus Virgilius Homero, à quo eosdem desumpserat, superior esse videtur. Sed ne tu Lector, locos desideres, illud Homericum est 16. Iliados rapsodiæ. statim post initium, vbi introducitur Patroclus, illud Achilli indignãter pronuncians. Illud autem Virgilianum Didonis est Aeneam ita alloquentis li. 4. Aeneid.

Nec tibi diua parens generis, nec Dardanus author
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hircanæque admorunt vbera tigres.

Quo in loco Donatus interpres, Ostẽdit (inquit) per alimoniam lactis mores pueris infundi. Quod & Ciceroni placet qui in educatione oratoris iubet præcipuas adhiberi mulieres, cùm per obsequia vberum natura ex alia in aliam mutatur. Hæc ille.

88 ¶ Quibus & illud addideris Ouidij lib. 9. Meta. huc non absimiliter respicientis,

Nec lac bibit ille leanæ.

Et illud item eiusdem lib. 4. Tristium, eleg. 11.

Natus es ex scopulis, nutritus lacte ferino,
Et dicam silices pectus habere tuum.

Illud quoque in Ibin,

Gutturáque imbuerunt infantia lacte canino,
Hic primus pueri venit in ora cibus.
Perbibit inde sua rabiem nutricis alumnus.
Latrat & in toto verba canina foro.

Quem locum huc trahit Domitius doctus interpres.

Et Valerij Flacci lib. 2. Argonauticôn,

—Iam

—Iam lacte ferino

Iam veniet durata gelu.

At ante hos Theocritus in Aepolo, quod est Idyllion.3. Cupidinis sæuitiam incusans, leænæ mammas eum suxisse dicit,

Ἦ ῥα λεαίνας

Μαζὸν ἐθήλαξε, δρυμῷ τέ μιν ἔτρεφε μάτηρ.

Et hoc quoque prior ipse Homerus li vlt. Iliad. scribit Hectorem nutritum fuisse lacte mulieris, Achillem autem deæ,

Ἕκτωρ μὲν θνητός τε γυναῖκά τε θήσατο μαζόν,

Αὐτὰρ Ἀχιλλεύς ἐστι θεᾶς γόνος.

Quin & eiusdem operis li. 6. Achillem ipsum tradit non lacte materno, sed bili fuisse innutritum, quòd iracundiæ nimiùm indulgeret,

Σχέτλιε Πηλέος υἱὲ, χόλῳ ἄρα σ' ἔτρεφε μήτηρ,

Νηλεὲς, ὃς παρὰ νηυσὶν ἔχεις ἀέκοντας ἑταίρους.

Et huc quoque alludens Mithridates apud Iustinum li.38 de Romanis loquens, Atque (ait) vt ipsi ferunt conditores suos lupæ vberibus alitos: sic omnem illum populum luporum animos habere, inexplebiles sanguinis atque imperij, diuitiarúmque auidos & ieiunos.

89 ¶ Quibus planè ostenditur maximam lactis vim ac proprietatem esse in fingendis corporis atque animi similitudinibus Quod & confirmat, quod Lucianus in Tragœdia, cui Podagra titulus est, statim circa initium, scribit Megeram vtero tulisse, & vberibus aluisse ipsam Podagram, quin & ei paruulæ Alecto lac in os dedisse. Quódque Arcesilaus Pitanęus apud Laërtium loquaci cuipiam obtundenti nimio verborum strepitu, Ne malam quidem, ait, nutricem nactus es, οὐδὲ τίτθης αὐτῆς χαλεπῆς τετύχηκας.

90 ¶ Sed quod prætereà dictum est ex Phauorino, arbores transplantatas vim ac naturam terrę in quam transferuntur adsciscere, vt illud quoque non prætermittam, latè confirmat post Aristotel. Galen. de Symptomatum causis tertio. Id que satis ostendit quod scribit idẽ Gal. lib.2. Pharmacorum κατὰ τόπους c.2. rursúmque in lib. de alimentis quosdam dicere Persicas in Persis esse pernitiosas, in Aegyptiorum regione esse innocuas. Id quod etiam à nonnullis fuisse traditum scripserat ante illum Dioscorides, lib 1 c. 155. sed id vt falsum reucit Plinius li.15.c.13. Sed priori opinioni adstipulatur illud Martialis lib.13. Xenio.46.

Vilia maternis fueramus præcoqua ramis,

Nunc in adoptiuis Persica rara sumus.

91 ¶ Nec interim omittemus, quod de eadem re Erasmus eleganter, vt aliàs semper, de ca re scribit in colloquio Eutrapeli & Fabullæ. Ille enim cum ab ea intellexisset infantem alia nutrice ali, Quam ait nutricem narras? an est alia nutrix, quàm ea quę mater est? Fabulla. Quid ni? vulgò fit. Eutrapelus Pessimum mihi nominas autorem rei bene gerendę vulgum Fabulla: vulgò peccant, vulgò luditur alea, vulgò commeatur ad fornices, vulgò fraudatur, potatur, insanitur. Fabu. Sic amicis visum est, censuerunt enim parcendum huic ætati tam teneræ. Eutra. Atqui si natura dedit vires ad concipiendum, haud dubiè & ad lactandũ. Fabul. Probabile quidem est. Eutra. Dic mihi, nonne sentis dulcissimum esse matris vocabulũ? Fabul. Sentio. Eutrap. Itaque si fieri posset, patereris aliam mulierem esse matrem tui partus? Fab. Minimè genuum. Eutr. Cur igitur volens plusquam dimidiatum matris nomen transfers in fœminã alienã? Fab. bona verba, Eutrapele, Nõ diuido filiũ, sola totaq; sum mater. Eutr. Imò hîc tibi Fabulla reclamat in os ipsa natura. Cur terra dicitur omniũ parẽs? an quòd gignat tantùm? imo multo magis quod nutriat ea quæ genuit. Quod aqua gignit, in aquis educatur. In terra nullum animantis aut plantæ genus nascitur, quod eadem terra succo suo nõ alat. Nec est vllum animantis aut plantæ genus, quod non alat suos fœtus. Vlulæ, leones, & viperæ educant partus suos, & homines fœtus suos abiiciunt? Obsecro te quid crudelius iis qui prolem educationis tædio dicuntur exponere? Fab. abominanda dicis. Eut. Atqui perinde factũ abominantur homines An non expositionis genus est, infantulum tenerum, adhuc à matre rubentem, matrem spirantem, matris opem ea voce implorantẽ, quę mouere dicitur & feras, tradere mulieri, fortassis nec corpore salubri, nec moribus integris, denique cui pluris sit pecuniæ pauxillum, quàm totus infans tuus? Fabu. delecta est mulier salubri corporis temperatura. Eutr. Hoc medici certius indicant, quàm tu. Sed finge hîc illam tibi vel parem, vel aliquantò, si vis superiorem: an nihil interesse censes, vtrum infans tenellus cognatum illũ & familiarem hauriat succum, & calore iam assueto foueatur, an alterius cogatur assuescere? Triticum in aliud solum iactum degenerat in auenam aut siliginem. Vitis in alium collẽ translata mutat ingenium. Plantula reuulsa à parente terra, flaccescit ac velut emoritur, eóque quãtum fieri potest cum terra natiua transferunt, & cætera quę sequuntur, quæ magna ex parte ex illo Gellij loco sumpta sunt.

92 ¶ Sed nec prætermittendum nobis visum est quod à Iunio Rustico proditum est, duobus illis Gracchis fratrem nothum fuisse bellicosissimum: cui aliquando de bello redeunti multis

hostium spoliis onusto obuiam ierunt mater & nutrix ipsius, quibus munus obtulit matri quidem annulum argenteum, nutrici torquem aureũ. Quod cùm mater quereretur. Desine, inquit ille, mater queri: tu enim nouem tantùm mensibus tuo vtero tulisti, hæc me duobus annis suis vberibus sustulit. Si quid decoris hoc in orbe habeo, ei debeo, quæ me eò prouexit. Si contrà aliquid dedecoris, id per te factum est, quæ me alieno concubitu cõcepisti. Hæc me ablactauit ob voluptatem, quam in me educando capiebat: tu me cõcepisti ex voluptate, quã tu ex alio accepisti. Quod ex te habeo, corpus est ex minimè honesta ratione mihi datum. Quod autem hæc mihi sponte obtulit, ex animo puro & syncero processit. Cùm infans essem, vix ex vtero prolatus, continuò me à tuo consortio & oculis tuis relegasti. Hęc verò me ita relegatum mox obuiis vlnis blandè excepit.

An vxor teneatur lactare alienum mariti precepto.

93 ¶ Porrò è nostris (neque enim & id prætermittendum ducimus) Dominus Benedic. in repe. c. Raynutius, in verbo, dotem quam ei dederat, nu. 45. tradit id quod suprà diximus, scilicet mulieres nobiles excusari ab ablactatione liberorum, minimè locum habere de iure canonico, neque etiam in foro conscientiæ per d. c. ad eius verò concubitum, suprà à nobis citatum. An verò vxor (vt & id quoque obiter dicam) teneatur lactare alienum filium ex pręcepto mariti, vide Alex. consi. 133. verè crudelis. col. 2. versi. in hoc autem, lib. 4.

Vxor tenetur viro lauare pedes, & caput, & parare cibos.

94 SIMILITER licèt vxor teneatur marito lauare pedes & caput, & parare cibos, vt voluit Io. And. in c. literas, in verbo, incertis, de rest. spoli. cum concord. traditis in j. l. connub. num. 26. item & huic, Vti etiam coquinariam & lectum viro facere, vt respondit Benedic. Cap. consi. 72. cum viso, col. 4. vers. circa quod dicendum est. Hoc tamen limitat Panor. in d. c. literas, co. pe. nisi ea sit nobilis, cui propterea esset dedecori ea facere, ar. l. interdũ. ff. de ope. liber. in illis verbis, sed si liberta, quæ operas promisit, ad eam dignitatem perueniat, vt inconueniens sit pręstare patrono operas, ipso iure hę intercidẽt. Et sequitur Fely. in d. c. illud, co. 4. de præsum. Philip. Deci. consi. 202. vt præsens consultatio, col. 4. versi. nec obstat quòd talia, & Ant. Corf. in tract. de pote. & excellentia regia. q. 30. in fin. & Ioan. Lup. in repe. rubr. extrà de don. inter vir. & vxo. §. 31. nume. 2. & iterum §. 50. col. pen. versi. item præter copulam. Id quod confirmat, quod tradunt Pe. Cy. Bald. & Saly. in lege, si vxorem. C. de cond. inser. quòd vxor nobilis nõ tenetur operari viro. & sequitur D. Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo, dotem quam ei dederat, num. 47.

Vxor nobilis non tenetur operari viro.

¶ Verùm hoc elanculum carpere videtur Barb. in add. Bald. in l. si vxorem, col. 2. C. de cond.
95 inser. ea ratione motus quòd nõ debet fieri conditio creditoris deterior, propter nobilitatem debitoris, nisi aliter esset iure cautum. Et hoc fortè est verius. Nam ex iuris dispositione tenetur vxor marito operas præstare, & seruire. l. sed si vir. ex lana. ff. de dona. inter vir. & vxo. & l. sicut. ff. de oper. li. & c. hæc imago. 33. q. 5. cum aliis multis à me collectis in j. lege connubiali. Nec ex eo excepta reperitur vxor nobilis, quare ergo stare & in ea prohibetur l. sancimus C. de rest. & l. præcipimus. C. de appel. & ibi concord. in gl. Nec enim obstat d. l. interdum, quia loquitur de liberta, cui dignitas accessit, quæ illam excusat, vt & in simili dicitur in l. filiusfa. §. vlti. ff. de procurat. Nam quæ posteà emergunt, nouo auxilio indigent. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interro. act. & ibi concor. in gl. Nos autem loquimur de vxore, cui iam ab initio contracti matrimonij inerat ea nobilitatis dignitas, quæ ideo nihil potest illi prodesse, quin id faciat, cui in consequentiam contracti matrimonij se obligat, per not. in simili per gloss. in l. eadem, in verbo necessariam, & ibi Doct. C. de loca. per multa iura, quæ illic allegant.

¶ Quibus adde & tex. in l. si creditores. ff. de priui. credi. & in l. qui bona. §. de illo, & quod ibi
96 no. Bart. ff. de dam. infect. & quod per illa iura voluit idem Bar. in l. ait Prętor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cred. & in l. si is à quo, in princ. vbi est bonus text. quem allegat d. glo. ff. vt in pos. legar. & in l. vlt. per illum tex. C. de spon. & in l. quæsitum. ff. de pigno. & in l. vlt. & ibi quoque Barto. & Bald. C. de feri. & Ange. in repe. l. nemo carcerem. C. de exacto. trib. lib. 10. & in l. si ab arbitrio. ff. qui satisdare cogan. & Ioan. Raynaud. in c. primo. §. firmiter, in septima caussa excusante vasallum à seruitio.

Nobilis vxor non minus subdita viro quam ignobilis.

¶ Ad hæc Diuus Hieronymus apertè ostendit, non minùs esse subditam viro vxorem nobilẽ,
97 quam ignobilem, cùm scribit in epistolam Pauli ad Titum c. 2. Apostolũ ideo vxoribus præcepisse, vt essent subditæ viris suis, ne fortè diuitiis & nobilitate perflatæ, Dei sententiæ non meminerint, per quam subiectæ sunt viris. Ait quippe ad mulierem, Ad virum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Hæc ille.

Arete regina viro lectum constrauit.

98 ¶ Et huc vergit quod apud Homerũ illum omnis virtutis parentem (vt appellat Imperator in proœmio ff.) Arete Pheacum regina, & ipsa Diis Regibusq; maioribus orta, lectum (quod ancillare est ministerium) suis ipsa manibus Alcinoo marito constrauit. Ita enim scribit in fi. 7. Odysseæ,

Ἀλκίνοος δ' ἄρα λέκτο μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο.
Πὰρ δὲ γυνὴ δέσποινα λέχος πόρσυνε καὶ εὐνήν.

Sed & libro tertio eiusdem operis scribit, & Nestoris regis vxorem marito etiam lectum & cubile parauisse:

Τῷ δ' ἄλο

Τοὶ δ' ἄλοχοι· δὴ ... ἄλοχοι ... καὶ ...

Ennius autẽ scribit vxorẽ Tarquinij regis maritũ lauare atq; vngere solitã. Huius carmẽ est,

Exin Tarquinium bona fœmina lauit, & vnxit.

Quod de vxore ipsius Tarquinij, & quidem viuentis apertè intelligit Donatus in Hecyram Terentij: quanquam nonnulli de mortuo intelligunt. Quibus adstipulatur quòd carmen illud Ennij: ita citetur à Seruio, in Virgilium lib. 6. Aeneid.

Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit.

Tarquiniũ regẽ vxor lauat & vngit.

99 ¶ Sed & huc quoque tandem respicit, quod Diuus Augustinus in Sermonibus de tempore, feria 5. in cœna Domini. Serm. 1. Erubescunt (inquit) forsitan nobiles delicatis manibus viri & mulieres Christianæ, in hoc mundo sanctorum contrectare vestigia, quia hoc natalium prærogatiua non patitur. Mala nobilitas, quæ se per superbiam apud Deum reddit ignobilem. Vides enim ex ipsius Augustini sententia, nobilitatem non excusare ab his quæ facere iubemur, etiam si ea aliàs sint sordida.

Nobilitas non excusat ab his quæ facere tenetur.

100 ¶ Nec verum est quod aliqui in hoc loco scribunt, nobiles duntaxat mulieres Romanas à seruilibus ministeriis immunes factas. Quin id omnibus Romanis fœminis speciali quodam priuilegio concessum est, ex inito cum Sabinis fœdere, vti retulit Plut. in problematis. c. 84. & iterũ in Theseo. Scio autẽ fœminas nobiles virorũ imperiũ detrectare, sibiq; in illos cõtra asserere solitas, vt latè docuimus in 5. l. Cõnub. Sed nos hic declaramus quid eas facere decet.

De eadem re.

Vxores nobiles superbæ:

101 ¶ Tamẽ si priorem sententiam teneas, vt videlicet vxor nobilis non teneatur huiusmodi ministeria ancillaria facere: Temperabis procedere, nisi aut mariti valetudo, siue salus, aut hospitum honorandorum causa interciderit. Nam quod ad primum pertinet, refert Homerus lib. Iliados 8. Andromacham Hectoris vxorem diligentem fuisse admodum, & sollicitam subministrando equis mariti pabulo, quibus ipsius vita & decus tenebatur. Nam illic facit Hectorem hæc suos equos alloquentem,

Νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον, ἣν μάλα πολλὴν
Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος
ὑμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν,
οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

Refert & ipse Iliados 9. Achillem & Patroclum operam coquinariam propriis exercuisse manibus, cum Vlysses & Aiax ad illos venissent. quod & ad eius laudem recenset Aelianus lib. 7. variæ historiæ, & Athenæus lib. 1. Dipnosophistarum.

Andromacha equos Hectoris viri curat.

102 ¶ Quæ loca Franciscus Barbarus in suo libello de re vxoria, quem apud Gallos imprimendum primi omnium dedimus, solerter scitéque annotauit, monens his exemplis vxores, ne res huiusmodi contemnant, quas Andromache filia Aëtionis Thebanorum regis, & Achilles & Patroclus insignes Græcorum principes non contempserunt. Et hoc quoque è nostris commemorauit Ioan. Lupus in repe. rubri. de don. inter vir. & vxo. §. 51. nu. 2. & Bo. Curtil. in tract. nobilitatis in 58. priuilegio.

103 ¶ QVAMVIS iudex possit cogere etiam liberum hominem ad decapitandum, aut suspendendum hominem morti adiudicatum, vt voluerunt Guil. Cun. Bar. & alij in l. vlt. §. vlt. ff. de pign. act. cum multis si. & concord. à me alibi congestis. Nobilem tamen ad id cogere non potest, vt expresse voluit Alex. in l. 1. col. antepe. ff. sol. mat. allegãs Bal. in l. vlt. in fi. C. de exec. rei iudic. vbi Bald. ipse nuncupatim non loquitur de nobili, sed de honesta persona, dicens id quoque voluisse Guil. Cu. in d. l. vlt. de pign. act. Quo in loco certè ipsi Guil. Bar. Bal. Albert. Fulgo. & alij expresse dicunt, vilem tantum personam ad id cogi posse. Quod & idem voluit Flo. in l. liber homo, col. 2. vers. nota hanc pacificationem. ff. ad leg. Aqui. Lucas Pen. & Ioan. Plat. in l. 1. C. ne quis inuitus act. reip. ger. cog. lib. 11.

Liber homo cogi potest ad suspendẽdum hominem condemnatum, Modo non sit nobilis.

104 ¶ LICET PATER non teneatur alere filium, qui suis ipse manibus sibi victum potest quærere. l. si quis à liberis. §. sed & si filius, & ibi gl. & Bar. ff. de libe. agnos. Fallit tamen in filio nobili, cui esset verecundum huiusmodi opera seruilia facere, vt dicit expresse Bar. in l. 1. vers. item hæc lex facit. C. de mendic. val. lib. 11. Nã non possumus ait, quod honeste nõ possumus. l. si filius. ff. de cond. inst. & l. Nepos Proculo. ff. de verb. sig. & idẽ voluit Bar. in tract. de alim. col. 2. vers. itẽ hoc procedit, per tex. in d. l. si quis à liberis. §. 4. ibi, quorundã necessitatibus facilius succurritur, & q. ibi apostillauit, vt sic loquar ex nostris, Ia. de Ar. Sed & hoc quoq; voluit Cep. in d. trac. in 23. priuil. nobilitatis, & Pau. Cit. in trac. de iure patro. in 6. parte ar. 4. in 2. q.

Pater non tenetur dotare nec alere filiã naturalem, quæ sibi aliqua arte dotem comparare potest. Nisi ea sit nobilis.

105 ¶ Et bene facit, quod dicit Bar. post Pe. in d. §. sed & si filius, quòd ille tex. procedit, quando filius potest honeste aliquam artem exercere, alias secus, sicuti etiam voluit Io. Plat. in d. l. 1. de mend. val. vbi dicit illum tex. in d. §. sed & si filius, procedere nisi cõditio natalium repugnaret. ar. c. considerãda. 86. di. & idẽ quoque Pan. in c. 2. col. 2. de conu. infide. dũ limitat d. §. vt procedat, nisi filius esset talis, quẽ dedeceret operari, alias non teneretur laborare cum dedecore.

106 ¶ SIMILITER EST, quòd licet non teneatur pater dotare, sicut nec alere filiam naturalem, quæ ipsa sibi ex aliqua arte dotem comparare potest, vt voluit Bal. in l. neque mater. C. de iure dot. & sequitur Ro. in l. 1. ff. sol. mat. Fallit tamen si esset filia illustris cuiuspiam no-

bilis, cui non conueniret artem quampiam manibus exercere, vt expresse voluit Bal. Nouel. in tract. doti. in 6. parte priuil. 16. & sequitur Io. Lup. in repe. c. per vestras. §. 23. sed pulchrum est videre, col. 2. de don. inter vir. & vxo.

107 ¶ NEC LONGE distat, quod pulchrè voluit Bal. in l. 1. §. sed scimus. C. de lat. libe. tol. quod vbi quis tenetur alium alere, satis est vt eum recipi faciat in aliquo hospitali, modo illic morari possit sine dedecore. Nam si nobilis is esset, cui alimenta debentur, vt ei dedecus foret in eo hospitali diuersari, non id satis esset. Refert & sequitur Io. Ana. qui hoc dicit sing. in c. 1. col. 4. de infan. expo. & Card. Alex. in c. cum haberet, col. 2. de eo qui du. in ma. vbi & hoc reputat sing. & Io. Lup. vbi suprà proximè, & Hippo. Marsil. qui se id negat alibi legisse, quàm apud Bal. sing. 420. extat iuris regula.

108 ¶ NOBILES, vt & alij in dignitate constituti mitius puniuntur quàm ignobiles & plebeij. l. sacrilegij pœnam, in prin. ibi, pro qualitate personæ, & iterum in §. 1. ibi, aut si honestiore loco natus, ff. ad leg. Iul. pecu. & l. Pedius, ibi, si sordidiores erunt, & iterum l. vlt. ibi, si humiliore loco. ff. de incend. rui. nau. & in l. annonam. §. pœna autem, ibi, humiliores ad opus publicum dari. & l. vlt. ff. de sepul. vio. & l. 1. §. quanquam. ff. de abig. & l. 1. in fi. ff. de furib. balne. & l. 1. §. expilatores, & iterum §. vlt. ff. de effract. & l. stellionatus. §. solent. & §. pœna. ff. de cri. stellio. & l. 2. ff. de term. mot. vbi Bar. qui eam l. priorem legit, dicit pœnam fustium & verberum à nobilibus esse alienã, & l. 1. §. vlt. iterùmque l. 3. §. legis, rursúmque l. pe. ff. ad leg. Cor. de Sicar. & l. in seruorum, in prin. ff. de pœnis, vbi serui & humiliores in hoc æquiparãtur, & l. moris. §. sed enim, & rursum l. capitalium. §. non omnes, & §. venerarij, eod. tit. & l. 3. §. pœna militum, & §. is qui ad hostes. ff. de re mil. & l. 1. & l. veteranos. ff. de priuil. veter. & l. 3. §. tutores. ff. de suspec. tut. & l. nemo. C. de sum. tri. & fid. cath. & l. Arriani. & l. quicunque, vers. sin vero ignorante, & ibi Rapha. Fulgo. C. de hæret. & l. vlt. & ibi Sal. C. de pac. & l. 1. C. de aduo. diue. iud. & l. 2. & ibi Sal. C. vt nemo priua. & l. ne cui. C. locat. & l. seruos, & ibi gl. C. de vi publ. & l. 1. & ibi gl. in verbo, mediocris. & l. milites, & l. duo, & vtrobique Sal. C. de q. C. vt nemo ad suum patr. l. 11. & §. 1. & ibi gl. in verbo, viles, in auth. de ince. nupt. & c. pastoralis, in fi. princ. ibi, dignitati deferat, & personæ, extra. de offi. deleg. & c. vlt. ibi, volentes tamen nobilitati parcere Comitis. & ibi gl. in verbo, nobilitati. Host. Ant. in 2. not. Petr. Anc. & Pan. de pœnis, & c. qui contra, vbi est tex. in id expressissimus, & ibi gl. 24. q. 1. & c. contra. & ibi gl. 26. q. 5. & c. vlt. & facit etiam c. 1. vers. qui verò de vsur. lib. 6. & c. cum beatus, & ibi gl. in verbo, grauioribus. 45. di. & cle. multorum, & ibi gl. in verbo, inferiores. & ibi Car. Alex. in 9. not. de hære. Et præterea voluit gl. in l. aut damnum. §. in ministerium. in verbo, fœminæ. ff. de pœnis, & in c. vlt. in gl. vbi in prin. de transac. & in c. cum quidam, & ibi alij, de iureiur. Alber. in l. illicitas. §. qui vniuersas, in fi. ff. de offi. præsid. vbi dicit quod plerunque nobiles solent deportari, vbi ignobiles decapitarentur. Sal. in l. & si seuerior, col. 1. nu. 3. C. ex qui. cau. infa. irro. latè Cepol. in 5. q. & in 6. priuilegio nobilitatis, & plerique omnes vbique.

Etiam si cõstitutio omnem misericordiã tollat.

109 ¶ Et hæc adeo procedunt, vt si pœnalis constitutio expresse dicat, nullam misericordiam ex quopiam delicto delinquentem consecuturum, vt in casu c. 2. de maledi. Tamẽ vt dicit Host. ibi, in verbo, misericordiam: si is qui ita deliquit sit nobilis, quem non decet publicè pœnitentiam agere, de qua is tex. loquitur, & paratus est magno pretio, siue eleemosynis redimere, audiendus est. quod dictum sequitur & dicit satis æquum Panor. ibi in 5. not.

110 ¶ Ex his autẽ fit, vt cum pœna laquei sit ignominiosissima, vilissimaq; ac fœdissima omnium pœnarum, vt tradit Bal. in rub. de offi. deleg. col. pe. ver. cõtra notorium, & in l. omnes. & ibi quoque Io. Plat. C. de delato. lib. 10. & Angel. in auth. sed nouo iure. ante fi. C. de ser. fugiti. Id quod multis antè seculis dixerat Euripides in Helena,

Ἀσχήμονες μὲν ἀγχόναι μετάρσιοι,
Κἀν τοῖσι δούλοις δυσπρεπὲς νομίζεται.
Turpes quidem laquei sublimes,
Et seruis indecorum existimatur.

Et Liuius lib. 2. decadis. 5. loquens de morte Q. Fuluij Flam. Hic (inquit) fœda morte periit, nam, vt postea subdit, Serui mane cubiculum ingressi laqueo dependentem inuenere. Ex quo & id mortis genus informe appellarunt Decreta Canonica à paucis in hoc animaduersa, in c. sceleratior, de pœn. di. 3. quod de Iuda loquitur, qui sese laqueo suspenderat. Quam etiam historiam recensens Iuuencus ita scribit,

Informem rapuit ficus de vertice mortem.

Similique modo appellauit Iosephus apud Aegesippum lib. 3. Informis (ait) lethi laqueum homines inuenerunt, feræ nesciunt. Et antè Virgilius, lib. 12. Aeneidos,

Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.

Laqueo interemptus insepultus manent.

Quo in loco Seruius ideo informe dicit appellari, quoniam in pontificalibus libris cautum fuerat, vt qui laqueo vitam finisset, insepultus abiiceretur, quòd ea mors esset infamissima. Plinius autem lib. 14. c. 19. scribit in veteri Romanorum religione nefastum fuisse, libare Diis vino vitis, iuxta quam hominis mors laqueo pependerat. Idem lib. 2. c. 25. hanc pœnam scitè

præposte-

præposteram vocat, quia scilicet includitur spiritus cui debet quæri exitus. Dicit enim de terra loquens, Quin & venena nostri miserta instituisse credi potest: ne laquei torqueret pœna præpostera, incluso spiritu, cui quæreretur exitus. Quem secutus Sextus Aurelius, Maximianus (ait) Herculeus à Constantino apud Massiliam obsessus, deinde captus pœnas mortis genere præpostero fractis laqueo ceruicibus. Et hanc sanè pœnam veluti grauissimam & infamissimam iussit Deus Op. M. quibusdam idololatris sacerdotibus infligi, Num. c. 25. Atque etiam Iosue Iudex princépsque Iudæorum hac pœna, vt atrocissima plurimos reges ethnicos affecit, Iosue 7. iterúmque 10.

Laquei pœna præpostera.

111 ¶ Leges autem ciuiles suspendiosos (ita vocant eos qui eam pœnam passi sunt) lugeri vetant. l. liberorum. § nõ solent ff. de his qui no. infa. Alibi autem in illis scribitur, viles & abiectos, & infimæ sortis homines eo genere mortis affici solere, non etiam Decuriones, aliósque honestiores. l. moris. §. sed etiam. ff. de pœnis. Proindéque dicit gl. in l. 3. §. 1. in verbo, torquẽtur. ff. de iure mil milites ex quo delicto plebeij suspenduntur, non eo genere mortis plecti, sed, vt dicunt Doct. decapitari, aut alia pœna non adeò graui & ignominiosa affici. ita enim voluerũt ibi Bar. & Alex. in addi. illius, qui & id trahit ad nobiles, & alios id genus honestiores, & idẽ Bar. in l. capitalium. §. serui. ff. de pœnis. Bal. in l. data, statim post prin. C. qui accu non poss. & in d. c. 1. §. si rusticus, in fi. & ibi Matt. Laud. etiã in fi. & Car. Alex. & Matth. Afflic. col. 2. tit. de pac. tenen. idem Bal. in d. c. cum quidam, in fi. & ibi etiã Pan. col. vlt. & Fel. col. 3. vers. tertia declaratio, extrà, de iureiur. ipse Bal. cons. 426. præmittendum est, in princ. lib. 1. & ipse quoque Pan. in d. c. pastoralis, in prin. in 6. no. de offi. deleg. Lucas Pen. in l. quamuis, col. 2. C. de Decur. lib. 10. & in l. 1. col. 6. in verbo, degeneris. C. de desert. lib. 12. Io. Plat. in l. omnes iudices, post prin. de dign. lib. eo. Ro. in repe. l. si vero. §. de viro, in 4. fal. vers. 2. ff. sol. mat. Io. Ana. in c. vlt. col. 10. de collu. deteg. Cepola con. cau. cri. 40. Lucius, col. 3. vers. & idem, vbi id dicit not. Barb. in proœmio Cle. in verbo, salutem, col. 13. vers. 28. Lud. Bol. cons. 37. nobilis quidam, col. antepe. vbi dicit d. gl. ad hoc sing. Philip. Dec. in c. at si clerici, in 7. no. de iud. vbi ita dicit se consuluisse, vti fecit cons. 65. statuto cauetur, col. vlt.

Suspendiosi lugeri vetantur. Viles tantum non etiam nobiles eo genere mortis afficiendos.

112 ¶ Quanquam scio id genus mortis non atrox atque ignominiosum existimari quibusdam populis, vt de Gallis scribit Bar. in d. l. 3. §. 1. ff. de re mil. vbi dicit eam pœnam non adeò infamem esse in Gallia, vt in Italia, quia quilibet etiam nobilis suspenditur apud Gallos. quod & repetit & dicit no. Cepo. d. cons. 40. col. 4. vers. & hoc quãtum ad torturam. Nescio autem an temporibus eorum id apud nos obseruabatur: nũc autem video aliter fieri, nisi si nobiles, aut in dignitate constituti crimina quæpiam sordida commiserint. Illud autem scio apud plurimos Germanorum hanc mortem olim non fuisse deformẽ habitam, vt qui morientium propinquorum gulam laqueo frangerent, vt memoriæ prodidit Bardesanes in dialogo de fato, & eius authoritate Eusebius Cæsariensis, de præparatione euangelica, lib. 6. c. 8. Tibareni quoque, quos impensè dilexerant senes suspendebant in paribulis, vt retulit D. Hieronymus in Iouinianum lib. 2. Id quod etiam Persas facere tradit Sextus Empiricus. Apud Erulos Danubij accolas vxor defuncti, si non multo post viri sepulchrum laqueo vitam finiuisset, perpetuæ ignominiæ nota inurebatur, vt Procopius testis est. Aelianus autem lib. 14. de varia historia tradit quòd cum Olympias misisset Euridicæ Philippi & cuiusdam Illyridis filiæ cicutam, laqueum & ensem vt mortis genus deligeret, illa laqueum delegit.

Non omnibus laquei mors tam ignominiosa fuit.

113 ¶ Nec omittemus vetusto more Romanorum nefas fuisse, virgineã strãgulare, vt scribit ipse Suetonius in eodem Tiberio, quem refert ob id ipsum puellas quasdam carnifici vitiandas dedisse, deinde strangulandas. Lege autem Mosaica maledictus à Deo, qui pẽdebat in ligno, vt scribitur Deut. c. 21. in fi. & repetitur in c. si verò. §. tanquam, de pœn di. 2. De qua re loquẽs Alexander Ales summæ authoritatis Theologus, in 3. parte summæ. q. 47. ar. 2. scribit, in lege Mosaica quatuor tantum mortis genera fuisse statuta, videlicet Lapidationem, Cremationem, Decapitationem, Suspensionem. Cuius rei rationem reddẽs subnectit, quatuor esse potissimum quæ solent in pœnis timeri, scilicet Diuturnitatem, Acerbitatem, & eam quam vocat irremediabilitatẽ, & Ignominiam. Ac diuturnitatẽ esse in lapidatione, Acerbitatẽ in crematione, Irremediabilitatẽ in decapitatione, Ignominiã verò, siue vilitatem in suspensione: quod, vt subdit, ignominiosissimũ est mortis genus, vnde illud profectum autumat quod nuper adduximus, Maledictus homo, &c. Vt nõ mirum sit quod scribit Suetonius in Tiberio. c. 53. q cũ ipse Tiberius Agrippinã nurũ crudelissimè, aliter tamẽ, quàm laqueo interemerat, pro tali clemẽtia interponi decretũ passus est, quo sibi gratiæ agerentur, q & retulit Tacitus historiæ Augustæ lib. 5. Cęterũ lex illa horrendi criminis in perduelliones arborẽ qua quis suspẽdebatur, infelicẽ vocabat, Infelici, inquit, arbori reste suspẽdito. Testis Liuius 1. decad. li. 1.

Virgines non strangulandas. Maledictus à Deo qui pendebat in ligno. Quatuor mortis genera legib. Mosaicis statuta. Suspendiosorũ superstitiones.

114 ¶ At mirum est quod de superstitionibus huiusmodi suspẽdiosorum à bonis autoribus scriptum est. quod nos obiter memorare voluimus, præsertim quod nonnihil ad huiusmodi miserabile, ac veluti prodigiosum monstrosũmque vitæ suppliciũ pertinet: scilicet peritissimos artis magicæ multa ex carnibus, ossibúsque horum suspendiosorum ad rem ipsam magicam pertinentia conficere solitos, eáque in magicis veneficiis medicatissima existimare. Quod &

Carnes & ossa suspendiosorum ad magica veneficia.

testatur Lucanus lib.6.Pharsaliæ,de Erichthone Magices consultissima tradit,

—Laqueum nodósque nocentes
Ore suo rupit,pendentia corpora carpsit,
Abrasitque crines,percussáque viscera nimbis
Vulsit,& incoctas admisso sole medullas, &c.

Suspendiosi caluaria. Suspendiosi laqueus.

Et Apuleius Madaurensis,& ipse magiæ deditissimus,cũ de ferali officina Pamphiles Thessalicæ mulieris,in ea arte instructissimę loqueretur,lib.3.Metamorphoseos,Hic(ait)nares & digiti,illic carnosi claui pendentium,&c.Cæterùm Plinius lib.28.cap.1.scribit Antheum ex caluaria suspendio interempti catapotia fecisse,contra rabidi canis morsum. Et c.4.eiusdem lib.tradit laqueum suspendiosi circundatum temporibus, dolorem capitis sedare.

Externorum sententia de nobilibus mitius tractãdis.

115 ¶ Sed hæc veluti superstitiosa,& omnimodo ridicula relinquamus, & ad præcipuũ nostri instituti propositum redeamus. Ex his quæ suprà diximus satis constat ex nostris legibus, eorúmque interpretũ opiniunibus,mitius in pœnis agendũ esse cum nobilibus,vt & aliis personis honestioribus,& in dignitate constitutis,quàm cũ ignobilibus, & aliis personis vilioribus. Quod & aliorũ authoritate probare possumus. Nam Quintilianus oratorũ summus lib.6.Inst.orat.c.6.de cõclusione disserens,Periclitantem (inquit)commendat dignitas & studia fortia,& susceptæ in bello cicatrices,& nobilitas,& merita maiorũ.Idẽ li.7.quo loco de qualitate loquitur,scribit ad pœnarũ deprecationẽ prodesse nobilitatẽ, dignitatẽ, propinquos, comites.Tullius quoque ante illũ li.2.Rhetoricorũ de deprecatione loquens,Hæc (ait)ignoscendi ratio quæretur ex his locis,si plura aut maiora officia,quàm maleficia videbũtur constare:si qua virtus,aut nobilitas erit in eo,qui supplicabit.Idẽ in defensione Lucij Flam.maiorũ,& generis honores,imperiũ,& rerũ gestarũ gloriã non prætermisit. Ob ídque in ea etiam si quid errasset,vt ille inquit,omnes boni conniuendũ esse arbitrãtur. Idẽ in defensione Aemilij Scauri,meritorũ,nobilitatísque maiorũ commendatione maximè vsus est,vt tradit ipse Quintilianus in eo loco, quẽ primum citauimus.Sed eius oratio non extat. At Valerius Maximus lib.8.c.1.rem ipsam refert,scribitque Scaurum ipsum, cuius salus propriis obrueba tur criminibus,tamen propter vetustissimam nobilitatem,& recentem patris memoriam absolutum fuisse.Apud Liuiũ lib.ab vrb.cond.3.familia Claudia requirit populũ,vt Appius Claudius Decemuir,qui reus erat, Claudiorũ nobilitati cõdonetur. Sed & apud Suetoniũ in August.c.5.C.Lectorius. adolescẽs patricij generis in deprecãda grauiore pœna adulterij,natales inter cætera allegat.Et huc quoq; referri potest illud Euripidis apud Stob.in Ino,Ser.84.

Φειδώμεθ' ἀνδρῶν εὐγενῶν, φειδώμεθα.
Κακοὺς δ' ἀποπτύωμεν, ὥσπερ ἄξιοι.
Parcamus viris nobilibus,parcamus.
Malos autem respuamus,vt digni sunt.

Delicta nõ nunquam dignitate augentur.

116 ¶ Verũ id primũ intelligendũ est,nisi nobilitas,aut alia dignitas augeat delictũ,quod plerunque facit d.l.quędã delicta,& ibi Bar.& Alberi.ff.de pœnis.& l.2.& l.omne delictũ §.augetur.ff. de re mil.& c.homo,& ibi gl.40.di.& c.quia sanctitas.50. di.& c.nullus itaq;.& ibi gl. 1. q. 1. & c.nulli.25.q.1.& c.vlt.30.q.1.& c.1.de cler.vena.& c.excõmunicamus.§.credentes,vers.si verò clericus,& ibi.gl.in verbo,exerceatur,quæ concor.citat,de hęr.& c.inter corporalia,ver.sanè quoniam,de trãsl.epi.vbi gl.in hãc sententiã allegat illud Iuuenalis,nomine tñ authoris tacito.

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet,quanto qui peccat maior habetur.

Quod etiam citat Felyn.in c.mulieres.col.3.de sentent.excom.Et facit etiam quod voluit glo.in c.hi qui.15.q.vlt.cum si.

117 ¶ Nam tunc vt pœna delicto respondeat,iuxta tex.in d.l. quædã, & c.non afferamus. 24.q.3. grauius puniuntur constituti in dignitate,sicuti grauius peccant.d.l.quædã,& ibi Bar. Albe.& alij.ff.de pœnis,& d.l.3.§.is qui ad hostes.ff.de re mil.& l.presbyteri.C.de epi.& cler. quæ & repetitur in §.presbyteri.5.q.vlt.vbi multo magis pœna digni sunt,quibus cum plurimum honoris per nostram iussionem delatum est, si in occulto crimine inueniantur, & l. omnes,& ibi Bal. C.de Decurionib.lib.10.& l.3.in fi.C.de conduc.& procur.li.11.cũ dicitur, Grauior enim pœna constituenda est in hos, &c.& ibi Lucas Pen.& l. per id tẽpus, & ibi quoq; idem Lucas Pen.C.de Cur. li.12.& c.cum quidã.de iureiur.& c.3.& ibi gl.Io.An.& alij de cle. ven.& d.§.credẽtes,& d.c.quia sanctitas,&c.nulli,& ibi gl.19.di.& c.præcipuè.11.q.3.& c. vlt.30.q.1.gl.& Bal.in d.§.si rusticus.gl.in c.2.in verbo,sacerdotale,de offi.dele.li.6.Iac.Ar.Dy. Cy. Bal.& Sal.in d.l.nemo.C.de sum.tri.& Iac.Bel.Bal.in d.§.si quis verò aus.Io.Plat.in l.vlt.per illum tex C.de Fabri.lib.11.Cepol.cons.40.col.4.vers.tamen ista regula. Et huc pertinet illud Meliorum ad Athenienses,apud Thucydidem lib.5.Neque hoc minus vestra refert, qui quo maiores cæteris estis,eò maiori,si labemini,eritis penarum magnitudine digni.

Quãdo dicatur crimen augeri nobilitate aut alia dignitate.

118 ¶ Tunc autem dicitur crimẽ augeri dignitate,cum in his peccamus,quæ dignitatem nostram concernunt,atque illius administrationem:vel in his, propter quæ dignitatem vel honorem sumus consecuti: vel cum delictum cedit in dedecus & cõtumeliam ipsius dignitatis, vt patet

vt patet ex iuribus citatis in duobus præce.ver. Et voluerūt fermè omnes, quos suprà citauimus,& Bar.in d.l.quędā.& Alex.in d.l.2.paulo ante: fi.C.vt nemo priu. Vel etiā quādo delinquimus prætextu & colore dignitatis.secundū Ray.& Sal.in d.l.presb.per tex.ibi. in illis verbis, φ nihil metuāt, & Cepola, quid optimè declarat d.con.40.col.4.vbi suprà.& ver.seq.

119 ¶ Diuus autem Thomas,1.2.q.73.art.vlt.scribit ex quatuor augeri crimen dignitate,ex quibus suprà aliquot tetigimus. Huius verba hæc sunt doctiora,quàm elegantiora,Primum propter specialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem, veluti si Princeps iustitiam violet,qui ponitur iustitiæ custos:& si sacerdos fornicetur, qui castitatem vouit. de quo vltimo exemplo vide gl.in c.qui viderit 32.q.5.Item propter exemplum siue scandalum, quia vt Gregorius ait in Pastorali,In exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia gradus peccator honoratur.Ad plurium autem noticiam veniunt peccata magnorum,& magis homines indignè ferūt. Tertio propter ingratitudinem: quia omne bonum, quo quis magnificatur,est Dei beneficium,cum homo sit ingratus peccando.& quātum ad hoc, quælibet maioritas,etiam in temporalibus bonis,peccatum aggrauat, secundum illud Sapientiæ 6.Potentes potenter tormenta patientur. Quarto quia facilius possunt resistere peccato maiores,vt qui excedunt scientia & virtute. Vnde dicit Dominus Lucæ 12.Seruus sciens voluntatem Domini,& non faciens, plagis vapulabit multis. Ex quibus nonnulla huic loco conueniunt,quædam minimè. sed quisque quod sibi videbitur accipiet.

120 ¶ Ex his autē fit,vt cū nihil magis repugnet veræ nobilitati,quàm proditio,(nam & proditor nobilitatē amittit)quod ex eo constat quòd nobilitatis insignia illius delenda sunt l.eos qui. ff.de pœn.quam sing. dicit Ro.sing.476.eorum arma,& iterum sing.669.an arma.& à principis facie arcendus,vt dicit Matth.Afflic.in c.1.col.3.nu. 22.tit.an ille qui interfe.fra.do.citans Bal.ibi,qui tamē de omni infami loquitur. Certè si nobilis adeò suæ dignitatis oblitus fuerit, vt in proditionem incurrat,nō modo pœna ignobilium, sed & grauiori puniendus est.testimonio Bal.in d.c cum quidā,de iureiur.vbi & ex hoc limitat quod suprà diximus, nobilē ex delicto quo ignobilis laqueo suspenditur,decapitari, aut alias puniri debere: vt nō procedat, si proditionem nobilis commiserit. tunc enim altioribus furcis suspendendus est,vt dicit obseruari in nostro regno Franciæ. Et sequitur Fel.ibi,col.3.vers.tertius est,& iterum vers.quod autem dictum est,& in d.c.pastoralis.col.1.vers. secundo fallit,de offi.deleg.

Nobiles proditores magis puniuntur. Proditoris insignia delenda.

121 ¶ Et cū etiā falsitas sit admodū aliena à nobilitate,nā & hæc est proditioni affinis & cognata: Ideo si nobilis crimē falsi cōmiserit,grauius quoq; puniēdus est,vt scribit Alb.in d.l.quędā. ff.de pœn.& Matth. Afflic.decis.Neapo.404.eadémq; vlt.fuit per illustrē,col.pe.ver.nec allegat,allegās in idē gl.in c.sing.89.di.vbi tamē nulla est gl. quæ id dicat, quæ ve de ea re loquatur.nisi mēdū sit in meo codice. Sed in id facit bonus tex.in l.presbyteros.C.de epi. & cle. Luc.autē Pen.in l.mulieres,col.5.vers.vlt.no C.de dign.lib.12.scribit nobilitatem amitti per periurium & falsum testimonium,quod & ipsum voluit Matth.Affli.in c.vlt.col.vlt.tit. qui.mod.feud.amit.& dec.Neap.vl.& Maria Soc.iunior con.39.prospectis his,nu.41.li.2. At Cy. in l.transigere,col.3.vers.quidam moderniores.C.de transac.dicit,hominem ad nihilum redigi per falsitatem, vt qui semper posthac sine fide sit, nec ei vnquam creditur. Hæc enim illum inerifacere,vt nunquam postea ei credatur,vt Aristoteles de mendace dicebat.

Et falsarij.

122 ¶ Adeo autē id crimen falsi leges Decemuirales exhorruerunt, vt qui id commisissent, è saxo Tarpeio deiici iuberent, vt videre licet apud Gellium lib. 24.c.1. Tametsi ea pœna adeò nostris iurisconsultis cruciabilis atque inhumana visa est,vt eam omnimodo reiecerint,l.si diutino.§.vlt.ff.de pœn.Polybius autem lib.6.tradit eos qui id crimen commisissent,fustibus ac lapidibus obrui solitos. Bar.autem in l.Lucius,in fi.ff.ad S.C. Turpi.quod statutum de relaxandis carceratis non porrigitur ad carceratos ob crimen falsi.Sed & Bar.in trac.de pręstantia Car.q.9.q.1.partis,col.2.scribit quod id priuilegium quod nonnulli tribuunt Cardinalibus præstandi immunitatem sceleratis ei occurrentibus,de quo per Bal.& Sal.in l.addictos. C.de appel.non habet locum in reis falsi. Quæ omnia etiam approbat Mar. Mātua. apoph. 16.succurrit. Quin Io.An.in rub.de crim.fal.dicit id crimē tā abominabile, quā aliud nullū. Et Ang. in §. minorem, in anth. de nupt. scribit id esse detestabilius homicidio, & veneficio. quem sequitur Matth. Afflic. illa dec. vlt. & Maria. Soc. iunior d. con.39.col.2.num. 7.lib.2. Adeò autem id crimen existimat Hippo. Marsil. graue sing. 165.inci.crimen fal.& in practica crim. §. attingam col. 2. con.105. circa præsentem casum.col.2.lib.2.vt propter id liceat leges transgredi secundum sententiam Inno.in c.1.de constit.& Maria.vbi suprà.

123 ¶ Hinc item fit,vt nobilis errans in fide, plus puniendus sit, quàm ignobilis, aut certè æquè, & secundum formam iuris,ex sententia Arch.in d.c.qui contra.27.q.1.& Fel.in d.c. pastoralis,col.2.vers.6.fallit,& in d.c.cum quidam.col.3.vers. quintus est. Nam quis neget nobilem, qui Deo suam nobilitatem debet,si in fide & religione ipsius D.Op.M.errauerit,multo magis in eum peccare,quàm ignobilem.quanquam id alio referri potest,vt dicam postea.

Et heretici

124 ¶ Sed & ex eo quoque illud fit. vt nobilis contemnens vel transgrediens mandatū principis, grauius puniatur,quàm ignobilis,vt magna autoritate affirmat Bal.in c.1.§. si quis verò an-

Et contemnentes, & trāsgrediētes præceptum principis.

su, per illum tex. tit. de pace iura. firman. & nuncupatim sequitur ibi Matth. Afflic. qui eum §. legit cum princ. col. pe. in 10. no. & id dicit no. & Fel. in illis duobus locis, scilicet in d. c. pastoralis, col. 2. vers. 4. fallit, & in d. c. cum quidam, col. 2. vers. secundus est.

125 ¶ Secundo intellige vt nobiles in pœnis corporalibus mitius puniantur. At in pecuniariis magis puniantur, cæteris quidem paribus, vt diximus in præcedente declaratione l. properandum. §. sin autem vtrinque, & ibi Bar. & alij. C. de iud. & d. l. §. si quis verò ausu, & ibi glo. in verbo, centum. Bal. Car. Alex. & Matth. Afflic. tit. de pac. iur. fir. gl. in c. 1. §. si rusticus, versi, si miles rusticum, in verbo, aut diuino in fi. & ibi Bal. Aluaro. & Cat. Alex. tit. de pace tenenda gl. & omnes in d. c. cum quidam, de iureiur. gl. in c. non cogantur. 41. di. & in d. c. qui contra. 24. q. 1. Odof. Cy. Alb. Bal. & alij in d. l. nemo. C. de sum. tri. Host. & Io. An. in c. ea quæ, de stat. mo. Alb. Gand. in tract. malefi. tit. de pœnis reor. col. 31. in paruis, vers. item quæro an pari pœna. Bar. & alij in d. l. quædam. ff. de pœnis. idem Bar. in l. illicitas. §. vlt. ff. de offi. præsi. & in l. 1. col. pe. vers. sequitur in diffinitione, acceptus. C. de dign. lib. 12. Albet. in d. l. presbyteri. col. 1. C. de epi. & cler. Io. Fab. & Ang. Aret. in §. 1. vers. licet autem, Inst. qui & ex quib. caus. manu. non lic. Sal. in l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi pub. Lucas Pen. in d. l. 1. col. vlt. C. de cond. & proc. lib. 11. Io. An. in d. c. 1. de cler. ven. & in c. vlt. col. 4. vers. nota quod maior pœna, de maled. & in d. c. excommunicamus. §. credentes, col. vlt. ad fi. de hæret. Masueri. tit. de pœn. §. ad infligendam. Matth. Afflic. in c. si rusticus, col. 2. vers. deinde glo. no. de pace tenen.

126 ¶ Cuius differentiæ ratio in promptu est. Nam magis affligitur nobilis ex parua quapiã pœna corporali, quàm ex magna ignobilis. Ideóq; modica pœna maior in eo censetur, quàm magna in plebeio, & è diuerso in pœnis pecuniariis, vt dicũt prope omnes quos suprà citauimus. Et cũ pœna ob id inter alias multas causas imponatur, vt peccantes emendatiores fiant, & vt metu pœnæ ipsi & cæteri deterreantur, vt latè diximus in legibus connubialibus. l. 9. nu. 165. dies iam me deficiet. Consequens est igitur, vt ea pœna imponatur, quæ magis timetur. Pœna autem pecuniaria, nisi magna sit, non admodum timetur nobilibus, & iis qui in dignitate constituti sunt, vt pote frequenter locupletibus, vt satis patet ex historia illa memoranda, quã retulit Phauorinus ex Q. Labeone in libris quos ad 12. tabulas conscripsit, apud Gelliũ lib. 20. eodémque vlt. c. 1. Nam cum lex 12. tabularum huiusmodi esset, Si iniuria alteri faxit. 25. æris pœnę sunto, Neratius quispiam homo improbus pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suæ palma verberare: Eum seruus sequebatur crumenam plenam assium portitans, & quemcunque depalmauerat, numerari statim secundum 12. tabulas 25. asses iubebat. propterea hanc legem abolescere & relinqui censuerunt, iniuriísque æstimandis Recuperatores se daturos edixerunt. Accurs. autem noster in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. Præsi. dicit per eum tex. in verbo, lumine vnico, vt ipse legit, quod tenuioris fortunæ homines non pluris lumen siue oculum æstimant, quàm porcellum, quod & ibi annotat Bal. ibi, & in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex peri. recit. & Cep. in trac. de ser. vrb. præd. c. 34. col. 1. & Geor. Nath. in repe. c. le. sępe, col. 77. vers. quæ autem dicatur causa breuis, de verb. sig. Sed vt hoc in transcursu dicã, mendũ est manifestum in eo tex. & in eo vocabulo, lumine, ex quo Accurs. illud sumpsit quod diximus. neq; enim lumine, sed limine, pro domo, legi debet, vt scitè tradit Catel. Cot. in mem. incip. Limen pro domo, vt etiam diximus in nostris legibus connubialib. l. 10. nu. 20. his auté. Quãquã Bal. & ipse secutus Accursij vestigia, in auth. sed nouo iure, col. vl. ver. sed hæc sent. C. de ser. fugi. dũ allegat d. §. ne potẽtiores, in eo legit lumine, nõ limine.

Lex xij. tabularum abolita.

Pauperes pluris æstimant porcellum quã oculum.

127 ¶ Cæterùm ad confirmationem eorum quæ diximus, Bar. in l. 1. §. vlt. ff. de pœnis, scribit id quod dici solet, quamlibet pœnam corporalem vel minimam, esse grauiorem qualibet pœna pecuniaria vel maxima, nõ procedere in personis vilibus, per l. hoc opere, in fi. ff. de oper. libert. Et certè sicut nobili maxima pœna siue iniuria est etiam sola facti infamia. l. non debet. ff. de dol. mal. Ita ignobili quælibet infamia quantumcunque magna est illi modica, vel nulla pœna, vt probat tex. in l. 2. C. vt intra certum tempus, cuius hæc verba sunt. Et si persona vilior fuerit, cuius damnum famæ non sit iniuria. Et ita illos tex. expendit Bal. cui nihil, vt reor, ignotum fuit, cons. 116. quod petitur, post prin. lib. 3.

128 ¶ Tertio intellige quod diximus mitius agendum cum nobili, quàm cum ignobili, non procedere in pœnis relatiuis, verbi gratia, si nobilis accuset plebeium, nec probet delictum, eadem omnino pœna punietur, qua puniri debuisset plebeius, si delictum probatum fuisset, vt est tex. in l. ad Commentariensem, & ibi gl. C. de cust. reo. Guil. Cu. Bal. in vtraque lec. scilicet in 1. col. vlt. vers. vlt. format, & in 2. lec. col. 1. & etiam Ang. in l. athletas. §. item calumniator, in fi. ff. de his qui not. inf. idem Guil. Cut. in l. 2. & ibi quoque Bal. in fi. C. de fid. instr. Io. Ana. in c. super his, col. pe. de accus. Fel. in d. c. pastoralis, col. 2. vers. 8. fallit, de offi. deleg. & in d. c. cũ quidã, col. 3. ver. quarta declaratio, de iureiu. & in c. cũ dilectus, col. pe. de calumnia, & Ias. con. 144. facti cõtingẽtia, ad fi. l. 1. 2. Quãquã videtur tex. in cõtrariũ in l. ab imperatore. ff. de pœna. Sed tu hic vide Io. An. in d. c. cũ dilectus, col. vlt. ver. quæro circa prædicta, de calũ.

Nobiles in pœnis relatiuis æquè ac ignobiles puniuntur.

129 ¶ Quarto cum nobilis mandauit pauperi, vt delictum committat, vel auxiliatus est pauperi delinquenti. Nam tunc iste nobilis eadẽ pœna punietur, qua pauper mandatarius, vel cui au

xiliatus

xillatus est, vt voluit Bar. loquens in casu diuerso, cùm scilicet nobilis mandato plebeij delinquit, in l. verùm, versi. & istam legé. ff. de Parricid. per text. ibi. Ex quo apertè colligitur, inspici qualitatem quæ in faciente est, nō quæ in mandante, & idē Bar. in l. is qui opem, co. vlt. ff. de fur. & in l. qui seruo. §. item placuit, co. ti. & cō. 66. ad declarationé, in fi. De quo & tu vide latè Bal. in l. nō ideo minùs, col. 3. in 4. q. C. de accusa. & Saly. in l. 1. col. 8. ver. quæro si propter qualitatem, & 2. seq. C. de rapt. virgi. & Ang. Peri. in tract. malefi. in verbo, dicto maleficio semper astitit, col. 2. versi. quæro qua pœna, & multis seq. & latißimè Cepol. consi. 34. si vnquam, in 2. dubio, & Fran. Are. in l. si stipulatus fuero per te. col. 2. ff. de verb. oblig.

130 ¶ Et in multis ex illis locis poteris intelligere, an & hoc procedat, cùm mandans vel auxilians ignorat qualitatem mandatarij, siue eius cuiopitulatus est. de quo quoniā alij quoq; id tenēt, alij contrarium: vide Ang. in l. 1. col. 1. C. de nili agge. non rumpen. & Fely. post alios in c. 1. col. 6. versi. tertium membrum, de offi. & pote. iud. deleg. quos tu si opus sit, videre poteris, ne hîc diutiùs immorer ad alia properans. *Quid si ignoret qualitatem mādatarij.*

131 ¶ Quintò intellige quod diximus nobilē, aut aliàs in dignitate constitutū mitiùs esse puniendum, nisi fortè aliter suaserit fieri nimia contumacia, vt probat tex. iisdem verbis vtens in c. 2. in fi. de offi. dele. li. 6. quem ad hoc quod diximus annotāt Io. And. & Ant. in c. ea quæ; de statu mona. & Henri. in d. c. cum quidam, & ibi Fely. col. 2. versi. quartus, Luc. Pen. in d. l. 1. col. vlt. C. de conduc. & procur. lib. 11. Fely. in d. c. pastoralis, col. 2. versic. quintò fallit. Matth. Afflit. in d. c. 1. col. vlt. nu. 98. tit. de pac. iur. fir. Et hoc vitium frequens est in nobilibus, ideóque magis in illis puniendum, vt sint exemplo cæteris. l. aut facta. §. vl. ff. de pœnis. *Quid si in nobilioribus sit contumacia proteruitas.*

132 ¶ Sextò intellige in pœnis arbitrariis: quæ scilicet, quoniam certæ non sunt ex legibus vel statutis, relictæ sunt arbitrio iudicum, & quas ideo nostri difformes vocāt. Secus in pœnis vniformiter, certè, & determinatè, indistinctèq; & indiscriminatim impositis. tūc enī ea pœna æqualiter puniri debēt nobiles & ignobiles, secūdū Ia. Bu. Guil. Cu. & Bal. in d. l. nemo. C. de sacro. eccl. Bal. in d. §. si rusticus, ante fi. ti. de pacé. iur. fir. Sal. in l. seruos. C. ad le. Iul. de vi pub. Lucá Pen. in d. l. 1. ad fin. C. de conduc. & procur. li. 11. Cepol. d. consi. 40. co. 4. versi. tamē ista regula.

133 ¶ Quod tamen omnino intelligendum, nisi iudex ex iusta & magna causa censuerit, vel grauiùs, vel mitiùs vtrūque, & nobilem, & ignobilem esse puniendū, quàm lege vel statuto præscriptum sit, secundum l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. & in l. & si seuerior. C. ex quib. cau. infa. irro. Nā & id expreßim in casu de quo loquimur voluit Saly. in d. l. seruos. Cui & tu adde not. per Innoc. in c. 1. & ibi latißimè Fely. & Deci. extrà de constitu. *Quid si sub sit magna causa augenda vel minuenda pœna.*

134 ¶ Septimò intellige, nisi statuta aliter expreßim disponāt, vt scilicet nobiles ex eodem delicto grauiùs puniantur quam ignobiles. Cuiusmodi statuta sunt in multis locis Italiæ, & inter cæteros in Tuscia, vt refert Saly. in d. l. 1. col. 8. ver. & quæ hîc, & in præcedenti. C. de rapto. virg. & doc. sæpe, vt postea dicemus, tunc enim ex eorum sententia qui hæc statuta referunt ea sunt seruāda. Nihil enim impedit quin id statui poßit, præsertim in iis locis in quibus nobiles sunt admodum ad vitia & scelera procliui, vt iam diximus. *Quid si statuta disponant nobiles grauius puniri.*

135 ¶ Octauò intellige quæ diximus in pœnis fori iudicialis. At in pœnis fori pœnitētialis, quod & forū conscientiæ appellant, magis puniendus est nobilis & in dignitate constitutus: vt qui plus, cæteris per omnia paribus, peccare videtur. Tum quia magis contemnit qui plus recepit à Deo, nec recognoscit, ideo maior est ingratitudo illius. Ex quo illud in primis istis animaduertendū, & in scrinio pectoris penitißimè recondēdum, Sapientiæ 6. Audite reges terræ & intelligite. discite iudices finiū terræ, Præbete aures vos qui continetis multitudines. & placetis vobis in turbis nationū: quoniā data est à domino potestas vobis, & virtus ab altißimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniā cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legē iustitiæ, neq; secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniā iudicium durißimum in his qui præsunt, fiet. Exiguo enim cōceditur misericordia: Potentes autem potenter tormenta patientur. *Quid in foro pœnitentiali. Nobiles magis in deum ingrati.*

136 ¶ Tum item quòd nobilium & in dignitate constitutorū peccata trahi solent ab inferioribus in exemplum, vt dicit tex. in d. c. cùm quidā, vbi gl. Imo. Fely. & alij, ex hoc dicūt quod diximus, magis istos puniendos in hoc foro pœnitentiali. & alius tex. in c. sicut. & in c. pastoralis. 2. q. 7. & c. ex merito. 6. q. 1. & omnium optimus in c. præcipuè. 11. q. 3. quem aureum dicit Barb. con. 40. clementißimum, co. 6. lib. 4. & tex. item in c. magnæ, de voto, vbi ad hoc citat gl. ibi & in d. c. ex merito, illud Claudiani, eius tamen nomine tacito,

—Componitur orbis
Regis ad exemplum. Et mox sequitur apud eundem Claudianum,
—Nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

137 ¶ Quibus simile est & illud sapientißimi illius Ecclesiastici c. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Et qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Et subdit: Rex insipiens perdit populum suū. Est & Platonis sententia à Cicerone Epistolarū lib. 1. ad Lentulum *De eadem re.*

vsurpata. Quales in republica principes essent, tales reliquos esse ciues. quam etiã citat Barb. con.1.col.5.lib.1.& d.consi 40.consi.6.lib 4. vbi dicit Platonem huiusmodi sententiam afflatu spiritus sancti protulisse, quod & idem dicit ipse Barb. con.82. clementissimi, col.5.eo.lib.4.& in procemio Cle. in versi. quoniam nulla, col.5. Et ipse Cicero lib.3. de legibus, legem 12. tabularum enarrans, qua cauebatur, vt magistratus vitio vacarent, atque cæteris specimen essent, hæc verba adiecit, Vt enim cupiditatibus principum & vitiis infici solet tota ciuitas, sic emédari & corrigi continentia. Et paulò pòst. Nam licet videre, si velis replicare memoriam temporum, qualescunque summi ciuitatis viri fuerunt, tales totam ciuitatem fuisse. Quæcũq. mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo sententiam. Et apud Laertium Antigonus Macedonum Rex ad Zenonem scribens, cùm multa primum de doctrina, & fœlicitate præmisisset, hoc tandem in calce subiecit. Cuiusmodi fuerit dux, vt plurimum subditos fieri necesse est. Agesilaüs quoque ille Magnus & ipse Lacedæmoniorum rex interrogatus, quare vehementi hyeme sine tunica ea ætate (is enim tum senex erat) circumiret, respodit, quò iuuenes imitentur, habentes ij quidem & senis, & principis exemplum. Author Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis, & Aelianus de varia historia lib.7. Sed & Herodianus lib.4. Solent, inquit, plærunque homines vitam principis æmulari.

An nobiles puniendi sint inconsulto principe.

138 ¶ Hactenus igitur diximus de pœnis nobilium, an videlicet ij plus, minúsve puniri debeant, quàm ignobiles. Qui locus facit vt in mentem veniant nonnullorum sententiæ, qui voluerũt nobiles ipsos non esse puniendos, nisi priùs consulto principe. Hi sunt, Iac. Ra. vt ipse citatur: neque enim extant scripta illius (quod sciam) in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. Præsid. & Raph. Co. in l.1. §. his quibus. ff. de leg.3. per text. in l. diui. §. vlt. ff. de pœn. Ita enim illos citat Alcia. in c. quod sedem, num.85. de offi. ordi. quãuis id nó reperi in meo codice Raph. Verùm ille text. non simpliciter loquitur de nobilibus, sed de principibus ciuitatis. Et est alius tex. loquens de Decurio. in l.2. ff. de bo. eor. qui sibi mort. consci. cũ dicitur, Si is de cuius pœna Imperatori rescriptum est, veluti quòd Decurio fuerit. Sed hæc in Gallia non obseruantur.

Nobiles nõ subiiciuntur quæstionibus plebeiorum.

139 ¶ SIMILITER nobiles non subiiciũtur quæst. plebeiorũ, vt dicit Io. Ray. in tract. nobilitatis in 7.q. prin. post prin. per tex. in l. desertoré. §.1. ff. de re militari & l. milites, & l. diuo. C. de q. & l. seuerã. C. de dig. li.12. vbi scribit, Seuerã indignationé (aut vt alij legũt, indagationé, quod mihi magis placet) per tormenta quærendi à clarissimo homine submouemus. Sed huiusmodi text. non de omnibus passim nobilibus loquuntur, sed de certis quibusdam, vt etiam expédit Luc. Pen. in l. mulieres, col.6. vers.13. priuilegiati sunt. C. de dignit. lib.12. Sed est tex. omnium optimus pro omnibus nobilibus, vt scilicet non torqueantur inscio principe, in l. nullus, in verbis, generis aut dignitatis. C. ad leg. Iul. maie. vbi tamen excipitur crimen læsæ maiestatis. Nisi & illum text. interpreteris secundum alia iura non generaliter loquentia.

140 ¶ Hoc tamé nõ obseruatur in regno Franciæ, vbi omnes nullo dignitatis, nobilitatisue discrimine, quæstioni subiiciũtur, si res exegerit, vt in Comite declaratum fuisse arresto retulit Aufrerius in 4. parte eius operis, cui titulus est, stilus Parlamenti. capit. decimonono. Tametsi quæ olim non nisi seruis, non etiam liberis vt plurimùm adhibebantur, vt satis videre est ex tit. ff. de quæst. Sed eò res progressa, vt indiscriminatim omnibus, & in omnibus criminibus adhibeatur. Nã & licet Decuriones de iure non torqueantur, tamen inualuit consuetudo, vt torqueãtur, vti scribit Math. Afflic. in c.1. §. si voluerit, col.2. nu.14. tit. de cap. qui cur. vend.

Nobiles per procuratorẽ compareant in criminalibus.

141 ¶ HIS quoque alia duo non intempestiuè subiiciemus. Primũ quod nobiles non adeò strictè in vinculis & carcere detineri debent, si quando ex vinculis causam dicere debent, vt patet ex iis quæ diximus, suprà hoc eodem c. nu.30. & generale est. Secundũ quòd nobilibus licet in causis criminalibus comparere per procuratorem, quãuis ignobilibus non liceat. l. vl. C. de iniu. & ibi gl. in verbo, per procuratorem, quæ nuncupatim id ibi fieri dicit propter nobilitatem, & allegat pro concord. l. quicũque, & auth. hoc ius. C. de procur. & l. vlt. C. vbi Senat. vel Claris. & l. quoties. C. de digni. lib.12. Verùm id nostris moribus non obseruatur.

142 ¶ VBI NOBILIS habet priuilegium, ne possit conueniri vltra quàm facere possit, deducto ne egeat, quia fortè est maritus, miles, &c. iuxta l. maritum. & l. miles. ff. de re iudic. Certè in huiusmodi deductione est habenda ratio suæ nobilitatis. Ita vt si satis esset relinquere ignobili & rustico, vnde posset vesci grosso pane, caseo, cœpis, fabis: non item pane albo, pullis, & aliis delicatis cibariis, secundum gl. in l. seruis vrbanis, in verbo, ex libellis, & iterũ in verbo, cibariis. ff. de lega.3. quam annotauit Cepol. loquens de hac re in d. tract. in 22. priuileg nobilitatis. & Pau. Cita. in suo tract. de iure patro. in 7. qu.6. partis. Iason loquens etiam de huiusmodi deductione, in §. item si de dote, col.2. Insti. de actio. & Matthe. Afflic. in constit. Siciliæ incip. qualitas personæ, co.2. & iterum in constitutione, quisquis, co.3. & Hipp. Marsil. in repe. rub. de probat. col.5. & Anto. Corse. in repe. c. grãdi. char. pe. de suppl. negli. præla. Nobili sanè est relinquendũ, vt possit viuere habita ratione suæ nobilitatis: vt proinde nó cogatur pauperũ cibis vesci, iuxta tex. in c. non cognantur. 41. di. Ita voluit Bal. in l.2. in prin. C. quod cum eo, per tex. in l. sed & si quid inædificauerit. §. sufficienter, ff. de vsuf. & in l. cùm vnus. §. alimentis. ff. de ali. & cib. leg. & idem Bal. in rub. C. qui bo. ced. poss. Ang. & Imo. in le. Nesennius. §. vlt. ff. de re iud.

Non etiam nobiles.

de re iud. Iac. Aret. Imo. Raph. & Alex. in l. si maritus in id. ff. solu. mar. per d. l. Nepos proculo, & ibi gl. in verbo, dignitate ff. de verb. sig. & in l. tutor secundum dignitatem. ff. de admi. tut. Dy. Angel. Are. & Iason in d. §. item si de dote, Inst. de actio. Cepol. in d. 22. priuilegio, & Fräc. Aret. consi. 17. consideratis diligentissimè, col. pe. in 5 dubio. Ex quibus etiam Imo. Alex. Are. Cepol. & Franc. Are. dicunt ita esse nobilitatis habendam in hoc rationem, vt non cogatur ipse nobilis solus viuere. Id quod etiā voluit Pānor. in c. cùm adeo, de rescrip. vbi & dicit huius rei esse habendam rationem, dum inspicitur. an beneficium sit sufficiens nec ne, sicut & voluit gloss. ibi. in verbo, sufficientem, per tex. in d. c. non cogantur, & glo. quoque in c. conquerente, in verbo, sufficientia, de cleric. non resid.

Nobilis nō cogitur solus viuere.

In beneficijs sufficientia habenda ratio nobilitatis.

143 ¶ Quibus adde præter iura suprà allegata, probantia alimenta esse constituenda secundum dignitatem personæ, tex. illud quoque probantem. in l. 1. §. mulier, & l. habitatio. §. seruis. ff. de ven. in pos. mit. cū cōcord. adductis per gl. in d. §. mulier. Adde & gl. in c. episcopus, in verbo, victu. 10. q. 2. & gl. in c. nobis. in verbo, modestè, & ibi quoque Ant. col. 3. versi. quæro tenetur, de iure patro. ex quibus illud sumitur, alimenta esse patrono præstanda, secūdum ipsius qualitatem. Cuius sententiæ authoritate Roch. Cur. in tract. de iure patro. in verbo, & vtile, in 3. q. 1. q. princ. dicit ampliora alimenta esse præstanda patrono nobili, quàm ignobili, quod & voluit Pau. Citad. in eod. trac. in 6. parte q. 7. arti. 4. & Cæsar Lamberti in eodem quoq; tract. in 3. art. 3. q. priu. li. 3. iterúmque in 12. arti. eiusdem q. eo. 2. Et quod etiā voluerunt in simili Spec. ti. qui fili. sunt legit. §. 1. eo. vl. vers. in summa. & Bal. in c. ad aures. de tepori. & Pan. in c. cū omnes, & ibi Fely. col. 10. in gl. pe. de constit. Pan. in c. statuimus, de maio. & obed. & in c. cū instātia, col. vlt. de censib. Quibus item adde quod voluit Zenzel. in extraua. execrabilis, versi. vnde inter cætera, in verbo, qui mendicant, quòd mendicitas est consideranda iuxta qualitatē personarum. Quid enim (inquit) si homo illustris genere habeat victum suum, sed iuxta dignitatem suā cætera non habeat? certè secundū se mendicare dicetur, per multa iura ibi allegata.

Dignitatis habēda ratio in alimentis constituendis.

Patrono nobili alimenta ampliora præstanda.

144 ¶ Sunt tamen (neque enim prætermittendum fuit) qui dicunt in huiusmodi deductione, de qua hîc principaliter loquimur, nullam esse habendam rationem dignitatis, vt Bal. & Ang. sibi contrarij. & Raph. in d. l. si maritus in id. ff. sol. mat. Tu illos vide & omninò Ang. distinguentem in d. l. Nesennius. §. vlt. Et Imo. limitantem in d. l. si maritus, & Ang. Are. in d. §. item si de dote. Ex quibus intelliges quid hîc dicendum sit. Et vide quod in simili dicam infrà nu. 153. his item adstipulatur.

Iterum de illa deductione ne quis egeat.

145 ¶ Tamen antequam vlteriùs progrediamur, visum est non intempestiuum quędam alia subscribere, rusticorum pauperúmque victū tāgentia. Primū ad id quod de pane albo diximus, pertinet vetus prouerbium λευκὴν μᾶζαν φυρῶ σοι, id est, album panē pinso tibi, dici solitū, sicuti admonet Erasmus, vbi quis magnarū rerū spes amplas ostendit. Nam Græcis albū panem in deliciis fuisse, & non nisi diuitibus dari solitū, testatur illud Luciani in eo libello, quem ad Timoclē scripsit. de iis qui mercede conducti in diuitū familiis viuunt, οὐδ' ὄναρ λευκοῦ ποτε ἄρτου ἐμφορηθείς, id est, ne per somnium quidem vnquam albo pane saturatus. Constat autem antiquitus nobiles alio pane vesci solitos, alio vulgus, ex Plinio lib. 19. c. 4.

Prouerbiū de pane albo.

146 ¶ Sed & his adde tex. sing. & penitissimis memoriæ arcanis recondendum in §. criminis, ante fi. 25. di. vbi is peccat venialiter, qui pauperibus deliriosa vel sumptuosa cibaria præparat. Et quod voluerunt Iac. Bel. Cyn. & Bal. in authe. ad hæc, ad prin. C. de vsur. quòd rustici non solent vinum bibere, sed aquam solùm, quod & repetit Matth. Afflic. in d. constit. quisquis.

147 ¶ Apud Homerum li. Odysseæ 14. Eumæus Vlyxis bubulcus dicit porcellorum carnem esse seruorum cibum. Ita enim infit,

Ἔσθιε νῦν ὦ ξεῖνε τά τε δμώεσσι πάρεστι
Χοίρε', ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσιν.

Porcorum carnes, seruorum cibus.

Pythagoras quoque dicebat authore Laërtio. non eosdem cibos fas esse apponi seruis & liberis. Satisque constat ex veteribus monumentis olim rusticis, messoribus, mercenariis, & aliis id genus hominibus serpillum & allium pro cibis dari solitum, aliásque huiuscemodi herbas, quod indicat Virgilius Eglo. 2.

Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia serpillum, atque herbas contundit olentes.

Et Horatius in Epodo, ode 3.

Parentis olim si quis impia manu
Senile guttur fregerit,
Edat cicutis allium nocentius.
O dura messorum ilia.
Quid hoc veneni sæuit in præcordiis, &c.

Allia, Serpillum, & cætera herba messorū propria.

Herodotus in Euterpe quo loco Pyramidē Cleopis Aegyptiorū regis describit, author est, mille talenta in eiusdem Pyramidis operarios pro apio, cepis, & alliis fuisse erogata, & vt scribit Plinius lib. 26. c. 12. Aliqui ex iis qui de Pyramidibus scripserunt, prodiderunt in raphanos, alliū, ac cepas mille octingenta talenta erogata. Horatius in Arte poëtica populares ac plebeios homines significare volens, ita scribit,

Nec si quid fricti ciceris probat, aut nucis emptor.

Illud

Jllud autem ex Plinio obseruauimus li. 19. c. 4. olim esum quorundam exquisitorum pomorum fuisse pauperibus interdictum: nec licuisse plebi carduis vesci. vt hinc possis intelligere, iam ab illis temporibus carduos fuisse in delicus principum virorum.

Allium cibus illiberalis.
Et raphanus.
Raphanorum ructus fœtidi.

148 ¶ Galenus ille medicorum nobilissimus, vt & aliquid ex medicis huc adferamus, tradit in 12. Therapeuticæ, alliū esse rusticorum theriacam. hæc enim sunt eius in eam rem verba. ἐγὼ γε τῶν ἀγροίκων θηριακὴν ὀνομάζω τὸ σκόροδον. Volateranus li. 2. in hortensibus refert Plinium alliū vocare cibum illiberalem. Quanquam id nusquam dixit de allio, sed de raphano, cùm scribit de eo loquens lib. 19. c. 5 Ob id cibus illiberalis, vtique si proximè olus mandatur. Quem ita vocat Plinius, vt opinor, quoniam faciat ructus fœtidos, vt cunctis palam est, & scribit Galenus ad Paternianum. c. 230. & Isaac in particularibus dietis.

149 ¶ Non longè à præcedenti capite abesse videtur text. in l. si quis sepulchrū. §. sumptus, ibi, vel dignitate defuncti, & l. atsi quis. §. æquum autē accipitur in illis verbis, ex dignitate eius qui funeratus est. & l. in patte, ibi, pro dignitate. ff. de relig. & sump. fune. Per quem tex. in d. §. æquū, dicit Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus, l. 1. co. 2. ff. ad S.C. Treb. q pōpa funebris nobiliū debet esse maior & sumptuosior, quàm ignobiliū. Et ex hoc satis patet quod scribit Cornelius Tacitus li. 4. Lucil. Longo quamuis nouo homini censorium funus fuisse decretum.

In funeribus nobiliū imagines maiorum deferebantur.

150 ¶ Id quod etiam videre licet ex eo quòd antiqui Romani in funere nobilissimi cuiusq; solebant præferre maiorum imagines vt tradunt Porphyrion & Acron interpretes Horatij enarrantes. & ad id trahentes illud ipsius Horatij, in Epodo, Ode 8.

Esto beata, funus atque imagines
Ducant triumphales tuum.

Id quod ipse Porphyrion subdit se vidisse obseruari in funeribus principū. Et Lutatius aut, vt alij appellant, Lactantius Grammaticus in Thebaiden Statij Papinij in eos versus li. 6.

Exin magnarum series antiqua parentum
Innectitur. Vbi & in id citat illud Horatij suprà citatum, & Dion Nicæus in vita Seueri non multò post prin. vbi de exequiis Pertinacis Imperatoris loquitur. Et id quoque ostendit satis Plinius li. 35. c. 2. cū scribit, Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, vt essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, semperq; defuncto aliquo, totus aderat familiæ eius qui vnquam fuerat populus. Stemmata verò lineis discurrebāt ad imagines pictas. Et Cornelius Tacitus lib. 3. in fi. Iuniæ Cassiæ vxoris Bruti sororis funus cæteris solennitatibus cohonestatum viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ sunt. & inter hos Manliorum. Quintiorū, Cassij, & Bruti. Legimus quoq; apud Dionē in Augusto, in funere ipsius statuas maiorū ipsius atq; propinquorū qui è vita discesserant, delatas fuisse, excepto Cæsare, quoniā in numerum deorum esset relatus. Et apud Cornelium Tacitum statim post prin. li. 3. Augustum in funere Drusi patris Germanici imagines Claudiorū Iuliorúmq prælatas. Et apud eundem li. 4. Tiberium in Drusi filij sui funere originē Iuliæ gētis, Aeneam, omnésque Albanorū reges, Romulū, & Appiū Claudium, cæteràsq; Claudiorū effigies longo ordine produxisse. Et apud Plutarchum in vita Cæsaris ipsum Cæsarē in Iuliæ amitæ funere Marij statuas pro decore familiæ detulisse. Tradit autem Cornelius Tacitus li. 2. censitum fuisse, ne imago Libonis exequias posterorum comitaretur, quòd multis criminibus accusatus & conuictus mortem sibi consciuerat. Ex his autem est illud Horatij in Epodo, Ode 8.

Esto beata, funus atque imagines
Ducant triumphales tuum.

Scio autem in Gallia obseruari, vt in funeribus nostrorum Regum, & liberorum Regiorum præferantur non quidem maiorum, sed ipsorum imagines ad viuū repræsentatę. Id enim vidimus fieri in funere Frācisci Regis, duorū q; suorū filiorū primi scilicet, & postremi. Relictus est enim eorum medius Hēricus regni successor, qui ipsa die qua natus erat, eadem & regnū morte patris adeptus est: ita vt illi eadem dies, & vitæ, & regni fuerit: idq; integris octo & viginti annis, qui quidē numerus omnium perfectissimus est & mysteriorum arcanorúmque fœcundissimus, vt pote quatuor septenariis constans. Id quod obiter dicere voluimus.

151 ¶ Sed vt redeamus ad pompas funebres: Illud quoque annotandū ducimus, apud antiquos nō idem fuisse feretrum nobilium, & ignobilium. Hi enim, vt tradit Fulgentius Placiades in vocum antiquarum interpretatione ad Calcidium, Sandapilam vocabant feretrum, siue loculum, in quo plebeiorum & damnatorum, non etiam nobilium cadauera deferebantur, sicut Stesimbrotus Stasius de morte Policratis regis Samiorum descripsit dicens, Posteaquam de cruce depositus, sandapila etiam deportatus est. Suetonius in vita Domitiani c. 17. scribit cadauer ipsius populari sandapila per vespilones fuisse exportatum, quod & ipsum scribit Orosius lib. 7. c. 7. Eutropius autem dicit illud ignobiliter fuisse sepultum: ex Suetonio autem intelligis Sandapilam peculiari vocabulo popularem fuisse vocatam, quòd populares & plebeij ea deferrentur, etiam illud Martialis lib. 2. epig. 81. in Zoilum. *Sandapila.*

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit,
Cùm tamen hac tua sit, Zoile, sandapila.

Et lib. 8.

Et lib.8.epig.74.de Gallo Lingone,

Permutatur onus,stipatáque tollitur altè
Grandis in angusta sarcina sandapila.

Hinc'que & lib.9.epig.3.

Octo Syris suffulta datur lectica puella:
Nondum sandapilæ pondus amicus erit.

Et Iuuenalis Saty.8.

Inter carnifices & fabros sandapilarum.

A' Sandapila autem Sandapilarij dicti sunt Sidonio Apollinari. Hanc,inquit, non vespillorum sandapilariorúmque ministeria ominosa simulauere. Cæterùm Valerius Maximus li.2. c.1.scribit apud Messalienses olim duas fuisse ante portas eorum arcas:alteram, qua liberorum:alteram,qua seruorum corpora ad sepulturæ locum plaustro deueherentur.

152 ¶ Et vti non idem feretrum,ita nec idem sepulchrum erat nobilibus & plebeiis,vt satis quoq; ostendit Plato lib.9.de legibus,quo loco loquitur de sepultura eorum,qui sibi mortem consciuerũt. Et illud Hieremiæ 26.ad fi. Percussit eam gladio,& proiecit cadauer eius in sepulchra ignobilis vulgi. Et 4.Reg.23. Et efferri fecit lucum de domo domini foras Hierusalem in cõualle Cedron,& combussit eum ibi,& redegit in puluerem,& proiecit super sepulchra vulgi. Vt scilicet quibus in vita non idẽ locus erat constitutus,vt diximus suprà nu.51.nobiles ignobilibus,ita nec post mortẽ. Tanquam scilicet illa nostra nobilitas aut ignobilitas morte nõ finiatur,quod & astruit quod etiam diximus suprà c.6.nu. 44.sed & illud prætereà. Vt tamẽ nõ omittamus quod à Seruio scriptũ est in 11. Aeneid. enarrans eũ locũ & in illũ ipsum referens, *Nec idem locus sepulturæ.*

—Fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis.

Apud maiores,inquit,nobiles aut sub montibus,aut in montibus sepeliri solitos, ex quo & id notum est,vt supra cadauera aut pyramides fierent,aut ingentes columnæ collocarentur. Sed & alibi scribit columnas mortuis nobilibus superponi solitas,ad ostendendum eorum culmẽ. Erat autem apud Hebræos ager peculiariter destinatus sepulchris regum, vt patet ex 2. lib. Parali.c.26.in fi. Et apud Athenienses sepulchra vulgi erant in Eleuteris,principum verò circa Eleusinum,vt tradit Plutarchus in Theseo. Apud Lacedæmonios autem sepultura omnibus æqualis erat,vt tradit Heraclides in politicis.

153 ¶ Sed & superioribus adstipulatur text. in l.plenum.§.præter habitationem,versi.& ex iis,ibi, largiùs cùm vsuario agendum est pro dignitate eius,cui relictus est fundus.ff.de vsu & habit. Ex quo scienter annotauit Andr. Barul. in constitutione Siciliæ incip.minoribus,& ibi post eum Matthe.Afflic.in 4.quæst.quòd ratione nobilitatis vbetiùs interpretatur, quando relictus est vsus alicuius rei nobili,quàm si plebeio esset relictus. Cui adde semper altàs ex dignitate legatarij augeri legatũ,per l. sed & si susceperit.§.sed & si proponat,vbi glo.not.ff.de iud. & l.si seruus plurium.§.vlt. ff.de le.1.& bene facit tex.in l.si longiùs,in fin.ff.de iudic. vbi augetur vtilitas propter dignitatem. Et quod scribit Bald. in l.filiusfamil. per illum tex.ff.de donati. cùm quid conceditur nobili,intelligi pinguius esse concessum. Per illum autem textum in d.§.sed & si proponat,dicit Ange.ibi,quòd si testator paruum suum patrimonium iussit distribui inter pauperes Christi,non poterit inter nobiles distribui,licèt pauperes: quia de nobilibus sensisse non videtur,donans modicum quippiam. *Nobili vsus relictus vberius est interpretãdus. Legatum ex dignitate legatarij augetur. Modicum donans pauperibus, de nobilibus sensisse non videtur.*

154 ¶ Accedit quoque iis quæ diximus,id censeri in piam caussam datum siue relictum,quod nobili datum est,& relictum:qui satis bonorum habet,non tamen vt viuere possit,aut filias matrimonio collocare ex suæ nobilitatis ratione, vt expressè & not. voluit Bal.in l. si quis ad declinandũ.co.2.versi.circa tertium,per tex.ibi.C.de epi.& cleric. Sequitur & cõmendat Cepol. in tract.de imper.mili.deli.in 21.priuilegio nobilitatis,& Bened.Capra.cõsi.54.pũctus quidã. Angelus col.pe.versi.vnde restat vt deueniatur, & Philip.Deci.con. 120. cuius superscriptio incipit,presbyter,col.1.& Iason in l.si constante,col.23.versi. item si aliquis nobilia, qui est sub [illegible] ff.solu.mar.& Ioan.Lup.in repe.rub. de dona.inter vir.& vxo. §.11. col. 4.versi. & inde est,& iterum in repe.c.per vestras.§.1.col.2.vers.ad cuius confirmationem, rursum'que §. 23. col.2. versic. bene facit ad hoc,& Alciatus in l.quos nos hostes.§.locuples.ff. de verb. signi. Et facit quod generalius dicit de eadem re loquens Bar.in repe.l.1.in 2.q 2.q princ. & ibi quoq; Bal,etiam in repe.col.10.versic.super 5.quæstione.C.de sacro.eccle.& Barb.consi.58.clementissimi dei,col.pen.lib.1.& Diuus Thomas à Bart.suprà citatus in 4.q.32. ar 7.& tex.in c.cõsideranda,ibi verecundia quę ingenuos perdit natales. 86. di. Ex quo facilè liquet huiusmodi nobiles in distribuendis eleemosynis esse cæteris anteponendos. *Nobili relictum,non ita diuiti vt viuere possit, aut filias dotare pro suæ nobilitatis ratione,in piã caussam censetur. Nobiles in eleemosynis preferendi.*

155 ¶ Ideòque Bald.nouel.in tract de dote,parte 5.colum. 4.in fin.dicit, quòd executores dati ad distribuendum in caussas pias,possunt erogare pro dotibus puellarum nobilium, quòd licèt aliquid habeant vt possint nubere, non tamen satis pro earum nobilitate, quod dictum pro tãto sequitur Ioan.Lup.in repe.d.c.per vestras.§.12.colum. 2.versic. idem dicendum,de donat. inter vir.& vxo. Nam vt & id illis addas,mulier nobilis maiore dote indiget,quàm ignobilis, si pari nubit,vt videre licet ex Bald.in l.quæro.ff.de iure dot. *Pia causa dotare puellas nobiles sufficienter,sed non pro ratione nobilitatis.*

¶ Facit

Pauper aut diues dicitur ex personarũ discrimine.

156 ¶Facit & quod scribit Bar. post Iac. Bu. in repe. l. si cõstante, in 2. q. j. q. prin. ff. solu. mat. quòd iudex debet arbitrari, an quis sit pauper, an diues, ex personarũ differentiis. Miles enim aut nobilis habens mille in bonis, est pauper: & plebeius, aut, vt loquitur, rusticus, multò minus habens, diues est. ar. l. Nepos Proculo. ff. de verbo. sign. & no. in l. in condẽnatione. ff. de re iud. & in d. l. sed & si susceperit. §. 1. ff. de iudi. & sequitur Soci. con. 30. & in caussa dominæ, col. 2. lib. 4. Et idem voluit Ange. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog. & Philip. Deci. consi. 163. in caussa matrimoniali, col. 4. versi. secundò principaliter.

157 ¶Proptereáque idem Bartol. & post eum Pau. Ca. in ea ipsa l. si constante, vterque col. j. ff. sol. matri. scribunt, quòd eùm debet exactio fieri, non potest constante matrimonio, nisi si bona mariti non sufficiant ad dotem, vt in ea l. cauetur. Certè si nobilis vir non multùm habeat in bonis, sed id tantùm quod satis est ad satisfaciendum creditoribus, & doti, tamen quia eum oportet honestè viuere, vt nobiles solent, ideóq; periculum esse potest, ne omnia consumat, poterit dos exigi, per l. vbi, & l. in rebus. §. omnes. C. de iure doti.

Vxor an & quomodo dicatur pauper aut nõ, in casu authe. præterea.

158 ¶Id quod etiam in casu auth. præterea. C. vnde vir & vxor, voluit ipse Iac. But. & post eũ Bald. ibi col. 4. versi. in glos. 2. dum tractant quando vxor dicatur inops nécne: id enim relinqui arbitrio iudicis, qui considerabit qualitatem personarum. Nam nobilis (inquiunt) qui nequit operari, dicitur pauper, id habens quod rusticum & artificem faceret diuitem. In quam sententiam scriptũ est à Cornelio Tacito lib. 1. Neronem Valerio Messalæ Consuli, qui Coruini oratoris pronepos fuit, obtulisse in singulos annos quingenta sestertia, quibus paupertatẽ & inopiã sustẽtaret. Quæ summa nostræ pecuniæ est ex cõputatione Budæi in lib. de asse. duodecim miliũ & quingentorũ aureorũ. Quam si qui hodie habent, ditissimi existimãtur. Et tamẽ tũc Messala paupertate laborare credebatur, pro ratione scilicet suæ dignitatis ac nobilitatis.

Inopia patroni ex nobilitate illius consideratur.

159 ¶Nec hoc lõgè abest quod scribit Pau. Cita. in tract. de iure patro. in 6. parte, ar. 4. qu. 2. vbi quærit, ad quã inopiã requiritur patronũ venisse, vt ab ecclesia ali debeat. In qua re dicit inspiciẽdum, an patronus sit nobilis, cui magnum est opprobrium venisse in summam ac extremã paupertatem, per no. per glo. in c. 1. §. sanè, in verbo, absque penuria, de statu regula. lib. 6.

In priuilegio.

160 ¶His itẽ adstipulatur, quòd si quis bonis cesserit, habet priuilegium ne conueniatur, nisi inquantum facere posit. Igitur si posteà ei fuerit relicta turris, quæ valet mille aureos, creditores volunt eam vendi, quia ei tanquam pauperi debet sufficere quædam parua domus: ipse verò vult eam turrim sibi retinere pro sua habitatione, Bartol. in l. vlti. C. qui bonis ced. poss. dicit illum iusta petere, per l. qui bonis. C. eod. Bald. autem, ibi, colum. 2. versi. quæro quidam cessit. C. qui bon ced. pos. dicit iniquum esse, quòd rusticus habitaret eam turrim in damnũ creditoris, quod tamen esset æquum in nobili. Ideóque id esse arbitrarium inspecta qualitate personarum, per iura quæ illic allegat. Et vide quod scripsi in re non admodum dissimili suprà nu. 135. vbi nobiles, & 2. seq.

Nobiles nõ tam facilè conueniri possunt.

161 ¶NOBILES SVNT in ea re priuilegiati, vt nostri loquuntur, vt defendantur, nec de facili conueniantur, ita expresè voluit Spec. tit. de reo, post princ. versi. item nobilis, arg. text. in §. verum. 6. q. j. & c. frater 16. q. j. & c. præceptum. 32. q. 5. & c. j. de purga. cano. & leg. 2. ff. de in ius voca. Et hoc quoque voluit Cepol. Spec. referens in 26. priuilegio nobilitatis.

Terra nobilium non tam facilè interdicuntur.

162 ¶IN HOC QVOQVE nobilibus deferri solitũ est, vt in literis contra illos obtentis soleat poni hæc clausula, prouiso ne in terram dicti nobilis excommunicationis, vel interdicti sententiam proferas, nisi à nobis super hoc mandatum receperis speciale. Ita etiam voluit idem Specula. tit. de rescrip. præsenta. §. ratione formæ. versicu. nunc dicamus, in princ. qui ad hoc allegat c. 1. extrà de postul. præla. & c. non est vobis. extrà de sponsa. & cap. Romana. §. vlti. de senten. excom. lib. 6. quæ iura parum ad hoc faciunt. Hoc tamen refert & sequitur Cepol. vbi suprà, in 27. priuilegio nobilitatis.

Nobilitas viri consideranda in constituenda dote.

163 ¶IN CONSTITVENDA dote nobilitas viri considerãda est, vt scilicet maior dos constituatur propter ipsius nobilitatem, ita voluit gl. in c. nullum. 30. q. 5. per tex. ibi, quem ita intelligit, & per tex. in l. quæro. ff. de iure dotium, & in l. si quis sepulchrum. §. vlt. ff. de religios. & sequitur Cepol. vbi suprà in 35. priuilegio, vbi ad hoc allegat optimũ tex. l. cùm post. §. gener. ff. de iure doti. & l. si filiæ pater. ff. de lega. 3. & idem non citata ea gl. voluit Bal. con. 328. cùm in caussa, col. 2. lib. 3. & Lucas Pen. in l. mulieres, col. 5. versi. 20. augetur C. de digni. lib. 12. Et facit gl. in l. j. in verbo, sororem. C. si aduer. dot. & in l. nulla. C. de iure doti. & in leg. cùm post mortem. §. vlti. ff. de adm. tut. & quod voluit Ioan. Lup. in repe. c. per vestras, chart. 31. versi. sed pulchrum est videre, de dona. inter vir. & vxo.

Nobilitas vxoris pro dote est.

164 ¶Et ad hoc quoq; facit, quòd e diuerso cõsideranda est vxoris nobilitas, ad id scilicet, vt minor, aut certè nulla dos marito constituatur, tanquam nobilitas vxoris pro dote sit, imò vt vir ipse dotem vxori etiam constante matrimonio posit constituere, vt latè suprà diximus. Sicuti etiã non dissimiliter forma vxoris pro dote est. Nam vt scribit Apuleius lib. 2. de Magia, virgo formosa, & si sit oppido pauper, abunde tamen est dotata. Quod exemplo comprobatũ videmus apud Homerum libr. 13. Iliad. referentem Othryoneum Cabesorum Regem spopõdisse Priamo se hostes à Troia effugaturum, ea lege, vt sibi daret in vxorem Cassandram eius filiam

etiam

etiam indotatam, quoniam erat filiarum Priami formosissima.

Ἤτεε δὲ πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην
Κασσάνδρην ἀνάεδνον, ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον
Ἐκ τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν υἷας ἀχαιῶν.

Habemus tamen tex. in l. quæro. ff. de iure doti. ex quo no. Bal. ibi, quòd nobiles mulieres indigent maiori dote, quàm ignobiles, quod nos alibi ad aliud diximus. Et bene facit tex. in l. si filiæ, in verbo, ex dignitate. ff. de legat. 3. quod intellige, dicit Bal. vbi suprà, si nuberet pari, alias secus, per l. 3. C. de dot. promiss.

165 ¶ NOBILES SVNT immunes à muneribus publicis. l. præcipimus, & l. Senatorum, & l. quoniam. C. de dignitatibus lib. 12. & l. nō tantum. §. l lienfibus. ff. de excu. tut. ex quo no. Bal. ibi nobilitatem tribuere immunitatem, & l. 3. §. 1. ff. de mun. & hon. & voluit Lucas Pen. in. l. mulieres, col. pe. vers. 36. eod. tit. Sed aduerte, quòd Lucas loquitur de nobilibus ex dignitate, prout etiam loquuntur d. ll. primæ loquētes de Senatoribus, & l. postrema loquitur de militibus qui castris operā dant. Nam quod ad nobiles genere spectat, videtur quòd nō excusentur à muneribus, neque personalibus, neque realibus. Ab illis quidē, per tex. in §. audiēt quoque, ver. si qua verò, ibi, cōuenit enim vnumquemq; nobiliū, in auth. de defen. ciui. & in d. l. 3. §. 1. si solerter inspiciatur. Nā posteaquā dixit, quod milites excusantur à mun. personalibus. De illis enim loquitur ille tex. vt dicit gl. Subiungit, Cæteris autē priuatis, id est, non militantes, quamuis militū sint cognati, legibus patriæ suæ, & prouinciæ obedire debent. & illū tex. no. Sal. ibi contra nobiles. Ab istis quidē per tex. in l. munerū. §. patrimonialiū autē, ver. ab huiusmodi muneribus, vbi hoc expresse no. Bar. ff. de mun. & hon. & in l. rescripto. §. vl. vbi & vtrunque voluit Sal. in sua repe. col. antepe. ff. eo. Et vtrunque etiā voluit Alb. in suo tract. de mun. & hon. quem posuit super d. tit. char. pe. vers. sed quæro nunquid nobiles excusantur, & in l. & qui origine, in prin. eo. tit. vbi loquitur generaliter. & sequitur Christo. Nicel. in trac. eiusdem tit. char. 15. ver. an autem nobiles excusentur à muneribus, & Pe. An. in suo quoque trac. munerum, char. 19. vers. iuxta hoc quæro, nunquid nobiles. Iac. à Sancto Geor. in l. 1. §. pro secundo. C. de cadu. tol. vbi admonet esse notandum, quia sæpe contingit in practica. & Steph. Bertran. con. 123. ponitur in facto, col. 1. lib. 1. & larius con. 141. Christi, & c. visis duobus, col. 1. eo. lib. 1. & con. 207. pro responsione, col. j. eo. lib. 1. & Fran. Ripa lib. 1. respon. c. 21. nobiles, & lib. 2. respon. c. 4. si supremus dominus, col. 3. vers. videndum ergo restat. & iterum. c. 26. videtur respondendum, col. 4. vbi loquitur de patrimonialibus tantum.

Nobiles an sint immunes à publicis muneribus.

166 ¶ Quinetiam Lucas ipse in l. vlt. col. 2. C. de fund. limit. lib. 11. dicit, quod nobiles tenentur contribuere cum aliis in collectis, ratione eorum bonorum, pro quibus seruitia non præstant regi: pro aliis verò nequaquam, vt dicit probari, Primum quidem in l. j. C. de offi. præfec. aug. & in l. vlt. §. ab huiusmodi. ff. de mun. & hon. Secundum, per tex. in d. l. vlt. in qua hoc scribit, & in l. 2. C. de colla. fund. patri. lib. 12. Et hoc quoque postremum tenet An. Iser. in c. 1. in verbis, & plaustrorum & nauium præstationes, & ibi post eum Alua. & Car. Alex. in eisdem verbis, tit. quæ sint regalia, vbi & huius rei rationem adscribit. & ipse quoque Lucas in d. l. vlt. col. 5. quia nobiles pro huiusmodi rebus seruiunt personaliter principi, aut domino in expeditionibus, per §. firmiter, tit. de prohi. feud. ali. per Fed. Ideò non debent duplici onere grauari, per legem, nauis onustæ. §. cum autem. ff. ad leg. Rho. de iac. Nec hoc admittendum, vt & paulo post subiungit Lucas, quod ideo non contribuant, quia sunt nobiles, nulla enim l. hoc cauetur. Idem in effectu tradit Iac. à Sancto Geor. in trac. de homagio, col. pen.

Nobiles in collectis tenentur contribuere pro bonis non seruilibus, nō pro cæteris.

167 ¶ Sed hæc duobus modis intelligenda sunt, Primò in nobilibus nullam habentibus iurisditionem in loco in quo habitant. tunc enim haud dubie debent contribuere cum cęteris habitantibus, cum ipsi sint subditi eius loci, vt cæteri ignobiles. Quòd si habeant omnimodam iurisditionem in eo loco, tunc non subiiciuntur vniuersitati eius loci, nec vniuersitas in eos iurisditionem habent, sed ipsi potius in vniuersitatem. Ideo ab ea imponi non possunt, vt etiam videmus forenses & ecclesias imponi non posse ad munia personalia, aut mixta, cum ipsi subditi non sint. l. rescripto. §. vlt. ff. de mun. & hon. Ad realia autē debent nobiles, quantamcunque iurisditionem habeant, contribuere, vt etiam princeps, & ecclesia contribuit de iure communi l. ad instructionem. C. de sacro. eccle. & l. absit. C. de priu. do. aug. lib. 11. Hæc Nicel. vbi supra. & Bertan. d. con. 141. lib. 1. & d. con. 207. eod. lib. 1. Quibus addes quod ad reparationes castrorum & murorum ciuitatis haud dubiè tenētur, & nobiles, & clerici, præsertim si immineat necessitas, vt videre licet apud Guid. Pap. deci. Delphi. 7. habentes, & iterum deci. 78. an ecclesiam, vbi alios allegat. & Benedic. in repe. c. Raynutius, in verbo, & vxorē nomine Adelasiam, nu. 1030. An autem in altis teneantur cōtribuere tempore necessitatis dicam postea.

Quid in nobilibus habentibus in loco omnimodam iurisditionem.

168 ¶ Secundo intellige, nisi alia esset in his omnibus consuetudo contribuendi, vel non contribuendi. Ea enim obseruanda est, vt dicit Iac. à. S. Georg. quo loco nuper citauimus. Et certè Masuer. vir multæ eruditionis & experientię apud Gallos, in tit. de talliis. §. item illi qui sunt, scribit apud ipsos Gallos, nobiles nobiliter viuentes esse immunes à talliis, nulla distinctione facta bonorum allodialium, & feudalium. & idem tenet Guid. Pap. deci. 384. sed quid

Nobiles immunes à talliis sine delectu bonorum in Francia.

de nobilibus, vbi & hoc dicit procedere etiam in rebus aliàs subiectis huiusmodi subsidiis, quas à plebeis scilicet recenter acquisiuerunt, vt videlicet etiam pro illis non teneantur cõtribuere in subsidiis. Sed & idem Guid.dec.387.sed quid si nobilis,plus dicit, quòd si nobilis tribus aut quatuor annis soluerit huiusmodi subsidia, nõ per hoc cõpellendus est soluere in futurum,per l.presbyteros,la.2.in fi.C.de epi.& cler.& l.voluntariæ.ff.de excu.tut.Et idem voluit con.217.omissa facti narratione,in fi.vbi dicitur requiri 40.annos, vt in futurũ cogi possit per c.accedẽtibus,extra de priuil.& vtrunq; sequitur Alb.Brunus con.103.casus iste,col.2.

Quid autẽ in necessitate belli. Quid in imminenti periculo.

169 ¶ Hæc extende, vt etiam tempore necessitatis belli non teneantur nobiles ratione bonorum feudalium, pro quibus personaliter seruiunt,contribuere in subsidiis pecuniariis,per id quod consuluit Io.An.con.7.visis & ponderatis bis quę narrantur in themate,col.3.vbi dicit quod vasallus non tenetur tempore belli subuenire domino,de pecunia,per tex. in c.licet vasallus, in 2.respon.tit.si de feu.fue.cont.inter do.& agna.Quod tamen limitat,nisi esset magna quędam necessitas,siue imminens periculum, & vasallus sit diues. Nam tum teneretur, vt dicit concludi per Iac.Ardizo.in sua summa feudorum,tit.quo negl.feud.perdat.§.item quęritur, ver.item quæro.refert & sequitur Iason in l.si ex toto,in prin.col.pen.in fi.ff.de leg.j.Pro quo bene facit,quod voluit Dy.ibi,quem sequuntur Bal.Pau.Ca.in lec.Bon.Raph.& Alex.quòd immunis ex priuilegio à collectis, tamen non excusatur ab iis quæ imponuntur propter necessitatem belli.per tex.ibi,& in l.j.C.nem.lic.se in emp.per excu.lib.10.vbi.tolluntur omnia priuilegia,cum necessitas vrget,& per alia quædam iura quę allegant.Et hoc quoque voluit Dynus in d.l.si ex toto,in prin.& sequitur Io.An.in addi.Spec.tit.de censib.§. nunc dicẽdum, vers.est sciendum.Bal.in l.iubemus nullam,per illum tex.C.de sacro.eccl.Ant.in c.peruenit, de immunitat. eccles. Sed quia hoc postremum multos habet contradictores: ideo quisquis volet plenius scire omnium sententiam,legat Alex.Fran.Are.& Ias.in d.l. si ex toto.

Ignobiles non tenentur contribuere in subsidiis ratione bonorum feudalium.

170 ¶ Ex iis liquet,quod etiam ignobiles non tenentur contribuere in subsidiis,ratione bonorum feudalium, pro quibus tenentur seruire principi in expeditionibus. Nam si ita res est, quod nobiles non tenentur pro huiusmodi rebus feudalibus contribuere in subsidiis,non ea ratione quod sunt nobiles,vt diximus,& plenè liquet ex iam dictis,sed ob id solùm quia tenentur seruire domino , ne videlicet duplici onere grauentur : Consequens est , vt etiam ignobiles, quibus ratione bonorum feudalium eadem necessitas ingruit seruiendi principi in expeditionibus,non teneantur contribuere in subsidiis,ne duplici onere grauentur. Et hoc expresse tenuit Bar. Chasse.con.64.viso processu,col.2.vers.ad primum.

An ignobilis soluat collectam pro rebus acquisitis à nobili.

171 ¶ Et hoc optimè probat, quod autoritate Vber. Bob.decidit Io.An.in addi.Spec.d.tit.de censib.loco suprà alleg.de rustico,qui emit à milite possessiones, de quibus nunquam fuerat soluta collecta : An videlicet teneatur pro illis soluere collectam. Et distinguit,an miles non soluebat collectam,quia erat nobilis,an verò quia res non erat obnoxia collectæ:vt primo casu teneatur rusticus soluere,secundo non teneatur.Nam personis data immunitas, cum persona extinguitur:rebus,nunquam extinguitur,l.ætatem.§.rebus.ff.de censib.cum multis iuribus ibi allegatis. Cum igitur ea sit rerum feudalium natura, vt quia sunt obnoxiæ seruitio personali ipsius vasalli,non etiam collectis pecuniariis : Certè in quamcunque manum peruenerint, manet eadem immunitas , manente etiam ratione eadem immunitatis. Cæterùm apud antiquos Psollis tributi genus erat, quod nobilissimi quique ciuitatis pendebant , vti secundum habitationes fuerant comprehensi:vt nobilitas quę ad bonam fortunam illos perducere debuerat , hoc incommodi secum afferret, vt scribit Græcus legum innominatus interpres,& ex eo Alciatus in tres posteriores libros C.in princ.

Nobilitas facit vt cõcedatur immunitas.

172 ¶ Sed vt ad nobiles redeamus,licet non sint immunes à muneribus personalibus & realibus, ex multorum sententia, vt dictum est supra nu. 157. nobiles sunt immunes : Tamen propter nobilitatem quandoque tribuitur immunitas,per tex.in l.non tantum.§.Iliensibus,ibi, propter inclytam nobilitatem.ff.de excu.tut.vbi & Bal.& Nicol.Neapo.in lec.Bar.no.per illum tex. quòd propter nobilitatem aliquãdo conceditur immunitas,& ad hoc quoque illum tex. ponderat ipse Bal.con.363. quæritur an si per officiales,col.vlt.lib.1.& commendat Cepol.in d.tract.suprà sæpius allegato,de imper.mil.delig.in materia nobilitatis.in 36.priuilegio.

Matrimonium non consistit inter nobilem & turpem personam.

173 ¶ NOBILITATI adeo leges censuerunt esse deferendum , vt consistere ex illarum constitutionibus non possit matrimonium inter nobilem ,& turpem quanpiam & infamem personam. per tex.in l.lege Iulia.ff.de rit.nupt.quem ita intelligit glo.in l.vlt.in verbo,personã, loquens expressè de nobili,altero autem turpi meretricatore,& similibus.C.de sponsa.quam gl.ad hoc ponderat & dicit no.Cepol.in d.tract. in 41. priuileg. nobilitatis. Tamen de hoc ego multùm dubito.Nam ea l. lege Iulia,loquitur tãtùm de Senatore. Senatorisque liberis, quibus interdicit matrimonium cum libertina, aut ea cuius pater materve artem ludicram fecerit. Nec loquitur de cæteris nobilibus, aut in alia dignitate constitutis.Imò alia lege cauetur,licere omnibus ingenuis,præter Senatores eorúmque liberos, libertinam vxorem habere,per tex. in l. lege Pap.ff.eo.de rit.nupt.propterea ea gl.videtur non esse vera.

174 ¶ Illud minimè dubium est,de iure canonico non impediri matrimoniũ,ex huiusmodi differentiis

rentiis nobilitatis & ignobilitatis, quando & si nobilis contrahit matrimonium cum ignobili, quem errore ductus, vel ducta putabat nobilem: is error nec impedit, nec dirimit matrimonium, vti nec cæteri errores qualitatis, vt plenè no. 29. q. j. per totum, & in c. proposuit, de coniug. ser. Et nuncupatim in hoc errore nobilitatis, vel ignobilitatis, tenuit Host. in summa de matrimo. §. qualiter impediatur, ver. primò ergo occurrit. & And. Iser. in c. 1. §. persona verò. statim post prin. tit. per quos fiat inue. & è Theologis Ang. Cla. in summa, in verbo, matrimonium. le. 2. in 4. impedimento, nu. 2. & omnes vbique.

Error qualitatis nobilis, nec impedit, nec dirimit matrimoniū.

175 ¶ Scio & illud ex legibus decemuiralibus, quas & nos 12. Tabularum vocamus, sancitum fuisse, ne connubium Patribus cum plebe esset, Id est, ne consisteret matrimonium inter Patricios, qui soli nobiles erant, & plebeios: tanquam id nobilitatem pollueret, vt refert Dionysius Halycarnasseus lib. originum Romanarum decimo, in fi. & Liuius statim in initio lib. 4. ab vrbe condita. quo in loco etiam videbis maxima contentione Patrum & plebis tandē legē fuisse promulgatā, vt essent omniū promiscua connubia. Turpe autē semper habitū fuit, si qua nobilis fœmina viro ignobili nubebat, vt satis ostēdit illud Mart. li. 5. epi. 17. in Gelliā,

Dum preauos atauósque refers, & nomina magna,
Dum tibi noster Eques sordida condit io est.
Dum te posse negas, nisi lato Gellia clauo
Nubere, nupsisti Gellia cistifero.

Quod nos alibi ad aliud retulimus.

Apud antiquos Ro. non consistebat matrimonium inter Patricios & plebeios.

176 ¶ Ex quibus plerisque videri posset, mulierem nobilem, quæ nupsit ignobili, nupsisse indigno, vt etiam videtur voluisse Alex. con. 209. ponderatis, col. j. li. 6. Quoniam indignus, siue indigna hoc casu dicitur, cui sine dedecore, considerata qualitate natalium vtriusque, nubere non potest, vt per l. 3. § si filius emancipatus, le. j. ff. de bon. pos. contra tab. voluerunt Iac. Are. & Bar. in l. si rogatus. ff. de manu. vind. vbi & in id citant l. tam dementis. C. de epi. aud. idem Bar. in l. libertum. C. de nupt. & in l. si furiosi, eo. tit. & in l. eum ita legatum. ff. de cond. & demon. vbi & ipse allegat l. si filia, & auth. ibi positam. C. de inof. testa. Ex quo illud sequitur, vt pater huiusmodi filiam dotare non teneatur, quæ scilicet huic indigno nupserit, ex gl. in c. de raptoribus, & ibi Archi. 36. q. 1. Bal. in l. j. col. 3. vers. sed si nupsit. ff. sol. mat. Ant. in c. accedens, col. 2. vers. quærit gl. de procu. Imò vero possit eam aut filium, qui idem fecit, exhęredare, per d. §. si filius emancipatus, & voluit Bar. in d. l. libertum, & Bald. in l. si pater, quæ est 2. vers. & ideo C. de sponsa. & in l. nec filium. C. de nupt. & Per. Anc. in c. 1 in fi. de despon. impub.

Pater non tenetur dotare filiam qua indigno nupsit.

177 ¶ Sed hoc tamen si verum est, intelligi debet, nisi forte mulier nobilis quidem illa, sed pauper nupserit ignobili, sed diuiti, aut è contrario. Nam diuitiæ vnius compensantur, cum nobilitate alterius, ex sententia Specul. in alio casu loquentis, in tit. de teste. §. 1. vers. sed quid si vir & vxor. & Bal. in c. super eo, le. 2. in fi. de testib. & Alex. in hoc nostro casu expressim loquentis d. con. 209. col. 2. vers. præterea paritas. Ad quod bene facit, vt etiam hic dicit, quòd no. glo. & doc. in l. si voluntate. C. de dotis promis. De quo diximus suprà c. 18. nu. 19. hinc fit primum. Facit item quod & nos scripsimus suprà c. 3. nu. 20. & propterea.

Quid si nobilis pauper mulier viro ignobili & diuiti nupserit.

178 ¶ Illud autem hic non intempestiuè quæri potest: Si nobilis vir ex ignobili concubina suscepit liberos, vel è contrario, & postea contrahant matrimonium: An filij illi ante matrimonium nati legitimentur? Id quod nos satis tractauimus suprà huius tractationis c. 15. vers. 22. cuius exordium est, sed hic quæri potest, & seq. vbi tu videre poteris, ne huc iterum repetam.

An ex matrimonio contracto inter nobilem & ignobilem legitimentur liberi.

179 ¶ IS HONOR solet fieri nobilibus, vt dum homagium & iuramentum fidelitatis præstant, ad osculum principis recipiantur, non etiam cæteri, etiam si habeant feudum nobile. vt retulit Specul. qui hoc dicit obseruari in regno Franciæ, in tit. de feud. §. quoniam, in vlt. char. versic. porrò in regno Franciæ. Sed de hac re latius dixi in consuetudinibus Pictonum tit. 9. §. 5. in glo. j. vbi videre poteris.

Nobiles iuramentum fidelitatis præstantes admittuntur ad osculum principis.

180 ¶ INSTRVMENTA communia nobili & plebeio apud nobilem potius sunt deponenda, per tex. in l. vlt. ibi, & amplioris honoris inferiori. ff. de fid. inst. Et ita per illum tex. expressim voluit Lucas Pen. in l. mulieres, col. 6. vers. 26. instrumenta. C. de dign. lib. 12. & in l. 2. col. pen. ver. & sicut nobiliores. C. de exac. & exec. eo. lib. 12. Quod intellige, etiamsi alter sit antiquior, vt ex eo patet quod dicit Dom. in c. Isidorus, in fi. episcopum posteriorē nobilem pręferendum priori ignobili, & sequitur Bar. con. 57. præclarè scribitur, in fi. lib. 2. Sed tu de hoc vide quæ dicam infrà. nu. vlt. verum non adeò. & in 2. parte huius operis, qua tractamus de iure Primigeniorum in præfatione, nu. 124. sed & hoc ita secundo intelligitur & seq.

Instrumenta communia apud nobilem deponenda.

181 ¶ DEBET PRINCEPS nobiles sibi comites potius asciscere, & suo lateri adiungere, quàm ignobiles, per tex. in l. omnium, circa prin. in illis verbis, inter tot nobiles. C. de testa. vbi ex eo no. Bal. Ang. Rap. Fran. Are. Philip. Corn. & Ias. quod vbi est princeps, ibi est, & præsumitur esse copia nobilium. Sed & eo. tex. no. Cepol. in d. tract. de imper. mil. delig. in 37. priuilegio nobilitatis, quod ad latus principum debent stare nobiles viri, & non plebeij. Refertque Ant. Scalam ea potissimum ratione fuisse dominio Veronæ eiectum, quod populares, & infimæ sortis homines circa se, & in sua curia semper tenebat, spretis nobilibus.

m 2

182 ¶ SI CREDITORES pari numero, alij consentiant remittere partem debiti, aut in tempus differre solutionem, alij dissentiant: Nobilium consensus aut dissensus plebeiorum præferendus est, vt nuncupatim voluit Luc. Pen. in d.l.mulieres, col.6. vers.22.præferuntur.C. de dign.lib.12. per tex.in l.maiorem, ibi autoritatem eius sequetur Prætor, qui dignitate inter eos præcellit. ff.de pactis.

Captiuus nobiliori parere debet.

183 ¶ SI IN BELLO quis à pluribus simul captus est, ab eisque sub fide redeundi domum mittitur, tandémque ab omnibus simul reuocatur: Tenetur ipse captiuus primum nobiliori parere, vt nuncuparim definiuit Ang. in sua bella disputatione, incip. renouata guerra, col.sexta, vers.adhuc dubitandum occurrit, per multa iura ibi per eum allegata.

Plebeius non potest aduersus nobilem actione experiri.

184 ¶ NON POTEST plebeius aduersus nobilé de dolo, aut alia famosa agere, per tex.in l. non debet.ff.de dolo, cum dicitur. Sed nec humili aduersus eum, qui dignitate excellit, debet dari, vt puta plebeio aduersus consularem receptæ autoritatis. Ex quibus verbis planè colligitur, non id obtinere in omnibus nobilibus, sed in his tantum qui longo internallo præcellunt. Id quod etiam annotauit Lucas Pen. id ponens inter prærogatiuas nobilitatis, in l.mulieres, col.4.vers.non agit. C.de dign.lib.12.

Nobilium testamenta an prateritione liberorum rumpantur.

185 ¶ NOBILIVM TASTAMENTA non rumpuntur per præteritioné liberorum, ita allegatur à quibusdam voluisse Pan. in c. quia nos, de testam. qui tamen nullam omnino nobilium mentionem facit, sed de militibus, & clericis tantum loquitur, quorum testamenta ex præteritione liberorum non rumpuntur, per allegata ibi per eum. Super quo non latius immorandum duximus, præsertim cum nec militia, nec clericatus homines nobilitent, vt suprà ostendimus c.8.& seq.

An papa possit permittere nobili monacho vt vxorem ducat.

186 ¶ PROPTER NOBILITATEM potest papa permittere monacho vxoré ad tempus ducere, videlicet vsque ad procreationem sobolis, ne stirps nobilis sine prole deficiat. Ita nuncupatim voluit Bal. loquens simpliciter de nobili, in l.si tibi filius. ff. de adop. Cui sententiæ vix possem accedere. Nam quod periculum, si diuis placet, futurú est, si stirps siue progenies cuiuspiam simplicis nobilis pereat? At in filiis Regum & principum, vbi subesset magnum quoppiam periculum, concedunt omnes id fieri posse, videlicet Inno. in c.cum ad monasterium, in verbo, licentiam, & ibi Panor. qui & alios antiquiores citat, col.pe.de stat. mona. Io. And.in c.actus legitimi, & iterum in c.semel Deo, de reg. iur.lib.6.in Mercur. Ipse Bal. in l. si paterfamiliâs, in 3.lec.in §.in arrogationibus.ff.de adop.Pet.Anc.in repe.c.1.col.5.vers.vlterius quæro.de constit.& con.339. parum dubitationis, Imol.in cle. 1. col.vlt.vers. sed quærit. Guil.de consan.& affin.Maria. Soc.con.13. præsens consultatio, col.4.vers.octauo probatur, & con.28.circa primum, col.4.vers.quarto principaliter. Ias.in l.si arrogator, col. 2. vers. item attende.ff.de adopt.& Catel.Cota.memor.filius vnicus, & memor.Papa potest.

Nobilium citatio an in scriptis fieri debeat.

187 ¶ NOBILES cum citantur, debet citatio fieri in scriptis. l. quoties, ad fi. C.de dign.lib.12. quem ad hoc expendit, & citat Guid.Pap.sing.82. citatio, vers.pe. Et idem tamen non obscure videtur sensisse Fel.in cap.pastoralis, in prin.de offi.deleg. dum tractans de priuilegiis nobilitatis eum tex.citat.& in c.cum quidam, col.3.vers.& ad huiusmodi, de iureiur. Sed id non obseruatur in Gallia: scio tamen frequenter fieri, ob id quod huiusmodi nobiles non soleant sese viatoribus exhibere, nec illos intra domus penetralia admittere. Ideo necesse est, vt ad domum scriptis citentur. Ille autem tex. d. l. quoties, nuncupatim loquitur de viris illustribus, quibus id priuilegium conceditur, ne sine scriptis conueniri possint, nec in ciuili, nec in criminali. Ex quo Bart. ibi not. Clarissimos viros non nisi per scripturam citari posse, quod & ex eo quoque expendit Ro.in repe.l.si verò.§.de viro, in 5.fal.in prin.ff.sol. matrim.

Nobiles preciosius vestiri debent.

188 ¶ NOBILES & eorum vxores debent preciosioribus vestibus & ornamentis indui, quàm ignobiles, vt satis videtur voluisse Alber. in l.2.C. quæ res vend.non pos.exclamans aduersus populares diuites, qui se & vxores in vestibus æquant nobilibus, per eum tex. & alios quos inibi citat. quod & non obscurê voluit Zenzeli.in extrauag.execrabilis, vers.vnde inter cætera, in verbo, qui mendicant, per multa etiam ibi allegata.& Lucas Pen. in l.mulieres, col. pe. vers.28.C.de dign.lib.12. Et ex hoc fit, vt si nobilis vili veste ob inopiam indutus, verecundia est præpeditus domo egredi, vt suis rebus superesset, restituetur in integrum, veluti iuste impeditus aduersus temporis lapsum, vt voluit Nicol. Neapol. in l. in eadem. ff.ex quib. caus. maio. per eum tex.in illis verbis, qui ita alligati sunt, vt sine dedecore in publico apparere non possint. Et id sequitur Geral. à Petra. sing. 82. quæ sunt contra. Apud Indos nemo nisi nobilis Lyssum induere poterat vt tradit Philostratus in vita Apollonij lib. 2. Et huc faciunt quæ scripsimus suprà, hoc eodem cap. num. 48.sed circa hoc. & quæ dicemus infrà cap.37. num. 160.incip.suprà sæpe locuti.

Nobiles non possidentes immobilia non satisdant.

189 ¶ LICET alias ij qui non possident immobilia, satisdare debeant. l. sciendú. ff. qui satisd. cog. & §. hodie, Instit. de satisdat. Tamen nobiles ad id non coguntur, quamuis immobilia non possideant, sed eorum cautioni iuratoriæ committitur, non solum in ciuilibus, sed & in criminalibus, per l.quoties, & ibi Bar.& Io.Plat.C.de dign.lib.12. Sed ea l. loquitur in illustribus, vt ex hoc intelligas, non procedere in omnibus nobilibus.

190 ¶ NOBILES possunt homines suos propria autoritate capere, & plagis mediocribus castigare, si verum dicit Bal. in auth. adhæc, in fin. C. de lati. liber. tol. & sequitur Alex. in addi. eiusdem, in lege prima. C. de emend. prop. Et certè hodie nostri nobiles strenuam dant operam, ne id ius suum, si quod sit, non vtendo amittant: vt qui non homines tantum suos, sed & non suos non plagis mediocribus afficiunt, sed atrocibus, inhumanis, crudelibus, si non continuo quàm illis quicquam præceperint, id perfecerint. Nostris autem moribus nulli nobili id licet, nisi iurisditionem habeat, idque faciat autoritate iustitiæ, vt loquimur.

Nobiles possunt suos homines capere & castigare.

191 ¶ POSTREMO possumus illud in vniuersum dicere, in iis omnibus esse nobilitati deferendum, in quibus dignitatis habendam esse rationem leges statuerunt. Nam etsi non omnis dignitas est nobilitas, vt clare docuimus suprà. c. 8. num. 4. attende. Est tamē nobilitas quædam dignitas, ex sententia Bar. & Io. Plat. in d. l. 1. C. de dign. lib. 12. & omnium qui de nobilitate scripserunt. Propterea sunt nobiles plebeis & superiores, & digniores, vt constat ex multis quæ suprà diximus, & nuncupatim asserit Spec. tit. de rescrip. præsen. §. ratione autem caussæ, circa princ. vers. sed quæ sunt personæ, & Cepol. in 41. priuilegio nobilitatis, & est bonus tex. in c. super eo, le. 2. de testib. & in l. viduæ, ibi, pares genere. C. de nupt.

Nobilibus in omnibus deferēdum in quib. dignitati defertur.

192 ¶ Quanquam etiam potest dici in hisquoque esse deferēdum plebeiis honestis & diuitibus, ex eo quod scribit Bar. in l. capitalium. §. serui, per illum tex. ff. de pœn. quod quemadmodum ex consuetudine nobiles non suspenduntur, nec patiuntur huiusmodi viles pœnas: ita nec populares diuites & honestiores. sequitur Panor. in c. pastoralis, in princ. in vlt. no. de offi. deleg. & Cepol. in 5. priuilegio nobilitatis. Id quod potes addere ad ea quæ diximus suprà, num. 104. nobiles vt alij, & seq. vbi tractauimus de discrimine pœnarū nobilium, & ignobilium.

Plebeij diuites & honesti nobilium pœna puniuntur.

193 ¶ Et vt generalius hoc caput concludam, in omnibus fauendum est in dubio, ac cæteris per omnia paribus, magis quidem nobilibus, quàm cæteris. Nam vt scribit Cicero in oratione pro P. Sextio, Omnes boni semper nobilitati fauemus: & quia vtile est Reipub. nobiles esse homines, dignos maioribus suis: & quia valet apud nos clarorum hominum senex de Rep. meritorum etiam memoria. Et paulo ante, nobilitatem blandam conciliatriculam appellauerat: quòd videlicet blande sibi homines conciliet, prouocétque ad sui fauorem. De quo & tu vide infrà c. 37. nu. 80. incip. nobilitas ex his est.

In omnibus magis fauēdum nobilibus.

194 ¶ Verùm non adeo deferendum nobilitati, vbi de honoribus & huiusmodi cæteris agitur, quin potior sit ætatis prærogatiua, quàm nobilitatis, ex sententia Inn. in c. statuimus, de mai. & obed. quem ita nuncupatim refert & sequitur, & dicit no. Phil. Dec. in c. clerici, col. 2. vers. & ista conclusio procedit, de iud. Inno. autem nominatim non loquitur de nobilitate, sed de honore & dignitate, vt scilicet illius prærogatiuæ præferatur temporis prærogatiuā, & illum sequuntur Io. An. Ant. Imo. Dom. Pan. & recentiores, in d. c. statuimus. & Imo. in c. vlt. de constit. Sed tu hic vide quæ diximus suprà hoc eo. c. nu. 52. & benefacit. ad fi. & iterū, nu. 174. instrumēta cōmunia, & dicā etiā, in 2. parte huius operis, in præfatione, sed hoc ita intelligitur.

Aetatis potior causa quàm nobilitatis.

195. ¶ Neque item ita nobilitati deferēdum est, vt ob eam discedamus à regulis iuris communis, nisi quantum id legibus sit permissum: quod vel satis probatur ex l. imperfecto. C. de testam. vbi nobilitas instituti hæredis non facit vt ex testamento imperfecto adire posit, etiam si is imperator sit. quod ex eo annotauit Ias. in prin. Id namque generale est vt quæ alias sunt multum priuilegiata, tamen in his tantum causis vel casibus sunt priuilegiata, quæ expressa in iure sunt, vt latè docuimus in nostris Retractibus tit. 1. §. 1. gl. 14. nu. 96. ego verò, & seq.

Nobilitatis commendatio. CAP. XXI.

1 NEC MIRARI quis debet, si nostris iuribus, Cæsareis scilicet & pontificiis, in tam multis nobilitati defertur, cum & iure diuino & sacris literis ea multum commendetur, laudique & honori adscribatur, & contrà ignobilitas vituperio & contemptui, vt facile constat ex eo quod scribitur Nu. 1. Nobilissimi principes multitudinis, &c. Et c. 22. Rursum ille multo plures & nobiliores, quàm ante miserat, misit. Et c. 25. Mulier Madianitis filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. & Deut. 1. Tuli de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, quod supra ad aliud citauimus. Et 1. Reg. c. 2. Nunc autem dicit dominus, Absit hoc à me, sed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnūt me, erunt ignobiles. Quibus verbis nihil aliud significatur, quàm eos fore nobiles, qui Deum honorauerint: contrà ignobiles, qui illum contempserint. Et eiusdem lib. c. 9. inter præconia Samuelis prophetę nobilitas commemoratur. Ecce vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit. Et 2. Reg. c. 23. de Abisai, Ipse est qui leuauit hastam suam contra trecentos, quos interfecit nominatus in tribus, & inter tres nobilior. Et paulo post. Qui erāt inter 30. nobiliores. Et Iob. 14. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget. Et c. 30. Filij stultorum, & ignobilium. Et Psal. 149. Nobiles eorum in manicis ferreis. Et Prouer. c. 22. Ne stabit ante nobiles. Et c. 31. vbi cōmendatur vir mulieris fortis ex titulo nobilitatis. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum Senatoribus terræ. Et Eccles. 10. Beata terra cuius rex nobilis est, quod & suprà ad aliud quoque citauimus. Et Sapien. 4. in prin. O quàm pul-

Nobilitatis commendatio ex sacris literis.

chra est casta generatio cum claritate:immortalis est enim memoria illius.quoniam & apud Deum nota est,& apud homines.Illa enim verba cum claritate,& illa,nota est,&c. significāt nobilitatem,vt latè diximus & ostendimus suprà c.2.Et eiusdem libri c.8. Generositatem illius glorificat contubernium habens Dei. Et Esaiæ 3.Tumultuabitur puer contra senem,& ignobilis contra nobilem.Quibus verbis planè ostenditur, ordine inuerso ignobilem nobili conuiciari.vt puerum seni. Et c. 5. Nobiles eius interierunt fame. Et c. 34. Nobiles eius non eruntibi.Et Hieremię 39.Et omnes nobiles Iuda occidit rex Babilonis.Et Baruch 6.eodémque vlt.ex epistola eiusdem Hieremię.Sine pedibus in humeris portantur,ostendentes ignobilitatem suam hominibus. Et Ezechielis 22. Triumphabunt de te sordida,nobilis, grandis interitu,&c.Et c.26.Et statuæ tuæ nobiles in terra corruent.Et 1.Machab.1.c.Vocauit pueros suos nobiles qui secum nutriti erant.Et c.2.Templum eius sicut homo ignobilis.Iterúmque c.3.Et reliquit Lysiam hominem nobilem de genere regali super negotia regia. Et 2. Mach. 6.Eleazarus cogitans ætatis ac senectutis suæ eminentiam,& ingenitę nobilitatis caniciem. Et c.7.Misit rex Nicanorem virum ex principibus suis nobilioribus.

2 ¶Sed vis audire testimonia noui testamenti? Marc.15.Venit Ioseph ab Arimathia nobilis Decurio.Et Lucę 19.Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquā accipere sibi regnum.

Ex noue testamento.

Et prioris ad Corinthios c.1.Videte enim vocationem vestram,fratres,quia nō multi sapientes,secundum carnem:non multi potentes,non multi nobiles.Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus,vt confundat sapientes:& infirma mundi elegit Deus,vt cōfundat fortia:& ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus,vt non glorietur omnis caro,&c.Et 4.c.Nos infirmi,vos autem fortes:vos nobiles,nos autem ignobiles,alij vertūt, Vos clari,nos obscuri,quod non longè distat.Rursúmque c.15.Seminatur in ignobilitate,surget in gloria. Et posterioris ad eosdem c.6.In omnibus exhibeamus nosmetipsos,sicut Dei ministros per gloriā & ignobilitatē:per infamiam,& bonam famā. Et eiusdem c.11.Secundum ignobilitatē dico,quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. Et Actorum Apostolicorū c. 17. vbi de his qui Thessalonicæ, ad Pauli prędicationē conuersi sunt ad Christū.Erat de gentilibus multitudo magna,& mulieres nobiles non paucæ.Et paulo post.Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ.In quo tamen illud lectores monere volui,in multis ex locis prædictis,*ἀτιμίαν*, & *ἄτιμος* Græcè legi,quæ vulgata editio vertit,& ignobilitatem & ignobiles, tametsi dictiones Grææ propriè significant,ignominiā,infamiā,dedecus,ignominiosum,infamē,vilē,abiectū:veluti interpres sentiat eū ignobilē esse,qui ignominiosus,& infamis sit de quo nos postea dicem⁹.

3 ¶Sed antequam ad alia transeamus, Illud annotare voluimus lector, quod ad nobilitatis commendationem pertinet, ipsam nobilitatem intelligi per gloriam,apertè constare,ex 3.locis citatis in duobus præcedentibus nu. Primo cum scribitur 1.Regum 2.Quicunque honorificauerit me,glorificabo eum:qui autem contemnunt me,erunt ignobiles.Illic enim ignobilitas gloriæ opponitur.Secundo 1.ad Corinth.c.15.Seminatur in ignobilitate, surget in gloria,qui locus est apertissimus. Tertiò 2.ad Corinth.6.cum dicitur,per gloriam,& ignobilitatem. Hincque cum Euripides in Hecuba ita scripsisset,

Nobilitas per gloriā intelligitur

τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς, τὸ σὸν
Πείσει.λόγοι γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κ' ἐκ τῶν δοκούντων,αὐτὸς, ὐ ταυτὸν σθένει. Id est,vt vertit Dorotheus Camillus:

Porro autoritas,etsi malè dixeris,
Persuadebit:oratio enim & ab ingloriis profecta,
Et à gloriosis,eadem,neu idem valet.

Ennius autem apud Gellium lib.11.cap.4.pro ingloriis ignobiles vertit, veluti iidem sint inglorij, & ignobiles.

Hac tu & si peruerse dices,facile Achiuos flexeris.
Nam cum opulenti loquuntur pariter,atque ignobiles,
Eadem dicta,eadémque oratio aqua,non aquè valet.

Nam quod pro gloriosis opulentos vertit,ad eam sententiam spectat,quę opulentiam & nobilitatem eandem esse dicebant,de quo nos diximus c.3.At idem Gellius pro ingloriis, inexistimatos:& pro gloriosis,existimatos vertit,quod non longè abest.Nam inglorij & ignobiles inexistimati sunt: gloriosi & nobiles, existimati. Porrò Tullius vtrosque simul iunxit lib. 3. Tusculanarum quæstionum, Quòd inglorius & ignobilis sit ad supremum diem peruenturus.Vt è diuerso idem lib.2.Officiorum, M.Lucius Crassus sibi peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili & gloriosa.Et hinc D.Hieronymus in prologo Sophiæ prophetę,gloriosam pro nobili posuit,cum dicit,Gloriosa maiorum suorū stirpe generatus est. Sed & ipse Cicero ita gloriā definiuit, vt eādem cum nobilitate esse arbitrari quis possit in oratione pro M. Marcello, Gloria est illustris & peruagata multorum & magnorum vel in suos ciues, vel in patriam,vel in omne genus hominum fama meritorum. Hæc enim nobilitati cōueniunt, vt patet ex his quæ suprà diximus in 2.c.Idem autē Cicero in 3.Philippica, vocat nobilitatem generis gloriosam. Et his quoque concinit quòd Græcis ἀκλεὴς & ἀκλεὴς inglorius dicitur,

ἀκλειῶς

ἀκλεῶς sine gloria, quod idem est: ἀκλεὴς ignotus, ἀκλεΐη ignobilitas. Et quod apud eosdé κλυτὸς nobilem significat vt dicemus pauló post num. 9. & gloriosum, vt scribit Seruius in libr. 6. Aeneid. enattanseum locum,

En huius nate auspiciis illa inclyta Roma
Imperium terris.

4 ¶ Sed vt redeamus, qui vitas sanctorum virorum & fœminarum descripserunt, & cantiones nostras ecclesiasticas ædiderunt, eo nomine plurimos commendarunt, quòd videlicet nobili genere orti essent. Et inter cæteros Cregoriū Nazianzenum, & Basilium, quos Eusebius Cæsariensis lib. Historiæ Ecclesiasticæ 11. c. 9. nobiles fuisse tradit, Hieronymum, Ambrosium, Clementem, Nicolaum, Vincentium, Bernardum, Alexium, Aegidium, & ex fœminis Paulá, Catharinam, Luciam, Anastasiam, Agatham, Barbaram. *Sancti à nobilitate laudati.*

5 ¶ Diuus autem Lucas statim in ingressu sui Euangelij, maiorum nobilitatem diui Ioannis prædicat, vt etiam illic annotat Ambrosius. Quoniam, vt ipse posteà subdit, plena est laudatio, quæ genus, mores, officium, factum, iudicium compræhendit. Diuus quoq; Hieronymus tantùm detulit nobilitati generis, vt in epitaphio Paulæ, de qua nuper locuti sumus, generositatem primo loco posuerit, *Ad idem.*

Gracchorum soboles, Agamemnonis inclyta proles,
Hoc iacet in tumulo.

Et Claudian⁹ poëta Christian⁹ inter laudes Serenæ, nobilitaté quoq; generis nó prętermisit,

Quòd si nobilitas cunctis exordia pandit
Laudibus, atque omnes redeunt in semina caussæ
Quis venerabilior sanguis, qua maior origo,
Quàm regalis erit! &c.

Nam & Euripides haud multò ante finem Helenæ, scribit Deos, non habere odio nobiles,

Τοὺς εὐγενεῖς γὰρ οὐ στυγοῦσι δαίμονες.

Nam vt illud vnum addam quod nobilitatem præ cæteris rebus laudandam ostendit, scilicet nobilitatem Deo nostro Op. M. tribui in c. Adam. 40. di. Ignobilitatem verò Diis illis alienis falsissimis, in illa epistola Hieremię, inscripta in libro Baruch capite sexto, cuius verba de huiusmodi Diis loquentia posuimus suprà huius cap. num. primo. *Nobilitas vero deo tribuitur, ignobilitas aliis.*

6 ¶ Quid igitur ampliùs egemus testimonio Homeri, qui vbique Deósque hominésque nobilitatis epitheto decorat. Nam apud eum Vlysses sæpissimè διογενὴς, id est, nobilis dicitur, vt Odysseæ secundo: *Homerus vbique deos & homines nobilitatis titulo decorat.*

Διογενὲς Ὀδυσεῦ θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξας. Et iterum pauló pòst,
Διογενὴς Ὀδυσεὺς, ἄλλογε οἱ τῷ ἐνὶ δήμῳ. Et lib. 5. eiusdem operis,
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ. Qui versus repetitur li. 10. eiusdé operis in tribus locis, iterúmque li. 11. & 13. & 14. & Ilia. li. 4. 8. 9. 10. & 23. Et eodem illo li. 5. Ody.
Διογενὴς Ὀδυσεὺς, θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξας. Et lib. 8. eiusdem operis,
Ἂν δ' ἄρα διογενὴς ὦρτο πτολίπορθος Ὀδυσσεύς. Et lib. 10.
Διογενὴς τὸν μὲν ὑπεσφάλισ' οὐ κελεύεις. Et lib. 18.
αὐτὰρ διογενὴς μετέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς. Et alibi sæpe.

Et eodem epitheto insigniuit Achillem, lib. 1. Iliados.

Διογενὴς Πηλέος υἱὸς πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Et Aiacem lib 5. eiusdem operis,
Αἴας διογενὴς. &c. Et Patroclum, lib. 16.
Ὤ μοι διογενὲς Πατρόκλεες οἷον ἔειπες. Et paulò pòst,
Ὄρσεο διογενὲς Πατρόκλεες ἱπποκέλευθε. Et rursum eo. lib.
Χάζεο διογενὲς Πατρόκλεες, οὔ νύ τοι αἶσα.

Quæ appellatio hinc profecta est, quòd nobiles à Diis geniti putarentur, vt diximus suprà capite 2. nu. 42. sed & ipsi.

7 ¶ Et cùm Græcis nobilis, siue generosus non solùm διογενὴς, sed & δῖος dicatur, veluti diximus Ideo & hoc epitheto, multi insignes viri ab eodem Homero fuerunt insigniti. Et inter alios ipse Vlysses, vt lib. 1. Odysseæ.

Οὐ γάρ πω τέθνηκεν ἐπὶ χθονὶ δῖος Ὀδυσσεύς. Et lib. 7. eiusdem operis,
Ὣς φάτο, γήθησεν δὲ πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς. Et Orestes illo eodem lib. 1.
Ἦ οὐκ ἀΐεις οἷον κλέος ἔλλαβε δῖος Ὀρέστης. Et lib. 3.
Τῷ δέ οἱ ὀγδοάτῳ κακὸν ἤλυθε δῖος Ὀρέστης. Et Achilles lib. 6.
Ἤτοι γὰρ πατέρ' ἐμὸν ἀπέκτανε δῖος Ἀχιλλεύς. Et paulò pòst,
Πάντας γὰρ κατέπεφνε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς. Et alibi sæpe. Et Sarpedó lib. 16. Iliad.
Αὐτίκα δ' ἐκ βελέων Σαρπηδόνα δῖον ἄειραν.

Nam & δῖα in fœminino etiam pro nobili ponitur ab eodem, lib. Odysseæ 5. post prin.

Ἐς Πύλον ἠγαθέην, ἠδ' ἐς Λακεδαίμονα δῖαν. Et iterum de Calypso,
Ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη προσεφώνεε δῖα θεάων. Rursum'que
Ὣς φάτο, μείδησεν δὲ Καλυψὼ δῖα θεάων. Iterúmque li. 6. Iliados de Andia Prœti vxore,

Τῷ δὲ γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο δῖ' ἄντεια. Vsi etiam apud Latinos Virgilius lib. 11.

Italides, quas ipsa decus sibi Dia Camilla
Delegit. Vbi Seruius interpretatur Dia, generosa, εὐγενής.

8 ¶ Sed & apud eundem Hector φαίδιμος, quod eiusdem significationis est, dicitur libr. 4. Iliad.

Χέρμαδι δ' ὁππότε προμάχοις, ὃ φαίδιμος ἕκτωρ. Et lib. 6. eiusdem operis,
Ὣς εἰπὼν, οὗ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος ἕκτωρ. Et lib. 7.
Ὣς εἰπὼν, πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος ἕκτωρ. Et eo. lib.
Ὅν ποτ' ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος ἕκτωρ. Et lib. 8.
Τρώων δ' αὖτ' ἀγορὴν ποιήσατο φαίδιμος ἕκτωρ. Et libr. 15.
Πάτροκλον, τῷ δ' ἤλασεν ἔγχει φαίδιμος ἕκτωρ. Et lib. 21. statim post prin.
—ὅτε μαίνετο φαίδιμος ἕκτωρ. Et ipse Vlysses lib. 11. Odysseæ,
ἀλλά με σός τε πόθος, σά τε μήδεα φαίδιμ' ὀδυσσεῦ. Et lib. 12.
Νῦν παρ' ἀδελφῷ ἦν ἵθ' ὑνετι φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ. Et alibi sæpe. Et Telemachus lib. 14.
Ἔνθα δ' ἀτιμάζει ἄλοχον καὶ φαίδιμον υἱόν. Et lib 15. statim in initio,
Ἦχετ' Ὀδυσσῆος μεγαθύμου φαίδιμος υἱόν. Et li. 9. & alibi sæpe. Et Aiax. li. 5. Iliados.
—ὃ δ' ἐπέδραμε φαίδιμος αἴας. Et lib. 11. eiusdem operis,
Ὣς ἔφατ' εὖ κλονέων πεδίον τότε φαίδιμος Αἴας. Et lib. 15.
Ἔνθ' υἷα Κλυτίοιο Καλήτορα φαίδιμος Αἴας. Et lib. 17.
Ὣς υἱὸς Τελαμῶνος ἀγαυοῦ φαίδιμος Αἴας. Et Achilles lib. 21. Iliados.
Νῦν αὖτε μαχώμεθα φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ. Et lib. 22.
Νῦν δὴ νῶϊ γ' ἔολπα διῒ φίλε φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ. Et lib. 15. Odyss. Sidoniorum rex.
Ἔργον δ' Ἡφαίστοιο, πόρεν δέ ἑ φαίδιμος ἥρως
Σιδονίων βασιλεύς.

9 ¶ Et idem quoque κλυτὸς (quæ vox etiam significat nobilem & inclytum) Neptunus vocatur libro nono Iliados,

Εἰ δ' ἤ κεν πλείῃσι δῷ ἡ κλυτὸς ἐννοσίγαιος. Et lib. 15. eiusdem operis,
ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη προσέφη κλυτὸν ἐννοσίγαιον. Et iterum paulò post,
Τὴν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη κλυτὸς ἐννοσίγαιος Et Agamemnon lib. 3. Odysseæ.
Αἴγισθος δολόμητις, ὅς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα.

10 ¶ Quinetiam & illi dictus est ἀγαυὸς, id est, nobilis Laomedon, lib. 6. Iliados,

Βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος. Et Troiani lib. 7.
Ἠδ' ἄγε Πρίαμός τε καὶ ἄλλοι Τρῶες ἀγαυοί. Et iterum lib. 16.
Δάμνα μὲν ζωός τε νέος, καὶ Τρῶες ἀγαυοί. Et Tithon lib. 11. in prin.
Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο. Et Ilioneus, lib. 14. haud multò ante fi.
Εἰπέμεναί μοι Τρῶες ἀγαυοῦ Ἰλιονῆος, Et Telamon lib. 17. versu suprà citato,
Ὡς υἱὸς Τελαμῶνος ἀγαυοῦ, &c.

11 ¶ Et ἀγλαὸς quoque, quod idem significat, Eurypilus lib. 5. Iliados,

Τὸν μὲν ἄρ Εὐρύπυλος Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱός. Et iterũ, lib. 7. atque 8. eiusdem operis,
Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός. Ille enim Lycaonis filius erat. Et paulò pòst,
Τῷ δ' ἐπὶ μακρὸν ἄυσε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός. Rursúmque,
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός. Iterúmque,
Τὸν πρότερος προσέειπε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός. Et Sthenelus eodem quoque libro,
Τοὺς ἦγε Σθένελος, Καπανήϊος ἀγλαὸς υἱός Et Cletus lib. 15.
Τοῖσι δ' ἐπ' Εὐρύπυλος Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱός. Et Pandarus eidem dicitur, illo libro quinto, eiusdem operis,
Καὶ ῥ' ἔβαλε Κλεῖτον Πεισήνορος ἀγλαὸν υἱόν. Et Eudorus Mercurij filius lib. 16.
Πόρεν ἦ δ' ὃς ἀγλαὸν υἱὸν
Εὔδωρον, Et Nastes & Amphimachus in catalogo,
Νάστης Ἀμφίμαχός τε Νομίονος ἀγλαὰ τέκνα.

12 ¶ Sed vt alia addamus quæ ad ipsius nobilitatis commendationem pertinẽt, vltra alia multa quæ sparsim in aliis capitibus dicta sunt, præsertim in 4. c. vbi videre poteris: Aristoteles lib. 1. Ethicorum c. 8. dicit non satis esse idoneum ad fœlicitatem, qui sit ignobilis. Idem in multis locis inter bonorum genera nobilitatem ponit, scilicet lib. Rhetoricorum 2. c. 9. vbi inter naturæ bona reponit. Et Terentius quoque inter bona reponit, sed ita vt verè bona sit, si quis ea bene vti sciat: alioqui mala. Hi sunt versus illius in Heauton.

Ignobilis non satis idoneus ad fœlicitatẽ. *Nobilitas inter bona.*

Quod reliqui est quin habeat, quæ quidem in hominibus dicuntur bona?
Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias.
Atque hæc perinde sunt, vt illius animus qui ea possidet.
Qui vti scit, ei bona: illi qui non vtitur rectè, mala.

Nam & idem de diuitiis, quæ sunt eiusdem monetæ diximus, in repe. l. si vnquam, in verbo, bona, nu. 4. Valerius autem Maximus lib. 7. c. 1. quod de fœlicitate est, inter primas fœlicitatis partes Metelli, eam posuit, quod parẽtes nobilissimos habuisset. Tullius in oratione pro Quintio

Sestio scripsit, Omnes bonos semper nobilitati fauere: vtileq; esse reipublicæ, nobiles esse homines dignos maioribus suis: valeréque apud nos clarorum virorū senem de republica meritorum mentionem, etiam mortuorum, &c.

13 ¶ Quibus item addes & illam Euripidis sententiam in Hecuba, *Alia de laude nobilitatis.*

Δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς,
Ἐσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
Τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖσιν ἀξίοις.

Id est, vt traduxit Dorotheus Camillus,

Vehemens nota, & insignis inter mortales
A bonis natum esse, & magis magisque illustratur
Nobilitatis nomen fortibus & dignis.

Illámque eiusdem apud Stobæum Ser. 86.

Φεῦ φεῦ, τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο
Ὅσην ἔχει φρόνησιν, ἀξίωμά τε.
Κἂν γὰρ πένης ὢν τυγχάνῃ χρηστὸς γεγώς,
Τιμὴν ἔχει τιν', ἀναμετρούμενος δέ πως
Τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον ὠφελεῖ τρόπῳ.

Quam sic vertit Gesnerus,

Papæ è nobili patre nasci
Quantam vim habet ac authoritatem.
Quamuis enim pauper sit, qui honesto loco natus est:
Honore tamen afficitur: & animo suo reuoluens
Patris nobilitatem, suis moribus proficit.

Et illam quoque,

Ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἡ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν
Ἐλλάμπει, κρείσσων τ' ἐστὶ πλουσίου γάμου.

In liberis etenim virtus nobilium
Concipitur, & generosæ nuptiæ præstant opulentis.

Item illam ipsius in Heraclidis, vbi introducit Iolaūm, ita loquentem,

Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας,
Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι,
Γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν. ὃς δ' ἡττηθεὶς πόθῳ
Κακοῖς ἐκοινώνησεν, οὐκ ἐπαινέσω
Τέκνοις ὄνειδος οὕνεχ' ἡδονῆς λιπεῖν.
Τὸ δυστυχὲς γὰρ ηὑγένει' ἀμύνεται,
Τῆς δυσγενείας μᾶλλον. ἡμεῖς γὰρ κακῶν
Εἰς τοὔσχατον πεσόντες, ηὕρομεν φίλους.

Non est hoc liberis pulchrior honor,
Quàm patre bono ac strenuo natos,
Vxores ducere à probis: qui verò victus desiderio
Cum improbis affinitatem habet, non laudabo
Liberis dedecus voluptatis gratia superari:
Calamitatem enim nobilitas arcet
Ignobilitate potius. nos enim malorum
Ad summam delapsi inuenimus amicos.

14 ¶ Denique ne nostros prætermittamus, Guil. à monte Laudu. in cle. 1. de baptis. posteaquam retulit Hosti. qui in c. venerabilis, quod est pe. de præben. vbi dicit nobilitatem generis esse nobilitatem stercoris, vti & ex eo retulimus suprà, capite 4. nu. 1. & dicemus etiam c. seq. nu. 22. ex nostris. Eum reprehendit, nam propagatio (inquit) alti & clari sanguinis, siue seminis proculdubio posteritatem eius nobilitat & attollit, sicut vilis suam vilescit, ita enim loquitur, id est, vilem facit c. si gens Anglorum 56. di. & c. Afros. 98. di. Et illum refert & sequitur Card. Flor. in d. cle. t. in 6. quæst. de baptis. Sed & alia quædam ad laudem nobilitatis videbis apud Ange. consi. 110. sanctissima, col. 1. versi. meritò igitur. *De eadē re ex nostris.*

In eos qui nulla virtute freti, sola nobilitate gloriantur. Cap. XXII.

1 VErum ex iis quæ suprà diximus satis constat, nobilitatem esse admodum commendabilem, laudíque & honori esse assignandam, cùm quis eam ad virtutes refert. Si verò ea quis abutens, vitiis sese dedat, veluti plus licentiæ ad scelera ex nobilitate tribuat, illi certè nō honori est & laudi nobilitas, sed dedecori & vituperio, vt scribit Dantes Florentinus in ea cātilena, quæ incipit, *Le dolze rime d'amor.* & sequitur Bart. in l. 1. col. 5. versi. item reprobat. C. de digni. li. 12. Et ea quoque sententia placuit Cy. qui in id Boëtium citat, in l. prouidendum. C. de postul. Cui subscribens Iuuenalis in satyr. 2 *Nobilitas dedecori est sceleratis.*

Si te præcipitem rapit ambitus atque libido,
Si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
Delectant hebetes lasso lictore secures:
Incipit ipsorum contra te stare parentum

Nobilitas,

Nobilitas, clarámque facem præferre pudendis.
Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò qui peccat maior habetur.
Et Marius in oratione, quã habuit apud Salustium in Iugurtha, Cũ apud vos, inquit, aut in Senatu verba faciunt, pleraque oratione maiores suos extollunt: eorũ fortia facta memorãdo, clariores sese putant, quod contrà est. Nam qua ntò vita illorum præclarior, tantò horum socordia flagitiosior. Et profectò ita se res habet, Maiorũ gloria & posteris quasi lumen est: neque bona eorum, neque mala in occulto patitur. Adde quòd maiorum nobilitas posteros ad virtutes suo exemplo excitat, vt alibi iam satis diximus & comprobauimus, scilicet capite 20. nu. 21. cuius rei rationem, & seq.

2 ¶ Itaque si posteri ipsi veluti relicta natura ipsa, contemptóque maiorum exemplo, quod illos ad virtutes excitare debuit, vitiis se & flagitiis adobruant, nullus iam excusationi locus relinquitur, præsertim eùm vilissimus reputandus est, qui honore est præstantior, nisi & sanctimonia, & eruditione præcellat, ex Symmachi sententia, in c. vilissimus 1. q. 1. Secundum quam Scipio Aemilianus, deforme existimabat, quos dignitate præstaret, ab his virtute superari, vt refert Valerius Maximus lib. 3. c. 2.

3 ¶ Nec intempestiuum erit subiicere, quæ in hanc sententiã elegantissimè scripsit Claudius Galenus in exhortatione ad bonas artes, Sanè, inquit, æquum videtur, qui nulla re suspiciendi sunt, nisi ob diuitias, simulatque his spoliati fuerint, pariter & illis spoliari, quæ ob diuitias habebant. Quid enim isti facerent, qui nullum proprium possident bonum, sed perpetuò pëdent ab alienis, & ab his quæ sunt fortunæ? Tales videlicet sunt & hi qui generis nobilitatem venditant, atque hinc sibi placentes, tollunt cristas. Nam & isti, quoniam propriis bonis carẽt, ad maiorum imagines confugiunt, non saltem hoc intelligentes, quòd ista generis nobilitas, qua gloriantur, similis est publico singularum ciuitatum nomismati: quod apud eos quidem valet, qui instituerunt, apud alios verò adulterinum habetur.
Te haudquaquam in altum generis euexit decus,
Non altus huc sum, polluam vt genus meum.
Præclarus igitur, vt inquit Plato, thesaurus est progenitorum virtutes, sed præclarius est huic opponere posse Sthenei illud dictum,
At qui nos patribus longè præstamus auisque.
Nam si qua omnino est nobilitatis vtilitas, hanc solã habet, quòd bine aecẽditur studium æmulandi, proposito exemplo domestico. Proinde si procul degeneramus à progenitorũ virtute, meritò discrutiẽtur illi, si quis modò sensus insit defunctis. Nobis autem tantò plus est dedecoris, quantò genus est illustrius. Si quidem imperiti, qui genere sunt vehementer obscuro, hoc lucri faciunt, quòd plerique nesciant: quales sint. Cæterũm quos decus & claritudo generis non sinit latère, quid aliud fructus ferunt ex nobilitate, nisi vt illorum infœlicitas sit illustrior? Sanè qui generi suo non respondent, magis cõtemnuntur, quàm obscuro loco nati. Itaq; fit. vt si vecors prædicet claritatem generis, declaret suum ipsius vitiũ minùs esse venia dignũ. Neque enim eadem trutina æstimamus aut exploramus plebeios homines, qua claro genere natos. Sed illos, si vel mediocri virtute præditi sint, probamus & amplectimur, quod deest illorũ virtuti. generis obscuritati imputantes. Rursus hos qui nihil habent dignũ imaginibus maiorũ, etiam si cæteris omnibus antecellant, nondum tamen suspicimus. Proinde si quis sapit, ad exercendam artem se conferat, per quam si nobilis fuerit, videbitur genere non indignus. Sin minùs, ipse genus ornabit suum. Hæc Galenus.

4 ¶ Sunt & alij non pauci, qui in hos inuehunt, qui arrogantiùs ambitiosiũsque solũ nobilitatis generis titulum nomẽnque præferentes atque iactantes, cæteros despiciunt, nulla interim sua virtute suffulti. Imò verò sunt & plerique, qui nihili omnino nobilitatem faciunt, sed eã veluti futilem inanem, vanam reiiciunt: nullũmque prorsus inter homines, hoc nomine nobilitatis, vel ignobilitatis discrimẽ faciunt. Ex quibus nõnullos citauimus suprà, c. 4. quo tractauimus, an virt⁹ nobilitet. Quibus & hos adiiciẽdos ducimus. Imprimis Oseas ille propheta hos deridẽs, Gloria (inquit) eorũ à partu, & ab vtero, & à cõceptu. Alter propheta Malachias c. 2. Nunquid, ait, non patet vnus omniũ nostrũm? Nũquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisque nostrũm fratrem suum? Quasi sentiat propheta, nullam esse differentiam inter eos, quos nobiles dicunt, & ignobiles, siue vt planiùs dicã, nullos esse cæteris nobiliores aut ignobiliores origine. Et Philo ille, aut quisquis is fuit, Sapi. 7. Et ego natus accepi communẽ aẽrem, & in similiter factã decidi terram: & primam vocem similẽ omnibus emisi plorans, in inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.

Vnus omnium pater Idem natiuitatis initium, idem exitus.

5 ¶ Christus dominus noster, optimus æquissimúsq; nobilitatis, & ignobilitatis, rerũmque omnium æstimator, nonne apertissimè ostẽdit vnum communẽmque omnium hominũ patrẽ esse omnipotentem Deum: cùm ita nos docuit orare, Pater noster qui es in cœlis. Quem locum enarrans diuus Chrysostomus in 20. Homilia in Matthæum, Non dicit, inquit, Pater meus

meus qui est in cœlis, sed pater noster, superbiã remittens, inuidiámq; explodens, & introducens matrem bonorum omnium charitatem, & humanarũ rerum inæqualitatem prorsus expellens, & mirã Regis cum paupere æqualitatem honoris ostendens: si tamen in maximis, & ad æternam gloriam necessariis cõmunione sociemur. Quid enim noxæ de terrena nobilitate metuendũ est, quando cœlesti omnes nobilitate cõiungimur: cũ q; nullus alio amplius de illo honore possideat, neq; locuples paupere, neq; dominus seruo, neque iudex ministro, neq; tex milite, nec philosophus barbaro, nec sapiens imperito. Cunctis enim vnã atq; eandem nobilitatẽ donauit Deus, cùm dignatus est omniũ pater vocari. Sed & eundem locum interpretans diuus Augustinus, siis est lib. 2. de Sermone Dei in monte, Admonentur, ait, hic genere nobiles secundùm sæculum, cùm Christiani facti fuerint, non superbire aduersus ignobiles, quoniam simul Deo dicunt, Pater noster. quod non possunt verè ac piè dicere: nisi se fratres esse agnoscant. Nec primus dominus noster patrem nostrum deum patrem innocare docuit. Nam longo antè interuallo Esaias & ipse à deo ipso edoctus cap. 63. Tu enim pater, & Abraham nesciuit nos. Et c. seq. Et nunc domine pater noster es tu, nos verò lutum: & factor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos.

6 ¶Sed & hoc quoque veteres Poëtæ tametsi ethnici intellexerunt, qui Iouem Deorum suorum maximum vbique vocant, nunc patrem Deúmque hominúmq;, nũc simpliciter patrem vocant. De primo est illud Homeri lib. Iliados 1. *De tadẽre ex Ethnicis scriptoribus.*

Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Et lib. 4.

Ὣς ἔφατ', οὐδ' ἀπίθησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Quem versum repetit lib. 15. eiusdem operis. Et lib. quoque 8. eiusdem item operis.

Ἔνθ' ἵππους ἔστησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Et similem omnino appellationem reperies eo quoque lib. 8 & 11. & 15. & 16. & 20. & 22. & 24. eiusdem operis, & li. 1. & 18. Odyssea. Et ex eo expendit Aristoteles li. 1. Politicõn c. 8. Illúmque secutus Virgilius, vt sæpe aliàs facit, lib. 2. Aeneidos, *Iupiter pater omnium hominum.*

Ex quo me diuum pater atque hominum rex,
Fulminis afflauit ventis.

Quod ab Ennio sumptum est. Ex quo etiam illud Romuli apud Liuium libr. 1. At tu pater Deũm hominúmque hinc saltem arce hostes, &c.

7 ¶De secundo, videlicet quòd Iupiter simpliciter pater vocatur, est etiam illud eiusdem Homeri Iliados 2. 4. 7. 16. & Odyssea 4. 7. 17. & 24. Nam omnibus his locis hic versus ponitur,

Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον.

Et aliis quoque propè infinitis locis ita illum vocat, scilicet li. 3. in 3. locis & præterea lib. 4. præterquam in loco suprà citato, & li. 5. 8. Iliados, atque etiam lib. 7. 12. non semel, 13. 14. 20. etiã non semel, & 21. Et Euripidis in Helena,

Ὦ Ζεῦ, πατήρ, τε καὶ σοφὸς κλήζῃ θεός.

Id'que etiam sæpe apud Virgilium comperies, vt lib. 2. Aeneïdos,

Iuppiter omnipotens precibus si flecteris vllis
Aspice nos hoc tantùm. Et si pietate meremur,
Da deinde auxilium pater. Et lib. 5.
Nunc pater & teneros Teucrũm res eripe leto. Et lib. 6.
Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit.

Nam & Trismegistus in lib. de sapientia & potestate Dei, qui & Pimãder inscribitur c. 2. tradit Deum peculiari vocabulo patrem appellari. Et Alexãder Magnus cùm Iouis filius in Ammonis templo à sacerdote fuisset appellatus, Nihil (inquit) est mirandum, nam Iupiter omnium pater est, testis Plutarchus in Apophthegmatis.

8 ¶His concinit illud Sophoclis in Tereo apud Stobæum Ser. 84. *Vt vnus pater ita vna mater omnium.*

Ἓν φῦλον ἀνθρώπων μί' ἔδειξε πατρὸς καὶ ματρὸς
Ἡμᾶς ἁμέρα τοὺς πάντας, οὐδεὶς ἔξοχος
Ἄλλος ἔβλαστεν ἄλλου. κοσμεῖ τοὺς μὲν
Μοῖρα δυσαμερίας, τοὺς δ' ὄλβος ἡμῶν,
Τοὺς δὲ δουλείας ζυγὸν ἔχει ἀνάγκη. Id est, vt traduxit Gesnerus,

In hominum genere vna produxit ex patre & matre
Lux nos omnes, neque præstantior
Alius alio natus est, sed sequitur alios
Sors infortunij, alios nostrũm opes & fœlicitas.
Sunt qui necessario seruitutis iugo premuntur.

Et Pindarus apud Eusebium de præparatione euangelica li. 13. c. 7. Vnum, inquit, hominum genus est, & ab vna matre cuncti vnũ patrem creatorem summum atque optimum artificem habemus. Qui locus Pindari, ni fallor, est in prin. Ode 6. Nemeorum. *De tadẽre. Omnes iisdem elemẽtis cõstare.*

9 ¶Et vt in eam sentẽtiam aliquid ex Latinis scriptoribus adferamus, Quintilianus lib. 3. c. 10. Liberos, inquit, natura omnes, & iisdem constare elementis, & fortasse antiquis etiam nobilibus

bilibus dici poteſt. Et idem, vt uõnulli putant, decla. 9. Ego (ait) ſi alienum & ignotum tamẽ (quæ publica omnium mortalium, quippe ſub vno parente naturæ, cognatio eſt) hominem cibo fortè iuuiſſem &c. Et Boëtius ille Seuerinus lib. 3. de conſolatione philoſophiæ,

Omne hominum genus in terris
Simili ſurgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater eſt,
Vnus cunctà miniſtrat.

Et paulò pòſt,

Mortales igitur cunctos
Edis nobile germen.
Quid genus & proauos ſtrepitis?
Si primordia veſtra,
Autorémque Deum ſpectes,
Nullus degener extat,
Ni vitiis peiora fouens
Proprium deſerat ortum.

10 ¶ Et eò quoque pertinet illud Theſpidis Apud Antonium Monachũ, libr. 2. Meliſſæ, Ser. 79. ἐπὶ προγόνων εὐγενείᾳ μηδεὶς ἐγκαυχάσθω· πηλὸν γὰρ ἔχουσι πάντες τοῦ γένους προπάτορα, καὶ οἱ ἐν πορφύρᾳ καὶ βύσσῳ τρεφόμενοι, καὶ οἱ ἐν πενίᾳ ἀβύσσῳ δαπανώμενοι. Ob maiorum nobilitatem uemo glorietur. Lutum enim habemus omnes generis principiũ, & qui in purpura & byſſo nutriuntur, & qui in paupertatis abyſſo conſumũtur. Quã eandem ſententiam expreſsit Agapetus in admonitorio ad Iuſtinianum Imperatorẽ ſcripto, duobus aut tribus verbis, eiuſdem tamẽ ſignificationis, immutatis, & vno addito, ita vt alter ab altero accepiſſe videatur. Hæc ſunt illius verba, ἐπὶ προγόνων εὐγενείᾳ μηδεὶς ἐναβρυνέσθω· πηλὸν γὰρ ἔχουσι πάντες τοῦ γένους προπάτορα, καὶ οἱ ἐν πορφύρᾳ καὶ βύσσῳ καυχώμενοι, καὶ οἱ ἐν πενίᾳ καὶ νόσῳ τρυχόμενοι. Sed illud præteteà ſubdit, quod & ad hũc locũ pertinet, καὶ οἱ διαδήματα περικείμενοι, καὶ οἱ δεξιὰ δώματα προσεδρευόμενοι. μὴ τοίνυν ἐκ τοῦ πηλίνου ἐγκαυχώμεθα γένους, ἀλλ' ἐπὶ χρηστότητι σεμνυνώμεθα τρόπων. Et qui diademate ſunt redimiti, & qui per cubicula excubant. Ne igitur lutulentum iactemus genus, ſed bouitate gloriemur morũ. Nam & Gregorius Niſſenus apud eundem Antonium monachum, Meliſſæ libr. 2. Ser. 74. ἡ εὐγένεια συγγενὴς πρὸς τὴν πλίνθον ἔχει. quo ſignificatur nobilitatem generis cognationem cum figlinis lateribus habere, quoniam ſcilicet, vt id planiùs intelligas, omnes homines ex luto, vt lateres originem habent, vt videre licet ex c. 2. Geneſis.

Lutum omniũ principium.

11 ¶ Sed vt redeamus ad Chriſtum dominũ noſtrum: Is, vt ſcribit Diuus Matthæus c. 3. & Diuus Lucas c. item 3. ad Iudæos qui ſe iactabant de generis autore Abraham, non tantùm illuſtri & generoſo, opulento, & victore regum, ſed ob diuinas virtutes diuinis ornato præconiis: Ne velitis dicere, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Et alibi ſcilicet Io. 8. ad eoſdem qui & ipſi dicebant, Abraham pater noſter eſt, Si filij (inquit) Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Et paulò pòſt, Vos ex patre diabolo eſtis, & opera patris veſtri facitis. Paulus quoq; ad magiſtri normam æſtimans nobilitatem, ad Ro. 9. c. Non omnes qui ex Iſraël ſunt, ij ſunt Iſraëlitæ: neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij. Quaſi videlicet non ſint ij uobiles, aut certè ex maiorum nobilitate laudandi: niſi & illorum virtutes imitentur. Quando & diuus Chryſoſtomus in enartatione, ni me fallit memoria, illius Chriſti ſententiæ, Quid prodeſt, inquit, ei quem mores ſordidant, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Ipſe enim ſe vacuum ab omnibus bonis oſtendit, qui gloriatur in patribus.

Abrahæ filij qui opera Abrahæ faciunt.

12 ¶ Sed & idem Chryſoſtomus Homilia in ipſum Matthæum 59. multa in eos qui generis nobilitate efferuntur congerit, inter quæ illud eſt. Dic quæſo quid genus eſt? Nihil aliud certè, quàm verbi ſonitus ab omni re deſtitutus, quod in extremo illo die probè ſcietis. Verùm quoniam nondum dies illa adeſt, ratonibus, quantùm in nobis ſitum eſt, nullam in genere fieri preſtantiã, vobis perſuadebimus. Conſidera igitur, quãdo bellũ irrũpit, quãdo fames premit, quando cætera huiuſmodi mala incũbunt, quomodo vniuerſus nobilitatis huius ſtatus euaneſcit. Neſcit inter diuitem & pauperem vllo modo morbus diſcernere: glorioſum, & ingloriosum; nobilẽ, & iguobilem uon cognoſcit. Mors quoque, aliæ'que rerum humanarum mutationes pariter omnes aggrediuntur. Imò verò, quod mirabile fortaſsis videbitur, multò magis diuites inuadere ſolent.

Nobilitas nil aliud quàm verbi ſonitus.
Aequalitas omniũ in bellis, fame, morbis, morte, & cæteris id genus.

13 ¶ Sed audi quæ ad id inſtitutũ propoſitũ ab Ariſtotele ſcripta ſunt in eo (ſi vllus coniecturis locus ſit) lib. quem de nobilitate ſcripſit, apud Stobæum, Ser. 84. neq; enim is liber hodie reperitur, nec vllus eſt talis locus in omnibus eius libris, qui nunc exiant, ὅλως δὲ περὶ εὐγενείας ἐγὼ ἀπορῶ, τίνας χρὴ καλεῖν τοὺς εὐγενεῖς. εἰκότως γὰρ ἔφην τοῦτο εἶν διαπορεῖν. καὶ γὰρ καὶ παρὰ τῶν σοφῶν, τὰ μὲν ἀμφισβητεῖται, τὰ δ' οὐ λέγεται σαφῶς, εὐθὺς τὰ περὶ τῆς δυνάμεως: λέγω δὲ τοῦτο, πότερον τῶν τιμίων ἐστὶ καὶ σπουδαίων, ἢ καθάπερ Λυκόφρων ὁ σοφιστὴς ἔγραψε κενόν τι πάμπαν. ἐκεῖνος γὰρ ἀντιπαραβάλλων ἑτέροις ἀγαθοῖς αὐτὴν, εὐγενείας μὲν οὖν ἀφανὲς τὸ κάλλος, ἐν λόγῳ δὲ τὸ σεμνὸν, ὡς πρὸς δόξαν οὖσαν τὴν αἵρεσιν αὐτῆς: κατὰ δ' ἀλήθειαν, οὐθὲν διαφέροντας τοὺς ἀγενεῖς τῶν εὐγενῶν. Ἀμφισβητεῖται

δὲ καθ'

ἢ καθάπερ καὶ περὶ τῶν πολίτων ἀγαθόν ἐστιν, οὕτω καὶ τίνας δεῖ καλεῖν εὐγενεῖς. οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν γονέων, εὐγενεῖς εἶναι νομίζουσι, καθάπερ καὶ Σωκράτης. διὰ γὰρ Ἀριστείδην τὴν θυγατέρα αὐτοῦ γενναίαν εἶναι. Σιμωνίδην δέ φασιν ἀποκρίνασθαι ἐρωτώμενον, τίνας εὐγενεῖς, τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων φάναι. καίτοι τοῦτον τὸν λόγον, οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσι. Θέογνις δ' ὁ ποιητὴς ὁ ταῦτα λέγων,

Εἰς τὴν μὲν εὐγένειαν αἰνοῦσι βροτοὶ,
Μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖσι πλουσίοις.

Ἢ πρὸς θεῶν ἂν αἱρετώτερος ὁ πλουτῶν αὐτὸς, ἢ οὗ ὁ πρόπαππος, ἢ τῶν προγόνων τις πλούσιος ἦν. αὐτὸς δὲ πένης; πῶς γὰρ οὐκ ἴστε, καὶ δέοιτ' ἂν κηδεύειν τοῖς πλουσίοις μᾶλλον, ἢ τοῖς εὐγενέσιν. εὐγενεῖς γὰρ οἱ πάλαι. κρείττους δὲ οἱ νῦν. οὐκοῦν ὁμοίως κἄν τις ὑπολαμβάνῃ, οὐ τοὺς εὐγενεῖς εἶναι τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων, οὐδὲ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν πάλαι. κρείττων γὰρ ἂν δόξειεν ἀρχαίας ἀρετῆς πρόσφατος καὶ μετέχειν μᾶλλον ἕκαστον τοῦ πατρὸς ἢ προπάππου. αἱρετώτερον δ' αὐτὸν εἶναι σπουδαῖον, ἀλλ' οὐ τὸν πρόπαππον, ἢ τινα τῶν ἄλλων προγόνων. ἆρ' οὖν ἐπειδὴ ἐν μηδετέρῳ τούτων ὁρῶμεν τὴν εὐγένειαν, ζητητέον ἄλλον τρόπον. τίνα τοῦτον; σκεπτέον δ', ἔφην, ὅτι τὸ εὖ ἐνίοτε σημαίνει τὸ δοκεῖν τῶν ἐπαινετῶν καὶ σπουδαίων, οἷον τὸ εὐπρόσωπον καὶ τὸ εὐόφθαλμον. ἀγαθὸν γάρ τι καὶ καλὸν σημαίνει κατὰ τοῦτον τὸν λόγον. πάνυ γὰρ ἔστιν. οὐκοῦν εὐπρόσωπον μέν ἐστι τὸ ἔχον ἀρετὴν προσώπου. εὐόφθαλμον δὲ τὸ ὀφθαλμοῦ ἀρετήν. οὕτως εἶπεν. ἀλλὰ μήν ἐστι γένος, τὸ μὲν σπουδαῖον, τὸ δὲ φαῦλον. πάνυ γὰρ ἔστι. σπουδαῖον δέ γε φαμὲν ἕκαστον κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν εἶναι. ὥστε καὶ γένος σπουδαῖον ὡσαύτως. οὕτως εἶπε. δῆλον ἄρ', ἔφην, ὅτι ἔστιν ἡ εὐγένεια ἀρετὴ γένους. Id est, Omnino de nobilitate dubito, quos nobiles vocare oporteat. Neque enim ab re me de hac re dubitare dixi. Nam à sapientibus partim dubitatur, partim ab ipsis eius vis non dilucidè exponitur. Id autem est, an ex his quę magnifacienda sunt, an (vt Lycophron Sophista scripsit) aliquid omnino iuane. Is enim eam cum aliis bonis conferens, eius pulchritudinem & formam minime apparentem esse dicit, grauitatémque eius & maiestatem verbis contineri (id est, vt planius intelligas, eam in speciem tantum ac verbo tenus grauem esse & venerãdam) Ita vt gloriosum quidem sit eam consequi, sed reipsa ignobiles à nobilibus nihil differre. Vt porrò quàm magnum bonum ea sit, dubitatur, sic etiam quos nobiles appellare oporteat. Siquidem ex probis parentibus ortos alij nobiles iudicant, quemadmodum Socrates Aristidis filiam propter patris virtutem, nobilem dicebat. Simonides interrogatus qui nobiles essent, respondisse fertur, natos ex his qui iam multo ante diuites fuissent. Quanquam in eo (sed haud rectè) reprehenditur. Theognis autem dicit homines laudare quidem nobilitatem, sed affinitatem potius cum diuitibus contrahere. An non quæso, magis is expetendus est, qui sit ipse diues, quàm cuius proauus, vel ex maioribus aliquis diues fuit, ipse autem pauper sit? Quomodo enim non dixit, quòd oporteret affinitatem contrahere cum diuitibus potius, quàm cum nobilibus? Nobiles enim, qui multo ante fuerunt: potentiores autem & præstantiores, qui nunc sunt. Ad eundem igitur modum reputauerit aliquis, nobiles non esse natos ex his qui olim fuerunt diuites, neque ex his, qui probi olim fuerunt. Nam recens siue præsens virtus antiqua præstantior est, & melius est vnumquemque participem esse virtutis patris, quàm proaui. Maxime autem optandum ipsum probum esse, non proauum, aut aliquem ex maioribus. Nónne igitur cum videamus nobilitatem in neutro istorum sitam esse, aliam rationem disquirere oportet? Quam inquam? Considerate (inquam) oportet, quod particula εὖ interdum aliquid cum laude coniunctum significat, vt εὐπρόσωπον pulchram faciem habens, & εὐόφθαλμον, pulchros oculos habēs. Maxime verò (inquit) igitur εὐπρόσωπον significat faciei virtutem, & εὐόφθαλμον oculi. Sic est, inquam. Atqui genus per se, aliud probum & clarum, aliud malum & obscurum. Maximè verò (inquit.) Probum & bonum aliquid porrò id dicimus, quod sua ipsis virtute tale est. Itaque ad eundem modum genus probum, honestum, & bonum dicimus, quod sua ipsius virtute tale est. Constat igitur, inquam, εὐγένειαν id est, nobilitatē generis virtutem esse. Hæc Aristoteles. Sed illud te scire volui lector optime, vbi ipse Aristoteles citat Theognidem, vti suprà ex eo diximus, puto mendum esse, & loco Theognidis, Θεόγνιτον, Theognitum esse scribendum. hic enim fuit Thessalus poëta Comicus, qui inter cæteras Comœdias has scripsit, φάσμα, id est, visum: φιλάργυρον, id est, auarum: φιλοδέσποτον, id est, heri amantē: Κένταυρον, Centaurum, vt scribunt Athenæus in Sophistarum cœnis, & Suidas. Theognis autem non nisi elegias scripsisse dicitur. & is quidem Megatensis fuit. Quanquam scio fuisse alterum Theognidem Chionem cognominatum à niue, quòd illepidus & subfrigidus esset, húncque Comicos cauillis fuisse insectatum, propter eius poëmatum frigiditatem & ineptias, οἱ μὰ κατέπεσε θρανίον χιόνι πολλῇ, καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξε ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον, ἡνίκα Θέογνις ἠγωνίζετο. Ideóque non facile crediderim hunc ab Aristotele fuisse citatum. Id quod nos obiter dicere voluimus, vt & idipsum addas ad ea quæ diximus suprà, c. 3. nu. 7. hunc autem fit.

Aristoteles dubitat quos nobiles appellet.

Nobilitas verbis continetur non re.

Socratis sententia.

Simonidis.

Theognidis

14 ¶ Sed vt ex hoc diuerticulo in viam redeamus, sunt & aliorum plurimorum sententiæ hanc generis nobilitatem, vel negantes, vel contemnentes. Nam Euripides in Electra apud Stobæum Serm. 84.

Nobilitas non verborũ, non vultus, non corporis, sed animi esse.

Οὐ μὴ φρονήσεθ' οἱ κενῶν δοξασμάτων
Πλήρεις πλανᾶσθε, τῇ δ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς
Κρινεῖτε, καὶ τοῖς ἤθεσι τοὺς εὐγενεῖς;

Οἱ γὰρ τοιοίδε τὰς πόλεις οἰκοῦσιν εὖ,
Καὶ δώμαθ'· αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν
Ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσίν. οὐδὲ γὰρ δόρυ,
Μᾶλλον βραχίων σθεναρὸς, ἀσθενοῦς μένει.
Ἐν τῇ φύσει δὲ τοῦτο κἀν εὐψυχίᾳ. Id est, vt vertit Conradus.
Non tandem sapietis vos, qui vanis opinionibus
Pleni erratis, ex conuersatione (malo vertere sermone) *autem homines*
Indicabitis, & ex moribus (malo item vertere vultibus) *nobiles?*
Tales enim fœliciter inhabitant ciuitates
Ac domos. Carnes verò hominum inanes
Simulachra fori sunt. Neque enim hastam
Forte brachium magis expectat, quàm imbecillum.
Nam in animo istud situm est, & alacritate. (malim dicere, magnanimitate.)
Tanquam dicat non verborum, non vultus, non carnis, siue corporis nobilitas est, sed animi.
Epicharmus apud eundem, siue is sit Menander,
Ἀπολεῖ με τὸ γένος, μὴ λέγ', εἰ φιλεῖς ἐμὲ,
Μῆτερ ἐφ' ἑκάστῳ τὸ γένος. οἷς ἂν τῇ φύσει
Ἀγαθὸν ὑπάρχῃ μηδὲν οἰκεῖον προσὸν,
Ἐκεῖσε καταφεύγουσιν εἰς τὰ μνήματα,
Καὶ τὸ γένος, ἀριθμοῦσί τε τοὺς πάππους ὅσοι.
Οὐδ' ἕνα δ' ἔχοις ἰδεῖν ἂν οὐδ' εἰπεῖν, ὅτῳ
Omnibus aui & proaui. Οὐκ εἰσὶ πάπποι, πῶς γὰρ ἐγένοντ' ἄν ποτε;
Εἰ μὴ λέγειν δ' ἔχουσι τούτους, διά τινα
Τόπου μεταβολὴν, ἢ φίλων ἐρημίαν,
Τί τῶν λεγόντων εἰσὶ δυσγενέστεροι;
Ὃς ἂν εὖ γεγονὼς ᾖ τῇ φύσει πρὸς τἀγαθὰ,
Κἂν Αἰθίοψ ᾖ μῆτερ, ἐστὶν εὐγενής. Id est,
Perdet me genus, ne nomines, si me amas,
Mater, ad singula genus tuum. Quibus enim natura
Nullum adfuerit bonum proprium,
Illi confugiunt ad monumenta,
Et genus suum, ac auos enumerant, quot habuerint,
Ac ne vnum quidem videris aut nominaueris, cui
Non sint aui: aliter enim quomodo nati essent?
Quod si tamen indicare id nequeunt, propter aliquam
Loci mutationem, aut amicorum penuriam,
Quid propter hoc ignobiliores habendi sunt illis, qui auos suos numerant?
Quisquis suapte natura procliuis ad bona fuerit,
Nobilis est, quamuis matre genitus Aethiope.
Quos posteriores versus citaui in 4. c. nu. 2. hactenus, in fi. pro illorum opinione, qui virtutem nobilitatem esse dicunt.

15 ¶ Bion quoque Borysthenites philosophus Antigono regi eum de ignobilitate criminanti, interroganti que hoc carmine,

Sagittarij non ex genere, sed ex arte deliguntur.

Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;
Aede tuum nomen, patriam, genus, atque parentes,
Ita respondisse fertur apud Stobæum Ser. 84. quamuis Laërtius id aliter referat, Κἀκεῖνος, inquit, ἀλλ' ὁρμῶς ἔχοντα· ὦ βασιλεῦ, ὅταν τοξοτῶν χρείαν ἔχῃς, μὴ ἐπιζήτει τὸ γένος, ἀλλὰ τιθέντα τὸν σκοπὸν, τοὺς ἀρίστους τοξεύοντας παραλάμβανε· οὕτως ἂν καὶ ἐπὶ τῶν φίλων ἐξέταζε, οὐ πόθεν εἰσὶν, ἀλλὰ τίνες. Atqui ô Rex, bene facis, cum indiges sagittariis, quòd non interrogando genus, sed scopum proponendo, optimos illorum tibi deligis. Sic igitur amicos etiam explora, non vnde nati, sed qui & quales sunt. Ex quo magis miror, quod de ipso Antigono scribit idem Stobæus, Ser. 85. quòd cum quidam iuuenis strenuo patre natus, ipse verò parum bonus miles patris stipendia peteret, ἀλλ' ἐγὼ (inquit) ὦ μειράκιον, ἀνδραγαθίας οὐ πατραγαθίας μισθὸν καὶ δωρεὰς δίδωμι. Ac ego ô adolescens, non paternæ, sed propriæ fortitudinis mercedē ac præmia largior. Id quod etiam retulit Plutarchus in Apophthegmatis Regum, id Antigono secundo tribuens. Et forte ille, de quo illud narrat Stobæus, primus fuit. His autem adstipulatur Plutarchus in comparatione Lysandri & Syllæ, Quemadmodum, inquit, venator nō canis prolem sed canem & equitandi studiosus non equi fœtum, sed equum quærit: ita administrandæ ciuitatis curiosus errabit omnino, si ciuitatis principem non quis, sed à quo sit, inuestigauerit.

Præmia nō paterna, sed propria fortitudinis.

Ex nobilitate omnia mala. Nobilitas velamentum malitiæ.

16 ¶ In vniuersum autē philosophi hanc generis nobilitatem contemnunt, ac nihili omnino faciunt, nisi eum ea virtus adsit. Nam Socrates ille philosophorum princeps, & ab Apolline hominum sapientissimus iudicatus, Nobilitates nō solum nihil in se habere honestatis, sed

& omne

& omne malum ex eis oboriri dicebat, vt prodit Laërtius in vita illius. Diogenes ridebat nobilitatem & gloriam, & cætera huiusmodi, dicens ea esse προκοσμήματα κακίας, velamenta malitiæ, vt idem tradit in vita quoque illius. Nam & cæteri Cynici omnes nobilitatem, diuitias, & gloriam prorsus contemnebant, vt idem scribit ad fi. lib. 6. Et cum aliquando Antistheni, qui & ipse eius sectæ autor fuit, probro datum esset, quòd non esset ex duobus liberis genitus, οὐδὲ γὰρ, inquit, ἐκ δύο παλαιστικῶν, ἀλλὰ παλαιστικός εἰμι, id est, Neque enim ex duobus luctatoribus, & tamen luctator sum. veluti nihil prohibeat, quo minus aliquid virtutis, nobilitatis, & id genus cæterorum præ nostris parentibus habeamus, nihílque nobili officiat parentum, aut ignauia, aut ignobilitas.

17 ¶ Sirach, quisquis is fuit, apud Antonium Monachum lib. 2. Melissæ. Serm. 79. τέκνα ἐν ἀγαθῇ ζωῇ τὴν ἀναστροφὴν ἔχοντα, τὴν ἰδίαν τῶν πατέρων κρύψει δυσγένειαν. Quibus significatur liberos honeste vitam agentes, genitorum suorum ignobilitatē tegere. veluti si dicas, nihil tibi obest genitorum ignobilitas, si tu ipse probus sis, vtpote quam tuis virtutibus obtegas: vt è diuerso, ex eiusdem sententia apud Maximum philosophum & martyrem, τέκνα ἐν καταφρονήσει, καὶ ἀπαιδευσίᾳ γαυριώμενα, συγγενείας ἑαυτῶν μολύνουσι τὴν εὐγένειαν. Quibus item significatur, Liberos insipientia & imperitia sese efferentes cognationis suæ nobilitatem inquinare. D. Basilius, οὐκ ἔχομεν πατέρας λέγειν, καὶ προγόνους περιφανεῖς. ὁ γὰρ τῆς ἀληθείας νόμος, ἴδια ἑκάστου ἀπαιτεῖ τὰ ἐγκώμια. οὐδὲ γὰρ ἵππον ταχὺν ποιεῖ τὸ ἐκ ταχυτάτων φῦναι, ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἄλλων ζώων ἡ ἀρετὴ ἐν ἑαυτῷ θεωρεῖται ἑκάστῳ: οὕτω καὶ ἀνδρὸς ἔπαινος ὁ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ κατορθωμάτων διαμαρτυρούμενος. Id est, Non possumus patres & maiores claros prædicare, cum veritatis lex proprias cuiusque te poscat laudes. Non enim equus est celer, quod ex celerrimis natus sit, sed quemadmodum cæterorum animalium in se quodque spectatur: sic viri laudes testatæ sunt ex suis cuiusque præclaris factis.

Filiorum virtus ignobilitatem progenitorum tegit.

Liberi insipiētes maiorum nobilitatem inquinant.

18 ¶ Suprà in 4. c. (quod iam diximus) multas alias sententias huc pertinētes adduximus, atque inter alias, plurimos D. Gregorij Nazianzeni versus: Sed cuius & hos quoque addere poteris.

Κακῶς δ' ἀκούων αἰσχύνου, μὴ δυσγενής.
Γένος γάρ ἐστιν εἰς πάλαι σεσηπότος.
Γένους προάρχειν, ἢ λῆξαι γένος θέλε,
Ὡς καλὸν εἶναι σ', ἢ καλῶν πεφυκέναι. Id est, vt vertit Io. Ribittus:

Fama mala pudeat, malum non te genus
Moueat. genus pridem tuum computruit.
Genus vel incipias. vel ad finem trahas,
Vt vel bonus, vel ex bonis sis editus.

Genus incipiendū vel ad finē trahendum.

Sed & Epicharmi sententia est apud Maximum philosophum & martyrem, Ser. 63. & Stobæum Serm. 88.

Πνίγομ' ὅταν εὐγένειαν ὁ δὲν ὢν κακῶς
Λέγει τις, αὐτὸς δυσγενὴς ὢν τῷ τρόπῳ.
Τίς γὰρ κατόπτρου καὶ τυφλοῦ κοινωνία; Id est, vt idem transtulit,

Aegerrime fero, cum aliquis obscurus de nobilitate
Loquitur, ipse verò moribus ignobilis est.
Quid enim rei est cæco cum speculo?

Non tolerandus qui obscurus de nobilitate loquitur.

19 ¶ Demosthenes ille oratorum primus aut, vt alij malunt, Socrates apud Stobęum Ser. 84. dicebat optimum frumentum non ex pulchritudine agri æstimandum, sed ex eo quod cibum optimum præbeat: nec virum bonum, aut amicum beneuolum, qui ex nobili genere sit propagatus, sed qui sit optimis moribus præditus, οὔτε σῖτον ἄριστον ἐκ τοῦ καλλίστου πεδίου κρινόμενον, ἀλλὰ τὸν εὔθετον πρὸς τὴν τροφήν, οὔτε ἄνδρα σπουδαῖον ἢ φίλον εὔνουν, τὸν ἐξ ἐπιφανοῦς ὄντα γένους, ἀλλὰ τὸν ὑπάρχοντα τῷ τρόπῳ κράτιστον. Idē in oratione pro Ctesiphone, Nemo inquit, nec ex nobilitate parentum laudandus, nec ex ignobilitate culpandus. Iphicrates in Harmodium illius prisci Harmodij abnepotem, ei ob generis ignobilitatem conuitia sibi ingerentem (nam is sutoris filius putabatur) Meum (inquit) genus à me incipit, sed tuum in te desinit. Author Plutarchus in Imperatorum Apophthegmatis. Et simile quippiam dixisse fertur Sostratus tibicen cuipiam qui ei obiectabat, quòd ex ignobilibus parentibus natus esset, apud Antonium Monachum, Melissæ lib. 2. c. 79. & Stobæum Ser. 84. Atqui, inquit ob id ipsum debui magis laudari, & in admiratione esse, quòd à me genus meum cœpit, καὶ μὴν διὰ τοῦτο μᾶλλον ὤφειλον θαυμάζεσθαι, ὅτι ἀπ' ἐμοῦ τὸ γένος ἄρχεται. Sed nullus omnium hanc sententiam significantius & elegantius expressit, quàm Tullius noster in ea oratione, qua respondit alteri Salustij orationi, qua illi generis nouitatē exprobrauerat. Cuius verba & nos adduximus, in d. c. 4. nu. 5. Idem autem Tullius, in secunda in Verrem actione, inania nobilitatis nomina vocat, quod nos alibi ad aliud retulimus. Quem secutus Seneca lib. 1. de ira, cuius hæc verba sunt, Tantúmque agmen nobilium non inania nomina præferentium, sed eorum qui imaginibus suis decori sunt. Quibus ostendit inania esse nobilitatis maiorū nomina, nisi & suiipsius viribus & imaginibus suffulciantur. Et Boëtius Seuerinus, in lib. 3. de consolatione philosophiæ. c. 6. Iam

Frumentū non ex pulchritudine agri æstimādum.

Iphicratis retaliatio in eum qui illi genus exprobrabat.

Et Sostrati.

Nobilitatis nomina inania.

vero quam sit inane, quam futile nobilitatis nomen quis non videat? Quæ si ad claritudinem referatur, aliena est. Videtur nanque esse nobilitas, quędā de meritis veniens laus parentum. Quòd si claritudinem prædicatio facit, illi sint clari necesse est, qui prædicantur. Quare splendidū te, si tuam nó habes, aliena claritudo non efficit. Quòd si quid est in nobilitate bonum id esse arbitror solū, vt imposita nobilib. necessitudo videatur, ne à maiorū virtute degenerēt.

Vnius Imperatoris propria ac peculiaris nobilitas.

20 ¶ Suetonius refert Caligulam, cum forte audiret reges qui officij causa in vrbem aduenerāt, concertantes, apud se super cœnam de nobilitate generis exclamasse,

Εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς,
Vnus princeps sit.
Vnus Rex.

Nobilitas indignorū dominorū nō laudanda.

Veluti eos derideret de nobilitate certantes, quam vni omnium Imperatori peculiarem ac propriam non etiam cęteris inferioribus quantumuis Regibus communem esse existimabat. Verum ille nimium id nominis & tituli angustabat. Sed quod verissimum est Theodectes Phaselides apud Stobæum, Ser. 84. dicit se nunquam laudauisse nobilitatem, quæ dominis indignis vteretur,

Ἐγὼ μὲν οὔποτ' εὐγένειαν ᾔνεσα,
τὴν προστάταισι χρωμένην ἀναξίοις.

Aegyptiis omnes æqualiter nobiles.

Porrò Aegyptij omnes æqualiter nobiles existimabant. Ideóque cum quis mortuus erat, nihil in oratione funebri ab iis referebatur, quod maiores aut consanguineos eius respiceret, vt Græci facere solebant, authore Diodoro, lib. 2. c. 5. quod & nos alibi ad aliud retulimus.

Nostra nō sunt quæ ex generē sunt.

21 ¶ Apud Ouidium lib. 13. Meta. Vlysses & rex & ex Diis prognatus, vt alibi diximus, hæc tamen aduersus nobilitatem, & Aiacem qui ea maxime gloriabatur grauiter protulit.

Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

Cui concinens Seneca Tragœdiographus, in Hercule furente,

Nobiles non sunt mihi
Aui, nec altis inclytum titulis genus,
Sed clara virtus. Qui genus iactat suum
Aliena laudat.

Nec ab his dissidet, quod scribit Plutarchus in libro de educandis liberis. Pulchra quidem est nobilitas sed maiorum nostrorum id bonum est.

Nobilitatē ex iniquitate procedere.

Alibi autem in sexto c. num. 4. ostendimus ex multorum sententia nobilitatem inter bona externa & fortunæ positam. Diuus autem Hieronymus ad Helbidiam probat nobilitatem ex iniquitate procedere, hoc modo, Nobilitas, inquit, mundi nihil aliud est, quàm diuitiæ inueteratæ: Omnes autem diuitiæ de iniquitate descendunt. Vnde & illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima, Omnis diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Nobilitas igitur generis ex iniquitate venit.

Nobilitas rota quadam est.

22 ¶ Ex nostris autem Host. in c. tua nos, de consangui. & affi. hinc occasione sumpta, quòd ibi ex Regibus Arragonum descenderant Comites, & ex Comitibus Reges, hæc scribit. Et vt scias quòd non est vis in genere, cum de inferioribus fiant Reges ascendendo, & ex Regibus Comites descendendo. Sic etiam & de rusticis fiunt milites, & ex militibus rustici. Ergo, inquit, nihil aliud est mundana nobilitas, quàm rota. Et qui superbit de nobiliori sanguine, dici potest, quòd de nobiliori stercore intumescit. Ideo dicit quod eminentes fortunæ sæpe contrarios euentus sortiuntur. §. quia verò hactenus, in auth. de nupt. Et omnis noster status sub perpetuo motu consistit. §. vt autem lex, in auth. de non alie. reb. eccl. Et ex potentibus processerunt inanes: & ex diuitibus pauperes, & è diuerso. §. 1. in auth. vt omnes obed. iud. Hæc ille, qui & ipse, in c. pe. vers. nos igitur, de præben. dicit etiam sanguinis nobilitatem non aliam esse, quàm stercoris & fœtoris, quod & nos ex eo retulimus suprà, c. 4. num. 1.

Nobiles degeneres genus suum deturpare.

23 ¶ Illud autem minime dubium, eos qui ex nobilibus orti sunt, si degenerant, nec mores sequuntur maiorum qui illis nobilitatem pepererunt, qui multi sunt, vt posteà dicemus, séque genúsque suum deturpare, vt ex eo satis patet, quod Hippolochus Glaucum filium ita monet, apud Homerum lib. 6. Iliados,

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,
Μηδὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν.
Semper se strenuum præstare, & eximium esse aliorum,
Nec genus patruum deturpare.

Et quod apud eundem lib. 24. Odysseæ, Vlysses Telemachum filium ad pugnam se accingentem, ita quoque hortatur,

Τηλέμαχ' ἤδη μὲν τόδε γ' εἴσεαι αὐτὸς ἐπελθὼν,
Ἀνδρῶν μαρναμένων ἵνα τε κρίνονται ἄριστοι.
Μήτι καταισχύνειν πατέρων γένος, οἳ τὸ πάροσπερ
Ἀλκῇ τ' ἠνορέῃ τε κεκάσμεθα πᾶσαν ἐπ' αἶαν,
Telemache iam quidem hoc videris ipse iens
Viros pugnantes, vbi discernuntur optimi,
Ne quid dedecores parentum genus, qui anteà
virtuteque strenuitatéque ornati fuimus omnem in terram,

Cui mox

Cui mox respondens Telemachus, hæc subiungit,
Ὄψεαι αἴκ' ἐθέλῃσθα πάτερ φίλε τῷδ' ἐνὶ θυμῷ.
Οὔτι καταισχύνοντα τεὸν γένος, ὡς ἀγορεύεις.
Videbis, si volueris pater dilecte hoc in animo
Non dedecorantem tuum genus, sicut dicis.
Quibus etiam consonat illud Euripidis in Bacchis,
Ἐχίονος δ' ὢν παῖς, καταισχύνεις γένος.
Echionis verò existens filius dedecoras genus.
Et ne Latinos poëtas prætermittamus, Horatius lib. 4. Car. Ode 4.
Vtcunque defecere mores
Dedecorant bene nata culpæ.

24 ¶ Sicuti è diuerso ij quoque magis laudandi sunt, qui parentum & maiorum virtutes imitantur. Euripides in Helena, *Magis laudandi qui maiorũ virtutes imitantur.*
Μιμοῦ τρόπους
Πατρὸς δικαίου. παισὶ γὰρ κλέος τόδε
Κάλλιστον, ὅστις ἐκ πατρὸς χρηστοῦ γεγὼς
Εἰς ταυτὸν ἦλθε τοῖς τεκοῦσι τὰς τρόπους.
Imitare mores
Patris iusti. filio enim gloria hæc
Pulcherrima, qui ex patre probo natus
Consentit cum parentibus, moribus.

25 ¶ Verùm si verum fateri volumus, pauci sunt admodum, qui id faciant, vt de illis dicere possimus illud, *Pauci qui virtutes maiorum sequantur.*
Rara auis in terris, nigróque simillima cygne. Nam ipse Euripides in Heraclidis,
Εὐγενὴς δ' ἀν' Ἑλλάδα
Σῴζεις πατρῴαν δόξαν. ἐξ ἐσθλῶν γὰρ εἶ φύς,
Οὐδὲν κακίων τυγχάνεις γεγὼς πατρὸς,
Παύρων μετ' ἄλλων. ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως
Εὕροις ἂν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρὸς. Id est, vt vertit Dorotheus Camillus,
Nobilis verò per Græciam
Seruas paternam gloriam. Ex bonis cum natus sis
Nihilo deterior existis patre,
Paucis cum aliis. Vnum enim inter multos fortasse
Inuenias, qui non sit deterior patre. Et idem quoque in Electra apud Stobæum Ser. 85.
Ἀλλ' εὐγενεῖς μέν εἰσιν, ἐν δ' ἀνάνδρῳ τέκνα.
Πολλοὶ γὰρ ὄντες εὐγενεῖς εἰσὶν κακοί.
Nobiles quidem sunt, sed degeneres,
Multi enim nobiles mali sunt. Et rursum,
Ἤδη γὰρ εἶδον ἄνδρα γενναίου πατρὸς,
Τὸ μηδὲν ὄντα.
Iam enim vidi hominem generoso patre natum
Nullius esse precij. Sed longè ante Minerua apud Homerum lib. 2. Odysseæ Telemachum alloquens,
Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται.
Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.
Pauci enim filij similes patri sunt.
Plures peiores, pauci autem patre meliores.
In quam etiam sententiam Demosthenes apud Aristidē in Cimone τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ εἱμαρμένον ἐστὶ, φαύλους ἀποβαίνειν τοὺς υἱεῖς. A viris bonis (veluti fato quodam id accidat) improbos nasci filios. Quo loco interpres in hanc sententiam citat vetus prouerbium ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα. virorum heroum filij noxæ. Id quod nos multis exemplis comprobare possumus. Nam Aristophanes in Nubibus de Hippocratis filiis Τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις, καί σε καλοῦσι βλιτομάμμαν. Et Enpolis, Ἱπποκράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες.

26 ¶ Vt non admodum mirari debeamus, quod scribit Phocylides, *In idem.*
Καὶ τόδε Φωκυλίδου, τὸ πλέον γένος εὐγενές ἐστι,
Οἷς οὔτ' ἐν μύθοισιν ἕπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ.
Hoc quoque Phocylides dixit, plurimos genere nobiles esse,
Quos neque dicendo, neque consulendo vlla gratia sequitur.
Et quod idem tradit Sophocles,
Πολλῶν δ' ἐν πολυπληθίᾳ πέλεται
Οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλὸς, οὔτ' ἀχρείων
Τὸ λίαν κακός. βροτῶν γὰρ τις ἀνεύδιν.

In copiosa hominum multitudine aliquando reperitur
Bonus ignobili genere natus,& rursus claro
Aliquis valde malus. Ita nihil constans aut fidum est homini.
Rursúsque in Aiace flagellifero.
Οὐκ ἄν ποτ', ἄνδρες, ἄνδρα θαυμάσαιμ' ἔτι,
Ὃς μηδὲν ὢν γοναῖσιν, εἶθ' ἁμαρτάνει,
Ὅθ' οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι,
Τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσιν ἐν λόγοις ἔπη.
Nunquam amplius ô viri admirabor hominem
Qui obscuro genere natus, alicubi peccat:
Cum illi, qui videntur esse nobiles,
Huiusmodi verba loquendo delinquant.

27 *Ignobilitas in malorũ sorte non annumeranda.* ¶ Sed vteunque sit de his quæ diximus, illud baud dubie verissimum est, ignobilitatem (illam intelligo de qua tractamus, & vulgus ipsum intelligit) non esse adeo contemnendam, vt nobiles facere solent, vt quæ nec mala sit, nec in malorum sorte annumeranda, vt scribitur in c. illa. 15. q. 1. vbi hæc verba nuncupatim adscribuntur: Cæterùm paupertatem, & ignobilitatem, ægritudinem, & mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numeranerit. Quæ sunt verba diui Ambrosij.

Sua nobilibus esse vitia, à quibus tamen eos longè abesse oportet. CAP. XXIII.

1 *Nobiles honoris appetentiores suorum progenitorum & aliorum contemptores.* SVnt sane & sua nobilibus vitia, & ea quidem, vt multis placuit, innata, genuina, propriáque ac peculiaria, vt vix vllum reperias, qui his non sit deditissimus. Ex quibus nonnulla describit Aegidius lib. 1. de regimine principum, parte 3. & post eum D. Benedic. in repe. c. Raynutius, in gl. 1. nu. 26. quod scilicet sunt honoris immodici appetẽtiores, suorúmque progenitorum & aliorum contemptores. Cui quantum ad primum pertinet, concinit quod scribit Aristoteles lib. 2. Rhetoricorum ad Theodecten, c. 15. dum scribit φιλοτιμότερον esse, qui nobilior est, id est, honoris appetentiorem, & vt vno verbo, exprimam, ambitiosiorem. Nam & ita vertit Georgius Trapezuntius. Eiusque rei rationem reddit ipse Aristoteles, πάντες γὰρ ὅταν ὑπάρχῃ τι, πρὸς τοῦτο σωρεύειν εἰώθασιν, ἡ δ' εὐγένεια ἐντιμότης προγόνων ἐς ἰσχὺ καλα φρασθεν. Quibus verbis significat id commune omnium hominum esse, vt bona quæ possident, quæcunque ea sint, augere studeant: nobilitatem autem esse maiorum dignitatem, ideo augendi eam dignitatem semper eos studiosos esse.

2 *Superbi, Inimici popularium. Gulosi. Libidinosi.* ¶ Et alia quoque describit Bal. in l. per adoptionem, in 1. lect. ff. de adop. in hunc propè modum. Nobiles (inquit) sunt maxima ex parte superbi, inimici popularium, gulosi, luxuriosi magis quidem, quàm populares ipsi. Non dico tamen, ait, de illis quos virtus nobilitat, illi enim verè sunt perfecti, quamuis careant diuitiis: Sed de illis loquor, qui & si abundant diuitiis, nihil tamẽ sciunt nisi comedere, bibere, superbire. Hæc Bal. quæ & ipse Bened. retulit vbi suprà: & iterum in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 966. Huic autem quod dicit eos esse inimicos popularium, adstipulatur illud Cicer. in 7. in Verrem actione. Hominum nobilium non fere quisquam nostræ industriç fauet, nullis nostris officiis beneuolentiam illorum allicere possumus: quasi natura & genere diiũcti sint, ita dissidẽt à nobis animo & volũtate.

3 *De nobiliũ superbia.* ¶ Ex aliis autem duo tantum latius explicabimus, videlicet superbiam & luxuriam, id est, libidinem veneream, nam ita nostri vbique intelligunt. Quantum ad primum pertinet, certè alij quoque scripserunt, superbiam esse veluti nobilibus peculiarem atque domesticam, & ex iis Host. in c. 1. col. 1. in verbo, non permittunt, extra de his quæ fiunt à maio. parte c. Io. And. in c. constitutis, le. 2. col. pe. de appel. Luc. Pen. in l. militaribus, in prin. C. de decur. lib. 10. authore Policrat. lib. 8. c. 15. & idem Luc. in l. 2. C. ne rust. ad vil. offi. de quo. lib. 11. & in l. mulieres, col. 4 & iterum col. pe. C. de dig. lib. 12. Cepol. in tract. de imp. e. mil. delig. char. pen. & Matth. Afflic. in constit. Siciliæ incip. magistri camerarij, col. 3. in 5. no. in id citans Hugouem Victorinum, in lib. de claustro animæ.

4 *De eadem re.* ¶ In quam sententiam notum est illud Salustianum in Catilinario. Ea res in primis studia hominum accendit ad Consulatum mandandum M. T. Ciceroni. Nanque antea pleraque nobilitas inuidia æstuabat: & quasi pollui Consulatum eredebat, si eum, quamuis egregius, nouus homo adeptus foret. Sed vbi periculum aduenit, inuidia atque superbia posttuere. Et illud expressius in Iugurthino, Metello quàquam virtus gloria, atque alia optanda bonis superabant, tamen inerat contemptor animus, & superbia, cõmune nobilitatis malũ. Quæ posteriora verba citaut Io. And. & Cepol. vbi suprà. Et rursum in eod. lib. Tum, inquit, primum superbiæ nobilitatis obuiam itum est. Et Velleius Paterculus de eodem loquens lib. 2. Romanæ historiæ dicit naturalem esse nobilitatis superbiam. Et Tullius in 2. in Verrẽ actione. Proponit, inquit, inania mihi nobilitatis, hoc est hominum arrogantiũ, nomina. Et Titus Liuius j. decad. lib. 9. in fi. Haud memorabilem rem per se, nisi documentũ sit aduersus superbiã nobilium

bilium plebeiæ libertatis,refertam. Plutarchus, circa initium lib. de liberis educandis citat sententiam cuiuspiam poëtæ,in hunc propè sensum,Sceleris parentum conscia mens, vsquã sibi conscia fortissimum quenque captiuum trahit virum. Quemadmodum iactantia simul & fastu referti sunt,quibus elatis nasci parentibus obtigit.

5 ¶ In id quoque est distichon minimè elegans, sed quod non grauatè adscripsit glo.in c. quoniam vetus,in verbo,inuidia.24.q.1. *De eadem re.*

Nobilitas fastum,fastus litem parit,armat

Lis odium,capiunt hac tria mortis iter.

Sidonius Apollinaris lib.epistolarum 8. Nonetium laudat ,quòd esset sine superbia nobilis, quasi id difficillimum esset.Opilius Macrinus Imper.Ro.in ea epistola,quam in initio imperij scripsit ad Senatum,apud Herodianũ li.5. Patritia (inquit) principum nobilitas sæpenumero in superbiam vertit, despectis omnibus velut inferioribus. Iulius autem Firmicus lib. Astronomicôn 8.c.21.Quinta(inquit)pars Geminorum in horoscopo inuenta, nobiles faciet, & erecto semper superbiæ spiritu subleuatos.

6 ¶ Nec interim omiserim illud Virgilij lib.11. Aeneid.ad superbiam nobilitatis alludentis, *De eadem re.*

Genus huic materna superbum

Nobilitas dabat.

Quod nos alibi ad aliud propositum citauimus. Hinc'q; fortè idem Virgilius superbum pro nobili sæpe vsurpauit,vt lib.1.Aeneidos,

Cùm venit aulæis iam se regina superbis,

Aurea composuit sponda.

Vbi Seruius interpretatur Superbis pro nobilibus. Et lib.3.eiusdẽ operis statim circa initium, *Superbum pro nobili.*

—Ceciditque superbum

Ilium.

Quo etiam in loco Seruius interpretatur superbum pro nobili. Et alibi lib.1.

Hinc populum latè regem,belloque superbum. Et lib.7.eiusdem operis,

— Atina potens Tiburque superbum.

Vbi & ipse Seruius superbum,nobile interpretatur.Et rursum eodem lib.

—Tectisque superbis

Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.

Vbi Seruius quoque exponit nobilibus. Et Ouidius Tristium lib.5.Ele.vl.

Quod nunquam vox est de te mea muta,tuique

Iudicijs debes esse superba viri.

Vbi Merula interpres nõ contẽnẽdus intelligit superba,pro nobili. Et Silius Italicus li. Punicorũ 11. superbos viros,p nobilib' vsurpauit,dũ loquẽs de modo annulorũ detractorũ nobilibus Romanis,quib' tãtùm ius erat huiusmodi annulos ferre,post Cãnẽsem victoriã,ita infit,

Testes bis stragis,quos signũ illustre superbis

Mos leua gestare viris tum funditur ante

Ora admirantum præfulgens annulus auro.

Martialis autem lib.5.epig.21.imagines,quæ,vt latè diximus c.6.nu.15.& seq.erant nobilium insignia,superbas,peculiari epitheto vocat, *Imagines superbæ.*

Nec lites tetricas,forumque triste

Noscemus,nec imagines superbas.

Nã & ea quoq; propria nobiliũ sunt,vt latè diximus d.cap.6.nu.12.sed & ex eo,& multis seq.

7 ¶ Sed vt dicam quod sentio,isti vt opinor,ex vno aut altero omnium ingenia metiebantur,sequentes illud Virgilianum,

—Et crimine ab vno

Disce omnes.

Aut fortè ita ferebant eorum tempora & mores:quandoquidem videmus nostra tempestate, nobilissimos quosq; (eos intelligo,qui verè nobiles sunt)cæteris esse veluti demissiores,atque humiliores,seruata dignitatis ratione,imitantes illud Ecclesiastici c.3.Quãtò magnus es,humilia te in omnibus,& corã Deo inuenies gratiã.Illud quoq; Tullij lib.1.Offic. monentis , vt quantò superiores sumus,tantò nos submissiores geramus.Illud item Annei Tragœd.3.Quò fortuna altiùs euexit ac eleuauit humanas opes,hoc supprimere magis fœlicem decet. *Verè nobiles cæteris humiliores.*

8 ¶ Et hoc quoque,nisi decipiar,expertus fuerat in nobilibus Bart.cùm dicit,in lege,vt responsum.C.de transa. Fortè,inquit,fuit quidam rusticus superbus propter scientiã effectus,quasi sentiret nobiles non superbire ob scientiam,sed rusticos tantùm. Id quod expresè dicit Fely. in c.super eo le.2.col.4.de testib.cum dicit illud quod scribitur,scientiam inflare , non procedere in nobilibus,ad quod allegat Bal.in l.mercalem. C.de cond. ob tur.cau. vbi nihil dicit Bald.néc quispiam ex iis,qui hactenus comperiuntur super ea l. scripsisse. *Rusticos ob scientiam superbire.*

9 ¶ Verùm ij qui verè nobiles non sunt,sed quandam veluti imaginem nobilitatis gerunt, ij certè superbi sunt,arrogantes, rixosi , putantes iis impotentibus vitiis nobilitatem maximè *Nobilitatẽ mentientes superbi.*

Famuli illorum superbi.

ostendi, cùm nulla re magis ignobilitas ostendatur. Et quod in vetere prouerbio est, dignum patella cooperculum. similes habent famulos, superbos scilicet, arrogantes, rixosos, scelerum dominorum ministros, & semper aliàs pessimè moratos. Et vt scribit Euripides in Alcmæone apud Stobæum c. 60.

Μέτεισι τοῖς δούλοισι δεσποτῶν νόσοι.
Serui dominorum morbus inficiuntur. Et Alexis in eodem loco,
Ἀλλ' ἐπὶ τὸ πλῆθος ἐμφερεῖς τοὺς οἰκέτας
Ἕξοντας ὄψει τοὺς τρόπους τοῖς δεσπόταις:
Cæterùm erga vulgus seruos similes
Habere videbis mores dominis.
Et Terentius, *Domini similis es.*
Et Iuuenalis saty. 5.
Maxima quæque domus seruis est plena superbis.

An autem de illorum sceleribus teneantur.

De quorum facinoribus, domini ipsi tenentur, ne sibi de hac re impunitatem promittant. Nã eius rei habemus ordinationem quam vocant regiam, sanctissimam quidem illam, sed malè obseruatam. Quid autem sit de iure communi, videbis per Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori, in 10. quæst. ff. de oper. no. nunc. & l. Prætor ait. §. familiæ. & ibi quoque Ro. ff. de pub. & vecti. & alios multos collectos à Fely. qui & hoc latè tractat in cap. Petrus, ex i tà, de homi. & And. Alcia. in tract. præsumptionum, regula 3. præsumpt. 40. nu. 4.

De nobiliũ libidine.

10 ¶ At verò quantùm ad illud secundum pertinet, id est, ad libidinem veneream, sunt & alij nõnulli, qui astruunt illam peculiariter in nobilibus debacchari. Et inter cæteros Summus Põtifex, vt interim cæteros prætermittã, in c. ex parte parentum, ext. de sepul. quod loquitur de quodã nobili domino insulę Buchardi, vulgò, *L'Isle bouchart*, appellatæ, quæ est in prouincia Turoniæ. Ideóq; & illud c. ad archiepiscopũ Turonensem dirigitur, qui quidem nobilis sæpe sollicitauerat mulierem quampiã de stupro & tandẽ dũ vi eam rapere niteretur, illa fugiens de ponte in amnem cecidit, aquísque submersa est. Vt & interim quoque omittam stupra atque adulteria Iouis, Martis, Apollinis, & cęterorũ Deorum, ex quibus posteritas sibi nomen titulúmq; nobilitatis vsurpauit, vt diximus suprà. c. 2. nu. 41. nam & quod, & seq.

Deorũ impudicitia.

Nobiles suarũ vxorum amantiores.

11 ¶ Verùm nescio an debeam credere, nobiles esse cęteris luxurię deditiores, quoniã legimus nobiles ipsos impensiùs diligere suas vxores, quàm cæteros, & quo quisque nobilior est, eò vxoris esse amantiorem, vt scribit Oldra. ille consistorialis aduocatus, con. 95. ex forma istius statuti, col. pen. per tex. in l. si vxor. §. planè. ff. de adul. vbi affertur illud Homericum lib. Iliad 9.

Ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεΐδαι; Id est,
Num solis hominum Atridis affectus amórque
Vxorum est? Qua in lege Accursius interpretatur, Atrides, id est, nobilissimi.
Eum autem locum Homeri imitatus Virgilius, lib. 9. Aeneidos,
Coniuge (ait) *prærepta nec solos tangit Atridas*
Iste dolor. Sed & hoc quoque voluit Alber. Rosa. in j. parte statutorum. q. 144. de statuto legis, col. vl. & in l. donationes quas Diuus. col. 2. C. de don. inter vir. & vxo.

Impudicitia nobilibus summopere fugienda.

12 ¶ Sed vtrumcumque sit, illud monendos ducimus nobiles, vt luxuriam, siue vt meliùs loquar, libidinem summopere fugiant, vtpote quæ sit in illis magis detestãda, quàm in plebeis, quod certè constat ex l. fœdissimæ. C. de postli. reuer. ibi, ob retinendæ pudicitiæ cultum, ac seruandam natalium honestatem, ad te confugisse proponas, &c. & ex l. in concubinatu. ff. de concubinis. Et ex eo planè constat, quod licèt spurius aliàs succedat matri. §. vulgò, inst. de success. cogna. & §. nouissimè, Institu. ad Orphit. Fallit tamen si mater est illustris. l. si qua illustris. C. eo. tit. vbi huius rei redditur ratio in hæc verba: Quia in mulieribus ingenuis & illustribus, quibus castitatis obseruatio præcipuum debitum est, nominari spurios satis iniuriosum sit, atque acerbum. Ex quo Alber. & Raph. Fulgo. expressim no. maiorem castitatem exigi in nobilibus. Quod & Plautus apertè docet, dum facit Adelphasiam mulierem ita sororem suam alloquentem, in Pœnulo,

In nobilibus maior castitatis obseruatio.

Eo sumus gnatæ genere, vt deceat à culpa esse nos
Castas.

In nobilitate statere filius naturalis non facit deficere conditionẽ.

13 ¶ Ex eo quoq; quod scribitur in l. ex facto. §. si quis rogatus, le. 1. iuncta glo. in verbo, ex voluntate, in prin. ff. ad Trebel. quòd ex dignitate & conditione eius qui reliquit fideicommissum sub cõditione, si rogatus decesserit sine liberis, statuendũ est an naturalis filius faciat deficere huiusmodi conditionem, nécne: vt si sit nobilis, non faciat deficere: si ignobilis, faciat: quia, vt dicunt ibi omnes Doc. magis ignominiosum est nobili habere successorem, ex illegitimo concubitu, quàm aliis, ar. d. l. si qua illustris.

Nec in nobilibus rogatis.

14 ¶ Quinetiã dicit glo. in d. §. si quis rogatus, inspiciendam quoque dignitatem esse eius, qui rogatus est, vt videlicet si sit nobilis, nõ faciat ipsius filius naturalis deficere conditionẽ. Quasi semper videatur nobilis sine liberis decessisse, qui naturales tantum reliquit. Quam etiam in hoc sequun

hoc ſequuntur Angel. Imo. Pau. Ca. & Alex. ibi. Et eſt ſimilis propemodum gl. in l. generaliter. §. cùm autem. & ibi Sal. C. de inſtit. & ſubſtit. & voluit etiam Alex. con. 2. viſis codicillis, col. 3. verſ. 11. li. 2. & con. 60. viſa legitimatione, col. 2. li. 2. & Bened. Capra, con. 132. & ii viſo.

15 ¶ Sed & multi maximi nominis voluerunt etiam legitimatum non excludere ſubſtitutum, cùm teſtator eſt nobilis, Neque enim de huiuſmodi præſumitur nobilis ſenſiſſe, per d. §. ſi quis rogatus. Ita voluit Bal. con. 203. punctus quidam ſubſtituit, lib. 5. quod repetitur conſi. 463. eo. li. 5. Ange. in ſua diſputa. incip. nobilis quidam genere, in 2. dubio. Ant. in c. per venerabilẽ, poſt medium, verſ. alius eſt effectus, quia ſi patri, qui filii ſunt legi. & Alex. d. con. 2. lib. 1. & con. 25. circa primum dubium, col. 2. verſi. & tantò magis, eo. lib. 1. & con. 67. conſideratis, col. 4. verſ. fortificantur prædicta, eo. lib. 1. & con. 94. conſideratis, col. 2. verſ. quintò quia etiam dato, eo. lib. 1. & cõ. 87. viſis codicillis, col. 2. verſ. & ex iſtis, lib. 2. & con. 172. viſis duobus. in 2. dubio, lib. 7. Soci. in l. Gallus. §. ſi eius, col. 2. verſ. ſecundus caſus. ff. de libe. & poſthu. & con. 63. viſis teſtamento, col. 11. verſ. confirmatur iſta opinio, lib. 3. Philip Deci. con. 286. viſo puncto, col. 5. verſ. ſecundò communis op Carol. Rui. con. 27. viſis, col. 3. nu. 6. li. 1. & con. 36. in cauſſa feudali, col. 3. nu. 7. eo. lib. 1. & con. 178. ſubtiliter. col. vlt. lib. 2. & Steph. Bertran. con. 169. exiſtimo, in fi. li. 2. De quo tamen vide ipſum Rui. con. 161. viſo themate, col. 10. num. 23. lib. 2.

Nec legitimatus quidem.

16 ¶ Dicúntque Ang. & Ant. vbi ſuprà, & in locis citatis in præcedenti verſiculo, hanc eſſe rationem, quare etiam legitimati non ſuccedunt in feudo, vt ſcribitur in c. naturalis, tit. ſi de feud. fue. cont. inter do. & ag. quia videlicet nõ eſt veriſimile nobilem, qui feudũ cõceſsit, de huiuſmodi prole ſenſiſſe. Quod etiam voluit ipſe Alex. d. con. 67. col. 4. verſi. hinc dicit etiam, lib. 1. & d. con. 94. vbi ſuprà eo. li. 1. Caro. Rui. con. 7. quæritur, co. 10. nu. 33. lib. 1. & con. 69. diligenti, col. 9. nu. 20. & ſeq. lib. 3. & con. 77. viſo. col. 2. nu. 5. & iterum nu. 7. eo. lib. 3.

Quare legitimati nõ ſuccedunt in feudo.

17 ¶ Nam & quod huic ſimile eſt, Bal. in c. quæ in eccleſiarum, col. pen. verſ. dubitatur. extrà de conſti. dicit, quòd etiam legitimatus non ſuccedit in emphyteuſi eccleſiaſtica, quia cùm eccleſia ſit nobilis. non intelligitur ſenſiſſe de his filiis, per no. in d. §. ſi quis rogatus. Et idem propè dicit idem Bal. in d. l. generaliter. §. cùm autem, verſi. ſcias etiam. C. de inſtit. & ſub. cum aliis multis concor. adductis ab Alex. conſi. 60. viſa legitimatione, col. 2. verſic. ſed maior, libr. 2. & Caro. Rui. con. 158. primò, videndum, col. 2. nume. 5. lib. 1. & d. con. 178. lib. 2. & con. 105. reuocatur, colum. 2. nume. 6. lib. 3. De quo tamen eundem vide con. 164. viſa, eo. libr. 1. & conſi. 211. prima per totum, eo. lib. 1.

Nec in emphyteuſi eccleſiaſtica.

18 ¶ Sed & quod plus eſt, Si quis ſit expreſsim legitimatus ad feuda, quod fieri poteſt, vt no. in d. c. naturales. Tamen nõ intelligitur legitimat⁹, ad feu. nobilia ſiue dignitatis, vt & ex hoc intelligas, quantũ nobilitas abhorreat ab impudicitia. Ita enĩ voluit Bal. in l. eam quam, col. antepe. verſ. quæro vtrùm legitimatus. & ibi Alex. ſiue is ſit Barb. in addi. C. de fideic. & ſequitur Pet. Anc. nominatim loquens de feudis nobilibus, con. 308. prima facie, col. 2. verſic. tertiò moner.

Legitimatus ad feuda non obtinet feuda nobilia.

19 ¶ Et eadem quoque ratione Ang. con. 366. cuius initium eſt, quidam Ioannes de Camatino, conſuluit in huiuſmodi ſpecie. Quiſpiam teſtator reliquerat filium ſuum hæredem, & ſi decederet ſine filiis maſculis ſuperſtitibus filiabus, aut filia, cuilibet earũ legatum quoppiam reliquerat. deceſſerat filius inſtitutus nullis relictis liberis maſculis, ſed tãtùm filia naturali. Ea, inquit, admittitur ad legatum, niſi teſtator ille fuiſſet nobilis, quem ob id naturalis proles vituperat & deturpat, per d. l. ſi qua illuſtris.

Filia naturalis nobilis non admittitur ad legatum.

20 ¶ Et ex his quoque fit, vt plerunque in priuilegiis Comitum Palatinorum, & aliorum quibus conceditur facultas legitimandi filios baſtardos, ſolent excipi filij nobilium, vt retulit Cepol. in tract. de imper. milit. delig. in 10. priuilegio nobilitatis, & ante eum Pau. Ca. con. 22. viſis omnibus, colum. 2. verſi. poſſet etiam, lib. 2. vbi huius rei rationem eſſe dicit, quia maius eſt dedecus nobilibus habere huiuſmodi filios, quàm cæteris. Imò verò etiam ſi non excipiuntur ij filij baſtardi nobilium, tamen Comes Palatinus legitimare nõ poterit, niſi id expreſsè ſit permiſſum, vt voluit Alcia. loquens tamen de filiis Baronum, in l. 2. in prin. eo. antepe. verſi. ſextò pro hac op. ff. de verbo. obliga. allegans Hoſti Ioan. And. & Anto. in ca. vlt. de fili. presby. vbi tamen hoc non dicunt, ſed aliud quod huic loco bene conuenit, ſcilicet quòd ſi Papa diſpenſet cum genito ex coniugato & ſoluta, aut econtrariò, non valet huiuſmodi diſpenſatio, ſi coniugata ſit nobilis, niſi hoc fuiſſet expreſſum: quia ſi expreſsiſſet, difficiliùs impetraſſet, ar. d. l. ſi qua illuſtris, quos ſequitur Alex. in addi. Bal. in d. l. ſi qua illuſtris, & Fely. in c. poſtulaſti, col. 5. verſic. adde etiam, de reſcript. Sed idem quod Alcia. vbi ſuprà voluit Alexand. quem tamen ipſe non citat, con. 62. aſſumam, col. 3. ver. accedit, li. 1. per d. l. ſi qua illuſtris. & Alber. Bru. con. 15. viſa legitimatione, colum. 2. & ante hos omnes Pet. Anc. à nullo horum memoratus, conſi. 320. primum dubium, col. vlt.

In priuilegiis nobilitandi excipiuntur filij nobiliũ. Sed & cenſentur excepti. etiam ſi non dicatur.

Nobilitas in diſpenſatione matrimonij exprimẽda.

21 ¶ Suntque qui ad hanc impudicitiæ deteſtationem, in nobilibus referunt quod ſcribitur in l. miles ita. §. mulier. ff. de milit. teſta. vbi mulier in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, ex teſtamento militis aliquid capere non poteſt. Cui conſonat, text. in l. mulierem. ff. de his quib. vt indig. & in l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. Sed illud, niſi admodum fallor, non fit ob nobilitatẽ, cùm militia non ſit nobilitas, vt plenè oſtendimus ſuprà c. 8. ſed ob id quod milites maximè

Milites quare concubinis donare non poſſunt.

à libidine

Τῷ δὲ γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο δῖ' ἄντεια. Vti etiam apud Latinos Virgilius lib. 11.
Italides, quas ipsa decus sibi Dia Camilla
Delegit. Vbi Seruius interpretatur Dia, generosa, εὐγενής.

8 ¶ Sed & apud eundem Hector φαίδιμος, quod eiusdem significationis est, dicitur libr. 4. Iliad.
Χέρμαδ' ὑπότε προμάχοισι, καὶ φαίδιμος ἕκτωρ. Et lib. 6. eiusdem operis,
Ὣς εἰπὼν οὗ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος ἕκτωρ. Et lib. 7.
Ὣς εἰπὼν, πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος ἕκτωρ. Et eo. lib.
Ὅν ποτ' ἀρισεύοντα κατέκτανε φαίδιμος ἕκτωρ. Et lib. 8.
Τρώων δ' αὖτ' ἀγορὴν ποιήσατο φαίδιμος ἕκτωρ. Et libr. 15.
Πάτροκλον, ὃν ἔπεφνεν ἔγχει φαίδιμος ἕκτωρ. Et lib. 21 statim post prin.
—ὅτε μαίνετο φαίδιμος ἕκτωρ. Et ipse Vlysses lib. 11. Odysseæ,
ἀλλά με σός τε πόθος, σά τε μήδεα φαίδιμ' ὀδυσσεῦ. Et lib. 12.
Νῆα παρὰ γλαφυρὴν ἰθύνετε φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ. Et alibi sæpe. Et Telemachus lib. 14.
Ἔνθα δ' ἀτιμάζει ἄλοχον καὶ φαίδιμον υἱόν. Et lib 15. statim in initio,
Ἴσχετ' Ὀδυσσῆος μεγαθύμου φαίδιμον υἱόν. Et li. 9. & alibi sæpe. Et Aiax. li. 5. Iliados.
—ἐπέδραμε φαίδιμος αἴας. Et lib. 11. eiusdem operis,
Ὣς ἔφατο κλονέων πεδίον τότε φαίδιμος αἴας. Et lib. 15.
Ἔνθ' υἷα Κλυτίοιο Καλήτορα φαίδιμος αἴας. Et lib. 17.
Ὣς υἱὸς Τελαμῶνος ἀγαυοῦ φαίδιμος αἴας. Et Achilles lib. 21. Iliados.
Νῦν αὖτε μαχώμεθα φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ. Et lib. 22.
Νῦν δὴ νῶΐ γ' ἔολπα διΐφιλε φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ. Et lib. 15. Odyss. Sidoniorum rex.
Ἔργον δ' Ἡφαίστοιο, πόρεν δέ ἑ φαίδιμος ἥρως
Σιδονίων βασιλεύς.

9 ¶ Et idem quoque κλυτὸς (quæ vox etiam significat nobilem & inclytum) Neptunus vocatur libro nono Iliados,
Εἰ δέ κεν εὐπλοίην δώῃ κλυτὸς ἐννοσίγαιος. Et lib. 15. eiusdem operis,
ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη προσέφη κλυτὸν ἐννοσίγαιον. Et iterum paulò post,
Τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη κλυτὸς ἐννοσίγαιος Et Agamemnon lib. 3. Odysseæ.
Αἴγισθον δολόμητιν, ὅς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα.

10 ¶ Quinetiam & illi dictus est ἀγαυὸς, id est, nobilis Laomedon, lib. 6. Iliados,
Βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος. Et Troiani lib. 7.
Ἠνώγει Πρίαμός τε καὶ ἄλλοι Τρῶες ἀγαυοί. Et iterum lib. 16.
Δαμνάμενοι Ζηνός τε νόος, καὶ Τρῶες ἀγαυοί. Et Tithon lib. 11. in prin.
Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο. Et Ilioneus, lib. 14. haud multò ante fi.
Εἰπέμεναί μοι Τρῶες ἀγαυοῦ Ἰλιονῆος, Et Telamon li. 17. versu suprà citato,
Ὣς υἱὸς Τελαμῶνος ἀγαυοῦ, &c.

11 ¶ Et ἀγλαὸς quoque, quod idem significat, Eurypilus lib. 5. Iliados,
Τὸν μὲν ἄρ' Εὐρύπυλος Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱός. Et iterũ, lib. 7. atque 8. eiusdem operis,
Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός. Ille enim Lycaonis filius erat. Et paulò pòst,
Τῷ δ' ἐπὶ μακρὸν ἄυσε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός. Rursúmque,
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός. Iterúmque,
Τὸν πρότερος προσέειπε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός. Et Sthenelus eodem quoque libro,
Τὸν δ' ἴδε Σθένελος, Καπανήϊος ἀγλαὸς υἱός Et Cletus lib. 15.
Τοῖσι δ' ἐπ' Εὐρύπυλος Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱός. Et Pandarus eidem dicitur, illo libro quinto, eiusdem operis,
Καὶ β' ἔβαλε Κλεῖτον Πεισήνορος ἀγλαὸν υἱόν. Et Eudotus Mercutij filius lib. 16.
Πόρεν ἣ οἱ ἀγλαὸν υἱὸν
Εὔδωρον, Et Nastes & Amphimachus in catalogo,
Νάστης Ἀμφίμαχός τε Νομίονος ἀγλαὰ τέκνα.

12 ¶ Sed vt alia addamus quæ ad ipsius nobilitatis commendationem pertinẽt, vltra alia multa quæ sparsim in aliis capitibus dicta sunt, præsertim in 4. c. vbi videre poteris: Aristoteles lib. 1. Ethicorum c. 8. dicit non satis esse idoneum ad fœlicitatem, qui sit ignobilis. Idem in multis locis inter bonorum genera nobilitatem ponit, scilicet lib. Rhetoricorum 2. c. 9. vbi inter naturæ bona reponit. Et Terentius quoque inter bona reponit, sed ita vt verè bona sit, si quis ea bene vti sciat: alioqui mala. Hi sunt versus illius in Heauton.

Ignobilis non satis idoneus ad fœlicitatẽ. Nobilitas inter bona.

Quod reliqui est quin habeat, quæ quidem in hominibus dicuntur bona?
Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias.
Atque hæc perinde sunt, vt illius animus qui ea possidet.
Qui vti scit, ei bona: illi qui non vtitur rectè, mala.

Nam & idem de diuitiis, quæ sunt eiusdem monetæ diximus, in repe. l. si vnquam, in verbo, bona, nu. 4. Valerius autem Maximus lib. 7. c. 1. quod de fœlicitate est, inter primas fœlicitatis partes Metelli, eam posuit, q̃ parẽtes nobilissimos hàbuisset. Tullius in oratione pro Quinto

Sestio

Sestio scripsit, Omnes bonos semper nobilitati fauere: vtiléq; esse reipublicæ, nobiles esse homines dignos maioribus suis: valeréque apud nos clarorum virorũ senem de republica meritorum mentionem, etiam mortuorum, &c.

13 ¶ Quibus item addes & illam Euripidis sententiam in Hecuba, *Alia de laude nobilitatis.*

Δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς,
Ἐσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
Τῆς εὐγενείας τὔνομα τοῖσιν ἀξίοις.

Id est, vt traduxit Dorotheus Camillus,

Vehemens nota, & insignis inter mortales
A bonis natum esse, & magis magisque illustratur
Nobilitatis nomen fortibus & dignis.

Illámque eiusdem apud Stobæum Ser. 86.

Φεῦ φεῦ, τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο
Ὅσην ἔχει φρόνησιν, ἀξίωμά τε.
Κἂν γὰρ πένης ὢν τυγχάνῃ χρηστὸς γεγὼς,
Τιμὴν ἔχει τιν᾽, ἀναμετρούμενος δέ πως
Τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον ὠφελεῖ τρόπῳ.

Quam sic vertit Gesnerus,

Papæ è nobili patre nasci
Quantam vim habet ac authoritatem.
Quamuis enim pauper sit, qui honesto loco natus est:
Honore tamen afficitur: & animo suo reuoluens
Patris nobilitatem, suis moribus proficit.

Et illam quoque,

Ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἡ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν
Ἐλλάμπει, κρείσσων τ᾽ ἐστὶ πλουσίου γάμου.

In liberis etenim virtus nobilium
Concipitur. & generosæ nuptiæ præstant opulentis.

Item illam ipsius in Heraclidis, vbi introducit Iolaũm, ita loquentem,

Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας,
Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι,
Γαμεῖν τ᾽ ἀπ᾽ ἐσθλῶν. ὃς δὲ νικηθεὶς πόθῳ
Κακοῖς ἐκοινώνησεν, οὐκ ἐπαινέσω,
Τέκνοις ὄνειδος οὕνεχ᾽ ἡδονῆς λιπεῖν.
Τὸ δυστυχὲς γὰρ ηὑγένει᾽ ἀμύνεται,
Τῆς δυσγενείας μᾶλλον. ἡμεῖς γὰρ κακῶν
Εἰς τοὔσχατον πεσόντες, εὕρομεν φίλους.

Non est hoc liberis pulchrior honor,
Quàm patre bono ac strenuo natos,
Vxores ducere à probis: qui verò victus desiderio
Cum improbis affinitatem habet, non laudabo
Liberis dedecus voluptatis gratia superari:
Calamitatem enim nobilitas arcet
Ignobilitate potiùs. nos enim malorum
Ad summam delapsi inuenimus amicos.

14 ¶ Denique ne nostros prætermittamus, Guil. à monte Laudu. in ele. 1. de baptis. posteaquam retulit Hosti. qui in c. venerabilis, quod est pe. de præben. vbi dicit nobilitatem generis esse nobilitatem stercoris, vti & ex eo retulimus suprà, capite 4. nu. 1. & dicemus etiam c. seq. nu. 22. ex nostris. Eum reprehendit, nam propagatio (inquit) alti & clari sanguinis, siue seminis proculdubio posteritatem eius nobilitat & attollit, sicut vilis suam vilescit, ita enim loquitur, id est, vilem facit c. si gens Anglorum 56. di. & c. Afros. 98. di. Et illum refert & sequitur Card. Flor. in d. ele. 1. in 6. quæst. de baptis. Sed & alia quædam ad laudem nobilitatis videbis apud Ange. consi. 110. sanctissima, col. 1. versi. meritò igitur. *De eadẽ re ex nostris.*

In eos qui nulla virtute freti, sola nobilitate gloriantur. Cap. XXII.

1 VErum ex iis quæ suprà diximus satis constat, nobilitatem esse admodum commendabilem, laudique & honori esse assignandam, cùm quis eam ad virtutes refert. Si verò ea quis abutens, vitiis sese dedat, veluti plus licentiæ ad scelera ex nobilitate tribuat, Illi certè nõ honori est & laudi nobilitas, sed dedecori & vituperio, vt scribit Dantes Florentinus in ea cãtilena, quæ incipit, *Le dolze rime d'amor.* & sequitur Bart. in l. 1. col. 5. versi. item reprobat. C. de digni. li. 12. Et ea quoque sententia placuit Cy. qui in id Boëtium citat, in l. prouidendum. C. de postul. Cui subscribens Iuuenalis in satyr. *Nobilitas dedecori est sceleratis.*

Si te præcipitem rapit ambitus atque libido,
Si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
Delectant hebetes lasso lictore secures:
Incipit ipsorum contra te stare parentum

Nobilitas, clarámque facem præferre pudendis.
Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò qui peccat maior habetur.

Et Marius in oratione, quā habuit apud Salustium in Iugurtha, Cū apud vos, inquit, aut in Senatu verba faciunt, pleraque oratione maiores suos extollunt: eorū fortia facta memorādo, clatiores sese putant, quod contrà est. Nam quantò vita illorum præclarior, tantò horum socordia flagitiosior. Et profectò ita se res habet, Maiorū gloria & posteris quasi lumen est: neque bona eorum, neque mala in occulto patitur. Adde quòd maiorum nobilitas posteros ad virtutes suo exemplo excitat, vt alibi iam satis diximus & comprobauimus, scilicet capite 20. nu. 21. cuius rei rationem, & seq.

2 ¶ Itaque si posteri ipsi veluti relicta natura ipsa, contemptóque maiorum exemplo, quod illos ad virtutes excitare debuit, vitiis se & flagitiis adobruant, nullus iam excusationi locus relinquitur, præsertim cùm vilissimus reputandus est, qui honore est præstantior, nisi & sanctimonia, & eruditione præcellat, ex Symmachi sententia, in c. vilissimus 1. q. 1. Secundum quam Scipio Aemilianus, deforme existimabat, quos dignitate præstaret, ab his virtute superari, vt refert Valerius Maximus lib. 3. c. 2.

3 ¶ Nec intempestiuum erit subiicere, quæ in hanc sententiā elegantissimè scripsit Claudius Galenus in exhortatione ad bonas artes, Sanè, inquit, æquum videtur, qui nulla re suspiciendi sunt, nisi ob diuitias, simulatque his spoliati fuerint, pariter & illis spoliari, quæ ob diuitias habebant. Quid enim isti facerent, qui nullum proprium possident bonum, sed perpetuò pēdent ab alienis, & ab his quæ sunt fortunæ? Tales videlicet sunt & hi qui generis nobilitatem venditant, atque hinc sibi placentes, tollunt cristas. Nam & isti, quoniam propriis bonis carēt, ad maiorum imagines confugiunt, non saltem hoc intelligentes, quòd ista generis nobilitas, qua gloriantur, similis est publico singularum ciuitatum nomismati: quod apud eos quidem valet, qui instituerunt, apud alios verò adulterinum habetur.

Te haudquaquam in altum generis euexit decus,
Non altus huc sum, polluam vt genus meum.

Præclarus igitur, vt inquit Plato, thesaurus est progenitorum virtutes, sed præclarius est huic opponere posse Sthenei illud dictum,

Atqui nos patribus longè præstamus auisque.

Nam si qua omnino est nobilitatis vtilitas, hanc solā habet, quòd hinc accēditur studium æmulandi, proposito exemplo domestico. Proinde si procul degeneramus à progenitorū virtute, meritò discrutiētur illi, si quis modò sensus insit defunctis. Nobis autem tantò plus est dedecoris, quantò genus est illustrius. Si quidem imperiti, qui genere sunt vehementer obscuro, hoc lucri faciunt, quòd plerique nesciant: quales sint. Cæterùm quos decus & claritudo generis non sinit latēre, quid aliud fructus ferunt ex nobilitate, nisi vt illorum infœlicitas sit illustrior? Sanè qui generi suo non respondent, magis cōtemnuntur, quàm obscuro loco nati. Itaq; fit, vt si vecors prædicet claritatem generis, declaret suum ipsius vitiū minùs esse venia dignū. Neque enim eadem trutina æstimamus aut exploramus plebeios homines, qua claro genere natos. Sed illos, si vel mediocri virtute præditi sint, probamus & amplectimur, quod deest illorū virtuti, generis obscuritati imputantes. Rursus hos qui nihil habent dignū imaginibus maiorū, etiam si cæteris omnibus antecellant, nondum tamen suspicimus. Proinde si quis sapit, ad exercendam artem se conferat, per quam si nobilis fuerit, videbitur genere non indignus. Sin minùs, ipse genus ornabit suum. Hæc Galenus.

4 ¶ Sunt & alij non pauci, qui in hos inuehunt, qui arrogantiùs ambitiosiúsque solū nobilitatis generis titulum nomenque præferentes atque iactantes, cæteros despiciunt, nulla interim sua virtute suffulti. Imò verò sunt & plerique, qui nihili omnino nobilitatem faciunt, sed eā veluti futilem inanem, vanam reiiciunt: nullúmque prorsus inter homines, hoc nomine nobilitatis, vel ignobilitatis discrimē faciunt. Ex quibus nōnullos citauimus suprà, c. 4. quo tractauimus, an virt⁹ nobilitet. Quibus & hos adiiciēdos ducimus. Imprimis Oseas ille propheta hos deridēs, Gloria (inquit) eorū à partu, & ab vtero, & à cōceptu. Alter propheta Malachias c. 2. Nunquid, ait, non pater vnus omniū nostrûm? Nūquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisque nostrûm fratrem suum? Quasi sentiat propheta, nullam esse differentiam inter eos, quos nobiles dicunt, & ignobiles, siue vt planiùs dicā, nullos esse cæteris nobiliores aut ignobiliores origine. Et Philo ille, aut quisquis is fuit, Sapi. 7. Et ego natus accepi communē aërem, & in similiter factā decidi terram: & primam vocem similē omnibus emisi plorans, in inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.

Vnus omnium pater. Idem natiuitatis initium, idem exitus.

5 ¶ Christus dominus noster, optimus æquissimúsq; nobilitatis, & ignobilitatis, rerúmque omnium æstimator, nonne apertissimè ostēdit vnum communémque omnium hominū patrē esse omnipotentem Deum: cùm ita nos docuit orare, Pater noster qui es in cœlis. Quem locum enarrans diuus Chrysostomus in 20. Homilia in Matthæum, Non dicit, inquit, Pater

meus

meus qui eſt in cœlis,ſed pater noſter,ſuperbiā remittens,inuidiámq; explodens, & introducens matrem bonorum omnium charitatem,& humanarũ rerum inæqualitatem prorſus expellens,& mirã Regis cum paupere æqualitatem honoris oſtendens:ſi tamen in maximis, & ad æternam gloriam neceſſariis cõmunione ſociemur. Quid enim noxæ de terrena nobilitate metuendũ eſt,quando cœleſti omnes nobilitate cõiungimur:cũ q; nullus alio amplius de illo honore poſsideat,neq; locuples paupere,neq; dominus ſeruo,neque iudex miniſtro, neq; rex milite,nec philoſophus barbaro,nec ſapiens imperito. Cunctis enim vnã atq; eandem nobilitatẽ donauit Deus,cùm dignatus eſt omniũ pater vocari. Sed & eundem locum interpretans diuus Auguſtinus,ſi is eſt lib.2.de Sermone Dei in monte, Admonentur,ait,hic genere nobiles ſecundùm ſæculum,cùm Chriſtiani facti fuerint, non ſuperbire aduerſus ignobiles,quoniam ſimul Deo dicunt,Pater noſter. quod non poſſunt verè ac piè dicere: niſi ſe fratres eſſe agnoſcant. Nec primus dominus noſter patrem noſtrum deum patrem inuocare docuit. Nam longo antè interuallo Eſaias & ipſe à deo ipſo edoctus cap. 63. Tu enim pater, & Abraham neſciuit nos. Et c.ſeq. Et nunc domine pater noſter es tu,nos verò lutum:& factor noſter tu,& opera manuum tuarum omnes nos.

6 ¶ Sed & hoc quoque veteres Poëtæ tametſi ethnici intellexerunt,qui Iouem Deorum ſuorum maximum vbique vocant,nunc patrem Deúmque hominúmq;, nũc ſimpliciter patrem vocant. De primo eſt illud Homeri lib. Iliados 1. *De eadẽ re ex Ethnicis ſcriptoribus.*

τὸν δ᾽ ἠμείβετ᾽ ἔπειτα πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Et lib. 4.

ὣς ἔφατ᾽, οὐδ᾽ ἀπίθησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Quem verſum repetit lib.15.eiuſdem operis. Et lib. quoque 8.eiuſdem item operis.

Ἐκ δ᾽ ἵππους ἵστησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Et ſimilem omnino appellationem reperies eo quoque lib.8 & 11. & 15.& 16.& 20.& 22.& 24. eiuſdem operis,& li.1.& 18. Odyſſeæ. Et ex eo expendit Ariſtoteles li.1.Politicôn c.8. Illúmque ſecutus Virgilius,vt ſæpe aliàs facit,lib. 2. Aeneidos, *Iupiter pater omnium hominum.*

Ex quo me diuum pater atque hominum rex,
Fulminis afflauit ventis.

Quod ab Ennio ſumptum eſt. Ex quo etiam illud Romuli apud Liuium libr. 1. At tu pater Deûm hominúmque hinc ſaltem arce hoſtes,&c.

7 ¶ De ſecundo, videlicet quòd Iupiter ſimpliciter pater vocatur, eſt etiam illud eiuſdem Homeri Iliados 2.4.7.16.& Odyſſeæ 4.7.17.& 24. Nam omnibus his locis hic verſus ponitur,

Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον.

Et aliis quoque propè infinitis locis ita illum vocat, ſcilicet li.3.in 3. locis & præterea lib. 4. præterquam in loco ſuprà citato,& li.5.8.Iliados,atque etiam lib.7.12.non ſemel,13.14.20.etiã non ſemel, & 21. Et Euripidis in Helena,

Ὦ Ζεῦ, πατὴρ, τε ἐ σοφὸς κλήζῃ θεός.

Id'que etiam ſæpe apud Virgilium comperies,vt lib. 2. Aeneïdos,

Iuppiter omnipotens precibus ſi flecteris vllis
Aſpice nos hoc tantùm. Et ſi pietate meremur,
Da deinde auxilium pater. Et lib. 5.
Nunc pater & tenues Teucrûm res eripe leto. Et lib. 6.
Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit.

Nam & Triſmegiſtus in lib. de ſapientia & poteſtate Dei, qui & Pimãder inſcribitur c.2. tradit Deum peculiari vocabulo patrem appellari. Et Alexãder Magnus cùm Iouis filius in Ammonis templo à ſacerdote fuiſſet appellatus, Nihil (inquit) eſt mirandum, nam Iupiter omnium pater eſt, teſtis Plutarchus in Apophthegmatis.

8 ¶ His concinit illud Sophoclis in Tereo apud Stobæum Ser.84. *Vt vnus pater ita vna mater omnium.*

Ἓν φῦλον ἀνθρώπων μί᾽ ἔδειξε πατρὸς καὶ ματρὸς
Ἡμᾶς ἁμέρα τοὺς πάντας, οὐδεὶς ἔξοχος
Ἄλλος ἔβλαστεν ἄλλου. κοσμεῖ τοὺς μὲν
Μοῖρα δυσαμερίας, τοὺς δ᾽ ὄλβος ἡμῶν,
Τοὺς δὲ δουλείας ζυγὸν ἔχειν ἀνάγκη. Id eſt, vt traduxit Geſnerus,

In hominum genere vna produxit ex patre & matre
Lux nos omnes, neque præſtantior
Alius alio natus eſt, ſed ſequitur alios
Sors infortunij, alios noſtrûm opes & fœlicitas.
Sunt qui neceſſario ſeruitutis iugo premuntur.

Et Pindarus apud Euſebium de præparatione euangelica li.13.c.7. Vnum, inquit, hominum genus eſt,& ab vna matre cuncti vnũ patrem creatorem ſummum atque optimum artificem habemus. Qui locus Pindari, ni fallor, eſt in prin. Ode 6. Nemeorum. *De eadẽ re.*

9 ¶ Et vt in eam ſentẽtiam aliquid ex Latinis ſcriptoribus adferamus, Quintilianus lib. 3.c.10. Liberos, inquit, natura omnes, & iiſdem conſtare elementis, & fortaſſe antiquis etiam no- *Omnes iiſdem elemẽtis cõſtare.*

hilibus

bilibus dici poteſt. Et idem, vt nõnulli putant, decla. 9. Ego (ait) ſi alienum & ignotum tamẽ (quæ publica omnium mortalium, quippe ſub vno parente naturæ, cognatio eſt) hominem cibo fortè iuuiſſem &c. Et Boëtius ille Seuerinus lib. 3. de conſolatione philoſophiæ,

Omne hominum genus in terris
Simili ſurgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater eſt,
Vnus cuncta miniſtrat.

Et paulò pòſt,

Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.
Quid genus & proauos ſtrepitis?
Si primordia veſtra,
Autorémque Deum ſpectes,
Nullus degener extat,
Ni vitiis peiora fouens
Proprium deſerat ortum.

Lutum omniũ principium.

10 ¶ Et eò quoque pertinet illud Theſpidis Apud Antonium Monachũ, libr. 2. Meliſſæ, Ser. 79. ἐπὶ προγόνων εὐγενείᾳ μηδεὶς ἐγκαυχάσθω· πηλὸν γὰρ ἔχουσι πάντες τοῦ γένους προπάτορα, καὶ οἱ ἐν πορφύρᾳ καὶ βύσσῳ τρεφόμενοι, καὶ οἱ ἐν πενίᾳ ἀβύσσῳ δαπανώμενοι. Ob maiorum nobilitatem nemo glorietur. Lutum enim habemus omnes generis principiũ, & qui in purpura & byſſo nutriuntur, & qui in paupertatis abyſſo conſumũtur. Quã eandem ſententiam expreſsit Agapetus in admonitorio ad Iuſtinianum Imperatorẽ ſcripto, duobus aut tribus verbis, eiuſdem tamẽ ſignificationis, immutatis, & vno addito, ita vt alter ab altero accepiſſe videatur. Hæc ſunt illius verba, ἐπὶ προγόνων εὐγενείᾳ μηδεὶς ἐναβρυνέσθω· πηλὸν γὰρ ἔχουσι πάντες τοῦ γένους προπάτορα, καὶ οἱ ἐν πορφύρᾳ καὶ βύσσῳ καυχώμενοι, καὶ οἱ ἐν πενίᾳ καὶ νόσῳ τρυχόμενοι. Sed illud præterea ſubdit, quod & ad hũc locũ pertinet, καὶ οἱ διαδήματι περικείμενοι, καὶ οἱ διὰ δώματα προκείμενοι. μὴ τοίνυν τὸ ἐκ πηλοῦ ἐγκαυχώμεθα γένος, ἀλλ' ἐπὶ χρηστότητι σεμνυνώμεθα τρόπων. Et qui diademate ſunt redimiti, & qui per cubicula excubant. Ne igitur lutulentum iactemus genus, ſed bonitate gloriemur morũ. Nam & Gregorius Niſſenus apud eundem Antonium monachum, Meliſſæ libr. 2. Ser. 74. ἡ εὐγένεια συγγενῶς πρὸς τὴν πλίνθον ἔχει. quo ſignificatur nobilitatem generis cognationem cum figlinis lateribus habere, quoniam ſcilicet, vt id planiùs intelligas, omnes homines ex luto, vt lateres originem habent, vt videre licet ex c. 2. Geneſis.

Abrahæ filij qui opera Abrahæ faciunt.

11 ¶ Sed vt redeamus ad Chriſtum dominũ noſtrum: Is, vt ſcribit Diuus Matthæus c. 3. & Diuus Lucas c. item 3. ad Iudæos qui ſe iactabant de generis autore Abraham, non tantùm illuſtri & generoſo, opulento, & victore regum, ſed ob diuinas virtutes diuinis ornato præconiis: Ne velitis dicere, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Et alibi ſcilicet Io. 8. ad eoſdem qui & ipſi dicebant, Abraham pater noſter eſt, Si filij (inquit) Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Et paulò pòſt, Vos ex patre diabolo eſtis, & opera patris veſtri facitis. Paulus quoq; ad magiſtri normam æſtimans nobilitatem, ad Ro. 9. c. Non omnes qui ex Iſraël ſunt, ij ſunt Iſraëlitæ: neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij. Quaſi videlicet non ſint ij nobiles, aut certè ex maiorum nobilitate laudandi: niſi & illorum virtutes imitentur. Quando & diuus Chryſoſtomus in enarratione, ni me fallit memoria, illius Chriſti ſententiæ, Quid prodeſt, inquit, ei quem mores ſordidant, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Ipſe enim ſe vacuum ab omnibus bonis oſtendit, qui gloriatur in patribus.

Nobilitas nil aliud quàm verbi ſonitus. Aequalitas omniũ in bellis, fame, morbis, morte, & cæteris id genus.

12 ¶ Sed & idem Chryſoſtomus Homilia in ipſum Matthæum 59. multa in eos qui generis nobilitate effeuntur congerit, inter quæ illud eſt. Dic quæſo quid genus eſt? Nihil aliud certè, quàm verbi ſonitus ab omni re deſtitutus, quod in extremo illo die probè ſcieris. Verùm quoniam nondum dies illa adeſt, rationibus, quantùm in nobis ſitum eſt, nullam in genere fieri præſtantiã, vobis perſuadebimus. Conſidera igitur, quãdo bellũ irrũpit, quãdo fames premit, quando cætera huiuſmodi mala incũbunt, quomodo vniuerſus nobilitatis huius ſtatus euaneſcit. Neſcit inter diuitem & pauperem vllo modo morbus diſcernere: glorioſum, & ingloriosum: nobilẽ, & ignobilem non cognoſcit. Mors quoque, aliæ'que rerum humanarum mutationes pariter omnes aggrediuntur. Imò verò, quod mirabile fortaſsis videbitur, multò magis diuites inuadere ſolent.

13 ¶ Sed audi quæ ad id inſtitutũ propoſitũ ab Ariſtotele ſcripta ſunt in eo (ſi vllus coniecturis locus ſit) lib. quem de nobilitate ſcripſit, apud Stobæum, Ser. 84. neq; enim is liber hodie reperitur, nec vllus eſt talis locus in omnibus eius libris, qui nunc extant, ὅλως δὲ περὶ εὐγενείας ἐγὼ ἀπορῶ, τίνας χρὴ καλεῖν τοὺς εὐγενεῖς. εἰκότως γὰρ ἔφην τοῦτο διαπορῶν. καὶ γὰρ καὶ παρὰ τῶν σοφῶν, τὰ μὲν ἀμφισβητεῖται, τὰ δ' οὐ λέγεται σαφῶς, εὐθὺς τὰ περὶ τῆς δυνάμεως. λέγω δὲ τοῦτο, πότερον τῶν τιμίων ἐστὶ καὶ σπουδαίων, ἢ καθάπερ Λυκόφρων ὁ σοφιστὴς ἔγραψε, κενόν τι πάμπαν. ἐκεῖνος γὰρ ἀντιπαραβάλλων ἑτέροις ἀγαθοῖς αὐτὴν, εὐγενείας μὲν οὖν, φησὶν, ἀφανὲς τὸ κάλλος, ἐν λόγῳ δὲ τὸ σεμνὸν, ὡς πρὸς δόξαν οὖσαν τὴν αἵρεσιν αὐτῆς· κατὰ δ' ἀλήθειαν, οὐθὲν διαφέροντας τοὺς ἀγεννεῖς τῶν εὐγενῶν. Ἀμφισβητοῦντας

δὲ καθ

ἢ καθάπερ καὶ περὶ τὸ πολίκον ἀγαθόν ἐστιν, οὕτω καὶ τίνας δεῖ καλεῖν εὐγενεῖς. οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν γονέων, εὐγενεῖς εἶναι νομίζουσι, καθάπερ καὶ Σωκράτης. διὰ γὰρ Ἀριστείδην τὴν θυγατέρα αὐτοῦ γενναίαν εἶναι. Σιμωνίδην δέ φασιν ἀποκρίνασθαι διερωτώμενον, τίνες εὐγενεῖς, τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων φάναι. καίτοι τοῦτον τὸν λόγον, οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσι. Θέογνις δ᾽ ὁ ποιητὴς ὁ φασίλας.

Οἱ τὴν μὲν εὐγένειαν αἰνοῦσι βροτοὶ,
Μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖσι πλουσίοις.

Ἡ πρὸς Διὸς εἴγ᾽ αἱρετώτερος ὁ πλουτῶν αὐτὸς, ἢ οὗ ὁ πρόπαππος, ἢ τῶν προγόνων τις πλούσιος ἦν, αὐτὸς δὲ πένης; πῶς γὰρ οὐκ ἔστι, καὶ δέοιτ᾽ ἂν κηδεύειν τοῖς πλουσίοις μᾶλλον ἢ τοῖς εὐγενέσιν. εὐγενεῖς γὰρ οἱ πάλαι· κρείττους δὲ οἱ νῦν. οὐκοῦν ὁμοίως κἄν τις ὑπολαμβάνῃ, οὐ τοὺς εὐγενεῖς εἶναι τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων, οὐδὲ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν πάλαι. κρείττων γὰρ ἂν δόξειεν ἀρχαίας ἀρετῆς πρόσφατος, καὶ μετέχειν μᾶλλον ἕκαστον πατρὸς ἢ προπάππου, αἱρετώτερον δ᾽ αὐτὸν εἶναι σπουδαῖον, ἀλλ᾽ οὐ τὸν πρόπαππον, ἢ τινα τῶν ἄλλων προγόνων. ἆρ᾽ οὖν ἐπειδὴ ἐν μηδετέρῳ τούτων ὁρῶμεν τὴν εὐγένειαν, σκεπτέον ἄλλον τρόπον. τίνα τοῦτον; εὐλόγως δ᾽ ἔφην, ὅτι τὸ εὖ ἐνίοτε σημαίνει τι δυνατὸν τῶν ἐπαινετῶν καὶ σπουδαίων, οἷον τὸ εὐπρόσωπον καὶ τὸ εὐόφθαλμον. ἀγαθὸν γάρ τι καὶ καλὸν σημαίνει κατὰ τοῦτον τὸν λόγον. πάνυ γὰρ ἴσως. οὐκοῦν εὐπρόσωπον μέν ἐστι τὸ ἔχειν ἀρετὴν προσώπου. εὐόφθαλμον δὲ τὸ ὀφθαλμοῦ ἀρετήν. οὕτως εἶπεν. ἀλλὰ μὴν ἐστὶ γένος τὸ μὲν σπουδαῖον, τὸ δὲ φαῦλον. πάνυ γὰρ ἔστι. σπουδαῖον δ᾽ εἶναι φαμὲν ἕκαστον κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν εἶναι. ὥστε καὶ γένος σπουδαῖον ὡσαύτως. οὕτως εἶπε. δῆλον ἄρ᾽ ἔφην, ὅτι ἔστιν ἡ εὐγένεια ἀρετὴ γένους. Id est, Omnino de nobilitate dubito, quos nobiles vocare oporteat. Neque enim ab re me de hac re dubitare dixi. Nam à sapientibus partim dubitatur, partim ab ipsis eius vis non dilucidè exponitur. Id autem est, an ex his quę magnifacienda sunt, an (vt Lycophron Sophista scripsit) aliquid omnino inane. Is enim eam cum aliis bonis conferens, eius pulchritudinem & formam minime apparentem esse dicit, grauitatémque eius & maiestatem verbis contineri (id est, vt planius intelligas, eam in speciem tantum ac verbo tenus grauem esse & venerādam) Ita vt gloriosum quidem sit eam consequi, sed reipsa ignobiles à nobilibus nihil differre. Vt porrò quàm magnum bonum ea sit, dubitatur, sic etiam quos nobiles appellare oporteat. Siquidem ex probis parentibus ortos alij nobiles iudicant, quemadmodum Socrates Aristidis filiam propter patris virtutem, nobilem dicebat. Simonides interrogatus qui nobiles essent, respondisse fertur, natos ex his qui iam multo ante diuites fuissent. Quanquam in eo (sed haud rectè) reprehenditur. Theognis autem dicit homines laudare quidem nobilitatem, sed affinitatem potius cum diuitibus contrahere. An non quæso, magis is experendus est, qui sit ipse diues, quàm cuius proauus, vel ex maioribus aliquis diues fuit, ipse autem pauper sit? Quomodo enim non dixit, quòd oporteret affinitatem contrahere cum diuitibus potius, quàm cum nobilibus? Nobiles enim, qui multo ante fuerunt: potentiores autem & præstantiores, qui nunc sunt. Ad eundem igitur modum reputauerit aliquis, nobiles non esse natos ex his qui olim fuerunt diuites, neque ex his, qui probi olim fuerunt. Nam recens siue præsens virtus antiqua præstantior est, & melius est vnumquemque participem esse virtutis patris, quàm proaui. Maxime autem optandum ipsum probum esse, non proauum, aut aliquem ex maioribus. Nónne igitur cum videamus nobilitatem in neutro istorum sitam esse, aliam rationem disquirere oportet? Quam inquam? Considerare (inquam) oportet, quod particula εὖ interdum aliquid cum laude coniunctum significat, vt εὐπρόσωπος pulchram faciem habens, & εὐόφθαλμος, pulchros oculos habēs. Maxime verò (inquit) igitur εὐπρόσωπον significat faciei virtutem, & εὐόφθαλμον oculi. Sic est, inquam. Atqui genus per se, aliud probum & clarum, aliud malum & obscurum. Maximè verò (inquit.) Probum & bonum aliquid porrò id dicimus, quod sua ipsius virtute tale est. Itaque ad eundem modum genus probum, honestum, & bonum dicimus, quod sua ipsius virtute tale est. Constat igitur, inquam, εὐγένειαν id est, nobilitatē generis virtutem esse. Hæc Aristoteles. Sed illud te scire volui lector optime, vbi ipse Aristoteles citat Theognidem, vti suprà ex eo diximus, puto mendum esse, & loco Theognidis, Θεόγνητον, Theognitum esse scribendum. hic enim fuit Thessalus poëta Comicus, qui inter cæteras Comœdias has scripsit, φάσμα, id est, visum: φιλάργυρον, id est, auarum: φιλοδέσποτον, id est, heri amantē: κένταυρος, Centaurum, vt scribunt Athenæus in Sophistarum cœnis, & Suidas. Theognis autem non nisi elegias scripsisse dicitur, & is quidem Megarensis fuit. Quanquam scio fuisse alterum Theognidem Chionem cognominatum à niue, quòd illepidus & subfrigidus esset, húncque Comicos cauillis fuisse insectatum, propter eius poëmatum frigiditatem & ineptias. εἰ μὴ κατένιψε τὴν Θρᾴκην χιόνι πολλῇ, καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξε ὑπ᾽ αὐτὸν τὸν χρόνον, ἡνίκα Θέογνις ἠγωνίζετο. Ideóque non facile crediderim hunc ab Aristotele fuisse citatum. Id quod nos obiter dicere voluimus, vt & idipsum addas ad ea quæ diximus suprà, c.3. nu. 7. hunc autem fit.

Aristoteles dubitat quos nobiles appellet.

Nobilitas verbis contineri non re.

Socratis sententia.

Simonidis.

Theognidis

14 ¶ Sed vt ex hoc diuerticulo in viam redeamus, sunt & aliorum plurimorum sententiæ hanc generis nobilitatem, vel negantes, vel contemnentes. Nam Euripides in Electra apud Stobæum Serm. 84.

Οὐ μὴ φρονήσεθ᾽ οἱ κενῶν δοξασμάτων
Πλήρεις πλανᾶσθε, τῇ δ᾽ ὁμιλίᾳ βροτοὺς
Κρίνειτε, καὶ τοῖς ἤθεσι τοὺς εὐγενεῖς.

Nobilitas non verborum, non vultus, non corporis, sed animi est.

Οἵ γὰρ τοιοίδε τὰς πόλεις οἰκοῦσιν εὖ,
Καὶ δώμαθ', αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν
Ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσίν. οὐδὲ γὰρ δόρυ,
Μᾶλλον βραχίων σθεναρὸς ἀσθενοῦς μένει.
Ἐν τῇ φύσει δὲ τοῦτο κἀν εὐψυχίᾳ. Id est, vt vertit Conradus.
Non tandem sapietis vos, qui vanis opinionibus
Pleni erratis, ex conuersatione (malo vertere sermone) *autem homines*
Iudicabitis, & ex moribus (malo item vertere vultibus) *nobiles?*
Tales enim fœliciter inhabitant ciuitates
Ac domos. Carnes verò hominum inanes
Simulachra fori sunt. Neque enim hastam
Forte brachium magis expectat, quàm imbecillum.
Nam in animo istud situm est, & alacritate. (malim dicere, magnanimitate.)

Tanquam dicat non verborum, non vultus, non carnis, siue corporis nobilitas est, sed animi. Epicharmus apud eundem, siue is sit Menander,

Ἀπολεῖ με τὸ γένος, μὴ λέγ', εἰ φιλεῖς ἐμέ,
Μῆτερ ἐφ' ἑκάστῳ τὸ γένος. οἷς ἂν τῇ φύσει
Ἀγαθὸν ὑπάρχῃ μηδὲν οἰκεῖον προσόν,
Ἐκεῖσε καταφεύγουσιν εἰς τὰ μνήματα,
Καὶ τὸ γένος, ἀριθμοῦσί τε τοὺς πάππους ὅσοι.
Οὐδ' ἕνα δ' ἔχεις ἰδεῖν ἂν οὐδ' εἰπεῖν, ὅτῳ
Οὐκ εἰσὶ πάπποι, πῶς γὰρ ἐγένοντ' ἄν ποτε;
Εἰ μὴ λέγειν δ' ἔχουσι τούτους, διά τινα
Τόπου μεταβολὴν, ἢ φίλων ἐρημίαν,
Τί τῶν λεγόντων εἰσὶ δυσγενέστεροι;
Ὃς ἂν εὖ γεγονὼς ᾖ τῇ φύσει πρὸς τἀγαθά,
Κἂν Αἰθίοψ ᾖ μῆτερ, ἐστὶν εὐγενής. Id est,

Omnibus aui & proaui.

Perdet me genus, ne nomines, si me amas,
Mater, ad singula genus tuum. Quibus enim natura
Nullum adfuerit bonum proprium,
Illi confugiunt ad monumenta,
Et genus suum, ac auos enumerant, quot habuerint,
Ac ne vnum quidem videris aut nominaueris, cui
Non sint aui: aliter enim quomodo nati essent?
Quod si tamen indicare id nequeunt, propter aliquam
Loci mutationem, aut amicorum penuriam,
Quid propter hoc ignobiliores habendi sunt illis, qui auos suos numerant?
Quisquis suapte natura proclinis ad bona fuerit,
Nobilis est, quamuis matre genitus Aethiope.

Quos posteriores versus citaui in 4. c. nu. 2. hactenus, in fi. pro illorum opinione, qui virtutem nobilitatem esse dicunt.

Sagittarij non ex genere, sed ex arte deliguntur.

15 ¶ Bion quoque Borysthenites philosophus Antigono regi eum de ignobilitate criminanti, interroganti que hoc carmine,

Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;
Aede tuum nomen, patriam, genus, atque parentes,

Ita respondisse fertur apud Stobæum Ser. 84. quamuis Laërtius id aliter referat, Κἀκεῖνος, inquit, ἀλλ' ὀρθῶς ἔχει· ὦ βασιλεῦ, ὅταν τοξοτῶν χρείαν ἔχῃς, μὴ ἐρωτῶντα τὸ γένος, ἀλλὰ τιθέντα τὸν σκοπὸν, τοὺς ἀρίστους τοξευτὰς παραλαμβάνειν. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν φίλων ἐξέταζε, οὐ πόθεν εἰσίν, ἀλλὰ τίνες. Atqui ô Rex, bene facis, cum indiges sagittariis, quòd non interrogando genus, sed scopum proponendo, optimos illorum tibi deligis. Sic igitur amicos etiam explora, non vnde nati, sed qui & quales sunt. Ex quo magis miror, quod de ipso Antigono scribit idem Stobæus, Ser. 85. quòd cum quidam iuuenis strenuo patre natus, ipse verò parum bonus miles patris stipendia peteret, ἀλλ' ἐγὼ (inquit) ὦ μειράκιον, ἀνδραγαθίας οὐ πατραγαθίας μισθὸν καὶ δωρεὰς δίδωμι. Ac ego ô adolescens, non paternæ, sed propriæ fortitudinis mercedē ac præmia largior. Id quod etiam retulit Plutarchus in Apophthegmatis Regum, id Antigono secundo tribuens. Et forte ille de quo illud narrat Stobæus, primus fuit. His autem adstipulatur Plutarchus in comparatione Lysandri & Syllæ, Quemadmodum, inquit, venator nō canis prolem sed canem & equitandi studiosus non equi fœtum, sed equum quærit: ita administrandæ ciuitatis curiosus errabit omnino, si ciuitatis principem non quis, sed à quo sit, inuestigauerit.

Præmia nō paterna, sed propria fortitudinis.

Ex nobilitate omnia mala. Nobilitas velamentum malitiæ.

16 ¶ In vniuersum autē philosophi hanc generis nobilitatem contemnunt, ac nihili omnino faciunt, nisi cum ea virtus adsit. Nam Socrates ille philosophorum princeps, & ab Apolline hominum sapientissimus iudicatus, Nobilitates nō solum nihil in se habere honestatis, sed

& omne malum ex eis oboriri dicebat, vt prodit Laërtius in vita illius. Diogenes ridebat nobilitatem & gloriam, & cætera huiusmodi, dicens ea esse προκοσμήματα κακίας, velamenta malitiæ, vt idem tradit in vita quoque illius. Nam & cæteri Cynici omnes nobilitatem, diuitias, & gloriam prorsus contemnebant, vt idem scribit ad fi. lib. 6. Et cum aliquando Antistheni, qui & ipse eius sectæ autor fuit, probro datum esset, quòd non esset ex duobus liberis genitus, οὐδὲ γὰρ, inquit, ἐκ δύο παλαιστῶν, ἀλλὰ παλαιστικός εἰμι, id est, Neque enim ex duobus luctatoribus, & tamen luctator sum. veluti nihil prohibeat, quo minus aliquid virtutis, nobilitatis, & id genus cæterorum præ nostris parentibus habeamus, nihílque nobili officiat parentum, aut ignauia, aut ignobilitas.

17 ¶ Sirach, quisquis is fuit, apud Antonium Monachum lib. 2. Melissæ. Serm. 79. τέκνα ἐν ἀγαθῇ ζωῇ τὴν ἀναστροφὴν ἔχοντα, τὴν ἰδίαν γεννητόρων κρύψουσι δυσγένειαν. Quibus significatur liberos honeste vitam agentes, genitorum suorum ignobilitatẽ tegere. veluti si dicas, nihil tibi obest genitorum ignobilitas, si tu ipse probus sis, vtpote quam tuis virtutibus obtegas: vt è diuerso, ex eiusdem sententia apud Maximum philosophum & martyrem, τέκνα ἐν ἀφροσύνῃ, καὶ ἀπαιδευσίᾳ γαυριώμενα, συγγενείας ἑαυτῶν μολύνουσι τὴν εὐγένειαν. Quibus item significatur, Liberos insipientia & imperitia sese efferentes cognationis suæ nobilitatem inquinare. D. Basilius, οὐκ ἔχομεν πατέρας λέγειν, καὶ προγόνους περιφανεῖς. ὁ γὰρ τῆς ἀληθείας νόμος, ἴδια ἑκάστου ἀπαιτεῖ τὰ ἐγκώμια. οὐδὲ γὰρ ἵππον ταχὺν ποιεῖ τὸ ἐκ ταχυτάτων φῦναι, ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἄλλων ζώων ἡ ἀρετὴ ἐν ἑαυτῷ θεωρεῖται ἑκάστου· οὕτω καὶ ἀνδρὸς ἔπαινος ὁ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ κατορθωμάτων ἐκμαρτυρούμενος. Id est, Non possumus patres & maiores claros prædicare, cum veritatis lex proprias cuiusque reposcat laudes. Non enim equus est celer, quod ex celerrimis natus sit, sed quemadmodum cæterorum animalium in se quodque spectatur: sic viri laudes testatæ sunt ex suis cuiusque præclaris factis.

Filiorum virtus ignobilitatem progenitorum tegit.

Liberi insipiẽtes maiorum nobilitatem inquinant.

18 ¶ Suprà in 4. c. (quod iam diximus) multas alias sententias huc pertinẽtes adduximus, atque inter alias, plurimos D. Gregorij Nazianzeni versus: Sed cuius & hos quoque addere poteris.

Κακοῖς δ' ἀνδρῶν αἰσχύνου, μὴ δυσγενής.
Γένος γάρ ἐστιν ὃ πάλαι σέσηπέ τις.
Γένους προάρχεις, ἢ λύεις γένος θέλε,
εἰς καλὸν ἵνα ᾖς, ἢ καλῶν πεφυκέναι.

Id est, vt vertit Io. Ribittus:

Fama mala pudeat, malum non te genus
Moueat, genus pridem tuum computruit.
Genus vel incipias, vel ad finem trahas,
Vt vel bonus, vel ex bonis sis editus.

Genus incipiendũ vel ad finẽ trahendum.

Sed & Epicharmi sententia est apud Maximum philosophum & martyrem, Ser. 63. & Stobæum Serm. 88.

Πνίγομ' ὅταν εὐγένειαν οὐδὲν ὢν κακῶς
λέγει τις, αὐτὸς δυσγενὴς ὢν τῷ τρόπῳ.
Τί γὰρ κατόπτρου καὶ τυφλῷ κοινωνίας;

Id est, vt idem transtulit,

Aegerrime fero, cum aliquis obscurus de nobilitate
Loquitur, ipse verò moribus ignobilis est.
Quid enim rei est cæco cum speculo?

Non tolerandus qui obscurus de nobilitate loquitur.

19 ¶ Demosthenes ille oratorum primus aut, vt alij malunt, Socrates apud Stobæum Ser. 84. dicebat optimum frumentum non ex pulchritudine agri æstimandum, sed ex eo quod cibum optimum præbeat: nec virum bonum, aut amicum beneuolum, qui ex nobili genere sit propagatus, sed qui sit optimis moribus præditus, οὔτε σῖτον ἄριστον ἐκ τῆς καλλίστης πεδιάδος κρινόμενον, ἀλλὰ τὸν ἄριστον πρὸς τὴν τροφὴν, οὔτε ἄνδρα σπουδαῖον ἢ φίλον εὔνουν, τὸν ἐξ ἐπιφανοῦς ὄντα γένους, ἀλλὰ τὸν ὑπάρχοντα τῷ τρόπῳ χρηστότατον. Idẽ in oratione pro Ctesiphone, Nemo inquit, nec ex nobilitate parentum laudandus, nec ex ignobilitate culpandus. Iphicrates in Harmodium illius prisci Harmodij abnepotem, ei ob generis ignobilitatem conuitia sibi ingerentem (nam is sutoris filius putabatur) Meum (inquit) genus à me incipit, sed tuum in te desinit. Author Plutarchus in Imperatorum Apophthegmatis. Et simile quippiam dixisse fertur Sostratus tibicen cuipiam, qui ei obiectabat, quòd ex ignobilibus parentibus natus esset, apud Antonium Monachum, Melissæ lib. 2. c. 79. & Stobæum Ser. 84. Atqui, inquit ob id ipsum debui magis laudari, & in admiratione esse, quòd à me genus meum cœpit, καὶ μὴν διὰ τοῦτο μᾶλλον ὤφειλον θαυμάζεσθαι, ὅτι ἀπ' ἐμοῦ τὸ γένος ἄρχεται. Sed nullus omnium hanc sententiam significantius & elegantius expressit, quàm Tullius noster in ea oratione, qua respondit alteri Salustij orationi, qua illi generis nouitatẽ exprobrauerat. Cuius verba & nos adduximus, in d. c. 4. nu. 5. Idem autem Tullius, in secunda in Verrem actione, inania nobilitatis nomina vocat, quod nos alibi ad aliud retulimus. Quem secutus Seneca lib. 1. de ira, cuius hæc verba sunt, Tantúmque agmen nobilium non inania nomina præferentium, sed eorum qui imaginibus suis decori sunt. Quibus ostendit inania esse nobilitatis maiorũ nomina, nisi & suiipsius viribus & imaginibus suffulciantur. Et Boëtius Seuerinus, in lib. 3. de consolatione philosophiæ. c. 6. Iam

Frumentũ non ex pulchritudine agri æstimandum.

Iphicratis retaliatio in eum qui illi genus exprobrabat.

Et Sostrati.

Nobilitatis nomina inania.

vero quam sit inane, quam futile nobilitatis nomen quis non videat? Quæ si ad claritudinem referatur, aliena est. Videtur nanque esse nobilitas, quedā de meritis veniens laus parentum. Quòd si claritudinem prædicatio facit, illi sint clari necesse est, qui prædicantur. Quare splendidū te, si tuam nō habes, aliena claritudo non efficit. Quòd si quid est in nobilitate bonum id esse arbitror solū, vt imposita nobilib. necessitudo videatur, ne à maiorū virtute degenerēt.

Vnius Imperatoris propria ac peculiaris nobilitas.

20 ¶ Suetonius refert Caligulam, cum forte audiret reges qui officij causa in vrbem aduenerāt, concertantes, apud se super cœnam de nobilitate generis exclamasse,

Εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς,

Vnus princeps sit.
Vnus Rex.

Nobilitas indignorū dominorū nō laudanda.

Veluti eos derideret de nobilitate certantes, quam vni omnium Imperatori peculiarem ac propriam non etiam cęteris inferioribus quantumuis Regibus communem esse existimabat. Verum ille nimium id nominis & tituli angustabat. Sed quod verissimum est Theodectes Phaselides apud Stobæum, Ser. 84. dicit se nunquam laudauisse nobilitatem, quæ dominis indignis vteretur,

Ἐγὼ μὲν οὖν οὔποτ᾽ εὐγένειαν ᾔνεσα,
τὴν προστάταισι χρωμένην ἀναξίοις.

Aegyptiis omnes æqualiter nobiles.

Porrò Aegyptij omnes æqualiter nobiles existimabant. Ideóque cum quis mortuus erat, nihil in oratione funebri ab iis referebatur, quod maiores aut consanguineos eius respiceret, vt Græci facere solebant, authore Diodoro, lib. 2. c. 5. quod & nos alibi ad aliud retulimus.

Nostra nō sunt quæ ex genere sunt.

21 ¶ Apud Ouidium lib. 13. Meta. Vlysses & rex & ex Diis prognatus, vt alibi diximus, hæc tamen aduersus nobilitatem, & Aiacem qui ea maxime gloriabatur grauiter protulit.

Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

Cui concinens Seneca Tragœdiographus, in Hercule furente,

Nobiles non sunt mihi
Aui: nec altis inclytum titulis genus,
Sed clara virtus. Qui genus iactat suum
Aliena laudat.

Nobilitatē ex iniquitate procedere.

Nec ab his dissidet, quod scribit Plutarchus in libro de educandis liberis. Pulchra quidem est nobilitas sed maiorum nostrorum id bonum est. Alibi autem in sexto c. num. 4. ostendimus ex multorum sententia nobilitatem inter bona externa & fortunæ positam. Diuus autem Hieronymus ad Helbidiam probat nobilitatem ex iniquitate procedere, hoc modo, Nobilitas, inquit, mundi nihil aliud est, quàm diuitiæ inueteratæ: Omnes autem diuitiæ de iniquitate descendunt. Vnde & illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima, Omnis diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Nobilitas igitur generis ex iniquitate venit.

Nobilitas rota quædam est.

22 ¶ Ex nostris autem Host. in c. tua nos, de consangui. & affi. hinc occasione sumpta, quòd ibi ex Regibus Arragonum descenderant Comites, & ex Comitibus Reges, hæc scribit. Et vt scias quòd non est vis in genere, cum de inferioribus fiant Reges ascendendo, & ex Regibus Comites descendendo. Sic etiam & de rusticis fiunt milites, & ex militibus rustici. Ergo, inquit, nihil aliud est mundana nobilitas, quàm rota. Et qui superbit de nobiliori sanguine, dici potest, quòd de nobiliori stercore intumescit. Ideo dicit quod eminentes fortunæ sæpe contrarios euentus sortiuntur. §. quia verò hactenus, in auth. de nupt. Et omnis noster status sub perpetuo motu consistit. §. vt autem lex, in auth. de non alie. reb. eccl. Et ex potentibus processerunt inanes: & ex diuitibus pauperes, & è diuerso. §. 1. in auth. vt omnes obed. iud. Hæc ille, qui & ipse, in c. pe. vers. nos igitur, de præben. dicit etiam sanguinis nobilitatem non aliam esse, quàm stercoris & fœtoris, quod & nos ex eo retulimus suprà, c. 4. num. 1.

Nobiles de generes genus suum deturpare.

23 ¶ Illud autem minime dubium, eos qui ex nobilibus orti sunt, si degenerant, nec mores sequuntur maiorum qui illis nobilitatem pepererunt, qui multi sunt, vt posteà dicemus, séque genúsque suum deturpare, vt ex eo satis patet, quod Hippolochus Glaucum filium ita monet, apud Homerum lib. 6. Iliados,

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,
Μὴ δὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν.

Semper se strenuum præstare, & eximium esse aliorum,
Nec genus patruum deturpare.

Et quod apud eundem lib. 24. Odysseæ, Vlysses Telemachum filium ad pugnam se accingentem, ita quoque hortatur,

Τηλέμαχ᾽ ἤδη μὲν τόδε γ᾽ εἴσεαι αὐτὸς ἐπελθών,
Ἀνδρῶν μαρναμένων ἵνα τε κρίνονται ἄριστοι.
Μήτι καταισχύνειν πατέρων γένος, οἳ τὸ πάρος περ
Ἀλκῇ τ᾽ ἠνορέῃ τε κεκάσμεθα πᾶσαν ἐπ᾽ αἶαν,

Telemache iam quidem hoc videris ipse iniens
Viros pugnantes, vbi discernuntur optimi,
Ne quid dedecores parentum genus, qui anteà
virtutéque strenuitatéque ornati fuimus omnem in terram,

Cui mox

Cui mox respondens Telemachus, hæc subiungit,

Ὄψεαι αἴκ' ἐθέλῃσθα πάτερ φίλε τῷδ' ἐνὶ θυμῷ,
Οὔτι καταισχύνοντα τεὸν γένος, ὡς ἀγορεύεις.

Videbis, si volueris pater dilecte hoc in animo
Non dedecorantem tuum genus, sicut dicis.

Quibus etiam consonat illud Euripidis in Bacchis.

Ἐχίονος δ' ὢν παῖς, καταισχύνεις γένος.

Echionis verò existens filius dedecoras genus.

Et ne Latinos poëtas prætermittamus, Horatius lib. 4. Car. Ode 4.

Vtcunque defecere mores
Dedecorant bene nata culpæ.

24 ¶ Sicuti è diuerso ij quoque magis laudandi sunt, qui parentum & maiorum virtutes imitantur. Euripides in Helena, *Magis laudandi qui maiorũ virtutes imitantur.*

Μιμοῦ τρόπους
Πατρὸς δικαίου, παισὶ γὰρ κλέος τόδε
Κάλλιστον, ὅστις ἐκ πατρὸς χρηστοῦ γεγὼς,
Εἰς ταυτὸν ἦλθε τοῖς τεκοῦσι τοὺς τρόπους.

Imitare mores
Patris iusti: filio enim gloria hæc
Pulcherrima, qui ex patre probo natus
Consentit cum parentibus, moribus.

25 ¶ Verùm si verum fateri volumus, pauci sunt admodum, qui id faciant, vt de illis dicere possimus illud, *Pauci qui virtutes maiorum sequantur.*

Rara auis in terris, nigróque simillima cygno. Nam ipse Euripides in Heraclidis,

Εὐγενὴς δ' ἀν' Ἑλλάδα
Σώζεις πατρῴαν δόξαν, ἐξ ἐσθλῶν δὲ φὺς,
Οὐδὲν κακίων τυγχάνεις γεγὼς πατρὸς,
Παύρων μετ' ἄλλων. ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως
Εὕροις ἂν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρὸς. Id est, vt vertit Dorotheus Camillus,

Nobilis verò per Græciam
Seruas paternam gloriam. Ex bonis cum natus sis
Nihilo deterior existis patre,
Paucis cum aliis. Vnum enim inter multos fortasse
Inuenias, qui non sit deterior patre. Et idem quoque in Electra apud Stobæum Ser. 85.

Ἀλλ' εὐγενὴς μὲν, ἐν δὲ κιβδήλῳ τόδε.
Πολλοὶ γὰρ ὄντες εὐγενεῖς εἰσὶν κακοί.

Nobiles quidem sunt, sed degeneres,
Multi enim nobiles mali sunt. Et rursum,

Ἤδη γὰρ εἶδον ἄνδρα γενναίου πατρὸς
Τὸ μηδὲν ὄντα.

Iam enim vidi hominem generoso patre natum
Nullius esse precij. Sed longè ante Minerua apud Homerum lib. 2. Odysseæ Telemachum alloquens,

Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται.
Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

Pauci enim filij similes patri sunt.
Plures peiores, pauci autem patre meliores.

In quam etiam sententiam Demosthenes apud Aristidē in Cimone τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ εἱμαρμένον ἐστι, φαυλοτέρους εἶναι τοὺς υἱεῖς. A viris bonis (veluti fato quodam id accidat) improbos nasci filios. Quo loco interpres in hanc sententiam citat vetus prouerbium ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα. virorum heroum filij noxæ. Id quod nos multis exemplis comprobare possumus. Nam Aristophanes in Nubibus de Hippocratis filiis Τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις, καί σε καλοῦσι βλιτομάμμαν. Et Eupolis, Ἱπποκράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες.

26 ¶ Vt non admodum mirari debeamus, quod scribit Phocylides, *In idem.*

Καὶ τόδε Φωκυλίδου, τὸ πλέον γένος εὐγενέεσσι,
Οἷς οὔτ' ἐν μύθοισιν ἕπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ.

Hoc quoque Phocylides dixit, plurimos genere nobiles esse,
Quos neque dicendo, neque consulendo vlla gratia sequitur.

Et quod idem tradit Sophocles,

Πολλῶν δ' ἐν πολυπληθίᾳ πέλεται
Οὔτ' ἐπ' εὐγενείᾳ ἐσθλὸς, οὔτ' ἀχρεῖον
Τὸ δ' ἂν κακὸς βροτῶν δὲ τις ὄνειδος

In copiosa hominum multitudine aliquando reperitur
Bonus ignobili genere natus, & rursus claro
Aliquis valde malus. Ita nihil constans aut fidum est homini.

Rursúsque in Aiace flagellifero.

Οὐκ ἄν ποτ', ἄνδρες, ἄνδρα θαυμάσαιμ' ἔτι,
Ὃς μηδὲν ὢν γοναῖσιν, εἶθ' ἁμαρτάνει,
Ὅθ' οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι,
Τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσιν ἐν λόγοις ἔπη.

Nunquam amplius ô viri admirabor hominem
Qui obscuro genere natus, alicubi peccat:
Cum illi, qui videntur esse nobiles,
Huiusmodi verba loquendo delinquant.

27 ¶ Sed vtcunque sit de his quæ diximus, illud haud dubie verissimum est, ignobilitatem (illam intelligo de qua tractamus, & vulgus ipsum intelligit) non esse adeo contemnendam, vt nobiles facere solent, vt quæ nec mala sit, nec in malorum sorte annumeranda, vt scribitur in c. illa. 15. q. 1. vbi hæc verba nuncupatim adscribuntur: Cæterùm paupertatem, & ignobilitatem, ægritudinem, & mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numeranerit. Quæ sunt verba diui Ambrosij.

Ignobilitas in malorũ sorte non annumeranda.

Sua nobilibus esse vitia, à quibus tamen eos longè abesse oportet. CAP. XXIII.

1 SVnt sane & sua nobilibus vitia, & ea quidem, vt multis placuit, innata, genuina, propriáque ac peculiaria, vt vix vllum reperias, qui his non sit deditissimus. Ex quibus nonnulla describit Aegidius lib. 1. de regimine principum, parte 3. & post eum D. Benedic. in repe. c. Raynutius, in gl. 1. nu. 26. quod scilicet sint honoris immodici appetẽtiores, suorumque progenitorum & aliorum contemptores. Cui quantum ad primum pertinet, conuenit quod scribit Aristoteles lib. 2. Rhetoricorum ad Theodecten, c. 15. dum scribit φιλοτιμότερον esse, qui nobilior est, id est, honoris appetentiorem, & vt vno verbo, exprimam, ambitiosiorem. Nam & ita vertit Georgius Trapezuntius. Eiusque rei rationem reddit ipse Aristoteles, πάντες γὰρ ὅταν ὑπάρχῃ τι, πρὸς τὸ συσωρεύειν εἰώθασιν, ἡ δ' εὐγένεια ἐντιμότης προγόνων ἐστὶν ἀρχῇ καλὰ φράσεων. Quibus verbis significat id commune omnium hominum esse, vt bona quæ possident, quæcunque ea sint, augere studeant: nobilitatem autem esse maiorum dignitatem, ideo augendi eam dignitatem semper eos studiosos esse.

Nobiles honoris appetentiores suorum progenitorum & aliorum contemptores.

2 ¶ Et alia quoque describit Bal. in l. per adoptionem, in 1. lect. ff. de adop. in hunc propè modum. Nobiles (inquit) sunt maxima ex parte superbi, inimici populariũm, gulosi, luxuriosi magis quidem, quàm populares ipsi. Non dico tamen, ait, de illis quos virtus nobilitat, illi enim verè sunt perfecti, quamuis careant diuitiis: Sed de illis loquor, qui & si abundant diuitiis, nihil tamẽ sciunt nisi comedere, bibere, superbire. Hæc Bal. quæ & ipse Bened. retulit vbi suprà: & iterum in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 966. Huic autem quod dicit eos esse inimicos populariũm, adstipulatur illud Cicer. in 7. in Verrem actione. Hominum nobilium non ferequisquam nostræ industriç fauet, nullis nostris officiis beneuolentiam illorum allicere possumus: quasi natura & genere diiũcti sunt, ita dissidẽt à nobis animo & voluntate.

Superbi, Inimici popularium. Gulosi. Libidinosi.

3 ¶ Ex aliis autem duo tantum latius explicabimus, videlicet superbiam & luxuriam, id est, libidinem veneream, nam ita nostri vbique intelligunt. Quantum ad primum pertinet, certè alij quoque scripserunt, superbiam esse veluti nobilibus peculiarem atque domesticam, & ex iis Host in c. 1. col. 2. in verbo, non permittunt, extra de his quæ fiunt à maio. parte c. Io. And. in c. constitutis, le. 2. col. pe. de appel. Luc. Pen. in l. militaribus, in prin. C. de decur. lib. 10. authore Policrat. lib. 8. c. 15. & idem Luc. in l. 2. C. ne rust. ad vll. offi. deuo. lib. 11. & in l. mulieres, col. 4 & iterum col. pe. C. de dig. lib. 12. Cepol. in tract. de im. pe. mil. delig. char. pen. & Matth. Afflic. in constit. Siciliæ incip. magistri camerarij, col. 3. in 5. no. in id citans Hugonem Victorinum, in lib. de claustro animæ.

De nobiliũ superbia.

4 ¶ In quam sententiam notum est illud Salustianum in Catilinario, Ea res in primis studia hominum accendit ad Consulatum mandandum M. T. Ciceroni. Nanque antea pleraque nobilitas inuidia æstuabat: & quasi pollui Consulatum credebat, si eum, quamuis egregius, nouus homo adeptus foret. Sed vbi periculum aduenit, inuidia atque superbia postfuere. Et illud expressius in Iugurthino, Metello quanquam virtus gloria, atque alia optanda bonis superabant, tamen inerat contemptor animus, & superbia, cõmune nobilitatis malũ. Quæ posteriora verba citant Io. And. & Cepol. vbi suprà. Et rursum in eod. lib. Tum, inquit, primum superbiæ nobilitatis obuiam itum est. Et Velleius Paterculus de eodem loquens lib. 2. Romanæ historiæ dicit naturalem esse nobilitatis superbiam. Et Tullius in 2. in Verrẽ actione. Proponit, inquit, inania mihi nobilitatis, hoc est hominum arrogantiũ, nomina. Et Titus Liuius 1. decad. lib. 9. in fi. Haud memorabilem rem per se, nisi documentũ sit aduersus superbiã nobilium

De eadem re.

bilium plebeiæ libertatis,referam. Plutarchus, circa initium lib. de liberis educandis citat sententiam cuiuspiam poëtæ,in hunc propè sensum,Sceleris parentum conscia mens, vsquã sibi conscia fortissimum quenque captiuum trahit virum. Quemadmodum iactantia simul & fastu referti sunt,quibus claris nasci parentibus obtigit.

5 ¶ In id quoque est distichon minimè elegans, sed quod non grauatè adscripsit glo.in c. quoniam vetus,in verbo,inuidia.24.q.1. *De eadem re.*

Nobilitas fastum,fastus litem parit,armat
Lis odium,capiunt hactria mortis iter.

Sidonius Apollinaris lib.epistolarum 8. Nouetium laudat, quòd esset sine superbia nobilis, quasi id difficillimum esset. Opilius Macrinus Imper.Ro.in ea epistola,quam in initio imperij scripsit ad Senatum,apud Herodianũ li.5. Patritia (inquit) principum nobilitas sæpenumero in superbiam vertit, despectis omnibus velut inferioribus. Iulius autem Firmicus lib. Astronomicôn 8.c.21.Quinta(inquit)pars Geminorum in horoscopo inuenta, nobiles faciet, & erecto semper superbiæ spiritu subleuatos.

6 ¶ Nec interim omiserim illud Virgilij lib.11. Aeneid.ad superbiam nobilitatis alludentis, *De eadem re.*

Genus huic materna superbum
Nobilitas dabat:

Quod nos alibi ad aliud propositum citauimus. Hinc'q; fortè idem Virgilius superbum pro nobili sæpe vsurpauit, vt lib.1.Aeneidos,

Cùm venit aulæis iam se regina superbis,
Aurea composuit sponda.

Vbi Seruius interpretatur Superbis pro nobilibus. Et lib.3.eiusdẽ operis statim circa initium, *Superbum pro nobili.*

—Ceciditque superbum
Ilium.

Quo etiam in loco Seruius interpretatur superbum pro nobili. Et alibi lib.1.

Hinc populum latè regem,belloque superbum. Et lib.7.eiusdem operis,

— Atina potens Tiburque superbum.

Vbi & ipse Seruius superbum,nobile interpretatur. Et rursum eodem lib.

—Tectisque superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.

Vbi Seruius quoque exponit nobilibus. Et Ouidius Tristium lib.5.Ele.vl.

Quod nunquam vox est de te mea muta,tuique
Iudiciis debes esse superba viri.

Vbi Merula interpres nõ contẽnẽdus intelligit superba.pro nobili. Et Silius Italicus li. Punicorũ 11.superbos viros ꝑ nobilib⁹ vsurpauit,dũ loquẽs de modio annulorũ detractorũ nobilibus Romanis,quib⁹ tãtùm ius erat huiusmodi annulos ferre,post Cãnẽsem victoriã,ita inquit,

Testes his stragis,quos signũ illustre superbis
Mos leua gestare viris sum funditur ante
Ora admirantum præfulgens annulus auro.

Martialis autem lib.5.epig.21.imagines,quæ,vt latè diximus c.6.nu.15.& seq.erant nobilium insignia,superbas,peculiari epitheto vocat, *Imagines superba.*

Nec lites tetricas,forúmque triste
Noscemus,nec imagines superbas.

Nã & ea quoq; propria nobiliũ sunt,vt latè diximus d.cap.6.nu.22.sed & ex eo,& multis seq.

7 ¶ Sed vt dicam quod sentio,isti vt opinor,ex vno aut altero omnium ingenia metiebantur,sequentes illud Virgilianum,

—Et crimine ab vno
Disce omnes.

Aut fortè ita ferebant eorum tempora & mores: quandoquidem videmus nostra tempestate, nobilissimos quosq; (eos intelligo,qui verè nobiles sunt) cæteris esse veluti demissiores,atque humiliores,seruata dignitatis ratione,imitantes illud Ecclesiastici c.3.Quãtò magnus es,humilia te in omnibus,& corã Deo inuenies gratiã. Illud quoq; Tullij lib.1.Offic. monentis, vt quantò superiores sumus,tantò nos submissiores geramus. Illud item Annei Tragœd.3.Quò fortuna altiùs euexit ac eleuauit humanas opes,hoc supprimere magis fœlicem decet. *Verè nobiles cæteris humiliores.*

8 ¶ Et hoc quoque,nisi decipiar,expertus fuerat in nobilibus Bart.cùm dicit.in lege,vt responsum.C.de transa. Fortè,inquit,fuit quidam rusticus superbus propter sciẽtiã effectus,quasi sentiret nobiles non superbire ob scientiam,sed rusticos tantùm. Id quod expressè dicit Fely. in c.super eo.le.2.col.4.de testib.cum dicit illud quod scribitur,scientiam inflare, non procedere in nobilibus,ad quod allegat Bal.in l.mercalem. C.de cond. ob tur.cau. vbi nihil dicit Bald.nec quispiam ex iis,qui hactenus competiuntur super ea l. scripsisse. *Rusticos ob scientiam superbire.*

9 ¶ Verùm ij qui verè nobiles non sunt,sed quandam veluti imaginem nobilitatis gerunt, ij certè superbi sunt,arrogantes, rixosi, putantes iis impotentibus vitiis nobilitatem maximè *Nobilitatẽ mentientes superbi.*

Famuli illorum superbi.

ostendi, cùm nulla re magis ignobilitas ostendatur. Et quod in vetere prouerbio est, dignum patella cooperculum. similes habent famulos, superbos scilicet, arrogantes, rixosos, scelerum dominorum ministros, & semper aliàs pessimè moratos. Et vt scribit Euripides in Alcmæone apud Stobæum c. 60.

Μέτεςι τοῖς δούλοισι δεσποτῶν νόσου.
Serui dominorum morbis inficiuntur. Et Alexis in eodem loco,
Ἀλλ' ἐπὶ τὸ πλῆθος ἐμφερεῖς τοὺς οἰκέτας
Ἕξοντας ὄψῃ τοὺς τρόπους τοῖς δεσπόταις:
Caterùm erga vulgus seruos similes
Habere videbis mores dominis.
Et Terentius, *Domini similis es.*
Et Iuuenalis saty. 5.
Maxima quaque domus seruis est plena superbis.

An autem de illorum sceleribus teneantur.

De quorum facinoribus, domini ipsi tenentur, ne sibi de hac re impunitatem promittant. Nã eius rei habemus ordinationem quam vocant regiam, sanctissimam quidem illam, sed malè obseruatam. Quid autem sit de iure communi, videbis per Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori, in 10. quæst. ff. de oper. no. nunc. & l. Prætor ait. §. familiæ. & ibi quoque Ro. ff. de pub. & vecti. & alios multos collectos à Fely. qui & hoc latè tractat in cap. Petrus, ext. tã, de homi. & And. Alcia. in tract. præsumptionum, regula 3. præsumpt. 40. nu. 4.

De nobiliũ libidine.

10 ¶ At verò quantùm ad illud secundum pertinet, id est, ad libidinem veneream, sunt & alij nõnulli, qui astruunt illam peculiariter in nobilibus debacchari. Et inter cæteros Summus Põtifex, vt interim cæteros prætermittã, in c. ex parte parentum, ext. de sepul. quod loquitur de quodã nobili domino insulę Buchardi, vulgò, *L'Isle bouchart*, appellatæ, quæ est in prouincia Turoniæ. Ideóq; & illud c. ad archiepiscopũ Turonensem dirigitur, qui quidem nobilis sæpe sollicitauerat mulierem quampiã de stupro & tandẽ dũ vi eam rapere niteretur, illa fugiens de ponte in amnem cecidit, aquísque submersa est. Vt & interim quoque omittam stupra atque adulteria Iouis, Martis, Apollinis, & cęterorũ Deorum, ex quibus posteritas sibi nomen titulúmq; nobilitatis vsurpauit, vt diximus suprà. c. 2. nu. 41. nam & quod, & seq.

Deorũ impudicitia.

Nobiles suarũ vxorum amantiores.

11 ¶ Verùm nescio an debeam credere, nobiles esse cęteris luxurię deditiores, quoniã legimus nobiles ipsos impensiùs diligere suas vxores, quàm cæteros, & quo quisque nobilior est, eò vxoris esse amantiorem, vt scribit Oldra. ille consistorialis aduocatus, con. 95. ex forma istius statuti, col. pen. per tex. in l. si vxor. §. planè. ff. de adul. vbi affertur illud Homericum lib. Iliad 9.

Ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεΐδαι; Id est,
Num solis hominum Atridis affectus amórque
Vxorum est? Qua in lege Accursius interpretatur, Atrides, id est, nobilissimi.
Eum autem locum Homeri imitatus Virgilius, lib. 9. Aeneidos,
Coniuge (ait) *prærepta nec solos tangit Atridas*
Iste dolor. Sed & hoc quoque voluit Alber. Rosa. in j. parte statutorum. q. 144. de statuto legis, col. vl. & in l. donationes quas Diuus. col. 2. C. de don. inter vir. & vxo.

Impudicitia nobilibus summopere fugienda.

12 ¶ Sed vtrumcumque sit, illud monendos ducimus nobiles, vt luxuriam, siue vt meliùs loquar, libidinem summopere fugiant, vtpote quæ sit in illis magis detestãda, quàm in plebeis, quod certè constat ex l. fœdissimæ. C. de postli. reuer. ibi, ob retinendæ pudicitiæ cultum, ac seruandam natalium honestatem, ad te confugisse proponas, &c. & ex l. in concubinatu. ff. de concubinis. Et ex eo planè constat, quod licèt spurius aliàs succedat, matri. §. vulgò, inst. de succes. cogna. & §. nouissimè, Institu. ad Orphit. Fallit tamen si mater est illustris. l. si qua illustris. C. eo. tit. vbi huius rei redditur ratio in hæc verba: Quia in mulieribus ingenuis & illustribus, quibus castitatis obseruatio præcipuum debitum est, nominari spurios satis iniuriosum sit, atque acerbum. Ex quo Alberi. & Raph. Fulgo. expressim no. maiorem castitatem exigi in nobilibus. Quod & Plautus apertè docet, dum facit Adelphasiam mulierem ita sororem suam alloquentem, in Pœnulo,

In nobilibus maior castitatis obseruatio.

Et summus gnata genere, vt deceat à culpa esse nos
Castas.

In nobili testatore filius naturalis non facit deficere conditionẽ.

13 ¶ Ex eo quoq; quod scribitur in l. ex facto. §. si quis rogatus, le. 1. iuncta glo. in verbo, ex voluntate, in prin. ff. ad Trebel. quòd ex dignitate & conditione eius qui reliquit fideicommissum sub cõditione, si rogatus decesserit sine liberis, statuendũ est an naturalis filius faciat deficere huiusmodi conditionem, nécne: vt si sit nobilis, non faciat deficere: si ignobilis, faciat. quia, vt dicunt ibi omnes Doc. magis ignominiosum est nobili habere successorem, ex illegitimo concubitu, quàm aliis, at. d. l. si qua illustris.

Nec in nobilibus rogatis.

14 ¶ Quinetiã dicit glo. in d. §. si quis rogatus, inspiciendam quoque dignitatem esse eius, qui rogatus est, vt videlicet si sit nobilis, nõ faciat ipsius filius naturalis deficere conditionẽ. Quasi semper videatur nobilis sine liberis decessisse, qui naturales tantum reliquit. Quam etiam in hoc sequun

hoc sequuntur Angel.Imo.Pau.Ca.& Alex.ibi. Et est similis propemodum gl.in l. generaliter.§.cùm autem.& ibi Sal.C.de instit.& substit.& voluit etiam Alex. con. 2. visis codicillis, col.3.vers.11.li. .& con.60.visa legitimatione,col.2.li.2.& Bened.Capra,con. 132.& ii viso.

15 ¶Sed & multi maximi nominis voluerunt etiam legitimatum non excludere substitutum, cùm testator est nobilis, Neque enim de huiusmodi præsumitur nobilis sensisse,per d.§.si quis rogatus Ita voluit Bal.con. 203.punctus quidam substituit,lib.5.quod repetitur consi.463.eo.li.5.Ange.in sua disputa.incip.nobilis quidam genere,in 2.dubio.Ant.in c.per venerabilẽ,post medium,vers.alius est effectus,quia si patri,qui filii sunt legi.& Alex.d.con.2.lib.1.& con.25. circa primum dubium,col.2.versi.& tantò magis,eo.lib.1.& con.67.consideratis, col. 4. vers. fortificantur prædicta,eo. lib.1.& con.94.consideratis,col.2.vers.quintò quia etiam dato,eo. lib.1.& cõ.87.visis codicillis,col.2.vers.& ex istis,lib. 2.& con.172.visis duobus.in 2.dubio,lib. 7.Soci.in l.Gallus.§.si eius,col.2.vers.secundus casus.ff.de libe.& postbu. & con.63.visis testamento,col.11.vers.confirmatur ista opinio,lib.3.Philip Deci.con.286.viso puncto, col. 5. vers. secundò communis op Carol.Rui.con.27.visis,col.3.nu.6.li.1.& con.36.in caussa feudali,col. 3.nu.7.eo.lib.1.& con.178.subtiliter,col.vlt.lib.2.& Steph.Bertran.con.169.existimo,in fi.li.2. De quo tamen vide ipsum Rui.con.161.viso themate, col.10.num.23.lib.2.

Nec legitimatus quidem.

16 ¶Dicúntque Ang.& Ant.vbi suprà,& in locis citatis in præcedenti versiculo, hanc esse rationem,quare etiam legitimati non succedunt in feudo,vt scribitur in c.naturalis,tit. si de feud. fue.cont.inter do.& ag.quia videlicet nõ est verisimile nobilem,qui feudũ cõcessit, de huiusmodi prole sensisse. Quod etiam voluit ipse Alex.d.con.67.col.4.versi.hinc dicit etiam, lib.1. & d.con.94.vbi suprà eo.li.1.Caro.Rui.con.7.quæritur,co.10.nu.33.lib.1.& con.69.diligenti, col.9.nu.20.& seq.lib.3.& con.77.viso.col.2.nu.5.& iterum nu.7.eo.lib.3.

Quare legitimati nõ succedunt in feudo.

17 ¶ Nam & quod huic simile est, Bal.in c.quæ in ecclesiarum,col. pen. vers. dubitatur. extrà de consti.dicit,quòd etiam legit.matus non succedit in emphyteusi ecclesiastica,quia cùm ecclesia sit nobilis.non intelligitur sensisse de his filiis,per no.in d.§.si quis rogatus. Et idem propè dicit idem Bal.in d.l.generaliter.§.cùm autem,versi.scias etiam. C.de instit. & sub. cum aliis multis concor.adductis ab Alex.consi.60.visa legitimatione,col. 2.versic. sed maior, libr. 2. & Caro.Rui.con.158.primò.videndum,col.2. nume.5.lib. 1.& d.con.178. lib. 2.& con.105.reuocatur,colum.2.nume.6.lib.3.De quo tamen eundem vide con.164.visa,eo. libr. 1. & consi. 211. prima per totum,eo. lib.1.

Nec in emphyteusi ecclesiastica.

18 ¶Sed & quod plus est, Si quis sit expresśim legitimatus ad feuda,quod fieri potest,vt no.in d. c.naturales. Tamen nõ intelligitur legitimat⁹,ad feu.nobilia siue dignitatis,vt & ex hoc intelligas,quantũ nobilitas abhorreat ab impudicitia.Ita enĩ voluit Bal.in l.eam quam,col.antepe. vers.quæro vtrùm legitimatus.& ibi Alex.siue is sit Barb.in addi.C.de fideic.& sequitur Pet. Anc.nominatim loquens de feudis nobilibus,con.308.prima facie,col.2.versic.tertiò monet.

Legitimatus ad feuda non obtinet feuda nobilia.

19 ¶Et eadem quoque ratione Ang.con.366.cuius initium est,quidam Ioannes de Camarino, consuluit in huiusmodi specie. Quispiam testator reliquerat filium suum hæredem, & si decederet sine filiis masculis superstitibus filiabus,aut filia,cuilibet earũ legatum quoppiam reliquerat.decesserat filius institutus nullis relictis liberis masculis,sed tãtùm filia naturali.Ea, inquit,admittitur ad legatum,nisi testator ille fuisset nobilis,quem ob id naturalis proles vituperat & deturpat,per d.l.si qua illustris.

Filia naturalis nobilis non admittitur ad legatum.

20 ¶Et ex his quoque fit,vt plerunque in priuilegiis Comitum Palatinorum,& aliorum quibus conceditur facultas legitimandi filios bastardos,solent excipi filij nobilium,vt retulit Cepol. in tract.de imper.milit.delig.in 10.priuilegio nobilitatis,& ante eum Pau.Ca.con.22.visis omnibus,colum.2.versi.posset etiam,lib.2.vbi huius rei rationem esse dicit, quia maius est dedecus nobilibus habere huiusmodi filios,quàm cæteris. Imò verò etiam si non excipiuntur ij filij bastardi nobilium,tamen Comes Palatinus legitimare nõ poterit, nisi id expresśe sit permissum,vt voluit Alcia.loquens tamen de filiis Baronum,in l.2.in prin.co.antepe.versi.sextò pro hac op.ff.de verbo.obliga.allegans Hosti Ioan.And.& Anto.in ca.vlt.de fili.presby. vbi tamen hoc non dicunt.sed aliud quod huic loco bene conuenit,scilicet quòd si Papa dispenset cum genito ex coniugato & soluta,aut econtrariò,non valet huiusmodi dispensatio,si coniugata sit nobilis,nisi hoc fuisset expressum:quia si expresśisset,difficiliùs impetrasset,ar.d.l.si qua illustris,quos sequitur Alex.in addi.Bal.in d.l.si qua illustris.& Fely.in c.postulasti, col. 5.versic.adde etiam,de rescript.Sed idem quod Alcia.vbi suprà voluit Alexand. quem tamen ipse non citat,con.62.assumam,col.3.ver.accedit,li. .per d.l.si qua illustris.& Alber.Bru.con. 15.visa legitimatione,colum.2.& ante hos omnes Pet.Anc.à nullo horum memoratus, consi. 320.primum dubium,col.vlt.

In priuilegiis nobilitandi excipiuntur filij nobiliũ. Sed & censentur excepti, etiam si non dicatur.

Nobilitas in dispensatione matrimonij exprimẽda

21 ¶Súntque qui ad hanc impudicitiæ detestationem,in nobilibus referunt quod scribitur in l. miles ita.§.mulier.ff.de milit.testa.vbi mulier in quam turpis suspicio cadere potest. ex testamento militis aliquid capere non potest. Cui consonat, text. in l.mulierem. ff.de his quib. vt indig.& in l.2.C.de donat.inter vir.& vxor.Sed illud,nisi admodum fallor,non fit ob nobilitatẽ,cùm militia non sit nobilitas,vt plenè ostendimus suprà c.8. sed ob id quia milites maximè à libidine

Milites quare concubinis donare non possunt.

à libidine alienos esse oporteat, ne viribus eneruentur, vt etiam docuimus in nostris legibus connubialibus, in l.15.nu.17. idem è nostris.

22 ¶ Sed vtcunq; sit de ea re, ex his quæ diximus, magis miror nostros Imperatores & Iurisconsultos, alioquin castitatis amatores eximios, acerrimósque libidinum castigatores, in hac re, vt plerique volunt, nobilibus pepercisse, magis quàm plebeiis, cùm illos sanxerunt in adulterio deprehensos, non licere maritis interimere, hos licere. Ita enim plerique intelligunt. l. marito. ff. ad leg. Iul. de adulte. & l. Gracchus. C. eo. tit. Sed certè illi text. id non dicunt, vt ex illis videre quisque poterit.

An magis parcendum sit nobilibus in adulterio uxoris deprehensis.

25 ¶ Adde & tu aliud nobilium peculiare vitium, quod ij leuissima quoque occasione offendûtur, in iram concitantur & conuicia. Et quod multò deterius est, licèt id prorsus videantur & profiteantur se ignoscere, tamen sunt in futurum iræ tenacissimi, & in vindictam, si occasio sese obtulerit, pronissimi. Nam sic Homerus lib. 1. Iliados inducit Calchantem dicentem de Agamemnone, Regis iras sic se habere, vt etiam si ad præsens ignoscere videatur, stimulos iracundiæ ad futurum in imis pectoribus reseruet. huius carmen ita habet,

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ:
Ἤπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ
Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι.

Sic & apud Virgilium lib. 12. Aeneid. inducitur Iuno alloquens Iouem de Aenea & Troianis

Et nunc cedo equidem, pugnásque exosa relinquo.

Tanquam illis omnem offensioné concederet. Et Tamen non multò pòst ab ipso Ioue quippiam petit, quòd grauiter illis obesset. Ex quo & ipse Iupiter illi hæc respondit.

Es germana Iouis Saturnique altera proles,
Irarum tantos voluis sub pectore fluctus?

Quasi scilicet iræ durarent, tametsi antè dixisset eas se remittere. Ideóque Seruius ibi, Scimus, inquit, vnumquemq; pro generis qualitate in iram moueri. Nobiles enim etsi ad præsens videatur ignoscere, tamen in posterû iram seruant, in ídque citat illum Homeri locum suprà à nobis citatû. Et huc quoque spectat illud eiusdem Virgilij lib. 1. Aeneid. de ira eiusdé Iunonis.

—Manet alta mente repostum
Iudicium Paridis.

Sed tamen nihil est quod magis deceat nobiles quàm clementia & placabilitas, vt dicam postea in 37. c. nu. 127. incip. quò quis nobilior est, & seq.

Quibus modis amittatur nobilitas, & primùm an per infamiam, & vitæ turpitudinem, Et quomodo. CAP. XXIIII.

1 NObilitas autem multis modis amittitur, vt verum appareat, quod scribit Tullius lib. 1 Officiorum. Nobilitates, vt cætera huiusmodi in casu sita, temporibus gubernari. Primò igitur deperditur per infamiam, & vitæ turpitudinem, atque scelera, per text. in l. si qua, ibi, honestæ nobilísque personæ decore priuetur C. de secun. nup. & ibi Bald. not. reddítque rationem ex ipso text. quia nulla sine honestate potest esse nobilitas. Et text. etiam. in leg. j. C. vbi Sena. vel Claris. vbi hæc verba in fin. adscribuntur. Omnem enim huiusmodi honorem reatus excludit. & in l. Senatoris filia, vbi hoc expressè no. Bal. ff. de rit nupt. & per text. in l. 2. & l. iudices, & l. quoties, in illis verbis, illustri dignitate per suum facinus priuatos. C. de digni. lib. 12. & in c. 1. & ibi gl. & doc. extrà de purga. cano. & in c. nobilis. 2. q. 5. vbi nobilis homo vel ingenuus si in furto, aut periurio, aut falso testimonio fuerit deprehensus, feruenti aqua, vel cãdenti ferro se purgare debet, ac si non esset ingenuus, aut nobilis: quasi scilicet suis sceleribus nobilitatis priuilegium amiserit.

Nobilitas an per infamiam & scelera amittatur.

2 ¶ Et voluit etiam Bart. in l. j. col. 4. versic. præterea posito, & col. seq. in duobus locis, & iterum col. 7. versi. examinemus, & ibi quoque Ioan. Plat. col. 2. C. de digni. li. 2. & Bald. in l. cum antiquioribus, in princ. 8. q. C. de iur. delib. vbi ex hoc dicit, mulieré quæ in suum corpus peccat, perdere nobilitatem, & Saly. in l. prouidendum. C. de postul. vbi dicit, quod nobilis ex genere nô debet dici nobilis, nisi bonis moribus polleat. & Lucas Pen in l. mulieres. col. 5. vers. vlt. no. C. de digni. lib. 12. Calca. con. 8. in caussa pendente, col. 7. vers. & ex supradictis. Ioan. Ray. in tracta. nobilitatis. in 6. q. princ. in prin. Barb. in extrauag. volentes, in verbo, nobilis. Anto. Corse. in repe. c. grandi, col. 13. de supl. negli. præla. lib. 6. Matthæ. Afflic. in c. vlt. col. vlt. num. 1:6. tit. quib. mod. feud. amitt. & in c. 1 colum. 3. nume. 25. tit. an ille qui inter frat. domi. & in constitutione Siciliæ, incip. multæ leges, ante fi. & in constitutione, vt dignitatum, col. 2. & rursum in constitutione, qui literas, col. 2. in 5. q. Cui concinit quod scribit Bald. in c. sedes. col. 1. vers. ibi minores, de rescript. quòd insignis persona delinquendo fit vilis. Quibus adde quę suprà diximus. c. 21. nu. 2. sed vis audire. Quanquam aliter sensisse videtur Valerius Maximus, lib. 6. ca. 4. quo loco de Scipione Aemiliano loquitur, vbi scribit Mumium. vt nobilem, ita eneruis vitæ, quasi diceret, Mumium ipsum ob vicia nobilitatem non amisisse.

Ad idem.

¶ Sed si

3 ¶ Sed si sequamur nostrorum sententiam, eam quidem ita amplia, vt nobilis ipse qui per infamiam, & vitę turpitudinem nobilitatem amisit, eandem non recuperet, si relicta turpi vita, bonis se moribus omnino deuoueat, nisi per principem restituatur, vt expresse in hoc casu voluit Barto. in d. l. j. col. 5. versi. quarta opinio fuit. C. de dignit. libr. 12. per l. imperialis. C. de nup. & idem voluit Io. Ray. in d. 6. q. prin. in fin. vbi & ad hoc allegat l. j. C. de sen. pas. & quod not. in §. communi autem, Instit. quib. mo. ius patr. pot. sol. & vide quæ dicam infrà, ca. 27. nu. 5. hæc quidem intellige vt perdat, & seq.

Quid si redeat ad bonos mores.

4 ¶ Amplia 2. vt non solùm quis perdat nobilitatē ex infamia & sceleribus, sed & liberi quoq; eius non debent reputari nobiles, vt no. Ioan. Fab. in l. diuo Marco, per illum tex. C. de Decur. Subdit tamen esse ar. contrà, in l. quia perinde. ff. ad Trebel. & in l. si necem. §. si deportatus. ff. de bo. libe. Ideo aut videtur hanc postremam partem sequi Ioan. Fab. vt aliàs semper videtur facere nostri Doc. secundùm gl. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. cum si. Aut certè dubitare videtur, vtra potiùs sententia sequenda sit. Tamen si coniecturis locus sit, in id potest videri inclinare, vt videlicet antè nati non desinant esse nobiles: posteà autem nati non sint nobiles, per iura quæ antè ipsemet allegauerat. Sed tu hîc vide quæ dicam infr. in 35. capite, per totum, & in tractatu de iure Primigeniorum in 23. quæst.

Quid de eorum liberis.

5 ¶ Sed hoc etiam quod dictum est, per infamiam amitti nobilitatem, duobus modis intelligēdum. Primo quidem modo, vt non continuò quis desinat esse nobilis ob infamiam, vel delictum, vt apertè probat tex. eos nobiles vocans, qui iam grauissima delicta perpetrarāt, in cle. grauis, in princ. vbi & hoc no. Cardi. Flor. de sent. excom. Et licet etiam liquidò colligere ex iis quæ iura statuunt, mitiùs puniendos esse nobiles sceleratos, quàm ignobiles, vt diximus sup. cap. 20. nu. 103. nobiles vt & alij. Sed hoc ita intelligi debet, vt perdant huiusmodi nobiles per infamiam & vitæ turpitudinē priuilegia nobilitatis, vt declarat Lucas Pen. in l. mulieres, col. 5. C. de dignita. lib. 12. per iura quæ ibi allegat. Licèt huic interpretamento obstet quod iam diximus, mitiùs puniri nobiles, cùm & hi gaudeant priuilegio nobilitatis, videlicet cùm agitur de pœna, nisi dixeris leges in eo casu, vlteriùs progredi, secus in aliis casibus.

Nobilitas non perditur ob infamiam, sed ipsius priuilegia.

6 ¶ Intellige secundò, vt non procedat in nobilitate, quam quis habet ex consequentia rei hæreditariæ siue propriæ, verbi gratia, Comes per solam infamiam non perdit comitatum, nec nobilitatem, siue dignitatem, quam habet ex ipso comitatu. Ita expressè voluit Bal. in l. j. col. 2. vers. pone ergo quædam mulier. C. de secun. nup. Nam retinetur, inquit, aliquid in consequentiam, quod non principaliter, ar. l. si is qui duos. ff. de lib. leg.

Quid in nobilitate quæ competit ratione rei.

7 ¶ Intellige tertiò, vt licèt hoc casu nobiles perdant priuilegia nobilitatis, nihilò tamen secius tenentur subire onera ipsius, quatenus separabilia sunt, ex sententia Bart. in d. l. col. pen. versi. ex quo infero. C. de dignit. lib. 12. Nam pœna inquit, non debet esse causa præmij. l. siue hæreditaria. ff. de nego. gest. & l si quis solidum. ff de hæred. instit. Et id dicit expressum, in l. relegatorum. §. vlt. & l. seq. ff. de interd. & releg. & in l. j. C. de infa. lib. 12. quo in loco ipse Bar. dicit per eũ tex. q si aliquis sit condemnatus de falso, ex quo perdat nobilitatem, non tamen desinit esse nobilis, quantùm ad ea in quibus nobiles magis grauātur, quàm ignobiles. & illud sequitur ibi Angel. & Ioan. Plat. in fi. & Ro. in l. si exhæredatus. §. sub Diuo. ff. de S. C. Sylla. vbi id sing. dicit & Angel. Are. in tracta. malefi. in verbo, Sempronium, col. vlt. Barb. Fely. & Philip. Deci. in cap. intelleximus, de iud. idē Barb. in l. generaliter, col. 10. versi. 19. ff. de verbo. obliga. & con. 91. eodémq; vlt. col. 1. lib. 3. & in repe. rub. de reb. alie. non ali. col. 4. versi. secundò limita & in tract. de præstan. Card. in 1. q. 1. p sttis. col. penult. & Calca. con. 76. primò est videndum, col. 4. versi item pro hoc facit. Stepha. Plied. in tract. de legum interpretatione, char. 19. versic. item si nobilis sit priuatus, & Bened. in repe. c. Raynutius in verbo, si absque liberis moreretur le. 2. num. 213. & Corse in c. cum inter, char. 2. de except. & repe. c. grandi, col. rr. de supl. negli. præla. lib. 6. & Iason in rub. de iustit. & iure, col. vlti. versi. quintò facit, & in auth. hoc amplius, col. 3. versi. limita. C. de fideicommis. Fely. in c. dilectus, l. 2. col. 2. in 4. conclusi. de rescrip. Frā. Rip. in repe. l. vl. in 50. quæst. C. de reuo. donat. & Ferdi. Loazes, in repe. §. diui. l. filiusfam. ff. de lega. 1. in char. 19. in prima limitatione versic. hinc dicebat Bar.

An nobiles qui sceleribus nobilitatē amiserunt sint immunes ab oneribus nobilitatis.

8 ¶ Et ad hoc est optimus text. in d. l. j. C. de infa. statuens infames, licèt honoribus priuentur, nō habere vacationem, nec curialium, nec ciuilium munerum, de quo est & similis text. in l. nec infames. C. de decuri. libro decimo, in hæc verba, Nec infames immunitatē habere (cùm hoc priuilegij, non notæ sit) conuenit, & in l. 1. C. de his qui non implet. stipend. eōd. lib. 10. & alij concord. adducti, per gloss. in. d. l. relegatorum. §. vlti. & l. seq. Quibus adde tex. in l. actione. §. item qui societatem. ff. pro socio, vbi est tex. elegans in hæc verba. qui societatem in tempus coïerit, ante tempus renunciando, socium à se non se à socio liberat. Itaque si quid compendij posteà factum erit, eius partem non feret. At si dispendij, æquè præstabit portionē. Et in l. 2. §. nemo exuitur. ff. de cap. dimi. vbi nemo delictis exuitur capitis diminutione: & ibi gl. ex eo tex. no. id quod in pœnam statutum est, non debere conuerti in præmium, & allegat alios tex. Sed quibus addes tex. in c. & si necesse, in fi. ex. de donati. inter virum & vxorem, vbi scribitur, Ne autem ad commodum ei cedat, quod debet in pœnam eius potiùs retorqueri. Et tex. in d. cap.

Ad idem.

Excommunicatus cōueniri potest.

ind 2

intelleximus,

Et in ipsius damnum agere cogitur. *Et ipsius gesta valent in sui praeiudicium.*

intelleximus, de iudi. vbi qui propter excommunicationem non potest agere in iudicio, tamē potest conueniri. Imo etiam cogitur agere in ipsius damnum, vt no. Inn. in c. exceptionem de excep. & Bal. in l. nulla, ante fi. ff. de legi. Imol. in c. significauerunt, de exceptio. Ioan. Ana. in c. dura, de crimi. fal. Quibus astipulatur tex. in c. pro illorum, iuncta gl. pe. de praeb. vbi valent gesta ab eodem in sui praeiudicium, & dicit glos. in c. presbyterum, in fi. 28. di. illum non excusari à dicendis priuatim horis, vt etiam tenet Host. in summa tit. de cleri. excommuni.

9 ¶ Et hinc occasione sumpta Pet. Anc. in dicto ca. intelleximus, de iudi. limitat d. authen. hoc ampliùs. C. de fideicommis. vt procedat quatenus haereditas vtilis est haeredi negligenti: secus si onerosa, quod singu. reputat Iason, in d. authen hoc ampliùs, col. penul. Et id dicit mirabile, & non tactum à legistis, in d. authen. hoc ampliùs Barba. in d. rub. de reb. eccle. non ali. vbi suprà.

Excommunicatus tenetur iurare de calumnia.

10 ¶ Et quod dicit glo. in c. 2. in glo. pe. in fi. de confes. lib. 6. quòd contumax in respondendo habetur pro confesso, in eo duntaxat, quod tendit in eius damnum. Et alia gl. in c. paruuli, & ibi Archi. 22. q. 5. quòd periurus, qui priuatur facultate iurandi, per illum tex. iurabit tamen, vbi est iuramentum oneris, sicuti iuramentum calumniae, & iuramentum fidelitatis, de quo est bonus tex. quem non allegant, in c. cùm in ecclesiis, extrà de maio. & obedien. & ibi Ioan. An. Panor. & alij, & etiam Io. Lig. & Pan. in d. c. intelleximus, de iudi. Et est illi affinis gl. in c. cùm inter, de except. quae dicit, quòd excommunicatus, qui aliâs non admittitur ad iuramentum, tenetur tamen iurare de calumnia, cùm hoc sit iuramentum oneris.

Qui sua culpa priuatur officiis non intelligitur de oneresis.

11 ¶ Et quod voluerunt Dy. Bal. Ang. Imol. Rom. & alij recentiores in d. l. si quis solidum ff. de haere. inst. quòd si ex forma statuti non possint Guelphi habere officia in ciuitate, debet intelligi, si officia sint honorifica: secus, si vilia & damnosa. Et est etiam ibi bonus tex. quem reputant singu. ipsi Bal. Ang. & ferè omnes ibi, & Bal. in l. eam quam, col. pen. C. de fideicommis. Et quod voluit Bar. in l. tutelas. §. item, per illum text. ff. de cap. dimi. quòd bannitus perdit iura ciuitatis in iis solùm quae tendunt ad ipsius commodū, non item ad suum incommodum. Id quod etiam voluit idem Barto. in sua disput. incip. Lucana ciuitatis, in sol. co. 3. versi. restat videre: & Bal. & recentiores, in l. j. C. de haered. instit. Nellus de sancto Gemi. in tracta. bannitorum, in prima parte 2. temporis, in 5. q. Soci. con. 58. visis priuilegiis, col. 4. versi. circa secundā dubitationem, lib. 1. Cepol. con. cautarum criminalium 76. visis statutis, col. 2. in prin. Et faciunt no. per Bar. in l. inter quos. §. damni. ff. de dam. inf. & concor. ibi adduct. in addi.

Vsurarius censetur mercator quò ad onera.

12 ¶ Et quod consuluit Bal. con. 230. in quaestione domini Milani, col. pen. versi. subsequenter fui interrogatus, lib. 1. repetito con. 382. lib. 5. quòd si statutum disponat, mercatorem vsurarium non haberi pro mercatore, non intelligitur quò ad onera, quibus subsunt mercatores, quem sequitur loco tamen perperam relato, Ioan. Bap. Sanseueri. in repe. l. omnes populi, char. 6. ff. de iust. & iure. Et quod dicit idem Bal. in l. cum proponas, la 2. C. de pac. quòd clausula, rato manente pacto, non prodest ei qui fregit pactum, sed alteri tantùm: & Cardi. *Flor.* in cle. 1. in prin. col. 3. ver. Septimò opp. de regula. vbi dicit, quòd priuatus loco & capitulo, nō est priuatus, quòd ad onera, ar. ca. reprahensibilis, in fi. ibi, capituli disciplinam, de appella. Quibus & illud addere potes, quod à Velleio Paterculo scriptum est, lib. 2. Romanae historiae, in Syllana proscriptione, illud adiectum fuisse, vt filij proscriptorum petendorū honorū iure prohiberentur simúlq; Senatorum filij ordinis iura perderent, onera tamen sustinerēt.

13 ¶ Ex quibus satis probatum est nobiles, qui propter infamiam perdunt nobilitatis priuilegia, non tamen ob id ab iis esse immunes, in quibus nobilium deterior est conditio, quàm ignobilium, ex quibus nonnulla videre poteris in vnum corpus collecta per Lucam Pen. in l. mulieres, co. pen. & vlti. de digni. lib. 12. & alia multa à nobis spasim scripta infrà. capite omnium postremo, quo miscellanea, ac confusanea ponemus. An autem si pater ob crimina priuatus sit nobilitate, id praeiudicet filiorum eius nobilitati, intelliges ex his quae dicemus infrà in 35. cap.

An nobilitas perdatur ob paupertatem. CAP. XXV.

Qui nobilitatē paupertate amittidicūt.

1 NObilitas item propter paupertatem perditur, vt videtur voluisse Bart. in l. 4 in fi. & ibi Ioan. Plat. col. 1. C. de digni. lib. 12. Et sequitur Cepol. in d. tracta. nobilitatis, co. 7. versi. & ideò si quis ad paupertatem deuenerit. Et hoc ipsius Bar. testimonio asserit Soci. consi. 246. eleganter & subtiliter, col. 2. versi. prima ratio, lib. 2. quod & repetitur inter con. Fran. Cur. senioris, con. 18. Matth. Afflic. in constit. Siciliae, incip. intentionis. col. 9. in 6. no. & D. Benedic. in repe. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, numero 966. de testa.

Ad idem

2 ¶ Quibus concinit Senarius ille Graecus Menandri, vt nonnulli existimant,

Πενία δ' ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ.

Inopia & generosos facit ignobiles. vel ad verbum, Paupertas autem vilem siue inglorium etiam nobilem facit. Illáque Euripidis sententia in Electra,

λαμπροὶ γὰρ ἐς γένος γε, χρημάτων δὲ δὴ

πένητες. ἔνθεν ηὑγένει' ἀπόλλυται.

Clari enim natalibus, opum vero iam
Indigni, vnde generis splendor perit. Et eiusdem apud Stobæum, Ser. 89.
Κρ οὐδ' εἶ ὅτι χ' οἱ μὲν ὠφελοῦς βροτῶν
Πένητες ὄντες, οὐδ' ἐν ἡμῖν χαίρεν· ὅτι; Quam ita vertit Conradus Gesnerus.
Scis ne quod nobiles quidem mortalium
Dum pauperes sunt, non amplius clari existant?

3 ¶ Et quod Imperator, in l. 2. C. quando & quib. quart. pars. lib. 10. appellat paupertatis vilitatem, veluti paupertas ipsa vilis sit & ignobilis, nam idem vilitas & ignobilitas, vt diximus. c. 2. nu. 59. Et quod Claudius Cæsar, apud Suetonium in vita illius, oratione laudauit, qui ob angustias familiares ordine Senatorio sponte cederent, mouítque qui remanendo impudentiam paupertati adiicerent. Quódque Virgilius lib. 6. Aeneidos egestatem turpem peculiari epitaphio vocauit, tanquam ea turpes efficiat homines, *Ad idem.*

Et metus, & male suada fames, & turpis egestas.

Quibus etiam adstipulatur eorum sententia, qui dicunt diuitias esse nobilitatem, aut certè nobilitatis parentem, vt suprà diximus, c. 3. Nam si ea causa desinit, ex qua quis erat nobilis, necesse est, vt iam non sit nobilis.

4 ¶ Huc quoque spectat quod sæpius à Barb. scriptum est, non esse nobilem, nisi qui hæc tria copulatim habuerit, genus nobile, honores, & diuitias, per tex. hæc tria commemorantem, in l. nobiliores. C. de commer. & merca. Ita voluit ipse Barb. cons. 35. sapienter scribitur, col. j. lib. 2. & con. 35. præclarè scripsit Psalmista, col. 4. eod. lib. 2. vbi facit illum tex. ad hoc sing. & in con. 57. præclarè scribitur, col. 4. eod. lib. 4. vbi illum dicit literis aureis scribendum, & in extrauag. volentes, in verbo, nobiles. Et hoc quoque ante illum voluit Bar. Brix. in suo indice, in verbo, nobilis. *Ad idem.*

5 ¶ Aduerte tamen, quia non verum est quod propter paupertatem perdatur nobilitas, etiam ex Bar. sententia, in d. l. j. col. 3. de dignit. vbi dicit quod diuitiæ non possunt dare, nec paupertas auferre nobilitatem, sicuti etiam expresse voluit Ioan. Blan. in sum. feud. tit. quib. mod. feud. amit. §. erunt etiam, in 21. quæstione, & Ioan. Rayn. in c. 1. §. firmiter, char. 10. in paruis, vers. quæro quid de sumptibus, tit. de prohi. feud. alie. per Fed. & in suo tract. nobilitatis, col. 5. ad hoc allegans l. humilem. C. de incæst. nup. vbi in eam rem est tex. optimus, in quo cauetur, humilem & abiectam fœminam, non eam esse, quæ licet pauper sit, ab ingenuis tamen parētibus nata est. Ideóque licere Senatoribus ita natas, quamuis pauperes in matrimonium sibi accipere: nullámque in hac re, inter egenos & opulentos esse differentiam. Ex quo not. Bald. ibi, in vtraque lect. quod paupertas non reddit vilem, sed origo & mali mores. Id quod etiam inibi annotarat Pet. à Bel. Pert. vbi & illud dicit præterea, quòd pauper potest esse nobilis; & Cal. con. 8. in causa pendente, col. 7. vers. & ex supradictis. Et est optimus tex. id probans, quod suprà diximus ex ipso Pet. in c. significantibus, extrà de offi. deleg. & hoc quoque voluit Fel. in c. ad aures, col. j. extra de rescrip. & Matth. Afflic. in c. j. col. 6. vers. quid autem si nobilis, tit. quis dic. dux. Et satis id voluisse videntur gl. Host. & alij. quos allegaui suprà c. 20. num. 47. quod etiam procedit, vt ibi videre poteris. *Qui cōtra senserunt.*

6 ¶ Et huic quoque op. adstipulatur illud Plinij Iunioris, si is est, in lib. de viris illustribus, Marcus Aemilius Scaurus. nobilis, pauper, &c. vides enim vt iungit paupertatem cum nobilitate. Illúdque Cornelij Taciti lib. 5. Quo non aliud honorificentius Cottæ euenit, qui nobilis quidem, sed egens, &c. Et illud Euripidis apud Stobæum Ser. 86. *Ad idem.*

Ἡ τοῖς ἐν οἴκῳ χρήμασι λελείμμεθα,
Ἡ δ' εὐγένεια καὶ τὸ γενναῖον μένει.
Pecunia quidem domestica nos deficiunt,
Nobilitas autem, & generositas manent. Illud item eiusdem in Archelao.
Πένης γὰρ ὢν τις οὐκ ἀπόλλυσι τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον.
Quamuis pauper enim, non amittit tamen patris nobilitatem.

Et alia eiusdem sententia à nobis citata supra, c. 21. nu. 13. quibus item addes.

7 ¶ Præterea quis dicat regem tametsi pauperem, esse ignobilem, vt in significatione vulgari accipimus. Euander Arcadum rex Atlante Arcadico, Maia. & Mercurio satus, inops fuisse dicitur. nam eum res inopes, pauperem Senatum, & domum humilem habuisse scribit Virgilius lib. 8. Aeneidos, *Reges quidam paupe res non tamen igno biles.*

—Tum res inopes Euandrus habebat. Et paulo post,
Vna omnes iuuenum primi, paupérque Senatus. Iterúmque,
Euandrum ex humili tecto. Nec tamen Diis genitum, & regem ignobilem quis dixerit, nisi ea fortassis ratione, qua alibi regnum ignobile dictum est. vt & nos alibi diximus.

8 ¶ Nec huius rei dicit contrarium Bar. in d. l. j. in fi. tum quia non loquitur de iure communi, sed de consuetudine quarundam partium Italiæ. Tum quia non loquitur simpliciter de paupertate, sed & coniunctim de vilibus artibus, de quo postremo dicam posteà. Nec vera est eorum op. qui dixerunt diuitias esse nobilitatem, vt latè suprà ostendimus. nec ea quoque Brix. *Responsio ad contraria.*

& Barb. sententia requirentium originem natalium, honores, & diuitias ad nobilitatem. Cum tex. quo innituntur in dicta l. nobiliores, aperte contrarium ostendat, vt voluerunt Iac. Bu. & Bal. ibi, & latè Ant. Corf. in d. c. grandi, col. 6. Vide Bal. in l. si quis num. 5. vers. circa tertium. C. de epis. & cler.

Pauper nobilis ludibrio est.

9 ¶ Fateor tamen nobilitatem esse contemptui & ludibrio, vbi est paupertas. vt etiam asserit Iac. de S. Georg. in tract. de feud. char. 29. & Matth. Afflic. in constit. quamplurimum, col. 2. vers. quid autem si dominus ipse faciet. Et profecto nobilitas sine diuitiis admodum manca est & mutila. & vt dicit Bo. Cur. in suo tract. de nobilitate, col. 2. vers. tertius & vltimus: Sicut fides sine operibus mortua est, ita & nobilitas sine diuitiis. Nam si virtus ex Peripateticorum sententia indiget opum adminiculis: quid de nobilitate dicendum est, quæ longo interuallo virtute inferior est, omnium sententia?

Haud facile emergunt quorum virtutibus obstat
Res angusta domi. vt dicit Iuuenalis. Et vtilior est sapientia cum diuitiis, & magis prodest videntibus solem, vt scribitur Ecclesiastes 7.

Ad idem.

10 ¶ Et vt à Plauto scriptum est,
Præstat diuitem esse & popularem, quàm nobilem & mendicum.
Quod & nos alibi retulimus. Atque vt scribit Horatius Sermonum lib. 2. Sat. 5.
Et genus & virtus, nisi cum re, vilior alga est. Et Polynices apud Euripidem in Phœnissis.
Πένης γὰρ οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ.
Pauper enim nihil est nobilis vir.
Idem Euripides apud Antonium Monachum, Melissæ lib. 2. Ser. 79.
Οὐδὲν ἡ εὐγένεια πρὸς τὰ χρήματα.
Nihil generis nobilitas ad diuitias.
Seneca in lib. de remediis fortuitorum ad Galionem, Inuenies, inquit bonam vxorem, si nihil quæris, nisi bonam: dummodo ne imagines proauósque respexeris, nec patrimonium, cui iam ipsa nobilitas cessit. Et alia quoque multa in eam sententiam poteris videre suprà c. 3. quo dissero, an diuitiæ nobilitent.

Nobilitas an per ingressum religionis perdatur. Qui tenēt eam perdi.

An per ingressum religionis perdatur nobilitas. CAP. XXVI.

Delectus pœnarū non habet locum in monachis qui sunt ex genere nobili. Statuta successionū nobiliū non habent locum in monachis. Nobilitas monachorum non cōsideratur in beneficiis.

1 PRæterea amittitur nobilitas per ingressum religionis, vt per tex. in c. scripsit. 27. q. 2. in c. præsens. 20. q. 3. voluit gl. in c. ea quæ, quod est vlt. in verbo. personarum delectu, & ibi quoque Vinc. & Host. Goffr. in eodem verbo. Io. And. col. vlt. de stat. mo. vbi ex hoc dicunt, quod cum nobiles mitius puniantur, quàm ignobiles in pœna corporali, iste delectus pœnarum non habet locum in monachis, & alia gl. vulgo notior, in c. 1. de purg. cano. vbi Panorm. col. 2. vers. sed ex quo, dicit facere ad statuta de successionibus, & aliis id genus, quibus fit mentio de nobilibus, vt videlicet non comprehendant eos nobiles qui religionem ingressi sunt. sequitur etiam Albor. in suo dictionario, in verbo, nobilitas perditur. & ibi Io. Bap. Castel. in addi. Idem Panor. in c. dubium, le. 3. in 4. no. de elect. vbi & per hoc limitat iura quæ dicunt, habendam esse rationem nobilitatis in beneficiis, procedere in clericis secularibus, & non in religiosis. Philip. Fran. qui primam gl dicit not. in c. hac constitutione, quod est vlt. in prin. de offi. deleg. lib. 6. & Soc. inter con. Fran. Cur. senioris, cons. 40. cum in præsentiarū, col 4. vers. quarto etiam persona, & Fel. in c. super literis, col. 7. in 2. regula, de rescri. & in c. consultationibus. §. sanè, in fin. de offi. deleg. & in c. cum deputati, col. 3. de iud. & in c. inter dilectos, col. 2. vers. & ista limita, de fid. instr. & in c. cum quidam, col. 3. de iureiur. & Ias. in l. 2. col. 3. C. si contra ius vel vtil. pub. Lud. Bolo. in auth. ingressi. C. de sacro eccles. in primis interpretationibus, & ibi quoque Philip. Dec. col. 1. & idem quoque Decius, in c. cum adeo, col. 2. de rescri. vbi & illud postremum affirmat. & Matth. Afflic. in constitutione, intentionis, col. 9. in 6. no. & in c. 1. col 2. vers. secundo, tit. de mil. vas. qui arma bel. depo.

Ad idem. Statutum prohibens quippiam fieri à nobili, non comprehendit monachos.

2 ¶ Et huc proximè respicit, quod voluit Ange. cuius nullus istorum meminit, sicut nec ipse d. gl. suprà allegatæ, in §. si monachus, in fi. in auth. de sancti. epi. vbi dicitur, quod monachus perdit omnem honorem, & militiam secularem, cum habeatur pro mortuo. Quod facit, inquit, ad statutum prohibens, ne nobilis quippiam faciat, quia non obtinet in monacho nato ex nobili progenie, quoniam per monachatum extinguitur ea generis nobilitas.

Cōtra prædicta. Monachus desinit esse rex & Comes.

3 ¶ Sed aduerte, quod tex. in d. c. scripsit, & in d. c. præsens, non dicunt, nec ex iis potest colligi, nobilitatem generis amitti per ingressum religionis, sed tantum dignitates nobiles, qualis est regnum, ducatus, & comitatus, de quibus ea iura loquuntur. Ex quibus etiam no. gl. vtrobique, quòd quis desinit esse Rex & Comes, quamprimum efficitur monachus. Et ad hoc illam expendit & sequitur Bald. in l. Deo nobis, col. 4. vers. 4. not. C. de epi. & cler. & in l. data, col. 8. vers. & hoc in omni. C. qui accu. non pos. & in d. c. inter dilectos, & ibi quoque Fel. col. 2. de fid. instr. Alb. in l. qui indignus, in fin. ff. de Senator. & in d. auth. ingressi, col. pen. vers. item quid si Papa. C. de sacro. eccles. Ro. sing. 37. vtrum nobiles. Iac. Aluar. in c. 1. col. vlt. & ibi etiam Car. Alex. col. 2. tit. de mil. vasa. qui ar. bel. depo. Mart. Laud. in tract. de prin. c. 1. Bar. in

c. quia

c.quia nos,col.j.de testam.& cons.50.illud afferam,col.4.vers.7.facit.lib.3.

4 ¶ Nam & secundum eos tex.quibus dd.gl.innituntur,sunt ex intelligendæ,dum scilicet auctoritate eorum dicunt per monachatum amitti nobilitatem, id est,nobiles & regales dignitates.Nam dd.gl.& aliorum Doc.debent intelligi secundum rationes,& leges, quas allegat, vt voluit Io.An.in c.cum nuncius,col.2. de testib.& Bar.in l.non solum. §. liberationis. ff. de lib.lega. & in l. cum quidam, post medium.ff.de his quib.vt indig. & Sal.in l.si ex cautione, col.7.vers.quarto.2.C.de non num.pec.& Ro.cons.211.allegationes,col.vlt.vers.quod ad vltimum.Fran.Cur.senior,cons.60. dux Philippus,col.9.vers.2.respondemus,& cons.65.lectiola narratione,col.3.vers.præmissis tamen non obstantibus, cum si.

Dicta doc. intelligenda secundũ iura ab eis allegata.

5 ¶ Et vt ita quoque intelligam,me amplius mouet,quod dicit Bald.in c.cum in magistrũ.post medium, extra de elect. quod per monachatum non perditur nobilitas sanguinis siue generis.Id quod etiam voluit,nulla Bal.mentione facta,Rom.sing.37. verum nobilis, vbi &,hoc dicit determinasse dominos de Rota,cum esset quæstio de quadam impetratione beneficij,in qua impetrans monachus dixerat se nobilem, Ideóque dicebatur impetratio obreptitia propter qualitatem nobilitatis narratam,quę tamen aberat,cum per monachatum fuisset amissa,tamen fuit contrarium determinatum. Et quidem ea,vt dicit,præcipua ratione, quia nobilitas est quoddam ius sanguinis , quod est incommutabile.l.ius agnationis. ff. de pac. Propterea,inquit,Suitas,quod est ius sanguinis,non perditur per monachatum,per d.l.Deo nobis.C.de epi.& cler. Et si id demus,quod perderetur,tamen Papa non fuit deceptus ab impetrante,sed potius in iure errauit.Et eum sequitur Iason,in l.præscriptione col.2.in fi.vers. pro ista conclusione. C.si contra ius vel vti. pub. & Fel.in d.c. super literis,col.6.vers.similiter dicit,de rescrip.

Nobilitatem sanguinis non amitti monachatu.

6 ¶ Hoc quoque voluit Bar.in d.c.tua nos,col.1.de testa.& con.73.magnanimus,col.6.vers.præterea faciat,li.4.& in proœ.cle.in §.quoniam nulla, col. vlt.& in extraua. volentes,in verbo, nobiles.& Do. Bened.in repe. c.Raynucius,in verbo,& vxorem nomine Adelasiam,de testa. nu.210.& sunt religiosi.& Laurus à Palacijs in tract.statutorum fœminas repellentium,col. 15.vers immo non debet esse dubium.& Ant.Cors.in repe.c.grandi,col.10.de supl.negl.prel. lib.6.in tract.de pote.regia.in 29.q.col.vlt.quibus locis intelligit illas gl.dicẽtes nobilitatem perdi per monachatum , quantum videlicet ad Deum pertinet, cui omnes sunt æquales,per tex.in §.1.in auth.de monach.propterea nulla est apud eum dignitatis ratio , vti apud mundum,vt dicit gl.in l.j.in prin.in verbo,dignitatis.ff.de postul.

Ad idem.

Quantum ad Deum nobilitas perditur per monachatum.

7 ¶ Sed & illud dici potest,id procedere quantum ad ipsos monachos Deo dicatos,ne videlicet alter altero sit nobilior,aut superior,sed sint pares in omnibus,vt etiam declarat Philip. Dec. in c.cum omnes,in j.lec. col. pen. vers. sed aduertendum, de constit.Propterea diuus Hieronymus ad Celantiam,Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas,nec obscuriore quoque aut humiliore loco natas inferiores putes.Nescit religio nostra personas,nec conditiones hominum , vt scribitur Iob. 13. Siue nobiles fuerint filij terræ, siue ignobiles non intelliget. Quo in loco, vt id obiter dicam, non ita accipiuntur filij terræ,vti apud poëtas, & cæteros, vt videre poteris apud Angelum Politianum Miscel.centur.j.c.18.& Budæum in annotationibus.ff.in l.2.ff. de ori. iur. Erasmum Chil. 1. cent. 8.c.86.& Cælium Rhodiginum lib.antiquarũ lectionũ 3.c.8.& iterum li.20.c.28. Quibus addes Lactantiũ ab illis non memoratum, lib. .c. 1.quo loco de Saturno loquitur,ex Minutij Felicis sententia.Eustathium in lib.j.Iliados Homeri,& Procopium lib. 4.de bello Vandalico,vbi declarat cur Antæus,qui cum Hercule in palæstra congressus est , dictus sit terræ filius. Et Plutarchum in vita de fortuna Ro. vbi de Aemilio Scauro loquitur.

Et quantũ ad ipsos monachos inuicem.

Terræ filij.

8 ¶ Et sane monachus non perdit iura sanguinis,vt etiam dicit Lapus alleg. 109. in q. proposita,& alleg.seq.& Panor.in c. quia nos,de test.& in c.2. ante fi.de postul. Et ideo iure sanguinis succedit vt est tex.in c.vnico.18.q.1.c.vlt.19.q.3.& in l.Deo nobis. C.de epis. & cler. & voluit gl.in d.c.præsens,in verbo,locum.20.q.3. Lapus vt suprà,& latè Panor.cons.27. dubium super quo lib.1.& alibi etiam diximus.

Monachus non perdit iura sanguinis.

9 ¶ Adeo vt etiam iure suitatis potiatur, vt iam diximus ex Ro.sententia.d.sing.37.& præterea voluit Bar.in auth.si qua mulier,col.j.vers.an autem minuatur.C.de sacro. eccles. Bald. in l. cum adoptiuus,ante fi.C.de adop.& in l.sub conditione. & ibi quoque Ang. Paul. & Alex. ff.de lib.& posth.& in l.apud hostes,col.vlt. C. de suis & legit. & in l. nepotes, & ibi quoque Ang.ff.de his qui sunt sui vel ali.iur.& in l.si proponas,col.1.in addi. ff. de inof. testa. & cons. 183.factum proponitur tale,col. 2.lib.5. & cons.448.S.Franciscus,eod.lib.5. Paul.Ca.in repe. l.si filius,qui in potestate,in prima quæstione primi notab.ff.de lib.& posth.& cons.293. ego Paulus,col.vlt.lib.1.Pet.Anc.in c.de cætero,de testib.& ipse Roma. in l.1s potest, col. vlt. vers. hæc tamen dicta. ff.de acqui.hæred.& in l.j. col. 3. versic. hæc tamen conclusio.C.qui admit. Ang. Are.in §.emancipati,col.3.vers.3.fallit.Instit.de hæred.quę ab inte.defe.& omnium copiosissime Soc. in l. hæredes, col.27.vers. secunda quæstio.ff.de vulg.pupil.Steph.Bert.cons. 66.ponitur,ad fi.lib.3.& cons.116.quamuis,in prin. eod.lib.3.Et Ias.in l.qui se patris,col.3.C.

Nec iura suitatis.

vnde lib. vbi allegat multas concor. & iterum in l. gallus. §. si eius, col. 3. ff. de lib. & posth. & in patre furioso, col. pe. vers. intellige tamen. ff. de his qui sunt sui vel ali. iu. & Phil. Dec. in auth. ingressi, col. 2. vers. not. 1. C. de sacro. eccles. & D. Bened. in c. Raynutius, in verbo, si absque liberis, le. 2. nu. 88. de test. Et est bonus tex. in dicta l. Deo nobis. §. hoc etiam, vbi id no. Odof. Ia. But. Bald. col. 4. vers. ex prædictis conclude. Paul. Cast. & propè omnes. Quanquam contrarium tenuit Bal. sibi contrarius in l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de minor. in vtraque lect. Nec item perdit monachus originem. Bart. in l. 1. col. 2. vers. iuxta prædicta. ff. ad municip. Franc. Rip. lib. 1. respon. c. 4. num. 7.

An nobilitatem perdat qui vtitur vilibus artibus. CAP. XXVII.

Nobilitatē perdit qui viles artes exercet.

1 NObilitatem etiam perdit, qui vilibus & mechanicis artibus, & officiis vtitur per tex. in l. nobiliores, vbi & hoc not. Bal. C. de commer. & merc. & l. ne quis. C. de dig. lib. 12. & in §. 1. vers. sancimus, ibi, artifices ignobiles, in auth. de testib. & no. gl. in c. qui contra pacem. 24. q. 1. Bar. in l. 1. ad fi. & ibi Io. Plat. col. 1. C. de dig. lib. 12. Pan. in c. nonnulli, col. 2. de cler. non resid. Io. Rayn. in trac. de nobilitate, in 4. q. prin. Soc. cons. 146. eleganter & subtiliter, col. 2. ver. prima ratio, lib. 2. quod & repetitur inter cons. Fran. Cur. senioris, cons. 19. Fel. in c. super eo, le. 2. col. 2. vers. secunda qualitas, de testib. Cor. in repe. c. grandi, col. 12. de suppl. negl. prǽla. li. 6. Matth. Afflic. in c. 1. col. 6. vers. sed quid de nobil. tit. quis dica. dux. in constit. Siciliæ incip. intentionis, col. 9. in 6. no. & quos infrà citabimus, in c. 33. vbi de mercatura tractabimus.

Ad idem externorū testimonia.

2 ¶ Quibus adde quod scribit Herodotus ille parens historiæ in Euterpe, apud Aegyptios, Scythas, Persas, Lacedæmonios, Corinthios, & denique apud omnea fere nationes haberi pro ignobilibus eos, qui artificia discunt: eósque liberos generosiores, qui à manuariis operibus abstineant. Xenophon quoque in Oeconomico, Mechanicæ, inquit, omnino sunt abiectæ, ac iure à plerisque improbantur. Quippe quæ corpora exercentium atterant: tum adsidere homines, atque vmbratiles esse cogant. Nonnullæ verò ex iis totos dies igni incubare compellant: eneruatis deinde labore membris, necesse est & animos debilitari, ac quodam modo ægrotare, & cætera quæ sequuntur. Arist. lib. 3. Politicôn, c. 3. tradit in bene institutis ciuitatibus à ciuium consilio excludi τὰς βαναύσους, id est, vilium artium operatios. Et rursum lib. 6. eiusdem operis. c. 4. Opificum, ait, ac forensium & mercenariorum praua est vita, nullúmque virtutis opus, eorum quæ tractat multitudo. Et iterum lib. 8. c. 2. Itaque artes illæ quæcunque deterius disponunt corpus, & cuncta mercenaria exercitia sordida nuncupamus. Mētem enim occupatam & vilem reddunt. Cornelius Tacitus lib. 14. dolenter conqueritur, quod Nero tatus dedecus amoliri, si plures fœdasset, nobiliū familiarū posteros egestate venales in scenā deduxit. Quos, inquit, fato perfunctos, ne nominatim tradā, maioribus eorū tribuendū puto.

Ad idem. Græcorum lex. Hebræorū lex.

3 ¶ Philostratus author est in vitis sophistarum, lege fuisse prohibitum, ne quis vilis artifex, & vt ille loquitur, τῶν βαναύσων καὶ ἐπιτιδῶν ἐργατῶν, statuam in Olympiis habere posset. Quo argumento Theodorum Isocratis Rhetoris patrem, ostendit instrumenta musica non confecisse, cum ipsius statua in Olympiis conspiceretur. Apud Hebræos item huiusmodi legem fuisse, satis constat ex eo, quod scribitur Ecclesiastici 38. Ne pigmentarij, fusores, architecti, fabri, & figuli in ecclesiam transilirent, néve super cathedram iudicis sederent. Et vide quæ dicam infrà c. 34. nu. omnium postremo.

Nobiliter viuere quid dicatur.

4 ¶ Hinc autem fit, vt quod dicimus versari in sordidis artibus, apud nos vulgo appellemus, non nobiliter viuere, quia videlicet id faciens aliquis non viuit, vt nobilis debet viuere. Ideóque nec priuilegiis nobilitatis potitur, vt voluit etiam And. Iser. in constit. Siciliæ, vt dignitatum, post gl. ibi, atque etiam Matth. Afflic. ibi, in 1. no. dum eam constitutionem punientem manus amputatione popularem, qui nobilem verberauit, intelligunt procedere in nobili nobiliter viuente. Nam si non nobiliter viuat, non ea punitur popularis, qui illum verberauerit, per id quo in simili dicit gl. in l. pen. ff. ex quib. cau. maio.

Quid si nobilis desistat ab artibus sordidis.

5 ¶ Hæc quidem intellige, vt perdat priuilegia nobilitatis tantisper solum, dum in his artibus & officiis versatur. Nam si desistat, redeátque ad statum vitámque nobilium, eadem recuperat, vt no. voluit Masue. in tit. de tallijs seu collectis. §. item illi qui sunt nobilitate decorati, per tex. in l. ingenuum, cum sua gl. C. de ing. manu. & idem voluit Guid. Pap. dec. 196. nobiles, col. vlt. per tex. in cap. vlt. de vit. & hon. cler. & iterum dec. 217. omissa exordij narratione, col. 1. vers. ad secundum, vbi & ad hoc quoque allegat tex. in clem. prima. de vit. & hon. cler. Rursúmque dec. 391. quid autem de nobilibus, & Bart. Chasse. cons. 64. viso processu. col. pen. vers. sed dato.

De eadem re.

6 ¶ Verùm in Francia eo iure vtimur, vt qui huiusmodi artibus vsus est, obtineat à principe restitutionem, ne id sibi fraudi sit, quominus posthac vtatur iure nobilitatis. Et ita quoque de iure esse factitandum censuit Bar. in alio casu loquens, in d. l. 1. col. 4. vers. quarta op. fuit. C. de dign. quem suprà retuli differens per infamiam amitti nobilitatem. Et Io. Ray. in d. tract. nobil. in 6. q. prin. col. pe. vers. sed pone iuxta prædicta, vbi dicit, quòd si mulier nobilis nubit plebeio, propter quod amittit nobilitatem, vt dictum est, postea autem nubit nobili, ipsa ex

eo viro

eo viro nobili acquirit nobilitatem. vt etiam suprà dictum est, tamẽ non recuperat priorem, quam ex genere habebat: quia quod semel extinctum est, non reuiuiscit. l. quæ res. §. aream. ff. de solu. nisi interueniret principis restitutio, quæ plebicitatis maculam abstergat.

Quid si nõ per se, sed opera institorum.

7 ¶ Secundo procedit si ipse per se eas artes exerceat: secus si opera seruorum, aut institorum in ea re vtatur, vt ex eo patet, quod scribit Alber. in l. humilem. C. de incæst. nup. id quod ibi dicitur, tabernarium inter abiectas personas connumerari. procedere tum demum, si per se exerceat, non si per alios, per l. quæ adulterium, in prin. C. de adul. in illis verbis, an domina cauponæ, an ministra fuerit. Nam etiam (inquit) honestæ dominæ vinum vendi faciunt in taberna, nec ibi ministrant, nec assistunt: nec ideo eas dici viles. Et sequitur Alciat. in tract. præsumpt. regula j. præsumpt. 48. num. 10. & in lib. 2. de verbo. sign. char. 3. vers. sic cum verba, & in l. mercis. ff. de verb. oblig. ex quibus locis inuicem collatis, & aliis huiuscemodi facile intelliges illum tractatum esse eiusdem. & Pet. Rebuf. in interpret. auth. habita, in verbo, & à vilissimis sæpe hominibus. C. ne filius pro patre.

De eadem re.

8 ¶ Sed & ad hanc sententiam adfert Alc. tex. in cle. j. de vit. & hon. cler. dum illic prohibetur, ne clerici carnificum seu macellariorum, aut tabernariorum artem personaliter exerceãt. Ergo si per alium exerceant, non tenentur pœna illius c. vt dicit gl. ibi, in verbo, publicè & personaliter. quam sequuntur Ant. Pe. Anc. in 4. no. Car. Flo. in 5. no. & Imo. col. 3. Nam vt dicit Arch. in c. nulli. 44. di. clericus qui non per se, sed per alios eam artem exercet, non notatur vt tabernarius. Et idem dicit Dom. ibi, & in c. 1. col. 2. vers. nota istam gl. de vit. & hon. cler. lib. 6. vbi & ad hoc citat tex. in c. significante, de appel. vbi canonici habebant ius vendendi carnes. Et subdit Dom. se aliquando defendisse clericum, qui in domibus ecclesiæ tabernam tenuerat vendendo vinum, quod ex suis vineis collegerat: non tamen administrauerat in propria persona, sed per alium. Et sequitur Philip. Fran. ibi col. 2. & Philip. Dec. in d. c. significante. in 2. no. qui & ad hoc citat tex. in c. vlt. ne cler. vel mo. lib. 6. vbi clerici per alios possint exercere iurisditionem criminalem, ad eos pertinentem, licet per se facere non possint, & tex. in cle. ne in agro. §. porro, in fi. in verbo personalem, de stat. mo. & nouissime Cęsar Lamberti. in tract. de iur. patro. in 26. artic. 9. q. prin. 1. partis lib. 2.

De eadem re.

9 ¶ Et facit etiam tex. à contrario sensu, in l. in honoribus. §. 1. ff. de vac. mun. vbi scribitur, non alios fisci vectigalium redemptores à muneribus excusari, quàm eos qui pręsentes negotium exercent. Quasi scilicet, id exercere non censeantur, nisi ipsi præsentes & per se exerceant. Et est similis propemodum tex. in l. vlt. ff. de excus. tut. vbi qui in collegio pistorum sunt, à tutela excusantur, si modo per semet pistrinum exerceant. Ex quo no. Bal. quod doctor non debet habere salarium, nisi per se legat: non etiam si per substitutum. Et illum tex. ad hoc expendit Ro. in repe. l. si vero. §. de viro, in 24. fal. vers. 5. quod priuilegia artis non competunt his qui eam non exercent per semetipsos, vt & idem facit sing. 64. an exercens. vbi dicit illum tex. ad hoc sing. Et facit gl. in l. j. in verbo, vsurpantes. C. de mancip. & colo. lib. 11.

De eadem re. Crassus seruorum opera diues factus. Pertinax mercaturã per suos exercebat. Astrorum vis in eam rem.

10 ¶ Legimus autem apud Plutarchum, Marcum illum Crassum haud dubie nobilissimũ Romanorum, artificum, seruorum opera diuitem factum fuisse. quod & Alc. in d. lib. 2. de verb. sign. non prætermisit. Cui adde & Pertinacem Imperatorem Romanũ mercaturas exercuisse per homines suos, non aliter, quàm priuatus facere solebat, vt scribit Iulius Capitolinus in vita illius. Et interim vide Pan. con. 6. casus super quo. lib. 1. loquentem de clerico vendente vinũ, & cæteros fructus ex suis possessionibus prouenientes. Iulius autẽ Firmicus lib. Astronomicõ 3. c. 10. Mercurius (inquit) in sexto ab horoscopo loco cũ Luna partiliter cõstitutus faciet homines, qui diuersis negotiationib. implicẽtur, sed qui hoc seruorũ & viliũ hominũ ministerio perficiẽt. Ipsi autẽ maxima sibi inde vitæ subsidia cõparãtes ad altiora semper aspirabunt.

Contra supra dicta. An quis propriè faciat quod per alium facit.

11 ¶ Sed contra hæc facere videtur tex. in l. 2. §. 1. ff. de admi. rer. ad ciuit. pert. vbi quod quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per subiectam personam agere debet. & ideo si Decurio subiectis aliorum nominibus, prædia publica colat, quæ Decurionibus conducere non licet, secundum legem vsurpata reuocantur. Et ibi no. gl. Quod non possum per me, nec per alium quoque possum. & allegat alios multos tex. concordantes. Qui enim per alium facit, per seipsum facere videtur, iuribus vulgatis, & id quidem proprie, vt plurimis placere video, quos tibi congessi in nostris Legibus Cõnubialibus, in gl. 3. in verbo *contracter* nu. 181. quanquam & his. Ex quo Bar. in l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iuris, tradit statutum loquens in personam facientis, habere locum in eo, qui per alium facit.

De eadem re.

12 ¶ Sed his respondere poteris, primum non id verum esse, vt proprie facere dicatur, qui per alium facit, ex sententia ipsius Bar. in l. sed si minus. §. seruus, col. 2. ff. de iniur. & in l. si is qui pro emptore. in 5. quæstion. princ. vers. venio ad secundum, & ibi quoque Imo. in vlt. char. ff. de vsucap. & aliorum, quos item tibi collegi in d. illis ll. connubialibus, in gl. 4. in verbo *consentement*. nu. 27. & hoc quidem.

Non vacat culpa, qui artes prohibitas per alios exercet.

13 ¶ Sed etsi id verum esset, non tamen procederet, vt dicit Alc. in d. 48. præsumptione, quando lex vel statutum consideraret actum ipsius personæ exercentis, quæ considerari videtur, vt quis dicatur vilis ob eum actum, vt ex iis patet quæ diximus. Non tamen omnino vacat cul-

pa,qui & huiusmodi artes prohibitas per alios exercet,vt dicit gl.in d.cle.in verbo,publicè & personaliter,de vit.& hon.cler.lib.6.quam & in hoc sequuntur Ant.Imo. & Pet.Anch. Et vt semel finiam huiusmodi tractationem,Alc.in d.l.mercis,de verb.sig.censet consuetudinem loci esse obseruandam, an scilicet eos, qui per alios has viles artes exercent, inter ignobiles habeat. Cui ego accedo propter ea quæ suprà diximus.c.10.nu.1.consuetudo nobiles facit.

An iudicis munus deroget nobilitati. CAP. XXVIII.

Iudicis munus an deroget nobilitati.

1 SEd nunc maxime interest scire quæ sint huiusmodi artes & officia ex quibus nobilitas perditur. Illud scio officium hic & fere semper in hac tractatione non rectè accipi,sed male loquendum est, vt vulgo intelligamur. Imprimis igitur tractabimus de iudicis officio. An videlicet si quis illud exerceat,iure nobilitatis decidat. Id quod à vero tantum abest, vt etiam iudices alioqui plebeios & ignobiles effici tanquam nobiles & non iam plebeios,ex eo facile possumus colligere, quod scriptum est in l. iudices. C. de dign. lib.12. Iudices,qui se furtis & sceleribus maculasse fuerint conuicti,honore exutos inter plebeios haberi. Inibíque no.Bar. iudices censeri nobiles.

De eadem re.

2 ¶ Ex quo fit,vt & idem Bar.in 1.constit.C.col.3.vers. quæro circa hoc,asserat Doctores constitutos esse in dignitate,quia iudicandi ius habent,per tex.in 1.constitut.ff.§.vlt. & in authen. habitat. C. ne filius pro patre. Quod quidem dignitatis esse hinc manifeste probatur, quòd vt à cæteris dignitatibus,ita & ab hac infamis repellitur.l.cum Prætor.§.non autem.ff. de iudic. Et hanc eandem Bart.rationem etiam adscribit Arch.in cap.1.de consuet.lib. 6. vbi dicit, Dignitas est habere iurisditionem cum administratione, & Collec. in c.forus,col.11. versic. Iudex Doctor,de verb.signific. vbi & idem prorsus dicit quod Bart. videlicet Doctorem esse iudicem,ideóque & eum habere dignitatem,per c. dudum, de elect. & idem quoque voluerunt Panor.& Ioan. Ana.in c.quanto,de magi.& Barb.in tract.de præstan.Car.1.par.q.1.col. 12.vers.quinto dignitas.

Honor iudicibus impendi solitus.

3 ¶ Porro iudicibus aliísque magistratibus propter præcipuam, quam habent gubernandæ reip. curam, maximus semper à maioribus nostris honor haberi consueuit. Quod aperte demonstrat Callistratus iurisconsultus in l.semper.in princ.de iur.immu. Et præcipit Imperator honorem iudicibus impendi. Quod & censet Papa in c.vt debitus,de appel. Quibus concinit tex.in l.3.§.1.ibi,iure honoris.ff. quod met.cau.& in l.1.ibi.iudicium dignitatis tuendæ, & decoris causa.& in l.obseruandum,in fi.ff.de offi. Præsi.vbi iudex ita ius reddere debet,vt autoritatem dignitatis suæ ingenio suo augeat.& in l.vlt.in prin.cum dicitur,omnem honorem saluum iudicibus reseruantes. C.quan.pro.non est nec. & in l. cui muneris. ff.de munerib.& hon.& in l.1.C.si quac.præd.pot.& in l.1.in prin. & ibi Bal.C.si rector prouinciæ.

Iudicandi munus honorem esse. Lex XII. tab. in eam rem. Charõda lex in eandẽ rem. Platonis.

4 ¶ Vt iam non adeo mirum sit,quod à multis scriptum est,iudicem esse, id est, iudicandi munus esse honorem. Id enim scribit Io. And. in c. pastoralis, col.2.in verbo onere,per illum tex. in verbis,onere & honore,extra de offi.ord.& in c.mutare.de reg.iur lib.6. in Merc. & Bald. in l. 2. in prin.de Senat.& Barb.con.2.sapienter & præclare,col.pe.lib.2. Ex quibus Bald. vbi suprà,hinc illud effici autumat, quod scribitur in ea. l.2. amotum à Senatu propter turpitudinem vitæ,iudicandi autoritatem perdere. Quia videlicet id iudicandi munus honor est, & reatus omnem honorem excludit.l.1.C.vbi Sena.vel Cla.cum si.

5 ¶ In legibus autem illis decemuiralibus in hunc modum cautum est. Iusta imperia sunto. Iísque ciuis modeste,ac sine recusatione pareto. Magistratus nec obedientem ciuem mulcta, vinculis,verberibúsve coërcento. Cuius rei meminit Cicero lib.3. de legibus,vbi & illud præterea scribit,Charondam in suis quoque legibus hanc sanciuisse, Vt ciues obtemperent obediántque magistratibus, atque etiam eos colant diligántque. Plato vero eos è genere Titanum statuit,qui vt illi cœlestibus,sic hi aduersantur magistratibus.

Iniuria magistratui facta, grauius punitur. Capitaliter puniendũ qui prætori alapã dedit.

6 ¶ Quæ cum ita sint,ideo antiqui illi verissimi rerum moderatores multo esse contumeliosiorem ac atrociorem, adeóque etiam atrocius puniendam censuerunt iniuriam, quæ fit magistratui,quàm quæ priuato,vt attestatur Aristoteles lib. Problematôn 19.c.14.ad fi. & Fabius lib.6.Oratoriarum Institutionum,quo loco de peroratione disserit: quod & nostris quoque legibus statutum est, in l. Prætor. §. vlt.ff. de iniur.cum si.ídque adeo obtinet,vt sing.dixerit Bal.in c.1.§.iniuria,in primis verbis,tit.de pac.iur. fir.quod si quis daret alapam Prætori,propter priuatam inimicitiam. posset capitaliter puniri,quod dictum pro sing. citauit & secutus est Ias.in l.3.in 3.no.C.de prec.imp.offe.& in l.qui iurisditioni,col.1.ff.de iurisd.om. iud. vbi late ponit de veritate eius rei,& in l. principalibus,col.vlt. vers. secundo quæro. ff. si cer. per. & tradit etiam Fel.in c.inquisitionis,in prin.col.pe.vers.vlt.tangit,extra de accusa.

Potestatem offendens etiam post officium æquè puniendus,ac si ad huc esset in officio.

7 ¶ Hoc inquam,adeo obtinet,vt no.scripserit idem Bal.in l.obseruare.§.proficisci,col. 4.ver. 7.quæritur.ff.de offi.Proc.& leg.quod offendens potestatem,etiam functo ipsius officio,tempore scilicet sindicatus, ita debet puniri,ac si durante officio offendisset, propter reliquias & memoriam pristinæ dignitatis.quod etiam sequitur Ias. in d.l. principalibus,& in l.si ita stipulatus.§. Crysogonus,in 5.no.ff.de verb.obligat.

¶ Quid

8 ¶ Quid quòd tantus honor à veteribus impendi magistratibus solitus est, vt etiam ipsi à parentibus, cessante omni lege naturæ, vt superiores reuerenter colerentur. Cuiusmodi factum à Fabio Maximo retulit Claudius Quadrigarius, in annalium suorum lib. 6. bis fermè verbis, Cum facti essent Consules Sempronius Gracchus iterum, & Q. Fabius Maximi filius eius qui priore anno erat Consul, ei Consuli pater Proconsul obuiam equo venit, neque descendere voluit, quòd pater erat: lictores non ausi sunt descendere iubere. Vbi iuxtà venit, tum Consul ait, descendere iube. Quod posteaquã lictor ille qui apparebat, citò intellexit, Maximũ Proconsulem descendere iussit. Fabius imperio paret, & filium collaudauit, cùm imperiũ quod populi esset, retineret. Quam etiam rem recensent Liuius 3. decad. li. 4. Valerius lib. 2. c. 1. Plutarchus in vita Fabij Maximi, vbi dicit hunc fuisse proauum illius Fabij Maximi, cuius vitã describit, & in apophtheg. Romanorũ. Gellius li. 2. c. item 2. Is sanè fecit quod posteà nostris legibus statutum est, filiumfa. iudicem, ius præcipiendi cogendiq; habere in patrẽ. l. ille à quo. §. vlt. & l. seq. ff. ad Trebel. & ibi Accur. adfert concord. Quibus adde tex. in l. postliminiũ. §. filius. ff. de ca. & postli. reuer. ex quo not. Bal. in l. senium, statim post prin. C. qui test. fac. pos. maiorem esse autoritatem magistratus, quàm patris.

Patres filios magistratus reuereri debẽt.

Magistratus maior authoritas quã patris.

9 ¶ Quod pulchrè intelligit Firmi. in suo tract. de Episcopo. lib. 2. parte 1. q. 8. vers. sed hîc quæro an episcopus, procedere in his tantùm, quæ foris & palàm fiũt. In his verò quę domi & priuatim fiunt, intelligit id quod alibi scribit idem Bal. & post eum Ro. in l. adoptiuũ. ff. de in ius voc. quòd filius etiam Papa debet patrem reuereri. Addit & Firmi. & eum sibi anteponere.

In his tamẽ qua palam fiunt, non qua domi & priuatim. Papa debet patrem reuereri.

10 ¶ Quam Firmiani distinctionem Phauorinus illustris Philosophus longo antè interuallo præscripserat apud Gellium, quo loco nuper citauimus. Cuius verba hæc sunt elegantissima, In publicis locis atque muneribus, atque actionibus patrum iura cum filiorum, qui in magistratu sunt, potestatibus collata interquiescere paululũ, & conniuere. Sed cùm extra rempub. in domestica re, atque vita sedeatur, ambuletur, in conuiuio quoque familiari discumbatur: tum inter filium magistratum, & patrem priuatum publicos honores cessare: naturales & genuinos exoriri. Hæc Phauorinus. Et simile est quod tradit Hosti. in c. indecorum, col. 1. extrà de ata. & quali. quòd filius episcopus alius est domi, alius in ecclesia. illic enim tenetur ipse episcopus ad honorem reuerentialem patri exhibendum, hîc autem tenetur pater ad pręstandam reuerentiam filio.

Prioris distinctionis cõfirmatio.

11 ¶ Quòd si aduersus huiusmodi distinctionem insurgat refractarius quispiã, & dicat, Quonã modo vnus idémq; erit & superior, & inferior: maior, & minor: cùm non possit vna eadémq; res diuerso iure censeri. l. j. ibi, nec ratio patitur. ff. de rer. permut. & l. eum qui ædes, & ibi Bar. ff. de vsucap. & l. j. §. 1. ff. si quis test. lib. esse ius. fue. & l. ius nostrum. ff. de reg. iur. & c. cognouimus. 12. q. 2. c. & cùm in tua, de deci. & cle. j. de elec. & not. glo. in c. cùm omnes, de constit. cum si. à me adductis in repe. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 284. tertia ratio. C. de reuo. donati. & in nostro tracta. Retractuum tit. 1. §. 1. glos. 18. in verbo, *le pris que la chose &c.* num. 20. at dicet quispiam.

Obiectio cõtra superiora. Vna eademque res nõ debet diuerso iure censeri.

12 ¶ Illi mox respondebo ex sententia Bal. in l. j. co. 1. in 3. op. C. de ser. fugi. illud obtinere in corporali consideratione. At intellectuali consideratione, potest eadẽ res diuersimodè censeri, vbi cõcurrũt plures intelligendi formæ, per tex. ibi. sequitur & dicit no. Ias. in d. l. j. col. 3. vers. secũdò no. ff. de re. permu. & Matth. Afflic. in constitu. Siciliæ, si quãdo cõtingat in primo. no. in fi. & Rochus Cur. in repe. c. vlt. col. 24. de cõsuc. Cui cõcinit quod scribit Pan. in d. c. cùm in tua, ad fi. in duobus locis, de decim. quòd ex diuersis rationibus potest eadem res diuerso iure cẽseri.

Responsio ad obiectionem. Res eadem diuerso iure censetur in intellectuali consideratione.

13 ¶ Sicuti etiam dicimus duo contraria posse procedere diuersis respectibus. vt no. gl in ca. 1. in glo. 2. de collu. deteg. & in c. 2. in verbo, lex ciuilis, de arbit. lib. 6. Anto. in d. c. vlt. in lec. co. pe. & ibi etiam Panor. super gl. in verbo, rationabilis, in fi. de cõsuet. Dom. l. qui multa eius rei exempla tradit, in c. illud. 12. di. Nec absimile quod Plato li. 4. de repub. Constat, ait, idẽ cõtraria facere, seu pati secundum idem, & ad idem simul non posse. Et eius discipulus Aristoteles lib. 3. Physicorum, scribit interdũ eandem causam contrariorum effectuũ esse, diuersis respectibus. Nam idem aliquando præsens est causa vnius, absens verò alterius: gubernator etiam sua præsentia causa est salutis nauis: idem absens caussa periclitationis.

Duo cõtraria procedunt diuersis respectibus.

14 ¶ Huc quoq; pertinet illud D. Pauli ad Romanos, c. vlt. Volo, inquit, vos sapiẽtes esse in bono, simplices in malo. Quem locũ enarrans Origenes hæc adscribit, Si aliquis ex infidelibus argutè occurrat, & dicat, Quomodo potest idẽ esse sapiẽs, & stultus? Dicemus, respice ad artes istas, quæ in vsu hominum habentur. Quomodo ille, qui, verbi caussa, sapientissimus est grammaticus, in arte fabrili insipientissimus inuenitur: vel rursum, sapientissimus gubernator, quomodo in arte medicinæ inuenitur insipiens. Sic ergo possibile est in his, quæ ad Deũ pertinẽt, esse sapientem: in his quæ ad seculum pertinent, insipientem, cum aliis quoque multis similibus à me collectis in d. tractatu Retractuum, vbi suprà nu. 12. cui confestim, & seq.

Ad idem.

15 ¶ Ex hoc quoque natum videri potest, quod in iure nostro dicimus, nos reprobare posse quod approbauimus, diuerso respectu, licèt non eodem. l. Pomponius. ff. de neg. & leg. 3. §. vlt. ff. rem rat. hab. & l. cum interdicto. C. arbit. tute. & tradit Bal. per illa iura in ca. Vintoniensis, paulò

Reprobare possũ quod approbaui diuersis respectibus.

Idē par & inferior diuersis respectibus.

ante fi.de elec. Et vt propiùs ad rem nostrá accedamus, Bal.post Ioan. And. in c. ad supplicatiouem,de renun. Par, inquit, pari præstat reuerentiam & obedientiam diuersis respectibus.l. sed si hac.§.si liberta.ff.de in ius vocan.l.eius qui in prouincia,in fi.ff.si cer.per.& l.apud eum ff.de manumiss.referúntq; hoc diutiùs fuisse litigatum inter Patriarcham Antiochenum, & Archiepiscopum Nicosiensem. Sed & idem Bal.in c.cùm inferior,in prin.de maio.& obediē. asserit quòd quis potest esse & superior & inferior altero, diuersis respectibus, per d.§.si liberta. Ad quod facit tex.in c.sanè,le. 2.vbi not.Pan.in 3.not.de offi.deleg. & in c. à collatione, & ibi glo.in verbo, prælatus, de appel.lib. 6.

Et idē quoque superior, & inferior.

16 ¶ Et hinc certè videmus, quòd archidiaconus est maior archipresbytero, in loco, voto, & iurisditione, & in aliis, quæ ei comperunt ratione dignitatis: in missa aùtem minor est archidiaconus archipresbytero, vt asserit Archi.in c.quanquam.2.q.7.vbi dicit secundùm hoc debere intelligi, quod scribitur in c.à subdiacono.93.di.& in c.ordo.33.q.5. Et ante illum glo. in c. in nouo, in verbo, pari.21.dicit quòd quis potest esse maior alio in ordine. sed minor in administratione, ponítque exemplum in archipresbytero & archidiacono, per text.in c. perlectis. 25. di. Et huc spectat, quod tradit Panor.in c.auditis, col.3. de elec.quòd rector vniuersitatis præcedit episcopum scholasticum in studio, non etiam alibi.& sequitur Fely. in rub. de maio. & obedien.col.2.& in rub.de appel. col.6.

Ad idem.

Imperatores qui iudicum officiū exercuerūt. Augustus. Vespasianus. Domitianus.

17 ¶ Postremò vt redeamus ad præcipuum nostrum institutum, legimus plurimos imperatores & Reges iudicum munus exercuisse, ob id'q; passim laudatur August. Imperator q ipse ius dixit assiduè, & in noctē nōnunquā, si parū valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans, vt testis est Suetonius in eius vita.c.33. Et iterū c.72.dicit illū ius persæpe dixisse in porticibus Herculis.& Dion in vita illius. Vnde & illud de illo Virgilij lib.4.Georg.

—Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello victórque volentes
Per populos dat iura.

Ante eū C.Iulius Cæsar, vt videre licet ex Suetonio in vita illius c.43.vbi dicit illum ius laboriosissimè & seuerissimè dixisse, & ex Valerio Maximo li.6.c.2. vbi de Seruio Galba. Tiberius apud Dionem Nicæū in vita illius. Et Claudius apud eundem in vita quoque ipsius Claudij. Et Galba apud eundem, etiam in vita illius. Vitellius apud eundem in vita illius c.9. Vespasianus quoque itidem faciebat, non in vrbe Roma tātùm, sed & in cæteris ciuitatibus, vt videre licet apud Philostratum in vita Apollonij.li.7. & Dionem in vita illius. Domitianus eius filius ius quoque diligēter, & industriè dixit, plærunq; & in foro pro tribunali extra ordinem, vt scribit Suetonius in vita illius.c.11. & de eo etiā Aurelius Victor: Ius, inquit, æquissimè dixit. Traianus sæpissimè litigantes pro tribunali audiuit, iudiciáque reddidit, vt tradit Dion Cassius. Hadrianus illius successor in imperio, ius assiduè dicebat cum primoribus ciuium, aliquando in palatio, nonnunquam in prandio: interdum, & quidē sæpius in tribunali, vt quę fierent publicarentur, quod & ipse Dion retulit. Et de eodē scribit Spartianus, quòd à Traiano abductus à patria, & pro filio habitus, nó multò pòst decennio litibus iudicandis datus est. Et posteà quoque dicit illum iam Imperatorē & Consulem sæpe ius dixisse. Et rursum, caussas, inquit, Romę, atq; in prouinciis frequēter audiuit. Idē quoq; fecisse Aurelium Antoninum scribitur in l.non putabam. ff.de condi. & demon. & in l.Romanius, quæ est pe.ff.de tut.& cura.dat.ab his. Marcū siue is fuit, & Maximū (quisquis hic fuit) imperatores, in l.extraneo.ff.de qu.& ipsum Marcu.in l.mulier.ff.ad S.C.Trebel.& in l.Tirius, eo.tit.& Antoninū, in l.Aemilius.ff. de minori. & in l.proximè. ff. de his quæ in testa.del.& Commodum, in l.Procula.ff.de prob.& in l.3.§.si cohæredes.ff.ad legem Falci. Et Pertinacem Herodianus lib.2. Seuerum idem Herod.li.3.non semel, & Aelius Spartianus in vita illius. Et Antoninū Caracallam illius filiū. Idem Herodianus li.4. & Dion in vita illius. Vtrunque Iurisconsultus in l.minor autē.§.1.ff.de minor.vbi hinc scribitur, quòd si princeps sententiam dixerit, perrarò solere eum admittere restitutionem.& in §. sequen.scribitur: non nisi ipsum priucipem concedere debere restitutionem aduersus ipsius sententiam. Maximū & Balbinum, Iulius Capitolinus. Moderatè, inquit, caussas audiebant. Iustinianū, vt ille ipse profitetur in auth.de deposito.in prin.& in auth.vt exac.dot.etiam in prin.& Fedéricū, quod & ipse testatur in l.imperialem.in prin.ibi, pro tribunali sederemus, tit.de prohib.feud.ali.per Fed.vbi id dicit se fecisse de more prædecessorum, ex cóq; no. Matth. Afflic.ibi, col.2. in 4.no. proprium id regum esse. Et alios imperatores, in l.Offidius. ff. de lega. 3. & in l. Imperatoribus.ff.de iure fisci, & in l.vlt.ff. quod cum eo. Et ex recentioribus, Carolum illum magnum Eginbartus eius Cancellarius in vita ipsius.

Traianus. Hadrianus. Aurelius. Marcus. Maximus Cōmodus. Pertinax. Seuerus. Caracalla. Balbinus. Iustinianus. Federicus.

18 ¶ Hæc de Imperatoribus, nunc ad Reges accedamus. Hieronem illum antiquissimum Mossynœcorum regem idem factitasse liquet ex Apollonio Rhodio lib.Argonauticôn.2. Et Alcinoum Regem Phæacum idem author li.4. Priamum Regem potentissimum ex Virgilio lib. 7. Aeneid.

Hoc Priami gestamen erat, cùm iura vocatis
More daret populis.

Ex quibus vides, vt id in transcursu dicam, fuisse Regibus priuatum

Reges qui & ipsum fecerunt. Priamus.

rum quoppiam & peculiare habitus & ornamenti genus, cùm ius dicerent, vt videmus nostris esse prȩsidibus, cùm & ipsi quibusdã diebus statis & solennibus audiunt aduocatos clientibus patrocinantes. Et Didonem quoque, cuius testis est idem Virgil. lib. 1. Aenei.

Iura dabat legésque viris.

Nam & fœminas reginas ius dixisse subditis, alibi docuimus. Et Aeneam quoque, vt & ipse profitetur lib. 3.

Iura domósque dabam.

Et Acestem ab eodem Aenea regno præpositum, lib. 5.

—Gaudet regno Troianus Acestes,
Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.

Regum peculiaris habitus cum ius dicerēt.
Dido.
Aeneas.
Acestes.

Quibus verbis, vt & id obiter dicam, intelligis, Reges id ipsum non nisi patribus & Senatoribus vocatis facere solitos, id est, assidentibus illis, & ex eorum consilio, ad quod principes admodum aduertere animum debent. Romulum & Remum, idem eo. lib. 1.

—Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt.

Et ipsum præterea Romulum Plutarchus in vita illius. Et Tarquinium superbum alterum Romanorum regem tradit Liuius lib. 1. ab vrbe condita, cognitiones capitalium rerum per se solum exercuisse. Midam Gordij filium Phrygiæ regem ex sella regia ius dicere solitum, & eam posteà apud Delphos posuisse, Herodotus lib. j. Philippũ Macedonum Regem, qui cùm Machetæ cuiuspiam pro tribunali sedens caussam cognosceret, dormitánsque ac parum iuribus intendens eum condemnasset, Machetésq; continuò reclamans se prouocare diceret: Quare indignatus rex, Ad quem, ait. Et Machetes, ad te ô rex, si expergiscaris, & attentiùs causam audieris. Cúmque ipse altàs ex tribunali audisset caussam duorũ sceletosorũ sese inuicem accusantium, pronunciauit vt alter exularet Macedonia, alter illũ sequeretur. Author vtriusque Plutarchus in apophthegmatis. Alexandrum Magnum illius filium, qui cùm in causis capitalibus sederet iudex, accusatorísque alteram aurem occluderet, interrogatus cur id faceret. Alteram, ait, seruo reo. idem Plutarchus tum in vita illius, tum in apophthegmatis. Tradit autem Polyenus lib. 4. Stratagematôn ad Antoninum & Verum imperatores, ipsum Alexandrum cum apud Macedones aut etiam Græcos iudicium exerceret, mediocri vulgaríq; foro vti consueuisse. At inter Barbaros splendido & militari, vt etiam fori figura metũ Barbaris incuteret, describítq; formã tabernaculi, quo vtebatur, cùm in Bactris, Hyrcanis & Indis iudicia daret. Agesilaum illum Lacedæmoniorũ Regem, qui cùm in caussa quadã sederet, & is qui accusabat rectè dixisset, contra autem rei patronus malè: subinde tamẽ inter dicendum repeteret, Agesilaë Regem decet opitulari legibus, quasi ipse bonam caussam haberet, & ab ipso starent leges, Agesilaus ipse hominis improbitatem interpellans, Si quis, inquit, tibi domum perfoderit, aut vestem abstulerit, expectarésne vt architectus, aut qui vestẽ contexuit, tibi sit auxilio futurus? Quibus verbis subindicabat Regem esse veluti architectum nec conuenire vt is opitularetur ei, qui cõtra leges aliquid admiserit. Plutarchus in vita illius, & in apophthegmatis. Sed & Cleomenem alterum Lacedȩmoniorum Regem in sella sedentẽ iura populo dixisse author est idem Plutarchus in vita illius. Tigranem quoque Armeniorũ regem maximũ, & qui se regum regem vocauit apud eundem Plutarchum, in vita Luculli. Nicoclem quoque Salaminiorum Regem idem fecisse videmus ex Isocrate in oratione de Anndosi, id est, permutatione facultatum. Sed & Mithridatem duarum & viginti gentium regem totidem linguis iura dixisse scribit Plinius lib. 7. c. 24. Et Dionysium illum regem Siciliæ, de quo refert Aelianus variæ historiæ lib. 9. quòd cùm esset immẽsa corporis crassitudine, si quando iura dare vellet, istam corpori prætẽdebat, vt sola facies superimmineret, & reliquȩ partes occulerentur. Et Philippum vnum ex Iudȩorum Tetrarchis, ex Iosepho libro Antiquitatum Iudaicarum 18. cap. 6. Persarum quoque Reges id ipsum facere solitos testatur Phylarchus apud Athenæum, aureas platanos aureámque vitem, sub qua Persarum Reges sedentes iura sæpe reddebant, inferiores videri quotidiano sumptu regiæ Alexandri Magni. Et Indorum quoque Reges ex Q. Curtio lib. 8.

Reges assidentibus Senatoribus ius dicebant.
Romulus.
Midas.
Philippus Macedo.
Alexāder.
Agesilaus.
Persarum reges.

59 ¶ Vt omittam Scipionem illum regibus non inferiorem, qui cùm quodam die ius in castris sedens diceret, ex quo loco Carthago procul videbatur, & quispiã è militibus, qui in iure apud illum stabant, ex more interrogasset in quem diem locúm ve vadimonium promitti iuberet: tum ille manum ad ipsam oppidi quod obsidebatur, arcem protendens, Perendie, inquit, se sistere illo in loco, atque, ita factum est die tertio in quem iusserat, oppidum captum est, eodẽ die in arce eius oppidi ius dixit. Author Gellius lib. 7. c. 1. & ante eum Valerius Maximus lib. 3. c. 7. post prin. vt omittam, inquam, multos magnæ autoritatis dignitatísque viros id iudicis munus exercuisse, & inter cæteros Paulum Iurisconsultum, vt patet ex l. Clodius. ff. de acqui. hæredit. Alios assessorum quoque munus, quos non opus est hoc in loco ponere, vt qui omnibus legum nostrarum studiosis pateant.

An aduocati munus nobilitati obsit. CAP. XXIX.

HACTENVS de officio iudicis: secundo loco dicendum etiam ducimus de officio aduocati, an videlicet sit vile, & nobilitati minimè conueniens néc ne. Et sanè primùm videtur

Aduocati officiũ an deroget nobilitati.

Libertini possunt esse aduocati.

videtur huiusmodi officium, ne minimam quidem partem habere honoris aut dignitatis. Nã Libertini nisi impetrato iure aureorum annulorum ad dignitatem eligi non possunt. l. j. C. ad le. Visc. & l. j. C. si ser. aut liber. li. 12. At libertini ipsi possunt esse aduocati. l. j. §. vlt. ff. de postul. & l. 2. C. eo.

Hortensius post Consulatum causas non egit. *Nec etiam Plinius cum Tribunus esset.*

2 ¶ Sed quia hoc fortè non satis est ad probandum munus aduocatorum officere nobilitati, illud ampliùs probabimus apud antiquos illos Romanos prudentissimos quidem rerum omnium arbitros, fuisse munus hoc vile & abiectum, atque etiam contemptissimum. Quod hinc primùm colligi potest, quòd qui in fastigio dignitatum collati semel fuissent, ab eo sese sponte abdicabant tanquam dignitati suæ tenebras quasdam offundenti. Cuius rei exemplo est Hortensius, qui post suum Consulatũ, summum illud suum studium agendarũ caussarum remisit, qui à puero fuerat accensus, vt testis est M. Tullius illius contemporaneus, in Bruto, haud multò ante fi. Sed & Plinius Iunior lib. epistol. 1. ad Pompeium Falconem scribit, cùm Tribunus esset, abstinuisse se caussis agendis: quòd deforme arbitrabatur, cui assurgere, cui loco cedere omnes oporteret, hunc omnibus sedentibus stare: & qui iubere posset tacere quécunque, huic silentium clepsydra indici: & quem interfari nefas esset, hunc etiam conuicia audire: & si multa pateretur, inertem: si vlcisceretur, insolentem videri.

Causidicorum merces olim exigua.

3 ¶ Tum etiam quòd exiguam mercedem ipsis causidicis dabant, & certè tam exiguam, vt ne ipsis quidem artificibus vix auderent offerre, id quod & apertè & decenter insinuat Iuuenalis Satyra 7.

—Hinc centum patrimonia causidicorum.
Parte alia solum russ Hispone Lacerta.

Iuuenalis locus.

Sic enim legendum esse, & non ros Satipone, vt passim legitur, admonet Beroaldus in suis annotationibus, hunc dicens esse sensum poëtæ, Rus exiguum non in Italia, sed in prouincia, & ea quidem longinqua, hoc est regione Hispanensi, tantundem valere, quantum patrimonia centũ causidicorum. Ex quo colligimus Iuuenalem demõstrare voluisse causidicos Romę tenuissimum quæsticulum lucellúmque suis fecisse temporibus. Propterea statim subdit,

—Rumpe miser tensum iecur, vt tibi lasso
Figantur virides scalarum gloria palmæ.
Quod vocis pretium? siccus petasunculus, & vas
Pelamidum, aut veteres Afrorum epimenida bulbi,
Aut vinum Tyberi deuectum quinque lagena, &c.

In idem.

4 ¶ Martialis lib. 1. Epigram. 126. Sabellum causidicum deridet in hæc verba,

Saturnalia diuitem Sabellum
Fecerunt. meritò tumet Sabellus?
Nec quenquam putat esse, prædicátque
Inter causidicos beatiorem.
Hos fastus animósque dat Sabello
Farris semodius, fabaque fresa,
Et thuris, piperisque tres selibræ,
Et Lucanica ventre cum Falisco,
Et nigri Syra defruti lagena,
Et ficus Lybyca gelata testa,
Cum bulbis, cochleisque, caseóque,
Piceno quoque venit à cliente,
Parca cistula non capax oliuæ,
Et crasso figuli polita cœno
Septenaria synthesis Sagunti,
Hispanæ luteum rota toreuma,
Et lato variata mappa clauo.
Saturnalia fructuosiora
Annis non habuit decem Sabellus.

Idem quoque lib. 7. Epig. 52. Vmbrum & ipsum causidicum etiam deridet, qui quæcunq; munera à clientibus in Saturnalibus acceperat, ad illum miserat, ea autem erant vilissima & nullius ferè pretij. Carmen Martialis est huiusmodi.

Omnia misisti mihi Saturnalibus Vmber
Munera, contulerant quæ tibi quinque dies.
Bissenos triplices, & dentiscalpia septem,
His comes accessit spongia, mappa, calix,
Semodiúsque fabæ, cum vimine Picenarum,
Et Laletanæ nigra lagena sapæ.
Paruáque cum canis venerunt cottana prunis,
Et Lybicæ fici pondere testa grauis.

Vix puto

Vix puto triginta nummorum tota fuisse
Munera, quæ grandes pilo tulere Syri.
Quantò commodius nullo mihi ferre labore
Argenti potuit pondera quinque, puer?

Idem rursum lib. 5. Epig. 85. Sextum quendam in hæc verba alloquitur,

Quæ te causa trahit, vel quæ fiducia Romam
Sexte? quid aut speras, aut petis inde? refer.
Caussas, inquis, agam Cicerone disertius ipso,
Atque erit in triplici par mihi nemo foro.
Egit Atestinus causas, & Caius: vtrunque
Noras, sed neutri pensio tota fuit.
Si nihil hinc veniet, pangentur carmina nobis, &c.

5 ¶ In eandem sententiam Plinius libro secũdo epistolarum ad Maximum. Heri, inquit, duo nomenclatores mei (habent sanè ætatem eorum, qui nuper togas sumpserunt) ternis denariis ad laudandum trahebantur, Tanti constat vt sis disertissimus. hoc pretio, quamlibet numerosa subsellia implentur, hoc ingens corona colligitur, hoc infiniti clamores commouentur. Apuleius quoque libro vndecimo Metamorp. quæsticulum forensem appellat, id est, pusillũ quæstum, quem ex actione forensium causarum receperat. Vt non abs re Plautus in Pœnulo in suam scenam induxerit aduocatos quosdam pauperculos. Proinde non immeritò ingratum forum appellat Ouidius lib. 1. Elegiarum, cùm ait,

In idem.

Forum ingratum.

Nec me verbosas leges ediscere, nec me
Ingrato voces prostituisse foro.

6 ¶ Ex quibus facilè constat viles admodum fuisse aduocatos, cùm etiam ex legum nostrarum constitutionibus, siquidem abiecti atque degeneres inter vilissimos computantur, qui vili pretio, siue turpi compendio patrocinium præstant. l. quisquis. C. de postul. & repetitur in §. apud vrbem. 3. q. 7. vbi glos. in verbo, non ad turpe, & in verbo pecunia, ea verba ita vt diximus, intelligit. quam sequitur Ioan. Fab. in l. si qui. C. eod. de postul.

Viles sunt qui vili pretio patrocinãtur, vide infr. nu. 51. & seq.

7 ¶ Adde quod in aduocatorum vituperium Columella dicit in præfatione, Sine causidicis olim satis fœlices fuerunt, futuræque sunt vrbes. Et paulò pòst, hæc de foro iudiciali pronunciat: Sed ne caninum quidem (sicut dixere veteres) studium præstantius locupletissimum quemque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus neglectum à maioribus, à nobis autem etiam concessum intra mœnia & in ipso foro latrocinium, &c. Anacharsis autem Scitha apud Laërtium dicebat huiusmodi forum esse locum destinatum ad fallendum inuicem, atque ad dandas auaritiæ manus. Plutarchus in libro de fœnore, forum ipsum dicit esse ἀσεβῶν χώραν, id est, impiorũ regionem. Ex quo fortè M. Cato Censorius censebat forũ esse muricibus sternendũ, vt scribit Pli. li. 19. c. 1. Qui & inibi tradit admodũ mutatis moribus Marcellũ Octauia sorore August. genitũ, in Aedilitate sua forũ velis inumbrasse, vt salubriùs litigãtes cõsisterẽt.

Aduersus aduocatos.

8 ¶ Sidonius Apollinaris lib. epistolarum 4. ad Claudianum, appellat causidicos rabulas forenses. Quod accepisse videtur à Cicerone, cuius lib. 1. de oratore, hæc verba sunt, Neque enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus. Quem locum Nonius Marcellus in id expendit, vt rabula diceretur à rabie, quem nunc inquit, aduocatum vel causarum patronum dicimus. Seneca quoque, Iuridici, inquit, velut canes acerrimi non nisi oblato cibo mansuescunt. Nam & Nonius Marcellus in eodem illo loco autoritate Salustij, caninam aduocatorum facundiam appellat. Sed & idem Seneca & in ludo de morte Claudij, causidicos, cum vituperio venale genus vocat. Et Hieronymus, si is est, Iuridici lyncibus & leonibus crudeliores, & si deuorẽt ore rabido, tãdiu tamẽ deperdendi memoriã non perdunt, quandiu venter est vacuus. Et Apuleius, li. 10. Metamorp. appellat causidicos vilissima capita, forensia pecora, ac togatos vultures. Quod postremum à Cicerone nisi fallor, accepit, qui in oratione pro P. Sestio, nescio quos vultures paludatos vocat. Ouidius causidicos tanquam garrulos & verbosos taxat, lib. 3. de Tristib. eleg. 12.

Causidici rabulæ forenses.

Canes acerrimi.

Venale genus. Lyncibus, & leonibus crudeliores.

Vilissima capita.

Forensia pecora.

Togati vultures.

Garruli.

Forum verbosum.

Otia nunc isthic, iunctisque ex ordine ludis
Cedunt verbosi garrula verba fori.

Et lib. 4. eiusdem operis, Eleg. 10.

Fortia verbosi natus ad arma fori.

Seneca autem Tragœdiographus in Hercule furente, actu primo, clamosum forum,

Hic clamosi rabiosa fori
Iurgia vendens improbus iras
Et verba locat.

9 De his quoque intelligere videtur Iulius Pollux lib. 5. ita loquens, Συκοφάντης, δικογράφος, δικορράφος, λέγων ἐπὶ χρήμασι, πρὸς ἀργύριον λέγων, μισθοῦ τὸ ῥῆμα προΐκα ἱστάς, μισθοῦ φθεγγόμενος, πρὸς χάριν λέγων, τοὺς ἰδιώτας δημηγορῶν παρὰ τῇ κιγκλίδι... Hæc ille, non verbis quidem continuis, sed sparsis, & aliis quibusdam interiectis, quorum hic sensus est, Calumniator, litium

conceptor,

conceptor, litium conſutor, loquax pro pecunia, ob argentum loquax, nullum verbum gratis proferens, pro mercede vocem proferens, ad gratiam loquens, ad voluptatem concio-nes fingens, apud tribunalia ſemper viuens.

Aduocati omnia mala nouerũt.

10 ¶ Ex noſtris Accurſius in l. ab Anaſtaſio, in verbo, morantur. C. mand. dicit quòd aduocati omnia mala nouerunt. Cui concinens Plinius Iunior lib. Epiſtolarum ſecundo, ad Nepotem. Nos (inquit) qui in foro veriſque litibus terimur, multùm malitiæ quamuis nolimus, addiſcimus. Sed & multa contra aduocatos congeſsit Zaſius in ſuis ſcholiis, in l. 2. §. poſt hos quoq; Tubero, in verbo nec obtinuit. ff. de orig. iur. Quibus & tu denique adde Bartol. in l. prima, in fin. C. de frumen. Alex. lib. 11. trahentem illum text. in arg. pro ſtatutis prohibentibus, ne nobiles ſint aduocati.

Pro contraria ſententia Aduocati officiũ laudabile & neceſſarium.

Aduocati in honore conſtituti.

11 ¶ Verùm contrà videtur officium aduocati minimè vile eſſe & abiectum, imò verò laudabile, vitæ'que hominum maximè neceſſarium. l. laudabile. C. de aduo. diuer. iud. & c. quia epiſcopus, in fin. ibi, & laudabilis actus. 5. q. 3. Eſt & honorabile, vt dicit Bal. in l. innitus, col. j. C. de procur. & in l. prima. §. ait Prætor. ff. de poſtul. Quiſquis enim aduocatus eſt, is & in honore conſtitutus dici poteſt. per tex. in l. quiſquis in fi. ibi, honori ſuo, & ibi gloſ. C. de poſtul. & voluit gloſ. in l. 1. §. hoc edicto, & ibi Bart. ff. eod. Sunt & aduocati, etiã depoſito officio, in Clariſsima dignitate conſtituti. l. prima. C. de aduo. diuer. iud. & ibi Bart. & Fran. Aret. qui ex hoc not. ꝙ non debent torqueri tanquam conſtituti in dignitate, debétque ad eos mitti, tanquam ad egregias perſonas, ſecundùm l. ad egregias. ff. de iureiur. & facit etiã d. l. laudabile, eod. tit.

Etiã depoſito officio.

Nec torqueri debẽt.

Aduocati nobiles dicuntur.

12 ¶ Quin etiã ſunt & ipſi nobiles, per text. in l. prouidendum, in princ. in verbo, nobiliſsimos. C. de poſtul. exercent enim artem nobilem, vt dicit Bald. in rub. extrà de offi. iud. col. vlti. Et vt dicunt Hoſti. & Ioan. And. in c. eò libentiùs, in verbo, militiæ clericali, & ibi quoque Aegid. Belleme. in j. no. Ant. & Panor. vterque ad fin. Petrus Anch. & Cardin. Flo. vterque poſt prin. ext. de ſer. non ordi. aduocatum nobilitat ſuum officium, per text. in l. aduocati. C. de aduo. diuerſ. iud. quam tu omnino vide, multa de laudibus aduocatorum continentem. Quod & fulcit, quod ſcribit Spartianus in Iuliano Imperatore, in hæc verba, Didio Iuliano qui poſt Pertinacem imperium adeptus eſt, proauus fuit Sabinus Iulianus, bis Conſul, præfectus vrbi & Iuriſconſultus, quod magis eum nobilem fecit. Ideóque dicit Bal. in rub. extrà de offi. iudi. paulò ante fin. quod aduocati habent artem nobilem.

Infames aduocati eſſe non poſſunt.

Nec Iudei.

13 ¶ Et cùm infamibus portæ dignitatum non pateant, l. ſecunda. C. de dignit. lib. 12. cum ſi. Ideò infames ne ſint aduocati, legibus prohibitum eſt. l. j. §. ait Prætor, l. 2. ff. de poſtul. & c. infames, in prin. 3. q. 8. Cúmque Iudæis nulla ad dignitates & honores via pateat. l. vl. C. de Iudæis, & facit ca. cùm ſit, & c. ex ſpeciali, extrà eo. & c. nulla. 54. diſt. & c. nulla, & c. conſtituit. 17. qu. 4. Idcirco non poſſunt Iudæi eſſe aduocati, vt voluit Bar. in l. vlt. per illum text. C. de poſtul. & Ioan. de Ana. in rub. extrà, de Iudæ. col. 2. & Iaſon in rub. ff. de iuſt. & iure. col. j.

Nec notarij.

Nec procuratores.

Nec collectores.

14 ¶ Item cùm officium notariorum & procuratorum ſit vile. l. vniuerſos, & l. ſi quis procurationem, & vtrobique not. C. de Decu. & infrà latiùs dicemus, ideo neutrum debent exercere aduocati. glo. & Bart. in d. locis, & gloſ. in l. generali. C. de tabel. lib. 10. Bart. in l. j. C. de primicer. lib. 12. Bald. in l. Senatores, in j. lect. ff. de Senat. Iaſ. ſuper rubr. C. de procur. Neque etiam debẽt aſſumi ad eorum officium, quos nunc collectores vocant, neq; ad aliud quoduis munus perſonale cogi. l. nequis, & l. ſancimus, & ibi Bar. C. de aduo. diuer. iud. ea videlicet ratione, vt dicit Bal. in d. l. ne quis. qm̃ non debẽt vilia miniſteria exercere in vilipendiũ togę, vt ipſe loquitur.

Nec ad quoduis munus perſonale cogi.

Nobiles aduocati officium exercentes non contribuũt ad ſubſidia

Etiamſi ex eo officio lucrentur.

15 ¶ Propterea nobiles officium aduocati exercentes non tenentur contribuere in ſubſidiis, vt voluit Marcus Mantua. Bonauitus obſeruationum lib. 2. ca. 17. char. j & ante eum, licet non allegeт, latè concludit Guid. Pap. deci. 388. quò verò ad Doctores, vbi hoc quoque dicit procedere, etiam ſi ex huiuſmodi officio quicquam lucrentur, cùm id facere poſsint, iure ita permittẽte. Et quòd huiuſmodi officium non deroget nobilitati, expreſsè conſuluit Bartho. Chaſſe. conſil. 64. viſo proceſſu, col. vlt. Et hoc apertè probat tex. in l. 2. §. Seruius autem. ff. de orig. iur. in illis verbis, Turpe eſt patricio & nobili viro, & cauſas oranti, ius in quo verſatur ignorare. Nam primùm illic iungit nobilem & cauſas orantem, id eſt, aduocatum: deinde aſſerit turpe eſſe nobili viro leges ignorare. Quin in eodem §. paulò poſt ea verba, ſcribitur, Tuberonem Patricium à cauſsis agendis ad Ius Ciuile tranſiiſſe.

Reſponſio ad contraria.

Liberti dignitatum capaces.

16 ¶ Nec obſtant quæ allegata ſunt pro prima parte. Et primùm quod dictũ eſt de libertis. Nã hodie iure nouiſsimo liberti per ſolam manumiſsionem, & ſine conceſsione aureorum annulorum efficiuntur ciues Romani, & ad dignitates idonei, per auth. vt lib. de cætero, in princ. vbi gloſ. hoc not. & gl. in d. l. t. C. ad leg. Iul. Vicel. & in l. j. C. ſi ſer. aut lib. & ibi quoque Bart. & Ioan. Plat. glo. in l. libertorum, vbi & Lucas Pen. C. de dignit. lib. 12. Et ob eam cauſam, vt nonnulli ex ſupradictis dicunt, poſſunt liberti patrocinari, vt dictum eſt, & aſsidere iudicibus, per l. 2. ff. de aſſeſ. Atqui ſicut verum eſt hodie libertos dignitates poſſe conſequi ex iure nouiſsimo ita minimè verum eſt, quicquid illi dicant, hac ratione illos poſſe poſtulare, & aſsidere, cùm id poſſent ex antiquo iure, ex quo etiam interdicebantur dignitatibus. Idcirco nihil eſt, quod huic obiectioni reſponderi poſſe videatur, quàm vt fateamur patrocinari non

dignitatis

dignitatis esse, sed non ideo adnersari dignitati. Nam quicquid non est dignitatis, non confestim est contrarium dignitati. Sunt enim multa communia dignitatis & non dignitatis, vt bibere, comedere, ludere, iocari, & sexcenta buiusmodi, quæ si feceris, nó propterea dignitatem assequeris: nec item dignitatem, si quam habes, amittis. Nunc autem illud solum quærimus: An patrocinari sit adeo aduersum dignitati aut nobilitati, vt eam ex patrocinio amittas.

Patrocinari non dignitatis est, Non tamē cōtrarium esse dignitati.

17 ¶ Qnod vero dictum est Hortensium post Consulatum studium agendarum causarum remisisse: id quidem non fecit Hortensius abiectione contemptúque ipsius rei, sed veidem Cicero, quo loco suprà in eam rem citauimus, credit, quoniam videret ex Consularibus neminem esse secum comparandnm: negligeret antem eos qui Consules non fuissent. Plinius vero non solum ob eas qnas diximus rationes, abstinuisse se Tribunum caussis agendis asserit, sed & quia potuisset contingere, vt altera partium eum appellasset vt intercederet, cuius rei extremum ius erat apud Tribnnos. Ideóque maluisse se Tribunum omnibus, quàm paucis aduocatum exhibere, vt inibi tradit.

Ad id quod dictū, causis agendis abstinuisse qui dignitates assecuti fuerant.

18 ¶ Cæterum Germanicus Caligulæ pater, quem omnes miris landum præconiis extollunt, orauit causas, etiam trinmphalis, vt à Suetonio traditum est, in ipso Caligula. c. 3. Ex quo patet viros vel in summa dignirate collocatos ea tempestate hoc studium non prætermisisse. Martianns inter nostros Iurisconsultos celeberrimus potest videri aduocatus fuisse, ex l. 1. §. vlt. in fi. ff. ne de statu defunc. Et Paulus alter Iurisconsultus plane attestatur se huiusmodi officij munere functum, in l. qnæsitum est. §. cum vir. ff. de leg. 3. vbi & tradit se in causa quadam, in qua postulabat, non id obtinuisse defendebat, & tamen reuerenter & benignè authoritatem & rationem iudicis aduersus suam ipsius sententiam accepit, agnouit, comprobauit. Id quod obiter dicere volui, ne aduocati nostri temporis ægrè ferant, si quando in causa succumbant. Plinius Senior vir omnibns eruditionis ac doctrinæ numeris absolutissimus, aliquandiu causas actitauit, vt refert Plinius Iunior, lib. 3. epist. ad Matium. Vespasianus post stipendia, quibus Tribnnum militum magna fama gesserat, foro operam dedit, authore Suetonio. Vt non iam mirum sit qnod Bal. noster, & aduocationis officium exercuit, vt ipse attestatur, cons. 160. quæritur vtrum si emphyteuta, vers. ego istam quæstionem, li. 3. & cons. 400. pro parte Zannis, in fi. in subscriptione, eo. lib. 3.

Germanicus triumphalis causas egit. Martianus iuriscō. aduocatus fuit. Et Paulus. Plinius Senior. Vespasianus post Tribunatum militum.

19 ¶ Nec desnnt qui in laudem buius muneris tradunt dominum nostrum Iesum Christum aduocati partes sibi sæpius sumpsisse, vt cum Lucæ 10. c. Mariam Magdalenam primum contra Martham qnæ in sorore sua maiorem diligentiam desiderabat. Deinde eiusdem Lucæ 7. adnersus confidentem illum Pharisæum, qui Christum à Magdalena tangi nolebat. Postremo Matth. 26. & Marc. 14. contra discipulos indignè ferentes quod eadem Magdalena Christi caput & pedes precioso vnguento inunxisset admirabili pietatis exemplo defendit. Vt prætеream (inquit, Iac. Omphalius, cuius hæc sunt lib. de vsurpatione legum 4. c. 6.) mulierem adulterij conuictam & lapidum iniectionibus adindicandam, quam idem dominus commemoratione peccati, quo omnes Iudæi obstricti tenebantur, defendit, atque vitę supplicio exemit: quod Ioannes Apostolns scribit sui euangelij c. 8. quódque idem Apostolus 1. epist. c. 2. scribit habere nos aduocatum apud patrem Christum.

Bal. aduocatus fuit.

20 ¶ Nec semper verum extitit, exiguam fuisse causidicis mercedem datam, sed & plerunque fuisse quæstuosissimnm causas agere, vel testimonio ipsius Martialis, qui lib. 1. ad Flaccum scribens, epigrammate quadragesimoquarto, nullum esse præmium musis conqueritur, sed in iudiciis tantum, & apud causidicos pecuniam versari. Epigrammatis initium est,

Quæstuosissimū causas agere.

O mihi curarum pretium non vile mearum.

Qnod reliqnnm est, quoniam sit longiusculum, & omnibus pateat, relinquo illic vidēdum. Idem lib. 2. id quoqne clarissime ostendit in Caium scribens, epig. 30.

Mutua viginti sestertia forte rogabam,
Quæ vel donanti non graue munus erat.
Quippe rogabatur fidúsque vetúsque sodalis,
Et cuius laxas arca flagellat opes.
Is mihi: diues eris si causas egeris, inquit.
Quod peto da Cai, non peto consilium.

Sed & alibi, libro scilicet octauo in Ciperum, epig. 16.

Pistor qui fueras diu, Cipere.
Nunc causas agis, & ducena quæris:
Sed consumis, & vsque mutuaris.
A pistore, Cipere, non recedis,
Et panem facis, & facis farinam.

Vnde & illi vulgatissimi versus exierunt,

Dat Galenus opes, dat sanctio Iustiniana,
Ex illis paleas, ex istis collige grana.

Quos ponit gl. in procе. ff. Sed & maximè apud Græcos diuitiæ ex hniusmodi instituto conficiebantur. quod ex eo satis comprobatur quod Stratocles, atque Dromoclides, vt scribit

Messis aurea tribunal.

Plutarchus, circa initia libri, quem de ciuili institutione ad Traianum scribit, solebant sese mutuo ad messem auream inuitare, sic enim ioco tribunal. & curiam appellare consueuerũt.

De mercede aduocatorum non pauca.

21 ¶ Et quoniam eo vsque processimus, vt de mercede aduocatorum loqueremur, non erit alienum, quædam non protrita ad eam rem pertinentia subtexere. Solent enim huiuscemodi egressiones fauorabiliter oblectare, & lectorem iucunde refouere, stomachũmque nauseantem quodam veluti condimento reficere. M. Cincius aut Cinthius (vtrumque enim legi) vt scribit Cicero lib. de oratore secundo, legem de donis & muneribus tulit, quæ ab eo Cincia, siue Cinthia dicta est, alij Titiam & quidem corrupte, vt opinor, vocãt. Huius suasor fuit Q. Maximus admodum senex, vt dicit M. Cato apud Ciceronem in lib. de senectute. Ea autem cauebatur, vt author est Tacitus, lib. 11. ne quis ob causam orandam pecuniam donúmve acciperet. Idem lib. 15. scribit oratorum licentiam peperisse Cinciam rogationem. Ob idque, si Festo Pompeio credimus, ea lex muneralis dicebatur à prohibendis scilicet muneribus, Cuius meminit Plautus. Ne muneralem legem: neque lenoniam rogo fuerit, nécne flocci æstimo. Sed & huius legis meminit Liuius lib. 34. in oratione Catonis, quam habuit de lege Oppia. Quid, inquit, legem Cinciam excitauit, de donis & muneribus? nisi quia vectigalis iam & stipendiaria plebs esse Senatui cœperat. Et Tullius lib. 2. de oratore. M. Cincius (inquit) quo die legem de donis, & muneribus tulit, cum C. Cento prodijsset: & cum satis contumeliose, quid fers Cinciole, quæsisset, vt emas, inquit Cai, si vti velis. Ex quo enim donum munúsve capere lege vetabatur, si quo vti voluisset id ei emendũ erat. Meminit & Ausonius, quẽpiã Iurisconsultũ deridẽs, quòd legẽ Titiã non metuerit. nam cum indoctus esset, nihil lucrabatur.

Lex Cincia de donis & muneribus.

Lex muneralis.

Aliæ leges & S.C. de aduocatorum mercede.

22 ¶ Sed & in eandem rem erant aliæ leges & Senatusconsulta, quæ vetabant vænire aduocationes. Plinius li. 5. Epistolarum, ad Valerianum tradit Nigrinum Trib. ple. recitauisse libellum disertum & grauem, quo questus est vænire aduocationes, & gloriæ loco poni ex spoliis ciuium magnos & statos reditus. In eámque rem capita legum recitasse, & Senatuscõsultorum admonuisse. Ideóque inibi Plinius apertè gloriatur, quod leges antiquas secutus nunquam aduocationes suas voluit esse venales, sed pecuniis in ea re semper abstinuit. Subiungit enim in eadem epistola, Quoniam me iuuat, quod in caussis agendis non modo pactione, dono, munere, verum & xeniis semper abstinui: oportet quidem quę sunt inhonesta, non quasi illicita, sed quasi pudenda vitare. Iucundum tamen, si prohiberi publice videas, quod nunquam tibi ipse permiseris. Idem Plinius in eodem lib. ad Rufum adscribit verba cuiuspiam Senatusconsulti in eam rem, quę sunt huiusmodi, Omnes, qui quid negotij haberent, iurare prius quàm agerent iubebantur, nihil se ob aduocationem cuique dedisse, promisisse, cauisse. Et subdit his verbis, ac mille præterea & vænire aduocationes, & emi vetabãtur, & Tacitus lib. 13. Multa, inquit, arbitrio Senatus cõstituta sunt, ne quis ob caussam orandam mercede aut donis emeretur. Et rursum eodem lib. Repetitum credebatur Senatusconsultum, pœnáque Cinciæ legis aduersus eos, qui pretio caussas orauissent.

Plinius nũquam aduocationes suas voluit esse venales.

Cicero quoque mercede abstinuit.

23 ¶ Ante Plinium & Tacitum, Cicero & ipse legum obseruantissimus, ex prouinciis, neque dona, neque mercedem ab vllo recepit. Munera à Siculis ingentia magnificáque vltro delata constantissime renuit, eo contentus duntaxat, vt Aedilitatem suam transmissione frumentaria, nec illa quidem gratuita adiuuarent. Author Plutarchus. Idem Tullius lib. 2. Officiorum, Diserti, inquit, hominis & facile laborantis, quódque in patriis est moribus, multorum caussas, & non grauatè, sed gratuito defendentis, beneficia & patrocinia late patent. Ex quibus verbis licet colligere moris fuisse apud priscos Romanos opera gratuita, patronos clientum caussas agere. Ouidij quoque, qui eadem fuit tempestate, carmen est lib. 1. Elegiarum.

Turpe reos empta miseros defendere lingua,
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Sed & longo post tempore Symmachus in epistolis laudat quempiam Iulianum caussidicum, quod nunquam in mercedem linguæ corrupit meritum.

De eadem re.

24 ¶ De eadem re eleganter quidem & copiose, vt semper alias differens Quintilianus lib. 12. Oratoriarum Institutionum, c. 7. quo de his loquitur, quæ in suscipiendis caussis oratori obseruanda sunt, sic infit: Gratis ne ei semper agendum sit, tractari potest, quod ex prima statim fronte dijudicare imprudentium est. Nam quis ignorat, quin id longe sit honestissimum, ac liberalibus disciplinis, & illo quem exigimus, animo dignissimum, nõ vendere operam, nec eleuare tanti beneficij autoritatem? Cum pleraque hoc ipso possint videri vilia, quod pretium habent. cæcis hoc (vt aiunt) clarum satis est. Nec quisquam, qui sufficientia sibi (modica autem hæc sunt) possidebit, hunc quæstum sine crimine sordium fecerit. At si res familiaris amplius aliquid ad vsus necessarios exiget, secundum omnium sapientium leges, patietur sibi gratiam referri, cum & Socrati collatum sit ad victum. Et Zeno, Cleantes, Chrysippus mercedes à discipulis acceptauerint. Neque enim video quæ iustior acquirendi ratio, quàm ex honestissimo labore, & ab iis de quibus optime meruerint, quique si nihil inuicem præstẽt, indigni fuerint defensione. Quod quidem non iustum modo, sed necessarium etiam est: cum hæc ipsa opera tempúsve omne alienis negotiis datum, facultatem aliter acquirendi recidant.

discedant. Sed tum quoque tenendus est modus: ac plurimum refert & à quo accipiat, & quantum, & quousque. Paciscendi quidem ille piraticus mos, & imponentium periculis pretia, procul abominanda negotiatio, etiam à mediocriter improbis aberit, cum præsertim bonos homines, bonasque caussas tueri non sit metuendus ingratus. Qui si futurus, malo tamen ille peccet. Nihil ergo acquirere volet orator, vltra quàm satis erit. Ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, sed mutua beneuolentia vtetur: cum sciat se tanto plus præstitisse quia nec vænire hoc beneficium oportet, nec perire. Denique vt gratus sit, ad eum magis pertinet, qui debet. Hæc Quintilianus.

25 ¶ Non solum autem apud Romanos, sed & Athenienses cæterósque Græcos, atque etiam Barbaros inhonestum fuit, & veluti sordidum ex patrocinio quæstum facere. Cymon Atheniensis (quod Plutarchus retulit) Persam hominem, quod suo patrocinio vti vellet, pateras duas offerentem, alteram aureorum Daricorum plenam, argenteorum alteram, ea acerbitate à se reiecit, vt diceret mercenarium se non esse: quin si se amico vti vellet, quæ munera obtulisset, ea secum referret. Aristoteles in præceptis Rhetorices de caussis ciuilibus, quæ ad Alexandrum Regem scripsit, quo loco de exordiis in genere iudiciali loquitur, sic ait Græcè quidem, sed in hanc sententiam, Eodem quoque modo si quis nos mercede conductos caussarum patronos dicat: & fatebimur, & cauillabimur. Huiúsque rei autorem accusatorem nostrum, ac reliquos omnes demonstrabimus. Mercedum autem species diuidemus, dicemúsque alios pecuniis, alios gratiis, alios suppliciis, alios honoribus aduocatos assistere. Te igitur gratis id obtre muneris ostende, aduersarium vero dicito ne paruo quidem pretio aduocatum assistere. Quin cum vt aliquid argenti iniustè capiat, in iudicium ire. Hæc Peripateticorum princeps. Quibus plane docet, turpe apud Græcos fuisse aduocationes vænire. Saxo autem Grammaticus, qui Danicam historiam scripsit elegantius quidem, quàm tempora quibus vixit paterentur, eiusdem historiæ lib. 6. inducit Scarratherum Danicum virum his versibus loquentem;

Dicere sæpe foro turpique inhiare lucello
Gaudet, & hoc studio vatem solatur inertem,
Venali celebrans commissa negotia lingua.

Apud Græcos & cæteros turpem fuisse quæstum ex patrocinio.

26 ¶ Sed Nero Romanus Imperator, quem alteram facem generis humani vocat Plinius, antiquas leges abrogans, id primum apud Romanos instituit, vt litigatores pro patrociniis certam iustámque mercedem darent, testis Suetonius in eius vita, c. 17. Quanquam si Cornelio Tacito lib. 11. credimus, Claudius Cæsar, qui ante Neronem præfuit Romano Imperio, iam capiendis pecuniis modum imposuerat aduocatis vsque ad dena sestertia, quæ egressi repetundarum tenerentur.

Nero primus mercedem aduocatis constituit, Aut vt aliis placet, Claudius.

27 ¶ Sed vtrumcunque est, id postea receptum approbatúmque nostris legibus, vt scilicet aduocati mercedem non inhoneste acciperent. l. si creditor. C. de pac. & l. j. C. de suffra. vbi etiam ex sententia glos. & omnium antiquorum, ex nudo pacto potest aduocatus salarium petere, quanquam ea lex, de salario aduocatorum, nec loquitur, nec intelligi potest: sed de suffragio, quod longe aliud est, vt eleganter & scite declararunt duo nostræ ætatis legum & eloquentiæ consultissimi Andreas Alciatus, & Vldaricus Zasius, ille in lib. 2. Paradoxorum. c. 14. hic in suis scholiis in l. 2. super verbo, suffragio. ff. de orig. iur.

Quod leges postea probarunt.

28 ¶ Sed vt redeamus, de salario aduocatorum est etiam tex. inter cæteros elegans, in l. 1. §. in honorariis. ff. de var. & extra. cog. vbi salaria aduocatorum debent præstari pro modo litis, próque aduocati facundia, & fori consuetudine, & iudicii in quo est acturus. Quarum vero addit Alexan. Hales Theologus scholasticus minime contemnendus, in tertia parte summæ. q. 44. membro 2. videlicet pro modo laboris.

Cuius modi salarium aduocatorum esse debet.

29 ¶ Subdit autem tex. in d. l. j. paulo post illud quod suprà citauimus, licita quantitas intelligitur pro singulis causis vsque ad centum aureos. Quem tex. aduocati curiæ Romanæ, vt ibi refert Barb. perperam, & contra mentem legis interpretatur, vt pro singulis capitulis centum aureos liceat accipere, atque ita de facto obseruant. Qui autem volet scire æstimationem centum aureorum de quibus in d. l. j. legat quæ scripsit Budæus vir vtique doctissimus, & totius antiquitatis diligentissimus inuestigator, in lib. 5. eius operis, quod miro nouóque materiæ genere de asse & partibus eius elegantissimè scripsit, & rursus in annotationibus Pandectarum, in l. eadem lege. ff. ad leg. Iuliam repe. quibus locis eam legem nominatim citans inter cætera affirmat Vlpianum illius l. conditorem, licitam centum aureorum quantitatem appellasse eam, quæ à Claudio taxata fuerat ad dena sestertia. Id quod etiam asserit Andr. Alc. in suis annotationibus in Tacitum, lib. 11. & lib. dispunctionum 3. c. 9. quo etiam loco declarat post Budæum, quam summam nostri temporis efficiat ea centum aureorum denorúmve sestertiorum quantitas. Quæ omnia mire concinunt iis, quæ scribit Plinius Iunior lib. 5. Epistolarum ad Rufum Nepotem, Prætorem permisisse pecuniam duntaxat decem milium ob aduocationem dare. Nam idem sunt decem milia nummum, quod decem sestertia, vt etiam asserit Budæus in eodem loco, qui tamen huius postremi loci non meminit.

Ad idem.

Sed & canones mercedem aduocatorum probarunt.

30 ¶Sed & Canonicis Decretis & Pontificiis sanctionibus comprobatum est, vt aduocati licitè patrocinium venderent. c. non licet. 11. q. 3. vbi D. Augustinus in hæc verba, non licet iudici vendere iustum iudicium, etsi liceat aduocato vendere iustum patrocinium, & Iurisconsulto rectum consilium. & ad idem, tex. in c. non sanè. 14. q. 5. & in c. Romana. §. nec etiam, de for. compe. lib. 6. cum fi. Et ideo etiam clerico aduocato licet salarium accipere, vt not. glo. in c. 1. 15. q. 2. & Panor. in c. 1. in fi. extra de postula.

An aduocatus respõdẽs sine reuolutione librorũ, gratis id facere debeat.

31 ¶Porro gl. in d. c. non licet, dicit, quòd si aduocatus sine labore, & librorum reuolutione possit dare consilium, tenetur gratis consulere. cui etiam sententiæ assentiunt Spec. d. tit. de salario. §. sequitur, post prin. & Alex. Hales, vbi nuper citauimus, freti ambo autoritate Matth. 10. gratis accepistis, gratis date, quæ repetitur in c. 2. extra de mag. vt videlicet quod gratis, & sine labore accepit aduocatus, id etiam gratis impartiri debeat. Sequitur etiam illam gl. & eam facit sing. Barb. con. 34. præclarè optimus dicit Psalmista, col. 19. lib. 2.

De eadem re.

32 ¶Sed huic opinioni refragatur Archid. in d. c. non licet. Io. An. in addi. Spec. vbi suprà proxime, Imol. Flor. in c. cum ab omni. col. vlt. de vit. & hon. cler. Bar. sibi contrarius, in c. ex literis, de constit. & in proœmio cler. in 2. lec. in verbo, salutem, col. 15. & in l. 2. §. item si in facto, coniuncta l. seq. ff. de verb. obl. vbi allegat Christoph. Cas. hanc eandem partem tenentem, & Alex. in addi. Bar. in d. l. j. ff. de var. & extraordi. cogn. & Soc. in tract. fal. reg. 229. & Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, col. 2. ff. de offi. Procon. & in §. sed istæ, col. antep. Instit. de actio. & Ludo. Bolog. in repe. auth. habita, char. 9. col. 1. vers. dixit tamen Spe. C. ne filius pro pat. & Fran. Purp. in trac. de officio assessoris, nu. 141. & Alcia. lib. 1. de verbo. sign. char. 8. & Ripa. in tract. pestis in 3. parte, char. 137. Petr. Rebuf. in 46. priuilegio scholasticorum, & è theologis Ant. Flor. in 1. parte 3. partis prin. suæ summæ, tit. 6. c. 2. §. de salariis aduocatorum, post princ. & Gab. Biel. in 4. sentent. distinct. 15. in 6. conclusione 8.

De eadem re.

33 ¶ Quæ vltima opinio hauddubie verior est, duabus potissimum rationibus, ne videlicet deterior sit doctiorum conditio, quàm cæterorum, contra omnem iuris æquitatisque rationem: & ne pereant sintque nobis fraudi, & damno ij sumptus, quos antea impendimus: sudorésque & labores præteriti, quos ægrè diúque sustinuimus ad adipiscendam tantam legum scientiam, vt in promptu & nullo iam negocio de iure respondeamus. Nam

Cum labor in damno est, crescit mortalis egestas.

Vt dicit ille protritus, non tamen contemnendus author, quem citat gl. in §. ne autem, in verbo pedaneis, in auth. de iudicib. vbi & ad hoc bonus tex. vti etiam est, in l. vlt. C. de allun. in illis verbis, ne diligentiam suam damnosam esse intelligant, quem tex. elegantem dicit Bar. con. 56. sapienter scripsit Psalmista, col. 2. lib. 2. Quæ posterior ratio imas illi fibras abscindit, cui innituntur Spec. & Alex. Hales, qui præsens tempus tantum respiciunt, nullam præteriti habentes rationem. Sed velim dicat, quisquis eorum partes contumaciter sequi volet, & tueri pertinaciter: Num gratis accepit, qui tot exant latis laboribus, tot sumptibus factis in libros aliáque prope infinita, ad supremum scientiæ fastigium euaserit? Denique Christofo. Castel. quem vt suprà diximus, citat Barb. vbi suprà, in eam rem simile quippiam adducit, Num videlicet sutor tantum pecuniarum accipiet de iam factis sotularibus, quantum de his quæ nouiter? ita sanè.

De eadem re.

34 ¶ Non omittendum tamen quod Soc. in tract. fal. in regula 229. in 3. fal. dicit illam gl. quam facit sing. posse procedere in aliquo casu, videlicet quando casus super quo petitur consilium aliis est tam clarus, vt neminem lateat, ob idque Doctor siue aduocatus super eo consultus sine labore, & librorum reuolutione respondet, verbi gratia, si quis interrogetur de casu § gallinarum, Instit. de rer. diui. hæc Soc.

De eadem re.

35 ¶ Ego idem asseueranter & intrepide asserere audeo in alio quoque casu eam gl. sine dubio procedere, puta cum quis habet scientiam infusam, & ita gratis à Deo acceptam, qualem habuerunt apostoli, & bona pars prophetarum: quam vt gratis accepit, ita & gratis debet dare. Ita videtur intelligere Barb. d. con. 34. & è theologis Ant. Flo. in 3. parte summæ, tit. 7. c. 1. vbi tamen loquitur de medicis, quos dicit posse salariũ curationis accipere, nisi ex scientia à Deo infusa id fecerint. Nam & Helisæus propheta cũ ita Naaman à lepra curasset, nihil accipere voluit. Cum autẽ ipsius famulus aliquid exegisset, lepra percussus est, vt scribitur 4. Reg. 5. c.

Modus mercedis aduocatorum.

36 ¶ Cæterum vt ad modum mercedis aduocatorum, de quo nuper aliquid dicere incepimus, iterum reuertamur, non prætermittendum est, quod scribit Aegidius Belle. dec. 437. super interlocutoria, aduocato in prima instantia sex florenos satis esse, nisi multum laboris impendisset. Spec. in tit. de salario. §. sequitur. vers. sed & id quod dicitur, & iterum titulo de magistris. §. j. vers. primo, citat quandam constitutionem Gregorij. 10. cuius est initium, properandum. §. cæterum, ad id quod hodie iure nouissimo aduocatus nomine salarij non potest in quacunque caussa recipere vltra 20. libras Turon. & si vltra receperit, non transit dominium in ipsum, & tenetur ad restitutionem, nec ei remitti potest. Sed Ioan. And. in addi. eiusdem in eo tit. de salario. §. nunc de procuratorum, vers. sed nunquid salarium, & iterum, in tit. de aduocato. §. 1. vers. item quod est præuaricator, dicit illam constitutionem esse reuocatam, quia

non est

non eſt in lib. 6. In regno autem Siciliæ eſt conſtitutio incip. hac edictali, ſub rub. de ſalario aduocatorum. Cuius ea eſt propemodum ſentẽtia, quod vbi res quæ deducitur in iudicium, eſt æſtimabilis, ſalarium aduocati eſt ſexageſima pars ipſius, præterquam in actione iniuriarum, in qua atque etiam in actione rei inæſtimabilis ſalarium aduocati ſtatuitur arbitrio iudicis. Verùm Matth. Afflic. ſuper illa conſtitutione dicit eam non obſeruari, nec eſſe iuſtam.

37 ¶ Bal. autem, in l. j. in vltimis verbis, poſt Ray. Forli. C. mand. dicit in cauſſa vitæ nullum eſſe à iure taxatum ſalarium. Et ideo illi qui ſunt aduocati epiſcoporum, vel abbatum pro ſtatu dignitatis ipſorum, poſſunt recipere magnum ſalarium, etiam vltra centum aureos à legibus præſcriptos, ar. l. ſi pater. ff. de don. in qua & hoc quoque tenuerunt Bar. Sal. Ang. Raph. Co. & Imo. limitantes d. l. j. de extraord. cogn. procedere in cauſſa ciuili tantum, & non in criminali, & ſequitur Alex. in addi. Bar. in d. l. j. in verſ. diuus. Bar. con. 3. illud afferam in medium, col. 2. lib. 2. Franciſ. Are. in l. ſi quis, in fi. C. de poſtul. Car. Alex. in c. 1. col. vlt. tit. de feud. guardiæ. Guid. Pap. dec. 190. in honorariis aduocatorum, & Iaſon, in §. triplic. col. pe. Inſtit. de actio. Philip. Dec. in d. l. creditori, in 2. no. C. de pact. & Franc. Cur. Iunior, con. 6. circa bas quatuor, col. 12. verſ. & ideo dixit.

Quid in cauſſa vitæ.

38 ¶ Sed & in aliis cauſsis ſi aduocatus à ſponte offerenti ſine fraude recipiat vltra ſalarium taxatum à Iure communi, vel ſtatuto non tenetur in foro conſcientiæ reſtituere, vt voluit Inn. in c. quia plerique. & ibi Ant. col. pen. verſ. ſextus caſus, & Panor. col. 11. verſ. decima quæſtio, de immu. eccleſ. vbi hoc tamen declarant. Et ex theologis Nicol. Orbel. lib. 4. Sententiarum, diſt. 47. q. 2. Et idem ſi fuerit promiſſum vltra eam quantitatem. licite enim exigi poterit, ſecundum Bal. in auth. ad hoc col. pen. verſ. inſuper quæritur, in fi. C. de vſur. licet contrarium teneat Car. Flor. in cle. ſæpe, in prin. ad fi. de verbo. ſign. quem ſequitur Philip. Dec. in d. l. creditori, vbi tamen intelligit, niſi iuramentum interuenitet, ex ſententia Guid. Pap. d. dec. 190. Sed tu hic vide quæ dicam infrà, nu. 52.

Quid ſi ſpõte offeratur vltra modum.

Quid ſi promiſſum fuerit.

Quid ſi iuramentum interuenit.

39 ¶ A pauperibus autem & egenis nihil debent aduocati exigere, ſed tenentur gratis illis conſulere & patrocinari, vt voluit Alb. in proœmio C. col. 4. nu. 18. Bal. in l. furioſi, ar. illius tex. in verbo. gratis. C. de nupt. & in l. ſi ad excludendam, poſt medium C. de iure iur. vbi dicit quod ſi etiam aduocatus iurauerit, nunquam ſe gratis patrocinaturum, non eſt ſeruandum huiuſmodi iuramentum in cauſsis pauperum. Et Maſuerius in tit. de expenſis. §. item in cauſſa pauperum. Ideóque dicit Alb. in d. l. vnica, col. vlt. C. de ſuffra. vbi id declarat, & in d. l. nequicquam. §. vlt. ff. de offi. Procon. & Iaſ. in eadem l. §. vbi decretum, col. 2. quod in foro conſcientiæ peccat aduocatus, ſi quicquam capiat à paupere, & idem Iaſ. quoque voluit, in d. §. tripli, eadem col. pe. Inſtit. de act. vbi illud dictum Bal. in d. l. furioſi, pium appellat, & monet obſeruari. Idem autem voluerunt Hoſt, Panor. & Fel. in c. 1. extra de offi. iud. vbi Fel. intelligit de extrema paupertate. Et idem Fel. in c. ſi pro debilitate, col. vlt. paulo ante fi. de offi. dele. & Corſe. in dec. Capellæ Tol. q. 481. item fuit quæſitum, & ibi poſt eum Aufrer. & è theologis affirmauerunt, Alex. Hales, in 3. parte ſummæ. q. 46. membro 1. Et diuus Thomas. 2. 2. q. 71. ar. 1. vbi plura in eam rem dicit, & etiam ar. 4. Ant. Flor. in d. §. de ſalariis aduocatorum, in fi. & Gabri. Biel. d. di. 15. q. 6. concluſione 9. dubio 4. & Henri. Herp. in eo libro, cui eſt titulus, Speculum aureum decem præceptorum, præcep. 8. ſermone 5. ad fi. & Ang. de Claua. in ſua ſumma. in verbo, aduocatus verſ. 11. & Nicol. Orbellius. lib. 4. ſenten. diſt. 47. q. 2. Et ita etiam ſanciuit Benedictus 12. in ſua conſtitutione, Decens & neceſſarium æſtimamus, vt retulit Io. An. in ſua ad Specul. parap. tit. de aduocato. §. 1. verſ. item quod non habet peritiam. Vide Rebuffum de priuilegiis ſcholaſt. in 90. priuilegio, & Ripam. in l. ſi conſtante, nu. 35. & 36. ff. ſol. matr. & eſt fol. 24. in fi. & ſeq. & Alb. in l. j. §. ait Prætor, in prin. ff. de poſtul.

Quid ſi pro pauperibus patrocinantur.

40 ¶ Simile eſt quod dicit Bal. in auth. generaliter, col. j. C. de epiſ. & cler. quod in cauſsis miſerabilium perſonarum non debent iudices habere ſportulas, ar. tex. in §. ne autem, in auth. de iud. quod & voluit ſub dubio forte Car. in cle. ſtatutum, in 1. oppo. de elec. Sed certè dubitare non debuit, cum ſit tex. de hoc expreſſus in auth. de mand. princ. §. ſit tibi quoque. Per quem hoc nominatim firmat glo. in c. cum inſtantia. in verbo, peregrinari, extra de cenſ. & in c. ſtatutum. §. inſuper, de reſcrip. lib. 6. vbi etiam eſt tex. quod iudices à pauperibus expenſas non debent accipere, etiam quando peregre proficiſcuntur. quod ampliant Archi. Io. And. Dom. ibi, vt procedat etiam, ſi à paupere ſponte offerantur expenſæ. per l. j. C. de ſalg. hoſp. non præbend. lib. 12. & in c. placuit 1. quæſt. Quibus adde, & tex. in l. vlt. §. vt autem, ibi. vel ſpontanea voluntate offerentibus. C. de re milit. lib. 12. & in c. Romana. §. pe. ibi qualitercunque offeratur, & iterum in c. exigit, in illis verbis, etiam à volente recipere, & ibi gl. de cenſib. li. 6. & in glo. in l. inuitus. §. vlt. & ibi Bart & Philip. Dec. ff. de regul. iuris, & in d. c. ſtatutum. §. inſuper, in verbo, recipere, de reſcrip. lib. 6. Baldus in authentico, ſed hodie. C. de epiſc. & clerie. Petr. Ane. con. 27. de titulis, col. 4. verſ. ſupereſt videre de tertio. Lapum, alleg. 37. ſtante conſtitutione, in 2. dubio, Fel. in c. cum M. Ferra. col. 12. verſ. & in propoſito, de conſtit. & in c. tua nos, de hom. & in c. 1. in fin. de ſimo. Hippo. Marſil. in l. conſtitutum, col. 1. ff. de ſica. & in l. vnius. §. ſeruus. ff. de quæſtion. Sed vt redeamus ad principale propoſitum, illud quoque quod de

Simile de iudicibus.

sportulis à pauperibus non accipiendis diximus, voluit Henric. in c. cum ab omni, col. 1. in prin. de vit. & honesta. clerico.

41 ¶ Simile quoque sing. voluit Ro. in repe. l. si vero. § de viro, in 45. fal. vers. 6. ff. sol. matrimon. quod notarius non debet pro instrumento pro paupere confecto salarium recipere, per tex. in l. tam dementis, in fi. iuncta gl. C. de epi. audi. extendendo rationem in illo tex. expressam, & in c. charitatem. 12. q. 1. c. 2. Quod dictum pro sing. reassumit Iason, in d. §. triplic. col. pen. & in d. §. vbi decretum, col. 2. & ita etiam per gl. in d. l. tam dementis, nulla Ro. mentione facta. tenuerunt Alex. in l. argentarius, in prin. ad fi. ff. de eden. & Philip. Dec. in c. 1. col. 26. vers. restringitur hæc prima limitatio, extra de probat. vbi etiam paulo post reperies, an hoc casu debeat notario solui de publico. Et idem quoque voluit Alciat. lib. 1. de verbo. sign. char. 7. Et hoc quidem in legibus Longobardorum expresse cauetur, ne notarij de orphanis, & cæteris pauperibus qui exoluere non possent, mercedem accipiant, vt scribitur tit. de scabinis & cancellariis. l. vlt. quæ incip. volumus.

Simile de notariis.

42 ¶ Item magistri & præceptores debent gratis discipulos pauperes docere, vt est tex. in c. 1. & ibi doc. de mag. per quem ita etiam voluit gl. in d. §. insuper, & gl. in c. de quibusdam. 37. dist. & Ant. Flor. in 1. parte 3. partis princ. suæ summæ, tit. 5. c. 2. ar. 6. & iterum ar. 11. vers. 7. & bene etiam facit tex. in c. quia nonnullis, eo. tit. de magistra. In quam sententiam Damianus sophista egeuis mercedem dimisit, ne pecuniarum inopia bona ingenia laterent, vt scribit Philostratus in vitis sophistarum. Quod quidem magis mirandum est quod sophista fecerit, quoniam Alcinous, in eo. li. quem de doctrina Platonis edidit. c. 34. ita sophistam à philosopho differre dicat, vt videlicet philosophus gratis doceat, ille mercedem à discentibus recipiat. Taberius quoque Hiera grammaticus Bruti Casiúque præceptor, ea honestate fuit, vt Syllanis temporibus proscriptorum liberos gratis, & sine mercede vlla in disciplinam receperit. Author Suetonius, in lib. de illustribus grammaticis.

Et de præceptoribus.

43 ¶ Præterea episcopus aut quisquis est qui ecclesias & clericos visitat, non debet à pauperibus clericis procurationem exigere, vt voluit gl. in d. c. instantia, in verbo, prægrauari, de censib. per tex. in c. placuit. 1. q. 2. vbi est bonus tex. quod à pauperibus nihil est exigendum, quanquam nó loquitur in casu illius gl. eam tamen sequitur & dicit notandam Panor. in d. c. cum instantia, col. vlt. dicítque esse similem in c. procurationes, eo. tit. vbi tamen non extat, sed in c. venerabili, in fi. vbi & ipse Panor. eo. tit. & hoc etiam voluit Host. Io. An. in d. c. procurationes, & Doc. in c. cum apostolus, eo. tit.

Et de episcopis.

44 ¶ Sed & medici tenentur gratis curare ægrotos pauperes, vt voluit gl. sing. in c. 1. 83. distin. & Spec. d. tit. de salar. §. postremo, vers. ex præmissis autem patet. And. Iser. in constit. Neap. in terra qualibet. & iterum in constit. quia nunquam. Ioan. And. & Ant. in c. ad aures, de æta. & qualit. Lucas Pen. in l. archiatri. in princ. C. de profes. & med. Fel. in d. c. 3. de offi. iudic. Anto. Flor. in d. 3. parte, tit. 7. c. 1. §. post prin. & c. 2. §. salarium autem. & rursum. §. vlt. ver. 5. cum non visitant infirmos, & etiam in suo confessionali, & Io. de S. Gem. in sermonibus funebribus, dist. 15. sermone 24. & nouissime Adrianus Floren. in suis quæstionibus super quartum sent. vbi de fraterna correctione disserit, in 1. propositione solutionis 1. q prin.

Et de medicis.

45 ¶ Quod si medici in ea re aliis credere nolint, non etiam suis credent? cum huius etiam sententiæ fuerit Petrus de Abano insignis medicus, in eo lib. quem Conciliatorem vocant, differentia 2. Alter quoque medicorum expertissimus Michaël Sauonarola, in præfatione eius eruditissimi copiosissimíque libri, quem de ægritudinibus composuit. Alius item Bertrucius Bononiensis in eo lib. quem collectorium medicinæ inscripsit. c. 2. Refert Marsilius Ficinus, lib. 1. Epist. virginé Mariá in somnis patri suo medico apparuisse, monuisséque eum, vt artis munera egentibus gratis abundéq; largiretur. Ex cóstitutionibus Siciliæ, medici inter cętera illud iurant, gratis se pauperes curaturos. vt patet in const. cuius hoc caput est, quia nunquá.

Ad idem.

46 ¶ Sed posset quæri, an pauperes in id habeant actionem contra aduocatos, medicos, & alios huiusmodi. Fel. in d. c. 1. de offi. iud. dicit hanc quæstionem ex eo pendere, quod dicit gl. not. in c. sicut, in verbo, esurientium. 47. dist. quod pauperes non possunt directo iudici o eleemosynam petere, sed denunciare ecclesiæ eum qui non dat. & ecclesia poterit eum cogere, ar. c. ad apostolicam, de simo. Quam gl. ad hoc facit sing. Ro. in repe. d. l. si vero. §. de viro, in 25. fal. ff. sol. matr. & Fran. Are. con. 48. reuocatur in dubium, col. 2. & Soc. in tract. fal. reg. 435. vendere rem suam. Sed & idem fermè voluit gl. in c. domino, in verbo, necesse. 50. dist. dum dicit eleemosynam officio iudicis peti posse, non iure actionis. Cui similis est & alia, in c. exigunt. 1. q. 7. Et idem quoque voluerunt Spec. in tit. de instr. edi. §. nunc aliqua, col. 17. ver. sed an pauperes habeant actionem. Ant. Imo. Panor. & Ant. Burg. in c. 1. de empt. & vend. Panor. & Io. An. in c. si quis per necessitatem de fur. Idem Panor. in c. pen. de cle. ægro. & in c. nobis, de iure pat. & in c. at si clerici. §. de adulteriis, col. 14. de iud. & in c. 3. & ibi Fel. dist. 1. Io. An. in d. c. apostolicam, in prin. de simo. Ro. in l. 2. in prin. col. 6. vers. 55. ff. sol. mat. Iac. Zoch. in c. inter opera, de sponsa. Fel. in c. si qui, col. vlt. de testib. quod intelligit ipse Fel. in d. c. 1. de offi. iud. & in d. c. 2. col. 4. dist. 1. de constitutis in extrema paupertate, vt ibi poteris videre.

Sed an pauperes in id actionem habeant.

Illud

47 ¶Illud verò aduocatos monendos censeo, eos deprædatoribus non esse absimiles, qui salariũ plus iusto exigunt, vt est tex. l. si qui aduocatorum, in tit. C. de postul. quos etiá eleganter canes curiarũ, & deuoratores vocat Bar. in reper. l omnes populi, in §. prin. q. ff. de iust. & iure. Plato scienter illos appellat accipitres pecuniæ. Apuleius verò togatos vulturios non inconcinnè appellat, à rapacitate scilicet, qua in caussis forensibus vtuntur, in quibus instar vulturũ prædantur excarnificántque homines. Sicuti etiam Cicero tum in oratione pro Sextio, tum in oratione contra Pisonem, Gabinium & ipsum Pisonem imperatores vulturios paludatos, à rapacitate illius alitis, quod & nos alibi suprà diximus, eod. c. nu. 8. Sidonius. Ex quo & ipse Cicero in postremo illo loco forense latrocinium peculiari epitheto appellauit.

Aduocati qui plus iusto exigunt, deprædatores sunt. Et canes curiarum. Et deuoratores. Et togati vulturij.

48 ¶In qua re illud aduocatis obseruandum censeo, qui huiusmodi appellationes à se remotas esse velint, vt læta fronte accipiant, quod litigator sponte & alacri animo obtulerit, nihil prætereà petentes. Quod etiam præcipit Imperator, in l. quisquis. C. de postu. In quam sententiá Accursius inibi retulit illos versus vulgaris quidem, non tamen inelegantis authoris,

Exiguum munus quod dat tibi pauper amicus,
Accipito placide, plenè & laudare memento. Quos ita Græcè vertit Maximus Planudes,
Εἴ σοι δῶρα πένης φίλος ἐσθλὸς ἐγγυαλίξει,
Δέχνυσο τ' ἀσπασίως, καὶ πάντως δ' ἡ χάριν ἴσθι. Nam & hoc ab oraculo Achiuis est responsum
Δῶρον δ' ὅτι δῶσι, ἐπαίνει. Id est,
Donum quodcunque dat aliquis, laudato. Cuius meminit Strabo lib. 6.

Aduocati gratè accipiant, quod sponte offertur.

49 ¶Quo nomine vbique laudatur Artaxerxes cognomento Memor, Persarum rex, cui obequitanti cùm obuiam factus operarius quispiam rudis homo, cui aliud nihil esset, vtraque manu è proximo haustam flumine aquam obtulisset, iucũdus ille subridénsq; suscepit. Quippe qui non rei, quæ dabatur vtilitate, sed alacri dantis voluntate gratiam metiretur. Quod à Plutarcho traditum est in præfatione apophtheg. ad Traianum, atque iterum in ipsis apophthegmatis. Idem Artaxerxes paupere homine malum ingentis magnitudinis ei offerẽte iucundè suscepit, Per Solem, inquiens, hic is mihi videtur, quem vrbem quoque ex parua magnam reddere posse existimem. Testis idem Plutarchus in vita illius, & in ipsis apophtheg.

Artaxerxes parua munera libenter accipiebat.

50 ¶Quid quòd dominus noster Iesus Christus pauperculam viduam, quæ in corbonam æra minuta duo miserat, omnibus qui multò maiora miserant, prætulit. vt scriptũ reliquit Diuus Marcus 12. ad fi. & Diuus Lucas. ca. 21. & repetit Diuus Hieronymus in Decretis Canonicis, in c. odi. 24. q. 1. vbi & huiusce rei rationem esse dicit, quia dominus non ea quę offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium. In quam sententiá Phurnutus in opere de natura deorum, recenset huiusmodi prouerbiale Hemistichion,

Munerùm autem & animus optimus.

Quo significatur in amicorum muneribus non esse spectandum rei missæ pretium, sed mittentis potiùs animum.

Christus duo æra paupercule prætulit ingentibus muneribus. Munerum non preciũ sed animus spectandus.

51 ¶Sed & huc respicit aureum illud præceptum Iosephi Hissopati in eo libello, cui titulum indidit. Lanx argẽtea. Pro viribus tua dona largiare. Ná est turtur æquiualens oui capræ'que. Quod ex diuinæ doctrinæ sacrario depromptũ est. Ná ex legibus Mosaicis Leuitici 12. Mulier in die purificationis Deo offerebat agnum anniculum in holocaustum, ita tamẽ si facultates supeterent. Alioquin satis erat pauperi aut turturem, aut columbinum obtulisse: quasi non magis esset acceptior Deo à diuite agnus oblatus, quàm pullus colũbæ, aut turtur à paupere.

Ad idem.

52 ¶Cui omnino simile est, quod scribit Plinius in præfatione ad Vespasianum. Verùm & diis lacte rustici, multæ'q; gentes supplicant: & mola tantùm salsa litant, qui non habent thura. Et alibi idem Plinius lib. 12. ca. 18. Nec minùs, ait, propitij erant mola salsa supplicátibus: immo verò, vt palam est, placatiores. Adstipulatur quoque quod Apollodorus apud Zenodotũ in libris de diis prodidit, apud Athenienses Herculi Alexicaco, hoc est, depulsori malorum peculiare quoddam victimæ genus immolari solere. Cùm enim euenisset aliquando, vt bos quem erant mactaturi, profugisset, malo arrepto, subditisque ceu crurũ vice quatuor ramis, additis item cornuum loco duobus, bouis imaginem quandam repręsentarunt. Atque id ridiculum simulachrũ vice bouis immolarunt Herculi. Vnde natum prouerbium, μῆλον Ἡρακλῆς Malum Hercules, vbi quis munuscula quantumuis pusilla boni consulit. quod & videre licet apud Erasmum in Chiliadibus. Et Lilium Gregorium de Diis gentium Syntagmate 3. vbi disserit de Melio Hercule.

Ad idem. Prouerbiũ.

53 ¶Quòd si quispiam obiiciat id quod suprà diximus nu. 6. eum vilem atque abiectum existimari, qui modico pretio patrocinium præstat &c. Illud respondendũ est, gl. in d. §. apud vrbé. 3. q. 7. quæ illum tex. ad hanc sententiam refert. nõ satis fideliter exposuisse. Neque enim tex. illos arguit, qui parua mercede contenti, suo patrocinio alios defendũt, vtpote cùm in ea ipsa lege, ex qua ille §. veluti sectus est, videlicet l. quisquis. C. de postulan. paulò ante ea verba quę gl. perperá in illũ quem diximus sensum detorquet, illud scribitur, quod nuper citauimus his verbis, Nemo ex his quos licebit accipere, vel decebit, aspernanter habeat, quod sibi semel gratia officij libero arbitrio obtulerit litigator. quem locum enarrans Accursius super verbo,

Responsio ad alia obiecta.

habeat, citat illud, Exiguum munus, &c. vt iam nos suprà diximus, Et in glos. seq. in verbo, obtulerit, puta, inquit, par caponũ. Ex quo satis liquet Accursium ipsum, tex. illum intelligere, vt etiam debuit intelligi, de parua mercede sponte oblata, quã non aspernanter debet accipere aduocatus. Ideóq; quod confestim in ead. l. sequitur, & ex quo d. §. iisdẽ verbis assumptus est, non debet ad contrariũ sensum deriuari. Nam si in nostro Iure nulla omnino sit contrarietas, multo minùs in ead. l. & ipsa breui reperietur, per l. nõ ad ea. ff. de cond. & demonst. c. maiores. de baptis. Verùm quoniã versi. suprà citatus in illis verbis, quos licebit accipere vel decebit, apertè demõstrarat esse aliquos, quibus non licebat mercedẽ accipere: idcirco paulò mox, vt eos exprimat, subdit, Honoratos vrbis Romæ aduocatos posse, si velint, patrocinium præstare, ita tamen, vt non ad turpe compendium, stipẽmq; deformẽ hæc arripiatur occasio, sed laudis augmenta quæratur. Nam si lucro pecuniáq; capiantur, veluti abiecti & degeneres, inter vilissimos numerabuntur. Isti enim Honorati vrbis Romæ tempore Valent. d. l. cõditoris, ingens quoddam salarium ex publica percipiebant, aut magni cuiusdã honoris locũ inter cæteros obtinebant, ex quo Honorati vocabantur. Idcirco cum iam satis salarij vel ex ipso honore fuissent adepti, prohibebantur aliud salarium exigere. Vel etiam lex poterit non incommodè ita interpretari, vt eorum auaritiam reprehendat, qui cùm inter cæteros honoré non vulgarem sint assecuti, non tam laudis propriæ, & clientum commodi causa, quàm improbi quæstus patrocinio vtuntur. & hoc ita intelligit Domi. in d. §. apud vrbem.

54 *Ad idem.* ¶ Neque tamen omnino discesserim ab ea glo. quin eos despicatissimos sordidissimósq; esse habendos censeam, qui sola cupiditate captandi cuiuspiam quæsticuli ad patrocinium accedunt. Quòd si non ea ducti ratione, sed vt saluti aut commodo alterius consulant, idipsum faciunt, parua tamen mercede contenti sunt: non tantùm non reprehẽdendi sunt, sed & magnis laudum præconiis extollendi. Contrà verò admodum sunt reprobandi, qui salaria immodica exigunt, per ea quæ suprà abundè diximus. Quanquam in foro conscientię isti quidẽ non peccent, neque teneantur ipsi, neque hæredes eorum ad restitutionem, neque possint ob id ecclesiæ denunciari, quando interuenit vltroneus consensus clientis soluentis. Posset tamẽ adeò immoderatum esse salarium, vt iudex ex officio deberet eos cogere ad restituendum. Ita not. voluit Inn. in c. quia plerique. circa medium, versi. sed quid dices, de immu. eccl. sequitur Bal. in auth. ad hæc, col. penul. versi. insuper quæritur. C. de vsu. & facit quod scribit ipse Inn. in c. cùm olim, de censib. Et vide quæ diximus suprà, nu. 36. sed & in aliis.

Quid si ipsõte cliens plus iusto soluerit.

55 *Aduocatus non minus mercedis habere debet quòd vi ctus sit.* ¶ Denique illud non omittemus, non minus salarium aduocato soluendum, quòd litigator causa ceciderit, arg. l. sed an vltro. ff. de neg. gest. & quod dicit gl. in c. 1. 83. dist. medico esse mercedem soluendam, licèt ægrotus moriatur. Epigrammatarius poëta scribit amissa causa plus deberi educato, quàm si vicisset. Nam laus fuisset loco præmij. cùm ferat pudorẽ, cùm victus est. Carmen Martialis est huiuscemodi, libro octauo, ad Sextum epig. 27.

Egi Sexte tuam pactus duo milia causam,
Misisti nummos quot mihi? mille, quid est?
Narrasti nihil, inquis, & à te perdita causa est,
Tanto plus debes Sexte, quòd erubui.

56 *Alia de salario aduocatorum.* ¶ Sunt & alia pleraque circa materiam salarij aduocatorum quæ huc adscribenda non duximus, tum quia iam propè extra chorũ, vt dicitur, saltauimus, tum quoque quia res est iam satis vulgò cognita, & quam longè latéque tractauit Specul. in tit. de salario. §. & doctor. in l. j. C. de suffrag. & Matthæ. Afflic. in constitutio. Siciliæ, hac edictali, per totum. Ex quibus locis quæ quisque volet haurire, poterit. Et ita finem facimus huic quæstioni, quam de aduocato fecimus, an videlicet potiatur iure nobilitatis.

An procuratoris officium deroget nobilitati. CAP. XXX.

1 *Procuratoris officium derogat nobilitati.* SEd illud secundo loco quærimus, Num procuratoris munus nobilitati deroget. Quæ res minimè dubia est. Nam omnium calculis, quisquis id munus obit, nobilitatẽ amittit, vtpote cùm sit infamissima vilitas, vt est text. in l. si quis procurationem. & ibi gl. & doct. C. de Decur. lib. 10. quo in loco tamen sunt qui non vilitatem, sed vtilitatem legunt. & in his Alciatus. Sed quod non ambiguum est, is tex. non de procuratore iudiciorum sed negotiorum loquitur, vt ex verbis illius clarè apparet, verùm illinc omnes assumunt, quod suprà diximus, inter cæteros Io. Mo. in c. quamuis. de offi. deleg. lib. 6. & Archid. in c. is qui, de procur. eo. lib. officium procuratoris esse vile. Dy. in c. infamibus, in fin. de reg. iur. li. 6. dicit id onus procuratoris vilissimum esse & infamissimum, & Bal. in rub. extra de offic. iud. colum. vlt. quòd procuratores artem vilem exercent. Et idem in l. inuitus. col. 1. C. de procu. officium procuratoris esse vilissimum. Quod & idem dicit ipse Bal. in l. 1. §. ait Prætor. ff. de postul. & ibi quoque Alber. in §. hoc edicto. post prin. per d. l. si quis procurationem. Ideóque Doctores & Licentiati qui sunt in dignitate constituti, non debent huiusmodi munus exercere, aliàs, videntur esse infames, vt dicit Io. Faber in §. vlt. Instit. de excep. arg. not. in l. vniuersos. C. de Decur. vbi & Bald. not. quòd huiusmodi officium vile est.

Officium procuratoris vilissimum.

Doct. & licẽtiati debent abstinere officio procuratoris.

¶ Quæ

Infames possunt esse procuratores.

2 ¶ Quæ cùm ita sint, ideo infamis regulariter potest esse procurator de Iure Ciuili, per text. in d. §. vlt. & ibi doc. Insti. de excep. & voluit etiam gl. in d. l. j. §. hoc edicto, & ibi Bar. Bal. Alb. & alij. ff. de postul. & Bart. in l. Pedius. ff. de arbi. & in l. 2. C. de dign. li. 12. & in l. athletæ, in prin. ff. de excu. tut. Dy. in d. c. infamibus. Bal. in d. rub. de offi. iudic. ante fi. & in c. imperatorũ, col. 2. versi. item quia habet iurare, & ibi Panor. col. pe. de iur. cal. & in l. reũ criminis, & ibi alij. C. de proc. & in l. Cassius. ff. de Senat. Paul. Cast. consil. 32. circa primũ quæsitũ, col. 2. li. 2. Panor. in c. post cessionem, col. 1. de proba. vbi etiam differit, an hoc procedat de Iure Canonico.

De eadem re.

3 ¶ Denique Guid. Pap. deci. 89. sed quia in hac ciuitate, dicit quòd nobiles officium procuratoris exercentes non potiuntur priuilegio nobilium, sed tanquam plebeij & ignobiles debent contribuere in subsidijs regalibus: quod & idem dicit deci. 388. quo verò ad Doctores, col. 4. versi. & hoc dico. Rursúmq; deci. 399. hoc exordio, an autem procuratores, & Barth. Chasse. consi. 64. viso processu, col. pe. versi. sed tantùm est quæst.

Quid de procuratoribus curiæ parlamẽti.

4 ¶ Sed hoc primò limitandum est, nõ procedere in procuratore curiæ Regis vel principis, vt videtur voluisse Bal. in rub. de offic. iudic. ante fi. Ex cuius sententia gloriantur procuratores supremæ curiæ palamenti, ob id munus nobilitati non derogari. Sed certè Bald. non id dicit quod illi contendunt, sed id tantùm, quod infames possunt esse procuratores, præterquam in ea curia, in qua non licet infamibus comparere, vt in curia Regis vel principis. Et idem fermè voluit, in d. l. reum criminis, in fi. C. de procur. & in d. l. 1. §. hoc edicto. ff. de postula. In quibus locis & hanc rationem addit, quoniam non licet infamibus curiã principis ingredi, per l. sed & milites. §. sed & ignominia, aliàs incipit. scribit, de excu. tut. vbi & idem no. Bal. Et licèt ille tex. vt dicit d. §. hoc edicto, loquatur tantùm in curia Romana, tamen trahendus est ad omnẽ locum in quo princeps est: quia vbicunq; est Imperator, ibi Roma est, secundum Innoc. in c. cùm ecclesiasticæ, de exceptio. & in c. accusatum, de simo. Quæ sententia primùm fuit Pompeiani apud Herodianum, lib. 1. Roma, inquit, illic est, vbi Imperator est.

De eadem re.

5 ¶ At Fran. Are. in l. si cui lege. §. 1. dicit pro d. Bal. esse meliorẽ tex. in l. a. §. ignominiæ. ff. de his qui no. infa. quã Ang. ibi ad hoc ponderat. quòd infamis non potest esse vbi princeps est. Igitur Bal. non dicit nõ derogari nobilitati, per munus procuratoris susceptũ in curia principis, sed quòd infamis non potest huiusmodi munus exercere, quod lõgè distat. Neq; enim sequitur, Infamis nõ potest hoc munus exercere, ergo hoc munus non vile est. Nam infamis nõ potest esse tabellio, ex munere iniũcto ex publico, vt voluit Bart. in l. eandẽ. §. hac lege ff. ad legem Iul. repe. tamen id munus vile est, vt posteà dicemus. Sed vt vlteriùs progrediamur, Guid. Pap. d. deci. 399. dicit quòd nobiles officium procuratoris exercentes in suprema curia non potiũtur priuilegio nobilium.

Quid in procuratoribus illustrium & episcoporũ.

6 ¶ Limita 2. non procedere in procuratoribus illustrium personarum, & episcoporũ, & aliorũ id genus quia huiusmodi munus honorabile est, vt dicit Bal. in d. l. Cassius, col. 2. ff. de Sena. & ideo infamis, vt etiam ibi dicit, nõ potest esse procurator huiusmodi personarũ, per tex. in c. accedens. 50. di. & in c. infamis. 3. q. 7. quos ita intelligit Bal. in d. l. Cassius. Et hoc quoq; post eũ voluit idẽ Bal. in d. l. reũ criminis. C. de proc. & in d. rub. extrà de offi. iud. in fi. & gl. in d. c. accedens, & Ioan. And. in regula, quod alicui, de reg. iur. in Mercuria. & Franc. Aret. in d. l. si cui lege. §. si quis. ff. de testa. Ego multùm dubito, an hoc obseruaretur, si res in disceptatione versatur.

Quid in procuratore principis.

7 ¶ Limitá tertiò & multò magis non procedere in procuratore principis, qui dicitur habere dignitatem & honoré, vt dicit Bal. in d. l. Cassius. Io. Fab. & Ang. Are. in d. §. vl. Inst. de exce. vbi ipse Faber. dicit quòd in curia Franciæ procurator Regius est magnus magister. Et pro his facit text. in l. nemo præfectus. C. de dignit. lib. 12. vbi munus quod aliàs vile est, si demandetur à principe, non iam vile est, sed nobilitatem, & dignitatem continet, vt ex eod. text. no. Io. Plat. qui & ex hoc subinfert, quòd ex persona conferentis, res parua & vilis reputatur magna & nobilis. Sed & ad hoc illum tex. notat, & dicit, sing. Ro. 810. tu habes, quod officiũ, & Cep. qui dicit trac. de imper. mili. delig. in materia dignitatis, in 16. priuilegio dignitatis. Et vide quæ scripsi suprà cap. 6. num. 21.

Notarius principis dicitur habere dignitatem.

8 ¶ Similiter & notarius principis (hi sunt apud Gallus quos vulgò Notarios, & Secretarios Regis vocamus) dicitur habere dignitatem, l. j. & ibi Saly. C. de mand. princ. quam ad hoc dicit sing. Barb. consi. 81. preclarè, co. pen. li. 4. & eius discipulus Ant. Corse. in tract. de pot. & excel. regia, q. 95. quamuis sit & illi similis, in l. laudabile, ibi, clarissimorũ notariorũ, vbi & hoc no. Fran. Are. C. de aduo. diuer. iud. & in l. maximarum, & ibi Io. Plat. qui id no. C. de excu. mun. lib. 10. & in l. j. & ibi idem Plat. C. de primi. li. 12. & in l. vlt. vbi Bar. & idẽ Plat. eo. tit. & voluit ipse Bar. in l. vniuersos, & ibi quoq; Plat. C. de Decuri. li. 10. & idẽ Bar. in l. eadem lege. §. hac lege. ff. ad l. Iul. rep. & in l. generali. C. de tab. lib. 10. & in l. præclarã. C. de dig. li. 12. & cõsi. 77. queritur an notarius. & cõsi. 174. hic Ioã. ad fi. Bal. in. l. fori, in fin. C. de aduo diuer. iud. Gasp. Cald. cõsi. a. ti. de fid. inst. Panor. in c. venerabilẽ, co. 2. de elect. Mart. Laud. in tract. de dig. ver. 62. & in tract. de officialibus dominorũ, versi. 119. vbi etiam dicit quòd habet officium nobile, & Ang. Are. in §. serui. col. 1. in fi. Instit. de iur. perso. Io. Ana. in rub. extrà de Iudæ. col. 2.

¶ Quamuis

Alterius notarij officium vile est.

9 ¶ Quamuis aliàs id officium sit vile, vt probat tex. in d. l. vniuersos, & ibi gl. & doc. de Decur. lib. 10. quem tex. dicit sing. Bal. in c. post cessionem, co. 2. de prob. & per eum voluit Oldra. cōsi. 75. quis possit, & Ang. consi. 284. prætermitto. Satis autem cōstat, id munus nihil habere dignitatis. quod hinc constat, q liberrus potest esse notarius. l. vlt. C. de ser. reip. manu. Cùm tamē non possit assequi dignitatem. l. j. C. ad leg. Iul. maie. quod & Oldra. d. con. 75. tradit. Nam & notarij dicuntur serui publici. l. nō aliter. ff. de adopti. & l. 2. C. eod. tit. & l. 2. ff. rem pupil. sal. fore, prout illos text. intelligit Accursius in illis locis. Cui applaudit alius tex. loquens in casu illarum duarum priorum ll. in §. cùm autem. Instit. de adop. Ego verò seruos publicos in illis locis intelligo seruos reipublicæ, per l. j. C. de ser. reip. manu. iuncta illa rub. nam quos seruos reipublicæ ea rub. vocat, seruos publicos l. illa. 2. appellat. Neque vllus est text. nisi me fallat memoria, qui loquens de notariis eos seruos apellet, sed vel notarios, vel tabelliones, vel actuarios, vel aliter. Sed redeundo ad propositum, Bart. in d. l. j. C. de manda. princ. dicit infamem posse notarium esse, sicut eum refert Aymo. Crauetta. consi. 163. videndum est, post prin. Licèt illud non ita simpliciter dicat, sed id (videlicet hoc quod dicitur, infamem non posse esse notarium) procedere in notario principis, alios autem dici magis habere officiū quàm dignitatē. Subdit autem Aymo, per huiusmodi officium perdi nobilitatē. Quod dicit velle Guido. deci. Delph. 90. Sed tu adde Bar. in d. l. eadem. ff. ad legem Iul. repe. qui illud expressè dicit, infamē posse munus notarij exercere, nisi ex publico haberet officium aliquod iniunctum,

Serui publici qui dicātur.

Cocus principis habet dignitatem

10 ¶ Sed & cocus principis dicitur habere dignitatem, vt not. dicit Bal. in c. 1. tit. de feud. gard. in addi. quod dictum dicit sing. & peregrinum Barb. in tract. de præstantia Cardi. in prin. 1. parte 1. partis in 14. col. versi. 7. cardinales, vbi dicit quòd Bald. hoc scripsit in lectura noua. Quod & ante ipsum Barb. notauit. Ro. sing. 651. nunquid esse cocum, vbi tamen de loco subdubiiās dicit Bal. hoc velle, vel in d. loco, vel in c. j. quis dic. dux, co. vel march. Sequitur etiam idē Bar. in c. post cessionem, col. 9. de proba. & in cle. gratiæ, in fi. de rescrip. & Cepol. in l. si quid. §. vlt. num. 3. ff. de ædil. edic. & in trac. de impe. mili. delig. in trac. dignitatis, in 16. priuilegio dignitatis. Franc. Luca. in trac. de priuil. in j. parte, in 110. casu. Fely. in rub. extrà de offi. deleg. col. 2. & Ant. Corse. in d. q. 95. & Carel. Cot. in memor. incip. cocus Imperatoris. Quanquam aliàs cocus vilissimum antiquis mancipium censeretur, vt attestatur Liuius, lib. 9. belli Macedonici, & dicemus posteà in c. 34. nu. 35. incip. de coquis.

Cocus vilissimum mancipium

Et medicus principis.

11 ¶ Item medicus principis dicitur habere dignitatem, vt dicit Bar. aut quisquis is fuit, in l. vnica, in fi. arg. illius tex. C. de comit. & archi. sacr. palac. lib. 12. & ibi sequitur Angel. & Io. Plat. qui & eum quoque dicit nobilitatem consequi, & Io. Ana. in d. rub. de Iudæis, col. 2. & Barb. in tract. de præstantia Cardi. quo loco nuper citauimus, vbi dicit huius esse sing. text. in d. le. vnica. & idem Barb. in d. cle. gratiæ, in fi. & Philip. Deci. in c. clerici, co. 3. versi. 2. regula habet locum, de iudi. & Corse. d. qu. 95. vbi & ad hoc dicit illum tex. sing. & Fran. Luca, vbi suprà.

An ars medicina nobilitati deroget. CAP. XXXI.

An medici nobilitati derogent.

1 Sen quæstionis est, an alij medici eam artem exercendo, perdant nobilitatem. In quo ego paulò diutius immorabor, tum vt in re noua, & nondum à quoquam è nostris, quē sciam, tractata, meum paulisper ingenium exerceam, aliorum quoque excitem: Tum quia huic loco res est satis accommodata. Huius autem rei cardo in ea re vertitur, an medicina sit ars sordida an verò honesta. Et sanè medicina videri potest omnium artium atque doctrinarum nobilissima, aut certè nulli postponenda, siue ipsius originem, & initia, incunabula, prouectus, siue auctus & incrementa, siue materiam, siue finem, siue eos qui eam exercuerūt, & omnia deniq; quæ ad eam pertinent respicias. Ista verò sparsim vellicatímque tractabimus. Illud tamen obseruantes, vt originem primo loco describamus.

Medicina origo à diuinitate.

2 ¶ Origo igitur medicinæ, siue Hebræos & Arabes sequamur, siue Græcos Aegyptiósque theologos, ab ipsa diuinitate manauit. Hebræi enim Adam primum humani generis parentē diuino eam numine adeptum ferunt, vt etiam scribit Platonicorum princeps Marsilius, lib. 4. Epistol. Apud reliquos quoque medicina Diis primùm inuentores suos assignauit, & cœlo dicauit, ipsáque ab oraculis Deorum multifariam petita est, sicuti prodidit Plinius, li. 29. c. 1.

Isis medicina inuentrix.

Et Mercurius.

3 ¶ Hāc plerique volunt Isidem illam Aegyptiorum reginam, & Mercurium apud ipsos Aegyptios primum inuenisse. Quod & scriptum reliquit Diodorus Siculus libro Bibliothecæs 1. vbi & ipse tradit, Orum Isidis filium, medicinam à matre edoctum multum hominibus tum oraculis, tum medelis attulisse vtilitatis. Isidem autem, siue hæc fuit, de qua loquimur, siue alius, aut mas, aut fœmina. citat Galenus in libris de compositione pharmacorum, & libr. 5. Method. Est & Isis emplastrū atræ bili accommodatum, ab ea, vt verisimile est inuentum & nuncupatum, apud Galenum, lib. 6. Methodi, ad fi. & lib. 2. artis Curatiuæ ad Glauconem, & Aetium Tetrabili. 3. Sermone quarto, c. 41. & Tetrabili. 4. Sermone secundo, c. 53. & 56. & Sermone 3. ca. 12. non semel, & Paulum Aeginetam, lib. 4. cap. 45. & 48. & lib. 7. cap. 7.

Orus medicus. Isis emplastrum.

Herba à Mercurio inuenta.

Moly.

4 ¶ Constat autem Mercurium ipsum plurimas herbas inuenisse, & inter has Moly illam laudatissimam & medicatissimam, teste Homero, lib. 10. Odysseæ, & Plinio, lib. 25. ca. 4. in prin.

& Linozo

& Linozostin, sioe Parthenion Græcis, ob id Hermubasilion, Hermupoan, & Hermubotanē, Latinis verò Mercurialem dictam, vt tradit Dioscorides, lib. 4. c. 101. & idem Plinius, eod. lib. 25. cap. 5. in princ. Porrò Apuleius Celsus, in lib. de viribus herbarum, de verbasco loquens, Hanc (inquit) herbam dicitur Mercurius Vlyssi dedisse, cùm deuenisset ad Circem: & nulla malefacta eius timuisse. Cornutus autē, aut vt alij vocāt, Phurnutus, in libro de natura deorū scribit veteres Mercurio Hygiciam id est sanitatem cōiunxisse. Pamphilus qui de herbis scripsit, citat Mercurium ex libello continente triginta sex sacras horoscoporum herbas, sed eū librum supposititium autumat Galenus in præfatione lib. 6. Simplicium medicam. fl.

Linozostis. Verbascū. Sanitas Mercurio iuncta.

5 ¶ Verùm & hanc quoque medicinæ inuentionem alij, authore Plinio lib. 7. cap. 56. assignarunt Arabo, Apollinis & Babiloniæ filio, quem Bocatius in deorū genealogia, lib. 5. cap. 23. Arabem vocat, nisi mendum sit in eo loco, quod haud difficile crediderim. Sed illud sciendū: Arabs & Arabus, sicut Aethiops & Aethiopos, promiscuè & pro iisdem sæpe vocari ab optimis scriptoribus. Nam & Arabis in datiuo pluralis numeri posuit Virgil. lib. 7. Aeneid.

Arabus medicinæ inuentor.

Hyrcanisue Arabisue parant,

Quo in loco Seruius id annotat quod diximus.

6 ¶ Alij rursum inter quos ipse Diodorus Siculus lib. 6. & Quintilianus lib. 3. tit. de laude & vituperatione, & ante hos Agatho in Platonis Symposio, hoc idem tribuunt ipsimet Apollini Vulcani, & Mineruæ filio. Hinc enim, vt tradit Theodontius, primus herbarum vires nouit; & ad oportunitates hominum earum virtutes aptauit: & ob id non solùm repertor medicinæ habitus est, sed & Deus, cùm ægrotantes plurimi ex ipsius remedijs sanitatem consequerentur. Hunc Ouidius, lib. 1. Meta. inducit hæc dum Daphnem alloqueretur, dicentem,

Apollo inuentor medicinæ.

Inuentum medicina meum est, opiférque per orbem
Dicor, & herbarum est subiecta potentia nobis.

Et lib. de remedio amoris primo ita eum idem Ouidius compellat,

Te precor ô vatis adsit tua laurea nobis,
Carminis, & medica Phœbe repertor opis.

De quo etiam Oenone ad Paridem apud eundem Ouidium,

Ipse repertor opis vaccas pauisse Pheræas
Fertur, &c.

Serenus Samonicus statim in principio sui libri, quem de re medica versibus scripsit,

Phœbe salutiferum quod pangimus affere carmen,
Inuentúmque tuum prompto comitare fauore.

Sed & ipse Ouidius, vt ad eum redeamus, lib. de trist. lib. 3. Elegia 3. ad vxorem scribens, medicinam artem Apollineam vocat, veluti ab ipso inuentam.

Ars Apollinea.

Nullus Apollinea qui leuet arte malum, est.

Et hinc quoque idem Ouidius lib. Fastorum 3. medicinam Phœbeam vocat,

Ars Phœbea.

Vos quoque Phœbea morbos qui pellitis arte,
Munera de vestris pauca referte Deæ.

Ante hunc Virgil. li. 12. Aeneid. ostendit Apollinē plurimùm medicina valuisse, cùm scribit,

Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo,
Augurium, citharámque dabat, celerésque sagittas.
Ille vt depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum vsúmque medendi
Maluit. Et paulò infrà de medica arte loquens,
—Nihil auctor Apollo
Profuit. Horatius quoque in carmine seculari,
Augur, & fulgente decorus arcu
Phœbus, acceptúsque nouem camœnis,
Qui salutari leuat arte fessos
Corporis artus. Nam vt dicit ibi Acron interpres, ipse est Deus medicinæ. Ex quibus intelligis Apollinem & Phœbum, qui & Sol est, eundem plerisq; videri. Nam & Cn. Gellius apud Plinium lib. 7. c. 56. tribuit inuentionem medicinæ Soli.

7 ¶ Huius rei rationem reddens Macrobius de ipso Apolline loquens, li. 1. Saturnaliorū, ca. 17. ita scribit. Hincque quòd eidem attribuitur medendi potestas, quia temperatus calor Solis morborum omnium fuga est. Ita enim legendum est, licèt in omnibus codicibus qui circumferuntur, quos nos vidimus, membrorum legatur, vbi morborum legimus. Verùm Apollonius Thianeus, & Iamblicus aliò eam rem referunt, vt qui ideo Apollinem medicinæ inuentorem existimatum fuisse arbitrati sunt, quoniam tota medicina à vaticinijs, quorum & ipse antistes est, exordium habuit. Nam & ipse Macrobius illo eodem lib. j. scribit medicinę, & vaticinationis disciplinas consociatas esse. Medicum enim vel commoda, vel incommoda in corpore futura prænoscere.

Quare Apollini tribuitur inuentio medicinæ.

8 ¶ A medicina autem & cæteris illis Artibus Apollini à Virgilio tributis, ipsum Apollinem vocatum,

Apollo ita vocatus à medicina & cæteris artibus.
Nomina non temere imposita.
ἀπολούων. ἀπολύων. ἁπλοῦν. ἀεὶ βάλλων. ἀπολῶν. οὔλιος. οὐλεῖν. οὐλή.

catum, testis est Plato, in eo libro, quem de recta nominum ratione scripsit, qui Cratylus inscribitur, vbi nomina ab antiquis non temere hominibus imposita, existimat, magnámque in his animaduerti obseruationem, & etymum apparere, ac quasi vaticinio nonnullis futurorũ esse asserit. In quam rem Græcæ historiæ plura recenset nomina, inter quæ & Apollinis meminit, quod nomen & medicinã, & vaticinium, & sagittas, & musicam, quibus multùm valuit Apollo, referre, & in etymo demonstrare scribit. Medicinã primò, Nam ἀπολούων & ἀπολύων, dicitur abluens à malis soluénsque. Vaticinium, Nam ἁπλοῦν idem & verus lingua Thessalica dicitur. Sagittas, Nam ἀεὶ βάλλων id est perpetuus iaculator. Musicam, Nam ἀπολῶν, id est, simul vertens, quòd ex conuersione mutua polorum & orbium cœlestiũ musica constet, secũdùm mathematicos. At Eusebius de præparatione Euangelica, lib. 3. c. 1. tradit Apollinem vocatum, quòd ἀπαλλάττει νόσους, id est, ægrotationibus soluit & liberat. Strabo autem nõ multò post initium 14. lib. scribit Milesios ac Delios Apollinem οὔλιον vocare, id est, salutiferum & pæanicũ. Nã οὐλεῖν, idem est quod valere, siue sanum esse, & οὐλὴ, cicatrix dicitur. Hincq; illud esse, Iámque vale & salue. Apollo enim salutifer est. Id quod etiam confirmat Menãder apud Macrobium illo eodem lib. Saturna. cap. 17 scribens Milesios Ἀπόλλωνι οὐλίῳ, pro salute sua immolare. Subdítque ipse Macrobius Pherecidem referre, Theseum aliquando vouisse pro salute sua Ἀπόλλωνι οὐλίῳ καὶ Ἀρτέμιδι οὐλίᾳ. Et hoc quoque cognomine ipsum Apollinem vocauit Homerus, in hymno eiusdem Apollinis, non longè à calce, οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε.

ἀκέσιος. Apollo dictus. ἀκεῖσθαι. ἄκεσις. ἀκεστής. ἀκεστήρ. ἄκεσμα. ἀλεξίκακος. Apollo. Pæã Apollo. Pæan laus Apollinis.

9 ¶ Pausanias verò lib. 6. qui de Eliacis est, & lib. 8. qui de Arcadicis, tradit, quòd apud Eleos Apollo ἀκέσιος appellatur: & Apud Athenienses ἀλεξίκακος, quæ nomina admodum huic rei conueniunt, ob medicinæ scilicet inuentum, videlicet ἀκέσιος, quoniam ἀκεῖσθαι, siue ἀκέσασθαι mederi est, & ἄκεσις siue ἀκεστὴς, atque etiam ἀκεστήρ: vtroque enim modo dicitur i medicus, & ἄκεσμα medicamentum. ἀλεξίκακος autem quòd mala arceat, à verbo ἀλέξειν, quod est arceo & depello, & κακὸν, quod malum est. Sed & Lindij colunt Apollinẽ λοίμιον hoc cognomine finita pestilentia nũcupatum, vt refert ipse Macrobius, quo loco nuper citauimus. Vbi etiam tradit virgines Vestales ita indigitare, Apollo medice, Apollo Pæan. Nam & ipse quoque Pæan dicitur, ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας, id est, à sedandis morbis. Propterea & Marius Victorinus, quo loco de metris disserit, tradit Delphorum incolas laudẽ Apollinis ita prosequi solitos, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιάν. Nam & Seruius interpretans illud lib. 10 Aeneid.

Conclamant socij latum Paana secuti. Pæan, inquit, propriè Apollinis laus est, sed abusiuè aliorum dicitur. vnde Pindarus opus suum, quod & hominum, & deorum continet laudes, Pæanas vocat. Sed & idem Seruius enarrans illud lib. 12. Pæonium in morem &c. id est (inquit) medicinalem. Nam Doricæ linguæ est Pæan Pæon autem naturale. Sunt item, vt ridea mus, qui & illũ dictum ferunt ἀπελλοῦντα, tanquam ἀπελαύνοντα τὰς νόσους, id est, expellẽtem morbos. Quæ quidem opinio conuenit cũ eis qui etiam latinè ab appellendo deducunt, id est procul pellendo. Nam Festus Pompeius tradit veteres Apellinem pro Apolline dixisse. Nec omiserim tamen quosdam scripsisse, ipsum Apollinem medicinam non simpliciter, sed ocularium primùm inuenisse, in quibus est Hyginus Fabularum c. 274.

Dioscuri herbarum vires inuenerunt.

10 ¶ Verùm quod de inuentione virium herbarum diximus, id alius attribuit Sanchoniaton Berutius, qui Phœnicũ lingua Philalethes vocatus, id est, studiosus veritatis, qui ante Troiana tempora historiam Phœnicum lingua exquisitissimè conscripsit, quam in Græcum Philo nõ ille quidem Hebræus, sed Biblius traduxit. Is à Sedoch qui ita nominatus est, quoniam vita tenuis, & iustus esset, tradit Dioscuros natos, aut Gabiros, aut Cirbantes, aut Samothracas, quorum nati herbarum vires, & cantus ad medicinam inuenerunt. Cuius rei testis est locupletissimus Eusebius, lib. 1. de præparatione Euangelica, cap. 7.

Cadmus medicinæ herbariæ inuentor.

11 ¶ At Tyrij Cadmo Agenoridæ hanc inuentionem medicinæ, præsertim quæ herbis constat, tribuunt. Ideóque illi primitias offerre solebant, quòd herbarum radicibus medicarentur, vt testis est locupletissimus Plutarchus ille Cheroneus Symposiacôn problematon decade 3. c. 1.

Chiron inuentor medicinæ. Herba à Chirone agnominata. Centaurũ medicamentum. Chironium vulnus.

12 ¶ Sunt verò qui Chironem Centaurum medicinam simpliciter inuenisse tradunt, vt Hyginus, fabularum c. 138. & Germanicus Cæsar in Arati Phænomena. Et qui medicinam Chirurgicam ex herbis quoque reperisse, vt tradit idem Hyginus, postremi illius operis c. 274. Sunt & qui herbariam & medicamentariam comperisse volunt, vt recenset Galenus, si is est, in introductorio siue medico, post princ. & ante eum Plinius, lib. 7. c. 56. qui & alibi videlicet lib. 30. c. 1. tradit Troianis temporibus contentos fuisse illud seculum Chironis medicinis. Sed & alibi, scilicet lib. 25. c. 4. & lib. 26. c. 14. in prin. scribit Centauriam, Chironiam, & Panacẽ Chironeon herbas ab eo cognominatas. De quo etiam Theophrastus, libr. 9. c. 12. & Nicander in Theriacis, & Dioscorides li. 3. c. 53. & Apuleius Celsus, de viribus herbarum c. 3. Quin Plinius ipse lib. 23. c. 1. prodit vitem nigram Chironiam quoque dictam. Et lib. 24. c. 14. Spinam Pyxachanton. Et lib. 25. c. 4. Ampelon. Sed & Festus Pompeius ab eo inuentum Centaurum medicamentum tradit. Ab hoc quoque dictum vulnus Chironium scribit Galenus lib. Terapeuticæ 2. quoniam primus illud sanarit. Quanquam Paulo Aeginetæ lib. medicinæ 4. c. 46. Chironia vulnera vocantur δυσαλθῆ, id est, quæ vix medicam curam recipiunt. Ideo salutarem

Chironis

Chironis manum requirunt, quod & idem dicit, quo loco tractat de vulneribus, quæ cacoethe vocantur. Et ante eum quoque dixerat ipse Gal. lib. 4. de compositione medic. κ̃ γένη, in multis locis, & alibi sæpe in eo opere. & nonnihil etiã Cornelius Celsus lib. 5. c. 28. Et Eustathius Homeri interpres, licet hanc appellationem aliunde ducant Aristoteles lib. 3. Ethicorũ ad Eudemum, & Pliu. li. 25. c. 6. Hinc Diodorus lib. 5. tradit illũ fuisse arte medicinæ insignẽ.

Chironis parentes.

13 ¶ Hic Saturni & Philyræ filius fuit, vt tradunt Euripides, Pherecydes, Pindarus, Pythiorum Ode 6. Hyginus lib. 2. de signis cœlestibus, & Fabularum c. 138. Apollonius Rhodius lib. Argonauticôn 2. Germanicus Cæsar in Arati Phænomena. Plin. d. lib. 7. c. 56. & Seruius in lib. Aeneidos. Siue Ixionis & Nubis, vt Suidas existimat de rebus Thessalicis lib. 1. Columella videtur voluisse eum fuisse filium Amithaonis, cum scribit lib. 10. rei rusticæ,

Hinc Amithaonius docuit quæ plurima Chiron.

Sed, vt opinor, falsus est ex versu Virg. lib. 4. Georgicorum,

Phyllirides Chiron, Amithaoniúsque Melampus,

Tribuens scilicet ipse Columella Chironi, quod Melampi esset, de quo postea dicemus. Quare autem Phylliridem Chironem vocet Virgil. satis constat ex eo, quod diximus, & dicemus quoque nu. seq. Sunt autem qui & eius matrem Pelopenam vocant.

Chironia manus.

14 ¶ Hunc igitur Plutarchus in lib. de Musica, appellat musicæ simul & iustitiæ, & medicinæ doctorem. Apollonius Rhodius lib. 2. Argonauticôn scribit Phœbum tradidisse Chironi filium Aristæum, quem è Cyrene susceperat, educãdum, quémque & medicinam & vaticinia doceret. Et Virg. in carmine hendecasyllabo de liuore, Chironiam manum appellat,

Viuit pectore sub dolente vulnus
Quod Chironia nec manus leuaret. Et addit,
Nec Phœbus, sobolésve clara Phœbi.

Quod intelligitur de Apolline, de quo iam diximus, & Aesculapio huius filio, de quo etiam postea dicemus. Eiusdem quoque vt medici, meminit idem Virg. lib. Georg. 3.

Quæsita'que nocent artes, cessere magistri,
Phyllirides Chiron, &c. Nam Phylliridem vocat quod Phylliridem matrem ex multorum sententia, vt suprà diximus, habuerit. Et ita quoque eum vocat Hesiodus in Theogonia. Apollonius Rhodius lib. Argonauticôn primo, Propertius, quo loco statim dicemus. Et Ouidius lib. Fastorum 3. & 5. & lib. de arte amand. Et Phillyrius siue Phillyreius ipsi Ouidio eodem lib. 5. Fastorum. Sed & eum quoque vt medicum memorat Papinius, lib. 1. Syluarum in Soteriis, pro Rutilio Gallico,

Si qua salutifero gemini Chironis in antro,
Herba, &c. Et Propertius lib. 2. Eleg. 1.
Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon
Phœnicis Chiron lumina Phyllirides, De Machaone autem postea dicemus.

Sed ante hos Orpheus in Argonauticis, ita de Chirone loquitur,

[illegible]
Qui iustitia vacat, & medela morborum. Hunc quoque docuisse Aesculapium medicinam, scribit Homerus lib. 4. Iliados. Illud autem Plinij, & cætera quæ ex eodem suprà citauimus, in hos versus conclusit Antonius Sabellicus,

Ast Arabus, quem Phœbe tibi Babylona creasse
Fama refert medicæ fertur dator artis & author,
Repperit Hemoniæ Chiron vetus incola terræ
Herbarum medicas vires, & nomina primus. Ex hócque tradit Plutarchus Symposiacôn decade 3. c. 1. Magnetes ipsi Chironi primitias herbarum offerre solitos.

Primitiæ Chironi dicata.

Apis medicinæ inuentor.

15 ¶ Sed & veteres prodiderunt Apim Aegyptium, Pheronei ac Pithonis filium, vti recenset Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatôn, & Theodoritus, lib. 1. de cura affectuum gẽtilium, medicinam primum inuenisse qui ob pulcherrimum salutiferúmque inuentum in tanto honore & admiratione habitus est, sicuti & ipse Theodoritus tradit lib. 3. vt pro Deo coleretur, vocaretúrque Osiris, quod vocabulum si quis ad Latinam linguam transferat, idem est quod multoculus, vt Diodorus & Eusebius prodidere. Os enim Aegyptiorũ lingua multum significat: Iris autem oculum: vt etiam scribit Plutarchus in lib. de Iside, & Osiride perinde ac vir oculatissimus, ac magno ingenio, magnáqua prudentia fuerit, qui tam salutare auxiliũ mortalibus inuenisset. Ob idque Apollinem esse eundem volunt plerique, & id quidẽ autumant ipsi Aegyptij, quibus & Osiris Sol est, & Sol Apollo, vt videre licet apud Macrobium, lib. 1. Saturnaliorum c. 21. & Diogenem Laërtium in prooemio. Verum non satis constat, idémne fuerit Apis, qui Apollo, an diuersus vterque. Tacitus autem lib. 20. historiæ Augustæ, ad finem, scribit multos Osirim, quem & quidam Serapim vocant, Aesculapium quoque appellare, quod medeatur ægris corporibus. Ab hoc forte inuenta est, & vocata herba Osiris, de qua Dioscorides lib. 4. c. 134. & Gal. lib. 8. Simplicium medicamentorum, in c. de Osiri, & Paulus Aegine. lib. 7. etiam inter simplicia. Sed & huic quod de Api diximus, concinit quod scri-

Osiris.

Apolloidẽ & Osiris.

Osiris qui & Serapis & Aesculapius.

bit Cyrillus aduersus Iulianum Cæsarem. Cum Apis, inquit, Aegyptius non obscurus inter eos qui illic erant templi ministros, & naturalis philosophiæ scientiam adeptus esset, hunc se runt primum artẽ medicã exquisiuisse, & tradidisse fœlicius quàm eos quicum præcelleiát, communicasséque Aesculapio. Quod autem ad Serapin peculiariter pertinet, posset videri ex lectione antiquorum scriptorũ illum morbos animo & oratione curasse. Nam Varro in Eumenidib. apud Noniũ Marc. Ego medicina Serapi vtor, quotidie precátur, intelligo rectè scriptũ esse Delphis θεῶ, ἰατρῷ. Nec multo post: hospes quid miraris animo curare Serapin? Quid?

Aesculapius inuentor medicinæ.

Aesculapy parentes.

16 ¶ Verum illud inter omnes constat Apollini filiũ fuisse Aesculapium ex Coronide Larissea, quod Ouidius testatur lib. 2. Meta. & lib. 1. Fastorum, Histrus, & illius autoritate Hyginus Signorum cœlestium, lib. 2. quo loco de Hydra loquitur. vbi hanc Coronidem filiam Phlegyæ fuisse dicit, & iterũ ipse Hyginus, Fabularum c. 14. itémque 161. & 202. vbi dicit eum ex secto matris mortuæ vtero natum, iterúmque c. 223. & Euphorion, & eius autoritate Seruius, in lib. 6. Aeneidos, & iterum lib. 7. & 10. Tzetzes hist. Chil. 7. c. 97. Arnobius lib. 1. aduersus gentes, & ante hos Homerus in Hymnis. & Hesiodus in Theogonia. Híncque Coronidem illum vocat ipse Ouidius, lib. 6. Fastorum. Aut vt Diodorus & Seruius malunt. ex Ariadna. Aut ex Arsinoë Leucippi filia, vt etiam alij contendunt teste Apollodoro & Pausania lib. 2. & iterum li. 4. Pindarus autem Pythiorum Ode 3. Arsinoem & Coronidem veluti binominem eandem esse voluit, Aesculapij ipsius matrem. quod & idem scribit Aristides de conditoribus Gnidi. Sed huic sententiæ contradicit Pausanias eo. illo lib. 2. nempe has diuersas fuisse. Hunc Ἀσκληπιὸν Asclepium Homerus lib. 11. Iliados & Græci propè omnes appellant, ante Hepium vocatum: sed ita tandem nuncupatum, quod Asclem tyrannum Epidauri sanasset.

Ἤπιος ἐκ λλοδαμιῶν, καὶ θνήσκειν τὰς ἀνθρώπους.

Vt scribit Tzetzes, vbi supra. Idem autem Tzetzes in commentariis Lycophronis dicit illum Hepium fuisse vocatum propter mansuetudinem & tranquillitatem, appellátque eum tyrannum, quem curauit, Auiem oculis laborãtem, vnde Aesculapius est dictus. Hic Aesculapius magna medicinæ attulit incrementa, vtpote qui medicinam adhuc vulgatem & rudem paulo subtilius excoluit, atque illustrauit. Ob quod in numerum Deorũ, vt Cornelius Celsus scribit, receptus est. Sed & ipse de ea re, quod ante ipsum nemo fecerat, libros reliquit. Nã vt Hippocrates tradit. Nauiculam, quam nominant, scripsit. Et vt tradit Iulius Firmicus lib. 5. Matheseos scripsit Myriogenesim. Sed & huius smegma memorat Paulus Aegineta, lib. 7. c. 13. & librum cui est titulus, Myriogenesis. Iulius Firmicus lib. Matheseos 5. c. 1. in horoscopo Piscium. Hunc incertis primum parentibus natum, expositum, & à venatoribus inuentum, canino lacte nutritum, Chironi traditum, de quo tam multa diximus, didicisse medicinam scribit idem Apollodorus & Tarquilius, in lib. de viris illustribus. pósque eum Lactantius, lib. 1. c. 10. & Theodoritus Cyrenensis, lib. Curationis affectuum gentilium, octauo. Nam & illum discipulum fuisse Chironis præter hos scripsere Homerus lib. 4. Iliados, & Pindarus Pythiorum Ode 3. & Nemeorum Ode quoque 3.

De eadem re.

17 ¶ Nec desunt qui ab hoc primum repertam medicinam volunt. vt Euryximachus medicus, in Symposio Platonis, & ante illum Hermes Trimegistus, in libro de volũtate diuina, quem Latinum fecit Apuleius, c. 13. & ex eo quoque repetit D. Augustinus de ciuitate Dei, lib. 8. c. 26. & hoc quoque tradit Tertullianus, in lib. de corona militis, cum scribit, Primus medelas Aesculapius explorauit Hyginus autem Fabularum c. 274. scribit eum medicinam clinicem reperisse. Hinc Lactantius li. 1. c. 10. Artes (ait) suis inuentoribus immortalitatem peperisse dicuntur, vt Aesculapio medicina. Et astruit quoque Virg. lib. 7. Aeneid. de eo ita loquens,

Tum pater omnipotens aliquem indignatus ab vmbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vita,
Ipse repertorem medicinæ talis & artis
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit in vndas.

Et Galenus quoque, siue is Plutarchus fuit, siue Herodotus medicus, siue alius. sed quisquis is fuit, certe doctissimus, in initio eius libri, qui Introductio siue Medicus inscribitur, Græci (inquit) artium inuentiones Deorum filiis tribuunt, aut aliis quidem ad eos propè accedentibus, quibus Dij ipsi omnes artes communicarunt. Itaque aiunt & medicinam primum Aesculapium ab Apolline patre didicisse, & hominibus tradidisse. Proinde inuẽtorem ipsius fuisse. Ante Aesculapium autem ars quidem medica nondũ hominibus fuit cognita. Et post pauca, Perfectam verò medicinam, & omnibus partibus absolutam, & eam quidem diuinam Aesculapius solus inuenit. De eo autem Diodorus lib. 6. Aesculapius (ait) ex Apolline & Ariadna ortus pluribus à patre in medicina perceptis, Chirurgiam & medelarũ compositionem, radicum insuper virtutem inuenit. Adeo autem medicinæ artem extulit, vt velut eius inuentor & author coleretur. Sed & de eo idem Diodorus lib. 5. multa scripsit, inter quę illud. Adeo peritia medicinę eum excelluisse, vt quamplurimos de salute prorsus desperatos a morbo liberauerit: proptereáque à nonnullis creditus est defunctis vitam restituisse. Martianus quoque lib. 2. Ascribit Asclepio Græcia medicinam. & Theodoritus, lib. 3. Græci Aesculapium, quod

pium, quòd artis medicæ author saluberrimus extitisset, Deum esse dixerunt. Porro Clemés eiúsque autoritate Eusebius lib. Præparationis Euangelicæ 10.c.2. scribit Aegyptios medicinam inuenisse, eam autem Aesculapium amplificasse. Arnobius autem lib. 1. aduersus gentes illi tribuit inuentum herbarum, & paulo post medicaminum. Et certe fortaßis hinc profectum est, vt alij Apollinem, alij Aesculapium huius artis inuentorem scripserint: quoniam Aesculapius idem fuit atque Apollo, si verum dicit Macrobius d. lib. 1. Saturnaliorum c.20. Quod hinc (inquit) non solum probatur, quod ex illo natus creditur: sed & quod ei, sicuti Apollini, vis diuinationis adiungitur. Nam Apollodorus in iis libris, quibus titulus est περὶ θεῶν, scribit Aesculapium diuinationibus, & auguriis præesse.

18 ¶ Hic autem à veteribus ἀρχίατρος insigniter est vocatus, tanquam primus princépsque ac Deus medicorum. Cuius rei quoque mentionem fecit D. August. lib. 3. de ciuitate Dei. c. 17. Porro de archiatris, id est, principum medicis, vt id in transcursu dicam, fit mentio in l. medicos. & in l. si quis. C. de profes. & med. lib. 10. & in rub. C. de com. & arch. lib. 12. & in l. archiatros. C. de met. eo. lib. 12. & in §. iubemus igitur, in auth. de sanct. epi. nisi illic mendũ sit, quod ego opinor. Vindicianus autem in epistola medica, quam ad Valentinianum Imperatorem scribit, dicit se Comitem archiatrorũ. ex quo facilius potes intelligere, illam rub. suprà citatã de com. & arch. Quo in loco me admodũ pudet insignis erroris Bar. Chasseneí, qui in illo suo lib. cui titulũ putidum & inelegantem, cuiusmodi etiam ipse liber est, fecit catalogum gloriæ mundi. parte 6. consi. 13. interpretatur archiatrum, ostiarium palatij principis, quasi, vt ipse dicit, principem atrij. Optime certe (quod nos alibi diximus) actum fuisset cum Chassen. si contentus suis in Burgundiæ consuetudines commentariis (quæ erat propria ipsius arena) manũ cæteris rebus non admouisset. nunc paginas aliorũ impudenter suffuians, nunc cum aliquid ex sua moneta cudit, toto cœlo aberrans, quod ex hoc vno archiatri interpretamento lectores intelligunt. Atqui Accurs. noster alias non admodum harum rerum gnarus, in hac nullo pacto deceptus, vt qui in d. l. medicos, in princ. archiatros interpretatus est principes medicorũ.

Aesculapius. ἀρχίατρος dictus. ἀρχίατροι qui dicantur.

19 ¶ Sed ad Aesculapium redeamus. Eum Porphyrius in eo libro quem de responsis fecit, hæc de ipso loquentem facit,

Τρίκκης ἐξ ἱερῆς ἥκω θεὸς, ὃν ποτε μήτηρ
Φοίβῳ ὑπευνηθεῖσα κοῦ σοφίης βασίλεια
Γείνατο ... Ἀσκληπιόν. ἀλλὰ τί πεύθῃ

Quos versus ita reddit Georgius Trapezuntius interpres Eusebij, lib. tertio de præparatione Euangelica.

Natus ego è sacra Tricca, cui tota medendi
Ars, cui sese omnis pariter sapientia debet.
Quem mater peperit, &c.

Cicero cum ope quadam diuina χολὴν ἄκρατον, id est, bilem meram eiecisset. Terentiæ vxori literis mandauit, vt Apollini & Aesculapio caste & pie satisfaceret. Hæc enim sunt illius verba lib. 14. Epist. familiarium epist. 6. χολὴν ἄκρατον noctu eieci, statim ita sum liberatus, vt mihi Deus aliquis medicinam fecisse videatur. Cui quidem tu Deo, quemadmodum soles, pie & caste satisfacias, id est Apollini, & Aesculapio.

20 ¶ Veteres autem illius simulachro baculum nodosum apponebant. Quem Ouidius lib. 15. Metamor. agrestem vocat, qui quidem artis difficultatem notat, vt tradit Festus Pompeius. Id quod comprobat illius Hippocratis in prin. Aphor. Vita breuis, ars longa, occasio præceps, experimentum fallax, iudicium difficile est. Sed & illi, vt tradunt ipse Festus Pompeius, in draconis etymologia, & Macrobius lib. 1. c. 20. Draconem subiungebant, quem acutissima & peruigili oculorum acie præditum tradunt authores, & nomen ipsum argumento est. nuncupatur enim ἀπὸ τοῦ δέρκειν, quod est acute videre. Quam ob rem incubantes eos thesauris custodiæ causa finxerunt antiqui, vt scribit ipse Pompeius. Ex quo illud Tullij, in 13. Phil. Qui domini patrocinium complexus, quasi thesaurum Draco. Igitur per Draconem Aesculapio subiunctum significari oportere medicos, quorum princeps est & Deus Aesculapius, vigilantißimos esse & oculatißimos, & qui mentis acie poßint prænoscere morborum principia, momẽta, finésque: & ægroto dicere, quod Hippocrates ait, circa princ. Prognosticorum, τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, καὶ πρό τ' ἐόντα, id est, præterita, præsentia & futura, quod & repetit lib. 1. Epidemiôn, aut vt vtar verbis Homeri lib. Iliados 1. de Chalcante loquentis,

Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα:

Qui sciebat & præsentia, & futura, & præterita.

Et vt vertit Virg. lib. 4. Georg. de Proteo loquens,

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahentur.

Et illius Hippocraticæ sententiæ meminerunt Tancred. Inno. Host. Io. And. & Car. Flor. in c. ad aures, de ætat. & qual. & Fran. Ripa, in repe. l. admonendi, nu. 83. ff. de iureiur. Theodoritus autem, quo loco suprà citauimus, aliò huiusmodi Draconis insigne refert. Sicut enim serpens vetustatem seniúmque deponit: ita & qui ægroti sunt, ope artis medicæ morbos depel-

Aesculapij baculus nodosus quid significat. Aesculapij Draco quid significat.

lunt. Cui & in ea re cum Macrobio lib. Saturnaliorum 1. c. 20. conuenit. Alij item alio, vt videre licet apud Aelianum & Plinium lib. 29. c. 4.

Aesculapius mortuos suscitauit.

21 ¶ Cæterum Aesculapius tantum medicina cæteris præstitit, vt non satis ei videretur hominum morbos curare, dolorésque leuare, nisi etiam mortuos ad vitam reuocaret. Ferunt enim poëtæ ipsius opera quempiam reuixisse. quod & asserit Xenophon statim circa initia libri de venatione. & Serenus Samonicus, cuius post princ. sui libri, hi versus sunt de Aesculapio.

Tuque potens artis, reduces qui tradere vitas
Nosti, atque in cœlum manes reuocare sepultos.
Qui colis Aegeas, qui Pergama, quique Epidaurum,
Huc ades.

Qui suscitati ab eo fuere. Hippolytus Glaucus. Androgeõ.

Sed quis is fuerit, qui ad vitam ab eo ita sit reuocatus, incertum est. Hippolytum fuisse tradunt Eratosthenes, & Virgilius, quo loco citauimus suprà nu. 17. & ibi Seruius, & idem quoque Seruius in lib. 6. Aeneidos. Et Pausanias lib. 2. & Scholiastes Pindari Pythiorum Ode 3. Nonnulli autem, vt refert Hyginus in Ophiucho, qui tamen eorum nomina subticet, Glaucum Minois filium hunc fuisse existimant. Alterum eorum idem Hyginus, Fabularum. c. 40. vtrumque autem Ouidius lib. 6. Fastorum. At Propertius lib. 2. Elegiarum, scribit fuisse Androgeonem his versibus.

Et simul extinctum Cressis Epidaurius herbis
Restituit patriis Androgeona focis.

Fuit autem & Minois filius Androgeon siue Androgeus, vt Diodorus Bibliothecæ lib. 5. & Plutarchus in Theseo, & alij testantur. Fuit & ipse Glaucus eiusdem filius, vt præter Hyginum tradit Homerus lib. 1. Iliados. Et ne existimes eundem fuisse & Glaucũ & Androgeum duobus nominibus appellatum, vtrunque memorant inter filios Minois Bocatius in genealogia Deorum, lib. 11. c. 27. & seq. & Volaterranus Philologiæ c. 33. nisi parum tuta videatur eorum autoritas sine antiquorum testimonio. At Claudianus de victoria Stiliconis contra Alaricum, scribit Minois filium, quem minime nominat, ad vitam fuisse reuocatum ope vatis cuiuspiam, quem nec ipse nominat.

Cretáque (si verax narratur fabula) vidit
Minoum rupto puerum prodire sepulchro,
Quem senior vates auium clangore repertum
Gramine restituit, mira nam munere sortis
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.

Angues insignia medicorum.

Hæc ille, non admodum distantia ab eo quod dicit Hyginus, vbi suprà. Aesculapium, Glaucum vitæ restituisse, vsum herba ab angue allata. Itaque (inquit) anguis & in Aesculapij tutela, & in astris dicitur collocatus. Qua consuetudine ducti posteri ei tradiderunt, vt reliqui medici anguibus vterentur. Cui etiam rei concinit Ouidius, lib. 6. Fastorum.

Vsus & auxilio est anguis ab angue dato.

Tyndarus. Hymeneus Capaneus. Lycurgus. Chiron. Eucleos.

Atqui Aeneas Platonicus in dialogo, cui Theophrastus titulus est, & Palephatus, in lib. de non credendis fabulosis narrationibus, scribit Polyidum vatem ex Argis Cretam profectum suscitasse Glaucum Minois filium melle suffocatum, herba à Dracone percepta, quod mire congruit cum illis versibus Claudiani, Confestímque subdit Aeneas Aesculapium suscitasse & Hippolytum. & Tyndarum. At Orpheus tradit Hymeneum ab ipso Aesculapio suscitatũ. Ideóque eum à Ioue fuisse fulminatum. Stesichorus autẽ Capaneum & Lycurgum. Crates denique Chironẽ, quem vna cum Aesculapio ictũ fulmine asserit. Epiphanius Cyprius in li. Ancorato Eucleon nescio quem. Plinius lib. 29. c. 1. Tyndaridẽ, nec quis ille fuit aliter declarat, verum crediderim Hippolytum eo nomine significasse, quem Tyndaridem appellatum fuisse prodit Pausanias, quod vnus ex Tyndari Lacedæmoniorũ regis familia fuit. Nam Aegeus patruum habuit Tyndari fratrem, à quo Tyndaro (vt ipse instituit) omnes qui erant eius familiæ Tyndaridæ appellabãtur. Interpres Euripidis in Alceste tradit autoritate Apollodori tres illum suscitasse, Hippolytum, Glaucũ, & Tyndareum, quod & ipsum scribit Pindari Scholiastes Pythiorum ode 3. Cæterum Ouidius secum pugnans eo loco, quem statim citabimus, tradit vnum tãtum ab Aesculapio à mortuis suscitatum. Staphylus autem nullum ab inferis ab eo suscitatum scribit, sed tantum Hippolytum sanatum ex Trœzene fugiẽtem.

Aesculapius fulmine ictus & cur.

22 ¶ In hoc autem omnes consentiunt & philosophi & poëtæ, Aesculapium fulmine ictum occubuisse. quod etiam scribit Cyprianus lib. 4. de idolorum vanitate, post prin. & Germanicus Cæsar in Phænomena Arat. & Arnobius lib. 1. aduersus gentes. Causam addunt poëtæ, vt ad omnia sunt ingeniosi, quia fuerit coram Ioue à Diis infensis accusatus, quod eorum imperium minueret, propterea quod defunctorum animas ad superos arte medendi traduceret: eáque causa exacerbatum Iouem fulmine illũ occidisse. Ex quo illud Virg. lib. 7. à nobis suprà citatum, Tum pater omnipotens, &c. Illúdque Ouidij lib. 2. Metamorph.

Aspicit infantem, totique salutifer orbi
Cresce puer, dixit, tibi se mortalia sæpe
Corpora debebunt, animas tibi reddere ademptas

Fas erit: idque semel, Diis indignantibus, ausus
Posse dare hoc iterum flamma prohiberet auita.

Id est, aui Iouis. Sed & idem, illo lib. 6. Fastorum,

Iuppiter exemplum veritus direxit in illum
Fulmina, qui nimiæ mouerat artis opem.

Et conueniunt hæc cum eo quod suprà ex Hesiodo diximus. Pherecides aliam causam affert, quæ non longe ab illa distat, quoniam scilicet eos qui in Delphis moriebantur, ad vitam reuocaret.

23 ¶ Alij item id factum volunt, quoniam Proëtidas sanasset vt Polyanthus Cyreuæus, alij, vt Philarchus, quòd Phœnidas, alij rursum vt Telesarchus quòd Originem voluerit ad vitam reuocare. Pherecides quòd qui Delphis interirent, vitæ restitueret. Tarcheus autem, quòd vereretur Iupiter, ne Aesculapius ex mortuorum reuocatione ad vitam, inter homines Deus esse videretur. Ioan. Damascenus in historia duorum Christi militum, illum à Ioue ictum fulmine, propter Darij Lacedæmonij filium. Pindarus Pythiorum Ode 3. scribit illum ita fulminatum auaritiæ merito, quia medicinam nocenter exercebat. Cuius etiam rei meminit Tertullianus, in Apologetico. c. 13. & Arnobius, disputationum aduersus gentes lib. 4. Cyrillus & Eusebius li. Præparationis Euangelicæ 3. Græcè quidē, sed in hūc sensum: Quomodo Aesculapius à Ioue causa turpissimi quæstus fulmine percutitur, iuxta Pindarū sic de ipso loquenté. *De eadem re.*

Ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται,
Ἔτραπε κ' ἀκεῖνον ἀγάνορι μι-
σθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶ φανείς,
Ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι,
Ἤδη ἁλωκότα χερ-
σὶ δ' ἄρα Κρονίων.
Ῥίψαις δι' ἀμφοῖν, ἀμπνοὰς
Στέρνων καθεῖλεν
Ὠκέως, αἴθων δὲ κεραυ-
νὸς ἐνέσκηψε μόρον.

Id est ad verbum etiam concisis vocabulis, vt ille sæpe facit:

Sed quæstu etiam sapientia vincitur.
Adduxit & illum dulci mer-
cede aurum in manibus apparens,
Virum à morte vt restitueret:
Iam correptum ma-
nibus vtique Iuppiter
Proiiciens per amborum spiritum
Pectora ademit
Celeriter, ardens autem ful-
men inflixit mortem.

At Georgius Trapezuntius interpres Eusebij id totum in tres versus hexametros, ita non infœliciter traducit,

Aurum illi nimium preciosáque munera cura,
Horrendum inde pater Lucorum concitus ira
Contorsit fulmen, animámque è corpore vulsit.

Meminit etiam Plato, qui & Pindarum citat, nec tamen ei omnino assentitur lib. 3. de repub. vbi & alia multa de Aesculapio tradit. & Lucianus in dialogo Iouis, Aesculapij & Herculis, in Dialogis Deorum. Quibus consentiens Cyrillus aduersus Iulianum, Aesculapius, inquit, vbi sub Api præceptore in medicina profecit, lucri cupidus & consiliis turpibus obnoxius, omnem circuiuit orbis regionem ab omnibus lucra petés, & venale studium suum languentibus exhibens: inflatúsque ob scientiam & superbiens se etiam Deum nominabat, & mortuos ab inferis excitare posse delirans affirmabat: veniénsque ad Epidaurios, & ibi summam sibi gloriam arrogans, quendam se esse Deum, fulmine ictus est, pœnam illi dignissimā Deo inferente. Sed & Euripides introduxit Apollinem querulum super Aesculapij morte hæc dicentem, statim circa initium eius Fabulæ, cui titulus est Alcestis.

Ζεὺς γὰρ κατακτὰς παῖδα τὸν ἐμὸν αἴτιος
Ἀσκληπιὸν, στέρνοισιν ἐμβαλὼν φλόγα.

24 ¶ Nec omiserim quod Orpheus vatum vetustissimus, & Aesculapij coëtaneus, ita de illo in hymnis cecinit, *Alia de Aesculapio.*

Ἰητὴρ πάντων Ἀσκληπιὲ δέσποτα Παιάν,
Ἐλθὲ μάκαρ σωτὴρ, βιότου τέλος ἐσθλὸν ὀπάζων.

Hi enim sunt primus postremúsque versus eius hymni, quem de eo cecinit, quorum ad verbum hic sensus est.

Medice omnium Aesculapie domine Paan,
Veni beate saluator, vitæ finem bonum præbens.

Deco quoque Iulianus imperator παραβάτης cognominatus in lib. 2. contra Galilæos Græcè quidem, sed in hanc sententiã scripsit, Iupiter in suis intelligibilibus siue mẽtalibus (Græcè enim scribitur νοητοῖς) ex seipso Aesculapium genuit, & in terram per Solis genitalis vitam destinauit. Hic in terra ex cœlo faciens progressum vniformiter quidem in hominis specie circa Epidaurum apparuit auctus. Itaque illis successibus super vniuersam terram porrexit salutarem eius dexteram, vt restauraret animas male dispositas, & corpora inualide habentia. Idẽ rursum multos se nouisse asserit in maximis periculis ab Aesculapio adiutos, & seipsum ęgre laborantem sępe medelis eius saluum euasisse fatetur, ad hoc testem citans Iouem. Iamblichus de mysteriis Aegyptiorum, quo loco disserit de somniis, tradit in Aesculapij templo accipi somnia, quibus morbi curantur. ipsámque artem medendi comparatam esse diuinis somniis. Pythia oraculo Aesculapium magnum hominum gaudium appellauit, vt tradit Pausanias lib. 2. ὦ μέγα χάρμα βροτοῖς βλαστὼν Ἀσκληπιέ, &c.

Aesculapius. ἀμύμων dictus. Et alij plurimi.

25 ¶ Homerus autem lib. Iliados 4. illum appellat medicum ἀμύμονα, id est, irreprehensibilem. φῶτ' Ἀσκληπιοῦ υἱὸν ἀμύμονος ἰητῆρος. Et rursum lib. 11.
Παῖν' Ἀσκληπιοῦ υἱὸς ἀμύμονος ἰητῆρος.
Quo etiam epitheto condecorat Apollinem eius patrem, in hymno eiusdem Apollinis. Et Achillem lib. 2. Iliados. Et Glaucum, eod. lib. 2. ad fi. Et Pandarum lib. 4. itémque 5. eiusdem operis. Et Daretem eo. lib. 5. Et Bucolionem Laomedontis filium, lib. 6. Et Bellorophontem, eo. lib. Et Menelaum, lib. 13. Et Peleum patrem Achillis lib. 20. Et Mentorem lib. 2. Odysseæ. Et Antilochum lib. 3. eiusdem operis. Et Nausicaam lib. 7. Et Vlyssem, lib. 19. & Penelopen, lib. 24. Et Cottum, Hesiodus in Theogonia. Quo quidem epitheto repræsentatur virtus omnibus numeris absoluta, vt tradit Gellius lib. 2. c. 6. & Macrobius lib. 6. c. 7. Liuius autem lib. 10. ab vrb. cond. ad fi. scribit, quod cum Romæ pestilentia violentissima grassaretur, portentóque similis clades esset, inuentum est in libris Aesculapium ab Epidauro Romam accersendum, interímque ipsi Aesculapio supplicationem habitam esse.

Socrates moriẽs Aesculapio gallum vouit.

26 ¶ Plato in Phædone retulit Socratem moribundum familiares rogauisse, vt Aesculapio gallum quem vouerat, pro se sacrificarent: Aesculapio, inquit, gallum debemus, quem reddite, neque negligatis. De qua re loquens Lactantius, li. 3. c. 20. Diuinarum Institutionũ. Timuit, inquit, Socrates, ne apud Rhadamãthum recuperatorem reus voti fieret ab Aesculapio. dementissimum hominẽ putarem, si morbo affectus periisset. Cum verò hoc sanus fecerit, est ipse insanus, qui eum putet esse sapientẽ. Tertullianus quoque in Apologetico. c. 46. eodémque vltimo, Aesculapio (inquit) Socrates gallinaceũ prosecari iam in fine iubebat, credo ob honorem patris eius, quia Socratem Apollo sapientissimũ omnium cecinit. Hæc ille. Sed qui Platonicorum arcana curiosius inuestigauerunt, aliter hanc rem diiudicant. Prisci enim Aesculapio Phœbi filio gallum sacrificabant, diei solísque nuncium, id est, diuinæ beneficentię morborũ omnium curatrici, quæ diuinæ prudentiæ filia nominatur: cui diem, id est, vitæ lumen se debere fatebantur. Eiusmodi medicũ in superioribus Socrates perquiri iusserat morborum animi curatorem. Præterea priscorum monumenta tradunt animas remeantes in cœlum pæana, id est, triumphalẽ cantilenam Phœbo canere. Reddit ergo Deo votum, vt alacer Pæana canens cœlestẽ repetat patriam, vt & è recentioribus conscripsit Cælius li. posterioris editionis Antiquarũ Lectionũ 16. c. 12. Et eadẽ fermè nõ lõgo tẽpore ante scripserat Reuclin Artis Cabalisticę li. 2. & ante vtrumq; Marsilius Ficinus in arg. Phædonis in fi. Quibus illud adiicies ex Pausania li. 5. Idomeneum, quoniã à Sole ducebat originẽ, in clypeo gallũ gallinaceum ferre solitũ, quod hæc auis Soli sit cõsecrata, Solísque ortũ prænunciet. Sed & Picus Mirandula in ea oratione, quã ad cœtũ Rom. habuit, de hac re ita loquitur, Pythagoras gallum nutrire nos admonet, id est, vt diuinã animę nostrę partem diuinarũ rerum cognitionẽ, quasi solido cibo & cœlesti ambrosia pascamus. hic est gallus cuius aspectũ leo, id est, omnis terrena potestas formidat & reueretur. hic ille gallus cui datam esse intelligentiã apud Iob legimus. hoc gallo canente aberrans homo resipiscit. hic gallus in matutino crepusculo matutinis astris Deum laudantibus quotidie commodulatur. Hunc gallum moriens Socrates cum diuinitatem animi sui diuinitati maioris mundi copulaturũ se speraret, Aesculapio, id est, animarum medico iam extra omne morbi discrimen positus debere se dicit. Hac ferè Picus.

Quare leo gallum vereatur.

27 ¶ Quanquam quod de leone & gallo dicit (vt illud obiter dixerim) aliter sentit Proclus Platonicus in lib. de sacrificio & magia, & Lucretius lib. 4. & Plin. lib. 8. c. 16. & iterum lib. 10. c. 21. & Albertus li. animalium 23. huius rei rationes & eas quidem singuli diuersas reddentes. cur videlicet gallum leo timet, vt apud eos videre licet. Tametsi Alexander Aphrodiseus vir alioquin rerum naturæ peritissimus eam rem inexplicabilem & soli Deo cognitam scribit in principio suorum Problematôn. Et idem sentire videtur Aelianus lib. 14. animalium, quo loco de Ellope disserit: & illis assentire videtur Cælius Rhodiginus vir & ipse rerum naturalium indagator solertissimus d. lib. 16. Antiquarum Lectionum, c. 11. At non omnes omnia nouerunt. Aut si hi illorum rationes cognitas haberent, eas tamen his non satisfecisse: ideo maluisse id inter res inexplicabiles ponere.

¶ Siquis

28 ¶ Si quis autem alia nosse cupiat de Aesculapio (neq; enim huc omnia afferre consilium mihi fuit, neque etiam necesse est) legat ipsum Hyginum in lib. Poëticôn Astronomicôn 2. vbi de Ophiulco tractat. & Strabonem li. 8. geographię. Tulliū li. 3. de natura Deorū, vbi tres Aesculapios fuisse dicit, quos ibi designat. vt etiam facit Arnobius lib. 4. aduersus gentes. Legat insuper Pausaniam li. 2. in quo Corinthiaca describit: & li. 7. quo Achaica. Cornelium Tacitū li. 12. historiæ Augustę. & Eusebium Præparationis Euangelicæ li. 3. c. 3. è recentioribus Bocaciū de genealogia Deorū, li. 5. c. 19. & Nicolaum Leonicū de varia historia lib. 2. c. 46. & omniū copiosissimè Liliū Gregorium Gyraldum de Dijs Gentium Syntagmate 7. & nonnihil Syntag. præced. vbi de Serapi loquitur, & quæ dicam infrà in tract. primigeniorum, q. 16. nu. 2. *Alia de Aesculapio.*

29 ¶ Aesculapio ex Lampetie, vt in trimetrorum iambo primo tradit Hermippus, vel ex Epione, vt dicit Aristides de Gnidi côditoribus, hanc autem dixit vxorem fuisse Aesculapij Pausanias in Corinthiacis, vel ex Coronide, vt prodit Iulius Hyginus, Fabularū c. 97. fuerunt duo filij Podalirius & Machaon, ex ducū numero, qui è Græcis ad euertendam Troiā profecti sunt, qui & insignes medici fuerunt, nec mediocrem opē Græcorū exercitui attulerūt, maximā ob id adepti gloriam, vt Homerus testatur lib. 2. & 11. Iliados, & alibi sæpe: & Cornelius Celsus circa initia eius operis, quod de medicina eleganter composuit. & Diodorus Siculus lib. 5. *Podalirius Machaon*

30 ¶ De Podalirio autem hoc quoq; veteribus monumentis traditum est, quòd cùm ex aduersis maris tempestatibus in Caria à capratum pastore seruatus, & hospitaliter acceptus ad Damathum Regem fuisset perductus, eius filiam numine Syrnam tecto delapsam cùm aliis quibusdam medicamētis, tum misso ex vtroque brachio sanguine persanauit, quod Rex admiratus illum sibi generū asciuit, Cheronesō illi tradita, in qua Podalirius mox duas condidit ciuitates, alteram Syroem de vxoris nomine, alteram de pastoris, à quo fuisset incolumis seruatus. De hócque est illud Ouidij ad finem li. 2. de Arte amandi, in fi. *De Podalirio.*

Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi,
Aeacides dextra, pectore Nestor erat.

Et illud lib. 1. de Remedio amoris

Curabar preprys ager Podalirius herbis.
Et fateor, medicus turpiter ager eram.

Et lib. 4. Tristium, Eleg. 7.

Quem semel excepit, nunquam Podalirius agro
Promissam medica non tulit artis opem.

Strabo li. 6. tradit in agro Samnio esse basilicam Podalirij ex qua riuulus manat ad omnes pecorum morbos salutaris. Et de hoc alia quædam videbis apud Nicolaum Leonicum, lib. de varia historia 3. c. 47.

31 ¶ Machaonem autem Homerus lib. 4. Iliados æqualem Deo dicit, *De Machaone.*

Ὀἰδ' ἐν μάχεσι ταρίσαῖ ἰσόθεος φώς.

Eúmque eodem l. bro dicit fuisse discipulum Chironis in re medica. Et ab eo Ouidius lib. 2. de remedio amoris, Machaoniam opem appellat pro medica,

Ille Machaonia vix ope sanus erit. & Machaonij succi in eod. lib.

Illa Machaony superant medicamina succi.

Et Machaoniæ artes eidem lib. 1. de Ponto, epistola 4.

Vtque Machaonius Paeantius artibus heros
Lenito medicam vulnere sensit opem.

Et de eo quoque est illud eiusdem lib. 3. de Ponto, Elegia 4.

Firma valent per se, nullúmque Machaona quærunt,
Ad medicam dubius confugit æger opem.

Et illud Propertij à nobis suprà citatum,

Tarda Philoctete sanauit crura Machaon.

Et illud Martialis lib. 2. epig. 16.

Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes.

Scribit Pausanias li. 4. quo Messenica describit, Glaucum Messeniorum regem omnium primum Machaoni sacra in Gerenia fecisse. Et lib. 3. qui de Laconicis est, tradiderat eius æneo simulachro coronam impositam esse, quæ eorum lingua Ciphos appellatur: Rhodon verò locū consecratum. Eius quoque meminit Virgilius lib. 2. Aeneidos. *Nicomachus Machaonis filius.*

Pelidésque Neoptolemus, primúsque Machaon.

32 ¶ Is autem filium suscepit Nicomachum Stagiritem medicum quoque peritissimum, qui, vt Suidas author est, scripsit de medicina libros sex, & philosophię vnū. Hūc Nicomachū & Gorgasum ipsius Machaonis & Anticleæ filios, eósq; regnasse apud Pharęatas post Dioclis patris ipsius Anticleæ obitum, tradit Pausanias in Messanicis, vbi & illud subdit, vsitatū illis fuisse, vt & morbos curarent, & homines luxatos. pro quibus beneficiis sacrificia eis in templo & donaria offerebant. Fuítque etiam eidem alius filius Polemocrates, cuius fanum memorat Pausanias in Corinthiacis, medetúrque, vt ille dicit, eius loci hominibus, & à finitimis colitur. *Gorgasus Machaonis filius. Polemocrates eiusdem filius.*

33 ¶ Hi sunt quos antiquitas & medicinam inuenisse, & nuper inuentam excoluisse auxisséque tradit. Ideóque Aegyptij Græci, & aliæ pleræque gentes illos omnes diuinis sunt honoribus prosecuti, illísque delubra dicauerunt, authores medicinæ Deos arbitrati: siue quia tantùm *Authores Medicinæ Dy existimati. Et cur.*

huic arti tribuerunt, sicuti tradit Quintilianus suus declamatione 168. vt eam vix crederent humanis potuisse ingeniis inueniri: siue item, vt ille subdit, quia medicina per se sacra res est, & vt præterea addit Lucianus in Medico abdicato, Deorum doctrina.

34 ¶ Siue postremò, quia (vt cum Erasmo iam loquar) si quis secum reputet, quàm multiplex in *De eadē re. Medicina diuinitas.* corporibus humanis diuersitas, quanta ex ætatibus, sexu, regionibus, cælo, educatione, studiis, vsu, varietas: quàm infinita in tot milibus herbarum (ne quid interim dicam de cæteris remediis) quæ alibi aliæ nascuntur, discrimina: Tum quot sint morborum genera, quæ suprà trecē- *Morbi innumeri.* ta nominatum fuisse prodita scribit Plinius lib. 26. c. 1. exceptis generum partibus, quarum omnium nullus sit numerus: facilè perpendet, qui tantùm norit, quot formas in se febris vocabulum complectatur, vt ex hoc vno cætera æstimentur: Exceptis his, qui quotidie noui ac plerunque incogniti accrescunt, vt Plinius in eo loco asserit: neque secus accrescunt, quàm si de composito cum arte medicorum ex insidiis bellum suscepisse videantur. Exceptis venenorum plus mille periculis, ob quę ipse Plinius li. 11. c. 53. exclamarit tantum esse insidiatum vitæ, quorum quidem venenorum quot species sunt, tot sunt mortis genera, totidem remediorum differentias flagitantia. Exceptis inquam casibus quotidianis lapsuum, ruinarum, ruptionum, adustionum, luxationum, contusionum, vulnerum, atque his consimilium quæ propè cum ipso morborum agmine ex æquo certant, vt non immeritò dixerit idem Plinius lib. 7. c. 51. morborum infinitam esse multitudinem & alibi li. scilicet 25. c. 3. Qua quidem in reputatione misereri sortis humanæ subit, præter fortuita casúsque & nomina, quæ omnis hora excogitat ad milia morborum singulis mortalium timenda. Galenus li. 2. Therapeuticę, nō posse quēquā nec inuenire, nec demonstratione asserere morborum numerum. A quo non dissentit D. Augustinus scribens lib. de ciuitate Dei 22. ca. item 22. tot esse morborum genera, vt nondum libris omnia comprehensa sint. Ex quo & illud Iuuenalis, Satyra 10.

Morborum omne genus, quorum si nomina quæras,
Promptius expediam, quot amauerit Hippia mœchos,
Quot Themison ægros autumno occiderit vno.

Oculorum CXII morbi. Plinius autem ipse lib. 7. c. 51. morborum infinitam esse multitudinem tradit. Id'que ex hoc vno potes conücere, quòd oculo omnium membrorum minimo, 112. morbos siue affectus distinctos assignat Galenus, aut quisquis is fuit, in libro cui Introductio siue Medicus titulus est. Seneca autem ad Lucilium epist. 95. dicit innumerabilia esse febrium genera, atque alios innumerabiles morbos. Et breuiter de his dici potest, quod de cæteris casibus & sortibus dicit L. sæpe, post prin. C. de præscri. 30. vel 40. an. quod scilicet nec dici nec numerari possunt. Et quod Virgilius scribit lib. Georg. 2.

Sed neque quàm multæ species, nec nomina quæ sunt
Est numerus, neque enim numero comprehendere refert,
Quem qui scire velit, Lybici velit æquoris idem
Discere, quàm multæ Zephiro turbentur arenæ,
Aut vbi nauigiis violentior incidit Eurus,
Nosse quot Ionij veniant ad littora fluctus.

35 ¶ Denique qui cogitet, quanta sit in corporum cœlestium obseruatione difficultas, quæ nisi *Medicorū diligentia.* cognoueris, sæpenumero venenum erit, quod in remedium datur. Ne quid interim commemorem sæpe fallaces morborum notas, siue coloris habitum spectes, siue lotij signa itineris, siue pulsus harmoniam obserues: vt non immeritò Hippocrates in limine Aphorismorum, vt & suprà diximus, pronunciauerit, iudicium esse difficile: velut hoc agentibus malis, vt hostem medicum fallant & imponant. Tantum vndique sese offundit difficultatum, vt difficillimū sit omnes, vel oratione prosequi. Sed vt dicere cœperam, has omnes rerum varietates studio persequi, obscuritates ingenio assequi, difficultates industria peruincere, ac penetratis terrę fibris & visceribus, ac solitudinibus aliis prorsus inaccessis, excussis vndique totius naturæ ar- *Ex quibus medicina petitur.* canis, ex omnibus herbis, fruticibus, suffruticibus, arbustis, arboribus, sentibus, plantis, floribus non solùm arborum & herbarum, sed aliarum rerum vt salis, æris, Asiæ petræ: surculis, foliis, capitulis, fructibus, ramis, acinis, graminibus, surculis, seminibus, succis, frugibus, stirpibus, corticibus non solùm arborum, sed & fabarum & aliorum leguminum: radicibus, liquoribus multi generis, vt Cyrenaico, Medico, Syriaco, & aliis multis: lacrymis, floribus, odoramentis, scapis, caulibus, caudicibus, lanuginibus, strigmentis, resinis, Medullis, Ossibus, Carnibus, Sanguinibus, Vngulis siue Vnguibus vt caprarum & asinorum: Putaminibus, Lotiis, siue vrinis, vt pueri impuberis, & cæterorum hominum, muli, capræ, cameli, & aliorum. stercoribus vt sturnorum, canum, puerorum & aliorum hominum, luporum, caprarum, boū, gallinarum, & aliorum: Talis, vt suum, boū: Coagulis vt hœdi, leporis, hinnuli & cæterorum. Cerebris, vt hirundinis, leporis, galli, cameli, mustelæ, ouis, de quorū medicinis videbis apud Paulum Aeginetam lib. 7. c. 3. Cineribus siue Pulueribus non solùm lignorū & herbarū, sed & animalium tostorum, vt stellionis, ranæ, passeris, hirundinis, mustelæ, salamandræ, & bubonis, & lapidum combustorum, vt alabastritæ, & cæterarum rerum, vt calceamentorum veterum.

veterum. Lactibus,(si ita pluraliter vocare possumus) non solùm animalium, sed & herbarũ & arborum. Caseis. Libris arborum. Pilis, vt caprarum, & aliorum. Crinibus, fæcibus, siue recrementis, aut excrementis, vt ferri, plumbi, æris, & aliorum id genus Fellibus vt muris aranei, cameli, hyenæ, perdicis, viperæ, ichneumonis, suis, ouis, capræ, vrsi, bouis, tauri, piscis Callyonimi dicti, scorpionis. hyrundinis marinæ, capræ syluestris, galli, aquilæ, quorum bona ex parte medicinas describit ipse Paulus lib. 7. cap. 3. Testis, vt sepiæ: Fuliginibus, vt thuris, myrrhæ, terebinthi, styracis, picis. cedri, pini, eoni, piceæ, vitrariarum officinarum. Pellibus vt ouiũ, hippopotami, viperę. Pudendis, vt cerui. Cornibus, vt ipsius cerui, hirci, capræ, tauri, & aliorum cornigerorum: Calcibus. Viscis siue glutinis. Gummi, sunt enim qui à lacrymis separant. Cretis, vt creta Lemnia: Cotibus, vt Naxia, & Olearia Arenis, Lapidibus, & iis quidẽ, quos pretiosos vulgus appellat, & aliis. vt Pyrite, Pyrobolo, Phrygio, Asio, Gagate, Armenico, Hæmatite, Schisto, Galactite, Melilote, Moroxo siue Leucographide, Dioscorides vocat μόροχθον, alij μελόχθον, Iaspide, Iudaico siue Tecolitho, Agetato, Magnete, quem & Heraclinm lapidem vocant, Arabico, Alabastrite, Smyri: Eo qui in spongiis inuenitur, & eo qui in Argeo Cappadociæ monte nascitur, Opbite, Ostrante, qui & Hæodes dicitur, Hieraciti, Indico, Sapphiro, Aphroselene, Speculari quem Græci Speclarion vocant & Spheclarion. quorum vires maxima parte reperies apud Paulum vbi suprà. Terrarum generibus vt Samia, quæ Aster dicitur, Cretica, Erythriade, Lemnia, quá plerique Lemnium minium vocant, officinæ terram sigillatam: Armenia, Cimoli, Aegyptiæ præsertim luti ipsius, Selenusia, Chia, Ampelite, Pingiti, Alania, Ochra: hanc enim Paulus inter terras nominat. Et ipsius terræ tuberibus Vuis. Vinis, Aquis, & earum differentiis, vt nitrosa, bituminosa, sulphurosa, & ea quę in Cypri metallis coalescit, quam Chalcanthon vocant: Lignis vt aloes, Balsami, Lignorum casiæ, quæ Græcè Saprotes dicitur. Sordibus aurium, statuarum, vasorum, lanarum, balneorum, virilitatis: Spumis non animalium solùm sed aliarum rerum vt argenti quam lithargyron vocant, & salis. Oleis multorum generum, vt Cyprino, Gleucino, Balanino, lentiscino, melino, styracino, lautino, irino, rosaceo, chamæmelino, susino, Caryino, amygdalino, raphanino, Nardino, decamyro, infoliato, spicato, commagino, œnãthino, liliaeco, violaceo, ricinino, siue cicinino, ægerino, omottibe, picino, Sicyonio simplici & composito, rutaceo. Adipibus & seuis, quæ quomodo differant, disces ex Plinio lib. 28. c. 9. Squamis non solùm animalium vt testudinum, sed & aliarum rerum, vt æris. Butyris, Ouis, Ceris, Corticibus, Membranis: hæc enim duo differunt vt videre licet ex Plinio lib. 16. c. 14. & ex duobus magnus est in medicamentis vsus. Cremoribus, Glandibus, Iecinoribus, vt hirci, capri, canis rabidi, lacertæ, lupi, asini, apri, suis mergi, quorum omnium medicinas tradit ipse Paulus vbi suprà: Baccis vt lauri, cedri iuniperi. & myrti. Salibus multi generis vt communi, ammoniaco, fossili, & Cappadocio. Sudoribus, Menstruis, Fumis, Fimis, Cutibus. Sputis, Vomitibus, Viperis, Vermibus, furibus, siue lusculis, Fragmentis attritarum vestium, pigmentis, metallis, ex omnibus animalium partibus, ex ipsis venenis, ex cæteris denique omnibus, quæ parens natura produxit eunctis humanę naturę malis efficacia quærere remedia, atque horum opportunum vsum ex tot autoribus, tot disciplinis, & ab ipsis syderibus petere. Hæc, inquam, tam abdita rimari cura, tam ardua viribus animi adipisci, tam multa memoria complecti, tam necessaria ad salutem vniuersi mortalium generis in commune proferre, nonne prorsus homine maius ac planè diuinum quiddam fuisse videtur? Sed & huius rei causa in id reuci potest, quòd vt dicit Campanus, nihil tam pestilens & contagiosum, nullum malorum extat genus, cui non sint à medicis excogitata saluberrima remedia, siue ambulare claudos, loqui balbutientes & mutos, resipiscere stultos & insanos plerunque videmus, quæ res par miraculo, si miraculum non sit, diuinitati assignanda videri potuit. Item Deus homines natura productos: medici arte, cura, atque vigilantia tuetur. Deus nobis vitam dedit, eam medici (quod Deo proximum est) conseruant, & iam fugientem retinent, atque multò efficiunt diuturniorem.

34 ¶ Imò verò, & quod solius Dei proprium est, ad vitam mortuos reuocant, quod persæpe, prętetquam quod suprà de Aesculapio & Polyido diximus, experientia comprobatum est. Empedocles enim & philosophus & medicus celeberrimus, maximam ex eo gloriam consecutus est, quòd mulierem defunctam viuam dimiserit. vt est testis Heraclides Ponticus in eo lib. cui titulus, περὶ τῆς ἄπνου, id est. de perdita spiratione, & post eum Diogenes Laërtius. Asclepiades quoque inter medicos famigerabilis hominem exanimatum, elatum, complotatúmque ab rogo domum viuum reduxisse traditur à Plinio, lib. 7. c. 37. & iterum lib. 26. cap. 3. & Apuleio lib. Floridorum. 4. vbi hanc historiam copiosissimè simul & picturatissimè describit. Sed & Xanthus antiquus rerum Lydorum scriptor, lib. 1. suæ historię tradit occisum draconis catulum, prætereà & Thylonem hominem, quem draco occiderat, vitæ restitutum, herba quam Balin nominat (alij legunt Halin) Iuba quoque Mauritanię Rex in Arabia hominem herba ad vitam reuocatum scribit. quę & ipsa quoque post eos retulit Plinius, lib. 25. c. 2. *Mortui à medicis suscitati.*

35 ¶ Vt interim omittam permultos ab ipso Plinio memoratos, lib. 7. c. 52. qui iam elati partim in ipso rogo, partim post dies complusculos, & ex iis nonnulli interiectis septem diebus reuixerunt. *De eadem re.*

xerunt. Hæc etsi apud aliquos fide caret, admirationem tamé, vt vtar verbis ipsius Plinij, implent, cogúntque confiteri multum esse, quod vero super sit: vt hinc intelligas Pliniũ id mini mè credidisse, vti nec ipse credo. cùm id sit diuinæ omnino potériæ, vt posteà dicemus, nu. 408. tãrùm auté abest. Quanquã quantùm ad eum attinet (vt ad Erasmũ redeamus) qui vitę redditur, quid refert vtrùm anima denuo in artus relictos diuinitus reponatur, an penitus in corpore sepulta, morbíq; victoris oppressa viribus, arte curáque medici fulcitetur atque eliciatur, iámque certò migratura retineatur? An non penè paria sunt, mortuũ restituere, & mox moriturũ seruare, eiúsq. animam in corporis latibulis delitescenté ab ipso limine mortis reuocare? Complurium morborum ea vis est, vt certa mors sit, nisi præsens adsit medicus, veluti stupor is qui mulieribus potissimùm solet accidere, vuluæ conuersio, syncope profunda, paralysis, apoplexia, & alij propè infiniti. Quos qui arte sua depellit, id est, qui vitam subitò oppressam reuocat, nonne ceu numen quoddam dextrum ac propitium semper habendus est?

38 ¶ Quot censes, vt ille subdit, homines ante diem sepultos fuisse, priusquam medicorũ solertia morborum vires, & remediorum naturas deprehenderit? Quot hodie mortaliũ milia viuũt, valéntque, qui ne nati quidem essent, nisi eadem hæc ars, & tot nascendi discriminibus remedia, & obstetricandi rationem reperisset? Adeò statim in ipso limine vitæ, & pariens simul, & nascens salutarem medicorum opem miserabili voce implorat. Horum arti vitam debet, & qui nondum vitam accepit, dum per eam prohibentur abortus, dum mulieri seminis recipiédi retinendíq; vis confertur, dũ pariendi facultas datur. Quod si verè dictum est illud Plinij lib. 2. c. 7. Deus est iuuare mortalem, profectò mea sententia, aut nusquam locũ habebit illud Græcorũ Adagium, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον, id est, homo homini Deus (cuius ex Latinis meminit Statius Cecilius poëta Comicus, & eius autoritate Symmachus in Epistolis) Aut in medico fido probóque locum habebit: qui non iuuat modò, verùm etiam seruat. Propterea Libanius ad Magnesium, Medicus, inquit, nó sine numine quodam interdum abeuntem è corpore animam continet, vitámque producit.

Prouerbiũ.

39 ¶ Sed iam satis docuimus, quibusnã potissimùm rationibus antiquiores illi medicinæ inuẽtores Deos existimarunt, & vt scribit Hippocrates in lib. περὶ ἀρχαίης ἰατρικῆς, id est, de antiqua medicina, ἐπίτιμας ἀξίου τὴν τέχνην θεῷ προσθεῖναι, ὡς καὶ νομίζεται. Nunc ad alia pergamus. Ex iis quæ diximus liquidò apparet, non omnino constare, quis omnium primus medicinam inuẽnit. Sed quisquis is fuit, ipsius certè initiũ fecit obseruatio. Homines enim cùm viderét alia salubria, alia insalubria, ex obseruatione eorum artem medicinæ effecerunt, si Quintiliano credimus, hoc ipsum scribenti li. 3. oratoriarum institutionum, quo loco de initio Rhetorices differit. Cui concinit Aristoteles in procemio li. primi Metaphysicæ, scribens medicinã ab experientia ortã. quod & post ipsum tradit è nostris Bal. con. 136. proponitur quòd Tirius, col. 1. versi. circa primum, li. 2. & con. 237. ad euidentiam prætermittendum, col. 2. versi. porrò ex his concluditur, eo. lib. 2. Sed & hoc quoque scribit Cornelius Celsus lib. 1.

Medicina ex obseruatione.

40 ¶ Quibus annectendum censuimus, quod Plutarchus Cheroneus statim post prin. eius libelli, cui est titulus, num rectè dicendum sit, λάθε βιώσας, sic viue, vt nemo te sentiat vixisse, scribit priscos illos mortales palàm ægrotos curare solitos. Eorũ vnusquisque si quid habuisset conducibile, quod vel ipse ægrotans, vel alterum curans comperisset, consulebat ei cui opus erat. Atque ita, ait, ferunt artem experimentis natam, in maius auctam esse. Quódque Maximus Tyrius Platonicus de ea re scribit, sermone quadragesimo, Græcè quidem, sed hoc propemodum sensu. Medicinæ vetustissimum inuentum his initiis ortum, constans est fama. Enim qui vexaretur à morbo domestici exportantes in frequentissimo vico statuebant, vt à transeũtibus visus de qualitatibus morbi rogaretur. Ita qui tulerat depuleratque similem morbum, aut medicamentis sumptis, aut cauteriis, aut incisionibus, aut tolerantia situs prodito remedio laborantem iuuabat. Similitudine igitur morbi remediorum colligens memoriam, summam eius quod ex his hominum congressibus acceperat scientiam fecit. Hæc Maximus. Sed & Seruius enarrans illud Virgilij lib. 12. Aeneidos,

De eadem re.

Ille vt depositi proferret fata parentis.

Depositi (inquit) id est, desperati. Nam consuetudo erat, vt desperati ante ianuas suas collocarentur, vt possent à transeuntibus fortè curari, qui aliquando simili laborauerant morbo.

41 ¶ Iamblichus autem, ne & id prætermittam, de mysteriis Aegyptiorum tradit in Aesculapij téplo accipi somnia, quibus morbi curantur. Ipsaque, inquit, ars medendi somniis diuinis est comparata, quod suprà alio in loco diximus. Subditq; exercitũ Alexandri morbis mox depeririturũ euasisse discrimen, remediis adhibitis in somno à Dionysio Deo proditis. Cui concinit quod scribit Plinius lib. 25. c. 2. Vsum radicis rosæ syluestris, in somnio cuipiam fuisse proditũ, ad insanabilem anteà morsum canis rabidi, pauorem aquæ potúsque omnis odium afferentem. Sed & Diodorus li. 1. tradit Isidem medicinę, vt placet plerisque, sicuti suprà diximus, inuentricem, in somnis eis palàm opitulari, quos ope sua dignos esse censebat.

Medicina ex somnis.

42 ¶ Sed de his satis diximus. Igitur vt redeamus ad medicinæ historiã, cùm adusq; Peloponesiacũ Græciæ bellum, quod gestum est à trecentesimo vrbis Romæ anno, in nocte densissima

Redit author ad historiam medicinæ.

delituisset

deliruisset medicina, eam veluti interemptam tunc primum teste Plinio. lib. 29. c. 1. & Galeno, si is est, in medicorum Introductorio: Hippocrates Cous, Heraclidæ & Praxitheæ filiæ Phenaretes filius, & Herodici Selybriani, Gorgiæq; Leontini rhetoris & philosophi discipulus, è tenebris in lucem reuocauit, & eam veluti alio quodam partu genuit, & per omnia membra aluit, eduxit, vestiuit, & omni ornatu insignem reddidit. Is enim cum mos fuisset (cuius etiam rei nonnihil meminit Geographus Strabo li. 8. & iterum lib. 14.) liberatos morbis scribere in templo eius Dei, qui auxiliatus esset, vt postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur, & ita ex iis hanc artem excerpsisse. Vnde, vt tradit Plinius libr. 26. c. 2. primus medendi præcepta clarissimè condidit.

Hippocrates medicinam è tenebris in lucē reuocat.

43 ¶ Sed sicut hoc à vero abest, vt ex iis satis liquet, quæ de nauicula Aesculapij scripsimus, & statim paulò infrà patebit: ita & illud verissimum, quod alibi refert idem Plinius, scilicet lib. 7. c. 37. quòd cùm Hippocrates venientem ab Illyriis pestilentiam prædixisset, & discipulos ad auxiliandum circa vrbes dimisisset, honores illos à Græcis meruit, quos Herculi decreuerant. Cuius etiam rei meminit Galenus in libr. de commoditatibus Theriacæ ca. 6. Quemadmodū scilicet iussit mirabilissimus (vt illum appellat videlicet, θαυμασιώτατον) Hippocrates per totā ciuitatem accendi ignes floribus coronamentisque odoratissimis flagrantes, vnguentisq; suaueolentiam spirantibus perfusos, vt ita aër tabificus emacularetur, atque purior, syncerior, salubrior aspirantibus fusim subduceretur. Quod & Plinius ipse transeunter attigit, lib. 36. c. vlt. & Aëtius Tetrab. 2. Ser. 1. c. 94. in fi. Ex quo & Varro lib. 1. de re rustica ca. 4. tradit Hippocratem in magna pestilentia, non vnum agrum, sed multa oppida scientia seruasse. Et hanc rem etiam affatim abūdéque describit Thessalus ipsius Hippocratis filius, in oratione, quam habuit in Senatu Atheniensi, cùm patriæ excidium deprecaretur. Extátque adhuc Senatusconsultum Atheniensium, quo illi decreti sunt honores Herculis.

Pestilentia ab Hippocrate depulsa.

44 ¶ Nec silentio prætermittendum est, quod Suidas scriptum reliquit, quòd Hippocrates à maximo Regum Artaxerxe expetitus, lucrisque & ingentibus donis inuitatus ire contempsit. Cuius etiam rei meminit Plutarchus, in Catone Censorio. Sed & literas ipsas quas in id Artaxerxes ad Hystanem scripsit, posteritati cōmendauit Suidas. Artaxerxes Hyscani Hellespōti præfecto, Salutē. Hippocratis Coi medici Aesculapio prognati ad me artis fama peruenit. Da igitur operā, vt aurū illi tribuas quātum cupit, aliaq; item quorū indiget, & ad me mitte. Erit enim par honore summis in Persidæ viris. Et hæc quoque epistola reperitur inter opera ipsius Hippocratis. Quod quidem huc de industria adscripsi, & similia quoque adscribam, vt ex iis pateat, in quanto honore, pretio, æstimatione fuerunt medici, vel apud Reges famatissimos.

Hippocrates ab Artaxerxe accitus ire cōtempsit.

45 ¶ De Hippocrate dicit Macrobius li. 1. de somnio Scipionis, quòd tā fallere quàm falli nescit. Quanquam sunt nonnulli qui illum aliquando errasse contendunt, cùm in libr. περὶ φύσιος παιδίου, de natura infantis scripsit, ex oui luteo auē generari: nutrimentum autem ex albumine esse: moti autoritate Aristotelis & Plinij, qui contrarium è diametro scripserunt; ille lib. 3. de generatione animalium. c. 1. hic lib. 10. c. 53. Sed cum Hippocrate Alcmeon cōsentit insignis philosophus, vt Aristoteles ipse tradit. Sed de hac cōtrouersia alibi fortè dicemus, ostēdemúsq; veram esse Hippocratis sententiam. At ipsemet Hippocrates à futuris se esse deceptum memoriæ prodidit, more scilicet, vt prodit Cornelius Celsus lib. 8. c. 4. magnorum virorum, & fiduciam magnarum rerum habentium. Nam leuia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahūt. Magno ingenio, multáque nihilominus habituro, conuenit etiam simplex veri erroris cōfessio: præcipuéque in eo ministerio, quod vtilitatis causa posteris traditur: ne qui decipiantur eadem ratione, qua quis antè deceptus est. Porrò Quintilianus li. 3. c. 8. ita de eo scribit, Hippocrates clarus arte medicinæ videtur honestissimè fecisse, quòd quosdam errores suos, ne posteri errarent, confessus est.

Hippocrates an aliquando falsus sit.

46 ¶ Hunc autem, vt ad eius laudes redeamus, quanquam nondum ab iis discessimus, maximum medicorum, & istius scientiæ conditorem & naturæ gentissimū, vocat Seneca ad Lucillium, epist. 95. Eumq; principem medicinæ appellat Plinius. lib. 7. c. 51. Et diuina virū scientiā Gellius, & Macrobius alicubi. Et nobilissimū medicū D. August. li. de ciuitate Dei. 5. c. 2. Ante hos Plato in Protagora, atque etiam in Phædro illum admodum extollit, dicítque illum esse è genere Asclepiadarum. Extatque in eum distichon illud Græcum, lib. 1. epigrammatōn,

Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων, ἔσωσε δὲ λαῶν
ἔθνεα, καὶ νεκύων ἦν σπάνις εἰν ἀΐδῃ. Id est, ad verbum,

Hippocrates lumen fuit hominum, & saluauit populorum
Gentes, & mortuorum fuit raritas in inferno.

Laudes Hippocratis ex externis scriptoribus.

47 ¶ Tam multa autem vbiq; Galenus in laudem Hippocratis in multis locis scripsit, vt qui hæc omnia velit cogere, volumen conficere necesse esset, sed nonnulla tantùm adscribam. Is circa initia libri 1. de arte curatiua, eum omnium disciplinarū ducem & autorē dicit. Et idem propemodum dicit lib. 3. de Crisibus. c. 11. rursúmque in lib. Prognosticorum c. 1. Sed & idē lib. 1. περὶ φυσικῶν δυνάμεων, de naturalibus facultatibus cap. 13. scribit, eum omnium primum, quos nouit, medicorum, philosophorúmq; naturæ opera nouisse. Et li. 1. Therapeuticæ mirandas in

Eiusdem laudes ex Galeno.

eum

eum laudes congessit, ostenditq; Aristotelem, Theophrastum, & alios celeberrimos philosophiæ professores ab eo multa in suos libros transtulisse, & ex iis Platonem illum omnium qui ante se fuerunt, maximè admiratum fuisse. Et eiusdem operis libr. 5. dicit rectè omnia ab illo fuisse tradita. Et lib. 7. eiusdem quoque operis, paulò post prin. scribit eum omnium salutariũ præceptorum semina præbuisse. Et li. 4. Aphorismorum c. 66. Hippocrates in his, sicuti & in aliis dignus est admiratiõne, eorũ inuentor, quæ à pluribus medicis ad hunc vsque diem fuerunt ignota. Et lib. Temperamentorum 2. illum vocat admirabilẽ omnium rerum magistrũ. Et lib. de Virtutibus animalibus. c. 7. in fi. diuinissimum illum appellat. Et lib. de Commate, post medium, dicit eum non eorum fuisse, qui verbum quoppiã frustra adducunt. Nam vnũquodque vocabulum ab eo scriptum, imo & omnem syllabam rem semper aliquam significare. Neque eum fecisse sicuti Homerus, qui dicit humidum oleum, & lac album, nullius determinationis gratia. Omne enim lac album, & oleum humidum esse. Et in li. qui inscribitur, Introductio siue Medicus, quem nonnulli Plutarchi, alij Herodoti esse opinantur, scribit Hippocratem omnibus facile præcelluisse, primúmque consummatam apud Græcos medicinam in lucem protulisse. Et li. de Vsu partium 1. c. 9. huius scripta veluti Dei vocẽ esse dicit. Ab Hippocratis, inquit, dictione, tanquam à Dei voce auspicemur. Et paulò antè dixerat, nihil ab eo fuisse perperã scriptum. Et li. cui titulus est, Subfiguratio Empirica. c. 8. dicit eũ expertissimũ & amicissimũ veritatis. Et in li. de Difficultate respirationis 2. Hipp. (inquit) cõfessione ac suffragio omnium medicorum, ad eorum quæ ægris accidũt obseruationem, diligentissimus fuit. Et lib. cuius titulus, Quòd medicus sit philosophus, scribit neminem ampliùs existere qualis fuit Hippocrates inter medicos. Et li. 2. de morbis curandis: Hippocrates primus omniũ recta instituit via, quæ cùm à posteris absoluenda fuerat, non modò nemo eorum absoluit, sed plerique etiam quæ probè inuenta fuerant, corruperunt.

48 ¶ Sed audi aliorum testimonia de Hippocrate, ne existimes Galenum hæc solum de eo sensisse. Cornelius Celsus in proœmio, scribit ipsum Hippocratem primum ex omnibus memoria dignum ab studio sapientiæ medicinam separasse, virum & arte & facundia insignem. & lib. 7. post princip. vocat illum parentem omnis medicinæ. Et in epistola ad Caium Iulium Calistũ, quam Marcellus medicus posuit in suo libro medicamentorum, illum conditorem medicæ professionis dicit. Et Oribasius Sardianus in commentariis Aphorismorum eiusdem Hippocratis, lib. 7. cap. 18. dicit eum fuisse in omnibus veracem. Theophilus Protospatarius, libr. 5. Fabricæ humani corporis c. 19. eum vocat medicinæ Prometheum. Soranus Medicinã, inquit, inuenit Apollo, amplificauit Aesculapius, perfecit Hippocrates, quem mihi ducem & iudicem omnium causarum & quæstionum oportet accipere, tanquam inuentorem omnium bonorum operum.

Et ex aliis medicis.

49 ¶ E nostris Bar. in l. j. col. 4. vers. pro cuius declaratione. ff. si cer. pet. dicit standũ esse libris Hippocratis tanquam authenticis: quem refert & sequitur Panor. in c. 2. in fi. de feud. Nam & Iurisconsultus noster Paulus in l. septimo. ff. de stat. homi. de eo ita loquitur. Septimo mense nasci perfectum partum iam receptum est, propter autoritatem doctissimi viri Hippocratis. Quibus verbis tantum illius autoritati tribuit, quantum tribuere potuit. Et alibi quoque citatur à Iurisconsulto, in l. ab intestato. §. vlt. ff. de suis & legi. hære. & in Decretis Canonicis, in c. ne tales, de consec. di. 5.

Ex nostris.

50 ¶ Mirum est autem quod de Hippocrate scribit Theophilus author Græcus in li. de pulsibus & vrinis, in hunc fermè sensum: Hippocrates diuinus medicus pulsuum notitiam nõ habuit, sed latera & frontem manu contingebat. Cui concinens Galenus, libr. de Crisibus 3. cap. 11. eodémque vlt. scribit Hippocratẽ nihil de pulsibus tradidisse, vel quia non nouerat, vel quia non magni momenti existimabat. Quanquam ipse Gale. in libr. de generibus & differentiis pulsuum, cap. j. scribit Hippocratem omnium primum quos ipse sciuerit, nomen pulsus scripsisse: nec eam quæ in eo est artem, videri ignorasse quanquam eam penè partem artis intactã reliquit. Et sanè ipse Hippocrates, in libro de humoribus, haud multò post initiũ, Venarum (inquit) pulsus, caliditas, frigiditásue medico sunt cõsideranda. Et lib. 7. Epidemiôn, si is eius sit, ante mediũ, σφυγμὸς ἐν κροτάφοισιν, ὡς λεπτῆς θερμασίης, id est, pulsus in tẽporibus, veluti tenuis caloris. Et lib. de alimentis, si item is liber eius sit, Venarum pulsus, & spiratio secundum naturã indicant hominẽ rectè valere. Et li. Aphorismorum 7. c. 21. A forti in vlceribus pulsu, profluuium sanguinis. Sed illud magis mirum est, quòd cum Hippocrates talis tãtusque fuerit, vt diximus, repertus est tamen qui contra eum orationem habuerit, Antiphon scilicet Rhamnusius, vnus ille ex decẽ oratoribus, vt tradit Plutarchus in vita ipsius Antiphontis, sed vix crediderim illum fuisse nostrum Hippocratem. Soranus autem in historiis (neque enim id omittendum fuit) tradit Coos singulis annis Hippocrati parentare solitos.

Hippocrates an pulsuum notitiam habuerit.

Antiphon habuit orationem contra Hippocratem.

51 ¶ Post Hippocratem fuit ætate famáq; secundus, teste Plinio li. 29. c. 1. Diocles Carystius Darij Histaspis tempore, cuius extat elegans epistola ad Antigonum Regem de tuenda bona valetudine, & eum citat Galenus, lib. 3. de locis affectis, cap. 6. & Aurelianus, lib. 3. Chroniôn. ca. 4. & Oxeon li. 3. c. 21. ex libro cui est titulus, Affectio, causa, curatio. Et li. 4. c. 8. ex libro Prognostico.

Diocles Carystius.

Et libr

Et libro Oxeon. 1.c.12.ex lib.de febribus. Et Dioscorides, lib.7.ex Barbari computatione c.3.in commentario ad Plistarchum. Et Octauius Horatianus, aut vt aliis placet, Theodorus Priscianus, lib.4.de physica scientia, ad Eusebium filium, vbi illum dicit fuisse sectatorem Hippocratis, & ab Atheniensibus iuniorem Hippocratem vocatum. Et Galen. lib.2.Simplicium Pharmacorum c.5.ex Archidamo.

52 ¶ Deinde fuere Praxagoras Cous, qui, vt Galenus scribit lib.1. Therapeuticæ, ab Aesculapio traxit originem huiúsque pater Nicarchus fuit, vt tradit idem Galenus ad fi.lib. 2. de naturalibus facultatibus: Atque etiam Chrysippus Gnidius, qui vt tradit Plin.lib. 29.c.1.maiorum placita ingenti garrulitate mutauit, huius sunt libri de animæ ægritudinibus. de ratione curandi, & Herophilus Bacchius siue Chalcidonius, vt multis placuit, Carthaginensem dicit Galenus, lib. 1. de vsu partium. Et Erasistratus Chius ex Iulide vrbe, aut Sicyonius, vt Galenus Pharmacorum localium lib. 10.c.3.& alij malunt, Aristotelis filia genitus, Chrysippi vt ipse & Plinius vbi suprà, testatur, & vt plerisque placuit, Theophrasti discipulis. Ille scilicet Heroph. arte miranda motus omnes & pulsus humani corporis in musicos pedes discreuit per ætatum gradus, & venarum pulsus rythmis musicis asseruit moueri, authore Plinio lib.11.c.37.& lib.29.c.1.& Censorino de die natali.

Praxagoras. Chrysippus Herophilus. Erasistratus.

53 ¶ Hic veterum medicorum nobilissimus (ita illum appellat Macrobius lib. vlt.Satur.c.15.) primus miro nouóque modo deprehendit morbum Antiochi ex amore Stratonices nouercæ prodeuntem. Quam rem cognitu certe iucundiorem in hunc locum subtexere statuimus. Igitur cum Antiochus ipsius nouercæ, quam Seleucus pater ei superinduxerat, infando amore corriperetur, nó immemor quam improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia dissimulatione contegebat. At innalescente magis magísque amore, diuersi affectus üsdem visceribus ac medullis inclusi, videlicet summa cupiditas & maxima verecundia, ad vltimam tabem corpus eius redegerunt, vt iam esset moribundo similis. At verò Erasistratus solus inter plerosque medicos, quos Seleucus pater magnis propositis præmiis ad curandum filium vndiq; conuocauerat, percipere potuit hanc animi amore ardentis, non male affecti corporis ægritudiné esse. Nam cum iuxta adolescenté grauiter laboranté sederet, & curiosius omnes illius gestus vultus & totius corporis obseruaret, tandem cognouit ad introitum Stratonices tantam repente perturbationem Antiochum occupare, vt defectum vocis, ruborem vultus, subsultum oculorum, sudores acutos, motú incredibilem venæ, cunctaque alia quæ à Sapho de amatoribus referuntur, intueri in adolescente liceret. Statímque posthæc, dum videlicet Stratonice discederet, deficiente pedetétim sensu ingens pallor toto corpore diffundebatur, fiebátque anhelitus liberior. Ex quibus deprehendit nullius amore, quàm Stratonices captú esse Antiochú. Cui morbo vt mederetur, hac arte vsum ferunt, vt Seleuco patri dixerit illum nouo morbo implicitum, videlicet nimio amoris incendio, quo nisi expleretur, sanari nó posset. At eius quidem mulieris amore correptum, quam consequi minime posset. Stupefactus Seleucus, Cur, inquit, si huius ægritudinis amor caussa est, languenti filio opitulari nó possumus? ingenium nobis, an facultates desunt? Quænam quęso tanta cupiditas, aut qualis amor adolescentem corripuit, qui omnes nobis deliberádi rationes excludat? At vero Erasistratus, Meam, inquit, vxorem adolescens ardet. Tum rex multis cum lacrymis, & precibus multísq; pollicitationibus rogat Erasistratum, vt illá in coniugium filio daret, cui tátum regnum deberetur. Cui respondens Erasistratus, Hoc facile tu pater nobis enarras, verú forte aliter sentias, si Stratonicem tuam amaret Antiochus. Vtinam, inquit Seleucus, aut dij, aut homines facultatem darent, vt hunc amorem permutare meo arbitratu possem. Deos enim obtestor, quòd si ea quæ mihi charissima sunt, in vnum conferrentur, omnia libenter abiicerem pro tuenda vnius Antiochi vita. Hæc vehementi affectu multísque cum lacrymis dicente Seleuco, Erasistratus non amplius cunctandum ratus apprehensa illius dextera, nihil esse dixit, cur Erasistrato amplius indigeret. Nó enim coniugem suam, sed Stratonicem filium deperire, & quemadmodum id deprehendisset, declarauit. Qua re cognita Seleucus charissimam sibi coniugem filio cedere nó dubitauit, quod in amorem incidisset, fortunæ acceptum referens, quod adusque mortem dissimulasset, ipsius pudori imputans.

Erasistrati solertia mira in deprehendendo morbo ex amore nato.

54 ¶ Quam historiam graphicè & luculenter admodum describit Plutarchus in Demetrio & Valerius lib.5.c.7.& Appianus in Syrio, & Lucianus in lib. de Syria dea. & meminit Galen. lib.1.Prognosticorum Hippocratis c.7.& rursum c.10.aut vt alij secant.11.& iterum, in libr. suorum ipsius Prognosticorum c. 6. vbi & simile quippiam à se deprehensum festiuissime scribit de muliere. quæ Pyladem saltatorem deperibat. possétque credi Plinius de huiusmodi morbo, istóque Antiocho intellexisse, cum scribit li.29.c.1.Erasistratus Antiocho rege sanato, centum talentis donatus à rege Ptolomæo filio eius. Nisi tum fuisset Antiochus ætate minor, quàm vt filium iam grandiorem natu, quíque intelligeret beneficium in patrem collatum, habere potuisset. Sed quem Plinius (vt hæc obiter dixerim) hic Erasistratum vocat, alibi Theombrotú idem appellat. videlicet lib.7.c.55.cum inquit, Medicinæ scientiam in Theombroto Ptolomæus rex Megalensibus sactis donauit centum talentis, seruato Antiocho rege.

De eadem re. Theombrotus.

Ideóque vel Erasistratus alio nomine Theombrotus vocabatur, vel Plinius non eundem in ea re authorem vtrobique fuit secutus. Illud tamen non prætermiserim, Soranum Coum in historia tradidisse Hippocratem multo ante tempore simile quippiã fecisse, videlicet deprehendisse amorem quo Perdicas Macedonum rex misere deperibat Alexádri patris pellicem.

Iterum de Erasistrato.
Medicina in tres partes diuisa.

55 ¶ Sed vt reuertamur ad Erasistratum, Galenus frequenter eius opiniones refellit, vt videre licet in multis locis, præsertim vero in libris de naturalibus facultatibus: quanquam illum maximum medicum vocat Plinius lib. 14. c. 7. At ipse Erasistratus & Herophilus, de quo etiam suprà locuti sumus, sic artem hanc exercuerunt, teste Cornelio, vt in diuersas curandi vias processerint, iisdémque temporibus in treis partes medicina diuisa est, vt vna esset quę victu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur. Primam διαιτητικήν, secundam φαρμακευτικήν, tertiam χειρουργικήν, Græci nominauerunt. Eius autem, quæ victu morbos curat, longe clarissimi authores etiam alius quædam cogitare conati, rerum quoque naturæ sibi cognitionem vendicauerunt, tanquam sine ea trunca & debilis medicina esset.

Serapion Alexandrinus.
Apollonius.
Herophilus.
Apollodorus idem dictus.

56 ¶ Post quos Serapion Alexandrinus, primus omnium, vt scribit Celsus, nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad medicinam professus, in vsu & experimentis posuit. Nescio an is sit, de quo scribit Cicero ad Atticũ. li. 2. Fecisti (inquit) mihi pergratum, q Serapionis librũ ad me misisti, ex quo quidẽ ego (quod inter nos liceat dicere) millesimam partẽ vix intelligo: Sed Serapionẽ ipsum de quo loquimur, citat Cælius Aurelianus lib. 3. Oxeon c. 21. & ex libris Curationum. Eumque secutus est Apollonius, & ipse Herophilus quoque siue Herophileus vocatus, q Herophili illius prioris discipulus fuit, qui de remediis paratu facilibus scripsit, ex quibus citatur à Galen. in lib. de medic. compos. secundum locos, lib. 5. c. 1. atque etiam de vnguentis, vt tradit Athenæus. Hicque est quem Plinius Apollodorum sæpe appellat.

Glaucias.
Heraclides Tarẽtinus.

57 ¶ Qua etiã tempestate fuit Glaucias, & aliquãto post Heraclides Tarentinus, ipsius Apollonij condiscipulus. Sed & ipsius quoque Glauciæ auditor teste Galeno, lib. de vsu part. 6. c. 4. Húncque citat idem Galenus in compositionibus Pharmacorum κατὰ γένη, lib. 4. ex libris quos scripsit aduersus Astydamandem, Stratiotem & Antiochiodem. Et Cęlius Aurelianus ex libris interiorum curationum. Hi quidem & alij non mediocres viri, vt ipse Cornelius subiunxit, ex ipsa professione se Empiricos appellauerunt.

Empirici.
Vbi cœpit Empirice.
Acron Agrigẽtinus.

58 ¶ At Plin. li. 29. c. 1. affirmat huiusmodi factionem, quæ se ab experimentis Empiricem vocauit, in Sicilia cœpisse Acrone Agrigentino Empedoclis Physici authoritate commendato, quem antiquiorem Herophilo & ipse Plinius dicit. Cuius sententiæ adstipulatur Galen. aut quisquis is est, in Subfiguratione Empirica in prin. Et huius quoque meminit Suidas, qui & ipsum dicit fuisse antiquiorem Hippocrate, & lingua Dorica scripsisse de medicina librum vnum. Et Laërtius in Empedocle, vbi ponit epitaphium quod illi Empedocles inscripsit,

Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρωνα, Ἀκραγαντῖνον ἄκρου
Πατρὸς ἄκρου, κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος.

Philinus.

Galenus autem in Introductione siue Medico, cui scilicet titulus Græcus est εἰσαγωγή, asserit Philinum Coum primum Empiricam sectam à rationali separauisse, occasione ab Herophilo suo præceptore accepta. Sed cum vellent suam hæresim primam fuisse videri, Acronem Acragantinum, quo rationali esset vetustior, ei dedisse initium dixerunt. Atque, vt subdit, à Philino ipso Serapion Alexandreus ea secta floruit. Dein & Apollonij duo Antiocheni, pater & filius. Est autem apud Plutarchum in libello de Iside & Osiride Agron Atheniensis, qui cum in pestilentia ægrotos prope ignem haberi iussisset, id multum profuisse. De qua re etiam Paulus Aegineta, qui Acronem Agrigentinum id fecisse dicit, lib. 2. c. 35. quo tractat de popularibus publicéque grassantibus morbis, vbi hæc scribit, in fi. Porrò si quis pyram accenderit, egregiè quidem poterit vdum aëra in calidum & aridum permutare, quemadmodum Acronem Agrigentinum fecisse perhibent, quod & recẽset Aëtius Tetrab. 1. Ser. 1. c. 94. in fi.

Agron Atheniensis.

Medicinã quæ victu constat in duas partes diuisam
Asclepiades.

59 ¶ Siue autem ab huiusmodi Acrone, aut ab alio hæresis ista Empiricorum ortum habuerit, satis tamẽ constat in duas partes eam quoque, quæ victu curat medicinam diuisam fuisse: alijs rationalem artem, alijs vsum tantum sibi vendicantibus: nullo verò quicquam post eos qui suprà comprehensi sunt, cogitante, nisi quod à superioribus acceperat: donec ætate Magni Pompeij Asclepiades Prusiensis Rhetoricæ magister, medendi rationem magna ex parte mutauit. totámque medicinam, vt Plin. scribit li. 27. c. 3. ad casum reuocando, coniecturam fecit, quinque res maximè communium auxiliorum professus, abstinentiam modò cibi alias vini, fricationem corporis, ambulationem, gestationésque. Trahebatque præterea mẽtes artificio mirabili, vinum committendo ægris dandóque tempestiuè, tum frigidam aquam. Alia quoque, vt ille subdit ex Varrone, blandimenta, & veluti quædam lenocinia excogitabat, iam suspẽdendo lectulos (qui ob id pensiles à doctis vocantur) quorum molli facilíque iactatu, aut morbos extenuaret, aut somnos alliceret: iam balneas auidissima hominum cupidine instituendo, & alia multa dictu grata atque iucunda, magna authoritate, nec minore fama.

De eodem.

60 ¶ Is est, qui, vt iam suprà diximus, hominem mortuum ab rogo, & vt cum Apuleio. lib. 4. Floridorum loquar, velut ab inferis postliminio vespillonum manibus extortum domum retulit, confe-

lis, confestimque spiritum recreauit, confestim animam in corporis latibulis delitescentem quibusdam medicamentis prouocauit, vt iam facile credi possit, quod idem Plinius, vbi suprà, tradit vniuersum prope humanum genus in se non alio modo circumegisse, quàm si cœlo emissus aduenisset. De qua re etiam Cornelius Celsus li. 2. c. 6. Aduersus quos (inquit) ne dicam illud quidem, quod in vicino sæpe quædam notæ positæ non bonos, sed imperitos medicos decipiunt. Quod Asclepiades funeri obuius intellexit, quendam viuere, qui efferebatur. Hic quoque à Mithridate Ponti Rege expertos, ipsius legatos & pollicitationes spreuit, sponsionémque fecit cum fortuna, ne medicus crederetur, si vnquam inualidus vllo modo ipse fuisset, & victor supremam in senecta lapsu scalarum exanimatus est, vt ipse quoque Plin. scribit lib. 7. c. 37. Eum citat Cassius in Problematis medicis, c. 40. ex lib. de vlceribus, & Gal. in compos. pharmac. κατ̀ [illegible] ex lib. 10. de facultat. & ex lib. περὶ [illegible] id est, de his quæ extra sunt, siue de exterioribus. Huicque dicit fuisse cognomentum Pharmacion, nec tamen eum multi facit, vt videre possumus in lib. de naturalibus facultatibus, & alibi sæpe, nisi hic sit alter Asclepiades Iunior: de quo postea dicemus. Sed & is citatur à Cornelio Celso, in epistola ad Caium Iulium Callistum, apud Marcellum medicum, ex libro [illegible], id est, præparationum: quo etiam in loco illum vocat maximum authorem medicinæ. Et ab eodem Celso lib. 2. Medicinæ c. 14. in prin. ex volumine communium auxiliorum. *Asclepiades Pharmacion dictus.*

61 ¶ Hunc paulo post secutus est Themison Laodiceus Syrus, ex eius auditoribus, qui primus *Themison.* princépsque tertiæ illius factionis, quam Methodicem vocant, teste Galeno, aut vt alijs placet, Herodoto, in Introductione siue Medico. Húncque tradit Dioscorides lib. 8. c. 6. secundum Hermolai diuisionem, emorsum fuisse ab homine rabioso, rabiosúmque inde factum euasisse postea. Et eum citat Cælius Aurelianus sæpe ex 3. libris tardarum passionum, atque etiam ex 9. libris Epistolarum ad Dimantem, atque etiam ex libris Epistolarum ad Asilium: & Paulus Aegineta lib. 3. c. 15. ex lib. 10. epistolarum: vt non sit recens, quod Manardus & alij recentiores medicinam epistolis tractarunt. Et de hoc Iuuenalis Satyra 10.

Quot Themison ægros autumno occiderit vno. Vt eum quoque citat Aëtius Tetra. 3. Serm. 1. c. 10. Hunc summum authorem vocat Plin. lib. 14. c. 17.

62 ¶ Quo etiam tempore fuit ipse Dioscorides Cilix, ex Anazarbo: Alexandrinus vocatur Paulo Aeginetæ, lib. 4. c. 34. cognomento Phacas, id est, Lentinus, quod lenugine os dehonestaretur, vt scribit Suidas, Marci Antonij & Cleopatræ, vt idem dicit familiaris, qui scripsit libros omnium laudatissimos, de simplicibus quæ ad medicinam pertinent, quibus titulum fecit [illegible], de materia medica. Hunc maximis laudum præconijs effert Gal. lib. 6. de simplicibus medicamentis in præfatione, datque illi primas in simplicium cognitione. Et lib. 4. de compositione medicamentorum κατ̀ [illegible], illum dicit perfectissime tractatum de materia medicamentorum confecisse, nullique eorum qui in eadem quasi arma descenderunt, secundum esse. Et lib. de antidotis, Traditum (ait) est abunde de medicinali materia quinque Dioscoridis libris. Scripsitque & alia quædam, si is est. Ex quo Galen. in li. 7. κατ̀ τόπους c. 2. Hypoglossida describit. Sed & ipse Galenus Succidaneorum lib. tradit illum scripsisse librum Reciprocorum medicaminum, id est, quod vulgo dicunt, quid pro quo. Sunt tamen qui existimant Dioscoridem ipsum posteriori tempore fuisse, eodem scilicet, aut paulo posteriore, quo Plinius fuit. Nam & in ea sententia fuit Hermolaus Barbarus, in Castigationibus Plinij, lib. 26. c. 1. & iterum lib. 29. c. vlt. & Ioan. Baptista Plautius, in Commentarius Persij, Satyr. 6. hoc argumento fultu, quod vterque Licinium Bassum viderit, & quidem prouectum iam, & commentantes, vt patet ex illo c. 1. libr. 26. Plinij, & prologo Dioscoridis. Verum in omnibus Plinij exemplaribus non Licinius, sed Lacanius, vel Locanius scribitur, vt diuersus à Licinio Dioscoridis videri possit. *Dioscorides.*

63 ¶ Fuere & eadem tempestate Antonius Musa, & eius frater Euphorbius, hic Iubæ regis me- *Antonius* dicus, vt scribit Plinius lib. 5. c. 1. & iterum lib. 25. c. 7. vbi & ab eo herbam Euphorbiam voca- *Musa.* tam dicit: ille Augusti, quem aliquando ab omnibus desperatum sanitati restituit. Ideóque illi statuam ære collato iuxta signum Aesculapij, teste Tranquillo in Augusto, c. 59. erexit Romana ciuitas, & tum quidem rerum omnium domina. Et de hoc forte intelligebat Plinius, quod scripsit lib. 19. c. 8. D. Augustus, lactuca conseruatus in ægritudine fertur prudentia Musæ medici. Extat & hodie volumen luculentum, quod de medicina scripsit. Et hunc sæpissime citant Galen. & Aëtius. Et de eo est illud Horatij lib. 1. epist. 15.

——Nam mihi Baias
Musa superuacuas Antonius, &c.

Vbi Porphyrion scripsit eum fuisse medicum Augusti. Eusebius autem Chronographus memorat Artorium medicum Augusti, quem dicit post Actiacam victoriam naufragio perijsse, *Artorius.* putabámque primum mendum esse in nomine, versis duabus N. in duas R. Sed me ab hac suspicione liberant Velleius Paterculus li. posteriore Romanæ historiæ, scribens Augustum fuisse coactum ab Artorio medico, ne in castris quæ apud vrbem Philippos aduersus Cassium & Brutú collocata erant, maneret: quod & ipsum tradit Valerius Maximus lib. 7. c. 1. in prin.

Et quod Lactantius lib. 2. c. 8. meminit ipsius Artorij medici Augusti, atque etiam Cælius Aurelianus Acutorum morborum lib. 3. c. 11. & c. 14. vbi illum dicit Asclepiadis sectatorem, & c. 16. Huic fuisse nomen Artorium Marcum constat ex Plutarcho in vita Bruti, scribente hunc admonuisse Augustum, vt ab ea pugna, de qua suprà diximus, excederet. Sed illud monere velim lectores in vetustis codicibus Chronicôn Eusebij, esse scriptum Artorius, sed qui eum codicem cum cæteris operibus ipsius Eusebij prælo nouissime tradiderunt Basileæ anno 1542. loco Artorij Antonium perperam substituerunt.

Euphorbus.

64 ¶Sed & sub id tempus fuere & alij celebres medici, C. scilicet Valgius eruditione spectatus, quem de herbis imperfectum volumen ad Augustum scripsisse tradit Plin. circa initia c. 2. li. 25. Cassius Fœlix quem Celsus ingeniosissimum sui seculi appellat. Chaspitanus, aliis Carpitanus dictus, Aruonius, Albutius Rubrius, Q. Stertinius, & aliquanto post Vectius, aut vt alij scribunt Vettius Valens, Messalinæ Claudij Cæsaris vxoris (authorê Plin. li. 29. c. 1.) adulterio nobilitatus, paritérque eloquentiæ assectator. Hunc vt scribit Cornelius Tacitus adulterij reum & confessum Claudius ad supplicium tradi iussit. Hunc citat Gal. in lib. de medi. compositione secundû locos. Scripsit inter cætera libros Astrologias, in quibus de annis Climactericis septenariis & nouenariis eorúmque ratione prius à Petosiri & Niechepso regibus, περὶ κλιμακτήρων ἑβδοματικῶν καὶ ἐννεαδικῶν ἀναγωγῆς. Sed & illû citat Serenus Sammonicus, c. 58.

Valgius. Cassius Fœlix. Chaspitanus. Albutius Rubrius. Q. Stertinius. Vettius Valens.

65 ¶Fuit & eodê tempore ipse Aurelius Cornelius Celsus, quem non semel suprà citauimus. Hic præter quam quod de medicina volumen illud omnium eius materiæ eloquentissimum scripsit, etiam præcepta Rhetorices, rei quoque militaris & rusticæ reliquit, & de omnibus ferè artibus libros conscripsit, dignus vel ipso proposito, vt eum scisse omnia illa credamus, vt memoriæ prodidit Quintilianus lib. vlt. c. item vlt. Oratoriarum Institutionum. Sed & huic Columella testis locupletissimus, lib. 2. Rei rusticæ. c. item 2. dicit non solum agricolationis, sed vniuersæ naturæ prudentem virum. Et alibi eum doctissimum appellat, lib. 9. c. 6. Eum citat Plinius, lib. 21. c. 30. & alibi sæpe.

Cornelius Celsus.

66 ¶Fuit prętereà & Thessalus Trallianus, qui Neronis principatu cuncta maiorum placita delere conatus est rabie quadam; vt scribit Plinius, lib. 29. c. 1. in omnis æui medicos peiorans. Aduersus quem multa scripsit Galenus, lib. 1. Therapeuticæ, & alibi sæpe. Et inter cætera in lib. 1. de compositione medic. κατὰ γένη, eum dicit Medicæ artis operum inexpertum. Is que est quem & alibi quoque sæpe, præsertim in annquis translationibus Galenus ipse Thessali nomine redarguit. Is inter cætera librum de communitatibus scripsit, & Syncretica, vt tradit Galenus illo 1. lib. Methodi, vbi & ipse scribit hunc in quadam ad Neronem epistola his inter initia verbis vsum fuisse, Cum nouam sectam condiderim, & quæ sola vera sit, propterea quod qui ante me medici fuerunt omnes, nihil vtile prodiderût vel ad sanitatem tuendam, vel morbos propulsandos. Sed & eodem libro scribit illum promittere solitum se mensibus sex eam artê tradere. Ex quibus satis constat eum mira fuisse arrogantia. Quod & hinc quoque satis constat, quod monumento suo in via Appia ἰατρονίκην, quasi medicorum victorem se inscripserit. Optarim tamen libros eius extare. Nam & ex fragmentis, quæ videmus, ab aliis citatis, constat eum fuisse acutissimum, atque etiam doctissimum. Hic sæpe citatur à Cælio Aureliano ex libris Regularum, scilicet lib. 3. Ὀξέων, id est, acutorum morborum c. 17.

Thessalus.

67 ¶Huius etiam temporis fuere Critias, aut vt alij scribunt, Critias Massiliensis, qui arte gemi nata, vt cautior religiosiórque ad syderum motus ex ephemeride mathematica cibos dabat, horásque obseruabat. Charmis & ipse quoque Massiliensis, qui damnatis non solum prioribus medicis, sed & balneis, frigida etiâ hybernis algoribus lauari persuasit, mersitque ægros in lacus, vt tradit Plinius li. 29. c. 1. Et Antonius Castor cui summa in ea arte authoritas fuit, centesimúmque ætatis annum excessit, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria aut vigore excussis, quod vix credibile esset, nisi Plinius, qui id omnino nouit, scriptum reliquisset, lib. 25. c. 2. Hunc citat idem Plinius lib. 20. c. 17. in prin. & alibi sæpe.

Critias Massiliensis. Charmis Massiliensis. Antonius Castor.

68 ¶Nam & Plinius ipse eodem tempore floruit togatorum doctissimum, nullius expers disciplinæ, totius naturæ interpres, qui qualis quantúsq; medicus fuerit, satis apparet ex sua ipsius Naturali Historia. Sed & ipsius titulo librum peculiarem habemus de medicina nuncupatim scriptum, quem tamê stylus arguit non esse ipsius, præterquam quod ipse citat Galenum illo tempore inferiorem. Est tamen hic liber alioqui non malus, & optimos authores aduocat. Putátque Paulus Iouius vir acerrimi iudicij, in li. de piscibus Romanis, eum librum esse Plinij Valeriani multo, quàm ille fuit, recentioris, cuius marmoreum sepulchrum Comi inspicitur, vbi Pliniorum familia floruit in templo D. Probini. Nec multo post Soranus Ephesius, qui primum Alexandriæ profecit. Dein Romam venit, vbi artem exercuit Traiani & Hadriani têporibus, libróśque plures & optimos côposuit, testis Suidas. Huius Isagoge medendi extat, eúmque citat Cælius Aurelianus ex libris Causarum, quos ætiologumenos vocauit.

Plinius. Plinius Valerianus. Soranus.

69 ¶Sed & ea tempestate, aut certe continuo post emicuit Claudius Galenus Pergamenus Niconis illius geometræ atque astrologi filius, qui reliquos omnes superiores medicos (Hippocratem semper excipio) & ingenij magnitudine, & doctrina, & diligentia facile superauit.

Galenus.

Hunc

Hunc nonnulli perhibent centum & quadraginta annos vixisse, tantáque in cibo & potu abstinentia vsum, vt ad satietatem nunquam comederit, aut biberit, nec crudum quicquam vnquam gustarit, vnde sit factum, vt odoriferum semper anhelitum spiraret. Sed quod longe mirabilius est, citra vllam omnino affectionem sola defecerit senectute. Quod in humanis, vt dicit Cælius Rhodiginus lib. Antiquarum Lectionum 30. c. 12. ex posteriore æditione, est rarissimum in tanta subblandientis gulæ lascinia. Vtcunque tamen res habeat, hinc quibusdam obrepsit Adagium, vt Galeni valetudinem dicamus, pro ea quæ vltra humanű captum nimis sit prospera, nimísque inoffensa.

[An aliquã do Galenus ægrotarit. Prouerbiũ.]

70 ¶ Sed sunt, vt ille subdit, plurima quæ aduersus hanc astructionem proferri possunt, tum ex Galeno ipso, tum ex scriptoribus aliis. Suidas enim scribit Gal. septuaginta tantum annos vixisse. Huius verba in Latinű traducta huc subnectemus, Galenus arte medica celeberrimus, Pergami est natus, Marci & Commodi, & Pertinacis Imperatorű temporibus Romæ vixit. Niconem habuit patrem Geometriæ, ac Architecturæ peritum. Plurima non in medicina solum, sed & in philosophia condidit volumina. Immò vero in Grammatica & Rhetorica, quę quod omnibus fere sunt obuia, & vulgo notissima, recensere consilium non est. vixit annos 70. Galenus porro ex Græcæ linguæ proprietate quietum tranquillúmque significat. Ipse autẽ Gal. aliquando se morbis conflictatum fuisse testatur, lib. 2. de locis affectis, vbi dicit se passum colicam. Et lib. 5. περὶ ὑγιεινῆς de sanitate tuenda, circa initia, & diariam febrem, & alias multas magnásque ægritudines. Et lib. 2. de alimentis, dentium corruptionem. Et in lib. περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας, c. 1. scribit se pluries ægrotasse in adolescentia, & iuuentute.

[De eadem re.]

71 ¶ Hic autem ita de seipso scribit, lib. 3. de affectis locis, c. 3. Ego vero reipsa, & publicè & priuatim apud eos videlicet, qui sectam quamlibet à me discere cupiebant, ostendi in omnium sectarum scientia (ne maius quicquam dixero) me esse postponẽdum nemini. Et paulo post, Itaque medicinam professus vsque ad senectutem, nullam omnino ad hãc diem calumniam subini, vel curando, vel præsagiendo: id quod celeberrimis medicorum quibusdam obtigisse memini. Diuus autem Hieronymus in Decretis Canonicis de consec. distinct. 5. c. ne tales, illum virum doctissimum appellat: & in Amos, c. 5. medicorum disertissimum atque doctissimum. Gregorius Nyssenus lib. de anima. c. 9. in prin. & Paulus Aegineta lib. 5. c. 29. in fi. illum vocant admirabilem, siue mauis, admirandum medicum. In quodam conuiuio ad quod multi docti viri conuenerant, ait inter cæteros adfuisse Galenum Pergamenum medicum, qui neminem habuerat vsque ad suæ ætatis tempora philosophandi scientia, vel dicendi facultate superiorem. Alexandro autem Tralliano vix citatur, nisi cum eo epitheto & θειότατος, id est, diuinissimus. Auerrois lib. 5. Colliget. c. 31. ita illum celebrat, vt experientia præcellentẽ prædicet, ac veridicum imprimis, & cui comparari non possit alius, nisi forsan is (inquit) qui clamat quidem, sed quid clamet non percipit satis, Auicennam vt opinor, intelligens. Qui se tamen, lib. 1. Fen 1. c. 2. Galeni fatetur interpretem, ac illum summum quandoque vocat artis medicæ. Halyabbas in primo Theoricę, Galenus, inquit, sapiens & prior inter cæteros, ac probus; & in medicina eminentis scientiæ. Rabi Moyses, in 25. particula suorű Aphorismorum, scribit Galenum in medicina plus sciuisse, quàm alium cuius famam audiuerit, aut scripta legerit. Rasis alicubi hunc scribit intelligendi, & dicendi grauissimum fuisse autorem. Arnaldus à Villa Noua circa initium lib. de diuersis intentionibus medicorum, dicit Galenum graui pondere, recti indicij, perpendiculo exquisitáque perscrutatione, prout artis exigit necessitas, omnia præ cunctis medicinæ doctoribus gloriosius expressisse. Et idem in prologo libri de considerationibus operis medicinæ, dicit medicinam diuina concessione veraciter & perfectè Galeno, sicuti & Hippocrati fuisse reuelatam. Et in li. de graduationibus medicinarum, c. 36. asserit Auerroëm in omnibus errasse, in quibus Galeno contradicit. Eusebius Cæsariensis, lib. Ecclesiasticæ historiæ 5. c. vlt. tradit autoritate aliorum, Galenum à nonnullis pro Deo coli. E nostris Ang. con. 110. incip. sanctissima & illustrissima regina, col. 4. principem medicorum appellat. Sed & ipse multa de se scripsit lib. 8. & 9. Methodi, & de morbis curandis, li. 5. 6. 7. & 10. ex quibus intelliges eum minime fuisse detrectatorem laudum suarum, alioqui dignum qui ab omnibus, omnibus laudum præconiis celebretur.

[Galeni laudes ex seipso.]

[Ex aliis.]

[Galenus pro Deo cultus.]

72 ¶ Satis est ad Galenum vsque, alterum medicinæ parentem, rem ordine tractauisse. Alios deinceps medicinæ, aut scriptores, aut peritos non ex ordine temporis, sed vel alphabeti, vel vt res ipsa sese offeret, adscribemus. Nunc igitur ad alias medicinæ laudes accedimus. In primísque ab eo incipiendum ducimus, quem Iustinianus noster in proœmio. ff. in fi. parentem omnis virtutis appellat. Is igitur lib. 11. Iliados medici dignitatem exprimens, ait,

[Aliæ laudes medicinæ.]

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,

Medicus enim vir multis æquabilis aliis.

Quem versum & Alcibiades in Symposio Platonis, in laudem medicinæ vsurpauit. Et alibi idem Homerus lib. 4. Odysseæ,

Ἰητρὸς δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων
Ἀνθρώπων.

Medicus autem quilibet sciens supra omnes
Homines.

Medicinā omnium artium cognitione constare.

73 ¶ Quaquidem senteotia palam testatur Homerus haoc artem non vna aut altera disciplina, sed omnium artium cogoitione ac circulo, tum præter exactum ingenium, multo etiam vsu efficacissimo (vt dicit Plinius lib. 26. c. 2.) rerum omnium magistro, constare. Quod & tradit Hippocrates in lib. περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων, id est, de aëre, aqua & locis, & in epistola ad Thessalum ipsius filium. Et Sotanos Ephesius in Isagoge. c. 2. & iterum 4. & Galenus io prin. Therapeuticæ, vbi Thessalum arguit aliud sentientem: & Halyabbas in ioitio Tbeoricæ: & Isidorus Etymologiarum lib. 4. Et Petrus Apooensis io eo libro, cui ex re Conciliator titulus est, differ. 1. vbi superfluenter ostendit medicinam omnium liberalium artium orbem veluti cóplecti. Et nooissimè Hieronymus Montuus in eo libro cui titulus est, de his quæ ad rationalis medici disciplinam, munus, laudes, consilia, & præmia pertinent, amplissime ostendit medicum omnes philosophiæ partes Grammaticam, Historiarum cognitiooem, Poëticam, Logicam, Rhetoricam, Mathematicam, Arithmeticam, Geometriam, Cosmographiā, Geographiam, Topographiam, Musicam, Astronomiam, Physicam, Metaphysicā nosse debere. Eáque omnia sigillatim persequitur, vti etiam propemodum facit Iustus Velsius Haganus in oratione, cui titulum fecit, vtrum in medico variarum artium ac scientiarum cognitio requiratur. Et vt vno verbo concludam, illud affirmare ausim, orbem illum doctrinarum quem Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, medicis vtilem esse, ac omnium doctrinarum consortio medicam facultatem esse perfectam. Et oe de Astrologia dubites, eam non modicum conferre ad medicinam, magna autoritate tradit Hippocrates in eo libro de aëre, aqua, & locis.

Encyclopedia medicis necessaria.

Medicus non nisi ætate confecta absolutus.

74 ¶ Vt noo immerito non absolutus consummatúsque ac perfectus medicus sit, nec habeatur, nisi is sit ætate coofectus: vtpote cum non nisi magno tempore exactóque studio, ac diuturna experientia possit ea ars addisci, noscique perfectè: quæ omoes artes in se, vt diximus, complectitur. Ex quo & antiqui illi Aesculapium barbatum faciebant, veluti virum qui iam annos perfectæ virilitatis attigisset. Quod ex eo constat, quod scribit Virgilius, si is est in Priapeis,

Intonsa semper Aesculapio barba est.

Aesculapius cur barbatus.

Et ex eo qood legimus apud Cicerooem lib. 3. de natura Deorum, & Valerium Maximum lib. 1. c. 2. vbi de Dionysio Syracusano loquitur. Arnobium lib. 6. aduersus geotes, & Lactantium lib. 2. c. 4. Dionysium illum seniorem Epidauri Aesculapio barbam auream detraxisse, quo significabant in medico multarum rerum vsum diuturnum. Quanquam alij eum imberbem effingunt, vt videre licet ex Pausania in Corinthiacis, non semel, & iterum in Arcadicis. Illod aotem quod diximus intelligens Virgilius huius artis, vt postea dicemus, non imperitus, Iapidem Aeneæ medicum longęuum seniorémque facit lib. 12. Aeneid.

—Ille retorto
Paeonium in morem senior succinctus amictu, &c. Et paulo post,
Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapis. Nec ab re (vt id obiter dicam) huic medico id nomen imposoit, quod à sanitate deductum est, vt etiam ostendit Seruius in eum locum Virgilij, & Ansonius epig. 2t. quod de Meroë est, anu ebriosa.

Idmona quod vatem medicum, quod Iapita dicunt
Discendas artes carmina praueniunt. Virgilium autem imitatus Silius Italicus lib. 5. qui & Synalum Hannibalis medicum seniorem quoque dicit,

—Medicas hinc ocyus artes
Et senioris opem Synalis vocat. Cepola quoque in l. præcipiunt, ou. t. ff. de ædil. edic. tradit meliorem esse medicum antiquum. Et è nostris An. in l. 1. §. pueritiam. ff. de postul. monet non esse fidendum iuueoi medico: eum enim esse homicidam parentum, vt & post eum repetit Ioan. Ana. in rub. de delic. puer. col. vlt.

Artis medicæ difficultas.

75 ¶ Ideóque hæc ars admodum difficilis existimatur, vt diximus suprà, cum de baculo nodoso Aesculapij locuti sumus, vtpote quam assequi non possumus sine aliarum scientiarum & artium cognitione. Hincqoe illud Hippocratis oraculum à nobis quoque eodem loco recensitum, Vita breuis, ars longa, iudicium difficile. Quod ex eodē citat Bal. in l. si duobus, in prin. col. 2. C. com. de legat. Nam & ipse Hippocrates in quadam ad Democritum epistola, asserit neminem penitus medicinam nouisse. Nam nec ego (inquit) ad summum artis medicæ perueoi, quamuis seoex iam sim, nec ipse huius artis inuentor Aesculapius. Nam & ipse in multis recantauit. Vt non temerè Gal. Methodicos increpasse videatur in lib. de sectis, siue Introductorio ad medicinam (nam vterque titulus ei operi) qui affirmabant medicinam nec loogam, nec difficilem artem esse, sed quæ mensibus sex, aut quàm celerrimè addisci posset.

Medicina ars è numero præstantiorum.

76 ¶ Hanc eandem artem, vt ad id redeamus, cæteris esse præstātiorem, aut certe ex numero præstantiorum tradit ipse Hippo. in eo libello, quem de lege vocant. Quod & ipsum testatur Galeous libro 1. Therapeuticæ, atque etiam libro Theorices primo. & ex tempore inferioribus Arnaldus Villanouanus, in principio sui Antidotarij, vbi eam scientiarum nobilissimam esse dicit; & Petrus Aponensis, qui hoc multis magnísque rationibus comprobat in libro

nuper

nuper allegato, differ. 5. Vt non abs re Auguſtinus Anconitanus in libro de poteſtate Eccleſiaſtica, & Antonius Florentinus in 3. parte ſuæ fœcundiſsimæ ſummæ, tit. 7. cap. 2. tradiderũt non eſſe ad eam ſcientiam admittendum ſpurium, vipote cùm ſit dignitatis atque honoris minimè capax, vt alio loco pleniùs diximus.

Spurij non admittendi ad ſtudium medicinæ.

77 ¶ Idem autem Hippocrates in epiſtola ad Abderitas, medicinam eſſe Deorum munus ſcribit. Quod & vſurpauit Herophilus, vt retulit Scribonius Largus id approbans in epiſtola liminari ſui libri de compoſitionibus medicamentorum. Quibus concinens Raſiali. Aphoriſmo. 5. Medicina, ait, tota eſt Dei, & eſt res venerabilis. Et Meſue, Sanat, inquit, ſolus languores Deus: & de fragilitatis ſolo produxit medicinam, in largitate ſua benedictus, glorioſus, & excelſus. Atqui Homerus & Heſiodus non obſcurè inſinuant diuinam eſſe ſtirpium, adeóque medicinæ originem: dũ hic homines ignorare ſcribit. quantum in Malua & Aſphodelo vtilitatis reconditum ſit. His enim verbis ſatis innuit herbarum vires in intimis earundem medullis reconditas eſſe, hominibúſque ignotas, nec niſi Diis ipſis earum inuentoribus perſpectas. Ille dum Moly herbæ laudatiſsimæ, & contra Circæ veneficia mirè efficacis inuentionẽ Mercurio Deo, Deorúmque nuncio acceptam refert, hominibúſque, non Diis item inuentu difficilem eſſe ſcribit. Nicander in Theriacis Panacé, quæ ipſo ſtatim nomine morborum omnium remedia pollicetur, à Diis ipſis inuentam eſſe tradit.

Medicina deorũ munus ex medicis.

78 ¶ Quòd ſi gentilium, vt vocamus, & eorum quidem medicorum teſtimoniis non credimus: an etiam aliis viris noſtræ religionis, & iis quidem ſanctiſsimis & eruditiſsimis nõ credemus? Origenes Adamantius vir quidem ſanctitate & doctrina inſignis, enarrans illud Numeri 24. Dixit Balaam filius Beri, dixit homo cuius obturatus eſt oculus, &c. ita ſcripſit de medicina loquens, Quæ ſcientia magis eſt à Deo, quàm ſanitatis, in qua etiam herbarum vires, & ſuccorum qualitates & differentiæ noſcuntur. Longo autem antè interuallo Pindarus Pythiorũ Ode 1. Deum ſanitatis autorem eſſe dicit. Sed & ipſe Origenes, vt ad eum redeamus, prima Homilia, quam in Pſalmum 37. edidit, ita exorditur, Creator humanorum corporum Deus ſciebat quòd talis eſſet fragilitas humani corporis, quæ languores diuerſos poſſet recipere. & vulneribus aliiſque debilitatibus eſſet obnoxia. Et ideo venturis paſsionibus prouidens etiam medicamenta procreauit ex terra, & medicinæ tradit diſciplinam, vt ſi accederet ægritudo corpori, non deeſſet medicina.

De eadem re ex aliis.

79 ¶ Sed longo antè interuallo ſapientiſsimus ille Concionator Ieſus filius Syrach, in eo libro qui Oeconomicus, aliàs Eccleſiaſticus inſcribitur. c. 36. Honora, ait, medicum propter neceſsitatem. Etenim creauit illum altiſsimus. Quam ſententiam citatè noſtris Pan. in c. cum nos, de homi. atque ex ea ſubinfert, laudabile eſſe medicorum munus. Subdit autem Eccleſiaſticus. A Deo enim eſt omnis medela, & à Rege accipiet donationem. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatum collaudabitur. Altiſsimus creauit de terra medicinã, & vir prudens non abhorrebit illam. Et rurſus, Nonne à ligno indulcata eſt aqua amara? Et paulò infrà. Fili in infirmitate tua da locum medico. Etenim illum dominus creauit, & non diſcedat à te: quia opera eius ſunt neceſſaria. Hactenus ille. Sed quod dicit. Nonne à ligno indulcata eſt aqua, ne quis forſan ignorauerit. ad id referendum eſt quod ſcribitur Exo. 15. & in Decretis Canonicis, in c. reuera, de pœn. di. 2. Deum Moyſi lignum indicaſſe, quod naturali vi ſua miſſum in aquas omnem earũ amaritudinem penitus auferret. De quo etiam 4. Eſdr. 1. c. Quæ res palam oſtendit medicinam à Deo fuiſſe admodum probatam, qui cũ idipſum vel ſolo nutu aut verbo facere potuiſſet, medicinæ tamen opera facere maluit.

De eadem re ex ſacris autoribus

80 ¶ Sed quid quòd Dominus poſtquam docuit Moſem vim & naturam eius ligni quo aquas dulcorauit. Exodi d. c. decimoquinto, in fi. Si audiendo (inquit) audieris vocem domini Dei tui, & quod rectum eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, cuſtodieriſque omnia præcepta illius, omnem languorem quem poſui in Aegypto, non inducam ſuper te. Ego enim ſum Deus ſanator tuus, aut vt alij vertunt, medicus, quod idem eſt. Ex quibus intelligis Dominum Deum noſtrum ſe medicum fuiſſe profeſſum. Sed & Chriſtus Dominus item noſter ſeſe medicum eſſe profitetur, cùm dicit de ſe loquens, non opus eſſe bene valentibus medico, Matthæi nono, Marci ſecundo, & Lucæ quinto. Ex quo Diuus Cyrillus, aut, vt alij volunt, Origenes (de autore enim dubitatur) librum commentariorum in Leuiticum 8. ita exorditur, Medicum dici in ſcripturis diuinis dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, etiam ipſius domini ſententia perdocemur. Et Diuus Auguſtinus in Decretis canonicis, in c. adhuc perfidi, ver. quod autem multos, de pœni. diſtinc. 3. & gl. in c. conuertimini, de pœni. diſt. 1. Et alibi ſæpè illum medicum vocant ſacri ſcriptores, vt ipſemet Auguſtinus, libr. Confeſsionum 9. & lib. item 9. in Geneſim: Ambroſius de quadrageſima, Sermo. 28. Gregorius Homilia 24. Ex quo illud Diui Ignatij Ioannis Euãgeliſtæ diſcipuli, in ea epiſtola quam ad Epheſios ſcribit, Medicus noſter eſt ſolus verus Deus ingenitus, & inuiſibilis dominus, omnium pater & genitor Habemus enim medicum etiam dominum noſtrum Ieſum, &c. Et ne putes id tantùm ad animi morbos pertinere, ſed ad corporis quoque: audi alterum Diuum Chryſoſtomũ, Homilia in diuum Marcum 6. in princip. cùm dicit Moyſem & Eſaiam medicos fuiſſe: Chriſtum

autem Archiatrum, id est, principem medicorum, vt diximus in Aesculapij tractatione. Nam quod ille de Moyse & Esaia dicit, ad medicinam quoque corporis refert, vt ex his patet quæ diximus in præcedenti versi. & ex bis quæ statim dicemus, cum de Esaia loquemur. Nam & Ethnici suos Deos præcipuos, Iouem scilicet & Iunonem ἐξακεστῆρας vocant, veluti sanandi curandíque morbos vim gerant, παρὰ τὸ ἐξακεῖν vt tradit Hesychius.

SANCTI QVI MEDICI, AVT MEDICINA VSI.

81 ¶ Deū secuti sanctissimi viri medicinam etiam exercuerunt & comprobarunt. Nam & ex eo *Sancti medici.* quod nouissimè diximus, satis constat Moysem fuisse à Deo medicinam edoctum: hincque à Diuo Chrysostomo fuisse medicum dictum.

Moyses medicus. 82 ¶ Helisæus ille qui duplicē prophetiæ spiritum habuisse traditur, cùm habitaret in Hierico, *Helisæus.* precibus incolarum motus, sanauit etiam aquas pessimas, idque arte medicinæ, misso in eas vase nouo fictili cum sale in eo, illud attestante & sacra scriptura 4. Regum secundo, & Aegesippo, lib. historiæ Iudaicæ quarto, c. 17. Sed & ille eodem modo rursus colocynthidas emēdauit, vt in eod. libr. 4. Regum habetur. cap. item 4. Naaman quoque leprosum arte medicinæ curauit eiusdem lib. c. 5.

83 ¶ Esaias quoque Ezechiam regem morbo laborantem arte medica curauit, vt scribitur 4. *Esaias.* Regum 20. & Esaiæ 38. quo quidem loco Diuus Hieronymus ex eo scribit spernendam non esse medicinā, quæ vsu constet & experimēto, quia & hanc fecerit Deus. Et de hac re loquens Tertullianus in lib. de corona militis, Meminit, ait, Esaiam Ezechiæ languenti aliquid medicinale mandasse. Porrò Serapio Esaiam, aut vt nonnulli scribunt, Isaiam medicum citat. Antidotorum c. 17. siue hic sit, siue alius. Hunc autem fuisse medicum testatur & Chrysostomus in illa in Marcum Homilia 6. vt nuper diximus.

84 ¶ Esdram præterea fuisse medicinæ peritissimum nemo negabit, qui legerit apud Nicolaum *Esdras.* in suo Antidotario, Antidotū Esdræ, ab ipso propheta inuētum nuncupatū. Sed & de medicamēto Esdræ meminit Paulus Aegineta li. 3. c. 32. & li. 7. c. 11. & Aëtius Tetrabi. 2. serm. 4. c. 18. & c. 29. & c. 33. & iterū c. 67. & Tetra. 3. Sermo. 1. cap. 1. in fi. & alibi quoque, scilicet Tetrab. 4. Sermo. 1. ca. 101. ita illum citat, Esdra aut propheta doctor. An de hoc intelligat Auicenna, qui sæpè in Antidotis Esdram citauit, cæteri videant.

85 ¶ Sed & Iesus ille Syrach filius, qui Ecclesiasticum tam sanctum, quàm frugiferum opus re- *Iesus filius Syrach.* liquit, medicinæ peritissimum se planè ostendit, cùm in multis locis, tum verò maximè in duobus: Primùm quidem in 31. c. cùm scribit. Si coactus fueris in edendo multùm, surge è medio, & vome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem. Hoc enim ex officina huius artis medicæ profectum videri potest, quæ vomitum rerum stomachum grauantiū plerunque consulit, vt licet videre apud Celsum, lib. 1. c. 3. & Auicennam, in 4. primi. c. 13. & in 13. tertij tract. 1. c. 35. Rasim in 4. Almāsoris, c. 16. & alibi sæpè scriptores medicos. Deinde vero & cū scribit idem Iesus, c. 37. Noli auidus esse in omni epulatione & ne effundas omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad cholerā. Quod etiam ex intima huius artis eruditione depromptum esse negabit nemo. Iesum autem vt medicum, siue hunc siue alterum, citat Serapio. Propterea non mirandum est si ipse Iesus tantopere medicinam medicósque laudet in eodem Ecclesiastico, vt nuper diximus: nec si medicinam ante languorem adhiberi monet c. 18. ex quo illud Ouidij,

Principiis obsta, serò medicina paratur.

86 ¶ Paulum quoque Apostolum medicinali arte vsum tradit Diuus Gregorius homilia 4. cùm *D. Paulus.* videlicet ad Timotheū scribens epistol. 1. c. 5. Noli, inquit, adhuc aquā bibere, sed modico vino vtere propter stomachū, & frequentes tuas infirmitates. In quo quidē Paulus haud obscurè medicum se esse professus est: sicuti etiam annotauit Tertullianus in eo ipso libro de corona militis, & Isidorus vir omnino non contemnendus, libr. 4. Ety. cap. 9. eo testimonio comprobans, medicinæ curationem non esse spernendam. Sed & ipse Paulus potionem adinuenit, quæ ab eo potio sancti Pauli dicitur Nicolao, Arnaldo in suo vtrique antidotario. Et Gale- *Potio S. Pauli.* nus libr. pharmacorum κατὰ τόπους. 7. cap. 5. & Aëtius Tetrabi. 2. Ser. 4. cap. 65. memorant antidotum Paulinum ab ipso D. Paulo, vt verisimile est, compositum. Sed & Gilbertus Anglicus, libro septimo morborum, describit emplastrum Diuorum Petri & Pauli ad sanandas plagas pectoris, epatis, splenis, renum, lumborum, neruorum, podagræ, & totius quoque corporis accommodatissimum, vt ipse dicit. Ex quo & tu intelligere potes, Diuum quoque Petrū medicinæ non fuisse imperitum. Potuisset autem videri suspectum, quòd ipse Paulus 1. ad Corinth. 12. nō semel inter apostolicas dotes recensuit donum sanationis, tanquam suo id caussa dixisset, quia videlicet esset sanare peritus. Nisi eius fides satis approbata fuisset à Deo optimo maximo, qui eum vas electionis appellat, Actorum 9. cap.

¶ Lucas

87 ¶ Lucas quoque Antiochenus ille ex quatuor Euangelistis vnus, fuit medicus, & quidem professione, nisi verum non dicit Paulus ipse ad Coloss. 4. inquiens, Salutat vos Lucas medicus. Quod & attestatur Eusebius Cæsariensis li. Ecclesiasticæ historiæ 3. c. 2. Epiphanius in vitis Euangelistarum. Diuus Hieronymus de scriptoribus Ecclesiasticis, & in epistola ad Paulinũ & in Esaiam, cap. 6. vbi dicit veteres ecclesiæ tractatores tradidisse Lucam Euangelistã medicinæ artis scientissimum fuisse. Et hic forte est, cuius meminit Galenus in Aphoris. Hippocratis, cum nullus ante Galenum alius huius nominis medicus legatur. Sed non omittam fuisse qui dubitarint, an D. Paulus in illo c. 4. ad Coloss. de nostro Euangelista senserit, præsertim quòd articulum addiderit, λουκᾶς ὁ ἰατρὸς, veluti discernendi causa. *D. Lucas.*

88 ¶ Vrsicinus martyrium sub Nerone passus, cui cùm ad martyrium duceretur, Sanctus Vitalis hoc dixisse memoratur, O frater Vrsicine medice, alios curare consueuisti, teipsum nunc in sanitate conserua. *Vrsicinus.*

89 ¶ Pantaleon Nicomedensis, qui & ipse sub Maximiano Imp. martyrium quoque passus est. *Pantaleon.*

90 ¶ Eusebius Pontifex Maximus, & ipse sub Maxentio martyrium etiam passus, patre fuit medico, & ipse quoque medicus. *Eusebius.*

91 ¶ Basilium item illum cognomento Magnum huius artis peritum fuisse tradit Gregorius Nazianzenus in monodia ipsius. *Basilius magnus.*

92 ¶ Cosmas & Damianus famigerabiles medici, & eo nomine à Chirurgicis præcipuè culti, qui & ipsi martyrio vitam finiuerunt, ab his inuentum medicamen Opopira nuncupatum, ab Arnaldo descriptum in suo Antidotario. Hi ἀνάργυροι à Græcis scriptoribus passim vocupati sunt, quòd sine mercede ægrotos curarint. *Cosmas. Damianus.*

93 ¶ Alexander Phryx medicus, item disciplina vir admodum religiosus, vitæ'que ac morum probitate insignis, qui sub Antonino Vero martyrij coronam adeptus est, ex Eusebio libr. Historiæ Ecclesiasticæ 5. cap. 3. *Alexãder Phryx.*

94 ¶ Theodorus item Laodicensis episcopus, qui omnibus penè mortalibus fide, misericordia, studio, vigilantia, omnibus denique optimis institutionibus præstitit, arte quidem medicus fuit, teste eodem Eusebio, eiusdem operis lib. 7. cap. 28. *Theodotus Laodicẽsis.*

95 ¶ Diuum quoq; Ambrosium vnum ex quatuor præcipuis ecclesiæ doctoribus medicũ fuisse, testimonio est Sirupus ab eo confectus, excogitatúsque aduersus febres, vtpote sudorem prouocans, sitimque sedans, quo multos curauit, sicut retulit Antonius Guaynerius, in 1. ca. de febre tertiana pura interpolata, & eius cura, vbi dicit & hodie vti eo Mediolanenses: & Iacobus Manlius in eo libro, cui titulũ fecit luminare maius, quo loco de Sirupis disserit, vt non mirũ iam videri debeat, si ipse Ambrosius lib. 3. de virginibus scripserit, omnibus locis, omnibúsque temporibus non esse prætermittendam medicinam. *D. Ambrosius.*

96 ¶ Fuêre & alij plerique sancti viri, qui & si professione & arte medici non fuerunt, tamen eius artis præceptis & remedijs, aut ipsi vsi sunt, aut aliis vtendum consuluerunt. Diuus Ioannes, cuius ea peculiaris laus est, quòd supra pectus domini recubuit, vt suam ipsius sanitatem tuaretur, balneis vsus est, vt ipsius discipulus Polycarpus retulit. & Irenæus lib. 3. aduersus hæreses c. 3. Eusebius lib. 4. historiæ ecclesiasticæ c. 13. & Theodoritus Cyrus hæreticarum fabularũ lib. 2. vbi de Cerintho loquitur. & Beda in Decretis Canonicis, c. omnis qui 24. q. 1. *Sancti qui medicina vsi sunt. D. Ioannes.*

97 ¶ Diuus quoque Basilius apud Antonium monachum, Melissæ li. 1. c. 56. Neque (ait) prorsus fugienda est ars medica, nec omnem in ea spem collocare decet. Verùm vt agriculturam exercemus quidem, petimus autem fructus à Deo: & gubernatori quidem committimus temonẽ, Deum autem obsecramus, vt è pelago seruemur: sic etiam introducentes medicum, in Deum sperare ne desinamus. *Basilius.*

98 ¶ Diuus etiam Germanus episcopus Capuanus aliquando ad balnea infirmitatis causa accessit, vbi vidit animam Pascasij in specie humana seruientem, vt scriptum reliquit Diuus Gregorius in Dialogo. *D. Germanus.*

99 ¶ Diuus Hieronymus in epitaphio Paulæ ad Eustochium scribit medicorum se consiliũ secutum. Paulam monuisse recenter è febre curatam, vt vinum biberet, ne in hydropem abiret. *D. Hieronymus.*

100 ¶ Sed & Diuus Augustinus in Regula (si eius est) loquens de religiosis, Si non est (inquit) certum de infirmitate alicuius fratris, medicus consulatur, vt scilicet secundùm consilium suum, & quantum fieri potest prouideat. Et iterum in eo loco, Lauacrum, inquit, corpori, cuius infirmitatis necessitas cogit, minimè denegetur: fiat sine murmure de consilio medici: ita vt etiãsi nolit, iubẽte præposito faciat quod faciendũ est pro salute. Ex quo planè cõfirmatur quod not. Pan. in c. cùm ad monasteriũ, in §. porrò. per illũ text. qui ad hoc est optimus, de statu monach. quod religiosi licitè vtuntur & medicis & medicamentis. Idem quoq; Augustinus alibi, videlicet in c. non sanè, 14. q. 5. eos increpat qui nolunt medico reddere honorem suum. *D. Augustinus.*

101 ¶ Diuus Thomas. in prima parte summæ, quæstione 117. ar. 2. dicit, quòd licèt solus Deus sit caussa principalis sanationis ægroti, vt probat tribus rationibus, tamen medicus ministerialiter, vt ipse loquitur, & medicina instrumentaliter concurrũt in naturali sanatione. Ideóque nec medicus spernendus, nec medicina. *D. Thomas Aquinas.*

¶ Sed &

Medici à sacris scriptoribus probati.

102 ¶ Sed & ab aliis & quidem antiquioribus illis diuinis scriptoribus medicinam fuisse approbatam ex eo satis constat, quod scribitur Exodi 21. legem Mosaicam præcipere, eum qui alterũ vulnerauerit, operas & impensas in medicos restituere. Et Ezechielis 47. Erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Et Hiere. 8. in fin. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi, & cætera quæ sequuntur. Et Ecclesiasticus c.47. comparat amicum fidelem medicamento.

ANGELI MEDICI.

Angeli medici.
Michael archangelus.

103 ¶ Atqui non solùm sanctissimi viri, sed & Angeli & Archangeli homines medicinã docuerunt. Michaël Archangelus Aquilinum quendam febri correptum medicinam edocuit, quæ vomitum aliàs contumacem ac refractarium sisteret. Nam cùm ille omnia quæ comedebat e vestigio euomeret, mortuóque quàm viuenti similior in templum sancti Michaelis ad Constantinopolim situm deportari se iussisset, vt illi vitam aut languorẽ confestim adimeret, Archangelus veluti in somnis apparens præcepit, vt confectionem ex melle, vino, & pipere faceret, qua quidem quæ comederet ægrotus intingeret, quod cùm fecisset, exemplò conualuit. Cuius rei testis est Sozomenus, apud Cassiodorum in Historia Tripartita li. 2. c. 19.

Raphael.

104 ¶ Thobias à Raphaele angelo edoctus est piscem exenterare, atq; illius cor, fel, & iecur vtiliter ad medicamenta reponere, vt scribitur Thobiæ 6. Et multis antè seculis idem Raphael, vt Hebræi asserunt, Noë docuit mundum ab immundo segregare. Moysem quoq; Deo authore instituit diætam & cibos hominibus ordinare, tam ad viuendi normam, quàm ad corporis sanitatem. Singula enim quæ lege sua prohibet Moyses ne comedãtur, si comesta fuerint, malũ generant nutrimentum, & humorem corpori nociuum, vt Rabi Moyses Aegyptius in libro Perplexorũ tertio c. 49. scriptũ reliquit. Proinde princeps præsesq; medicinę Raphael angelus est vt etiam ab Origene traditum est, in 14. Homilia earum quas in librum Numerorum scriptas reliquit. & hoc quoque nomen ipsum & lingua demonstrat. Est enim Raphaël sanans Deo, vel medicina Dei. Id quod etiam annotauit Nicol. Lyren. non omnino malus Bibliorum interpres, & qui linguæ Hebraicæ peritiam quandam habuit, in enarratione illius loci Thobiæ 12. Et nunc misit me dominus vt curarem te. vbi scribit Angelos nominari ex iis muneribus, quæ illis à Deo demandantur. Sic Esaiæ 6. Angelus missus ad purgandum labia Esaiæ vocatur Seraph, quamuis nõ esset ordinis Seraphici. Sic & Angelus, inquit, iste vocatur Raphael id est, medicus, vel medicina Dei, quia missus fuit, vt sanaret Thobiam. Nam & in eiusdem libri Thobiæ c. 3. in fin. missus est angelus domini, sanctus Raphaël, vt curaret eos ambos, scilicet Thobiam & Saram, de quibus illic loquitur.

Iterum de Angelis.

105 ¶ Quibus addi potest, quod de Angelis dictum est Hieremiæ c. 51. Tollite resinam ad dolorem eius, si fortè sanetur. Qui & ipsi inibi respondent, Curauimus Babylonem, & non est sanata. Et quod Ioannes ille cognomento Chrysostomus ob eloquentiam præstantiam, scribit de Angelis, Panegyrico 4. in hanc sententiam. Variis morbis, & vniuscuiusque animorum nocumentis, & omnium corporum medicantur læsioni atque corruptelæ. Refert Vincẽ. & post eum Io. And. Anto. & Panor. in c. cùm ad monasterium, extrà de stat. mona. fuisse ab Angelo cuipiam reuelatum, quòd si quis minuerit sanguinem 13. die mensis februarij, non morietur eo anno febrili distemperantia. Et scribitur in §. ostendit 16. q. 1. Angelum cuidam Equitio vitium linguæ phlebotomia curasse. Ex quibus vel cæcis apparet, & Angelos, & Archangelos medicinam ipsam docere homines, & exercere, vt non immeritò scripserit Galenus in libr. 1. de sanitate tuenda, Oportere medicos, vt antiquitus dictum est, angelis assimilari.

REGES MEDICI.

Reges medici.
Apis.
Osiris.
Isis.
Mercurius.
Orus.
Hercules.
Theseus.
Telamon.
Peleus.
Iason.
Iterum de Hercule.

106 ¶ Quid igitur nũc Aegyptios illos Reges suprà à nobis cõnumeratos (Apim dico, Osirim, Isidem, Mercurium, Orum) memorem ad cohonestandam huiusmodi artem? Quid Apollinẽ & Aesculapium? Quid Græcorum duces Machaonem & Podalirium? Quid alios Reges & principes clarissimos, qui ne arte quidem medicinæ abstinuerunt, quo minus & ipsi aliquid de ea scriberent, aut docerent. Id certè frustra fuerit, cùm satis in eam rem faciat, Deum ipsum diuinósque viros, atque etiam Angelos & Archangelos in medium protulisse. Tamen quia ea res non erit, vt opinor, lectoribus iniucunda, non grauabor quosdam ex iis nondum memoratos huc ascribere.

107 ¶ Chirõ Centaurus, de quo in principio inter inuẽtores medicinæ locuti sumus, nõ solùm Aesculapium, vt illic diximus: sed & Herculem, Aristæum Apollinis filium, Thesum, Telamonem, Peleum Iasonem, & ex eius filia nepotem Achillem medicinam docuit. Quod de tribus illis prioribus tradit Philostratus in Heroicis. Et de duobus posterioribus Tzetzes histor. Chil. 7. capit. 94. & iterum 98. Atque ipsum Herculem huius rei fuisse peritissimum constat ex multis herbis ab eo inuentis & cognominatis. Est enim herba Heraclium, siue

Hercula

Herculanum dicta, ex genere papauerum, de qua Theophrastus lib. nono plantarum, cap. 13. Dioscorid. li. 4. cap. 61. & Plinius lib. 20. cap. 19. & Galenus lib. 7. de simplic. medic. facultatib. & Paulus in pharmacis simplicibus. Et alia Heraclion, de qua multa Plinius eod. libr. 20. cap. 17. Et Nymphea Heraclia dicta, de qua & Dioscorides lib. 4. cap. 149. & ipse Plinius, libr. 25. cap. 7. vbi & illud inter cætera dicit, eam herbam natam Nympha zelotypia erga Herculem mortua: Quare (inquit) Heracleon vocāt aliqui, alij Rhopalon à radice similiclauę Herculeæ. Sed & Theophrastus eod. lib. 9. cap. 12. & Plinius libr. 25. cap. 4. tradunt speciem vnam Panacis dictam Herculanam siue Heraclem, vt aliam Chironiam, aliam item Aesculapiā, vt proinde intelligas eam ab Hercule inuentam, vt alias illas à Chirone & Aesculapio, quos satis constat medicos fuisse peritissimos. Et alias quoq; herbas Heraclias dictas videbis apud ipsum Dioscoridem lib. 3. cap. 27. vbi de Abrotono. Et cap. 150. vbi de Lythospermo. Et lib. 4. cap. item 4. vbi de Polygono. Et c. 35. vbi de Helxine. Et c. 162 vbi de Chamelæa. Sed & Caniā quæ est species Vrticæ, Herculaneam vocatam scribit Plinius lib. 21. c. 15. Et Galenus lib. 5. de compositione pharmacorum κατὰ γένη, ad fin. describit medicamentum quod Herculis, alterum quod Heraclidæ appellatur, & alterum ex his Aëtius Tetrab. 4. Ser. 2. cap. 36. & 55. Deniq; vt nihil de ea re dubites, Plutarchus in li. cui titulus est, Vt oporteat adolescentem audire poëmata, dicit Herculem peritum medicinæ fuisse. Et hinc Alexicacos, id est, expellens mala dictus videri possēt, ita enim appellari, autores sunt Lactantius libr. 5. cap. 3. & Hesychius, qui illum eo nomine in Melita coli tradit. Nam & ita quoque vocatum fuisse Apollinem medicinæ inuentorem constat ex his quæ diximus suprà eodem cap. num. 9.

Herba ab Hercule inuenta.

108 ¶ Aristei Arcadum regis testis est Apollonius Rhodius li. 2 Argonauticôn vbi scribit Apollinem illius patrem & qui illum susceperat ex Cirene, eundem tradidisse in disciplinam Chironi, qui illum medicinam & vaticinium docuit.

109 ¶ De Theseo præter id quod suprà diximus ex Philostrato, Herba est de eius nomine Theseus vocata, de qua Theophrastus, lib. Historiæ plantarum septimo, cap. 11. quæ coniecturam non leuem præbet, Theseum ipsum harum rerum fuisse peritum, & id nomen indidisse herbæ illi medicæ, vt quæ aluum mirificè purgat, vt tradit ipse Theophrastus in eodem loco. Et de hac quoque herba loquitur lib. 21. c. 17. & lib. 22. c. eod.

Iterum de Theseo. *Herba à Theseo dicta.*

110 ¶ De Telamone autem & Peleo nihil aliud quod huc pertineat comperimus, sed authoritas Philostrati ad eam rem satis est. Quanquam Telamonis siue huius, siue alterius pharmacum desctiptum videmus, apud Galenum lib. 2. medicamentorum, κατὰ γένη, & Aëtium Tetrabib. 4. Ser. 3. c. 37.

Telamon iterum.

111 ¶ Verùm Teucrum eiusdem Telamonis filium, & Aiacis fratrem vnum ex Græcis ducibus, & eum quidem Homeri carmine commendatissimum, medicinæ quoque fuisse peritum, & à patre edoctum, verisimile est ex inuentione herbæ, quam ab eo Teucrion Græci & Latini appellant. De qua Dioscorides lib. 3. c. 103. & 110. & 111. & Plinius lib. 25. c. 5. ex quibus intelliges hanc quoque vocari Hemionion, aut, vt alij scribunt Hermion, & præterea Splenion. Huius quoque meminit Paulus Aegineta libro septimo, capite tertio, quo simplicia tractat. Plinius quoque lib. 24. c. 15. in prin. tradit Chamædryn herbam quæ Græcè Chamædrope, & Latinè Trissago dicitur, Teucron quoque appellatam fuisse.

Teucer. *Herba à Teucro inuenta.*

112 ¶ De Iasone præter Philostratum testes sunt locupletissimi Euripides in Medea, & Pindarus, Pythiorum Ode 4.

Iason.

113 ¶ De Achille Vindicianus illo carmine,

Achilles.

Quod natum Phœbus docuit, quod Chiron Achillem.
Quod didicere olim Podalirius atque Machaon,
Præceptore suo. &c.

Erant eum Homerus libr. 11. Iliados, qui & libro primo eiusdem operis tradit eum causam pestilentiæ Græcorum cognouisse. Et de eo loquens Sidonius Apollinaris,

Venatu, fidibus, palæstra, & herbis
Sub Saturnigeno sene institutus.

Chironem enim Saturnigenum vocat, quòd Saturno, vt suprà diximus, esset genitus. Et Claudianus in Panegyrico de tertio consulatu Honorij,

— Non ocyus hausit Achilles
Semiferi præcepta senis, seu cuspidis artes,
Siue lyræ cantus, socias seu disceret herbas.

Cæterùm is herbam Sideritem Achilleam, siue Achillion à se dictam inuenit, qua vulneribus mederetur, quáque sanasse Telephum dicitur, vt scribit Dioscorides lib. 4. c. 33. Plinius lib. 25. c. 5. & Apuleius de herbarum viribus c. 89. quamuis idem Plinius lib. 34. c. 15. eum aliter sanasse dicat. Et huc alludit Claudianus ad Adrianum,

Herba ab Achille inuenta.

Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis,
Cuius pertulerat vires, & sensit in vno
Letalem placidámque manum, medicina per hostem

Contigit

Contigit, & pepulit (quos fecerat ipse) dolores.

Telephia vulnera. Vulnus autem illud Telephi immedicabile existimabatur. Ex quo Græci vulnera quæ multum malignitatis præferunt, τηλέφεια τραύματα vocant, vt quæ Achillem medicum requirere videantur, teste Paulo Aegineta, quo loco de vlceribus agit. li. scilicet 4. cap. 46. Et de vulnere Chironio quippiam simile diximus suprà in Chirone. At Telephij vulneris meminit Galen. lib. 2. Therapeuticæ. Sed & ab eodem dicta videri potest quædam hordei species, cui scilicet spica folio perquàm proxima est, amplitudinis & crassitudinis maioris, vt quæ Achilleis à Theophrasto, Achilleias ab Hippocrate sit cognominata. Sunt autem qui Achillem ita dictū volunt, ἀπὸ τοῦ ἄχος λύειν, id est, à soluendo dolore, quoniam is medicus fuerit: quanquam alij aliunde deducunt. Iulius autem Firmicus, Astronomicôn lib. 4. c. 10. scribit prudentissimum, Achillem quisquis is fuit, libros in astronomia scripsisse. Scio autem Hyginum Fabularum c. 101. tradidisse Achillem cùm ab eo peteretur, vt Telephum curaret, respondisse se artem medicam non nosse.

114 ¶ Sed & Patroclus ille eiusdē Achillis amicus vnicè dilectus, & Palamedes (qui & ex Græcorum ducibus fuêre) huius artis periti fuisse videri possunt: ille quidem ex curatione vulneris
Patroclus. Eurypili ab eo facta, & quidem scientissimè, & ex artis medicæ regulis. vt posteà dicemus, memorata ab Homero lib. 11. Iliados. Ex quo Aelianus ad fi. li. 1. historiæ animalium: Ars (inquit Græcè quidem, sed in hunc propè sensum) & doctrina curandi vulnera apud Homerum per manus, vel vsque ad tertiam generationem traditur. Patroclum Menotij filium Achilles Pelei filius medicinam docet. Achillem verò Chirō erudit. Disciplinas nimirū Heroës tantùm, & Deorum filij exercebant: & radicum succos, varietates herbarum, vsum pharmacorum, temperationum cautiones tum inflammationibus, tum reprimendo sanguini propinas no-
Palamedes uerant. Palamedi autem testimonium non obscurum præbet, quod apud Philostratum in Heroicis, ipse Palamedes dicitur opus esse pestem declinantibus tenui diæta, & motu concitatiore. Et ita quoque Græcos viuere instituit. vt pestis, quæ ex Ponto Hellespontiacas vrbes inuaserat, atque etiam Ilium, eorum neminem, licèt in pestilenti tellure castrametati essent, attingerit.

115 ¶ Nicomachus & Gorgasus illi Machaonis filij & Pharææatarum reges à nobis iam dicti sunt suprà nu. 32. incip. Is autem filium.

116 ¶ Cadmus Agenoris filius regis Phœnicum, de quo nos diximus inter inuentores medicinæ,
Cadmus. num. 1. At Tyrij.

117 ¶ Sed his omnibus antiquiorem Dionysium illum Bacchum, aliis Liberum Patrem vocatum,
Bacchus. Regem & ipsum, & præterea Deum vulgò creditum medicinam calluisse, hinc apertè videri potest, quod medicus, vt retulit Mnesitheus Atheniensis, vbique appellatur: & ita illum appellat Plutarchus, Symposiacôn decade 3. c. 1. itèmque 2. Pythiáque nonnullis præceperit, vt illum Hygiatem, vel un sanitatis datorem appellarent. Cuius rei & Athenæus meminit lib. 1. Dipnosophistarum, vbi & in hoc citat Chameleonem.

118 ¶ Salomon Rex, & is quidem sapientissimus atq; ditissimus medicinæ adeò peritus fuit, vt li-
Salomon. bros fecerit de natura lignorum, herbarum, iumentorum, volucrum, reptilium, & piscium, licuti scribit Rabanus, eiúsq; authoritate gl. ordi. & Nicol. Lyren. in enarratione illius loci 2. Regum 1. Scriptum est in libro iustorum. Et huius rei apertissimum est testimonium ex eo quod scribitur 3. Regum 4, ad fi. Locutus est Salomon tria milia parabolas, & fuerunt carmina eius quinque milia, & disputauit super lignis à cedro, quæ est in Libano vsq; ad hysopum, quæ egreditur de pariete: & disseruit de pecoribus, & volatilibus cæli, & serpentibus, & piscibus. Quod & retulit Iosephus, libro antiquitatum 8. c. 2. Sed eos libros abstulit Ezechias. quoniā multi magis confidebant in herbarum viribus, quàm in Deo, vt tradit author libri Zetor Hammor. Cæterùm qui librū illū Sapiētiæ ipsius Salomonis personæ inscripsit, Ipse ait c. 7) mihi dedit horum quæ sunt, scientiam veram, vt sciam dispositionē orbis terrarū, & virtutes elementorum, initium, finem, & medietatem temporum, ipsorum temporū permutationes, atque vicissitudines, stellarum cursus, anni volutiones, naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorū, & cogitationes hominū, differentias plantarū, & virtutes radicum & quęcunq; sunt abscōdita & inuisibilia cognoui. Omniū enim artifex docuit me sapiētia. Quibus quidē authoritatibus ductus Eusebius Cæsariensis asserit lib Euangelicę Præparationis 11. c. 5. Salomonē fuisse summum physiologum. Quanquam nō satis certum est, an ipsius Salomonis is liber sit, an Philonis, an verò alterius. Sed, vt hoc obiter dixerim (neque enim id prætermittēdum esse duximus) ex eo loco satis satisq; constat, non minimam sapientiæ partem esse medicinæ scientiam. Nescio autem an de isto Salomone, an de altero intelligit Auicenna loquens de electuatio Almutagnachil relato ad Salomonem. Serapio Antidotorum c. 20. & iterum c. 31. citat Salomonem quempiam medicum, quisquis is fuerit, siue hunc siue alterum.

119 ¶ Ezechiam quoque regem illum Iudæ, librum scripsisse medicamentorum, videri potest ex
Ezechias rex. rabi Moyse, lib. Perplexorum 3. c. 38. Et ne quis dubitet illum Regem Iudæ fuisse, legat 4. librū Regū c. 16. in fi. & multis seq. & 2. Paralipom. 28. etiam in fi. & multis quoque seq. Is que est quem

quem Esaias,vt alibi diximus.arte quoque medicinæ curauit.

110 ¶ Zeleucus,aut vt alij vocant,Zaleucus, aut item vt alij Seleucus, Locrensium princeps & legislator,huius quoque artis peritus fuisse probabili coniectura videri potest. Nam ex ipsius legibus si quis medico non imperante salutis causa meracius vinum hausisset,perinde ac capitalem fraudem admisisset, morte scelus expiabatur,vt testis est Aelianus. Sed & huius medicamentum describit Alexander Trallianus alicubi. *Zeleucus.*

111 ¶ Alexander Macedonum Rex præcipuum medicinæ studium operámque dedit. Eius enim artis non solum contemplandæ studiosus fuit,verumetiam ægrotantibus amicis opem attulit, & remedia quædam, ac ciborum obseruationes instituxit,authores Plutarchus in vita ipsius,& præterea Ioan.Monachus,& ipse author Græcus. Est collyrium Alexandro Regi inscriptum, cuius meminit Aëtius Tetrabibli 2. ser. 3.c.39. Est & eiusdem Stibium apud eundem,eiusdem Ser.c.88. Est item viride Alexandrinum Cornelio Celso memoratum lib. 5.c. 27.quod forte & ab ipso Alexandro compositum est. *Alexãder Macedo.*

112 ¶ Lysimachus vnus ex ipsius Alexandri successoribus, & medicinam quoque calluisse ex eo satis videtur, quod ille Lysimachiam herbam inuenit, & suo nomine appellauit, apud Plinium lib.25.c.7.cuius etiam herbæ meminit Paulus Aegineta lib.7.c.3. *Lysimachus.*

113 ¶ Antiochus Syriæ Rex, qui antidotum illud celeberrimum Theriacam in templo Apollinis versibus dedicauit,vt scribit Plinius Valerianus lib.de re medica 4.c.38. At C.Plin.Secundus,li.Naturalis Hyst.20.c. vlt. tradit ipsum Antiochũ id in limine ædis Aesculapij incidisse. *Antiochus*

114 ¶ Dionysius Siciliæ rex medicinæ nauabat operam,atque ipse curationes,sectiones,vstiones & reliqua ad eam artem pertinentia faciebat vt scribit Aelianus de varia historia lib. 11. *Dionysius. Syracusanus.*

115 ¶ Masinissam illum Numidarum Regem,Romanorum amicitia & societate nobilem nemo negabit fuisse haud imperitum medicinæ,qui leget apud Titum Liuium, lib. 9. secundi belli Punici,cum in specula quadam occulta delitesceret,vulnera herbis curasse. *Masinissa.*

116 ¶ Nechepson, siue Nechipson, siue Nichepson, vel Nichepsus, vel denique Necepsus, (hæc enim omnia leguntur) Aegypti Rex citatus ab Aëtio Tetrabibli.1.Ser.1.quo loco de Anthemi.siue Chamæmelo disserit,& iterum eiusdem Tetra.Ser.2.c.19.& 35.vbi eum Regem appellat,& iterum c.47.& Tetrab.2.Ser.2.c.92.& Tetra. 4.Ser.3.c.12.Et hic quoque magicæ artis peritus fuit,teste Eusebio chronographo. Et huius item mentionem facit Vectius Valens Antiochenus,in libris quos inscripsit Antilogias:& Galenus lib.Simplicium pharmacorum 9.vbi de Iaspide viridi tractat,eúmque citat ex lib.6.atque 10.& Iulius Firmicus lib. Astronomicôn 4. c. 16. vbi & illum vocat Aegypti iustissimum imperatorem: & illum quoque dicit fuisse optimum astronomum,omniáque vitia & valetudines collegisse:atque omnium ægritudinum medelas diuinæ rationis magisteriis adinuenisse. Et lib.8.c.3. ad fi. vbi illum diuinum vocat. Et Ausonius ad Pontium Paulinum epistola 4. *Nechepson*

Quique magos docuit mysteria vana Necepsus. aut vt alij legunt, Nechepsi.

Et is forte est,quem Nechephien vocat Artabanus,illum scilicet Aegyptiorum Regem, qui Mosen coniecit in carcerem,quòd conaretur liberare populum ab Aegypto.

117 ¶ Petosiris Rex inter medicos & sæpe cum Nichepso,de quo diximus,ponitur. Huius meminit Vectius Valens,in eod.lib.suprà citato:& Firmicus d.li.4.c.16. vbi illum vocat magnum Petosirim,& lib.8.c.1.& Iuuenalis satyr.6. *Petosiris.*

Aegra licet iaceat,capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo,nisi quam dederit Petosiris.

Ex quo facile intelligis illum pro medico ibi posuisse. Vtriusque autem Plinius lib. 2.c.23.& iterum lib.7.c.49.& ipse Iulius Firmicus, libro Astronomicôn 3. in præfatione, vbi dicit eorum prudentiam ad ipsa secreta diuinitatis accessisse, & iterum libro 4. c. 5. vbi eos quoque appellat diuinos viros,& sanctissimæ religionis antistites.

118 ¶ Attalum Regem Pergami pro medico citat Galenus, de compositione medicamentorum κατὰ γένη lib.1.& lib.10.de facultatibus simplicium medicamentorum,in præfatione, vbi ita illum citat,Rex quondam noster Attalus. Nam & Galen. Pergamenus fuit, vt suprà diximus. Huius Regis meminit Plin.lib.8.c.48.& lib.28.c. 3. vbi tradit illum scripsisse de agricultura. Nam & Varro lib.1.Rei rusticæ c.1.& Columella lib.1.c.item 1.inter scriptores rei rusticæ ponunt Attalum, quem hunc nostrum Regem fuisse existimo. Cornelius autem Celsus lib.5.c. 19. describit emplastrum Attalum,sic, vt opinor, ab hoc Rege dictum. Nam & Marcellus Burdegalensis,lib. Medicamentorum c.22. etiam describit medicamentum Attali Regis. *Attalus.*

119 ¶ Codamum alium Regem medicum citat ipse Galenus lib. 6. eiusdem operis medicamentorum κατὰ γένη. *Codamus.*

130 ¶ Laodicum quoque Regem idem Galenus citat medicamentorum κατὰ τόπους lib. 3.c.1.inter auricularia pharmaca. *Laodicus.*

131 ¶ Mithridates Rex Ponti suæ ætatis Regum maximus,vt cui duæ & viginti diuersarum linguarum nationes parebant, omnes antecessores medendi scientia & arte superauit. Cuius commentationes Pompeius Magnus in Latinam linguam à Lenæo liberto suo traduci iuſ- *Mithridates.*

fit, vt scribit Plin. lib. 25. c. 2. Eius est nobilissimum illud Aotidotum à se nnncupatum, quod quotidie sumendo Rex ille dicitur aduersus venenorum pericula tutum corpus suum reddidisse, vt tradit Celsus lib. 5. c. 23. & Galenus lib. de commoditatibus Tberiacæ ad Cæsarem. Et eum quoqne citat idem Galenus κατὰ τόπους, lib. 7. c. 2. & alibi sæpe.

132 *Iuba.* ¶ Iuba Rex vtriusque Mauritaniæ, qui inter cætera ipsius præclara literarum monumenta sæpe à Plinio, & aliis citata, de Euphorbio herba volumen scripsit, vt dicit ipse Plin. lib. 25. c. 7. & Galen. lib. 9. Pharmacorum κατὰ γένη c. 4. Dioscorides autem li. 3. vbi de Euphorbio loquitur, dicit, Inuentionem eius Iubæ Regi Lybiæ referimus acceptam, qni eam herbam ita appellauit sui medici nomine, vt scribit Plinius illo eodem loco suprà citato.

133 *Gentis.* ¶ Gentis, aut vt alij vocant Gentius, Illyrinrum Rex, à quo Gentianam berbam, quod primus eam inuenerit, nominatam tradit Dioscorides libro sylux medicinalis 3. c. item 3. & Plinius vbi suprà. Huius regis meminit Liuius lib. 10. belli Macedonici, in postrema parte, quæ nouissimè reperta est. itémque lib. 2. & multis seq. 5. decadis, quæ item postea reperta est: & Florus lib. 43. & 44. Epitomes Liuij.

134 *Clymenus.* ¶ Clymenus Rex, quisquis is fuit, à quo Clymenon herbam appellatam esse tradit Plinins, lib. 25. c. 7. in prin.

135 *Ptolemæus Euergetes.* ¶ Ptolemæus Euergetes, Aegypti Rex berbarum vires ac naturam intelligens, carmen Homeri deprauatum correxit. scripserat enim lib. Odysseæ 5.

ἀμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ σίου ἠδὲ σελίνου.

Significans sion esse palustrem plantam, & cnm palustri apio nasei, qnod ignorãtes quidem Grammatici non σίου, sed ἴου quod est violæ, legi oportere contendebant, vt nunc quoque vulgo legitur. Contra quos Rex buius rei peritus sia, non violas, cum apiis in irriguis pratis nasci in eo poëta voluit. Hic autem citatur à Marcello in lib. de medicamentis, c. 14. vbi illum dicit scripsisse libros in re medica, & iterum c. 36. Citatur Ptolemæus & à Galeno lib. 4. de compositione medicamentorum κατὰ τόπους. c. 7. & alibi non semel, vbi illum modo Regem appellat, modo nobilem. Et Aëtio Tetrabibli. 2. Serm. 3. c. 110. non semel.

136 *Eupator.* ¶ Eupator rex Eupatoriam berbam inuenit ob id ita dictam: ex qno eam babere regiam dignitatem scribit Plin. lib. 25. c. 6. & de bac quoque Dioscorides lib. 4. c. 38.

137 ¶ Panaces Rex ille à quo panaceæ species vna Pharnaceon, quod eam inuenetat, nominanit, vt videre licet ex eodem Pliniod. lib. 25. c. 4.

138 *Agrippa.* ¶ Agrippa Iudæorum Rex, à quo vnguentum eius nominis inuentum ferunt Nicolaus, & Arnaldus Villanouanus in suis Antidotariis. Et hic forte est, quem plerique scriptores medici, præsertim Mesne & Rasis, nomine Iudæi sæpius citant. Gal. in lib. de medic. compos. secundum locos, Iulium quempiam Agrippam allegat. quod me nonnibil suspicari facit Agrippam regem Iudæorum non fuisse. Nam Inlius nomen est Romanorũ, non Iudæorũ. fuitque familia notissima Agripparũ apud Ro. Idẽ autẽ simpliciter Agrippã citat Phar. κατὰ γένη li. 7.

139 *Amaron.* ¶ Amaron Rex nescio quis, citatus à Galeno, aut quod magis credo, ab alio in libro Experimentorum Galeno vulgo assignato.

140 *Euax.* ¶ Euax Rex Arabum medicinæ & ipse curiosissimus, de simplicium effectibus ad Neronem Imperatorem scripsit, teste Plinio lib. 25. c. 2. ferunt huius opera carmine elegiaco scripta esse Ferratiæ apud Petrum Bonum, & Viennæ Austriæ apud Vuolfgangnm Lazium.

141 ¶ Sabud alter Arabũ Rex, quẽ nonnulli Sabidũ vocant, à medicis Arabibus sæpius citatus.

Sabud. 142 *Auicẽna.* ¶ Auicenna Aboali Hispalensis Bitiniæ, aut vt alij malunt, Cordubæ Rex, libros in medicina non contemnendos scripsit, sed qui perperam in nostram linguam traducti sunt. Hic à plerisque Abensina quoque vocatur.

143 *Sabor.* ¶ Sabor, aut vt alij vocant, Sapor Heben, id est, filius Girges Mœdorum ac Persarum Rex, à Mesue in libro quem vocauit Grabadin sæpe, & à Serapione quoque frequenter citatus in Antidotis. c. 17. & alibi. De Sapore Rege Persarum legitur apud Aurelium Victorem, in Licinio Valeriano, & Eutropium, de gestis Romanorum lib. 9. c. 8.

144 ¶ Principem Orientis, qnisquis is fuit, citat Aetius Tetrabibli 4. Ser. item 4. c. 122.

Princeps Orientis. *Porphyrogeneta.* 145 ¶ Porphyrogeneta quispiam Rex, Constantini epitomen de alimentis Græcè scripsit, de quo nibil aliud comperimus. Scio autem inter Imperatores fuisse Constaotinum Porphyrogonnetam, cuius constitutionem citat Hermenopulus Epitome iuris ciuilis tit. 7. vbi de tertiis nuptiis loquitur, & rursus lib. 6. tit. item sexto. Sed & postea eodem tit. meminit Cæsaris Porphyrogonnetæ. Est autem Porphyrogonneta tanquam dicas in purpura natus, id est, ex imperatore.

146 *Mesue.* ¶ Io. Mesue, quibusdam Io. Chrysostomus dictus, Damasci Rex, aut certe stirpe Regia, vtpote cui fuit abauus Abdela Rex Damasci, multa quoque in medicina volumina admodum vtilia reliquit.

147 *Abderanus.* ¶ Abderanus Saracenorum Rex medicinæ quoqne peritissimus fuit, ad quem Sanctius cognomento Crassus Hispanus Rex Cordubam profectus est, vt ab eo curaretur.

Dauid. 148 ¶ Dauid quisquis is fuit, sed Rex tamen, cuius oleum Auicenna memorat.

¶ Kabith

149 ¶ Kabith & ipse Rex medicus quem & ipse Auicenna citat lib.5. qui antidotorum est. *Kabith.*

150 ¶ Iosina Scotorum Rex nnnus inter medicos enutritus, medicinæ peritus euasit atque prn morbis vulneribúsque medendis scripsit librum de virihus herbarũ, decessítque ante Christum natum 137. annn suh Simone Pontifice, vt tradit Balæus in libro illustrium mainris Btitanniæ scriptorum.

151 ¶ Rhenta alter Scotorum Rex illo antiquinr qui medicinæ nnuum vsum instituit, vt tradit idem Balæus quo loco de Dornadilla & ipso Scotorum Rege quarto disserit.

152 ¶ Iacisluha Mœdorum Rex citatus Serapioni Antidotnrum c. 17. quanquam in nonnullis codicibus scriptum sit medicorum Rex. *Iacissuha.*

153 ¶ Kermid Rex ab eodem citatur eiusdem tractatus c. 59.

154 ¶ Lioroas Rex Linni ab eodem quoque memoratus Simplicium c. 353. sed credo illic mendum esse, scribendúmque Iubam Regem Lybiæ. Nam loquitur de Euphorbio ex Dioscoride, qui vt suprà diximus, eius inuentionem refert acceptam Iubæ regi Lybiæ. *Kermid.* *Lioroas.*

155 ¶ Alcibiadem illum Atheniensium principem, ducem, atque imperatorem non verebor Regibus annumerare, vt qui inferior multis non fuit, & multis superior fuit. Eum huius artis fuisse peritum ex eo possumus intelligere, quod ex Anchusæ herbæ speciebus vna est quæ Alcibiadion dicta est, & aliæ quoque, vt videre licet apud Dioscoridem lib. 3. c. 455. & lib. 4. c. 24.25.26.27. Nicandrum in Theriacis, qui tamen ab alio quàm ab hoc Alcibiade, nempe ab Alcibio quopiam inuentas dicit. Plinium lib. 26. c. 6. & Aëtium Tetrab. 1. Ser. 1. in Anchusa. Paulum Aeginetam lib. 7. c. 3. vbi de Anchusa. *Alcibiades.*

156 ¶ Fuere & quædam Reginæ medicæ, de quibus inter fœminas medicas dicemus nu. 307. *Reginæ medicæ.*

IMPERATORES RO. MEDICI.

Ro. Imperatores medici.

157 ¶ Nec defuerunt ex Romanis imperatoribus, qui medicinam probe callucrunt. In primis Augustus ille Cæsar, ex cuius cõmentariis Plin. Valerianus lib. de re medic. j. c. 18. exscripsit compositionem medicam, Qua, inquit, & libentissimè vtebatur, & eam omnibus laudabat. *Augustus.*

158 ¶ Quíque eum confestim secutus est Tiberius: cuius Galen. lib. 5. de compos. medi. κατὰ γένη pastillum quoque medicum commemorat ad zonam, quam Græci ἕρπητα vocant. *Tiberius.*

159 ¶ Neronem quoque vt medicum citat Paulus Aegineta lib. 7. c. 17. & Plinius Valerianus lib. Rei medicæ 1. c. 29. quem non temere possumus coniicere fuisse illum Imperatorem illaudatissimum quidem illum, sed apprime tamen doctum, vt videre licet ex Suetonio & aliis scriptoribus. Vix enim de alio quopiam Nerone docto comperies, nisi & de Tiberio illo intelligas, qui & ipse Nero dictus est, vt tradit Suetonius. Neronianum Oxyporium describit Marcellus medicus, Medicamentorum c. 20. *Nero.*

160 ¶ Verum citra controuersiam Adrianus ille nunquam satis laudatus medendi scientia excelluit, vt testis est Aurelius Victor in eius vita. Et est Collyrium vtile ad plurima ab eo inuentum, vt tradit Aëtius Tetrabibli. 2. Ser. 3. c. 113. & præterea antidotum ab eodem compositum, & Adrianum vocatum descripserunt idem Aëtius Tetrab. 4. ser. 1. c. 108. Nicolaus Salernitanus, & Nicolaus à Villa noua in suo vterque Antidotario. Quanquam Marcellus Burdegalensis lib. Medicamentorum c. 20. quo describit illud antidotum Hadriani, dicit quod eo vtebatur Augustus Cæsar, vt hinc possis intelligere Hadrianum, qui longo post Augustum tempore imperauit, id non confecisse, nisi & ipse de eodem Hadriano intelligat. nam & is Augustus vt plerique Imperatorum dictus est. *Adrianus.*

161 ¶ Sed & Titum Cæsarem, siue is fuit primus ille Vespasiani filius, siue Aurelius Antoninus Pius, qui & Titus vocatus est Iulio Capitolino in prin. vitæ illius: & ex tit. l. j. C. de hære. insti. & l. j. C. de impub. & aliis substit. atque etiam ex l. Imperator. ff. de postul. & l. eiusdem initij. ff. de mino. & l. 3. ff. de cond. indeb. & l. Imperatores. ff. ad municip. vbi scribitur, Imperatores Titus & Antoninus. Nã Titus fuit Antoninus Pius, alter Marcus Antoninus philosophus. Titum igitur Imperatorem, quisquis is fuit, satis constat medicinæ non expertem fuisse, cum eius malagma describat Galenus de medicamentorum compositione secundum locos lib. 10. c. 3. haud multo ante calcem. *Titus.*

162 ¶ Constantinum quoque Imperatorem huius artis fuisse studiosissimum & peritissimum satis ostendit opus illud γεωπονικῶν, id est, de agricultura libris 20. absolutum, quibus scienter describit multarum herbarũ vires ad rem medicam pertinentes, præsertim vero lib. 10. Quanquam non desunt qui eum librum non Constantini esse, sed Dionysij Cassij Vticensis, eo argumento innixi, quod Varro Rei rusticæ lib. 1. c. item 1. scripserit ipsum Cassium libros 28. Magonis Carthaginensis de re rustica vertisse libris 20. In quos non pauca adiecit de libris Græcis eorum quos ibi recenset. Sed id argumentum admodum leue est, præsertim cum ille liber nullos propemodum citet ex his quos Varro memorat: Sed alios plerosque longè posteriores, & in his Varonem ipsum, & Apuleium, & Plutarchum, & Absyrtum, qui & ipse Constantini tempore fuit, vt scribit Suidas. Cæterum Serapio ex antiquioribus illis Arabibus, in *Cõstãtinus*

suis Simplicibus c.190. quo de apio loquitur, Constantinum citat ex libris de agricultura, in quibus, lib. scilicet 12. c. 23. quod & ipsum de apio eadem propemodum scribit, quę ipse ex eodem Serapio. vt intelligas à multis iam seculis eum librum Constantini titulum prætulisse, vt si non sit Constantini illius Cæsaris, sit tamen alterius eius nominis. Et nisi admodum fallor, is est quem Rasis nunc Fallahan, nunc Filahan vocat lib. Continentis 3. c. item 3. & li. 10. c. vlt. & lib. 11. c. 5. non semel & iterum c. 86. in quibus locis eadem omnino compertes ex eo citata, quæ & scripta sunt in illo libro Agriculturæ Cōstantini. Scio autem alios esse Constantinos medicos, de quibus postea loquemur. Antidotum autem Constantinum describit Nicolaus ab autore Constantino dictum, siue is fuit imperator, siue alius.

163 ¶ Denique Iustinum & ipsum Imperatorem, huius item artis peritum fuisse satis ostendit
Iustinus. & illud antidotum ab eo inuentore Iustinum appellatum, vti referunt idem Nicolaus, & Quiritius Terthonensis. Sed & aureillos Soranus in Isagoge, c. 9. potionem Iustini memorat, quæ huius Imperatoris esse non potest, vt qui longo tempore ante fuerit. Cæsaris autem medici, siue horum vnus fuerit, siue alius, memorant electuarium & compositiones Auicenna lib. 5. summa j. tract. j. & iterum summa 2. tract. 2. & Serapio c. 33. Antidotorum. & Rasis lib. 7. Continentis, cap. 1.

SVMMI PONTIFICES MEDICI.

164 ¶ Nec interim silentio prætereundi sunt Romani pontifices, qui non in spiritualibus modo, sed & in temporalibus quæ vocamus, sese quibusuis Regibus &, si diuis placet, imperatoribus quoque anteponunt. Ex quibus inter Diuos vnum, ne sim longior, satis erit recensere,
Nicolaus Quintus. quem non verebor vel aliis decem opponere, atque etiā præponere. Is est Nicolaus ille Quintus vir omni laude dignissimus, qui arte & professione medicus fuit, omnium scriptorum eius tempestatis testimonio. Nam iam superius de Eusebio pontifice quoque Romano inter
Eusebius. *Ioānes 22.* diuos huius artis professores locuti sumus. Sed si vis præterea addere Ioannem vicesimumsecundum qui primum vocabatur Petrus Hispanus, cuius liber est in medicina hoc titulo,
Paulus Secundus. Thesaurus pauperum, & Canones medicinæ, & alia quædam. Et Paulum Secundum, qui vt tradit Platina, ægrotantes curiales inuisebat, adhibitisque etiam medicamentis curabat.

POETAE MEDICI.

165 ¶ Gloriantur & poëtæ è suo grege plurimos, & eos quidem primos ac præcipuos eiusdem ar-
Poetæ medici. tis fuisse peritos: ex hisque nonnullos de ea priuatim & ex professo scripsisse. Orpheum dico,
Orpheus *Musæus.* *Homerus.* *Hesiodus.* Musæum, Homerum, & Hesiodum vatum vt antiquissimos, ita optimos, quos multa de herbarum vi & potentia curiosius prodidisse scribit Plinius lib. 25. c. 2. & vident vbique qui in eorum libris versantur. Et Orpheum quoque tradit Galenus de antidotis lib. 2. de antidotorum compositionibus scripsisse. Eúmque in Re medica citat Plinius lib. 28. c. 4. & alibi sæpe. Sed & Pausanias in Bœoticis scribit modum inuenisse quo mortis medicamenta adhiberentur. Et de Musæo & Hesiodo nonnihil Plinius lib. 21. c. 7. vbi de polio herba loquitur, & de ipso Hesiodo ipse Plinius lib. 22. c. 22. Sed & ipsum Hesiodum plurimum in medicina valuisse scribit Plutarchus in Symposio septem sapientum. Quod hinc (inquit) manifestè apparet, quòd non indiligenter nec perfunctorie de victus ratione, de vini temperamento, de aquarum vi, de balneis, de fœminis, de concubitus tempore, de infantium in cunis obligatione, & decubitu differit. Hincque dicit ipsum Hesiodum in eo versu,

Ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ᾽ ὄνειαρ

Quo vt videmus de malua & asphodelo loquitur, ad rem medicam respexisse. Vt interim non prætermittam Linum Chalcidensem, vel vt plures volunt, Thebanum & ipsum antiquissimum vatem, qui libros scripsit de fructuum & animalium natura.

166 ¶ Sed Homerus præ cæteris omnem medicinæ disciplinam probe se nouisse palàm ostendit.
Homeri medicina. Nam cum medicina bifariam diuidatur, Est enim alia theorica, id est, speculatiua, siue contemplatiua, alia practica, id est, actiua. Rursus speculatiuæ sunt partes duæ, vna σημειωτικὴ, id est, significatiua, quæ videlicet in signis ac notis contemplandis versatur, ex hisque bonum aut malum ægrotantibus, aut etiam non ægrotantibus prædicit: altera αἰτιολογικὴ, id est, cau-
Speculatiua pars medicina ex Homero. satiua, quæ scilicet in causis considerandis vertitur. Actiua verò quæ operationibus constat, tres (quod iam suprà diximus) habet partes, scilicet διαιτητικὴν, quæ victu medetur, χειρουργικὴν, quæ manu. φαρμακευτικὴν, quæ medicamentis. Has omnes Homerus in suis libris non leuiter, nec obscurè attigit. vbi enim in Odysseæ lib. 4. scribit,

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα.

Talia Iouis filia habebat medicamenta prudentia, siue consilij plena. Intellexit μητιόεντα secundum artem speculatiuam præparata.

167 ¶ Significatiuam autem partem insinuat per Achillem, qui vt suprà item diximus lib. 1. Iliados, primus

dos. primus causam pestilentiæ Græcorum cognouit, intelligens epidemias. id est populares siue vulgares ægritudines ex Apolline esse, id est, ex sole, qui horas anni inducit, quæ cum distemperatæ sunt, ægritudinis causa existunt. *Significatiua pars.*

168 ¶ Nam & omnino salutem & pestem virorum Apollini, id est, Soli: Fœminarum vero Dianæ, id est, Lunæ attribuit, ipsos sagittantes faciens propter radiorum iactum. *De eadem.*

169 ¶ Similiter & virum calidiorem fœmina determinat, & Apollinem filios Niobes, Dianam filias eiusdem interficere faciens, lib. vlt. eiusdem operis his versibus. *De eadem. Virum, calidiorem fœmina.*

Τῇ περ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο,
Ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες.
Τοὺς μὲν Ἀπόλλων πέφνεν ἀπ' ἀργυρέοιο βιοῖο
Χωόμενος Νιόβῃ, τὰς δ' Ἄρτεμις ἰοχέαιρα.

170 ¶ Nec non quando caniculæ ortum exponit, statim circa initia lib. 22. eius operis, signum & causam æstus & ægritudinum dicit, *De eadem. Canicula ortus & vis.*

Λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
Καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Splendidissima quidem hac est, malum autem signum facta est,
Et fert multam febrem miseris mortalibus.

Ex quo & idem id sydus οὔλιον vocat, id est, perniciosum lib. Iliados 11.

Οἷος δ' ἐκ νεφέων ἀναφαίνεται οὔλιος ἀστὴρ
Παμφαίνων. Quo nomine etiam Apollo qui pestem hominibus, vt diximus, immittit, vocatur. quanquam id nonnulli trahunt ad aliam significationem, vt alibi diximus in Apollinis historia. Homerum autem secutus Virg. lib. 3. Aeneidos de Syrio ardore,

—Subito cum tabida membris
Corrupto cœli tractu, miserandáque venit
Arboribúsque, satísque lues, & lethifer annus:
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora: tum steriles exurere Syrius agros, &c. Et iterum lib. 10.
Ille sitim morbósque ferens mortalibus ægris
Nascitur, & læuo contristat lumine cœlum. Quibus etiam causatiuam partem medicinæ speculatiuæ innuit. quod & itidem facit ipse Homerus lib. illius quoque operis 5.

Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον,
Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι καὶ ἀθάνατοι καλέονται.
Non enim cibum edunt, neque bibunt ardens vinum,
Propterea exangues sunt & immortales vocantur.

171 ¶ Actiuam quoque partem diligentissime exequitur: & primum quidem diæteticam, quæ scilicet victu constat, quando cognouit discrimen ægritudinum acutarum & chronicarum, id est, longarum siue temporariarum, scribens lib. Odysseæ 11. *Actiua pars medicinæ ex Homero. Morbi acuti & chronici cogniti Homero.*

Τίς νύ σε κὴρ ἐδάμασσε τανηλεγέος θανάτοιο;
Ἢ δολιχὴ νοῦσος, ἢ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα
Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνεν;

Nam ibi mortem vocat ταναλεγέα, id est, diuturnam, vel magnam curam prætendentem: & νοῦσον δολιχὴν, id est, longam ægritudinem. Et Dianam facit sagittis suis interficientem, id est, velocem mortem inferentem. Nam versus illos ita potes ad verbum traducere,

Quæ te sors domuit diuturnæ mortis?
An longus morbus, an Diana sagittis gaudens
Suis splendidis telis petens interemit? Et iterum non multo post.

Οὔτ' ἐμέ γ' ἐν μεγάροισιν ἐΰσκοπος ἰοχέαιρα
Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνεν.
Οὔτε τις οὖν μοι νοῦσος ἐπήλυθεν, ἥ τε μάλιστα
Τηκεδόνι στυγερῇ μελέων ἐξείλετο θυμόν.
Neque me in domibus pulchra Diana
Suis splendidis telis petens occidit.
Neque aliquis igitur mihi morbus aduenit, qui maxime
Tabe tristi membris abstulit animum.

Tabes enim inter morbos chronicos reponitur, & bona aliorum pars in eam incidit. *Simplex cibus salubrior ex Homero.*

172 ¶ Sed & tenuem simplicémque cibum cognouit salubriorem esse, vti haud dubie est, sicuti postea affatim docebimus. Nunquam enim Homerus ipse variorum condimentorum meminit, vt & ex eo annotauit Plato lib. de Rep. 3. de quo nos amplius dicemus infrà num. 452. & horum quidem.

173 ¶ Heroas quoque, vt & idem Plato inibi meminit, facit non elixis carnibus, sed assis vti, vtpote salubrioribus, & illis potissimum conuenientibus. Ita enim scribit lib. 1. & iterum 2. Iliad. *Assas carnes salubriores ex eodem.*

Μίστυλλόν τ' ἄρα τἆλλα καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν,

Ὀπτησάν τε περιφραδέως. Id est ad verbum,

Minutimque secuerunt, & alia in verubus transfixerunt,

Assarúntque accurate. Et eadem prope scribit lib.3.& 7.& 24.eiusdem operis, & rursum lib.3.12.14.& 19.Odyssex. Et iterum eodem lib.14.

Μίστυλλόν τ' ἄρα τἆλλα καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν,

Conciditque minutatim, & verubus infixit.

Quem Secutus Virg. lib.1. Aeneidos de Aenea & eius sociis loquens,

Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.

Pars in frusta secant, verubúsque trementia figunt.

Quo in loco Seruius, Nam Heroës, inquit, non vescebantur elixis. Et iterum lib.5.

Subiiciunt verubus prunas & viscera torrent. Et lib.2. Georg.

Pinguiáque in verubus torrebimus exta.

174 ¶ Cognouit & Homerus, vt ad eum redeamus, vini vsus differentias: quod plurimum quidem potum maxime noxium est, & corpori & animo: modestè vero, admodum vtile est, vt etiam tradit Plinius lib.14.c.5. Cuius in eo loco hæc verba sunt, prorsus vt iure dici possit, vino neque viribus corporis vtilius aliud, neque aliud voluptatibus perniciosius, si modus absit. Et rursum lib.23.c.1. Et Paulus Aegineta lib.1.c.95.& è sacris scriptoribus Solomon Ecclesiastes 31. in diuersis locis. Mnestheus autem apud Athenæum, Vinum, ait, mortalibus dij præbuere, quo nihil perniciosius, si modus absit. At si qui rectè vtatur, nihil & animus & corporibus vtilius. Nam & Phurnutus tradit, quod Bacchus Dionysius dictus est, quasi διάλυσος, inuersione a. in o. & l. in n. quòd curas soluat modicus, vt nimius animum, vnde & Alysius dictus est, & Lyæus.

Vini vsus ex Homero.

175 ¶ De primo illud est lib.6. Iliados,

De eadem re.

Μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα πότνια μῆτερ,

Μή μ' ἀπογυιώσῃς, μένεος δ' ἀλκῆς τε λάθωμαι.

Ne mihi vinum afferas dulce veneranda mater,

Ne me eneruet, roboris autem vigorísque obliuiscar.

Vinum nimium noxium.

Verba sunt Hectoris ad Hecubam. Item illud eiusdem lib.21. Odysseæ,

Οἶνός σε τρώει μελιηδὴς, ὅς τε καὶ ἄλλους

Βλάπτει, ὅς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ.

Vinum te lædit dulce, quod etiam alios

Lædit, quicunque ipsum abundanter capit, neque decenter bibit.

Quem locum & citat & approbat Gal. lib. de substantia potentiarum animalium, c.3.& in lib. cui titulum fecit, Quod mores animi temperamentum corporis sequantur, & vtrobique citat in eam rem Theognidis sententiam, quam mox adscribemus. Ex quo & Artemidorus Daldianus, de somniorum interpretatione lib.1.c.68. In somniis (inquit) vinum modicum bibere non in magnis poculis, & iam inebriari bonum est. Quandoquidem Xenophon Socraticus, Vinum, ait, tristitias, veluti mandragora dolores sopit, beneuolentias autem veluti oleum flammam excitat. Multum autem & immoderatum bibere multorum malorum causa est omnibus ex æquo, cum Theognis illud scripserit,

Οἶνόν τοι πίνειν πουλὺν κακόν· ἢν δέ τις αὐτὸν

Πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακὸς, ἀλλ' ἀγαθός.

Vinum potatum multum, malum. Si vero quis ipsum

Potarit prudenter, non malum, sed bonum.

Quem locum quoque citat, sed non ex Theognide, verum ex Theagene Alexander Aphrodiseus, aut quisquis is fuit, lib.2. Problematôn c.89. nisi illic mendû sit. Est & in eã sententiam Epigramma incerti anthoris lib.2. Epigrammatôn Græcorum, cuius initium huiusmodi est.

Βάκχου μέτρον ἄριστον, ὃ μὴ πολὺ, μηδ' ἐλάχιστον.

Ἐστι γὰρ ἢ λύπης αἴτιος, ἢ μανίης. Quod sic vertit Velius,

Sumere nec nimium Bacchi valet optimus vsus,

Nec minimum: hinc mæror prouenit, inde furor.

176 ¶ De secundo autem præter ea quæ iam diximus illud etiam est illo 6. Iliad. lib.

Vinum moderatum vtile.

Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει.

Viro autem fesso robur magnum vinum auget.

Ex quo idem lib. decimoquarto eiusdem operis, dicit Dionysium, id est, Bacchum gaudium esse hominibus,

Ἡ δὲ Διώνυσον τέκε χάρμα βροτοῖσιν.

Et hinc Bacchus Hygiotes, id est, Salutaris colebatur, quod vino modico & temperato nihil sit salubrius, vt tradit Athenæus. Nam & Asclepiades vtilitatem vini æquari deorum potentiæ posse pronuntiauit, vt scribit Plinius d. lib.23.c.1. Plato autem in Cratylo dicit οἶνον, id est, vinum dictum ἀπὸ τοῦ ὀνίνασθαι, id est, ab adiumento & vtilitate nomen accepisse. Ad quam etymologiam ipse Homerus respiciens,

Ἔπειτα

Ἔπειτα δὲ καὐτὸς ὀνήσεαι αἴ κε πίῃσθα,

Postea autem & ipse adiumentum consequeris si biberis.

Nam & ipse esculenta quoque ὁ ἐσθλὰ appellare consueuit, quod vtilitatem afferrent Ex quo fortè illud vt Bacchus medicus appelletur, vt diximus suprà num. 117. sed his omnibus. Et quod posteà num ab hinc 1. dicemus.

177 ¶ Atque vt ipse suaue siue dulce vinum genio, lætitiæ'que, ac conciliandæ amicitiæ dedicauit, eùm scribit lib. 7. Odyssex, *Iterum de vini differentys ex Homero.*

Ὣς φάτο, Ποντόνοος δὲ μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα. Et li. 14. eiusdem operis,

Ἐν δ᾽ ἄρα οἱ κισσυβίῳ κίρνη μελιηδέα οἶνον. Et repetit lib. 16. Et alibi sæpe.

Ita temetum, quod dicitur vehemens, & vt Plutarchi verbo vtar, καρωτικόν, quasi dicas stupefactiuum, vel obdormitatiuũ & capiti noxiũ Cyclopi obtulit, li. 9. Odyss. At Pramnium illud vinum quod stypticæ siue acerbæ maximè naturæ est: ideóq; constipandi desiccandiq;, & astringendi vim habet, etiam vulnerato Machaoni indulsit, eidémq; caseum caprinũ æneo quodã instrumento attriuit, farináq; ordeaceam caseo miscuit, & adhæc cæpe opsonij loco apposuit, lib. 11. Iliad. Quam rem ex arte medicinæ illum fecisse scribit Plato in eo dialogo, cui Io titulus est, & lib. de Repub. 3. vbi tamen id factum fuisse in curatione Eurypili, de quo posteà dicemus, memoria lapsus scripsit. De qua re etiam nonnihil tetigit Athenæus lib. 1. τῶν δειπνοσοφιστῶν, vbi & id refert ad veterem Græcorum parsimoniam & frugalitatem in victu. Ex eóque possit videri id quoque esse quod Icarium dicitur. Nam & is scribit Hemum dixisse in Icario insula lapidem esse Pramnium, & iuxta ipsum magnum montem, à quo Pramnium vinum dicitur, quod & Pharmacidem quidam vocant. Et Paulò post. Vius autem quæ fert Pramnium vinum, vocatur, vt scribit Eparchides, à peregrinis quidem sacra, ab Oenensibus autem Dionysias, à Baccho. Didymus autem Pramnium vinum ait, aut à Pramnia vite sic dictum, quod & ipsum tradit ipse Nicander, in Theriacis. Sed vt redeamus ad Athenæum: Qui (inquit) propriè loquuntur, nigrum id vinum vocant. Nonnulli quasi ad mansionem aptum πραμένιον, id est, mansionarium, & nonnullis quoque interiectis Alcyphron. at Meandrius tradit ad Ephesium vicum esse montanum, qui prius vocabatur Lethois, nunc verò Latona ab Amazone eius nominis, vbi vinum Pramnium nascitur. Sed & idem Athenęus tradit id vinũ non crassum esse, aut dulce, sed durum, & austeram, ob id'que eo Athenienses minimè delectari, scripsisse Aristophanem. Aelianus autem lib. 12. de varia historia inter genera vini, meminit & Prannei, siue id fuerit de quo tractamus, siue aliud, quod vt scribit, erat sacrum Veneri. Huius quoque vini Prannij mentionem facit ipse Homer. li. 10. Odyss. Plin. ex eodẽ Homero li. 14. c. 4. Gal. in lib. cui titulus est Hippocratis linguarũ expositio, vbi & id dicit nigrũ & austerum, & li. 7. Pharmac. κατὰ τόπους, c. 2. Pollux li. 6. c. 2. Cæterum est gemma (vt id obiter dicamus) dicta Prannion apud Plin. lib. 37. c. 10. quæ vt ibi quoque scribit, Indica est, quæ nigerrimo colore translucet, in qua miscetur & carbunculi color. Ex quo fortè posset intelligi id vinum Prannium ita vocari, à nigro colore mixto carbunculi quoque colore. *Vinum vehemens.* *Pramniũ vinum.*

178 ¶ Cognouit item Homerus, quòd vinum ipsum & cibus dant vires & audaciam, eùm scribit lib. Odyssex 2. vinum & farinam, siue polentam esse medullam hominum, *Vini & cibi vires ex Homero.*

Οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι, καὶ ἄλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν.

De farina quoque reperit lib. 20. eiusdem operis.

Ἄλφιτα τεύχουσαι καὶ ἀλείφατα μυελὸν ἀνδρῶν.

Id'que etiam apertius exprimit ad fin. lib. 9. Iliados,

Νῦν μὲν κοιμήσασθε τεταρπόμενοι φίλον ἦτορ

Σίτου καὶ οἴνοιο. τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.

Nunc quidem dormite delectati delectum cor

Cibo & vino: hoc enim robur est & fortitudo.

Qui posterior versus repetitur & li. 19. eiusdem operis. Eúmque in id citat Alexander Aphrodisæus, si is est, Problematôn lib. 2. c. 62. A quo Virgilius quoque videtur illud fuisse mutuatus, lib. 1. Aeneidos,

Tum victu reuocant vires, fusique per herbam

Implentur veteris Bacchi. Et Valerius Flaccus lib. 2. Argonauticôn,

—Cereris tum munere fessas

Restituunt vires, & parco corpora Baccho.

Et his quidem assentitur Galenus li. Techn. 3. c. 12. Et quantùm ad cibum, Hippocrates lib. 7. Aphorismorum c. 62. & Plinius lib. 22. c. 1.

179 ¶ Ex iisque Homeri de vino sententiis Macedonius elegans Epigramma confecit, quod extat inter Græcorum epigrammata, *De vino epigramma ex Homero.*

Χθιζὸν ἐμοὶ νοσέοντι παρίστατο δῖος ἀνὴρ

Ἰητρὸς, σπένδων νέκταρ ἀνεστάμενος.

Εἶπε δ᾽ ὕδωρ πίνειν ἀνὰ μοῖρον, οὐδ᾽ ἰδὲ ἄχθη

Ὅττι μένος μερόπων οἶνον Ὅμηρος ἔφη.

Febre laborantem medicus me inuiserat intrò,
Vixque ingressus, ait, tollite vina procul.
Tantum indulsit aquam misero miser ipse, nec audit
Quòd vinum esse hominum robur Homerus ait.

180 ¶ Nec interim ignorauit Homerus vinum suapte natura calidum, cùm dicat αἴθοπα οἶνον, tum aliâs, tum 4. lib. Iliados,

Vinum calidum.

Ἠδ' ἐν δαιτὶ, ὅτε πέρ τε γερούσιον αἴθοπα οἶνον, &c.
Et lib. seq. quo loco suprà citauimus. Et lib. item seq.
Χερσὶ δ' ἀλείσοισιν δίδου αἴθοπα οἶνον. Et lib. 2. Odysseæ.
Εἰλαπινάζουσι, πίνουσί τε αἴθοπα οἶνον. Et lib. sequenti.
Ὁ γέρων ἐπέδ' αἴθοπα οἶνον
Λεῖβε. Et lib. 7. eiusdem operis.
Ἤ μοι σῖτον ἔδωκεν ἅλις ἠδ' αἴθοπα οἶνον. Et lib. 14.
Σπεῖσας δ' αἴθοπα οἶνον, ἐδ' μενοῦ πτολιπόρθῳ
Ἐν χείρεσσιν. Vti etiam Hesiodus lib. 2. Operum & dierum, tanquam dicas fumicalidum, ardens, vrens, naturâ ignitum, quòd semina quædam caloris in se habeat: non vt alij potant, propter colorem nigrum, vti etiam annotauit Gellius, lib. 17. c. 8. & Macrobius lib. 7. cap. 12. & Suidas, quamuis Plutarchus Problematôn côuiuialium decade sexta, c. 7. aliò id epitheton refert. Atqui medici omnes id quod diximus testantur, vinum scilicet omne calidum: & in his Hippocrates, siue is Polybus, siue Euriphon, siue Phaon, siue Philistion, siue Ariston. vt pleriq; existimant, in lib. 2. περὶ διαίτης, id est, de diæta, siue victus ratione. Dioscorides lib. 5. c. 839. Plinius lib. 14. c. 5. Galenus lib. Temperamentorum, & lib. Simpliciũ 8. & alibi sæpe. Ex quo Horatius lib. 2. Ser. saty. octaua, feruida vina appellat. Plato autem in Timæo, & iterum in secundo de legibus, interdicit vinum pueris vsque ad annum duodeuigesimum, ne ignis (inquit) igni addatur. Quod ex eo tepetiit Galenus in lib. cui titulum fecit, Corporis temperaturã animi mores sequi. Ex hoc autem ignea vini natura Baccbus Græcis quibusdam cognominatur πυριγενής, id est, ignigena, vt videre licet apud Strabonem lib. 13. & Philostratum in Iconibus. Sed & hinc ab Orpheo in Hymnis, & Ausonio in epigrammate Græco cognominatus est πυρίσπαρος, id est, igne satus.

181 ¶ Et vt redeamus ad Homerum. Cum ille intelligeret vinum esse huiusmodi, vt ex eo diximus, scilicet calidum & ignitum: ne nimio illo calore, & igne noceret sanitati, sensit non esse merè bibendum, sed aqua diluendum, cùm facit Calypso nympham ita Vlyssem alloquentem, lib. 5. Odysseæ,

Vinum non merum sed aqua dilutum bibendum ex Homero.

Αὐτὰρ ἐγὼ σῖτον, καὶ ὕδωρ, καὶ οἶνον ἐρυθρὸν
Ἐνθήσω μενοεικέ', ἅ κέν τοι λιμὸν ἐρύκοι.
Sed ego panem, & aquam, & vinum rubrum,
Apponam placidè, quæ à te famem repellant.
Nam & id in tuenda sanitate obseruandum iubent medici, nisi si quæ causa priuatim id prohibeat. de quo etiam videre licet apud Plinium lib. 17. c. 4. vt interim non prætermittam Athenis Dionysium, id est, Bacchum ὀρθὸν, id est, rectum, cultũ fuisse. Amphysteon enim rex Atheniensium omnium primus à Dionysio edoctus merum aqua diluit: quò factum est vt homines priùs mero incurui, mox recti facti sunt, vti Philochorus scripsit.

Bacchus rectus cur dictus.

182 ¶ Vinum tamen meratius conuenire senibus ostendit ipse Homerus, cùm libr. Iliados 9. facit Achillem iubentem Patroclo, vt vinum ipsum meracius infundat Vlyssi & Phœnici viris iam ætatis prouectioris.

Vinũ tamẽ meracius conuenire senibus.

Ζωρότερον δὲ κέραιρε, δέπας δ' ἔντυνον ἑκάστῳ.
Quod ex eodem expendit Plutarchus in Symposiacis ita scribens, ἀγνοεῖν δὲ δοκεῖ ὁ Ζώιλος ὅτι πρῶτον μὲν ὁ Ἀχιλλεὺς τὸν Φοίνικα, καὶ τὸν Ὀδυσσέα πρεσβυτέρους ὄντας ἰδών, οὐχ' ὑδαρεῖ χαίροντας, ἀλλ' ἀκρατεστέρῳ καθάπερ οἱ ἄλλοι γέροντες ἐπιτείνειν κελεύει τὴν κρᾶσιν. Additque aliam eius rei probationem, quòd Achilles à Chirone magistro medicinę peritissimo totius victus rationẽ exactè didicerat, quare verisimile erat illũ iussisse meracius vinum senioribus propinari: quoniam τοῖς γέρουσι, καὶ σχολάζουσι παρὰ τὸ ἔθος σώμασιν, ἀνειμένη καὶ μαλακωτέρα κρᾶσις ἁρμόζει. Sed & alia subiungit quibus ostendit Achillem ipsum medicinæ quoque peritissimum fuisse, cùm scilicet apio, equos suos pascit in ocio desidentes, ideòq; pedum & articulorum doloribus obnoxios. Cui morbo apium maximè opitulatur. Quæ tu addes ad ea quæ diximus de Achillis medicina suprà nu. 113. incip. de Achille.

Achilles equos apio pascebat &c.

183 ¶ Et cùm sint duo liquores corporibus humanis gratissimi & saluberrimi, vt scilicet ipsum vinum intus, oleum foris, vt scribit Plinius lib. 14. cap. vlt. id certè Plinius ipse ab Homero didicerat. Nam quod ad vinum attinet, satis de eo suprà diximus. Oleo autem is sæpè inducit homines lotos inungi, vt Odysseæ 3.

Vinum intus, Oleum foris ex Homero.

Αὐτὰρ ἐπεὶ λοῦσεν τε, καὶ ἔχρισεν λίπ' ἐλαίῳ.
Et rursum eiusdem operis, lib. 4. iterũmque 17.

Τοὺς

Τὰς δ' ἐπεὶ οὖν δμωαὶ λοῦσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ.
Hos autem postquam famulæ lauerunt, & inunxerunt oleo. Et lib.8.eiusdem operis.
Ἔνθα δέ μιν Χάριτες λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ
Ἀμβρότῳ, οἷα θεοὺς ἐπενήνοθεν αἰὲν ἐόντας,
Vbi & ipsam Gratiæ lauerunt & vnxerunt oleo
Immortali, quatenus Deos decet semper existentes.

Et huiusmodi propè loca infinita apud eum comperies. Dicitur enim oleum membris vigo- *Palæstritæ*
rem afferre, eáq; non minimum recreare, & vt tradit Plinius lib.12.c.1. Vnde Palæstritæ nudi *oleo vnge-*
eo vugebantur. & Hannibalem Pœnorum ducem legimus pugnaturum contra Romanos, *bantur.*
non longè à Placentina vnctum habuisse exercitum.

184 ¶ Et quoniam aquam Piudarus in fronte suorum operum pronunciauit omnium rerum esse *Aquam re*
optimam, ἄριστον μὲν ὕδωρ. Certè nec ipsius naturam ignorauit Homerus, cùm candorem, id *rum omniū*
est claritatem, siue lympiditatem, vt sic dicam, leuitatem, frigiditatem in aquis laudauit. *optimam.*
Candorem, cùm dicit lib. Odysseæ quinto, *Aquarum*
Κρῆναι δ' ἑξείης πίσυρες ῥέον ὕδατι λευκῷ, *naturam*
Fontes autem ex ordine quatuor fluebant aqua alba. *sciuit Ho-*
De lympiditate illud est lib.9.eiusdem operis, *merus.*
Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος ῥέει ἀγλαὸν ὕδωρ *Aqua alba*
Κρήνη ὑπὸ σπείους. *Lympida.*
Sed in capite portus fluit lympidam aquam
Fons sub specu. Et iterum lib. 2. Iliados,
ὅθεν ῥέεν ἀγλαὸν ὕδωρ.
—Vnde fluebat lympida aqua. Nam & aquam salubrem aëri esse quàm similimā opor- *Aquā aeri*
rere tradit Plinius li.31.c.3. Et hinc quoque Virgilius vbique laudat fontes & aquas liquidas, *similem esse*
quod non admodum distat à lympidis, id enim significat puras, claras, lucentes, & sine sor- *oportere.*
dibus. Nam egloga.2. *Liquidi fon*
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros. Et libr. Georg.2. aliàs 1. *tes.*
Non liquidi gregibus fontes.
Vbi Seruius interpretatur, puri & sine pestilentia. Et lib.3. eiusdem operis,
Pocula sunt fontes liquidi. Et lib.4. eiusdem item operis,
At liquidi fontes. Et rursum eodem lib.
—Manibus liquidos dant ordine fontes. Et Ouidius lib.5. Fastorum,
Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris
Aura fouet, liquida fonte rigatur aquæ. Et iterum eodem lib. *Aqua li-*
Nec liquida tincto flore bibuntur aqua. Ex quo etiam illud Ausonij in Mosella *quida.*
Et riuos trepido potes æquiparare meatu,
Et liquido gelidos fontes præcellere potu. Et puras, Virgilius lib.7. Aeneidos, *Aqua pu-*
—Puróque in fonte lauabat. Et Pellucidas. Ouid. lib.3. Meta. *ra.*
Fons sonat à dextra tenui perlucidus vnda, Et in epistola Sapphûs ad Phaonem, *Et pelluci-*
Est nitidus vitróque magis perlucidus amnis *da.*
Fons sacer. Et Apuleius lib.5. Meta. in prin. Videt fontem vitreo latice perlucidum,
Et perspicuas. Statius lib.9. Syluarum, *Et perspi-*
Perspicui viuunt in marmore fontes. Et Lactantius in Phœnice. *cua.*
Sed fons in medio est, quem viuum nomine dicunt,
Perspicuus lucens dulcibus vber aquis.
Et nitidas. Valerius Flaccus lib. 3. *Et nitida.*
Tela manu procul ad nitidi spiracula fontis
Ducit. Et candidas, Seneca, *Et cādida.*
Niueique lactis candidos fontes. Et splendidas, Horatius lib. Carminum 3. Ode 13. *Et splēdida*
O fons Blandusiæ splendidior vitro.

Galenus autem lib.1. de sanitate tuenda, cauendas omnino tradit aquas turbidas. Et in libel-
lo de Ptisana, si eius est, idem præcipit aquam deligi perlucidam ad Ptisanæ confectionem.
Et Paulus Aegineta lib.1.ca.50. laudat simpliciter aquam visu puram & lympidam: quod &
facit ipse Galenus lib.1. de Simplicium medicamentorum facultatibus, capite quinto. Cuius
verba in eam rem hæc sunt. τῷ δ' ὕδατι καθαρῷ, ὅταν εἰλικρινὲς ᾖ καὶ διαυγὲς ἀκριβῶς. Et idem Gale-
nus lib. de tenuum affectuum curatione, & Oribasius lib. Euporistôn.

185 ¶ Leuitatem autem commendat, cùm li.2. Iliados in catalogo ducum, Titaresium fluuium *Aqua leui*
ἱμερτὸν hoc est, desyderabilem dixisse videtur, quòd ea leuitate super Peneo flumine curtat, vt *tas ex Ho-*
ipsi quidem, vt dicit, non misceatur, sed olei modo supernatet, quod ex eo annotauit Plinius *mero.*
lib.4.c.8. vbi corruptè Euroton legitur nisi is fluuius binominis sit. Quod tibi obiter dicere
volui. Sed vt redeamus, Aquam leuissimam saluberrimam quoque esse tradit Celsus libr.2.
c.16. & omnes medici. Vnde & illud Vitruuij. Ex omnibus fontibus leuissimis subtilibúsque.

Hincque

Aqua pluuia cõmendatur.

Hincque aqua pluuia super omnes commendatur, quòd ea omnium leuissima sit, vt tradit Rufus Ephesius, & eius authoritate Aëtius Tetrabibli.1.Ser.3.c.165.& Paulus Aegineta li.1. c.50.& ante hos Hippocrates, ad finem libri de capitis vulneribus, si is eius sit, & post eum Herodotus, eiúsque authoritate Oribasius lib.3. Euporistôn, qui de confectione ciborum est, cap vlt.& Celsus lib.2.cap.18.& Columella lib.1. Rei rusticæ c.5.

Quæ aqua leuis dicatur.

186 ¶ Quonam autem pacto dignoscatur aquæ leuitas, tradit Hippocr.li.Aphorism.5 c.26. Aqua (inquit) quæ citò calescit, & citò frigescit, leuissima est. Vbi Galen. hanc leuitatem non ad pondus refert, sed ad id vt celeriter calescat.& rursus celeriter frigescat, atq; in se facilè aduersas qualitates suscipiat, vti etiam tradit ipse Galen. lib.de ptisana.c.1.& lib.1.Simplic.cap.17. Simeon Sethus in libro περὶ δυνάμεων τροφῶν, id est, de ciborum facultatibus,& Paulus Aegineta vbi suprà, qui tamen id non simpliciter admittit:& ante hos Plin.lib.31.c.3. Quanquã & ipse Galen. in libr. de bonitate aquæ, si ipsius est, ad pondus quoque refert. Nam si leuis, inquit,& facilis ponderis est, id significat eam non esse terræ permixtam. vti & facit Celsus d.lib.2.c.18.vbi dicit, Leuis pondere apparet,& ex bis quæ põdere pares sunt, eò melior quæq; est, quò celerius,& calefit & frigescit, quóque celeriùs ex ea legumina percoquuntur. Tanquam scilicet primo loco inspiciendum sit pondus, deinde celeritas caloris vel frigoris. Plin. autem loquens de aqua d.li.31.c.3. Quidam, inquit, statera iudicant de salubritate, frustrante diligentia, quando perrarum est, vt leuior sit aliqua. Certior subtilitas inter pares meliorem esse, quæ calefiat refrigeretúrque citius.

Aqua frigida ex Homero.

187 ¶ Denique & frigiditatem, lib.17.Odysseæ,

Κατὰ δὲ ψυχρὸν ῥέεν ὕδωρ
ὑψόθεν ἐκ πέτρης.

—Frigida autem defluebat aqua
Ex alto, ex petra.

Quem secutus Hesiodus (nam post eum fuisse crediderim cum Cicerone in Catone, licèt alij addubitent) in Theogonia,

Τηλόθεν ἐν χρυσέῃ προχόῳ πολυώνυμον ὕδωρ
Ψυχρὸν, ὅτ' ἐκ πέτρης καταλείβεται ἠλιβάτοιο.

Longè in aureo vase celebrem aquam
Frigidam, quæ ex petra defluit alta.

Aqua profluentes pigris vtiliores.

Et Ausonius illis versibus suprà citatis, nu. 184. ait profluentem esse vtiliorem stagnante atq; pigra: cursu enim ac percursu ipso extenuari atque proficere, quod tradit Plinius libro 31.c.3. in princip.& medici vbique.

Aqua optima quæ ex alto fluit. Sed & aqua ex rupe.

188 ¶ Ex quibus etiam locis apertè vides, illos non obscurè intellexisse aquam eam esse optimam, quæ ex alto loco,& è rupe manat. Nam quantùm ad primum pertinet, scribit Hippocrates libro de aëre, aquis,& locis, optimas eas aquas esse, quę ex sublimibus locis & terreis collibus fluunt. Ad quod alludens Lucanus lib.2.

Et tu montanis totus nunc fontibus exi.

Et illud de aqua ex petra scaturiente non probat Galenus lib.1.de sanitate tuẽda: nec Aëtius Tetrabibli.1.Ser.3.c.165.nec ante eos Hippocrates in eo.li.de aëre, locis, & aquis. Verùm Porphyrius ille Platonicus Homero subscribens, Aquarum (inquit) latices illi, qui à montosis fontibus scaturientes per petrarum alueos deuoluuntur & fluunt, synceriores multò incorruptioréśque esse solent, quàm ij qui cœnosa palustriáque loca defluunt, quibus vt multam lutulentámq; secum attrahant materiam necesse est. Et Columella lib.1.c.5.post aquam pluuialem secundo loco ponit fluentem aquam è montibus oriundam, si per saxa præceps deuoluitur. Sed & ipse Galenus, aut quisquis is fuit, in illo libro de bonitate aquæ laudat aquas petrosas. Et huc quoque pertinet illud Horatij lib.3. Ode 13.

Fies nobilium tu quoque fontium
Me dicente cauis impositam ilicem,
Saxis, vnde loquaces
Lymphæ desiliunt tuæ.

Loquaces enim vocat, quòd cùm è saxo cadunt, perstrepant, vt etiam annotauit Porphirion. Et illud eiusdem Homeri lib.8.Iliados de fonte loquentis,

Ἥ τε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ.

Iterum de frigiditate aquæ.

189 ¶ Huic autem quod de frigiditate dictum est, vt ad id redeamus, concinit illud Lucretij li. 6.

Frigidus hanc ob rem sit totus in luce diurna.

Et Virgilij eclog. 10.

Hic gelidi fontes, & mollia prata Lycori.

Et Horatij lib.Carmi.3.Ode 13.qua laudat fontem Blandusiæ,

—Nam gelidos inficiet tibi
Rubro sanguine riuos
Lasciui soboles gregis.

Et paulò pòst,

Tu frigus amabile

Fessis vomere tauris
Prabes & pecori vago. Et Ouidij Tristium lib.4.eleg.4.
Sulmo mihi patria est gelidis vberrimus vndis. Et libro secundo Fastorum,
De nullo gelida fonte bibentur aqua. Et libro quarto eiusdem operis,
Frigida cœlestum matres Arethusa vocabat.

Et Sidonius, Ambientibus (ait) sese fontibus algidis. Plin. autem d. lib.31. c.3. aquam Martiá, primùm Aufeiam dictam, præ cæteris, & à frigore & à salubritate laudauit: eámque Deûm munere vrbi Romæ tributam fuisse tradit. Et in vniuersum aquam frigidam probat Galen. lib.1. de Simplic. medicam. facultat. ca.4. Aquæ autem frigidæ est illud encomium Prouerbiorum 25. ca. Aqua frigida animæ sitienti, & nuncius bonus de terra longinqua.

190 ¶ Nouit & Homerus λιαρὸν ὕδωρ, id est, calidam aquam, aut vt alijs placet, tepidam vulneribus prodesse, eorúmque doloré sedare, cùm ea Eurypylum curat, vt paulò pòst dicemus. Ex quo & illud eiusdem lib.14. Iliados statim post exordium,

Aquam calidam vulneribus prodesse ex Homero.

εἰσόκε θερμὰ λοετρὰ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη
θερμήνῃ, καὶ λούσῃ ἄπο βρότον αἱματόεντα.
Donec tepida lauacra pulchra crines Hecameda
Calefaciat, & abluat saniem cruentam.

Præcepit & ipse vti exercitationibus: eásque sic probat, vt nec Pheacibus lib.8. Odysseæ. Nec procis li.17. eiusdem operis, eas adimat: laborémque dicit esse causam sanitatis.

Exercitationes Homero probata.

191 ¶ Si verò laboribus ipsis adúsque lassitudinem grauatum corpus fuerit, somnú remedio esse in Vlysse naufrago significat, cùm in fi. lib.5. Odyss. inducit Mineruam ei fudisse somnum,

Somnum remedio esse lassitudini ex Homero.

τῷ δ' ἄρ' Ἀθήνη
ὕπνον ἐπ' ὄμμασι χεῦ', ἵνα μιν παύσειε τάχιστα
δυσπονέος καμάτοιο, φίλα βλέφαρ' ἀμφικαλύψας.
—Huic autem Minerua
Somnum in oculis fudit, vt ipsum quiescere faceret celerrimè
A grauibus doloribus, charas palpebras circumtegens. Vnde & illud Virgilij lib. Aeneid.3.
—Fessos sopor irrigat artus.

Nam & ab illo resolui membrorum compages nô ignorauit Homerus, cùm scribit Odyss.18.
εὗδε δ' ἀνακλινθεῖσα, λύθεν δέ οἱ ἅψεα πάντα.
Dormiuit autem reclinata, soluta sunt autem ei membra omnia. Vnde & ab eodem tum eiusdem operis lib.20. tum lib.23. ὕπνος somnus peculiari proprióque epitheto λυσιμελὴς, id est, membra soluens dicitur, vti etiam ab Orpheo in hymno & Apollonio Rhodio li.4. Argonauticôn. Nam & Seneca Tragœdiographus in Octauia, actu.1.

Somno membrorum compages solui, ex eodem.
Somnus λυσιμελής.

Quàm sæpe tristis vmbra germani mei
Offertur oculis, membra cum soluit quies.

Idem autem in Hercule furente somnum domitorem laborum dicit,
—Túque ô domitor
Somne laborum, requies animi. Hæc autem esse ex arte medica deprompta cognosces, tú ex multis, tum ex Paulo Aegineta lib.1. cap.97.

192 ¶ Eundem autem præcipuè conuenire senibus apertè significauit, lib. vlt. Odysseæ,

Somnú conuenire senibus ex Homero.

ἐπεὶ λούσαιτο φάγοι τε,
εὑδέμεναι μαλακῶς· ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων.
—Vt lotus est comeditque,
Dormiuit molliter, hæc enim iustitia est senum. Id est, hæc iusta & conuenientia senibus sunt. Quem ex eo ad eam sententiam comprobandam citat Galen. περὶ ὑγιεινῆς, id est de sanitate li.5.

193 ¶ Verùm & somnum ipsum, vt cætera omnia quæcunque supra modum prætérque mensuram fiunt, etiam si alias sint admodum salubria, esse tum periculosa & noxia admonuit scribens lib.15. Odysseæ,

Somnum nimium noxium esse ex eodem.

ἀνίη καὶ πολὺς ὕπνος.
Tristitia & multus somnus. Ex quo Hippocrates videri potest deprópsisse illud Aphorismorum 2.c.3. Somnus aut vigilia si alterutrum modum excesserit, malè est. Quod & idem propè scribit lib. eiusdem operis 7.c.67. & confirmat Haliabbas, li.5. Theoricæ, & Auicenna in 2. primi doct. 2.c.12. & in Canticis c.39. & in 2. par. eorundem. c.28. & vtrobique Auerrois in commentariis, & etiam li.6. collig. & Rasis ad Almansorem lib.4. c.3. & Continentis lib.25 & ante hos Cassius, qui Problematôn medicorum ca. 24. quærit & rationem reddit, cur nimius somnus & nimia item vigilia capiti grauitatem pariant. Plato auté li.1. de legibus scribit somnum immodicum & corpori & animo obesse.

194 ¶ Nec ignorauit Homerus (vt ad eum redeamus) laborem in sanitate tuenda cibum præcedere debere cùm scribit li.24. eodémque vltimo Odysseæ,

Laborem salubrem etiam ante cibum ex eodem.

οἱ δ' ἐπεὶ οὖν παύσαντο πόνου, τετύκοντό τε δαῖτα.
Hi autem postquam igitur finem imposuerunt labori, parauerúntque conuiuium.

Ita enim

Ita enim fieri debere docuit Hippocrates illo sermonis ordine lib.6. Morborum popularium πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. Labores, cibi, potus, somni, venerea, omnia mediocria. Quod ipsum ex eodem obseruauit Gale. non multò post initium libr.2. περὶ ὑγιεινῆς, & nos ex vtroque alicubi diximus in nostris legibus connubialibus.

195 ¶ Sciuit item coeubitum prodesse tristibus & melancholicis, dum libr.24. Iliados ita facit Thetidem filium Achillem ita monentem,

Concubitũ prodesse melancholicis ex eodem.

Τέκνον ἐμὸν, τέο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων
Σὴν ἔδεαι κραδίην, μεμνημένος οὔτέ τι σίτου,
Οὔτ᾽ εὐνῆς; ἀγαθὸν δέ τι γυναικί περ ἐν φιλότητι
Μίσγεσθ᾽. Id est, ad verbum propè,
Fili mi, quandiu lugens & dolens
Tuum exedis cor, memor neque cibi
Neque lecti: bonum autem fœmina in amore
Misceri. Nam & hæc ex arte medicinæ prodiderunt Aristoteles lib. Encyclicarum quæstionum 4.c.31. & eius interpres Aponensis: & Auicenna in 20.4.tract.c.10. & diximus, in 15. lege connub.nu.58. neque tamen.

196 ¶ Magnum quoque momentum ad valetudinem esse in aëris habitu atque natura ostendit ipse Homerus li. Odysseæ 4. in Fortunatarum insularũ descriptione, flante scilicet ibi Zephyro semper, vbi hominibus facillima vita est, & vbi multa hyems nõ est, multa nix, nec imber,

Aeris habitus ex Homero.

Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν,
Οὐ νιφετὸς, οὔτ᾽ ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ᾽ ὄμβρος,
Ἀλλ᾽ αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας.

Hora antelucana è flumine insalubres.

Atque etiam eùm Odysseæ lib.5. scribit è flumine semper antelucanas horas esse insalubres.
Αὔρη δ᾽ ἐκ ποταμοῦ ψυχρὴ πνέει ἠῶθι πρό. Quod & ex eo expendit Plinius lib.18.c.6.

197 ¶ Quæ sit refrigerandi vis monstrauit libr.5. Iliados in respirante quasi que reuiuiscente Sarpedone. Ex quo apertè docuit λειποθυμίας, siue λειποψυχίας (vtrunque enim Græci dicunt) id est, defectionis, siue deliquij animi remedium refrigerationem esse,

Refrigerãdi vis Homero cognita.

Τὸν δ᾽ ἔλιπε ψυχὴ, κατὰ δ᾽ ὀφθαλμῶν κέχυτ᾽ ἀχλύς·
Αὖτις δ᾽ ἀμπνύνθη, περὶ δὲ πνοιὴ Βορέαο
Ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν.
Hunc autem reliquit anima, & circa oculos diffusa est caligo.
Rursus autem respirauit, circum autem aura Borea
Recreauit spirans male suspirantem animum.

Aqua frigida inspersio ad animi deliquia

Ex quo etiam aquæ inspersio, quæ ipsa frigida est, hæc animi deliquia ab Hectore vulnerato arcet apud eundem lib.14. eiusdem operis.
Ἔνθα μιν ἐξ ἵππων πέλασαν χθονὶ, κὰδ δέ οἱ ὕδωρ
Χεῦαν· ὁ δ᾽ ἀμπνύνθη, καὶ ἀνέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν.
Tunc ipsum ex equis admouerunt terra: circa autem ipsum aquam
Fuderunt. hic autem respirauit, & aspexit oculis.
Et hinc quoque illud Laodamiæ Ouidianæ ad Protesilaüm,
Lux quoque tecum abiit tenebris exanguis obortis,
Succiduo dicor procubuisse genu.
Vix socer Iphiclus, vix me grandæuus Acastus,
Vix mater gelida mœsta refecit aqua.
Nam & Hippocrates lib. Aphorismorum 5.c.21. tradit frigidæ aquæ multam profusionem, distentionem, siue conuulsionem soluere. Quod & tradit Aristoteles li. problematõn 9.cap.9. & Heliodorus Phœniceus libs. Historiæ Aethiopicæ .2. Cuius ratio est, quòd huiusmodi aqua spiritus in vnum cogit, impeditque ne abeant & dissoluantur, qui quidem plurimi & tenuissimi venire solent ad faciem, vt sensuum munera obeant.

198 ¶ Quantum autẽ fatigatis prosint calida fomẽta, declarauit in Vlysse ipso naufrago, li. Odyss. 5. ad finem: quantùmque lauacra, in eodem Vlysse, lib.10. eiusdem operis dum hæc scribit,

Calida fomenta lassis prosunt.

Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ,
Ἔς ῥ᾽ ἀσάμινθον ἕσασα λό᾽ ἐκ τρίποδος μεγάλοιο,
Θυμῆρες κεράσασα, κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων,
Ὄφρα μοι ἐκ κάματον θυμοφθόρον εἵλετο γυίων.
At postquam calefacta est aqua in splendido lebete,
In balneum cùm me locasset, lauit ex tripode magno,
Placidè effundens in capitéque & humeris,
Vt mihi lassitudinem perniciosam eximeret à membris.

Vnctiones & lauacra Homero nõ incognita.

Et in eodem Vlysse, & Diomede labore & vigilia confectis, ad fi. quoque libr.10. Iliados. Et dum Hectori à pugna redeunti calida lauacra iubet Andromache præparare lib .22. eiusdem operis. Neque enim ignorauit balneas & vnctiones, de quibus eodem loco, & alijs quoque

suprà

supra citatis, vbi de oleo locuti sumus: atque eo. lib. 10. Odyssea, & alibi sæpe.

199 ¶ Et cum sulphur & ignis multum virium habeant ad expiationem, aërisque fæculenti purgationem, & multorum morborum medelam, vt de sulphure videre poteris apud Dioscoridem lib. 5. c. 78. & Plinium lib. 35. c. 15. & Apuleium lib. vlt. Meta. & Proclum in libro de sacrificiis. Ex quo illud Ouidij, *Sulphur & ignis ad expiationem.*

Térque senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat. Et lib. 2. de arte amandi,

Et veniat quæ lustret anus lectúmque locúmque

Præferat & tremula sulphur & oua manu. Et Iuuenalis satyr. 2.

—Cuperent lustrari, si qua darentur

Sulphura cum tædis.

Et de igne dicemus postea num. 535. & seq. Id certe Homerus & cognouit, & cæteris cognoscendum præbuit, cum scribit lib. Odysseæ 22. haud multo ante finem,

Οἶσε θέειον γρηῦ κακῶν ἄκος, οἶσε δέ μοι πῦρ,

ὄφρα θεειώσω μέγαρον,

Porta sulphur anus, malorum medelam: porta autem mihi ignem,

Vt fumigem domum.

200 ¶ Intellexit post cibum salubre esse hilarescere: contra insalubre esse admodum atque noxium luctu & mœrore affici, cum facit Pisistratum Nestoris filiũ ita loquentẽ lib. 4. Odysseæ, *Salubre post cibum hilarescere*

Καὶ νῦν εἴ τί που ἔστι, πίθοιό μοι· οὐ γὰρ ἔγωγε

Τέρπομ' ὀδυρόμενος μεταδόρπιος.

Et nunc si quo modo licet, morem geras mihi. non enim ego

Delector lugens post cœnam.

Nam & alibi scilicet Iliados 11. Nestor & Machaon postquam biberunt potionem multis cibariis mixtam illis præparatam ab Hecameda, abiecerúntque aridam sitim, delectabantur inter se sermonibus, *Et sermonibus delectari.*

Τὼ δ' ἐπεὶ οὖν πίνοντ' ἀφίτην πολυκαγχέα δίψαν,

μύθοισιν τέρποντο πρὸς ἀλλήλους ἐνέποντες.

201 ¶ Nunc vero quod ad chirurgiam pertinet, agè quàm artificiose apud eum vatem lib. Iliados 4. saucium Menelaum curat Machaon. Primum enim vulnere telum educit, tum diligentissimè vulnus eiúsque altitudinem considerat, exprimit deinde sanguinem, postremo lenia medicamenta inspergit. Ita enim scribit, *Homeri chirurgia.*

Αὐτίκα δ' ἐκ ζωστῆρος ἀρηρότος ἕλκεν ὀϊστόν,

Τοῦ δ' ἐξελκομένοιο πάλιν ἄγεν ὀξέες ὄγκοι,

Λῦσε δέ οἱ ζωστῆρα παναίολον ἠδ' ὑπένερθε

Ζῶμά τε καὶ μίτρην, τὴν χαλκῆες κάμον ἄνδρες.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ἴδεν ἕλκος, ὅθ' ἔμπεσε πικρὸς ὀϊστός,

Αἷμ' ἐκμυζήσας, ἐπ' ἄρ' ἤπια φάρμακα εἰδὼς

Πάσσε, τά οἵ ποτε πατρὶ φίλα φρονέων πόρε Χείρων.

Sicuti & apud eundem in calce lib. 11. Iliados, Patroclus Eurypyli femur vulneratum, educta quoque primum sagitta, aqua calida abluit: postea radicem quandam amaram imponit, non ignarus ad abstergendum exiccandúmque, ac sedandum dolorem valere amara medicamenta, vt tradit Plato, & eius autoritate Plutarchus Caussarum naturalium c. 5. Et Symposiacôn decade 1. proble. 6. vbi & eum Homeri locum aduocat, & Gal. lib. de compos. medi. secundum locos. 9. c. 8. & lib. Ant. 1. vbi illum locũ Homeri citat. Carmen autẽ ipsius tale est,

Ἔνθα μιν ἐκτανύσας, ἐκ μηροῦ τάμνε μαχαίρῃ

Ὀξὺ βέλος περιπευκές, ἀπ' αὐτοῦ δ' αἷμα κελαινὸν

Νίζ' ὕδατι λιαρῷ, ἐπὶ δὲ ῥίζαν βάλε πικρὴν

Χερσὶ διατρίψας ὀδυνήφατον. ἥ οἱ ἁπάσας

Ἔσχ' ὀδύνας, τὸ μὲν ἕλκος ἐτέρσετο, παύσατο δ' αἷμα.

Sed & postea videlicet lib. 15. Patroclus ipse eidem Eurypylo etiámnum ex vulnere laboranti diutinè assedit, vt eius animum lepidis fabulamentis è cruciatu seuocaret.

Τόφρ' ὅ γ' ἐνὶ κλισίῃ ἀγαπήνορος Εὐρυπύλοιο

Ἧστό τε, καὶ τὸν ἔτερπε λόγοις, ἐπὶ δ' ἕλκεϊ λυγρῷ

Φάρμακ' ἀκέσματ' ἔπασσε.

202 ¶ Et cum in curandis vulneribus ligaminum, siue ligaturarum, atque nodorum recta aptitudo & scientia multum valeat, vt ex medicis passim videre licet: Id certe Homerus minime ignorauit, vt patet ex eo quod scribit lib. Odysseæ 19. loquens de Antolyci filiis, qui vulnus Vlyssis curauerunt, *Ars nodorum & ligaminum cognita Homero.*

Ὠτειλὴν δ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο

Δῆσαν ἐπισταμένως.

Vulnus autem Vlyssis irreprehensibilis, diuini.

Ligauerunt scienter.

203 ¶ Sed & quod pharmaceuticam medicinæ partem respicit, Homerus probe cognouit, medicinalium salubriúmque pharmacorum alia quidem esse epiplasta, & epipasta: Alia verò potabilia, vt illud Nepenthes quod Helena lib. 4. Odyssez in craterem Telemachi miscuit,

Pharmaceutica pars Homeri.

Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

Et quæ sequuntur. Cuius loci meminit Plinius lib. 22. c. 21. Gal. lib. de substantia virtutum animalium c. 3. & in eo lib. cui titulus est, Mores animi sequi temperamentum corporis, vbi tradit nonnullos putare illud medicamentum fuisse Oenopiam radicem.

204 ¶ Cognouit & Homerus mala venena, quæ Græci δηλητήρια vocant, quibus partim venenantur sagittæ, vt ipse scribit lib. 1. Odyssez,

De eadem.

φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενος, ὄφρα οἱ εἴη
Ἰοὺς χρίεσθαι.

Pharmacum homicidam disquirens, vt ei esset
Sagittas quo oblineret. Vnde Virg. lib. 9. Aeneidos illud scribit,
Vngere tela manu, ferrúmque armare veneno. Et iterum lib. 10.
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno, Et lib. 12.
Non secus ac vento per nubem impulsa sagitta,
Armatam sæui Parthus quam felle veneni
Parthus siue Cydon telum immedicabile torsit. Et Ouidius lib. Tristium 3.
Nam volucri ferro tinctile virus inest. Et Silius, lib. 1.
Spicula quæ patrio gaudens acuisse veneno, Theophrastus etiam lib. Plantarum 9. c. 15. scribit apud Aethiopes radicem letiferam esse, qua sagittas vngunt. Idem quoque facere Gertheos tradit Nicander in Alexipharmacis: Barbaros Dioscorides lib. 6. c. 20. Scythas Plinius lib. 12. c. 53. Dacos & Dalmatas Paulus Aegineta, lib. 6. c. 88.

205 ¶ Cognouit item ipse Homerus ex huiusmodi venenis malis esse potabilia, vt quæ socios Vlyssis in porcos mutauerunt, lib. Odyssez 10.

De eadem.

Ἐπὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν. Et non multo post,
Ἀνέμισγε δὲ σίτῳ
Φάρμακα λυγρά. Et quæ alibi lib. eiusdem operis 2. θυμοφθόρα appellat, quibus scilicet exhaustis intereunt homines,
Ἠὲ καὶ ἐς Ἐφύρην ἐθέλει πίειραν ἄρουραν
Ἐλθεῖν, ὄφρ' ἔνθεν θυμοφθόρα φάρμακ' ἐνείκῃ

206 ¶ Adhæc cum in corpore humano alia sint membra ὁμοιομερῆ, id est, similaria, siue similium partium, quæ scilicet in similes sibi partes diuiduntur, vt caro in carnes, os in ossa, neruus in neruum. Alia ἀνομοιομερῆ, id est, dissimilaria, siue dissimilium partium, quæ non aptæ sunt secari in partes similes, sed dissimiles, vt manus non in manus, pes in pedes, & id genus similia: Nullum profecto membrorum genus est, siue homœomeron, siue anomœomeron, cuius mentio non fiat ab Homero, ita vt Anatomiam, id est, membrorum sectionem plenissime vidisse videatur, & ostendisse. Ideóque hac in re illum sæpe citat Gal. in Anatomia corporis humani, quam graphicè & eleganter describit: atque etiam Cómentario 2. in lib. Hippo. de natura humana: & nouissime Philippus Melanchthon in li. de Anima. Est autē anatomia, ne id ignores, medicinæ propria, vt scribit Macrobius lib. 7. Saturnaliū, c. 15. paulo post prin.

Homeri anatomia.

207 ¶ Præterea multarum herbarum vim & naturam pluribus in locis declarauit, vt cum loton, crocon, & hyacinthum memorat lib. 14. Iliados,

Homerus herbarum vires nouit.

Λωτόν θ' ἑρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον
Πυκνὸν καὶ μαλακόν, ὃς ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἔεργε.

Cuius etiam loci non tamen designati alias meminit Plinius lib. 21. c. 7. in prin. Sed & de loto quoque priuatim loquitur lib. 9. Odyssez, vbi eius admirandam vim describit. & de croco, & Hyacintho in hymno quem in Pana cecinit.

Ἐν μαλακῷ λειμῶνι, τόθι κρόκος ἠδ' ὑάκινθος,
Εὐώδης θάλλων, &c. Et de Asphodelo vti & ex eo memorat Plin. lib. 21. c. 17. Et præterea de moly multa & miranda scribit lib. 10. eius operis. Cuius item meminit Theophrastus lib. 9. c. 15. & Dioscorides lib. 3. c. 50. & Plinius lib. 25. c. 4. in prin. & iterum c. 9. & Gal. in Cóment. 1. lib. Hippocratis de natura hominis, statim post prin. & Apuleius de viribus herbarum c. 49. & Macrobius, qui id aliter quàm cæteri intelligit, lib. Satur. 3. c. 1. & nouissime Lilius Gyraldus dialogismo 14.

208 ¶ Sed & naturam vímque Salicis arboris probe nouit, quæ trita, & in potu accepta homines steriles reddit, cum scribit lib. Odyssez 10.

Natura et vis salicis Homero cognita.

Μακραί τ' αἴγειροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι. Id est,

Longæ que alni, & salices infructuosæ, siue vt vertit Cornarius, fructum perimentes, aut vt vertit Plinius lib. 16. cap. 26. frugiperdę, quem secutus est Theodorus Gaza in versione Theophrasti, qui & eum locum Homeri citat, lib. 3. de historia plantarum c. 2. in prin. Et Alciatus noster in suis Emblematis,

Quod

Quod frugiperdam salicem vocitaret Homerus

Cliteriis homines moribus assimulet. S. autem addit metri causa Quod ex eo expendit Democritus, & eius autoritate Constantinus, siue Cæsar, siue alius lib. Collectaneorum Geoponicôn 11. c. 14. Quanquam id alio refert Theophrastus vbi suprà, & Plinius etiam vbi suprà, cum scribit, Ocyssimè autem Salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat. ob id dicta Homero frugiperda, secutáque ætas scelere suo interpretata est hanc sententiam, quando semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse constat. Id quod etiam annotauit Porphyrius in lib. de Styge apud Stobæum Ser. 98. De quo etiam videre poteris Marcellum Virgilium in Dioscoridem, lib. 1. c. 121. Et D. Hieronymum in Esaiam c. 16. ad id referentem id quod inibi scribitur, Ad torrentem silicum ducent eos, vt scilicet nullus in eis fructus remaneat. Hanc enim seminis earum arborum esse naturam, vt qui illud in poculo hauserit, liberis careat: vnde & sancti qui propter peccata in confusione huius mundi esse cœperunt, salicibus Babyloniorum fluminum suspendunt organa sua, psalmo 36. statim post prine. Sed vtruncunque sit, certe semper intelligimus Homerum non ignotasse vim huius arboris. Illud scio Dioscoridem. d. lib. 1. c. 45. aut aliorum lectione 27. scripsisse salicem prohibere conceptus. Plinium autem lib. 24. c. 9. folia salicis contrita & pota intemperantiam libidinis coërcere, atque in totum auferre vsum, sæpius sumptum. Super quæ vide quæ scripsimus in nostris Legibus Connubialibus. l. 15. num. 95. idem Galenus.

209 ¶ Cognouit & ipse morbum illum ex canis rabidi morsu prouenientem, veteribus, vt plerique existimant, incognitum, scilicet ὑδροφοβίαν Hydrophobiam, miserrimum, vt dicit Cornelius lib. 5. c. 27. genus morbi, in quo simul æger & siti, & aquæ metu cruciatur. Alij mutata vna litera Hygrophobiam vocant, quòd omnem liquorem metuat. Alij item eo morbo laborantem Phobodipson appellant, quod cum timore sitiat. Polybus Pheugydron, quòd aquam fugiat. Andreas ex antiquioribus medicis Cynolysson, veluti ex rabie canina morbum conceptum. Aurelianus lib. 3. Oxeon c. 9. Aquifugam vocat. Plinius lib. 29. c. 5. eum qui eo morbo laborat, Hydrophonum appellat. Homerus igitur hanc cognouisse passionem, & eius causam probatur, tum ex eo quod per figuram de Tantalo scribit lib. Odysseæ 11. tum cum lib. 8. Iliados inducit Teucrum occisis octo viris Hectorem non potuisse percutere, atque ita locutum, vt diceret se hunc interficere non posse rabidum canem,

Hydrophobia quis morbus, & vnde venit.

Is morbus & eius causa Homero cognita.

Ὀκτὼ δὴ προέηκα τανυγλώχινας ὀϊστούς,
Πάντες δ' ἐν χροῒ πῆχθεν ἀρηϊθόων αἰζηῶν·
Τοῦτον δ' οὐ δύναμαι βαλέειν κύνα λυσσητῆρα.

Id quod ex eo annotauit Cælius Aurelianus lib. Oxeon, id est celerum passionũ, tertio, c. 15.

210 ¶ Præterea quod, vt suprà dictum est, Homerus lib. 1. Iliados describit Apollinem suis sagittis pestem immisisse, canésque & mulos primum occubuisse,

Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς.

Non sine physica ratione ab Homero scriptum fuit. Nam paludes, stagna, & inhumata corpora pestem generare scribit Galenus lib. de differentiis febrium 1. c. 6. Sed & terram nimio calore adustam, nempe infecto aëre vaporationibus, quas ad se sua vi Apollo, id est, Sol attrahit. Hincque ab Apolline pestem immissam finxit Homerus. Oportuisse autem canes & mulos, priusquam homines infici: quod & testatur Philostratus in Heroicis quo loco de Palamede loquitur: quoniam animalia aloga id est, irrationabilia siue rationis expertia sensitiua magis sunt: præcipuè canes, qui præter id κατωκλινῆ id est, capite in terram demisso sunt, vt cætera, ait, bruta, etiã vestigia scrutãtur, & persequũtur. Ex quo & illud Virg. li. 4. Aeneid.

In pestilentia primũ bruta pereunt.

Præsertim canes & muli ex Homero.

Et quare.

—Et odora canum vis.

Et Liuij Andronici in Hymno apud Terentianum,

Dirige odorisequos ad certa cubilia canes.

Et illud Claudiani qui eos odores vocat lib. 2. de raptu Proserpinæ. Nam & Varro lib. 4. de lingua Latina, scribit Catulos à sagaci sensu & acuto, dici: & hinc quoque canem dictum. Apuleius autem Apologia 1. Sin vero, inquit, naribus nidorem domesticum præsensit, vincit idem sagacitate odorandi canes. Mulos autem, quia ex diuersis speciebus animalium generantur ideo corruptibiliores esse, vt tradunt philosophi. Et quia etiam odorandi sensus in mulo præcellit, ita vt derelicti alicubi, vel odore solo redeant in semitam: proindéque tabidam vim pestis facilius ocyúsque concipiunt. Sed & tradit Heraclides Ponticus in Allegoriis fabularum ipsius Homeri, iumenta omnium primum peste infici: quia deiecta in terram, & prona in pastum τὰς νοσώδεις ἀτμίδας, id est, morbosos vapores illinc hauriant. Homines autẽ, quorum surrectum est corpus, sublimi respiratione purissimum trahentes aërem, tardius afficiuntur. Et illum quoque locum in id quod diximus, expendit Plutarchus Problematôn Symposiacôn decade 4. c. 1. & Ammianus Marcellinus li. 19. Cæterũ Verg. & Ouidius Homerũ ipsum secuti, vt sæpe alias, scripsere pestilentiã à brutis animalibus ortam. Ille Geor. lib. 3.

Et genus omne neci pecudum dedit omne ferarum.

Hic propius ad Homerum accedens à canibus priuatim, lib. 7. Meta.

Strage canum primo, volucrúmque, auiúmque, boúmque.

Ex medicis autem Paulus Aegineta, lib. 2. c. 36. dicit magnam futuræ pestilentiæ coniecturam esse aliorum animalium præcedentem interitum, tanquam scilicet pestilentia ab aliis animalibus incipiat.

Liberationem à morbo impari numero fieri ex Homero.

211 ¶ Denique liberationem à morbo non pari, sed impari numero contingere notauit, cum scribit eodem lib. 1. Iliados,

Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο.

Nouem dies quidem per exercitum ibant sagitta Dei.

Locus Hippocratis.

Nam vt tradit ipse Heraclides Ponticus cum locum enarrans in libro suprà citato, experientia sigillatim collecta notissimum est impares dies decretorios esse solere. Et vt præterea scribit Hippocrates Aphor. lib. 4. c. 61. πυρέσσοντα ἢν μὴ περισσῇσιν ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν ἔωθεν, id est, febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidiuare: vbi tamen Gal. dubitans sitne is Aphorismus supposititius, mauult in eo legere κρισίμοις, id est, decretoriis, siue iudicatoriis, quàm περισσῇσι, id est, imparibus, quem secutus est Oribasius, si eius sunt Commentarij, qui eius nomine circumferuntur, in illos Hippocratis Aphorismos.

Homerus sæpe Galeno citatus.

212 ¶ Non mirum igitur si Galenus ipse sæpius in suis libris Homerum citauit, præter loca iam suprà designata, nempe in lib. de Tabe, c. vlt. ex eo docens, Cibo, potu, balneo, molli lecto, & somno cor, epar, & in vniuersum, corpus totum humectari, & lib. de Alimentis 1. c. 9. non semel: & libro cui titulus est, Introductorium, post prin. iterúmque & sæpius. Et lib. de potentiis animalibus, vbi, Si quicquam (inquit) à Poëta scriptum dicitur, de Homero intelligendum est, quod etiam leges nostræ dicunt in prin. Instit. de iure nat. gent. & ciuili. Et li. de Simplicibus 10. c. 2. & in lib. Prognosticorum. c. 3. eodémque vlt. Et in lib. de Comete, in princ. & in lib. 6. Methodi. c. 6. & lib. 1. Commentariorum Hippocratis de natura hominis, & alibi sæpe. Sed & eum citat Alexander Trallianus lib 7. c. 16. & Paulus Aegineta lib. 1. c. 85. in fi. & Soranus Ephesius in Isagoge c. 16.

Et aliis medicis.

Homerus sæpe nostris legibus citatus.

213 ¶ Hunc quoque leges nostræ plurimi faciunt, vtpote quem sæpissime testem aduocant, videlicet in fi. procemij. ff. vbi eum vocant (quod iam diximus) parentem omnis virtutis: & in lib. 1. in tribus locis. ff. de contra. empt. & in l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. 3. & in l. legata. §. supellectilis. ff. de supel. leg. & in l. non facile. §. affines. ff. de gradi. affi. & in l. 1. ff. de donat. cau. mor. & in l. si vxor. ff. de adult. & in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis, vbi vocatur præcipuus poëtarum. & in l. qui venenum. ff. de verb. sign. vbi dicitur summus poëtarum: & citatur illo versu qui ad rem medicam pertinet ex lib. 4. Odysseæ,

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Pharmaca multa quidem salubria mixta, multa autem insalubria. Hactenus de Homero.

Virgilius medicus.

Dictamni vis, & natura.

214 ¶ Virgilius quoque Latinæ poësis antistes, & Homericę per omnia eruditionis maiestatísque imitator obseruantissimus, omni cura, omníque studio medicinæ operam dedit, sicuti testis est Seruius Maurus, siue is fuit Donatus, vt nonnulli cõtendunt in vita illius, & videre etiam licet passim ex suis scriptis, præter multa quæ iam in Homero diximus. Et inter cætera, cum non obscurè insinuat vim & naturam Dictamni, siue Dictami (vtrumque enim legitur,) & Panaces herbarum in curandis vulneribus, extrahendísque sagittis, dum scribit loquens de cura vulneris Aeneæ, lib. 12. Aeneidos,

Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo, non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ. Et paulo post,
Ambrosiæ succos, & odoriferam Panaceam.

Panacea vis.

Quam quidem vim ipsi quoque Dictamo tribuit Aristoteles lib. 9. de natura animalium, c. 6. & lib. mirabilis auscultationis, si is eius sit, c. 4. & Theophrastus lib. de historia plantarum 9. c. 16. Tullius de Natura deorum lib. 2. Dioscorides lib. 3. c. 33. Plin. lib. 25. c. 8. & lib. 26. c. 14. Plutarchus in libro, An in brutis insit ratio, & iterum in lib. de industria animalium. Aelianus de varia historia lib. 1. & Octauius Horatianus lib. 1. Euporistôn, c. 23. & idem, aut quod Gregorius Gyraldus mauult, Theodorus Priscianus lib. 4. de Physica scientia, nõ multo post prin. Et Panaceam quoque mederi vulneribus tradit Plin. lib. 26. c. 8. & iterum c. 14. in prin.

Cythisi vis. Loti vis.

215 ¶ Et vim quoque Cythisi, & Loti generando lacti probe cognouit, cum scribit lib. Georg. 3.

At cui lactis amor, Cythisum, lotósque frequentes
Ipse manu, salsásque ferat præsepibus herbas.

Cedri natura. Galbani natura.

Nam & Cythiso hanc vim inesse scribit Varro lib. 2. c. item 2. & Plin. lib. 13. c. 14. Et naturam quoque Cedri & Galbani fugandis serpentibus, eod. lib. 3. Georg.

Disce & odoratam stabulis accendere cedrum.
Galbaneóque agitare graui nidore Chelydros. Hanc enim illis vim esse tradit Plinius lib. 12. c. 26. & lib. 24. c. 5. & præterea Galbano Dioscorides lib. 3. c. 96. Et alibi ipse Virg. lib. 4. eiusdem operis Georg. ipsius Galbani odores medicatos intellexit,

Hic iam

Hic iam Galbaneos suadebo incendere odores. De quo & tu vide Columellam lib. 5. c. 11. Sed & vim aliarum multarum herbarum significauit in Moreto.

216 ¶ Et cũ multis in locis ostendit fluxũ sanguinis aquarũ frigore cõtineri ac sisti, vt li. 3. Aenei.
Luminis effossi fluidum lauat inde cruorem.
Et apertius lib. 10. de Mezentio vulnerato loquens,
Interea genitor Tyberini ad fluminis vndam
Vulnera siccabat lymphis.
Vbi Seruius dicit eum physicè loqui. Et iterum lib. 12. de Aenea vulnerato,
Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapis.

Aqua frigida fluxum sanguinis sisti ex Virgilio.

217 ¶ Cum item intellexit aquam cursu exercitam esse salubriorem, lib. 3. Georgicon,
Pocula sunt fontes liquidi atque exercita cursu
Flumina. Nam & medici aquas profluentes laudant: stagnantes autem & pigras vituperant. Plinius lib. 31. c. 3. in prin. Oribasius lib. 1. Euporiston. Nam vt dicit ipse Plinius, vbi suprà, cursu percussúque ipso extenuantur, atque proficiunt.

Aqua cursu exercita salubrior ex Virgilio.

218 ¶ Cum etiam partem & significatiuam & causatiuam huius artis demonstrat non secus ac Homerus, lib. 3. Aeneidos, vti & in Homero recensuimus suprà, num. 161.
—Subito cum tabida membris
Corrupto cæli tractu miserandáque venit
Arboribúsque, satisque lues, & lethifer annus:
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant.
Corpora. Tum steriles exurere Syrius agros. Et rursum lib. 10. Aeneidos,
Non secus ac liquida si quando nocte Cometa
Sanguinei lugubre rubent, aut Syrius ardor
Ille sitim morbósque ferens mortalibus ægris
Nascitur.

Significatiua pars medicina Virgilio nota.

219 ¶ Sed & is probe nouit vnde melancholię morbus prodeat, cũ scribit de Hercule li. 8. Aeneid.
Hic vero Alcidæ furiis exarserat atro
Felle dolor. Quem locum in id expendit Cælius Aurelianus lib. 1. Chronion c. 6. Nec ignorauit herbas montanas, id est, in montibus nascentes viribus cæteras ad rem medicam antecellere, cum lib. 7. Aeneidos,
—Neque eum iuuere in vulnera cantus
Somniferi, & Marsis quæsita in montibus herba.
Nam & id obseruandum monet Dioscorides in præfatione.

Herba montana cæteris salubriores.

220 ¶ Quin is intellexit quibus partibus corporis somnifera pharmaca sint admouenda, nempe temporibus, cum scribit haud multo ante fi. lib. 5. Aeneid.
Vique soporatum Stygia super vtraque quassat
Tempora, cunctantique natantia lumina soluit.
Ex quo etiam intelligis huiuscemodi pharmaca esse noxia atque lethalia, nisi modus adhibeatur, cum dicit, Víque sopotatum, id est, vt interpretatur Seruius, morte plenum, & rectè, nemo enim nescit Stygem fontem esse Arcadiæ, cuius aqua venenum est præsentissimum: vt tradit Plin. lib. 2. c. 103. & lib. 31. c. 3. & Pausanias lib. 8. qui est de rebus Arcadicis, & Seneca li. 3. Naturalium quæstionum & Q. Curtius lib. 10. ad fi. Et cuius haustu Alexander Magnus periisse dicitur, vt tradit idem Plinius lib. 30. c. vlt. in fi. Piscésque eius fontis lethales esse tradit Theophrastus, & ipse Seruius in sexto Aeneidos. Ob hæc & mors Stygia dicta est Ouidio, lib. 3. Meta. Quantum autem sit periculi in iisce pharmacis soporiferis, docet Gal. lib. 12. Methodi, & cæteri medici vbique. Is autẽ & in nostris quoque Legibus & Canonibus nonnunquam citatur, vt in l. in tantum. §. vlt. ff. de rer. diui. & in c. nunquam, de consec. distinct. 5.

Pharmaca somnifera temporibus admouẽda.
Eadẽ sunt noxia.
Styx fons lethalis.

221 ¶ Melampus siue Melampodes Argiuus inter poëtas ante Homerum vetustissimus, vt qui multis versuum millibus de Saturno, raptu Proserpinæ, Cereris luctu, eiusdémque mysteriis, & aliis multis scripsit, atque in re medica inter excellentissimos adscriptus à Virgilio lib. 3. Georgicorum, cum de pestilentia agit,
Quæsita que nocent artes, cessere magistri
Phillyrides Chiron, Amythaoniúsque Melampus.
Nam & hic Amythaonis & Aglaiæ, vel vt alij dicunt, Idotheæ filiæ Abantis filius, qui vt scribit Homerus lib. 15. Odyssex, Lysippen, Iphionem, & Iphianassem, & vt alij addũt, Moeram, Euriden, siue Enrialen, Elegen, & Celænen Proëti Argiuorum Regis, & StenobϾ filias ab insania, qua iam decem annis vexabantur, curauit. Vnde & καθαρτὴς à Græcis ideo dictus, id est, purgator, quod eas lustrationibus purgasset, vt tradit Seruius in interpretatione illius loci Virgiliani. De qua re etiam Ouidius 15. Meta.
Clitorio quicunque sitim de fonte leuarit,
Vina fugit, gaudétque meris abstemius vndis:
Seu vis est in aqua calido contraria vino,

Melãpus.

Siue, quod indigenæ memorant, Amythaone natus
Prœtidas attonitas postquam per carmen & herbas
Eripuit furiis, purgamina mentis in illas
Misit aquas, odiúmque meri permansit in vndis.

Et aliquid quoque memorat Herodotus lib. 9. & Vitruuius lib. 8. c. 3. Et Apollodorus Atheniensis in eo lib. cui est titulus Bibliotheca, vbi & illud scribit, Melampum primum docuisse medicamentis & purgationibus sanare. Pausanias in Arcadicis, vbi idem dicit. & Lactantius Statij interpres lib. 3. Thebaidos vbi & huoc herbariæ artis peritissimum fuisse scribit. Et Aelianus in Omnifera historia, & Plin. lib. 25. c. 5. vbi eum dicit illas filias sanasse lacte caprarum vescentium belleboro, quod hinc Melampodion vocatum est, quod scilicet eo Melampus Prœtidas furentes curasset. Quod & intelligi potest ex Dioscoride li. 4. c. 117. qui & hinc quoque dicit eam herbam Prœtion dictam: quibus locis ipsi Dioscorides & Plinius videntur voluisse hunc Melampum pastorem fuisse. Quanquam scio Sextum Pyrrhonium, qui dictus est Empiricus, Pyrrhoniorum lib. 4. scripsisse authoritate Polyanthi Cyrenæi, in lib. de Asclepiadarum genitura, illas Prœti filias ab Aesculapio fuisse curatas. Illud autem constat, Melampum rerum arcanarum fuisse peritissimum. Nam Porphyrius lib. 3. scribit illum brutorum sermonem probe nouisse & intellexisse. Synesius in libro de somniis, illius, tanquam somniorum interpretis doctissimi meminit. De eo quoque scribit Pausanias in Corinthiacis, Eustachius, & ante hos Diodorus lib. 5. quod Anaxagora ipsius Prœti filio Argis imperante, cum furor incidisset mulieribus quæ ex domibus erumpentes per regionem vagabantur, eas morbo sanarit. Ob quam rem ipse, & Bias frater pares imperij partes, cum Anaxagora sunt consecuti. Cur autem Melampus vocatus sit, declarant Derachides, & Theocriti interpres Idyllio 3. Sed & si de illo plura scire velis, lege Apollonij interpretẽ li. 1. Argonauticorũ, Pausaniam in Arcadicis, Stephanum in dictione λυ-τοὶ, & in Azania. Huius etiam meminit Homerus lib. 15. Odysseæ. Ex quo intelliges eum fuisse ante tempora Troiana. Et illum inter veteres medicos ponit Gal. aut quisquis est, in Introductione, siue Medico, post princ.

222 ¶ Diagoras Milesius poëta Medicus, & idem Philosophus, de quo plura Suidas. Hũc sæpius
Diagoras. in rebus medicis citant Dioscorides, Plin. & Serapio & Aëtius Tetrabibli. 2. Serm. 3. c. 108.

223 ¶ Empedocles, Pythagoræ, vt Tymæus dicit, auditor, quem suprà diximus fœminam mor-
Empedocles. tuam iterum ad vitam reuocasse. De quo & illud præterea legimus, quod quum sedasset pestilentiam apud Selenuntios Siciliæ populos exortam ex propinqui fluminis fœtore & graueolentia, ei Selenunij diuinos honores detulerũt. vt tradit Diodorus Ephesius, & post eum Laërtius, qui & illum tradit ad sexcentos versus de medicina scripsisse, professúmque fuisse (ex Satyri authoritate) pharmaca, quibus & morbi, & senectus arcerentur, vt iam mirum videri debeat, quod adeo medicos laudaret, vt scriberet,

Εἰς δ' τέλος μάντιές τε, καὶ ὑμνοπόλοι, καὶ ἰητροί: &c.
Hymnidici vates, artis medicæque periti
Mortales cunctos primi post terga relinquunt,
Sunt vbi Dij superi magnis in honoribus aucti.

Cuius sententiæ mentionem fecit Theodoritus de martyribus. Eum inter cæteros citat Aurelianus lib. Chronion 1. c. 5.

224 ¶ Aratus poëta & ipse Græcus Olympiade 124. regnante in Macedonia Antigono Demetrij
Aratus. Poliocetæ filio, inter cætera ipsius opera versus in medicina conscripsit, quæ ad compositionem Theriacæ pertinent, authore Suida, & Galeno lib. 2. Antidotorum. Et eum ex libris de Medicina scriptis citat Iulius Pollux lib. ὀνομαστικῶν 2. c. 21.

225 ¶ Eudemus qui versibus scripsit de Antidotis, vt tradit Gal. lib. 2. Antidotorum.

Eudemus. 226 ¶ Alcæus quem citat Plin. lib. 22. c. quoque 22. quisquis is fuit, siue ille Atheniensis poë-
Alcæus. ta, Tragicus, siue vnus ex duobus Scenicis, siue alius, fuere enim plures Alcæi poëtæ, vt videre poteris apud Gregorium Gyraldum ex vetustis scriptoribus.

227 ¶ Ptolemæus Cytherius poëta inter alia ipsius opera scripsit de psalacante herba, & ipsius mi-
Ptolemæus Cytherius. randis virtutibus, vt tradit Suidas. Quæ autem ea herba sit, non facile est dicere: nisi forte pyrachante legas, id est, scolymo, cuius meminit Dioscorides.

228 ¶ Seruilius Democrates, aut vt alij appellant, Damocrates, qui plurimos libros versibus Iam-
Democrates. bicis trimetris de emplastris Græcè scripsit, & in his librũ qui Clinicus inscribitur, & librum qui Pythius appellatur, & alium qui Philiatrus, id est, rerum medicarum studiosus: ex quibus sæpe illum citat Gal. in libris de compositione medic. secundum locos, & in lib. de compos. medic. secundum genera, & lib. de commoditatibus Theriacæ ad Cæsarem, in quo illum dicit optimum medicum: & Plin. lib. 24. c. 7. ex quo intelliges illum eius tempore vixisse: & lib. 25. c. 8. & Aëtius Tetrabibli. 4. Serm. 1. c. 111.

229 ¶ Nicander poëta Colophonius, qui tempore Attali iuuenis illius qui Gallogræcos deuicit,
Nicander. carmine quoque scripsit de Theriaca contra venenum, & curationum collocationes, & Alexipharmaca quæ etiamnũ extant, & Prognostica Hippocratis versibus quoq; ædidit, aliaq; cõ plura,

plura, vt scribit Suidas. Et huius meminit Cicero in lib. de oratore, & Gal. li. 2. de locis affectis.

230 ¶ Aemilius Macer Veronensis poëta sed Latinus, illum, vt tradit Quintilianus li. 10. c. 1. imitatus, de venenatis animantibus, ac de herbis, atque etiam de auibus scripsit: non tamen eum librum, qui sub eius nomine de herbis hodie circumfertur. Macer enim fuit eo tempore, quo Tibullus & Ouidius, qui de eo loquitur lib. 4. Tristium elegia. 9. *Macer.*

Sæpe suas volucres legit mihi grandior æuo,
Quæque nocet serpens, quæ iuuet herba, Macer.

Et iterum lib. 4. de Ponto, eleg. 16. eadémque vlt.

Cum foret & Marsus, magnique Rabirius oris
Iliacisque Macer.

Atque illum citat Galenus lib. 6. pharmacorum, & Plinius sæpe. Scribitq; Eusebius Cosmographius illum paucis annis post Virgilium obiisse. Et tamen ille suppositius liber citat Plinium, qui aliquantò post fuit. Imò & Galenum, & Oribasium, aliósque qui longo pòst tempore fuère, sæpius testes affert. Is tamen liber alioqui non malus est, tametsi non satis Latinus in multis.

231 ¶ Ouidium quoque poëtam non immerito in hunc ordinem asciscemus, vel authoritate Plinij qui lib. 30. cap. 4. eum laudat authorem cuiuspiam medicinæ inibi descriptæ. Sed & eum sæpe citat ex volumine de piscibus quod Halieuticon inscribebatur, videlicet lib. 32. cap. 2. in prin. & c. vlti.

232 ¶ Andromachus Cretensis Neronis Archiatrus, id est, primarius medicus, cui salutiferam illam Theriacæ compositionem acceptam ferunt medici, quam Græcis versibus ad Neronem scripsit, quos Galenus in suum librum de Theriaca, & in librum 1. Antidotorum integros transposuit. Ita autem de eo loquitur statim post prin. lib. de Theriaca, quòd medicam artem non solùm experientia rerum probè calluit, sed etiam sermonis elegantia rationem in ipsis copiose exercuit quinque libris. *Andromachus.*

233 ¶ Petricius & Dorotheus carminibus in medicina scripserunt, vt videre licet ex Plinio illos citante lib. 22. c. item 22. Ille autem alicubi Petreius, & alibi item Petridius, & Patridius, atq; etiam Petroclius nuncupatur, errore librariorum: & Ophiaca scripsit sæpius à Plinio citata, & inter cætera lib. 20. c. 23. *Petricius Dorotheus.*

234 ¶ Cecilius Argiuus versibus scripsit de piscibus apud Suidam. *Cecilius.*

235 ¶ Rufus Ephesius qui tèpore Traiani floruit, præter multa ab eo scripta in medicina à Suida collecta, quinq; libros de herbis hexametris versibus scripsit, vt tradit Galenus in præfatione lib. 6. de simplic. medic. facultatibus. Is sæpius citatur ab ipso Galeno, qui & quosdam eius versus citat lib. 1. Phar. κατὰ τόπους c. 5. Oribasio, Paulo Aegineta, Aetio, & aliis. Huius autē Rasis, libr. 9. Continentis, dicit esse libros illos diuinos περὶ ὑγιεινῶν, qui Galeno vulgò adscribuntur. Huiúsque cum laude meminit ipse Galenus in ingressu libri de melancholia. *Rufus Ephesius.*

236 ¶ Silius Italicus se medicinæ peritum ostendit, cum scribit lib. 5. Punicorum, de Synalo Hannibalis medico, *Silius Italicus.*

Mulcebat lympha purgatum sanguine vulnus.

Et rursum lib. 6.

—Nunc purgat vulnera lympha,
Nunc mulcet succis, ligat inde, ac vellera molli
Circundat tactu, & torpentes mitigat artus.
Exin cura senis tristem depellere fesso
Ore sitim, & parca vires accersere mensa.

Hæc enim omnia ex arte medicinæ facta sunt, vt de aquæ inspersione diximus in Virgilio. Et de cæteris satis constat ex medicorum libris. Quis enim non didicit ex Plinio libr. 29. cap. 2. quantum lana succida prosit vulneribus: quis, inquam, quantum commendetur diæta parca & tenuis vulneratis, &c.

237 ¶ Marcellus Sidites, aut vt alij volunt Sidetes, qui, vt author est Suidas, Marco Antonino imperante scripsit Heroico carmine de medicina lib. 42. & huius etiam meminit Hieronymus lib. 2. in Iouinianum. *Marcellus Sidites.*

238 ¶ Philo Tharseus qui versibus elegiacis ænigmaticè scripsit in medicina, ex quibus illū citat Galenus lib. 9. περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους, id est, de compositione medicamentorum secundùm locos c. 4. vbi eius ænigmata scienter declarat. Sed & illum citat Aëtius. Philonem autem simpliciter appellant Paulus Aegineta, & Alexander Trallianus. Hunc de herbis scripsisse tradit Epiphanius Cyprius libr. Hæreseon 1. post princ. *Philo Tharseus.*

239 ¶ Philotas qui etiam carminibus medicamenta scripsit, apud Gal. in eodem opere lib. 5. ca. 7. *Philotas.*

240 ¶ Petronius Arbiter cuius fragmēta quædā de medicina versibus cōscripta etiamnum extant. *Petronius Arbiter.*

241 ¶ Quintus Serenus Sammonicus Gordiani Iunioris Imp. præceptor, vt testis est Spartianus in Caracalla. Cuius & hodie supersunt libri versibus hexametris de re medica conscripti. *Quintus Serenus.*

242 ¶ Timaristus qui carmine de herbis scripsit, teste Plinio lib. 21. c. 31. *Timaristus.*

243 ¶ Periander medicus in primis celebratus, quem cùm poëticæ & cōponendis carminibus sese dedisset, Archidamus Agesilai filius hac fermè sententia compellauit, τί δήποτε ὦ Περίανδρε, *Periander.*

ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ, κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς, id est, Quid tandem ô Periander, pro elegãti medico malus poëta dici cupis. Author Plutarchus in apophthegmatis ipsius Archidami.

244 *Rhamnius Famnius.* ¶ Rhamnius Famnius, aut vt in quibusdam codicibus legitur, Flauius cognomento Grammaticus de medicinalibus librum eleganti carmine ad Lactantium Firmianum scripsit, vt tradit D. Hieronymus in catalogo, quo loco de ipso Lactãtio loquitur, & in li. 2. in Iouinianũ

245 *Ionicus.* ¶ Ionicus Sardensis medicus poëta nõ incelebris, & qui inter cęteros ab Ennapio celebratur.

246 *Morsinus.* ¶ Morsinus Atheniensis Philoclis nepotis ex fratre, aut sorore Aeschyli filius, poëta Tragicus, qui & ipse operã medicinæ dedit, vnde vt ocularius medicus medicinas oculis exhibebat, vt scribit Suidas.

247 *Vindicianus.* ¶ Vindicianus qui ad Valentinianum Imperatorẽ versibus latinis scripsit de medicina, cuius fragmenta quædam habemus. Isque fuit ipsius Valentiniani comes Archiatrorum, vt diximus suprà in Aesculapio: huiúsque quosdam versus adduximus suprà in Achille. De eo est illud Diui Augustini ad Marcellinum testimonium, Magnus, inquit, ille nostrorum temporum Vindicianus. Sed & eius meminit Octauius Horatianus lib. 4. statim post prin. & Marcellus lib. Medicamentorum c. 16.

248 *Ausonius.* ¶ Decius Ausonius Gallus Burdegalensis poëta laudatissimus, medici filius, & ipse quoque, vt plerique credunt, medicus. quod & multa ipsius epigrammata insinuare videntur. Nam & Marcellus & ipse Burdegalensis, in libro de medicamentis in prin. rursúmque ca. 25. Ausonium medicum citat, siue is fuit poëta, siue pater eius.

249 *Heliodorus* ¶ Heliodorus Atheniẽsis poeta Tragicus de compositionibus antidotorum versibus scripsit, ex quibus nonnullos citat Galenus li. 2. Antidotorum. Sed & ἀπολυτικὰ, id est, Resolutoria scripsit ad Nicomachũ, vt idem Galen. tradit, in quibus planè ostendit quanta artis medicinæ religione teneretur, ne videlicet inquinatas manus haberet, quod & suo iureiurando Hippocrates præceperat. Eos versus Grego. Gyraldus ita vertit,

Non per, qui Deus est in Tricca, haud pérque ferentem
Solem cœlicolis lucem mortalibus almam,
Non per sceptra deûm, quæ fert Saturnia proles,
Non quisquam me induxit donis, méve coegit
Gratiá amicitia cuiquam nocuisse medendo.
Sed sanctas nunc clara manus ad sydera tollo,
Impolluta mihi vitio super omnia mens est.

Tricca autem, vt id intelligas, oppidum fuit Thessaliæ, vbi Aesculapius Tricceus colitur, vt testis est Strabo.

250 *Ioannes Vrsinus.* ¶ Ioannes Vrsinus, cuius opus est, Prosopopœia animalium versibus elegiacis, & quędam elegiæ de peste, & alia plura.

251 *Strabus.* ¶ Strabus Gallus, cuius est Hortulus amœnissimus versibus hexametris, de quarundam herbarum viribus.

252 *Flauius.* ¶ Flauius cognomento Grammaticus, qui cum Lactantio sub Domitiano Romã accitus est, de medicinalibus libros versibus composuit, vt tradit Hieronymus in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum. Hic, ni fallor, est Rhamnius. de quo dixi nu. 232.

Philes. ¶ Philes qui ad Michaelem Imp. Græcè scripsit versus senarios, de animalium proprietate.

254 *Aegidius.* ¶ Aegidius Monachus Benedictinus, natione Græcus, qui carminibus scripsit libros duos, alterum de pulsibus, alterum de vrinis, in quos Gentilis Fulgineas commentarios ædidit.

255 *Hieronymus Fracastorius.* ¶ Hieronymus Fracastorius, Veronensis qui hisce nostris temporibus scripsit versibus, & iis quidem elegantissimis, libros 3. quibus titulum fecit, Syphilis, siue de morbo Gallico. Sed & Homocentrica scripsit, & de causis criticorum dierum per ea quæ in nobis sunt. Et de Sympathia li. 1. & de contagione & contagiosis morbis, corúmque curatione lib. 3.

256 ¶ Lucas Valentinus Dertonensis qui de compage & vtilitate membrorum carmina scripsit, atque vt tradit Lilius Gyraldus li. 1. de Poëtis nostri temporis in tam sterili ac difficili materia non admodum inquinatè pedem extulit.

PHILOSOPHI MEDICI.

257 *Pythagoras* ¶ SED multos & eos quidem primos atque præcipuos ex antiquis sapientiæ professoribus huius artis fuisse peritos, atque ex iis plurimos in ea quoque libros edidisse comperimus, medendi quidem scientiam ceu sapientiæ partem, vt scribit Cornelius, arbitrantes. Inter quos Pythagoras, qui primus, vt scribit Plinius lib. 24. c. 17. & lib. 25. c. 2. volumen de herbarum effectu composuit, Apollini, Aesculapio, & in totũ Diis immortalibus inuentione ac origine assignata. Ideò & Laertius in vita ipsius scribit eum medicinam minime neglexisse: Illúmq; sępe citat Plinius in materia medica, vt lib. 20. c. 9. & 13. & 17. & 20. & 22. in prin. & Cælius Aurelianus lib. Chroniôn 5. c. 1. Aelianus autem li. 9. de varia historia tradit Pythagoreos summum studium in medendi facultatem impendisse.

258 *Empedocles.* ¶ De Empedocle philosopho celebratissimo ipsius Pythagorę discipulo inter poetas diximus.

¶ Plato

259 ¶ Plato philosophorũ Deus, quem medicinæ artem probè nouisse liquidò cõstat cùm ex aliis suis operibus, tum verò ex Timæo, in quo definit quid sit sanitas corporis, quid morbus: distinguit febrium aliorúmq; morborum species, singulorúmque rationes assignat: atque de pharmacis multa scribit, & alia pleraq; ad medicinam pertinentia. Præterquam quòd is ab Epicrate Ambraciota mediæ comœdiæ poëta suggillatus est, ob id quòd animalium vitas, plantarúmque, atque herbarũ naturas curiosius inuestigaret. Galenus in lib. 7. κατὰ γένη. cap. 2. Catapotium Platonis describit, & alibi sæpe illũ citat. Aelianus libr. 9. variæ historiæ scribit illum plurimum curæ in medicinam contulisse. *Plato.*

260 ¶ Speusippum Atheniensem Platonis in schola successorem, & ipsum philosophum celeberrimum, qui ob eandem causam ab eodem Epicrate reprehensus est. *Speusippus*

261 ¶ Epicharmus Cous & ipse auditor Pythagoræ, qui, vt scribit idem Laërtius, Commentarios reliquit de natura rerum, atque de medicina, quos adhuc dicunt extare in bibliotheca Vaticana. Eum citat Plinius inter medicos li. 20. c. 9. non semel, & alibi sæpe. *Epicharmus.*

262 ¶ Democritus, qui & de herbarum vi & effectu composuit, vt tradit Plinius, libr. 25. c. 1. multósque de medicinalibus libros ædidit, vt prodidit Laertius, huiúsque discipulum Hippocratem fuisse sunt qui existimant, vt tradit Celsus. Apud hunc compositio medicamenti inuenitur, quo pulchri boníq;, & fortunati gignantur liberi, vt tradit Plinius lib. 26. cap. 4. quod quidem medicamentum, si quis fortè scire desiderat, idem Plinius lib. 24. describit. c. 17. vide etiam ibi. c. 7. Huius quoque antidotũ ponit Auicenna, li. 5. nisi alterius sit. Huncq; sæpe citat Plinius in re medica, vt lib. 20. c. 3. & c. 14. & Aurelianus lib. Chronion 4. c. 1. ex libro de Elephãtiacis, si tamen (inquit) eius is liber sit. & lib. Oxeon 3. c. 15. & alibi sæpe. Hunc tanti fecit Hippocrates, vt cùm Doricus esset, tamen lingua Ionica suos libros scripsit in gratiam Democriti, vt tradit Aelianus li. 4. Variæ Historiæ. *Democritus.*

263 ¶ Timæus Locrensis, cuius nomine Plato librum inscripsit de natura. Huius vel alterius eiusdem nominis compositionem describit Cornelius Celsus, lib. 5. Hunc citat Alexander Trallianus lib. 11. *Timæus.*

264 ¶ Alcmeõ Crotoniata Pythagoræ & ipse auditor, plurimùm in medicina versatus, qui primus vt tradit Fhauorinus in omnimoda historia, & eius autoritate Laertius, de naturę ratione scripsit. Quíque singulis humani corporis membris atque articulis relectis, intimis omnium partium vitalium scrutatis, primus cadauerum lacerationem, quam Græci Anatomiam vocant, excogitauit. Huius aut alterius Alcmeonis sententias in medicina citat Stobæus, Ser. 98 qui est de morbis, & Ser. seq. qui de sanitate est. *Alcmeon*

265 ¶ Aristoteles Stagirita, alter Platonis discipulus, de quo non necesse est plura dicere, cùm eius libri maxima ex parte extent, ex quibus satis apparet qualis quãtúsq; fuerit in philosophia, & in medicina. Illud tãtùm dixerim, illum originem duxisse ab Aesculapio, & Machaone eius filio, vt tradit Hermippus, & eius autoritate Diogenes Laertius in vita ipsius, statim in prin. vt verisimilius sit illum arti medicæ, quæ illi hæreditaria erat, impensiùs operam dedisse. Nam & hic patrem, & filium habuit medicos, vtrosque Nicomachos dictos, vt posteà dicemus. Aristotelis antidotum adscribit Auicenna lib. 5. Illum autem tradit Laertius, vbi suprà, conuixisse Amyntæ medicinæ gratia, vbi etiam illum dicit scripsisse duos libros inscriptos, Medicinalia, vt traduxit Ambrosius, quamuis Græcum aliud significet. *Aristoteles*

266 ¶ Theophrastus eiusdem Aristotelis discipulus, & successor in scholæ regimine, cuius opus de plantarum historia eum fuisse maximum medicum ostendit: præterquam quod fuit præceptor illius Erasistrati illustrissimi medici, vt nonnulli autumant, à quibus minimè dissentit Diogenes Laertius in vita ipsius Theophrasti, in fi. Eum sæpissime citat Galenus in libris Simplicium medicamentorum. *Theophrastus.*

267 ¶ Strato Lampsacenus Theophrasti ipsius successor physicus appellatus, quòd in ea speculatione præ cęteris diligentissimè versatus est, scripsit de morbis, vt tradit Laertius. *Strato.*

268 ¶ Eudoxus Gnidius, qui vt idem Laertius tradit præter philosophiam & medicinæ quoque peritissimus, Philistionéque Siculo medico præceptore vsus. *Eudoxus.*

269 ¶ Heraclides Ponticus quem Galen. lib. de locis affectis. 6. citat, in eo libro cui titulus est, περὶ τῆς ἄπνου. id est, de perdita spiratione, quem & suprà post Laertium citauimus. Sed & in medicina quoque scripsit librum de causis morborum, vt tradit idem Laertius in vita ipsius. *Heraclides*

270 ¶ Simon Atheniensis philosophus, vel ex hoc medicinæ peritus videri potest, quòd librum περὶ εὐεξίας, id est, de bona valetudine, siue malis, de bona corporis dispositione, scripsisse dicitur Laertio in vita ipsius. *Simõ Atheniensis.*

271 ¶ Metrodorus & ipse Atheniensis Epicuri discipulus, qui inter cętera ipsius opera libros tres ad medicos scripsit, vt scripsit idem Laertius in vita ipsius Epicuri, illúmq; sępe aduocat Plin. *Metrodorus.*

272 ¶ Apollonius Tyaneus philosophus Pythagoricus, quem satis constat ex Philostrato medicinæ fuisse non imperitum. *Apollonius Tyaneus.*

273 ¶ Epimenides Cretensis, quem herbarũ peritum fuisse Indicio est herba Epimenidia dicta, de qua Theophrast. lib. Hist. plant. 7. c. 11. quòd verisimile sit eam eiúsque vim medicam cõperisse. *Epimenides.*

274 *Plutarchus.* ¶ Plutarchus Cheronensis, quem cæteris omnibus philosophis anteponere, aut certè æquare ausus fuerim, medicum se optimum ostendit in eo lib. quem de tuenda bona valetudine eleganter & doctè conscripsit, atque etiam in Problematis Sympostacis quæ maxima ex parte medicinâ constant.

275 *Sextus Cheroneus.* ¶ Sextus & ipse Cheroneus, ipsius Plutarchi ex sorore nepos philosophus Platonicus, qui librum fecit de medicinis ex animantibus bestiis, pecoribus, & auibus, quem & hodie habemus, ex eóq; sæpe citatur à Petro Hispano, in Thesauro pauperum: & Petro Largilata in sua Chirurgia. In eum librum scholia scripsit Gabriel Humelbergius.

276 *Michael Psellus.* ¶ Michaël Psellus philosophus Peripateticus cuius in philosophia multos libros habemus, scripsit de victus ratione déque facultatibus & succi qualitate alimentorum, quem Georgius Valla Latinum fecit. Sed & aliud opus ex libris medicinalibus ordine alphabeti, quod asseruati in bibliotheca Vaticana feruntur.

277 *Apuleius.* ¶ Apuleius Madaurensis, qui in Apologia prima asserit se medicinæ neque instudiosum neq; imperitum. Habemus librum de herbis Apuleij nomine, sed hic non fuit, sed alius, de quo posteà dicemus.

278 *Poles.* ¶ Poles siue Polles (vtrũq; enim seperimus) philosophus idémq; medicus, & qui in medicina quædam scripsit, vt tradit Suidas. Hunc citat Aëtius Tetrabibl. 4. Ser. 3. c. 14. non semel.

279 *Trachius.* ¶ Trachius philosophus, & idem quoque medicus Martyrius, ab Aëtio atque etiam Alexandro Tralliano citatus. Sed & ipse Trallianus nonnunquam Martyrium simpliciter citat: in Codice autem Græco eiusdem Tralliani lib. 11. quo de podagra, non Trachij sed Heraclidis legitur, vt suprà diximus in Heraclide, Verùm Albanus Thorinus Trachium vestis.

280 *Comon.* ¶ Comon item philosophus & medicus à Galeno memoratus, in libro de medicamentorum compositione secundum locos.

281 *Azaricon. Andrizeas.* ¶ Azaricon quoque, & Andrizeas, vterque item vtroque titulo insignitus ab eodem, si is est, in lib. de medicinis expertis.

282 *Proclus.* ¶ Proclus ille Philosophus Platonicus famatissimus, nisi alius sit, & quẽ inter Methodicos annumerat Galenus in Introductione siue Medico. Sed & Proclus eidem Galeno citatur. libro Methodi 1. & Paulo Aeginetæ lib. 3. cap. 77. & lib. 7. cap. 11.

283 *Theodotius.* ¶ Theodotius Alexandro Tralliano citatus cum ea adiectione philosophus lib. 11. Hunc sut alium Theodotium simpliciter citant Aëtius Tetrab. 2. Ser. 2. c. 54. & Rasis lib. 1. Continentis c. 1. & 4. & sæpe aliàs.

284 *Alexãder Aphrodisæus.* ¶ Alexander Aphrodisæus, qui primus omnium Aristotelem anteà viris doctis magis laudatum, quàm intellectum commentarius enarrauit. Cuius & in medicina libros de febribus hodie habemus. is fuit sub Seuero & Antonino Imperatoribus.

285 *Porphyrius.* ¶ Porphyrius ab Octauo Horatiano. aut vt aliis placet, Theodoro Prisciano citatus. lib. 4. de Physica scientia ad Eusebium filium, de quo non opus est multa dicere, cùm libri eius extent imprimis commendati. sed illud omnium pessimum habuit, quòd religionem nostram Christianam multis conuiciis insectatus est.

286 *Epicurus.* ¶ Epicurus propè nobis excidit magni nominis philosophus. Hunc fuisse medicinæ peritum, satis constat ex eo quòd Galen. in Parua arte illum citat in tractatione concubitus. & Epicurum medicum citat Gal. lib. 5. de composit. medicam. secundum genus, nec de vllo alio Epicuro medico legimus. Hunc Laertius in eius vita tradit scripsisse librum de Plantis.

287 *Medicina philosophia est.* ¶ Et alij innumerabiles philosophi non ignobiles, qui in hac arte pariter ac in philosophia aut scripserunt, aut aliàs se exercuerunt. Medicina enim ipsa philosophia est, aut certè vtraq; alteri tam arctè támque tenacites coniungitur, cohæset, copulatur, vt ne tantillùm quidem diuerti, seiungi, segregari possint. Meritóque Plato, Aristoteles, Galenus, vt plerique citãt, aut veriùs Ioannes Alexandrinus in Commentarius in librum Hæreseon. philosophiam & medicinam sorores esse dicebant, alteram animi, alteram corporis conseruatricẽ. Et proptereà *Philosophia & medicina sorores.* philosophia medicina animi dicitur Tullio, lib. 3. atque iterum 4. Tusculanarum quęstionum, & Ioanni Alexandrino, vbi suprà, in id Aristotelem citanti. Medicina verò est medicina corporis, vt iidem Aristoteles, & Io. Alex. ibi diffinierunt, & prætereà Diocles Carístius ad Antigonium Regẽ, dum vocat medicinam philosophiam salubria docentem. Ex quo etiã Galen. librum ædidit hoc titulo, Quòd optimus medicus idem sit & philosophus. Quibus etiam cõcinit Græcum Diogenis Laertij epigramma in laudem Platonis æditum, quo significatur Phœbum genuisse Aesculapium, & Platonem: vt ille corporibus, hic animis mederetur,

Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα,
Τὸν μὲν ἵνα ψυχὴν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σάοι.

Nec ab his dissidet quod scribis Isidorus non omnino malus author. lib. Etymolog. 4. cap. 13. eodémque vlt. Medicinam esse secundam philosophiam. Vtramque enim disciplinam totum hominem sibi vendicare. Nam sicut per illam anima, ita per hanc corpus curatur.

288 *Decadẽre.* ¶ Et profectò sicut philosophus (quemadmodum subdit Ioannes Alexandrinus) festinat curare animi morbos, Græci πάθη vocant, qui multi & diuersi sunt, vt ægritudo, metus, lætitia gestiens,

gestiens,& libido,quam alij cupiditatem vocant,& quæ his quatuor subiiciuntur:Sic & medicus philosophatur,vt ita dixerim, circa corpus hominis, primùm inquirent elementa, secundum temperationes, humores, membra, operationes, vtque sanet corporis ægrotationes excogitat.

Infinita medicamentorum genera à medicis excogitata.

Acharista celebrata Cornelio Celso lib.6.c.5.Gal.lib.4. pharmacorum κατὰ τόπους. ca.6.& 7. Aëtio Tetrabibl.2.Ser.3.c.109.& Tetra.4.Ser.1.c.109.Marcello c.8.& 20.ita dicta quòd non satis digna gratia illis referri queat.

Acopa vnguenta euaporantia,quasi sine labore dicas,quæ ad lassitudinem præsertim neruorum illitu leuandam,& dolorem leniendum maximè prosunt.sic dicta,quoniam contra κόπους id est,labores & lassitudines in vsu sunt,atque mediam inter Cerota & emplastra consistentiam habent,vt scribit Paulus Aegineta.libr.7.c.19.post prin. Et quamuis in principio ita appellata sint,tanquam lassitudines emendantia,tamen paulatim appellationem suam à seipsis extenderunt ad similia compage medicamenta,etiam si gratia vehementer calfaciendi assumantur,vt scribit Galenus lib.7.Phar.κατὰ τόπους.c.1.De quo & tu illum vide lib.7.κατὰ γένη in c.de Acopis.Nonnulli quoque Acopa interpretantur lassitudinem non inducentia. Et ea voce Græca pro latina vsus est Plinius lib.23.c.8.& lib.32.c.10.paulo ante fi. Est autem inter gemmas Acopis, cum qua oleum subferuefactum perunctis lassitudinem soluit, vt scribit Plinius lib.37.c.10.

Acopis gemma.

Acræpala,quæ ebrietatem prohibent,vel discutiunt,Dioscoridi,li.3.c.24.in quo de absynthio tractat.

Adecta quę Cornelius Celsus lenia dicit,mordacitatis scilicet experia,&quę partes quibus admonentur leniunt, & à mordacitate liberant, qua gemina vi & natura etiam Aphysa, & Aphlegmanta dicuntur.

Adipsa quæ famem sitimque arcent,extingunt,& obrepere prohibent. De quibus Hippocrates lib.Epidemiôn 6.partis 3.c.22.& Galen.Phar.localium 8.c.3.& Aëtius Tetrab.3.Serm.7.c.4.& Plutarchus in Symposio septem Sapientium.Hinc & glycyrrhizam adipson, quòd famem & sitim sedet,& hydropicis dari solita,ne sitiant,vt scribit Plinius lib.22.cap 9.de quo etiam nonnihil Dioscorides lib.3.c.Et quæ alima in eo loco dicuntur Plutarcho,vnde & Alimos herba,quæ gustu famem prohibet.

Alimos herba.

Acroustica frigida atque coërcentia,Cælio Aureliano lib.Chroniôn 5.c.2.

Alexipharmaca,quasi vim veneni expultricem,& veluti propulsatoriá habentia.qua voce etiam pro Latina vsus est Plin.lib.21.c.20.Hoc autem titulo Nicander librum composuit.

Alexiteria,quæ propriè ea sunt quæ Amuleta dicit Plinius,de quibus paulò pòst dicemus, dicta à iuuandi præstantia,vti & Alexipharmaca.nam ἀλέξειν Græcis opitulor,auxilior,arceo significat. Debis autem Galenus lib.5.Simplicium medica.c.1. & cap. 17.& 18. vbi eadem esse hæc cum Alexipharmacis tradit.

Alima vide suprà Adipsa.

Alimmata,id est,vnctiones.

Alipanta & Alipenas,vt loquitur Celsus,quæ nullo pacto pinguia sunt,hinc dicta veluti sine pingui,apud ipsum Celsum lib.5.c.19.circa princ.& Aëtium Ser.13.c.126.

Amuleta.

Amuleta remedia aduersus omnia mala; maximè verò veneficia,ab amoliendo dicta. De quibus Plinius lib.23.c.1.& lib.25.c.9.& li.28.c.4.& li.29.c.4.& lib.30.c.10.in prin.& c.19.& li.37.c.3.&iterum c.9.in prin.& alibi sæpe.

Amethysta,& ἀμέθυσα hinc dicta, quòd ab ebrietate præseruant,apud Dioscoridem lib. 1. c.144.vbi de Amygdala.Galenum Phar.localium lib.2.c.2. Nam & hinc lapis Amethystus à quibusdam dictus existimatur,quòd ebrietati resistit,vt videre licet apud Heliodorum Phœniceum li.Historiæ Aethiopicæ 5.& Asclepiadem li.4.epigrammatôn Græcorum, quod minimè credit Plinius li.37.c.9.& Plutarchus Problematôn Symposiacon decade 3.c.1.

Amethystus lapis.

Amyctica,scilicet vt dicit Aurelianus Chroniôn lib.2.c.6.Arteriaca medicamenta, quæ eas partes in passione cōstitutas exerceant. Et actibus quidē laniantibus constant. De quibus Celsus lib.3.c.28.& Galenus Phar.localium lib.7.c.1.Plinius Valerianus lib.1.rei medicæ c.53 & Octauius Horatianus lib.2.c.5.

Anacathartica sordem nutrientia. Hæc enim inter medicamenta memorantur Galeno li.5.Simplicium Pharmacorū c.12.Sunt & qui hæc pro Catharticis accipiunt, id est, purgantibus,vt omnes Dioscoridis interpretes li.1.vbi de Terebintho tractat.

Anacollemata modò pro adglutinantibus dicuntur, & quæ siccandi vim habent: modò pro his quæ fronti in oculorum fluxionibus applicantur. De quibus Plinius Valerianus lib.1.c.8.& iterum c.16.& Paulus Aegineta li.7.c.16.

Anagargarismos,ita vocatos,quòd liquore aliquo in ore retento crebra reuocatione gargareon colluitur,atque ita per superna humor detrahitur.Cornelius Celsus gargarisationes vocat lib.5.c.22.& 23.in fine.& Plinius lib.22.c.25.& li.23.c.1.& 2. Gargarismata Cælius Aurelianus Chronion lib.3.cap.2.Sed & gargarizandi verbum vsurpauit idem Plinius libr.29.

cap.9

c.9.& iterũ c.17.& li.22.c.23 & li.26.c.4.& lib.32.c.8.& ante eum Cornelius Celsus lib.4.c.1. vbi de resolutione linguæ loquitur. Græci magis vtuntur priori appellatione, vt apud Paulum Aeginetam libr.3.cap.27. non semel.

Analeptica quæ vires reficiunt, atque ita corpus reparare videntur, à verbo ἀναλαμβάνειν, quod reficere significat.

Anaplerotica quæ cicatrices crassant, alta vulnera complent, & limpidant.

Anastaltica vide infrà Catastaltica.

Anastomatica, quæ scilicet superficiem corporis lacessendo iaculare videntur. Et propterea etiam recorporatiua dici possunt, vt scribit Aurelianus li. Chroniôn 3.c.5. qui & de his loquitur lib. eiusdem operis 2.cap.10. sed hæc loca mihi corrupta esse videntur.

Anastomatica, quæ scilicet reserandi siue aperiendi vim habẽt, quasi Apertoria dicas, Dioscoridi lib.1.c.4. vbi de Cypero, & iterum c.40. vbi de oleo Lantino, & Galeno lib.5. Simplicium medicamentorum cap.14.& Aëtio Tetrab.1.Ser.2.c.226. quanquam sunt qui & in his locis legunt anastomatica pro aperitiuis & laxatiuis.

Anetica, placida, quasi dicas remittentia, à verbo ἀνίημι, ac blanda admodum medicamina.

Anodyna quæ Aurelianus lib. eiusdem operis 2.c.4.& lib. item 3.c.4. vertit indoloria, quæ scilicet sensum doloris auferunt, non tamen penitus sanãt, sed vim ipsam sentiendi obtorpescere faciunt, vt scribit Gal. lib.2. ad Glauconem. Cuiusmodi ferè sunt soporifera, siue somnifica rebus frigidis constantia, quæ somno dolorem leuant, vt dicit Celsus lib.5.c.25. quæ que

—*Faciunt altos medicamina somnos.* Vt interim vtar verbis Ouidij lib.3. de arte amandi. Quibus vti, vt dicit ipse Celsus, nisi nimia necessitas vrget, alienum est. Sunt enim ex vehementibus medicamentis, & stomacho alienis. Hermolaüs Barbatus, in c.136.li.1. Dioscoridis Anodyna vertit, Somnum allicientia. Marcellus Virgilius Somno dolorem leuantia, vt vbique facit. Ruellius dolorem finientia. Galen. lib.5. Simplicium medicamentorum c.19. tradit temperato calore, tenuique substantia hæc dolorem leuare: ibique meliùs quàm quiuis alij, quæ Anodyna dicuntur, declarat.

Anoterica apud Aurelianum lib. Chroniôn 4.c.3.& Galenum libr.13. Methodi, quæ scilicet per vomitum purgant, quæ & Emetica vocantur.

Anthina quæ floribus constant, & ex illis ita nuncupata.

Antidota, quæ fermè contra venena dantur, quasi dicas contrà data, ab ἀντὶ, & δίδωμι, de quibus Celsus lib.15.c.23. ex quo etiam intelliges ad alia quoque quàm contra venena esse accommodata. Plinius li.20.c.34.& lib.24.c.8.& alibi sæpe: Et Galenus in libris Antidotorum, in quibus statim in initio ostendit tres eorum differentias. Et ex Oratoribus Quintilianus li.7.c.3. ex Iurisconsultis Caius in l. quod sæpe. §. veneni ff. de contrab. empt. & ven. & Paulus, in l. non omne. ff. de penulega.

Antipharmaca, Antidota, tanquam dicas contra pharmaca, id est, venena. Nomen enim pharmaci apud Græcos, vt veneni apud Latinos medium est: & in vtramque partem accipitur, bonam scilicet, & malam. vt etiam tradit Iurisconsultus noster in l. qui venenũ. ff. de verb. sig. Hac autem voce Antipharmaci in hac significatione quam diximus, vsus est Dioscorides li.1.c.151. quo de iuglandibus tractat, θανασίμων φαρμάκων ἐς ἀντιφάρμακα προβρωθέντα καὶ ἐπιβρωθέντα, id est, contra venena exitialia vim habent antipharmaca, siue à veneno hausto esitentur, siue antè edantur.

Aphepsemata, vide infrà Apozemata, vt interim intelligas Galenũ hac dictione vsum lib.6. de simplic. medic. facultatibus, & Aëtium Tetrab.1.Ser.2.& Tetr.5.Ser.3.c.5.

Aphlegmanta, vide suprà, Adecta.

Aphysa, vide suprà, Adecta. Sed adde & hæc dici veluti flatus discutientia, de quibus Gal. lib. Simplicium Pharmacorum 8. vbi de petroselino.

Apobregmata, id est, diluta, in quibus scilicet est macetatum quippiam, quæ myrapolæ vulgò infusiones vocant. De quibus Paulus Aegineta lib.2.c.53

Apocathartica, vide infrà Cathartica.

Apocrustica, fluxiones repellentia, siue repercutientia, apud Dioscoridem lib.1.c.137. quo de piris disserit: & Galenum li.5. Simplicium pharmacorum c.17. vbi ea dicit in altum occurrentes ibi succos repellere, & Alexandrum Trallianum lib.1.c.23.

Apodacryrica lacrymas prolicientia. Quanquam & hæc vice versa pro supprimentibus & intercipientibus dici quoque possunt. De quibus Galenus lib.4. Phar. localium c.5.& ibi Cornarius, qui id declarat in Commentariis eius loci.

Apona ita dicta, quòd nullũ tormentum, nullúmque dolorem inferunt, siue quæ dolorẽ leuant.

Apophlegmatismos siue Apophlegmatismata, quæ naribus infunduntur, & pituitam quoque per os educunt, sed & in ore retenta, vel commanducata, vel linguæ subdita noxios humores qui in capite increuerunt, per os ipsum ducunt, vel expurgant, id est, saliuã mouent vt vtar verbis Cornelij Celsi libr.4.cap.2. De quibus Galenus illius operis Phar. κατὰ τόπους 1.cap. item 5.& lib.2.cap. quoque 2.& lib.5. Simplicium medicamentorum cap.20.& iterum

lib.6

lib.6.in c.de Cappari.& lib.de facile parabilibus,& Tralianus lib.1.c.21.&

Aetius Quater.2.Ser.2.c.53.& Paulus Aegineta lib.1.c.46.& lib.2.c.5.ad fin.

Apotropæa, quæ appensa alligatáque incantamenta magica, & venenorum insidias arcent, aut certè inefficaces reddunt. In quo à Periammatis & Periaptis, de quibus postea suo ordine dicemus, differunt, quod hæc magis specialem significationem habent, & præterea quod mirabili quadam repugnantia hominibus incognita suum effectum præbent: illa generalem significationem habent, suámque vim ex medica ratione habent.

Apozemata, de quibus apud Plin. Valerianum lib.Rei rusticæ 1.c.60.& lib.3.c.12.& lib.5.c.25. Sunt qui ea Elixationes vertunt, alij Decocta, quæ & ipsa ἀφεψήματα dicuntur.

Apulotica, cicatrices ducentia, id est, obducentia, ex arefacientibus, magis vero quàm conglutinantia, apud Dioscoridem lib.1 c.39. vbi de oleo myrthino.

Aræotica, veluti rarefacientia apud Dioscoridem lib.1.c.66. vbi de Nardini vnguenti confectione,& Gal.Simplic.med.c.lib.5.c.2.& 14.& 15.& Aetium Tetrab.1.Ser.2.c.227.

Aresodyna, quæ vti Anodyna dolorem quoque sedant, à Sisypho, qui & Theosophos dictus est, primum excogitata. Quæ & ipsa Odyniphata, quod similiter dolorem pellant Homerus vocat lib.5.Iliados, in duobus locis, quibus loquitur de Pæone Deorum medico curante vulnus Plutonis & Martis. De quibus & nos quoque postea dicemus. Et eadem fere Ipia vocat ipse Homerus eod. lib. tanquam dicas mitigatoria,

Αἷμ' ἀπομόρξας ἐπ' ἄρ' ἤπια φάρμακα εἰδώς. Et iterum lib.11.eiusdem operis,

Γέστ' ἐκτέμνειν, ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα πάσσειν. Rursúmque eodem lib.

Νίζ' ὕδατι λιαρῷ, πὶδ' ἤπια φάρμακα πάσσε.

Arregona quæ ad mares concipiendos, vti Thelygona ad fœminas valent, tanquam dicas marigena,& fœminigena. Nam & in hæc quoque penetrauit medicorum diligentia.

Arteriaca, vide suprà, Amyctica.

Atoca siue Atocia medicamenta abortiuis faciendis facta, aut vt aliis etiam placet, sterilitatis item facientia, quod & nomen ipsum inducit Plinio lib.29.c.4.

Auriscalpia, quæ suo nomine satis declarant cui rei sint idonea, qua voce vsus est Scribonius Largus compositione 227. nec memini vocabulum quoppiam Græcum in id esse effictum nisi forte id μηλωτὶς, à μήλη, id est, specillum & οὖς auris, quod & dicitur μηλωτρίς. Est autem in Apophoretis Martialis c.23. Auriscalpium huiusmodi,

Si tibi morosa prurigine verminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.

B

Balanos siue Balanismos, vide infrà Pessos in fin. atque etiam Suppositoria.

C

Callitricha, quæ capilitium adaugent.

Calliblephara qua voce sæpius vtitur Plinius, vt lib.21.c.19.& lib.23.c. 4. in fi. & lib. 28.c. 11.& lib.32.c.6.& lib.33.c.6.& li.35.c.16.& Marcellus c.8.non semel. quæ scilicet pulchras palpebras efficiunt (Nam & id & similia quædam tractant medici) quæque palpebrarum malis remedio sunt, nam vtraque eo verbo significantur. Ideo Plinius ipse sic eam vocem varie vertit, modo de glutinandis palpebris, modo replicandis, modo honestandis, modo circumlinendis, modo corrigendis & gignendis, vt videre licet lib.24.c.6. & seq.& lib.25.c.13. & lib. 30.c.15.& aliis locis: vt & ex eo annotauit Marcellus Virgilius in Dioscoridem lib.1.c. 81. vbi de Picca, qui tamen loca ipsius non designauit. Græci autem βλέφαρα dicunt, quæ nos cilia vtrinq; oculũ claudẽtia vocamus: & βλεφαρίδας, quas dicimus palpebras in extremo oculorũ margine natos pilos. At multa huiuscemodi Calliblephara describit Ga.li.4.Pha.localiũ c.6.

Carotica. Soporifera, quæ scilicet soporem accersunt, ac stuporem sensibus iniiciunt, cuiusmodi & Anodyna, de quibus suprà diximus. hinc autem sunt dicta, quòd κάρος Græcis soporem significat & ebrietatem. & de his apud Paulum Aeginetam lib.3.c.6.

Cataclysmata, siue Cataclysmos, id est, aquarum è supernis illisiones & ablutiones de quibus Galenus in Commentario Hippocratis de ratione victus priuatorum, & Aurelianus lib.1.Chronion c.1 & lib.2.c.3.& lib.3.c.2.& lib.4.c.1.

Catagmatica quæ fracturis idonea sunt, de quibus Gal.lib.2. κατὰ γένη, & Paulus Aegineta lib.7.c.17. non semel.

Catapasmata, quæ ex sicco aromatum puluere conflantur Paulo Aeginetæ lib. 7. c. 13. Ideòque hæc aromaticas vestium conspersiones vocabat Crito lib. 2. vt retulit Galenus lib. 1.Phar.localium c.3. vbi tamen καταπλάσματα corrupte legitur, quorum forma vestibus conuenire non videtur, vt annotauit Cornarius in suis eius loci Commentariis, qui ob id καταπάσματα legendum credit. de Cataplasmatis autem statim dicemus.

Catapasta inspersilia,& puluerosa, de quibus Galenus lib.9.Phar.localium c. 1. & Aetius lib.12.c.5. Vide infrà Epipasta.

Cataplasmata veluti fomenta, omnibus intellecta. Eáque sunt arida. De his loquitur Pli-

nius vsus ea dictione Græca lib. 20.c.17.& lib.22.c.vlt.& lib.23.c.7.& Galen.lib.2. Phar.localium c.2.& Apuleius lib.5. Metamorphoseos. Sed & ea quoque extrinsecus circũ colla quandoque apponi solita dicit Aurelianus lib. Oxeôn 3. c. 3. Cataplasmandi verbo vsus est Octauius Horatianus,siue vt alij putant,Theodorus Priscianus lib.2.Medicinæ,parte 2,c.13.& 16.

Catapotia hinc dicta,quod vt integra , & qualia sunt à medico præparata deuorantur, & degluntinntur , & vt alij dicunt,corbitantur , & in stomachum transmittuntur , ἀπὸ τοῦ καταπιεῖν,quod est deglutire:aut à καταπόθω,quod est absorbeo. Hæc Pilas nonnulli vocant, Plinius Pilulas lib. 20. c. 3. & lib.28.c.9.& lib.32.c.4.& iterum 9. paulo ante fi.& Marcellus c.15. & 17.Quam appellationem passim seqnimur. Sphæria Dioscorides lib.1.c.94.quo de populo alba loquitur,vt etiam facit Paulus Aegineta li.7.c.17.vbi describit Sphęrion ad ardores.Globulos Scribonius Largus, & Marcellus Burdegalensis:Oxyporia Plinius Valerianus,vti plerique existimant lib.1.c.60. & 62. & alibi sæpe. Sed Oxyporum aliud est,vt dicam postea. Et verbo Catapotiorum pro huiusmodi pilulis vsus est ipse Valerianus eod. lib. 1. c. 58. & ipse Marcellus c.16.& ante eos Plin. lib. 28. c. 1. Trochiscos quoque Græci vocant à rotunditate. Hippocrates in eam significationem Gongyliorum vocabulum vsurpauit. Nonnulli Glomeramina vocant,qua voce vsus est Serenus Sammonicus c.54. pro testibus, aut aliis rebus rotundis.Sed Orbiculos Plin.lib.25.c.13.Rotulos vocant plurimi. Pastillos vocãt Celsus lib. 5.c.17.& Plin.lib.21.c.8.& lib.22.c.25.& lib.25.c.12.& 13.& lib.28.c.8.& lib.30.c.13.& lib.32.c. 5.& lib.33.c.6.& lib.34.c.vlt.De quibus & nos dicemus in Emplastris.In his arida tantũ medicaméta aliquo humore nõ pingui,aut vino,aut aceto coquũtur, & rursus cocta inarescũt.

Catastaltica, sistendi siue supprimendi , aut cohibendi facultate prædita, & quæ ideo tumentia supprimunt, & carnium excrescentias reprimunt, apud Paulum Aeginetam lib.7.c. 13.à verbo καταστέλλω, quod significat tumentia,vel excrescentia supprimo,reprimo,contraho. Quæ & ipsa Staltica simpliciter vocantur, de quibus Galenus lib. Simplicium Pharmacorum 5.c.25.in prin.atqne etiam Anastaltica.

Cathartica,purgatiua,quæ vocant,medicamenta,quæ Aurelianus lib. Chronion 3.c. 4. & lib.4.c.7.vertit ventriflua,à verbo καθαίρειν.Hæc quoque apocathartica vocat Dioscorides, lib.3.c.24.quo de absynthio disserit.

Catæretica , quibus nimio plus excrescens caro exteritur ac detrahitur , tanquam si dicas, detractoria.De quibus Galenus lib.Simplicium medic.5.c.2.& 15.& 16.

Catoterica,quæ purgant per infimum ventrem,apud Galenum lib.13. Methodi.

Catulotica , quæ cicatrices inducunt , eásque grossas comedendo æquant, ac velut limpidant.Panlo Aeginetæ lib.7.c.13.

Caustica,siue Cauteria,id est,desiccatiua,& adustiua,siue vrentia,siue vstoria.Qua etiam Causticorum voce pro Latina vsus est Plinius lib. 23. c. 9.& 10.& lib.24.c.1.& iterum c.11. & lib.25.c.vlt.& lib.26.c.1.& lib.27.c.9.& 12.& lib.29.c.6.& lib.30.c.4.& lib.34.c.vlt.ad fi.Cauteres vocat Aurelianus lib.Chronion 3.c.4. Cauterion tamen propriè est instrumentum,quo putridæ carnes aduruntur.

Cephalica ita Græcis vocata,veluti capiti dicata,tanquam si Capitalia dixeris,quod capitibus fractis vulneratísque maxime conueniunt, vímque penetrandi in altum habent. Quæ euiusmodi siut,& quibus cõstent,docet Gal.li.6.Therapeuticæ,& multa eius generis describit li.2.Medicamentorũ κατὰ γένη,& Cornelius Celsus li.5.c.19.& Aetius Tetrab. 4.Ser.3.c.13.

Cerota,siue Cerata(vtrumque enim dicitur)siue etiam Ceramenta,atque Ceromata,Aurelianus,Plinius,Valerianus,& Horatianus Cerotaria quoque vocaut,Emplastra à cera dicta, de quibus in nostris legibus fit mentio in l. adeo. §. cum quis ex aliena. ff. de acqui.rer. domi.De ceromate autem Martialis lib.4.epig.4.

Quod ceremata fece de Sabina. Et lib.4.epig.17.

Seu lentum ceroma teris tepidúmve trigona. Et lib.5.epig.66.

Et castigatum Lybica ceroma palæstra.

Et hinc Iuuenali Satyr. 3. collnm ceromaticum,ceromate perunctum. Cerata vocant Columella lib.7.c. item 7. Celsus lib. 4.c. 2.& 4.& iterum c.24. Plinius lib.13.c.22.& lib. 22.c.8.& 24.Et Martialis quoqne ita vocat lib.11.epig.99.

Labra pingui delibuta cerato.

Quanquam sunt qui ibi legunt ceroto.Et qui ita vocant,id est, cerotũ,à Græcis deducũt,qui & κήρωτον id genus emplastri vocant.De quo Dioscor.lib.1.c.133. vbi de Myrtidano loquitur.

Chalastica,Calorifica,siue calfactoria,laxantiáque, siue laxatoria,quæ scilicet calfaciendo relaxandóque ac remittendo mitigant,distentásque partes remittunt.De quibus Gal.lib. 4.itémque 13.Therapeuticæ, & lib. 6. de simplic.medic.facultatibus,& lib.3.Phar.localium. c.2.& generalium lib.7.& Paulus Aegineta lib.item 7.& Trallianus sæpe.

Chologoga,tanqnam Bilagia dicas,quæ scilicet bilem proliciunt, & educuut. Felliduca vocat Aurelianus lib.Chronion 3.c.4.alij quoque fellagia.

Clysteres vulgo notissimos , qui scilicet per anum in intestina & aluum immittuntur , de

quibus in

quibus in l.itẽ si obstetrix.§.1.ff.ad leg.Aqui. & apud Pli.li.20.c.2.& li.31.c.6.& li.32.c.5.& li. 33.c.6.ita dictos,ἀπὸ τοῦ κλύζειν,quod est abluere.Et hos quoq; Enemata vocant,& κλύσματα,& Dioscor.lib.1.c.17.ἐγκλύσματα.Nonnulli etiam Infusa vocant,& infusiones & iniectiones.

Chytica quæ fundendi vim habent, apud Galenum libro 5. de Simplicium Pharmacorum facultatibus.cap.3.

Cœliotica,quæ etiam ventriflua vertit Aurelianus Chronion lib.1.c.5.

Colica, quæ dolorem sedant, præsertim in Colica passione.Nam & hæc cum Anodynis, de quibus suprà diximus,copulat Galenus lib.9.Phar.κατὰ τόπους c.4.vbi multa describit:sicuti etiam Celsus lib.5.c.25.

Colletica, tanquam dicas Glutinatoria, quæ scilicet soluta vel fluxa glutinant, & colligant.quæ & Execolla,& Paracolletica dicuntur,& Anacollemata,de quibus suprà diximus.

Collyria oculorum propria ac pecularia, vt plerique volunt,medicamenta Dioscoridi lib. 1.c.114.quo de Ebeno tractat.& Plinio lib. 24.c.11.& lib.31.c.9.& lib.34 c.13.& Paulo Aeginetæ libro 7.c.16.in prin.& è poëtis Horatio lib.1.Ser. satyr.5.

Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere.

Quanquam Columella author grauissimus ad aliorum quoque membrorum refert lib. 6 c.2.& iterum c.6.in fi. & alibi sæpe, vt etiam facit Cornelius Celsus lib.7.c.4.loquens de ani fistulis. Et Aurelianus lib. Chronion 1.c. 4. & iterum lib. Oxeon.3.c.16.vbi balanum,id est, suppositorium, vt postea dicemus, Collyrium appellat, & lib. 2.c.1.iterumque lib.4.c.2.vbi Collyria appellat Phlepharica,de quibus postea dicemus:Apuleius Celsus c.18. & Octauius Horatianus lib.2.parte 2.c.16.& ex Græcis Dioscor.lib.1.c.1.eo verbo vsus est ad fœtus ex vtero euellendos.Sed hæc fortassis impropriè. Nam id vocabulum hinc quibusdam dictum videtur,quod ἐκ κοίλου ῥεῖ δάκρυον, id est,ex concauo fluit lacryma.Vnde Horat.lib.1.Ser.saty.5.

Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere.

Sed vt vides ex ipsa Græca etymologia potest propriè sumi,quoties ex concauo non solum lacryma,sed aliud quippiam fluit. De huiusmodi autem Collyriis fit mentio in l. eum de lanionis.§.in instrumento.ff.de fund.instr.& in l.adeo.§.cum quis ex aliena.ff.de acqui.rer.do. & in §.cum ex aliena,Instit.de rer.diui. vbi glos. non inscienter exposuit vnguentum ad oculos Nemo est autem qui nesciat illud Apocalypsis 3. Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Illúdque D. Hieronymi in c.necesse,29.dist. Nec ad instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare.

Commotica, vide paulo post,Cosmetica.

Condita,quæ est vox Latina,à Græcis quoq; vsurpata,testimonio Palladæ li.1.Florilegij,

Κονδῖτόν μοι δεῖ, τὸ δὲ κονδῖτον πῶμα ἔχει
Τοὔνομα τῆς φωνῆς, οὐ τῆς ἀλλότριον
Τῆς τῶν Ἑλλήνων,&c.

Hæc autem à propomatis,de quibus postea dicemus,differunt,quod in his quædam aromatum species veluti cinnamomum, piper, zinziber, & alia huiusmodi induntur:in illis minime.De his autem videbis apud Aetium Tetrab.3.Serm.2.c.2.& Serm.3.c.13.& Tetrab.4.Ser. item 4.c.118.Paulum,lib.3.c.37.& 43.& lib.7.c.11.Palladium lib.3.c.32.Plin. Valerianum,lib. 3.c.14.& Marcellum c.26.non semel. Martialis lib.10.epig.49.Conditi Sabini meminit.

Copta,siue Copras, siue Coptaria (has enim appellationes reperio) quæ non coquuntur, sed ad placentulæ formam tunduntur, ac liquidioribus modicè adstillatis ad malagmatis speciem rediguntur,nisi res tundendæ per se moderatè humectæ existant,id est,vt vno verbo verbum vnum interpreter, Fusilia. De quibus Galenus lib. 7. Phar. localium. c.2.& lib.9.c. 2.& Paulus Aegineta lib.3.c.45.& lib.4.c.55.& lib.7.c.18.

Coprica,quæ incidendi vim habent.

Cosmetica,id est,exornatoria,quæ scilicet naturalem corporis pulchritudinẽ custodiunt, & tuentur:nec solum ad pulchritudinem, sed multo prius ad ipsam partium sanitatem conducunt,vt scribit Galenus in lib.1.Phar.localium.c.2.vbi & hinc dicit huiusmodi pharmaca ad medicinæ partem pertinere. non etiam Commotica, id est, Comptoria, quæ scilicet pulchritudinem fictitiam, siue ascititiam inducere conantur. Nam faciei colorem per pharmaca nitidiorem, aut rubicundiorem facere, aut pilos capitis crispos, aut fuluos, aut nigros, aut quemadmodum mulieres solent, in longitudinem auctos, hæc ipsa & id genus cætera comptoriæ malitiei sunt,non medicæ artis opera. Verum ob societatem quandam quam cum illis habent, quandoque ad Regiarum fœminarum, atque adeo ipsorum Regum imperium hæc comptoria tractant medici. Vt & ipse Galenus ibi facit, illa ratione se excusans.

Crocomagmata,vide infrà Eemagmata.

Cyphi siue Cyphoides,quorum materia inter medicamenta,quæ potui dantur,& antidota existit:vsúsque est eius incensi ad odorem gratum conciliandum, vti & suffiminum.Inte-

rimque naribus admouentur vt destillationes ex capite in subiectas partes concoquant, grauedinéque, & obstructione liberent, purgéntque cerebri ventriculos, itémque pestilentialibus morbis euitandis. Sed & per os quoque assumuntur, cum ad hæc, tum ad ea quæ pectori inhærescunt concoquenda: nec non ad frigidiores iecoris affectus, vnde & illis nomen. Hæc Paulus Aegineta lib. 7. c. 22. Sed & de his Dioscorides lib. 1. c. 24. & lib. 8. c. 5. & c. 6. & plenius c. 7. Gal. lib. 2. κτ̀ τόπους c. 1. ad fi. & Plutarchus in lib. de Iside & Osiride: & idem Paulus Aegi. lib. 3. c. 13. quod de epilepsia est, vbi meminit Cypheos τ̃ ἡλιακ͂, id est, solaris: & lib. 3. c. 28. vbi de destillatione τ̃ σεληνιακ͂, id est, lunaris. Nam & vtrunque describit. d. c. 22. lib. 7. quod manifestum est argumentum, fuisse quondam Cyphi apud Aegyptios, quod Soli & Lunæ priuatim incenderetur. Sunt hæc suffituum genera. Et horum quoque meminit Aetius Set. 13. c. 117. & seq. & ipse Paulus Aegineta illo eodem lib. 7. c. 11. in duobus locis: & Galen. ex Damocrate lib. 2. Antidototum. & Alexander Trallianus lib. 8. c. 4.

D

Dacryopoia, id est, lacrymas citantia, cuiusmodi iridem esse dicit Dioscor. lib. 1. c. item 1.

Dectica, mordicantia, siue vt alij loquuntur, mordicatiua, apud Dioscoridem lib. 2. c. 140. vbi tamen Marcellus ita interpretatur, quasi erodendi vim habeant.

Deleteria, quæ suapte natura sunt frigida, ideóque & ipsa infrigidant, quasi dicas frigotifica, de quibus Gal. lib. 3. Temperamentorum, & lib. 3. de simplicibus medicamentis. c. 18. & 22. & aliis multis.

Dentifricia, vide infrà, Odontotrimmata.

Dentiscalpia, vide infrà, odontoglypha. Hac autem dictione vsus est Martialis li. 7. epi. 52.

Diabrectica humectantia sine madefacientia, apud Galenum lib. 5. Simplicium medicamentorum. c. 2. quamquam sunt qui pro erodentibus accipiunt.

Diabrotica veluti erodentia.

Diachrista quæ palato, columellæ, & naribus ad detrahendam salinam applicantur, apud Aeginetam lib. 1. c. 46.

Diachytica, quæ diffundendi discutiendive, aut disiiciendi vim habent, apud Dioscoridem lib. 1. c. 78. vbi de Terebintho: & lib. 3. c. 59. quo de Aniso tractat.

Diaclysmata, veluti Collutiones dicas, Dioscoridi libro primo. c. 44. vbi de Rosaceo vnguento tractat.

Diapasmata, id est, inspergimina, siue aspergines, siccis odoribus constantia, vt dicit Plin. lib. 13. c. 2. quibus totum corpus oblininnt, quorum maxime in balneis vsus est: valéntque potissimum ad sudores à balneis coërcendos, vt idem dicit lib. 21. c. 19. & Plutarchus Symposiôn decade 1. proble. 6. Dictáque sunt ἀπὸ τ̃ διαπάσσειν, id est, ab inspergendo. De quibus Dioscorides lib. 1. c. 21. quo de Agallocho disserit. Et Martialis lib. 1. epig. 55.

Quid, quod olet grauius mixtum diapasmate virus.

Nam diapasma vocat odores, qui in pastillos inspergebantur. Ante enim dixerat,

Pastillos Cosmi luxuriosa voras.

Quanquam videri poterat ipsos pastillos diapasmata dixisse. Sunt & qui hæc diaplasmata vocant, de quibus paulo post dicemus.

Diaphoretica, non quæ aluum subducunt, & lęuigant, vt perperà opinatur Cælius Rhodiginus, vir tamen doctissimus lib. Lectionum antiquarum postremæ æditionis. 27. c. 28. Sed quæ discutiunt, siue dissipant, ac disiiciunt per halitum siue insensibilem euaporationem (quam Græci διαφόρησιν vocant) collectiones, cum coëunt: vt videlicet sine suppuratione solnantur, & euanescant. Nonnulli discussoria vertunt. Nam & διαφορεῖν propriè est quod Celsus digerere dicit. possumus etiam discutere conuertere. Et de his Gal. lib. 6. Medic. κτ̀ γέν. & lib. 5. Simplic. medic. c. item 5. & Aetius Tetrab. 2. Ser. 2. c. 135. & Alexander Trallianus sæpe.

Diaphylactica medicamenta conseruandis iam defluis capillis, atque etiam mammis idonea, apud Galenum lib Phar. κτ̀ τόπους. 1. c. 2.

Diaplasmata vnctiones & fomenta quibus totum corpus illiniunt, quæ nonnulli pro Diapasmatis, vt diximus, accipiunt.

Diaspermata, quæ seminibus constant, quæ'que somnum conciliant, sensum doloris eleuant, siccandi vim habent. Quanquam sunt qui διὰ σπερμάτων separatim scribunt, quod species est epithematis ex seminibus contexti.

Dipsetica, quæ sitim Dioscoridi afferût, indncût, augêt, côtra Adipsa, de quibus diximus.

Diptarmica, vide infrà Ptarmica.

Diuretica, quæ vrinalia, & mictualia vertit Aurelianus lib. 1. Chronion. c. 4. & lib. 3. c. 4. & lib. 5. c. 10. quæ scilicet vrinam cient & ptoritant. quę & Vretica οὐρητικά dicuntur Dioscoridi lib. 1. c. 6. & Galen. lib. 3. & 13. Methodi. Ea calida sunt, & vehementer sicca.

Drimea, Acria, quæ nequitiam humorum vel morborum extingunt, de quibus Dioscorides, lib. 1. c. 66. vbi de Nardini vnguenti confectione, & alibi sæpe: & Galenus lib. Simplicium medicamentorum 6. c. de Anagyto, & alibi sæpe.

Dropaces,

Dropaces, siue Dropacismos, alij Picationes vocant, qui cuiusmodi sint, & quid à Synapismis differant, ne hic diutius immorer, intelliges ex Hermolao Barbaro Corollarij c. 387. & Ruellio lib. de natura stirpium. 2. c. 86. Rhodigino lib. vltimæ æditionis 15. c. 11. & Cornario, in Commentariis Galeni Phar. κατὰ τόπους lib. 4. c. 5. & ante hos Alexandro Tralliano. lib. 10. & Aëtio Tetrab. 1. Serm. 3. c. 180. & 2. seq. & Paulo Aegine. lib. 7. c. 19. non semel. Et hoc Dropacis verbo vsus est Martialis lib. 3. epig. 52.

Psilothro faciémque lauas, & Dropace caluam,
Nunquid tonsorem Gargiliane times?

Et lib. 10. epig. 65.

Leuis Dropace tu quotidiano:
Hirsutis ego cruribus genisque.

Et Ausonius in quempiam qui læuia sibi inguina faciebat, epig. 128.

Inguina quod calido lauas tibi Dropace, causa est,
Irritant volsas leuia membra lupas.

A Dropace autem Octauius Horatianus lib. 4. verbum Dropacandi deriuauit.

E

Ecbolia eiiciendo fœtui comparata, de quibus diximus in repe. l. si vnquam, In verbo, susceperit liberos, num. 168. & ego sane. C. de reuo. dona. Sed & hæc Phthoria vocant. vt patet ex Plinio lib. 14. c. 16.

Eccathartica contraria Emplasticis, de quibus postea dicemus. Hæc etiam farctu liberant, & poros expurgant, sicuti & Ecphractica, de quibus etiam postea dicemus.

Ecdoria, medicamenta excoriaria, siue excoriatoria, siue desquammatoria quæ scilicet cutis continuitatem soluunt, vrendique vi & potestate eius cutis aliquam partem auferunt, à verbo ἐκδέρειν, quod in arboribus est, decorticare, siue deglubere: in animalibus excoriare, vt vulgo dicitur, quod est exulceratam cutem auferre. De his loquitur Dioscorides lib. 3. c. 63. quo de Ammi loquitur, & Gal. Phar. localium lib. 5. c. 3. & Aëtius Tetrab. 4. Ser. 1. c. 133.

Echecolla emplastra, quæ ita cuti inhærent, vt vix auelli possint, ita ob id Galeno dicta, eáque vim glutinandi habent, vt & ipse tradit lib. 7. κατὰ γένη. De quibus Gal. lib. Simplicium 11. vbi de Cochlearum carne loquitur.

Eclegmata, aut vt vocant alij, & in his Plin. lib. 20. c. 22. & iterum lib. 22. c. 21. rursúmque lib. 23. c. 1. atque iterum lib. 24. c. 7. & c. 16. non semel, & lib. 26. c. 7. & 8. & lib. 27 c. 12. sæpe.

Ecligmata, atque etiam alij Eclecta, & Eclicta. Marcellus c. 16. Ecligmatia, quæ in ore tenentes lingentésque guttatim distillando sorbemus: non autē integra, vti Catapocia, de quibus suprà diximus, voramus. ex quo & illis nomen παρὰ τὸ ἐκλείχειν, id est, à delingendo, tanquam dicas linctus, siue delingibilia. De quibus Dioscor. lib. 2. c. 144. aut vt alij diuidunt 175. quo de Inone tractat. ὑπνεσεως ... ἐκλείγματα, ... id est, Mitius autem redditur ad Ecligmata siue linctus, in aqua prius madefacta. Et Gal. li. 6. de Simp. med. facultat. & illius κατὰ τόπους operis lib. 7. c. 5. Medici & Pharmacopolæ Electuaria appellant, de quibus in c. & si quæstiones, extra de simo. Cælius autem Aurelianus lib. 2. Chronion c. 7. & 13. & 14. Et alibi sæpe, Electaria vocat. Antidotarij Loth, & Looch, vulgo appellant.

Ecmagmata, conspersiones, siue massas, quæ subactæ sunt. Quo etiam nomine Crocomagmata significari scribit Galenus, quæ ad verbum significant fecem olei crocini expressis aromatibus, & in massam coactis: & nos quoque aliquid dicemus infrà, nu. 426. in libris.

Ecphractica farctu liberantia, porósque expurgantia: proindéque contraria Emplasticis, de quibus postea dicemus. De his autem Gal. lib. 5. Simplicium Phar. c. 12.

Ecpietica & Ecpyisconta, quæ pus siue suppurationem inducunt, tanquam suppuratoria dicas apud Gal. Simp. Phar. lib. 5. c. 2. & c. 6. & c. 8. & Aëtium Tetrab. 1. Ser. 2. c. 222.

Ecstatica, quæ animum alienant. nam & hæc inter pharmaca comperies apud Gal. lib. 5. Simplicium medicamentorum c. 2.

Ecstrophia, tanquam extractoria, quæ maxime hæmorrhoidibus cæcis, & non apparentibus aperiendis, extrahendísque sunt accommodata. De quibus Gal. li. 9. Phar. localium, c. 7.

Ectylotica, callum obducentia.

Elateria, id est, agitatoria, quæ potissimum è fructu cucumeris syluestris efficiuntur, vt tradit Theophrastus vbi suprà, & Dioscorides lib. 4. c. 149. & Plinius lib. 20. c. 1. in prin. & Galenus lib. 8. Simplicium, in capite de Sicyo agresti. Id medicamentum tradit Theophrastus de historia plantarum, lib. 9. c. 14. omnium esse diuturnissimum.

Electica, Attractoria, apud Aëtium Tetrab. 1. Ser. 2. c. 234.

Electaria, vide suprà Eclegmata.

Electuaria, vide in eodem loco.

Embammata, quæ intinctus, siue liquamina, alij intrita & protrimenta vocant, ἀπὸ τοῦ ἐμβάπτειν, id est, intingere, siue immergere. Ita possumus vocare condimenta, quibus obsonia & esculenta immergimus, ad prouocandam scilicet appetentiam. Et de his mentionem fecit Iurisconsultus in l. si quis. §. si acetum. ff. de triti. vino. & ole. leg. Et è medicis Marcellus c. 20. & Intinctus.

30.& ante eum Columella lib.12.c.55.Intinctus vocat Plinius,lib.15.c.29.& lib.20.c.7.

Embregmata,aspergines,& linimenta, siue irrigationes, quæcunque humida & liquida, quæ fronti,temporibus,& aliis locis ad fouendum,discutiendum,dissipandum,compescendum,reprimendúmque inspergũtur. Medici quidam nostri temporis corrupte Emprochas vocant, rectius Embrochas dicerent. Tametsi Cælius Rhodiginus, lib. posterioris æditionis Antiquarum Lectionum 3.c.23. id quoque postremum vocabulum veluti improbum reiecit, quamuis ille ipse alibi id ipsum vsurpauerit, videlicet lib. 28. c.35. vti etiam ex antiquioribus vsus est Diuus Ignatius in epist.8.quæ est ad Polycarpum.Hæc perfusiones traduxit Hermolaus in versione Dioscoridis,lib.1.vbi de vnguento Rosaceo.Ruellius auté ibi fomenta vertit.

Emetica,vide suprà Anoterica.nam vtraque vomitoria, siue vomitum proritantia significant:& hoc vsus est Theophrastus lib.9.de plantis.c. 22. eodémque vltimo, quo de Thapsia loquitur,& Gal.lib.5.Simplicium Pharmacorum c.2. dicuntur ab ἐμετός, quod est vomitus.

Emmota medicamenta liquida,quæ linamentis,vel linteolis filatim concerptis excipiuntur,vlceribúsque induntur,apud Galenum lib.5.Phar. κατὰ γένη,& lib.13. Methodi.hinc dicta, quòd μοτοὶ & μοτὰ propriè Latinis linteoli, vel linamenta dicuntur, quibus oræ vulnerum obturari solent.Et hæc quoque à plurimis vocantur Motophylacia.

Emphractica, vide Emplastica,quæ mox sequuntur.

Emplasta,& Emplastica à verbo ἐμπλάττειν,quod illinere est,& infarcire,quæ ea lęta crassaque substantia consistunt,tenacitérque corporis poris,siue meatibus illita inhærent,vt scribit Gal.lib.5.Simplicium medicamentorum c.9.& 11.eósque opplent,& obstruunt. Inde scilicet dicta,quòd obstruendi vim obtinent.de quibus etiam idem Galenus illius eiusdem operis lib.4.c.5.& 6.& 7.& lib.1.κατὰ γένη,c.4.& lib.5.Methodi. Aëtius Tetrab. 1. Ser. 1. & Paulus lib.4.c.53.& lib.7.c.3.vbi de ouo loquitur.Hęc & Paremplastica Dioscoridi lib.3.c.22.quo de Tragacantha tractat,& Prosplastica eidem,lib.5.c.43.quo de Pompholyge. Emphractica quoque dicuntur,quasi dicas infarcientia,à verbo ἐμφράττειν,quod oppilo, & obsepio significat, de quibus & ipse Galenus,illo lib.5.Simp.medic.c.12.

Emplastra nomen omnibus cognitum,quæ cum plurima eadem habeant cum malagmatis(de quibus postea dicemus)atque etiam pastillis,eo tamen primum differunt quod malagmata maxime ex floribus,eorúmque surculis conficiuntur: Emplastra pastillíque magis ex quibusdam metallicis fiunt.Deinde malagmata contusa abunde mollescunt (nam super integram cutem iniiciuntur) Laboriose conteruntur ea ex quibus Emplastra pastillíque fiunt, ne lædant vulnera cum imposita sunt. Inter Emplastrum autem & Pastillum hoc interest, quod Emplastrum aliquid liquati accipit: in pastillo autem tantum arida medicamenta aliquo humore iunguntur.Hæc Cornelius Celsus lib.5.c.17.De emplastris fit mentio in l.eum de lanionis.§.in instrumento.ff.de fund.instr.& in l.adeo.§. cum quis ex aliena. ff.de acquirer.do.& §.cum ex aliena.Insti.de rer.diui.Emplastrum autem dictum ab ἐμπλάττειν, quod est fingo,formo,effingo,vt placet Nebrissensi in lexico.

Emplattomena, quæ exiguis meatibus inhærent, ideóque ea detinent, quæ per vrinas,& vniuersam cutim exeunt, Galeno lib. 8. Therapeuticæ, dicta à verbo, ἐμπλάττειν, quod est obstruo & oppleo, vt iam suprà diximus.

Enæma,quæ cruenta vel sanguinea Latinè potes dicere, atque etiam vulneraria, quæ videlicet recentibus & cruentis vulneribus imponuntur,vt dicit Gal.lib. 4. Methodi. iterúmque 6.& alibi sæpe,ad reprimendas inflammationes,supprimendúmque, ac inhibendũ sanguinem.de quibus Aristoteles lib.Problematôn 1.c.33.& Cornelius Celsus lib.5. c.19.& Paulus Aegineta li. 7.c.17.in prin.Ideóque ea dicit esse virtutis constrictiuæ Aurelianus li.Chronion 2.c.1. Plin.autem lib.12.c.17.scribit ea contrahendis vulnerum cicatricibus prodesse.

Insessus. Encathismata,insessus siue insessiones,de quibus Aurelianus Chronion lib.2.c.1.& lib.4. c.7.& lib.5.c.4.non semel:& Aëtius Tetrab. 3. Ser. 1. c. 44.& iterum Ser.3.c.5.& Horatianus, aut quisquis is fuit,lib.3. qui de passionibus mulierum est,c.3.

Enchrista,id est liquida,quæ illinuntur,Cornelio Celso lib.5.c.24.

Enclysmata, id est Clysteres, vt vertit Theodorus Gaza in Theophrasto libr. de Historia Plantarum 9.c.10.vide suprà Clysteres.

Encoprotica,veluti stercus educentia,siue excernentia, de quibus Gal. lib. 5. Simplicium medic.vbi de Aloe:& Paul.Aegine.lib.4.c.1.

Enemata. Vide suprà Clysteres.

Enstacta,id est,instillatitia,de quibus Galenus κατὰ τόπους,lib.4.c.7. Aëtius Quaternionis 2.Serm.3.c.111.

Entatica,quasi dicas Intensoria,de quibus Paulus Aegineta lib. 7.c.17.

Enthemata, quæ cruentis vulneribus confestim iniiciuntur, ad reprimendas inflammationes, & inhibendum sanguinem.

Ephectica, quæ recrementa impediunt,atque adstringunt.

Epicerastica,siue Epicerannynta(vtroque enim modo dicuntur)tépetata medicamenta,

quæ mordi-

quæ mordicantium humorum acrimoniam ac vehementiam retundunt, mitiorémque reddunt, quæ & ipsa vocari possunt contemperantia, aut humores vitiosos retundentia, de quibus Galenus lib. Simplicium medic. 2. c. 12. & lib. 5. c. 2.

Epichrista, velut circumlinitiones apud Galenum, quę Dioscorides vocat περίχριστα, καλλιβλέφαρα à circunliniendo, id est expoliendo, de quibus Hermolaüs in Corollario.

Epicratica, quæ retentricem vim habent.

Epidesmata, deligaturas, de quibus apud Hippocratem in lib. de medico, vbi multa de his scribit, vt imprimis vulibus.

Epipasta, ita vocata, quoniam insperguntur. Sunt enim arida medicamenta inspersilia, vt scribit Galenos lib. 4. medicamentorum κατὰ γένη. Quæ etiam nonnulli καταπαστὰ vocant, de quibus suprà diximus.

Epispastica, quæ dissiciendi, ex altóque auellendi, attrahendíque siue extrahendi vim habent, vt dicit Cornelius Celsus, lib. 5. c. 18. & c. 19. Et, vt etiam scribit Scribonius Largus, aperiunt, & educunt pus, vel si quid aliud subest. De quibus Dioscorides lib. 2. quo loco de sinapi differit, & lib. 3. vbi de Pyrethro. & Gale. lib. 5. & iterum 6. medicamentorum κατὰ γένη, vbi ea ab extrahendo dicta scribit. Et hæc eadem cũ Elcticis, & Helcysticis, de quibus posteà dicemus, scribit Galenus lib. Simplicium medicamentorum 5. c. 17.

Epispastica, quæ inspissatum humorem discutiunt, non tamen fortiter, nec aceruatim, vti Diaphoretica, de quibus suprà diximus.

Epithemata, siue vt vulgò dicunt Epithymata, quæ Cornelio Celso Pittacia dicuntur, vnctiones, & gargarismata, sacculi, fumi. Cæteris opercula ad refrigerandum superimposita. De quibus Paulus Aegineta libr. 7. cap. 18. vbi ea dicit mediis corporis partibus iniici, & Aëtios Tetrab. 1. Serm. 3. c. 140.

Epulotica, quæ cicatricem inducunt, hinc quoque dicta, quòd οὐλὴ cicatrix est, quæ & Synulotica quoque dicuntur. Horum multa apud Galenum li. 2. iterum li. 4. & li. 6. Phar. κατὰ γένη, & Simplicium medicamentorum, lib. 5. c. 15. & 16.

Errhina quæ naribus induntur & caput per eas purgant, vt Apophlegmatismi, de quibus suprà diximus. Vulgus medicorum Nasalia vocat, quæ in oblongam formam coacta naribus indita, aut liquida illis, aut etiam per instrumentum quoddam siue cornu quod ῥινεγχύτην vocant, infusa, sternutamenta cient, atque ita mucum prolectant. De quibus Galen. libr. 2. ca. 2. Phar. κατὰ τόπους, & lib. 5. Simplicium medicamentorum c. 2. & Paulus lib. 1. c. 46. & lib. 3. ca. 5. Græci autem ῥῖνας vocant nares, vnde nomen huiusmodi medicamentis, vt scribit Galen. li. 5. Simplicium Pharmacorum c. 20.

Escharotica, crustam inducentia. Crustifica vocare possumus, apud Gal. Simplicium medicamentorum lib. 5. c. 15. & lib. 10. post princip.

Eucoelia, quæ leuiter subducunt. plus tamen quam natura per se faceret, apud Dioscoridem, lib. 1. c. 134.

Eustomacha, quæ apta sunt stomacho, vt nomen ipsum indicat.

Exenterica apud Octauium Horatianum lib. 2. parte 2. c. 18.

Exipotica quæ concretum humorem dissipant.

F

Fusilia, vide suprà, Copta.

G

Gargarisationes, vide suprà Ans gargarismos.

Gleucina, quæ vim habent calfactoriam, emollientémque, ac remittentem. Súntque ad dolorem ac lassitudinem tollendam accommodatissima. Ideóque Andromachus nõ malè ea Acopis adiunxit, vt scribit Gal. lib. 7. Phar. κατὰ γένη, vbi & huiusmodi Pharmaca multa describit. Ita autem vocantur, quòd musto conduntur, & incoquuntur, quod Græcis γλεῦκος dicitur. Ideo & hæc Pharmaca Multea ad verbum potes interpretari.

Globulos, vide suprà Catapocia.

Glomeramina, vide in eodem loco.

Glycea, quæ aliquando purgant, & aliquando acriores humores indulcant.

Gongylios, vide Catapocia.

H

Hedysmata tanquam condimenta, siue dulciaria, quæ odorũ generibus conficiũtur, vt scribit Plinius li. 13. c. 1. Sed tu vide Ianum Cornarium aliter declarantem in Commentariis Gal. Phar. localium lib. 1. c. 2. & in commen. Paul. Aegi. lib. 3. c. 1.

Helctica, siue etiam Helcystica. (vtroque enim modo dicuntur Gal. li. Simplicium medicamentorum 5. c. 17. in prin. atque etiam in fi.) quæ latinè attrahentia, siue attractoria potes dicere, quæ scilicet ex alto, vt dicit, vehementiùs extrahunt. De quibus & idem Gal. lib. eiusdem operis 8. ca. de Propoli. & Aëtius Tetrabili 1. Serm. 1. in eiusdem rei tractatione. Eadem autem hæc dicit Galen. loco priore cum Epispasticis, de quibus suprà diximus.

Hydragoga, quę scilicet aquam intercutem, siue humorẽ aquosum educunt, tanquã dic

Aquagia,& vt vertit Cælius Aurelianus lib. Chroniôn 3.c.8. A quiduca:de quibus etiam Aëtius Tetrab.1.Ser.3.c.52.

Hydrotica,& Hydroteria quæ sudores prouocant sinc mouent,tanquam dicas Sudorifica, siue sudatoria,nam & hoc vltimo vtitur Plautus in Sticho,vel vnctiones Græcas sudatorias, vel aliis malis,& ni fallor Plinius alicubi.

Hygieina,de quibus Galenus in li.de bono & malo succo,vbi de aceto loquitur, quæ scilicet tuendæ valetudinis medicamenta sunt,& vim attenuandi habent,vt ille dicit.

Hygremplastra,quæ scilicet sunt liquida emplastra,vt contrà Xeria sunt sicca & arida, de illis enim loquitur Plinius,qui & ea voce vsus est lib. 34. c.15.

Hygrocollyria,id est.liquida collyria,de quibus Paulus Aegi.li.3.c.22.non semel.

Hypactica,ventrem subducentia,apud Galenum lib.5.Simplicium Phar. c.2.

Hypelata,medicamenta laxatiua per os sumpta,& ea quidem leuia,& blandiora Alexandro Tralliano lib.3.

Plinij Valeriani locus. Hypnotica,quæ somnum faciũt,quasi somnifera,somnifica,soporifera. De quibus Plinius Valerianus lib.rei medicæ 3.c. 8.vbi Hymnotica corruptè legitur.& Galenus lib. Simplicium medicamentorum 5.c.19.Sed & ea nonnullis Hypnopoia dicuntur:vt Dioscoridi lib. 1.c.item 1.Sunt & qui ὑπνώδεα pro deſantibus accipiunt.

Hypoglotides,& Hypoglottia ita dicta,quòd linguę subiiciuntur,apud Paulum Aeginesam lib.2.c.48.Ea tussi,& thoracis, arteriæ quę vitiis sunt accommoda. Galen. ὑπογλωττίδας vocat lib.7.κατὰ τόπους,c.2.

Hypopia,quæ sugillatis admouentur,vt dicit Gal.lib.1.medicamentorum κατὰ γένη. Quanquam ὑπώπιον eidem Galeno aliud significare videtur κατὰ τόπους lib.5.c.1.in prin.

I

Incensa,vide suprà Thymiamata.

Insinctus,vide suprà Embammata.

Ipia,vide suprà Aresodyna.

Ischæma,quæ sanguinem attenuant,& comprimunt,siue supprimunt, apud Paulum Aeginetam li.7.c.13.

L

Lapactica,ventrem lubricantia,apud Galenum li.5.Simpl.Phar.c.2.

Leia,quæ & Leænonta,Lenia,quæ scilicet asperitatem leniunt,contraria his quæ Trachynonta vocant.de quibus infrà dicemus.

Leptyntica Attenuatoria,Extenuantia,apud Dioscoridem lib. 1.c.66. vbi de Nardini vnguenti confectione.& alibi sæpe:& Galenum lib. Symplicium Phar.5.c.2.& c. 23.& Aëtium Tetrab.1.Ser.2.c. 240.

Leuca,alba,eadémque lenia emplastra,& ferè non grauibus vulneribus accommodata,de quibus Celsus.

Leucomatica,quæ abstergendi facultate sunt prædita.

Lexopyretos,aut vt alij vocant,Lexipyretos,medicamina priuatim febribus abigendis facta,atque earum ardores mirificè placantia ac lenientia, tanquam feruoris amuleta ἀπὸ τοῦ λήγειν τοὺς πυρετοὺς.De quibus nonnihil Plinius libro 20.c.18.loquens de papauere.Alter Plinius Valerianus lib.rei medicæ 3.c.item 3.& Aurelianus. qui hos ponit inter Anodyna, libr. Chroniôn 3.c. 4.& Trallianus lib.5.c.25.

Linamẽta. Linamenta vide infrà Turundas,& Andernacum in Commentariis in libr.3.Pauli Aeginetæ c.24.ex quo cognosces multa eorum genera.

Lipara,siue Liparas(nam & neutro & fœminino genere reperiuntur)lenia quoque emplastra ex vnguine aliquo confecta:ita dicta, quòd λιπαρὸν pingue significat. De quibus Cornelius Celsus lib. 5.c.19.& iterum c.26.Plinius,qui Græcam appellationem retinuit, libr.23.c.vlt.& li.33.c.6.& alter Plinius Valerianus lib.3.c.22.& Gal.li.Phar.local.1.c.8.vbi Cornarius simpliciter pinguia vertit,propter pinguitudinis cuiuspiam cõmixtionem,& Marcellus c.32.

Lipasmata à pinguitudine item dicta , tanquam pinguedines dicas, de quibus Paulus Aegineta lib.3.c.18.

Lysiponia, veluti labores & lassitudines soluentia , de quibus Galen.lib.4. κατὰ τόπους,ca.7.

M

Magmata,quæ expressa aliqua materia supersunt crassa,feculenta,atque lignosa,quę Plinius,lib.13.c.2.vnguentorum feces,Celsus lib.5.c.15.& ipse Plinius lib. 18. ca. 16. recrementa, Varro lib.1.rei rusticæ c.64.retrimenta.

Malactica,tanquam dicas mollitiua,siue mollientia,siue etiam mollitoria,quòd dura apostemata in pus ducendo mollia reddunt,à verbo μαλάσσω,quod est mollio, dicta. De quibus Gaen.lib.7. Phar.κατὰ γένη.

Malagmata, quæ etiam ad molliendum integræ cuti adhibentur, vnde & illis quoque nomen ab eo verbo. Quæ etiam calefaciendi causa dantur,& è flosbus aut eorũ surculis cõficiuntur,

ciuntur, vt diximus suprà in Emplastris, vbi docuimus ex Celso, quid intersit inter hęc, & ipsa Emplastra, & Pastillos. Asclepiades autem & Andromachus omnia pharmaca quæ forinsecus imponuntur, siue adstringendo condensent, siue indurent, hac voce appellabant, sed impropriè, vt scribit Galenus lib. 8. Phar. κατὰ τόπους, in princip. Et hac quoque voce vsus est e latinis scriptoribus Columella libro 6. cap. 17. & Plinius li. 24. c. 7. & 8. & 9. & 11. & lib. 25. ca. 13. & libr. 31. c. 6. & lib. 35. c. 6.

Malaxantia, de quibus Oribasius lib. de virtute Simplicium c. 24. *Malaxantia.*

Manotica quæ ita rarefaciendi vim habent Galeno, quibus contraria sunt Pycnotica, de quibus infrà dicemus. nam μάνωσις & πύκνωσις contrariæ affectiones intelliguntur.

Melana. quæ concludunt, siccántq; fluentia, apud Celsum Aurelianũ li. Chroniôn 2. c. 1.

Melina, ita dicta à colore τοῦ μήλου, id est, mali Cotonei, apud Galenum lib. eiusdem operis 1. c. 8. & Plinium lib. 13. c. 1. Quis autem sit huiusmodi, disces ex eodem Plinio lib. 35. c. 6. & interim vide Paulum Aeginetam li. 7. c. 2?.

Metasyncritica, veluti recorporantia, siue recorporatiua, siue incorporatiua. Nam ita interpretatur Aurelianus lib. Chroniôn 2. c. 3. & lib. Oxeôn 3. c. 16. & c. 38. Recuperatiua autem Oribasius in compendio medicinæ, nisi & ibi Recorporatiua sit legendum. Est enim vocabulum sumptum ab his qui putabant corpus ex atomis constare, vt μετασυγκρίνειν nihil aliud sit, quàm μεταποροποιεῖν. Alij vertunt confirmatoria, & quæ persanant. Sic verbũ μετασυγκρίνειν interdum à Tralliano, & Aegineta pro ἀναλαμβάνειν, id est, confirmare accipitur. Ruellius in Thapsia Dioscoridis Transconcretiua vertit. Galenus Phar. localium lib. 1. c. 2. & c. 8. & li. 2. c. 1. ita dicit vocari pharmaca quæ ex alto siue profundo euocare, ac meatus transmutare possunt, vel vt vertit Celsus, habitum corporis mutare, cutémque relaxare, & corruptum humorem euocare: quo in loco videas Cornarium in Commentariis eius loci, & Paulum Aeginetam lib. 4. c. 1. & lib. 5. c. 3. & Aëtium Tetrab. 3. Sermo. item 3. c. 26. in fin. & ante hos ipsum Galeo. lib. 4. Methodi, & lib. 5. Simplic. Pharmac. c. 25. *Oribasij locus.*

Minytica. quæ ex alto valent causas in ductione propria detergere, vt scribit ipse Aurelianus lib. Chroniôn 1. c. item 1.

Monohemera, quæ scilicet vno tantùm die cruciatus vehementiores sedando vires obtinent. de quibus Galenus lib. 4. Phar. localium, c. 7. & Marcellus medicamentorum cap. 8. & Aetius in morbis oculorum, & Alexander Trallianus li. 2. c. 1.

Motophylacia, vide suprà Emmota.

Myra, Vnguenta quæ exactè consistentiam oleosam habent.

Myracopa, quæ consistentiam corporum obtinent, ceram, aut resinam, aut aliud eiusmodi suscipientia, de quibus Galenus lib. 7. Phar. κατὰ γένη, & Aetius Tetrabi. 3. Serm. 3. c. 33. Alexander Trallianus li. 7. c. 14. Paulus Aegineta li. 7. c. 2?.

N

Narcotica, quæ torporem siue torpedinem, vel hebetudinem, aut stuporem faciunt & dolentem partem consopiunt, stupefaciunt. De quibus Paulus Aegineta lib. 3. ca. 22. & c. 78. Hæc & καρωτικὰ quoque dicuntur, de quibus diximus.

Nasalia, vide suprà Errhina. *Nasalia.*

O

Odontoglypha, dentiscalpia, quæ maximè ex arundinibus in oblongam formam figurantur, eximendis his quæ dentibus à morsu ciborum inhærent. in quem vsum lentiscus antiquis fuit, vt satis declarat Dioscor. li. 1. c. 83. aut aliorum sectione 88. & Martialis lib. 3. epig. 40. *Lentiscus dẽtiscalpis conuenit.*

Primas rubentes cuspidésque lentisci. Et iterum lib. 6. epig. 73.

Foditque tonsis ora laxa lentiscus. Et in Apophuretis c. 22.

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna leuare potest.

Odontotrimmata, id est. Dentifricia, quæ scilicet dentibus frigefactis, motis, & dolentibus, & iisdem poliendis, & gingiuis laxis, & ad parulides, & putrefactiones, cæteráque oris vitia sensim destinata parantur, & in tenuissimum puluerem redacta affricantur, apud Dioscoridem lib. 2. c. 51. in quo loquitur de cinere Cornu Ceruini: Scribonium Largum de Compositionibus medicamentorum cap. 59. Galen. li. Phar. local. 5. ca. 9. & Aetium Tetra. 2. Sermo. 4. ca. 35. Plinium, qui Dentifricij nomine vtitur, lib. 28. c. 11. & lib. 30. c. 3. & libr. 32. c. 6. & libr. 36, cap. 21. non semel. Alterum Plinium Valerianum, qui & eadem voce vtitur, lib. rei medicæ 1. c. 37. Sextum Platonicum, qui & eam vsurpat lib. medicinæ ex animalibus c. 1. Octauium Horatianum lib. 1. c. 14. & Marcellum Burdegalensem, Medicamentorum c. 13. Martialis autem in illis ipsis Apophoretis Dentifricij lemma seorsim habet, ad Edentulum epig. 56.

Quid mecum est tibi? me puella sumat,
Emptos non soleo polire dentes.

Odynera, quæ dolorem ciunt. Nam & hæc inter Pharmaca numerat Galenus li. 5. Simplicium Pharmaco. c. 3.

Odyne

Odynephata, quæ contra dolorem pellunt. De quibus Homerus loquens de Pæone Deorũ medico curante vulnus Plutonis lib. 5. Iliados,

Τῷ δ' ἐπὶ παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων
ἠκέσατ'.

Et alibi in fi. eiusdem libri de eodem curante vulnus Martis, vbi & eosdem versus adscribit. Iterúmque ad fi. lib. 11.

Χερσὶ διατρίψας ὀδυνήφατον, ἥ οἱ ἁπάσας
ἔσχ' ὀδύνας.

Ophthalmica, oculorum medicamenta Dioscoridi lib. 1. cap. 90. vbi de Cedro, & cap. 114. vbi de Ebeno.

Orbiculos, vide suprà Catapotia.

Orectica, quæ auferunt fastidium appetitus, tanquam dicas appetitiua.

Osphranta apud Paulum Aeginetam li. 3. c. 12. quæ naribus odoranda adhibentur, atque ita cerebrum mouent, & vt vertit Cornelius Celsus, odore mouent.

Ozanica, olfactoria apud Dioscoridem.

Oxyporia, vide Catapotia.

Oxydorcica, quæ oculorum aciem exacuunt, & caliginem discutiunt, atque etiam ætate confectis visorios spiritus deficientes instaurant, vt scribit Alexan. Trallianus.

Oxypora, siue Oxyporia, id est, citò penetrantia, à Columella descripta li. rei rusticæ 12. c. 57 eodémque postremo: & Aëtio, Tetrab. 1. Ser. 3. c. 90. & seq. & Tetrab. 2. Serm. 2. c. 10. & Tetrab. 3. Serm. 1. c. 24. non semel, & 27. & Marcello. c. 20. sæpissimè. Quanquam sunt qui hanc appellationem referunt ad condimenta aceto diluta, quòd ὄξος acetum sit. Horum quoque mentionem facit Plinius libr. 24. c. 8. paulò ante fi.

Oxytoca partus adiuuantia, aut accelerantia.

P

Pachyntica, Incrassantia siue impinguantia, apud Galenum lib. Simplicium Phar. 5. cap. 2. & c. 23. & Aëtium Tetrab. 1. Serm. 2. c. 242.

Panchresta, ita appellata ab omnimoda vtilitate apud Plinium li. 23. c. 7. & Galenum lib. Phar. localium 4. c. 7. & Aëtium Ser. 6. c. 96. & Paulum Aeginetam lib. 3. c. 22. & lib. 7. c. 16. Et de eo quoq; Cicero in Verrem actione 4. Cùm omnes eius comites iste sibi suo illo panchresto medicamento amicos redemisset.

Paracolletica, vide suprà colletica. De his autem Celsus lib. 5. c. 19.

Paregogica, id est, demulcentia dolores ex inflammatione prouenientes, & qui ad suppurationem tendunt: habéntq; vim & mitigandi & sedandi, & somnum inducendi. De quibus Trallianus lib. 1. cap. 23.

Paregorica, lenientia, mitigantia, integrantia, consolatoria: & quæ id agunt, ne malum crescat, cùm non persanant. De quibus Marcellus, c. 36. & Galenus lib. Simplicium medicamentorum. 5. c. 19. vbi & ea Praynticа dici scribit, & lib. 10. eiusdem operis, quo loco tractat de sero lactis. Et Alexander Trallianus lib. 1. c. 23.

Peremplastica, vide Emplastica.

Pastillos, vide suprà Emplastra, & iterum Catapotia.

Peliomata eadẽ ferè quæ Hypopyia, de quibus suprà diximus, apud Paulum Aeginetam, lib. 3. cap. 24.

Peptica, Concoquentia, Concoctoria, quæ & Sympeptica dicuntur, quæ scilicet foris adhibita concoctionem adiuuant, à verbo πέπτω, quod significat digero, concoquo. Quæ & ipsa abscessus, & collectiones maturant. Et hoc verbo vice latini vtitur Plinius. De Sympepticis autem Galenus lib. 6. Simpli. medicamentorum. c. de Cistho, & Dioscorides lib. 1. cap. 49. vbi de Sampsuchino vnguento: & Aëtius Tetrab. 1. Ser. 2. c. 221.

Periammata & Periapta quæ corporis partibus quibuscunque præsertim collo circunligata, aut appensa eas à noxa tutantur: maláque siue maleficia auertunt & amoliuntur, à circunligando, aut circumponendo dicta, tanquam obligamenta dicas. De quibus Dioscorides lib. 4. cap. 127. quod de Hippoglosso est, Galenus libr. 2. pharma. localium, cap. item 2. Quid autem intersit inter hæc & Apotropæa, in illis suprà diximus. vide suprà Epichrista.

Pessaria, vide mox pessos.

Pessos, quos alij Pessulos, & Pessaria, Græci etiam Pessas, & Prostheta, & Priapisca, & Priapiscota dicunt, quòd pudendi virilis figuram repræsentent, eáque genitalibus fœminarum partibus induntur, ad multos earum morbos, quorum multos describit Cornelius Celsus li. 5. cap. 21. & Paulus Aegineta lib. 3. c. 60. & li. 7. cap. 24. vbi tres eorum differentias declarat. Ex quo Cherea Terentianus in Eunucho clausa puella in cubiculo cum adolescente, pessulum ostio obdidit, non foribus ceram aut vectem, ne quis amoris sui cursum impediret obiiciens, sed ex istorum Pessulorum, de quibus loquimur, ratione inceptam iam venerem festiuè describens. Magna enim, vt scribit Marcellus Virgilius in Dioscoridem, ioci vis in ostij ambigua voce est,

voce est, in qua cogitandum poëta relinquit, cubiculine, an virginis ostio pessulum obiiceret. Nam & fœminarum naturalia portam, & ostium olim fuisse appellata testimonio est illud Propertij lib. 2. Elegiarum,

Lanuuij ad portas hei mihi solus eram.

De quo loco & nos diximus in 4. lege connubiali, num. 9. quin & nuditas. Huícque aut portæ aut ostio non ex domus custodia, sed ex medicinæ disciplina Pessulum Eunuchus obdidit. Cæterùm Cœlius Aurelianus libro Chroniôn 4. cap. 7. in fi. hos Pessos siue Pessulos etiam Balanos vocat, de quibus suprà etiam diximus, atque etiam Balanismos.

Phlegmagoga, id est, Pituitam educentia, apud Alexandrum Trallianum, lib. 4. cap. 2. & Aëtium Tetra. Sermo. 3. cap. 34.

Phlepharica, id est, vt interpretatur Cælius Aurelianus lib. 4. Chroniôn c. 2. Palpebraria, quæ scilicet palpebris sunt accommoda. De Calliblepharis autem suprà diximus.

Phœnissonta, id est, rubicantia Aëtius, Tetrab. 1. Ser. 3. c. 183.

Phthoria, vide suprà Ecbolia.

Picra, quæ sua amaritudine morbos & humores expellunt, & ea ab amaritudine dicta.

Pilas, & Pilulas, vide suprà Catapotia.

Piletica, quæ densandi vim habent, Apud Galenum Simplicium Pharmacorum 5 cap. 2.

Plerotica, explentia, siue replentia, Dioscoridi li. 1. c. 81. vbi de sicca pice loquitur.

Polychresta, quæ scilicet multis & diuersis affectibus conferunt, vt omnibus Panchresta, de quibus diximus. De his autem Galenus lib. 7. Phar. κατὰ τόπους, c. 1. & lib. 5. κατὰ γένη: & Trallianus lib. 4. c. item 4.

Prayntica, vide suprà Paregorica.

Priapisca & Priapiscota à pudendi humani similitudine, vide suprà Pessos.

Prouretica, quibus vrinam ciere volumus, de quibus apud Galenum pharma. κατὰ τόπους libro octauo, cap. 3.

Prophylactica, præseruatiua, præmunitiones, præcautiones, & sanitatis tutelas, apud Gal. eiusdem operis lib. 1. Alexandrum Trallianum lib. 1. ca. 21. Sunt qui ita appellant peculiariter medicamenta quibus calculorum generatio prohibetur.

Propomata, id est, propinationes, siue pocula, quæ maxima ex parte fiunt ex vino & melle despumato, de quibus Paulus Aegineta. lib. 7. cap. 15.

Prosplastica, de quibus suprà in Emplasticis.

Prosthetа, vide suprà Pessos. Nam hac voce pro Pessis vsus est Aristoteles lib. secundo de generatione animalium c. 9. τὰς δὲ γυναῖκας βασανίζουσι τοῖς τε προσθέτοις, ἐὰν διικνῶνται αἱ ὀσμαὶ πρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἐκπνεόμενον ἄνω, καὶ τοῖς ἐγχρίστοις. id est, Mulieres autem iis quæ vuluæ insinuantur, explorant, cùm odores ad spiritum qui foris aduenit ab infernis partibus sursum perueniant, & iis quæ illinuntur. Hæc ille. Dicuntur autem à verbo προστιθέναι, quod propriè, & peculiariter significat subiici naturalibus fœminarum, quo verbo vsus est Dioscorides li. 1. c. 1. quo de Iride tractat, & Galenus lib. 7. de Simplicium medicamentorum facultatibus. Et hinc quoque προσθέματα dicuntur eâdem significatione. qua etiam voce vsus est Dioscorides eodem lib. primo, capite decimoquinto, vbi de Costo differit.

Psilothra, depilatoria, quæ scilicet pilos euellunt, & glabreta inducunt, de quibus Galenus libro pharmacorum localium 1. c. 4. & Alexander Trallianus li. 4. c. 12. & Aëtius. Quaternionis 2. Ser. 2. c. 64. & Paulus Aegineta lib. 7. c. 13. Eâque voce pro latina vsus est Plinius libro 23. capite 18. & libro 23. in procemio, & libro 24. cap. nono & 10. & libro 28. c. 15. & libro 30. cap. 14. non semel, & libro. 32. c. 7. & c. 10. & alibi sæpe. & Martialis quo loco suprà citauimus in Dropace: & iterum libro 6. epig. 9. eodémque pen.

Psilothro nitet, aut acida latet oblita creta.

Psorica, hinc dicta, quòd scabras in palpebris affectiones sanant. Psorici medicamenti meminit Plinius lib. 34. c. 12.

Psyctica, refrigeratoria, quæ omnem calorem, & lassitudinem mitigant. Galen. libr. nono Simplic. Pharmac. scribit ostracitem lapidem esse participem ψυκτικῆς δυνάμεως: Dioscor. lib. 5. cap. 44. vnguentum rosarum: & iterum, c. 46. vbi de vnguento Melino, & alibi sæpè.

Ptarmica, quibus sternutatio concitatur & elicitur, tanquam dicas sternutatoria, apud Dioscoridem lib. 4. c. 149. vbi de Cucumere syluestri, & Elaterio loquitur in fi. Ibi enim non ἀπαρκτικὸν, vt vulgò legitur, sed πταρμικὸν esse legendum contendit Marcellus Virgilius aliorũ locorũ authoritate. Et hac appellatione vsus est pro Latina Octauius Horatianus li. 2. parte 1. c. 3. & lib. 3. c. 6. Hæc nonnulli Diptarmica quoque vocant. est autem sternutamentum.

Ptygmata, quæ cuiusmodi sint, declarat Cælius Aurelianus libro Chroniôn 1. c. 2.

Pycnotica, id est, condensantia, apud Galenum Simplic. medicam. lib. 5. c. 5. & 14. vide suprà Picnotica.

Pyopæia, suppurantia, pus mouentia, ad suppurationem perducentia, Dioscoridi libro 1. ca. 81. quo tractat de pice sicca. Suppuratoria vocat Plinius lib. 28. cap. 4.

Pyrotica apud Dioscoridem li.1.vbi de Amaracino vnguento loquitur, quę Marcellus interpretatur calorem fouentia. Ruellius feruorem excitantia, Hermolaüs corpus adurentia, Manardus lib.8.epistol.epist.2.Ignitoria, siue inflammatoria.

R

Rœsteria pharmaca vocat Apollonius Rhodius libr.Argonauticôn 3. veluti corruptiua.

Rostica, corroborantia apud Aëtium Tetrab.1.Sermo.2.cap.220.& cap.256.

Rotulos, vide suprà Catapotia.

Rhynenchita, quæ pituitam per os educunt. Sed ne decipiaris, hæc medicamenta non sunt, sed vel cornu, vel ferramentum, quo in os vel in nares medicamenta inciuntur, apud Scribonium Largum, & Aurelianum.

Rhyptica, siue Rhyptonta, id est, extergentia, abstersoria, quæ scilicet sordem auferunt in superficie, siue in cute, siue etiam in vlceribus, à verbo ῥύπτω: de quibus Galenus li.4.Pharm. localium.cap.4.& lib.4.Therapeuticæ, & lib.6.de Simplicium medicamentorum facultatibus, quo loco de Loto domestica differit, & iterum de Myrice: & Aetius Tetrab.1.Sermo.1. vbi de eadem loquitur, & Serm.2.c.225.& Aegineta lib.7.cap.3.vbi de Alyssio.

S

Sarcotica, veluti carnem producentia, inducentia atque etiam glutinantia, quæ scilicet carne implent caua vlcera, apud Dioscoridem lib.1.c.36.vbi de oleo Myrtino: & Galenum, li. Simplicium Pharmacorum 5.c.2.& Paulum Aeginetam lib.7.cap.13.in prin.

Scarotica, quæ cutem extendere, vel corrumpere valent, Aureliano li.Chroniôn 1.ca.1. & lib.3.cap. 4.

Scedastica, quæ vim deiiciendi, seu dissipandi habent, apud Dioscoridem lib.5.c.62.quo de Ochra differit.

Scleryntica.id est, Indurantia, apud Galen.lib.5.Simplic. Pharma.cap.2.& 10.Septa, exedentia, siue erodentia, & exulcerantia, Celso lib.5.cap.19. Quæ & ipse Septica vocat lib.7.c.21. vti etiam Plinius, qui eam vocem vt Latinam vsurpat li.21.c.23.vbi eorum vim declarat, quòd scilicet vlcus faciant, & 27.c.12.& lib.28.cap.9.& lib.29.c.2.& lib.30.c.4.& libr.34.cap.vlt. & Galen.lib.1.medicamentorũ κατὰ γένη,& lib.5.de Simplicib.& Paulus Aegineta lib.7.c.13. Ipse autem Celsus.d.li.7.c.21.Ea, inquit, sic exedunt, ne arrodant. Porrò dicta sunt à verbo σήπειν, quod exedere est. Sed & Septica pro putrefacientibus posuit Galenus li.5.Simplic. medicam. cap.15.à verbo σήπω, quod putrefacere est. Plinius lib.23.c.7.Exulceratoria vocat.

Serapia vide infra Syrupos.

Smectica, quæ abstergendi vim habent, veluti dicas abstersoria, siue detersoria apud Dioscoridem lib.1.cap.124.vbi de Hebeno, & de iis quoque Trallianus. Et ea voce pro latina vsus est Plinius libro 30.c.4.

Smegmata, siue smigmata, de quibus diximus in 4.lege connubiali, num.29.denique. Ea autem Aurelianus lib Chroniôn 7.c.2.nuncupat pulueres lacessentes, & purgatiuos. Tu ea potes dicere repurgatoria. De his multa Aetius Quater.2.Sermo.2.c.54.& Sermo.4. cap.6. & Quater.4.ca.112. Hæc & Smegmatica vocat Plinius lib.30.ca.9.ad fi.

Splanchnica, quæ ad viscerum morbos conficiuntur. Ita enim vertit Hermolaus Barbarus in Dioscor.lib.1.c.84.quod de ibure est. Marcellus autem Virgilius ad Interanea vertit.

Sphærica, ita dicta à figura efformationis, apud Galenum Phar.localiũ lib.4.c.7.Sunt qui existimant hæc esse Catapotia de quibus suprà. Sphæria nonnulli vocãt, vt Paulus Aegineta lib.7.cap.17.& ex Latinis Cornelius Celsus lib. 6.cap. 6.

Sphærias, vide Catapotia.

Stagmata, quasi destilationes quæ succo constant.

Staltica, vide suprà Catalstica. De his autem Dioscorides lib.5.c.46.quo de Squamma æris & Galenus lib.5.Simplicium Pharmacorũ ca.2.Trallianus, & Horatianus, aut, vt alij malunt, Priscianus, libro secundo, parte 2.cap.16.& cap.18.in fi.

Stegnotica, obstruentia, claudentia: hinc scilicet dicta, quòd claudunt, ac continent in se, nec quicquam quod sensu queat percipi, ex sese emittunt, Gal.li.5.Simplicium Phar.ca.14.

Stomachica, quæ aperiendi vim habent, vt dicit Cornelius lib.5.cap.18.nonnulli corruptè legunt Stromastica.

Stomatica sic appellata, quòd oris vitiis & inflammationibus maximè sunt accommoda, στόμα enim os est. Quæ qualia sint, docet Plinius lib.23.c.9.& 7.non semel.& lib.24.c.11.& 13. & Galenus in sua Isagoge, in cap.de remediorum diuisione, & lib.6.Pharma.localium, cap.1. & Paulus Aegineta li.7.c.14.& Aëtius Tetrab.2.Ser.4.c.42.& seq.

Stryphna, vehementer scilicet adstringentia, Galeno lib.8.Therapeuticæ.

Stymmata, veluti Spissamenta, quæ olei generibus constant, vt scribit Plinius lib.13.c.1.de quibus etiam apud Galenum lib.3.Pharma.localium.c.item 3.& Generalium lib. 2. & Aetiũ Tetrabibli.3.Serm.1.non semel. Vide tamen Cornarium in Commentariis in ipsum Galen. Pharma.localium lib.1. cap.2.& in Paulum Aeginetam lib.3.cap.1.

Styphonta

Styphonta, quæ teste Aureliano lib. Chronion 4.c.5. consiccare vehementius possunt. Ea autem austera esse tradit Galenus Simplicium medic. lib.1.c.38.

Stypteria, quæ cuiusmodi sint, & quæ sint optima, disces ex Aureliano eiusdem operis lib. 2.c.13. & Oribasio lib. de virtute Simplicium.

Styptica, ex qualitate scilicet adstringentia, siue reprimentia. Cuiusmodi multa describit Oribasius lib. Euporistôn 2. Sunt qui ad saporem tantum trahunt, non ad vires. Et de his quoque Plin. lib.24.c.13. pauloante fi.

Suppositoria, quos Græci Balanos vocant, & Balanismos, Latini Glandes, Glandulos, nõnulli Collyria, quæ in anum immittuntur ad educendum stercus induratum. Nam & ob id Suppositoria dicta sunt, quod scilicet in anum immittuntur, vt Pessi, siue Pessuli in vuluam, vt diximus in Pessis. Id enim supponere dicitur à nostro Iuriscon. in l. itē si obstetrix, in prin. & iterum in §.1. ff. ad l. Aquil. dum loquitur de obstetrice supponēte, & Octauio Horatiano, lib 2.c.4. & c.7. & Aureliano, lib.3. ὀξέων, c.17. & à Sereno Sammonico, c.27.

Aut igitur tectum lana supponit alumen. Verbo autem subiiciendi in Pessis vtitur Cornelius Celsus lib.5.c.21. Et verbo subdendi in balanis Plin. lib.26.c.8. & in hac quoque significatione Suppositorij Marcellus, c. 29. Et Balani appellatione veluti Latina vsus est Plinius illo lib. 26.c.8. non semel.

Sympasmata, Aspersiones, quæ ob pruritum corporis adinuentæ sunt, vt dicit Aurelianus Chronion lib.5.c.5. & c. 7.

Sympeptica, vide suprà Peptica.

Symphytica quæ consolidant.

Synactica, contrahentia, apud Galenum lib.5. Pharmacorum, c.2.

Synapismos, vide suprà, Dropaces.

Synchrismata, quæ Acopis propè per omnia respondent, sed consistentiam liquidiorem quodammodo obtinent, vt videre est apud Paulum Aeginetam lib. 7. c. 19. & Perunctiones vocat Marcellus, c.1. Medicamentorum.

Syntatica, quæ scilicet ad siccius paulo vergunt, nondum tamen clarè manifestéque contrahentia. De quibus Gal. lib. Simplic. Phar.5.c.2. Ea Intensoria vocare potes.

Synulotica, vide suprà Epulotica.

Syrupos vulgo notos, quorum nomen, vt multi putant, ab Arabibus ad nos peruenit, qui ea voce vtuntur in succis, vel decocto cum aliqua re dulci inspissatis, quam quidem vocem, si Græca est, putat Manardus Epistolarum medicinalium lib.13. epig.1. ab ὀποῖς, hoc est, succis, & σύρω verbo, quod est traho, deductam. Verum Iacobus Goupylus affinis noster aliud huius vocis etymon esse dicit, nempe ἀπὸ τ᾽ ὀπῦ καὶ σειρεῖν, quod sapæ crassitudinem habeant. Hos autem Alcisius Mundella in suis epistolis medicinalibus Serapia vocat.

T

Tecta, quæ liquari possunt iis contraria quæ ξηρὰ vocant, de quibus infrà dicemus.

Tetherapeumena, id est, curata, emplastra cum ex seuo puro omnes membranulę diligenter exemptæ siue ex alio medicamento, Celso lib.5.c.19.

Thalassera, tanquam dicas marina, ita dicta, vt nonnullis placet, quod nauticis & in mari versantibus commodiora sint. Cuiusmodi est Hermophili Collyrium recensitum Gal. lib. 4. Pharmacorum localium c.7.

Thanasima, pharmaca quæ priuatim his venenis aduersantur, quæ in cibo aut potu sumpta sunt.

Thelctiria Pharmaca dicuntur Apollonio Rhodio lib.3. Argonauticôn non semel, tanquam dicas lenitiua, sedatiua.

Thelygona, vide Arregona.

Thermantica, excalfactoria, quæ scilicet calore suo omnem perfrictionem & stricturam calefaciunt.

Theriaca venenatorum animalium medicamenta, Galeno & cæteris celebratissima.

Thryptica, tanquam dicas frangitiua, apud Dioscoridem lib.1.c.16. quanquam sunt qui ibi legunt Treptica, id est, nutritiua.

Thymiamata vnguenta & confectiones odorati vaporis, apud Dioscoridem lib.1.c.17. vbi de Calamo odorato. Sacræ literæ incensa vocant, Exodi.40. Leuiti. 21. Numer.4. & 6. non semel, & iterum 28. & primi Regum 2. & alibi sæpissimè. vocántque Hebræi קטרת הסמים id est, incensum, aut suffumigationem Thymiamatis. Ita enim scribitur in dicto c.4. Numeri, quo loco septuaginta verterunt τὸ θυμίαμα τ᾽ συνθέσεως, id est, Thymiama compositionis. Nam compositionem acceperunt pro eo quod Hebraicè dicitur, סמים quod significat aromata, & suauissimam rerum bene olentium misturam. Nos suffimenta ea vocare possumus, de quibus infrà num. 289. vt interim.

Thymiateria, quasi dicas suffitoria, quæ propemodum eadem sunt.

Tmetica, id est, Sectoria, de quibus Galenus lib. 7. Simplic. medic. vbi de Myrice tractat.

Toniça quæ robur inferunt.

Trachea, Aspera, quæ suffocata loca vlcerant, & exasperant.

Trachomatica, quæ abstergendi, expurgandíque vim habent, apud Galenum libro decimoquarto Therapeuticæ.

Trachynonta, veluti exasperantia, apud Gal. li. 5. Simp. medic. c. 2. Quibus contraria sunt quæ λεαίνοντα vocant, de quibus suprà diximus, cum Leia descripsimus.

Traumatica, quæ vim glutinandi habent: vti Colletica, de quibus suprà diximus. Ideóque cruentis vulneribus destinantur.

Trochiscos, vide suprà Catapotia.

Tryphera, id est, delicata, ad inustiones ἐπικαύματα Græcis dictas, inscripta à Galen. lib. 4. Phar. localium, c. 7.

Turundas, linamenta illa oblonga & teretia, ex lino siue filis composita, quæ in vlcus immittuntur, vel curandi causa, vel ne os vlceris claudatur, apud Catonem, c. 157. Si fistula (ait) erit, turundam intro trudito. Nós gallicè vocamus *tentes & mesches*. Linamenta vocat Celsus, li. 5. c. vlt. quo de fistulis loquitur: & li. 7. c. 30. vbi de ani vitiis loquitur, & alibi sæpe. Turundas tamé aliter accepisse videtur ipse Cato, rei rusticæ c. 89. & Varro li. 3. rei quoq; rusticę, c. 9.

Tussicularia medicamenta, apud Aurelianum, lib. 2. Chronion, c. 13. quæ quam vim habeant, nomen ipsum declarat.

V

Vomitoria, quæ scilicet vomitum cient.

Vretica, vide suprà Diuretica.

X

Xerantica, exiccantia, resiccatoria, apud Dioscoridem lib. 1. cap. 6. vbi de Nardo loquitur, & libro 3. cap. 3. vbi de Ammi: Galenum libro sexto Simplicium Pharmacorum, vbi de Glycysida, id est, Pæonia.

Xeria, vide suprà Hygremplastra. Hæc autem ξηρά quoque vocantur Paulo Aeginetæ, libro tertio, cap. 22.

Xyrocollyria, id est, Arida Collyria, qua voce vsus est Plinius Valerianus lib. rei medicæ 4. c. 57. Marcellus Xerocollyria vocat, c. 8. non semel.

289 ¶ Vt interim omittam varia genera gestationum, de quibus Cornelius Celsus lib. 2. c. 14. vectationum, Caballicationum (nam ea voce vtitur Oribasius in libro Curationum) Plinius equitationes vocat lib. 28. c. 4. Cursuum, Saltationum, Deambulationum. Nam & has inter remedia ægritudinum & quę bonam valetudinem conseruant, ponunt ipsi medici, vt Asclepiades referente Plinio lib. 26. c. 3. & Cicero lib. 16. epi. famil. ad Tironem πέψιν, ἀλυπίαν, aut vt alij legunt, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας, id est, concoctionem, doloris vacuitatem, aut secundum aliam lectionem, vitationem desatigationum immodicarum, ambulationem temperatam, delectationem, alui facultatem, & ante hos Aristoteles Physic. lib. 2. c. 3. Natationum, Nauigationum, de quibus Plinius d. c. 4. lib. 28. aliorúmque corporis motuum & exercitationum genera, vnctionum, Cupharum, Cucurbitarum, siue vt alij vocant, cucurbitularum lenium, & aliarum item genera: Ventosas vulgo vocant, vt dicit Soranus Isagogæ c. 22. & ita eás vocat Octauius Horatianus, lib. 2. c. 5. De quibus & earum vsu tradit plurima Paulus Aegineta lib. 6. c. 41. Cucurbitarum autem in ea significatione mentionem fecit Plinius lib. 32. c. 10. Phlebotomias, Apophoreses apud Oribasium Compendij, c. 8. Cataxactiones, de quibus ipse Oribasius eiusdem operis c. 14. Irrigationes siue Irrorationes, de quibus Aëtius Tetrab. 1. Ser. 3. c. 172. & Plutarchus in libro de Curiositate, & in lib. de Tranquillitate, & in lib. de Exilio. Humectationes apud eundem Aëtium eiusdem Serm. 3. c. 174. vbi dicit quod hæc ab Irrigationibus differant. Persusiones, Insolationes, de quibus Aëtius Tetrab. 1. Ser. 3. c. 9. Frictiones, siue fricationes, quarum multa genera describit Cornelius Celsus lib. 2. c. 13. & 14. & Galen. lib. 2. & 3. de sanitate tuenda, & Oribasius in compendio medicinæ, c. 4. & Aëtius Tetrab. 1. Ser. 3. c. 4. Balnea & alia lauacrorum, & sudatoriorum genera. De quibus præter medicos multa Clemens Alexandrinus Pædagogi lib. 3. c. 9. Suffitiones, siue suffitus, vel suffimenta Orpheo & Hesiodo præcipuè commendata, vt scribit Plinius lib. 25. c. 2. Fasciarum ac Ligaminum quæ Græci καταγματικὰ vocant, Nodorúmque genera, inter quos & nodus Herculis paucis, vt reor, intellectus, memoratus Plinio lib. 28. c. 6. & Senecæ in epistola quadam ad Lucillium, & Macrobio lib. 1. Saturnaliorum, c. 19. vbi de caduceo Mercurij loquitur. Festo Pompeio lib. 3. in verbo cingulo, & Codro Vrceo, Ser. 1. Et de hoc nodo intellexisse videtur Seneca Tragœdiographus in Hercule Oetheo,

Hic nodus, inquit, nulla quem capit manus,
Mecum per ignem flagret. hoc telum Herculem
Tantum sequetur.

De fasciis autem & earum diuersitatibus videbis apud Gal. lib. de sanitate tuenda 2. & lib. 3. Vociferationes quæ Galeno ἀναφωνήσεις dicuntur, & aliarum vocis exercitationum genera, de

quibus

quibus Aëtius Tetrab. 1. Serm. 3. c. 5. Sapones de quibus apud Aëtium Tetrab. 2. Ser. item 2. c. 54. Sorbitiones, de quibus Cornelius Celsus lib. 7. c. 30. & alibi sæpe, quas Greci ῥοφήματα vocant. Adustiones, Flexiones, Euentilationes, Lauationes, Suffumigia, Aromata, Reuulsiones, Illitiones, Infusiones, quæ & infusa, & iniectiones dicuntur, & Diluta quoque vocantur. Vaporaria Græcis Pyriateria dicta, quę spongiis & aliis rebus fiũt, de quibus Aëtius li. 9. c. 28. Vapotationes vocat Plinius lib. 28. c. 6. & lib. 33. c. 6. & subuaporationes quas ὑπατμισμοὺς Græci vocant. Coronas, de quibus & nos loquemur infrà vbi de Callimacho disseremus. Potionum species, & differentias pro mensibus distinctas, Sorano Isagogæ dato, Lectiones. Ludos, & alias animi laxationes, siue auocamenta, διαχύσεις Græci vocant. Lectos pensiles Asclepiadi excogitatos, vt scribit Plin. lib. 26. c. 3. Terebrationes. Abstinentiæ de quibus Plin. lib. 28. c. 4. & cæteri passim medici. Oris collutiones, de quibus Plinius in eodem loco (hæ enim aliæ sunt quam Gargarizationes, de quibus diximus) Sanguisugas, siue hirudines, Græci βδέλλας vocant. Aquæ distillationes. Aeris siue locorum mutationes, de quibus ipse Plinius d. li. 28. c. 4. Decubitus, vt ille ipse eodem loco tradit. Capillorum rasiones, Peregrinationes, Vincula, Fomentationes. Masticationes (nam & hoc vulgari verbo masticandi vlus est Aurelianus lib. 2. c. 1. & Octauius Horatianus lib. 1. c. 13. & 14.) Lixiuiorum, siue vt alij loquuntur, Lixiuiarum genera. Odoramenta. Sanguinationes, de quibus ipse Aurelianus lib. Chronion 2. c. 4. Scalpellationes, de quibus Oribasius lib. 1. Euporiston. Constrictiones, de quibus idem d. lib. 2. c. 13. παραφλίσεις in eodem loco & iterum c. 14. eiusdem lib. Paropteres auté vocat Horatianus, aut quisquis est, lib. 3. c. 9. Perfusiones, Gal. lib. 12. Metho. & Plinio d. lib. 28. c. 4. ad fi. Diuersiones. Exhilationes Aureliano lib. Chronicon 3. c. 5. Solicationes, quæ Græcè dicuntur ἡλιώσεις, ibi lib. 4. c. 2. Quæ & ipsæ Insolationes quoque dicuntur, olim frequentes veteribus, vt dicunt Galenus & Aetius in cura hydropicorum. Spiritus retentiones, & Scarificationes, id est, cutis concisiones, de quibus Gal. lib. 13. Methodi & alibi sæpe, & Aëtius Tetrab. 1. Ser. 3. c. 21. Aurelianus lib. Acutorum morborum 3. c. 21. & alibi item sæpe. Et ea quoque voce & verbo scarificandi vtuntur Cato Rei rusticæ c. 52. Columella lib. 6. c. 12. & c. 17. & Plin. lib. 17. c. 27. & li. 2. c. 27. & lib. 28. c. 8. & c. 11. & lib. 30. c. 30. non semel, vbi etiam vtitur verbo circunscarificandi, & ad inanimantia trahit idem Plin. lib. 18. c. 16. in prin. Súntque qui existimant apud ipsum Plinium Caprificationem perperam legi pro scarificatione lib. 15. c. 19. & lib. 16. c. 28. sed ij errant. aliud est enim Caprificatio, vt videre licet ex eodé lib. 17. c. 27. & Cælio Rhodigino lib. 18. c. 9. Alligatoria, siue ligacula, quæ scilicet membris dolentibus illigantur, vel appenduntur, Græci περίαπτα vocant, apud Alexandrum Trallianum lib. 9. aut vt alij computat, 10. ad fi. iterúmque lib. 11. vbi de podagra tractat. Et Characteres apud eundem eo. lib. 10. quo tractat de colico affectu ad fi. Anulos, vt & inibi videre est. Incarnationes, de quibus dicemus infrà nu. 298. incip. hínc; Pythagoras, & multis seq. Retractiones, & deriuationes humorũ, Gal. li. 2. Artis curatiuæ ad Glauconé, & alibi. Pyulca instruméta puris attractiua, apud Gal. eo. li. & li. Med. 5. Aliáq; ꝑpe infinita Chirurgicis descripta, & picturata, & cętera id genus multa.

290 ¶ Sed vis audire vocabula nostrorum Practicorum medicorum & Pharmacopolarum de huiusmodi medicamentorum generibus partim certe non reiicienda, sed etiam partim non admodum à bonis autoribus recepta? Ea tibi ordine alphabeti subiunximus.

Abstersiua.	Excorticatiua.	Mollificatiua.
Adustina.	Exiccatiua.	Mordicatiua.
Aggrauatiua.	Exptessiua.	Mundificatiua.
Aperitiua.	Expulsiua.	
Attenuatiua.	Extenuatiua.	Nauseatiua.
Attractiua.	Extractiua.	
Carnis diminutiua.	Humectatiua.	Opitulatiua.
Calfactiua.		Planatiua.
Cauterizatiua.	Impinguatiua.	Pruritiua.
Cicatrisatiua.	Incarnatiua.	Putrefactiua.
Coagulatina.	Incendatiua.	
Combustiua.	Incisiua.	Rarificatina.
Comminuibilia.	Induratiua.	Repercussiua.
Compressiua.	Inflatiua.	Resolutiua.
Condensatiua.	Infrigidatiua.	Resumptiua.
Consortatiua.	Ingrossatiua.	Rubificatiua.
Congelatiua.	Inspissatiua.	Sanguinis retentiua.
Conglutinatina.	Lactis generatiua.	Solutiua.
Consolidatiua.	Lambificatiua.	Sordidatina.
Constrictiua.	Lapidis frangitiua.	Spermatis generatiua.
Consumptiua.	Lauatiua.	Stupefactiua.
Contractiua.	Laxatiua.	Subtiliatiua.

Corrosiua.	Lenitiua, siue	Sudoris prouocatiua.
Corruptiua.	Lenificatiua.	Ventositatis frangitiua.
Decotiatiua.	Liquefactiua.	Vlceratiua.
Desiccatiua.	Lubrificatiua.	Vomitiua, Aurelianus vomitica appellat.
Digestiua.	Maceratiua.	
Dissolutina.	Maturatiua.	Vrinæ prouocatiua.
Exasperatiua.	Menstruorum prouocatiua.	Vrinæ retentiua.

Christus medicus. Sacerdotes medici.

291 ¶ Porro ex hac vtriusque disciplinæ scilicet philosophiæ & medicinæ, id est, curationis animi & corporis coniunctione & conuenientia, Christus, vt opinor, medicum sese esse profitebatur, vt diximus suprà nu. 77. incip. sed quid quod Dominus, quoniam scilicet morbos animi & corporis curat. Nec absimili ratione sacerdotes dicũtur medici, in c. omnis, & in c. cum infirmitas, de pœn. & remi. quòd curantes animã, & corpus quoque curant, vt inibi scribitur.

Medicina nõ tantum circa corpus, sed & animam versatur.

292 ¶ Quid plura? Ego illud asseueranter affirmare audeo, medicorum artem non solum circa ipsum hominis corpus, sed & circa animum quoque versari. Siquidem Phœbus, vt Hippocrates testatur in epistolis, animi & corporis curationem in vnum coire arbitrabatur. Vnde apud Aegyptios atque Persas iidem sacerdotes erant & medici. Propterea Alexander Aphrodisæus in prin. sectionis 2. Problematon ex Georgij Vallę traductione, Aesculapij, inquit, munus cuncta ad vsus hominum comparata dignitate longe antecellit. Animato enim ac rationis participi corpori, ad quam se dirigeret metam exhibuit. Cuius obseruatio, moderatáque custodia reliquis artibus cunctis principium instituit, sensus quidem exacuendo, membra ac inuentionum instrumenta roborando, alia prouidenter animaduersa vtiliter custodiendo, alia vitiose producta emendando atque dirigendo. Hæc corporis ita curam gerit, vt animam neutiquam negligat. Philosophiæ enim suggerit cognitiones. Cuius sine illa sibi confixit principium, nec à naturali abhorret speculatione.

Carneades scripturus se hellebore purgauit. Pharmaca hominẽ purum corpore & animo reddũt. Omnia corporis bona & mala ab anima in corpus fluunt.

293 ¶ Quibus & adstipulatur quod legimus apud Gellium lib. 17. c. 15. Carneadem scripturum aduersus Zenonem superiora corporis helleboro purgauisse, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilia vsque animi redundaret, & instantiam vigorémque mentis labefaceret. Id quod etiam ante illum scripserat Plin. lib. 25. c. 5. Et Valerius Maximus lib. 8. c. 7. vbi tamen id dicit illum fecisse, cum Chrisippo disputaturum. Nam & alias herbas ad animum & mores multam vim habere scribit Theophrastus lib. 9. de historia plantarum c. 21. Cæterum Plato scribit in Cratylo, purgationes & pharmaca medicorum hoc vnum intendere, purum hominem & corpore & anima reddere. Nam & Gal. in li. de Theriaca ad Pisonem, tradit nouisse se Theriacam non esse inefficacem ad animi prudentiã, acrimoniámque. Sensus enim valide vt suo munere fungantur efficere, mentémque vaporibus liberatam subtiliorem reddere. Sed vt ad Platonem redeamus, Is in Charmide prodit Magos illos animæ & corporis medicos, Xamolxidis & Abaridis Hyperbores sectatores, arbitrari omnia corporis & bona & mala ab anima fluere in ipsum corpus, quemadmodũ oculorum qualitas fluit à cerebro, cerebri à toto corpore. Atque vt impossibile est oculos curari, nisi corpus totũ purgetur (sicuti & ipsius autoritate confirmat Gal. lib. Therapeuticæ 4.) Ita corpus ipsum nisi anima bene valeat, non posse bene valere. Valetudinem vero animæ curari Apollineis incantationibus quibusdã, id est, orationibus, quibus insit vis à Deo, & ab philosophia ratio, vt audientibus temperantiæ amorem ingenerare queat. Socrates inibi præterea narrauit vulgarum esse apud Thraces medicos tali quadam curatione nonnullos homines seruare immortales cõsueuisse. Tantum est animæ in corpus imperium, tanta potestas. Quæ magica opinio videtur cum illa Hebræorum Christianorumque sententia consentire, Adæ primi parentis animo prius quidem sano, sana fuisse omnia: deinde vero infirmo, infirma omnia euasisse. Cornelius quoque Celsus integram atque perfectam medicinæ artem intelligi voluit, cum quis hominis valetudinem tueri ex morum animi & corporis cognitione valeret. In quibus duobus naturalis & moralis contemplatio, & vsus quoque continetur.

Corporis qualitates in animũ, & econtrario, magnã vim habere. Animi vitia & affectus morbos gignũt.

294 ¶ Nam & Auicenna corporis qualitatem in animum posse in vtranque partem quamplurimum censuit. Ipsius quoque animi affectiones, motus, imagines ad corporis bonam & malam valetudinem maximam vim habere. Et ante eum Gal. lib. 1. περὶ ὑγιειν., scribit mores animi corrumpi praua consuetudine cuiusque horum: cibi, potionis, exercitationis videndi, audiendi, totius denique musices. Proinde peritum horum omnium esse eum medicũ oportet, qui sanitatis tuendæ curam susceperit. Nec ea opinione esse, quasi ad solum spectet philosophum animi mores effingere. Subdítque animi vitia & affectus plerunque morbos gignere: seque ægros quamuis non paucos persanauisse, solis animi motibus ad debitum motum reuocatis. Citátque non contemnendum, vt ait, eius sententiæ testem Aesculapium. Sed & ante scripserat non parum interesse, si puer quumprimum in lucem est ædius, medico sanitatis tuendæ perito committatur. Ita nanque ad animi quoque affectus nonnihil lucrifaciet. Ipsa nimirum recta victus ratione mores quoque probos reddente. Rursum quoque postea monet pueri septennis animum fingere. Id'que potissimum probis cõsuetudinibus, & grauibus disciplinis,

disciplinis, quæ animo modestiam pariant. Quippe ad ea quæ sequente ætate circa corpus eius moliri oportebit, maximo compendio sit animi modestia & ad parendum facilitas.

295 ¶ Idem Galenus in 3. Technes, c. item 3. & rursum c. 34. inter ea quæ sanitatem corporis labefactant, & passiones quoque animi reponit. Et in libro de substautia virtutum animalium, circa prin. & iterum c. 6. & alibi sæpe, scribit potentias animi sequi corporis temperamétum. Id que confirmat autoritate Platonis, Aristotelis, & Hippocratis. Quod & idem prodit lib. 3. de locis affectis, vbi id dicit esse in confesso omnibus tum medicis, tum philosophis. Et in li. de præsagiis ex insomniis, tradit imaginationes animi affectionibus corporis perpetuo similes esse. Cui sententiæ idem peculiarem librum dedicauit hoc titulo. Quod animi mores corporis temperaturam sequuntur, vbi hanc rem plenissime dissérit, & probat.

De eadem re.

296 ¶ Nec ij soli sunt ex medicis in ea sententia. Nam & id apertè voluit Ioan. Damascenus Aphorismo 22. vbi hinc colligit, cum corpus patitur, & maxime principalia membra, medicinam animæ esse exbibendam. Et quisquis is fuit, cuius de incantatione est liber inter Galeni opera. Haly Abbas lib. Theoricę 5. c. 38 Arnaldus Villanouanus in Speculo introductionum medicinalium c. 80. & in lib. de regimine sanitatis parte 2. c. 9. & in lib. de conseruanda iuuétute c. 3. Et in lib. de vinis, quo loco differit de vino quod vulgo de Seue nuncupant. Gilbertus Anglicus in eo libro quem de morbis cóscripsit, tit. de signis sumptis à dispositione partium capitis: & cæteri ferè omnes medici. Et ex Iurisconsultis Vlpianus autoritate Iuliani scribit vitium corporale interdum vsque ad animum peruenire, & eum vitiare, in l. j. §. apud Iulianú. ff. de ædilit. edic. Idémque in l. ob quæ vitia, in prin. eo. tit. tradit vitium corporis quandoque vsque ad animum penetrare. Bald. autem noster qui in omni doctrinæ genere omnibus nostris est anteponendus, in c. qua fronte, ante fi. extra de appel. dicit quòd qui vult sanitatem corporis, prius quærat salutem animæ, quia anima iuuat corpus. Et alibi, videlicet in l. j. col. vlt. scribit, ex animi passionibus plerunque generari morbos corporis.

De eadem re.

297 ¶ Et ex huiusmodi quoque coniunctione huiusmodi doctrinarum illud procedit, vt sint quędam medicamenta quæ non corporis tantum, sed & animi morbos & vitia curant, aut certe eleuant, quod de Theriaca tradit Gal. in lib. quem de commoditatibus illius priuatim conscripsit c. 6. in prin. Et de aliis Theophrastus, lib. de historia plantarum 9. c. 21. Et scribit Arnaldus Villanouanus in lib. de Simplicibus, medicinam esse quibus homines in paradisum ducuntur, vtpote quibus fiunt proniores ad misericordiam, pietatem, mansuetudinem, benignitatem, castitatem, religioné, & alias virtutes capessendas. Sed & Daniel Vlierderius Bruxellanus libellum ædidit, quo & ipse ostendit medicum non corpori solum, verumetiam animæ suppetias ferre, quod & longo ante tempore dixerat Acestinus medicus, apud Heliodorum lib. 2. Historiæ Aethiopicæ. Et id quoque satis probat, quod suprà vers. abhinc 4. dictum est de Carneade scripturo aduersus Zenonem.

Medicaméta nonnulla animi morbos curant.

298 ¶ Et huc quoque nonnihil alludere videtur, quod scribit Hippocrates in epistola ad Philopœmonem, Medicationem & Vaticinationem cognata esse inter se. Harum enim duarum artium patrem & autorem esse vnum Apollinem. Hincque proauum suum præsentes & futuros morbos prædicere solere, ægrotos & ægrotaturos sanare. Et quod similiter Apollodorus in lib. περί θεῶν, scribit Aesculapium filium ipsius Apollinis, ipsúmque alterum medicinæ parentem præesse augurius & diuinationibus, vt etiam retulit Macrobius lib. 1. Saturnaliorum, qui subdit non id mirum esse, siquidem medicinæ atque diuinationis consecratæ sunt disciplinæ, quod & nos alibi suprà diximus, vbi de Aesculapij historia locuti sumus.

De iisdem rebus.

299 ¶ Hincque Pythagoras, Empedocles, Apollonius Thianens non tam herbis, quàm carminibus morbos curasse traduntur. Et apud Homerum Odysseæ lib. 19. Autolici filij sanguinem qui ex vulnere Vlyssis manabat, carmine sistunt, vulnúsque curant. Quem locum in eam rem annotauit Apuleius Magiæ 1. Veteres, inquit, medici etiam carmina remedia vulnerum norant, vt omnis vetustatis certissimus author Homerus docet, qui facit Vlyssi de vulnere sanguinem profluentem sisti incantatione, cum scribit.

Morbos curari carminibus & cãtionibus.

Ἐπ' ἀοιδῇ αἷμα κελαινὸν

Ἔσχεθον

Sicque apud Heliodorum lib. 9. Historiæ Aethiopicę sanguis Oroondatis carminibus, & incantationibus sistitur. In quam etiam sententiam Serenus Sammonicus c. 33. docens quomodo nimius sanguis menstruus sisti possit, hæc scribit,

Quod si fœminei properabit sanguinis imber,
Est qui frusta molæ percussu decutit vno,
Quorum aliquid lanis tectum ad præcordia nectit.
Hæc simul incantans, sisti debere cruorem,
Vt lapis ille via solitos iam destuit orbes.

Sed & Marcellus Burdegalensis medicus, Medicamentorum cap. 10. ad scribit carmina nescio quæ sanguini sistendo vtilia. Vindicianus quoque medicus ad Valentinianum Imperatorem ita scribit,

Sume igitur medicos pro tempore próque labore
Aetate, atque habitu, summa ratione paratus,
Carmine seu potius. Namque est res certa saluti
Carmen ab occultis adens miracula verbis:
Qua curis hominum physicorum inuenta pararint.

Idem Homerus lib. 1. Iliados cecinit Græcos cantu & Musica fuisse vi pestilentiæ leuatos,

οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο,
Καλὸν ἀείδοντες παιήονα κοῦροι ἀχαιῶν,
Μέλποντες ἑκάεργον, ὁ δὲ φρένα τέρπετ' ἀκούων. Id est ad verbum,

Hi autem totum diem cantu Deum placabant,
Pulchrum canentes Pæana pueri Achiuorum
Canentes longe operantem: hic autem mentem delectabatur audiens.

Ac ita versibus reddidit Carolus Valgulius,

Phœbeas iras placabant carmine Achiui
Per luces totas pulchrum Paana canentes,
Pugnantémque ex alto. Ast pectora Arcitenentis
Mulcebant cantus, & gaudia pertentabant.

Quem locum in id quod diximus annotat Plutarchus, in lib. de Musica.

De eadem re.

300 ¶ Salomon autem incantationes instituit quibus ægritudines soleant mitigari, vt testis est grauissimus Iosephus lib. Antiquitatum 8. c. 2. Aegyptij, vt scribit Celsus Aphricanus in iis libris quos infando admodum titulo aduersus Christum inscripsit, qui Magicem maxime coluerunt, tradunt humanum corpus per 36. dæmones curari, quorum nomina patria voce appellant, iisque inuocationibus vitiatas corporis partes ad sanitatem conferre solent. Id quod admodum superstitiosum est, & minimè credendum. At Theophrastus scriptor certe doctissimus doctissimi Aristotelis discipulus Ischiadicos carmine sanari dicit, referente Plinio lib. 28. c. 2. Et sane Ismenias Thebanus tibicen Bœotios complures huiusmodi morbo diuexatos modulis suauioribus sanasse fertur. Ex quo Gellius lib. 4. c. 13. Creditum est (inquit) hoc à plerisque, & memoriæ mandatum, Ischiadicis eum maxime doleat, tum si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores. De qua re etiam Martianus Capella lib. 9. & Cælius Aurelianus lib. 5. Chronion c. 1. his verbis, Alij cantilenas Ischiadicis adhibendas probauerunt, vt etiam Philistionis frater memorat lib. 22. de Adiutoriis scribens, quendam fistulatorem loca dolentia decantasse, quę eū saltū sumerent palpitando, discusso dolore mitescerent. Alij deniq; hoc adiutorij genus Pythagorā memorāt inuenisse, &c. Quod tamē ipse post Soranū nō probat.

Ischiadicos carmine curari & musica.

301 ¶ Sed quod illam sententiam confirmat, Cato ille Censorius incantamentum docuit ad sanandas ipsas coxendices luxas, vt scribit Plinius lib. 25. c. 2. Sciòque eundem Catonem Rei rusticæ c. 160. adscripsisse cantionem, qua luxum si quod est sanum fiat. Nesciòque an id voluit dicere Plinius scribens d. lib. c. 2. Catonem in Re rustica quibusdam cantionibus vti ad curandos animalium morbos. Neque enim alium locum in eam rem legisse me in eo opere memini. Idem autem Plinius lib. 28. c. 2. scribit Varronem illum togatorū doctissimum prodidisse carmen podagris auxiliari. Quod non admodum distat ab eo, quod de Ischiadicis diximus, uam idem morbus est, nisi quod in diuersa membra fluit. Lienosos quoque carmine curari scribit Plinius lib. 30. c. 6. Et ambusta idem lib. 28. c. 2. ad fi. Et qui eolico affectu laborant. Alexāder Trallianus lib. 9. aut ex aliorum cōputatione 10. ad fi. Melampus filias Prœti insania laborantes carmine & herbis curauit, autore Ouidio lib. 15. Meta. de quo plenius dicemus postea. Nam & Celsus lib. 3. c. 18. tradit ad insaniā symphonias, & cymbala prodesse. Hadrianus Imperator medicinæ peritissimus, vt suprà diximus, aquā omnē intercutē quibusdā incantationibus eduxit, vt tradit Dion Cassius. Silius autem Italicus lib. 5. scribit Synalum illum Hannibalis medicum incantationibus ferrum è corpore & vulneribus eduxisse.

Herbarum hic succis, ferrúmque è corpore cantu Exigere, &c.

Luxa membra cantionibus curari. *Carmē podagris auxiliari.* *Et insania* *Aquam intercutē incantationib. educi.* *Et ferrū è corpore & vulneribus*

302 ¶ Quin & Plato lib. 4. de Repub. in vniuersum asserit incantationibus morbos curari. Quod etiam scribit Plinius d. lib. 28. c. 2. ad fi. Id'que apud Lucianū in Philopseude Dinomachus Stoicus, Ion Platonicus, & Cleodemus Peripateticus opinātur, & multis rationibus & exemplis comprobāt. Ammianus Marcellinus lib. 16. vbi id dicit admittere autoritatem medicinę. & è recentioribus Petrus Aponensis in suo Conciliatore, differ. 157. Quanquam illud quod de incantationibus diximus, non admittit Galen. lib. de Simplicibus 6. non multo post prin. Sed bis quæ de carminibus diximus, si quid inter ea sit discriminis, concinit quod suprà diximus num. 10. verum, quod, ex Sanchoniatis & Eusebij sententia Samothracas cantus ad medicinam competisse. Quod ne fabulosum putetur, nónne testimonio sacratum literatum, Dauid citharæ cantu Saulem Regem dæmoniacum curauit? 1. Reg. 17. Vt interim omittam quod Aesculapius multas cantilenas scribi, mimósque ridiculatum rerum fieri, & melodias quasdam instituit, iis quibus vehementiores animosæ partis motus corporis temperamētum iusto calidius efficerent, vt tradit Galenus lib. περὶ ὑγιείας. Et ante eum Pindarus Ode 3. scribit ipsum

Omnes morbos incantationibus curari. *Dæmoniaces cantu curari.*

ipsum Aesculapium μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς, id est, mollibus cantionibus medicinam adhibendo multos curauisse. Sed & Pythagoras perturbationes animi lyra componebat, vt scribit Seneca lib. 3. de Ira. Nam & Xenocrates organicis modulis lymphaticos liberauit: Et Asclepiades phreneticorum mentes morbo turbatas saepe per symphoniã sanitati restituit, vt prodit Censorinus de die natali, & Martianus Capella li. 9. & Caelius Aurelianus lib. Chronîon 1. c. 5. Et alij, vt paulò antè dixerat, vtuntur decantationibus tibiarũ varia modulatione: quarum alteram Phrygiam vocant, quae sit iucunda atque excitabilis eorum qui ex moestitudine in furore noscuntur. Aliam diram, quę occupata mente pudorem suadeat iniecto rigore, vt in bello, quam Dorion appellant, &c.

Et lymphaticos. Et mentes turbatas. Et furiosos

303 ¶ Terpander & Arion Methymneus Lesbios atque Iones grauissimis morbis cantus eripuêre praesidio. Et Theophrastus viperarum morsibus tibicinem scitè modulatéque adhibitum mederi censuit, vt retulit Gellius quo loco suprà citauimus. Et idem quoq; censuit Aelianus lib. 9. Animalium, quo loco de morsu aspidis loquitur: & Scorpionis quoque morsibus, vt tradit Alexander Trallianus autoritate Galeni lib. 9. c. 4. ad fi. Et vt subdit Gellius, Democritus in lib. περὶ λοιμῶν, id est, de pestibus, incentiones tibiarum plurimis hominum morsibus medicinam praebuisse docet. Arnaldus Villanouanus in eo libello, quem de regimine quartanae nuncupatim inscripsit, eidem morbo musicales melodias admodum conferre scribit. Quod & nos aliquando dum eo morbo miserè conflictaremur, experti sumus. Auicen. libr. 1. Fen. 4. c. 30. omnes morborum dolores cantibus sedari autumat. Haac quoque lib. de Floribus tradit cantus sonósque instrumentorum musicalium ad sanitatem admodum conferre. Quod & voluit Tacuinus eiúsque autoritate Nicolaus Nicolus in lib. Sermonum medicinę, ser. 1. tract. 2. c. 36. Iulius Firmicus Matheseos li. 8. c. 26. in prin. Prima pars (inquit) Scorpionis si in horoscopo fuerit inuenta, incãtatores faciet, qui verborũ potestate dolores mitigare possint: Et Macrobius lib. 2. de somnio Scipionis c. 3. haec scribens, Cantũ corporũ quoq; morbis mederi. Hincq; illud (ait) quod aegris remedia praestantes praecinere dicuntur: & ante hos Horatius lib. Epistolarum 2. epist. 1. ad Augustum id quoque aperte ostendit cùm dicit,

Auertit morbos, metuenda pericula pellit.

Nam ibi de carmine loquitur. Thaletas vates Gnosius, aut, vt aliis placet, Colophonius, aut etiam vt aliis, Thales Cretensis cantu citharae morbos & pestilentias fugabat, vt tradit Pausanias lib. 1. quo de Atticis scribit, & Pratinas, eiúsque autoritate Plutarchus in sua musica, & Martianus Capella lib. 9. vbi etiam dicit veteres febrem atque vulnera cantione curasse, & Asclepiadem tuba surdissimis medicatum fuisse, & Herophilum aegrotum venas, rhythmorum collatione pensasse.

De iisdem rebus. Et viperarũ morsus. Et omnes morborum dolores. Et pestilentias fugari.

304 ¶ Mirum autem est quòd Antonius Beniuenius in libro de abditis nonnullis ac mirandis morborum, & sanationum causis c. 26. tradit sagittam sinistrae scapulae cuiuspiam militis ita pertinaciter inhaerentem, vt nullis artis medicae remediis inde auelli posset, carminibus quibusdam vulneri insusurratis ex osse eduxisse, militémq; paucis pòst diebus conualuisse. Marcellus autem c. 8. quibusdam carminibus sordiculas in oculos ingressas erui dicit. Et alibi in eodem c. Hordeolis siue Varulis oculorum carmina auxiliari. Et si quid adhaeserit faucibus c. 15. Et glandulis ibi. & Corco. c. 21. Et impetigini ex Plinio lib. 27. c. 11. collectionibus & inflammationibus omnibus ex eodem Plinio eo. lib. c. 12. haud multò ante fi.

Sagittas ossibus inhaerentes euelli. Sordes in oculos ingressas erui. Et hordeolis auxiliari. Et si quid adhaesit faucibus. Et glãdulis Et corco.

305 ¶ Quod & hinc prodire videri potest, quoniam & musica, quod iam diximus, mores quoque animi lenire ac sanare solet. Ob id q; nouenarius numerus qui ad animum pertinet, musis attribuitur, vt scribit Censorinus in eo libro de die natali. Ex quo dicebat eam Theophilus Cytharoedus magnum stabilémq; thesaurum, vt quae mores instituit componítque, ac natum ardores mollit. Quod & Homericus Achilles apertè insinuat, qui lib. Ilia. 9. cythara aures sibi, irarúmque procellas permulcebat,

Τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ,
Καλῇ, δαιδαλέῃ, ἐπὶ δ' ἀργύρεος ζυγὸς ἦεν.
Τὴν ἄρετ' ἐξ ἐνάρων πόλιν Ἠετίωνος ὀλέσσας,
Τῇ ὅγε θυμὸν ἔτερπεν.

Quod & ex eo expendit Plutarchus in eo libro de musica, & Aelianus libr. 14. varię historiae.

Musicam mores animi sanare.

306 ¶ Tanta est prorsus (vt scribit Gellius in eo ipso loco, quem suprà citauimus) affinitas corporibus hominum mentibúsq;: & propterea quoq; vitiis ac medelis animorum & corporum, vt etiam scriptores antiqui abundè significarunt, citharã, atq; in vniuersum musicam Apollini medicinae inuentori assignantes, vt latiùs diximus suprà, eo. c. nu. 6. & 8. atq; etiam Chironi alteri medicinae inuentori, vt etiam diximus num. eiusdem cap. 14. & scientissimè annotauit Marsilius Ficinus lib. 1. Epistol. ad Calnisianum. Idcircóque Magi sacris rationibus orationibúsque purgandum aegrotantis animum, priusquàm corpus existimabant: quia videlicet huiusmodi ars & diuinitus accepta est, atque diuinitus exercetur: atque animus ex Deo, corpus autẽ ex animo pendet. Id'q; est quod praecipit Pótifex in d. c. cùm infirmitas, de poeni. ac remissione corpus animam curari, quae plerunque causam praebet aegrotationis corporis, q

Cithara Apollini medicinae inuentori assignata.

& medici ipsi præcipiunt, & in iis Arnaldus Villanouanus in libello de cautelis medicorum. Nam & Diuus Chrysost. in Matthæũ Homilia 28. Subaperire (inquit) voluit, plurimas ægrotationes ab animi peccatis originem trahere. Nam si mors, quę morborum omnium fons caputq; est, à radicibus peccati pullulauit: quid mirũ si ægrotationes quoque multæ inde nascuntur, vnde vel ipsa ægrotandi potestas egressa est? Idem in Ioannem Homilia 37. declarans illud ipsius Ioannis 5. c. de paralytico: Ecce sanus factus es, iam ooli peccare, ne deterius tibi contingat. Quid hîc (ait) admonemur? primùm quod ex peccatis morbi generantur. Quod & palàm insinuat D. Paulus, qui cùm 10 1. ad Corinth. epi. c. 11. eos coarguisset quorundam facinorum, Ideò (ait) inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Nam & plerunque legimus in sacris literis bonos probósque viros diutius viuere. Contrà improbos & sceleratos ocyùs mori, quod late posteà dicemus & probabimus.

Morbos ab animi peccatis originem trahere.

307 ¶ Quin tex. habemus in authen. vt non luxu homi. contr. natur. pestilentias plerunque oriri propter scelera hominum. Id quod vel Homeri restimoonio comprobatur, qui lib. 1. Iliad. scribit pestem à Diis in Græcorum exercitum immissam, ob eorum quædam scelera. Quem secutus Virgilius lib. 12. Aeneid.

Pestilẽtias ex sceleribus oriri.

Si quando lethum horrificum, morbósque Deûm rex
Molitur.

Et illius loci Homerici authoritate scribit Celsus, & nonnihil quoque meminit Galenus, non assentiens tamen, li. 1. Prognosticõ Hippocratis c. 2. eiusdem quoque Homeri authoritate morbos ad iram Deorum immortalium relatos esse, & ab iisdem opẽ posci solitam. Nam quo pacto à Diis iratis opem quis extorqueat, nisi illis primùm pacatis? Et cùm Dij non nisi ob nostra animi vitia nobis succenseant: consequens est, vt tum demũ illis placatis atque propitiis & opem consequamur, cùm vitia ipsa emendauerimus. Ideóque vi Cornelius subdit, inter nonnulla auxilia aduersæ valetudinis plerunque sanitatem contigisse ob bonos mores. Tradit Capitolinus in Maximo & Balbino, Græcos quondam id sacrificium fecisse, quod Hecatomben vocant, cùm pestilentiâ laborarent.

Morbos ad iram Deorum referri.

308 ¶ Sed & Græcos in hac re, vt aliàs sæpe, secuti sunt primigenij illi prisciq; Romani. Nam cùm sæpe graui pestilentia conflictarentur, nec vis morbi tabifici vllis humanis præsidiis leuaretur, sese ad opem diuinã conuertebant, atque cœlestis iræ placamina: inter quæ ludi maximè scenici instituti dicuntur, vt tradit Liuius lib. 7. & repetit Valerius Maximus lib. 2. tit. de institutis antiquis, & Augustinus de ciuitate Dei libr. 3. capit. 17. Quin & ipse quoque ob eandem rem templum Apollini dicauerunt sub Mamerco Aemelio iterum Dictatore, vt recenset idem Liuius lib. 4. ab vrbe cond.

De eadem re.

309 ¶ Quibus & ego assentior, vel dissentiente Galeoo, vbi suprà nuper citauimus, cùm plerũque in diuinis literis legamus pestilentias & morbos à Deo Opti. Max. in homines immitti ob eorum facinora, vt scribitur Deute. 28. non semel, Leuiti. 26. Num. 14. Reg. 2. c. 24. eodémque vlt. Paralip. 1. c. 21. Ezech. 6. 7. 14. 28. & 33. c. Hieremiæ 21. & 24. in fin. & iterum 29. c. & Ionæ 4. & aliis propè infinitis locis: Vt e diuerso sanitatem & bonam valetudinem iis promitti, qui eius mandata seruauerint, Exod. 23. & Deuter. 7. & aliis quoque locis, vt non abs te scripserit Theophilactus in Matthæum 8. c. morbos esse milites & vindices Dei. Et in hac quoque sententia fuit Hesiodus, in Operib. & dieb.

De eadẽ re.

Πολλάκι δὲ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπαυρεῖ,
Ὅστις ἀλιτραίνῃ καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.
Τοῖσιν δ᾽ οὐρανόθεν μέγ᾽ ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων
Λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν· ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί.

310 ¶ Sed his maturè relictis propiùs ad id accedamus, ad quod probandũ adeò multa iam produximus, id est, medicum non corporis solùm, sed & totius hominis curam gerere. Quis (vt nunc cum Erasmo iterum loquar) æquè pertinax suasor abstinentiæ, sobrietatis, moderandæ irę, fugiendæ tristitiæ, vitandæ crapulę, amoris abiiciendi, temperandę Veneris, atque medicus? Scribit Plinius libro 28. c. 4. ab animo hominis medicinas quoque pendere, à cibo scilicet abstinere nimio aut potu, & cęteris id genus in præstantissimis remediis haberi. Sed & plenos huiusmodi præceptorum libros medicinæ scriptorum comperies, nullúmque ferè caput eorum leges hisce rebus vacuum.

Iterũ probat medicũ animi quoque curam gerere.

311 ¶ Sed & vt vlteriùs procedamus, Cùm medicus vel diętetica ratione, vel ope pharmaceutica bilem atram minuit, labantes cordis vires reficit, cerebri spiritus fulcit, mẽtis organa purgat, ingenium emendat, memorię domicilium sarcit, totúmque animi habitum cõmutat in melius: Nonne per interiorem, vt vocant, hominem, & exteriorem seruat? Qui restituit phreneticum, lethargicum, maniacum, syderatum, lymphaticum, aliúmve id genus, cuius videlicet vitium corporis ad animum penetrat, ex sententia Vlpiani suprà relata nonne totum hominem restituit? Theologus efficit, vt homines à vitiis resipiscant. At medicus efficit, vt sit qui possit resipiscere. Frustra ille medicus sit animæ, si iam fugerit anima, cui paratur antidotum. Cum impium hominem subitò corripuit apoplexia, aut alia quædam pręsentanea pestis, quę vitam prius adimat, quàm vacet de castiganda cogitare vita: hunc qui restituit alioqui n infe

De eadem re.

qnin infœliciter in suis sceleribus sepeliendum, nonne quodammodo tùm corpus tùm animum ab inferis reuocat? In eum certè locum reponit hominem, vt ei in manu iam sit, si velit æternam mortem fugere. Quid suadebit lethargico, aut philosophus, aut Theologus, qui suadentem non audiat? Quid monebit phreneticum, nisi medicus priùs atrambilem repurgarit? Pietas cæteræque virtutes, quibus Christiana constat fœlicitas, ab animo potissimùm pendent, haud inficior. Cæterùm quoniam corpori illigatus, corporeis organis, velit, nolit, vtitur, fit vt bona pars bonæ mentis à corporis habitu pendeat.

312 ¶ Permultos homines infœlix corporis temperatura, quam Græci modò κρᾶσιν, modò σύγκραμα vocant, velut inuitos ac reclamantes ad peccandum trahit. Et vt cum poëta loquar,

—Trahit sua quenque voluptas.

De eadem re.

Dum scilicet insessor animus frustra moderatur habenas, frustra subdit calcaria, sed equum ferocientem in præcipitium sequi cogitur. Animus videt, animus audit: sed si oculos occuparit glaucoma, si aurium meatus crassus humor obsederit, frustra vim suã habet animus. Odit animus, irascitur animus, sed plerunque vitiosus humor mentis organa obsidens, in caussa est, vt oderis quem amore dignum iudices: irascaris, cui nolis irasci. Philosophiæ summam in hoc sitam esse fatetur Plato, si rationi pareant affectus. At in eam rem præcipuus est adiutor medicus, hoc agens, vt ea pars hominis vigeat, sapiátque, cuius arbitrio geruntur quæcunque cum laude geruntur.

313 ¶ Adde quòd sicut Philosophia prudentiáq; atque temperantia sunt sibi indiuiduo quodam glutino connexæ, vt qui philosophus est, eundem quoque prudentẽ esse oportet atque temperatũ, & per omnia virtutis studiosum, ita & naturâ prudentem esse medicum oportere scribit Gal. li. 1. & iterum li. 8. Therapeuticæ. Rursúmque in proœmio lib. 7. Aphoris. Et ante eum Hippocrates sua Præsagia quæ vulgò Prognostica vocamus, ita exorsus est, Nihil perinde medico conducibile censeo, quàm vt prudentem se præstare laboret. Et in eo libello quem de lege vocant, Qui consummatus (inquit) futurus sit medicus, huic opus est natura, ingenio, doctrina, bonis moribus. Et Soranus Ephesius in Isagoge c. 1. Disciplinarum (inquit) & virtutũ cæterarum minimè sit expers medicus, sed & circa mores habeat diligentiã. Iuxta enim Erasistratũ, fœlicissimũ quidẽ est vbi vtræque res conueniũt, vbi & in arte sit perfectus, & moribus sit optimus. Si autẽ vnũ de duobus defuerit, melius esse videtur esse bonũ, quàm artificẽ perfectũ mores habentem malos, & improbũ esse. Modesti siquidẽ mores quod in arte deest honestate repensare videntur. Culpa autẽ morum artem perfectã corrũpere, atque improbare potest. Et rursum c. 3. Sit ergo moribus ornatus & modestus, cũ decẽti ac debita honestate, nec desit ei sanctitas, nec sit superbus: sed pauperes & diuites, seruos & liberos pariter curet.

Medicum prudentem esse oportet, & bonis moribus.

314 ¶ Præterea Haly Rodoan in tertio Tegni. li. 55. Oportet (satis quidem ineleganter) vt medicus sit rememorans formationis bonæ, velocis solertiæ, sani intellectus, &c. Rasis quoque authoritate Iudæi lib. 25. Continentis c. 9. Debet (inquit) medicus esse hilaris, bonæ facultatis, non dissolutæ, non iracundus, non velox, non appetens, non cupidus in diuitiis. Et Gal. vt in eum desinamus à quo incœpimus, lib. 1. de Criticis diebus, cap. 7. Manifestum est, ait, quòd ille, cuius mens est debilis, cuiúsve anima est pessima, non addiscet disciplinam huius scientiæ. Et Cicero, vt nõ medicorum tantùm testimonio vtar, lib. 1. Offic. scribit maiorem inesse in medicina prudentiam. Et Libanius ad Magnesium testatur ingenij acumen, singularémque prudentiam in medico imprimis desyderari. Denique leges nostræ statuunt eos deligi medicos, qui probitate morum polleant, l. 1. ff. de decre. ab ordi. faci.

De eadẽ re.

315 ¶ Ex hac autem Philosophiæ & Medicinæ coniunctione, aut potiùs vnitate, & illud manare videtur, quòd legum scientia, atque medicina sunt etiam quadam veluti cognatione coniũctæ, vt qui iurisperitus est, idem quoque sit medicus. Nam cùm sit legibus cum Philosophia magna atque propinqua necessitudo, & quidem tam propinqua, quàm Ioui legũ (vt Astronomis placuit) authori cum Saturno philosophiæ duce, id est, filio cum patre. Ideóque Cicero lib. 1. de legibus, ex intima philosophia penitus hauriendam esse Iuris disciplinam putat. Quod & prisci poëtæ, veterésque theologi significarunt, fingentes Saturnum in abditis contemplatorem, legésque & iura post diuturnã contemplationẽ excogitantẽ: quæ deinceps tradat Ioui filio actionum duci obseruanda, ciuibus mandaturo. Quibus & cõsequens est quod asserunt Astronomi, Iouem quando cum Saturno coniungitur, nouas afferre leges. Vnde & optimo iure scribit Iurisconsultus, in l. j. ff. de iusti. & iure, Iurisprudentiam veram esse philosophiã. Quod & nõ obscurè insinuat l. cũ Sillanianũ, in duobus locis, & ibi no. Cy. & Corn. C. de his quib. vt indig. Et alibi scribitur. Iurisconsultos & Imperatores dum leges condunt, & interpretantur, philosophari, in §. aliud quoque. in authen. de æquali, dot.

Medicina & Philosophia, & Iurisprudentia coniunctio.

316 ¶ Cum igitur Philosophia & Medicina sint adeò connexæ, & Iurisprudentia sit quoque cũ Philosophia coniuncta: Consequens est & Iurisprudentiam, & Medicinã esse quoque inuicẽ copulatas. Id quod planè demonstrat vtrũque Ius nostrum, dum subinde suas constitutiones medicamenta, antidota, & alia huiusmodi appellat. Dum dicit, quod medicamenta morbis exhibent, hoc iura negociis, in Auth. hæc constit. inno. in prin. alibi, Cogunt multas inuenire medicinas

De eadem re.

Leges medicamenta vocari.

medicinas,multorum experimenta morborum.cap.constituetetur 50.dist. Et rursum,Nouis morbis noua conuenit antidota præparari.c.cæterum de iura.cal.vbi Panor.hinc no. Iuriscó-sultos & iustitiæ administratores esse medicos. Quibus & adde tex. in Auth. ut quod ex dot.est post prin.vbi Imperator leges sanciendo mederi dicitur,& in §.liceat igitur, in fi.in auth.quib.mod.nat.effi.l.ibi,etiam medelam,&c.& in l.vlt.C.qui.ad lib.procla.nō licet,ibi, medendū est,& in l.si cùm quæst.C.de euict.ibi,præses prouinciæ medelam iuris adhibebit, & in l.1.§.taceat,ibi,vel per conditionem suo iuri medeti.C.de rei vxo.acti.& in l.generaliter.in fin.prin.C.de insti.& substit.vbi dicitur,quo exemplo & aliis personis medemur:& in authen.nullum creden.agri.post prin.ibi,communem omnibus deponere medicinam:& in §.nec later nos,in authen.vt omnes obe.iud.ibi,ad perfectissimam causæ medelam. & iteru, plurima iniustitiarum curata:rursúmque ibi,Totum erit sanatū,& in l.imperialis , in prin. tit.de prohi.feud.ali.per Lotha.ibi,eorum calamitatibus diligenti cura mederi,& in c.adhæc ibi,nos igitur huic morbo,&c.extrà de rescrip.& in c.nihil,in prin.ibi , volentes huic morbo adhibere medelā,extrà de elect.& c.qualiter & quādo debeat,ibi,cōtra morbū vtrunq; inuenientes medicinam,extrà de accusa.& in c.graue,ibi,volentes huic morbo mederi , extrà de præben.& in c.vlt.in illis verbis,volentes huic morbo obuiare, de elec.lib.6.& in c.1.dum dicitur,dignum duximus adhibere medelam,de excep.eo li.6.& in extrauag.ne in vicea, ibi, nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam,tit.de simo.

317 ¶ Itaque cùm Iurisconsulti medicinam veluti profiteantur,non mirum euiquā videri debet si legum canonúmq; conditores tanti fecerint medicos,vt plerunque eorum, videlicet Hippocratis,Galen.& cæterorum sententias in vtroq; iure & Cæsareo , & Pontificio plerunque citant,vt iam suprà diximus.Quū nec erubuerit summus Pontifex se medicum profiteri,dū certi remedij ad quendam morbum moneat,in c.monea.6.q.3.Non mirum(inquam)si Iurisconsulti legum cōditores medicos veluti fratres multis sint priuilegiis prosecuti, vt patet in l.inter eos.§.vlt.ff.ex quib.cau.maio.& in leg.si duas.§.grammatici, & l.sed & reprobari.ff.de exco.tut.& in l.vlt.§.vlt.ff.de muner.& hon.& in l.2.C.qui non ob.long.temp.præser. & in l. 1.C.de decre.decur.li.1.& in l.10.& in l.medicos,& in l.archiatri,& l.vlt.C de profes.& med. eo.lib.10.& in l.1.C.de excusa.artifi.eo.lib.10. & in l.archiatros.C.merat.lib.12.& aliis compluribus,vt per Guid.Pap.deci.Delphi.394.de medicis.Cùm & ciuitatis quoque, sicuti legitur apud Lucianum in Medico abdicato,publicitus honores, præeminentias, immunitates, priuilegia medicis tribuunt.

Leges & Canones sæpe medicorum testimonio vtuntur. Papa se medicum profitetur. Priuilegia medicorum à legibus tradita.

318 ¶ Igitur vt hanc partem concludamus,non abs re philosophi & sapiētiæ professores(id enim est quod nos huc vsque aduexit)medicinæ quoq; scientiam didicerunt & approbarunt.Eorū tamen solus,quem legerim,Heraclitus Ephesius,vt erat supra cæteros alto elatóque animo, atque omnium contemptore (vt scribit Laërtius) cùm hydropicus esset, medicinam medicósque spernens oblitum se bubulo simo soli siccandum præbens dormiebat. Ex quo à canibus dilaceratus est, vt tradunt Neanthes Cyzicenus, Laërtius, Tertullianus in libello ad martyres,& Suidas. Et sanè dignus fuit Heraclitus qui à medicis derelictus,vicissimq; contemptui habitus,eo genere mortis interiret.

Heraclitus medicinæ cōtemptor perijt.

MEDICORVM PER ALPHABETVM NOMENCLATVRA.

319 ¶ Et hæc quidem de philosophis medicis.Sed vt vlteriùs progrediamur,sunt præter ipsos philosophos,poëtas,reges,principes,& alios pleros q; quos iam suprà memorauimus,alij plurimi maximæ authoritatis viri,qui se huic arti deuouerūt,quos hic postremò ex ordine alphaberi subiiciam,vt ex eo quoq; appareat,huiusmodi artem fuisse apud homines in maximo honore,vt quæ nulli cesserit vnquam numero professorū, & eorum quidē celeberrimorum. Inserámq; & huic alphabeto reliquos suprà memoratos nominibus rātùm appositis, nisi aliquid adiiciamos quod dictum non fuerit.Id quod facimus, vt vno in loco suos medici medicos videant.Sed illud primùm te monere volui,eos quorum solam nomenclaturam adscripsimus, fuisse maxima ex parte Arabes,& ab Arabibus citatos,præsertim Auicenna,Mesue,Rasi,Serapione,quos sigillatim non licuit designare,propter infinitas nostras occupationes nostro muneri incumbentes, præter quosdam huius sæculi scriptores, quorū libros etiam sigillatim annumerare ingentis nimiùm operis fuisset,& quoniam etiam satis sunt omnibus cogniti.

Medicorū nomenclatura per alphabetum.

Hi igitur sunt.

Aaron citatus Galeno,si is est,in lib.de Incantatione,Mesue in Antidotis,Serapioni Simplicium c.161.Rasi lib.1.Continentis,ca.1.& 3.& 5.& alibi sæpe,& Constantino Africano, in lib.de Incantatione.

Abascantus medicus Lugduni,Galeno li.2.Antidotorum,vide infrà Cletius.

Abbas Curianos,vulgò de Curia appellant, cuius meminit Nicolaus Antidotarius in electuario Ducis.

Abbatenus,qui tempore Io.Serapionis filij libros Galeni in Arabicum sermonem transtulit.Illud autem hîc te scire volui,hunc filium Serapionis postbac Serapionem simpliciter me vocaturum,

vocaturum, vt etiam vulgò vocatur.

Abdala filius Hyehiæ, Rasi lib. Continentis 2. c.3.

Abdalaanarach, Serapioni Simplicium c.397.

Abderanus inter reges suprà nu.140.

Abdusius, Rasi li.3. Continentis c.2. & iterum c.6. vbi eùm citat ex ipsius summa.

Abdus, vel Abdux, vtrunque enim reperio apud eundem Rasim, eiusdem operis li 1.c. itē 1. vbi eum citat ex lib. de memoria: & li.3.c.7. vbi & illum citat ex summa ipsius, quod me in certam opinionem adduceit, vt sit ille Abdusius, qui & ex eodem opere citatur.

Abenguefit, siue Albenguefit, vtrunq; enim reperio. Cuius librum habemus de facultatibus medicamentorum, & ciborum, à Geraldo Cremonensi ex Arabico in Latinum conuersum. Abenguefit autem vocatur Serapioni Simplicium c.120.

Aben Mesehab, Serapioni Simplicium c. 341.

Aben Mesuai, eidem in eo opere sæpe citatus.

Abennihel.

Abenrust vulgò Auerroïs dictus, de quo vide Auerroïs.

Abhalfadhil, Serapioni tractatu 7. qui est de Antidotis c.17.

Abhomeron, siue Abhumeron, siue etiam Abymeron, dictus Abynzoar, sæpe citatus Auerroi, extátque eius liber in re medica, cuius est titulus Theizir.

Abichilal Emisieh, Rasi lib.1. Continentis, c.5.

Abidhuasim, Serapioni Simplicium, c.185.

Abigehfar, Rasi Continentis lib.6.c.2.

Abimater.

Abinbet Abdrazach, Serapioni Simplicium 170.

Abinarax, Rasi lib. 2. Continentis, cap. 2.

Abimiraygi, eiusdem operis lib.2.c. item 2.

Abix, siue Habix (vtrunque enim reperio) apud Serapionem in Simplicibus sæpe.

Abizianus Syrus qui scripsit de pulsibus, apud Georgium Vallam libr. 2..c.3. Expetendorum & fugiendorum, & lib.1. Physicorum.

Aboali sæpe citatus Mesue.

Aboban:fa, vel sine spiritu Aboanifa. nam vtrunque reperio apud ipsum Serapionem Simplicium c.47.58.66. & alibi sæpe.

Abolonisius, Rasi lib.3. Continentis, c.7.

Abonbasen Serapioni Simplicium c.185.

Abrabam Auem Hezre, cuius est libellus de Luminaribus & Criticis diebus.

Abraham Iudæus, qui inter alia eius opera traduxit quosdam libros Serapionis. Et is est vt opinor, qui interdum citatur Abraham simpliciter Serapioni, Simplicium c.163. interdum Iudæus etiam simpliciter. vide Iudæus.

Abraham de Balmis Hebræus nostri temporis scriptor, medicus quidem professione, sed qui multò plura opera scripsit in aliis artibus & scientiis, quàm in medicina, quorum nomenclaturam reperies in Bibliotheca Conradi Gesneri.

Abrucalis, Galeno lib.6. Simplicium.

Abuambram, siue Abuamanbram, nisi duo sint, Serapioni Antidotorum cap.8. in duobus locis, & iterum c.16.

Abubeter, vide infrà Albubeter.

Abubilker, & Abubiker Abubukir Rasi li. Continentis 8.cap.1. & 2. in diuersis locis.

Abuchare Mugamet, vide Albubeter.

Abuchilel Hunisi, Rasi Continentis lib.6.c.1. nisi sit Abiebilal, de quo suprà, quod facilè crediderim, præsertim quòd in translationibus Arabum medicorum corrupta sint frequentissimè authorum nomina.

Abues, Serapioni Simplicium tractatu 7. c.8.

Abugeos & Aburgerig, & Abugerich, & Abugerius, & Abugetigius, & Abugirigins, & Abugiurigius, & Abugeraëg monachus aut nomine, aut ordine, Serapioni Simpliciū c.107. Rasi li.1. Continentis c.3. & 4. & li.4. c.1. & lib.6. c.1. & lib.10. c.1. & li.12. cap.1. Non tamen in omnibus illis locis titulus ille Monachi ponitur, sed in multis.

Abuhabram, Serapioni Antidotorum c.8. & 18 & fortè est Abuambram de quo suprà, vide infrà Albuabram.

Abulucus, Auicennæ li.5. in quo compositiones Pharmacorum describit.

Aburnius Valens, Galeno libr. Pharmacorum κατὰ γένη. 7. Fuit & Iurisconsultus huius nominis, cuius sunt libri 7. Fideicommissorum.

Abuseid, & Abuzeid (vtrunque enim reperio) apud Serapionem Antidotorum c.17.

Abumeron vide suprà Abbomeron.

Abynzoar, vide in eodem loco.

Acesias qui causam dedit illi prouerb. Ἀκεσίας ἰάσατο, Acesias medicatus est, apud Diogenianũ,

Acestinus, apud Heliodorum Historiæ Aethiopicæ lib.4. si vera est ea historia.

Achaasos Atheniensis Gal. si is est, quod nunquam credidi, in lib. de medicinis expertis.

Acbalaëmen vide infrà Alcbalahamen.

Achillas παρακοντιστὰς, id est, Auriga, Galeno Pharmacorum localium lib.7. c.5.

Achillas Secundilo, Galeno lib. Phar. generalium 7.

Achillas simpliciter, siue vnus ex illis, siue alius, eidem Galeno eiusdem postremi operis li. 5. & Aëtio Tetrab.4. Set.3. c.14.

Achilles ille vnus è Græcorum principibus, de quo inter reges, suprà nu.109.

Achilles Bassarus Velcuriauns, cuius extat libellus prognosticus, & alia quædam.

Achim Apud Serapionem Simplicium c.290. vide Hachim.

Acbititon.

Achmeth Habramij filius, cuius extant 7. libri Græca lingua, quorum titulus est, Peregrinantium viatica.

Acholius Aëtio citatus.

Achromos infrà inter fœminas. nu.329.

Acostror Galeno, aut quisquis is est, in medicinis expertis.

Acrabasius, Rasi lib. Continentis 5.c.3.

Acrisius, Gariopontoin lib. de febribus c. 7.

Acron Agrigentinus, de quo suprà diximus in successione medicorum, num.56. Quibus & tu addere potes hoc in illum elogium Empedoclis, aut vt aliis placet, Simonidis apud Laërtium in ipso Empedocle,

Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρωνα, Ἀκραγαντῖνον ἄκρον,
Πατρὸς ἄκρου, κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος.

Quod ita vertit Ambrosius ipsius Laërtij interpres,

Acronem summum medicum ex Acragante profectum,
Qui summe in patria culmine habet tumulum.

Quidam autem, vt ille subdit, secundum versum ita pronunciant,

Ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.
Verticis excelsi celsa sepulchra tenent.

Actuarius, cuius extant 7. libri de vrinis ab Ambrosio Leone, aut vt alij vocant, Leonolao latinitati donati, & liber de compositione medicamentorum à Ruellio in Latinum quoque conuersus.

Acumenus, cuius meminit Plato in Phædro, & Xenophon li.3. de factis & dictis Socratis.

Adamatus Salernitatus memoratus Alberto Cranzio in Metropoli.

Adamantius, aut vt alij vocant, Adamantus Sophista, qui libros Physiognomicorũ Græcè scripsit ad Constantinum, citatúrque ab Aëtio Tetrab.1. Ser.3. c.163. & Tetrab.2. Ser.4. c. 27. & 31. & Tetrab.4. Ser.3. c.6. & ex aliis libellis.

Adamus Lonicerus, cuius extat naturalis historiæ opus, minimè contemnendum.

Adamasca & Adamascus, Serapioni Simplicium c.81. & 415.

Adelardus Anglus philosophus idem & medicus, qui scripsit quæstionum naturalium li. 1. & in re medica lib. plurimos, vixitque sub Henrico rege Anglorum 1. anno D. 1130. Huius meminit Balæus in illustribus scriptoribus maioris Britanniæ.

Adrianus Imperator, suprà inter imperatores. nu.151.

Aegidius Monachus Benedictinus inter poëtas, suprà nu.242.

Aegidius alter, qui scripsit de vrinis.

Aegimius Veliensis. Galeno li.4. de Differentiis febrium, vbi dicit eum scripsisse de Palpitationibus.

Aegimus simpliciter, siue ille, siue alius, eidem Galeno lib.2. περὶ ὑγιείας.

Aegle inte fœminas, infrà nu.316.

Aegyptius quispiam sic simpliciter citatus Galeno in libro Pharmac. localium 4. cap. 7. & Aëtio Tetrab.2. Ser.2. c.68.

Aelius Caius, Galeno in lib.2. Antidotorum, vide Caius.

Aelius Gallus, eidem Antidotorum libro secundo, & κατὰ τόπους li.3. c.1. & lib.4. c.7.

Aelius promotus Alexandrinus Græcus medicinæ scriptor, quem ferunt extare in Italia.

Aelius simpliciter, vel illorum vnus, aut alius, eiusdem operis lib.4. c.6.

Aemilianus vnus è præceptoribus Galen. vt ipse dicit in libro de Theriace.

Aemilius Macer, suprà inter poëtas, nu.219.

Aeneas Galeno citatus, Pharmacorum κατὰ γένη lib.7. & κατὰ τόπους lib.2. c.2. ex quo potes colligere illum fuisse eius amicum & sodalem.

Aeneüs. qui Græcè scripsit de pulsibus & vrinis, quem Latinum fecit Plato Tyburtinus.

Aermesus, & Aermasios & Armasios, siue Armasius (hæc enim omnia nomina legimus apud

apud Serapionem Simplicium c.81.& 143.& 220.& 229.

Aescberon, siue Aeschrion, siue item Aeschron Empiricus, & vnus è præceptoribus Galeni, cuius ipse meminit lib. 11. Simplicium medicamentorum, quo in loco de carcinis loquitur. & nisi id Galenus dixisset, putassem eum fuisse Aescberonem, quem Varro annumerat inter scriptores rei rusticæ.

Aeschines Atheniensis non ille quidem orator, sed alter medicus Plinio citatus lib. 28.c.4.& alibi.

Aesculapius suprà inter inuentores medicinæ, num.16.& multis seq.

Aëtius Abidenus, aut, vt alij scribunt, Amidenus Antiochenus, qui Constantini Magni temporibus medicorum ante se dicta coniunxit, libris 16. quos ipse distinxisse videtur in Tetrabiblos, id est, Quaterniones 4. quorum quilibet 4. Sermones continet. Ita scilicet, vt in vniuersum 16. Sermones habeat, quos libros alij vocant. Huius vitam Eunapius descripsit. Hunc autem Cappadocem appellat Paulus Aegineta lib.4.c.1.in prin. Nisi illic Aretæus pro Aëtio scribendum sit, vt dicam infrà in Aretæo. Hic sanè Christianus fuit, vt colligi potest ex Quaterni.2.Serm.4.c.50.& Quater.4.Ser.3.c.14.

Aëtius Sicanius, ex cuius & aliorū libris excerptus est liber de atra bile, qui Gal. ascribitur.

Afranius, Petro Aponensi in addit. Mesue, quo loco disserit de ægritudinibus splenis.

Africana, infrà inter fœminas, num.336.

Agameda, infrà inter fœminas, num.324.

Agapetus Paulo Aeginetæ citatus lib.3.c.78.& lib.7.c.11.& Alexandro Tralliano lib.11.

Agapius Alexandrinus, qui in medicina Commentarios ædidit: Bizantijque ludum aperuit magna doctrinæ suæ fama, ingeniique solertia: vnde gloriam ex ea arte, opésque ingentes comparauit, ex Suida.

Agargeus, Galeno, aut cui vis, in lib. de medicinis expertis.

Agarisius, Rasi lib.11. Continentis c.1.

Agathinus sæpe Galeno citatus lib.5. Phar. κτ̀ γένη, & lib.2. de differentiis febrium, & Aureliano lib. Oxeon 2.c.10.& lib.3.c.16. ex lib. de Helleboro. Sed & is scripsit librum de Semitertiana, vt dicit ipse Galenus in Commentariis lib.1. Epidemion Hippocratis. Is autem fuit præceptor Archigenis, vt videre licet ex Aëtio Tetrab.1.Ser.3.c.172.

Agathus siue Agathius Carbagetes, nisi & ipse idem sit, Galeno Medicamentorum secundum locos lib.9.c.5.& alibi.

Agathocles Plinio lib. 22.c. item 22.& Galeno Pharmacorum secundum genus lib.5. Et huius aut alterius eiusdem nominis meminit Lucianus in Cataplo.

Agazo Atheniensis, quem fuisse magnum experimentatorem dicit Petrus Aponensis, in additionibus Mesuæ, quo loco tractat de ægritudinibus epatis. Et hic forte est quem simpliciter vocant Experimentatorem idem Aponensis in illo c.& Simon Ianuensis.

Agrippa Iudæorum rex suprà inter reges, num.131.

Agrippa siue ille, siue alius simpliciter citatus Galeno Pharmacorum κτ̀ γένη, lib.7.

Agron Atheniensis suprà num.57.

Ahamet siue Haamer, siue item Haamech, siue denique Ahemet Eben Dauid, Serapioni Simplicium, c.118.& 164.& 224.

Ahititon.

Ahuar Rasi lib.11. Continentis c.7.

Aieyse siue Ayse (hæc enim duo nomina reperio, nisi diuersorum sint) apud Serapionem Simplicium, c.117.& 303.

Albanus Torinus Vitoduranensis qui Polybum de natura seminis humani, Alexandrum Trallianum, Paulum Aeginetam, Philaretum, Io. Damascenum, Theophilum, & alios multos eleganter vertit.

Albarmachus Auicennæ lib.5. tract.9.

Albaromakus, & Alboramachus apud eundem, nisi & idem sit, quod facile crediderim.

Albasarri, & Albasari, & Albasyri, Serapioni Simplicium c.67.& 116.& Rasi lib.2. Continentis c.2. vbi eum citat ex libro summæ de oculis.

Albatarieb Serapioni eiusdem operis c.85.

Albatenius qui primus Galenum in Arabicam linguam vertit, vt dicit Serapio.

Albenguefit, vide Abenguefit.

Albertus Belfortis Rheticus vir hac arte clarus, cuius expectatur liber de abolenda morbi Gallici nomenclatura, eiúsque explicatione, & curatione.

Albertus Salentinus Philosophiæ & medicinæ doctus apud Gyraldum lib.1. de poëtis nostri temporis.

Albertus Theutonicus Dominicanus, qui ob doctrinæ magnitudinē Magni cognomentum sibi cōparauit. Cuius inter alia & ea quidem prope infinita opera, libros 16. de animal. scripsit, secutus magna ex parte Aristot. Et de medicina librū vnū, de secretis mulierū vnum.

Albbambd filius Allabagelegi, Serapioni Antidotorum c.18.

Alboun Auicennæ lib.5.tract.5.

Albricius Londinensis Anglus, qui scripsit de ratione, aliáque de re medica non pauca, vixítque sub Guilhelmo Ruffo Anglorum Rege.

Albuabram & Albruabam (vtrunque enim reperio apud Mesuem) vide num sit Abuanbram, aut Abuhabram, de quibus suprà.

Albubeter, aut vt alij scribunt, Abuberer, aut etiam Abubater filius Zachariæ filij Arabi, aut vt alij scribunt, Errasis, aut vt alij, Rasis, quem & Almansorem vocant, quod ad Almansorem scripserit. Sed & aliis vocatur Bubikie filius Zachariæ, nepos Errasis. Aliis item Mugamet filius Zachariæ Rasis. Aliis denique Mahumeti filij Zachariæ Arasis. Hic est quem Rasim vulgo vocant. Cui Arnaldus Villanouanus optimi vir iudicij, in libro de diuersis intentionibus morborum, statim in ingressu hoc testimonium perhibuit, quod fuit in speculatione clarus, in opere promptus, in iudicio prouidus, in experientia probatus. Huius habemus libros 12. Elhaui, aut vt alij scribunt, Helchauy, aut sine aspiratione Elchaui, siue Elkaui, id est, vt interpretantur, totum continentis, ex quo eos libros Continentis vocant, opus quidem ingens: & præterea libros decem ad Almansorem, & alios multos.

Albucasius qui & Albucasis, siue Albuchasis, cuius extant lib.3. Chirurgiæ, & liber qui Seruitor dicitur.

Albuensis.

Albugerig, & Albugerix, & Albugerigius, & Albugerag (hæc enim omnia reperio apud Serapionem Simplicium c.82. & Rasim lib.1. Continentis c.4.) Crediderim esse Abugerim, siue Abugerig, de quo suprà, præsertim quod hic Albugerig monachus vocatur eidem Rasi, eiusdem operis lib.11.c.4. quo etiam nomine aut titulo insignitur ille Abugeris, vt ibi diximus.

Albutius in successione medicorum, nu.62.

Albuzid Alharabi, Serapioni Simplicium c.257.

Alcalamet, Auicennæ lib.5.c.9.

Alcalaum, siue Alcalame, vtrunque enim reperio, nisi diuersi sint.

Alcamadus.

Alcansi, & Alchansi, & Alchanzi, & Alcanzi, & Alkanci. Hæc enim omnia passim reperio apud Mesue, & Serapionem, nisi plures sint, quod non credo.

Alcesius Sophista Galeno Pharmacorum κατὰ τόπους lib.8.c.2.

Alchalabamen & Alchalebemen, nisi diuersi sint, Serapioni Simplicium c.84. & 185. & 246. & 247.

Alchindus & Alkindus, apud Mesuen, Auicennam, & Rasim sæpe: citatúrque ex libro de Electionibus ab ipso Rasi, libro Continentis 1.c.3. & ex epistola de podagra & dolore stomachi, eodem c.9 & lib.2.c.3. Is alibi vocatur Elkindus apud eundem Rasim eiusdem operis lib.4.c.1. vbi item illum citat ex d. epistola de Podagra, vt iam non dubitandum sit, quin idem sit.

Alcibiades, de quo suprà inter principes, nu.146.

Alcibius, Nicandro in Theriacis, vide Alcipius.

Alcimion & Alcimius apud Galenum Pharmacorum κατὰ γένη lib.7. & κατὰ τόπους lib. quoque 7.c.2. & iterum 6.

Alcipius, Gal. lib.6. Simplicium, nisi sit ille Alcibius de quo nuper diximus.

Alcon, aut vt alij, Alcontius, aut etiam Accontius, aut Arcontius siue Archontius vulnerum medicus à Claudio Cæsare centum sextertiis condemnatus, eidémque in Gallia exulanti, & deinde restituto acquisitum non minus intra paucos annos, vt tradit Plin. lib.29.c.1.

Alcon alter multo posterior, qui apud Ausonium, Aruspicem Diodorum vaniloquum fecit, quo quidem epig. & seq. eundem Alconum deridet, ex Græco Lucilij epig.

Alcmæon Crotoniata, suprà inter philosophos nu.251.

Aleimcrestem, Serapioni Antidotorum c.18. ad fi.

Alexander Achillinus Bononiensis, qui de subiecto medicinæ, & alia quædam scripsit.

Alexáder Agathimerus Venetus, ad quem Leonicenus scripsit librum de Tiro siue vipera.

Alexander Aphrodisæus suprà inter philosophos, nu.271.

Alexander Benedictus Veronensis, cuius sunt de morbis medicandis lib.30. Anatomes 5. de peste 1. Aphorismorum 1. & alia quædam.

Alexander Bondinus, cuius extat epistola Græca in organum Aristotelis.

Alexander Laodicensis Cælio Aureliano lib. Oxeon, id est, Celerum passionum 1.c. item 1.

Alexander Magnus suprà inter reges, nu.116.

Alexander Parnus citatus Rasi lib. Continentis 1.c.9.

Alexander Philalethes Herophili sectator, Galeno lib.4. de differentiis pulsuum, Hunc esse puto quem Octauius Horatianus, aut vt aliis placet, Theodorus Priscianus lib.4. de Physica scientia ad Eusebium filium dicit amatorem veri fuisse appellatum, eúmque fuisse discipulum Asclepiadis, & scripsisse libros de semine.

Alexander Phryx, de quo suprà inter diuos nu. 90.

Alexāder Traianus Petronius Ciuacastellanus, cuius in medicina sunt quædam opera ad Paulum Cæsarem Cardinalem.

Alexander Trallianus Iatrosophista, cuius opus Græcum in medicina Albanus Torinus Latinitati primum donauit, & deinde Iacobus Goupilius multo fœlicius & tersius, cum doctissimis scholiis, nouissime Ioannes Guinterius Andernacus.

Alexander, vt puto, alius à Luciano in vita Peregrini memoratus.

Alexander item alius, ni fallor, quem Ioannes Alexandrinus in Commentariis Galeni de sectis vocat veritatis amatorem.

Alexandrū simpliciter, siue vnum ex illis, siue alium citat Gal. Pharmacorum κατὰ γένη, li. 6. & κατὰ τόπους, lib. 2. c. item 2. Paulus Aegineta, lib. 3. c. 28. & c. 78. & lib. 7. c. 11. & c. 19. Serapion Simplicium c. 233. & c. 277. Mesue sæpe in Antidotis. Rasis, lib. 1. Continentis, c. 1. & c. 3. vbi illum citat ex libro de Melancholia, & c. 7. ex lib. Birsen, vti etiam facit c. 8. eiusdem lib. Et in lib. 2. c. 2. ex libro Congregationis. Et lib. 5. c. 1. ex lib. de Stomacho. Et lib. 6. c. 1. ex Summa ipsius. Hicque est, vt opinor, à quo Nicolaus in Antidotario medicamentum Alexandrinum dictum esse scribit.

Alexander alius, ni fallor, illis tempore inferior, vt qui Iustiniani Imperatoris imperio floruit, medicinæ peritissimus, apud Agathium lib. 5. de bello Gothorum.

Alexias Thrasiæ Mantinensis, de quo postea dicemus, discipulus, qui vt scribit Theophrastus lib. 9. historię plantarum, c. 17. plurimum valuit ingenij acrimonia, nec infra magistrum bonis artis fuit instructus, vt pote qui multas medicinæ partes, quas ille non tenuerat, egregiè consecutus est. Floruitque tempore ipsius Theophrasti, vt illic colligere licet.

Alexio memoratus Ciceroni lib. 15. epistolarum ad Atticum, epistola 1. & 2.

Alexippus Plutarcho memoratus in Alexandro magno.

Alfalamen, Rasi lib. Continentis, c. 5. Vide num sit Alkalamen, de quo infrà.

Alferesi Serapioni Simplicium c. 168.

Alferisei, siue ille, siue alius, eiusdem operis c. 201.

Alfeusi ibi. c. 95.

Alfeusi nisi & idem sit, ibi. c. 302.

Alguazir Abuale Zor, filius Abmeleth filij Zor, citatus à Zoar in initio libri de cura lapilli, nisi de seipso loquatur.

Alharit, Mesue in medicinis solutiuis.

Aliabbas, vide Halyabbas.

Alimaior, Rasi lib. 2. Continentis c. 1.

Alkalamen Arabibus sæpe, qui forte is est Alcbalahamen, siue Alchalchemen de quibus suprà diximus.

Alkekengi.

Alkindus, vide suprà Alchindus.

Alkussenem, Serapioni Antidotorum c. 33.

Almaiemir, ibi. c. 143.

Almasaherodi, ibi. c. 177.

Almascadi, ibi. c. 185. ex libro auri, minerarum, margaritarum.

Aloisius Mundella Brixiensis, cuius extant Epistolæ medicinales doctiss. & Annotationes in Antonij Musæ Brasauolæ Simplicium medicamentorum examen.

Aloisius Trisinus, cuius sunt problemata medica ex Galeno.

Alpharabij, vide Ebunasar.

Alphonsus Ferrius Neapolitanus, cuius est liber de morbo Gallico, alter de Sclopetorum vulneribus, & alij plurimi.

Alseir, Auicennæ lib. 5. in medicamentis compositis.

Albirosin, Rasi lib. 9. Continentis c. 5.

Amaraan, Mesue in ægritudinibus cerebri.

Amaranthus Grammaticus, Galeno Antidotorum lib. 2.

Amaran, Mesue in Antidotis. Et forte est ille Amaraan.

Amaron inter reges, suprà nu. 132.

Amasas.

Ambram Serapioni Antidotorum c. 16.

D. Ambrosius, de quo inter Diuos suprà, nu. 92.

Ambrosius Leo Nolanus, qui libros Actuarij de vrinis non ineleganter vertit, & alia quoque scripsit.

Ambrosius Puteolanus Marcello Burdegalensi citatus c. 26.

Aminulus, Auicennæ lib. 5. tract. 8.

Ammonius, Chirurgus, Aetio Tetrab. 2. Ser. 3. c. 113. & Tetra. 4. Serm. 2. c. 51.

Ammonius Lithotomos cognominatus, Celso.lib.7.c.26.

Ammonius simpliciter, siue vnus ex illis, siue alius, Paulo Aeginetæ, lib.7.c.16. & Aëtio Tetrab.2.Ser.c.113.

Amphion, Galeno κατὰ γένη, lib.4.

Amram filius Hibaumee, nisi sit ille Amaraam, vel Amaram.

Amram simpliciter Arabibus citatus, quem credo eundem esse.

Amythaon, siue is fuit pater Melampi, de quo diximus inter poëtas: siue alius, sed cuius epithema memorat Aëtius Tetrabibli 2.Serm.4.c 57.ex Galeno. Et malagma ipse Galenus medicamentorum κατὰ γένη, lib.7.& ipse Aëtius Tetrab.3.Ser.2.cap.11.& Alexander Trallianus lib.8.cap.10.eodémque vlt. & eum quoque citat Paulus Aegineta lib.4.cap.32.& 55.& lib.7.cap.17.

Amython, siue ille fuit detracta vna litera, siue alius, Aëtio citatus.

Anacreon, cuius est Commentarius de radicum sectione.

Anastasius citatus Aëtio Tetrab.3.Ser.4.c.47.

Anazare.

Anazilaus, de quo Plinius lib.25.c.13.& lib. 28.c.11.& lib.35.c.15. qui & ipse forte est, quem idem memorat, lib.19.c.1.

Anchæus vide infrà Autæus.

Andreas siue Andras, siue Andrias, siue Andron, vel Andros. nam & hæc omnia nomina medicorum reperio, nisi diuersi sint. Andream citant Dioscorides in præfatione, Cornelius Celsus lib.5.c.1.& 18.& Galenus qui eum non multi faciet: nam in libro qui inscribitur Subfiguratio Empirica, eum vocat superbum, & experientiæ expertem: & in præfatione lib. 6. Simplicium Pharmacorum, eum vocat præstigiatorem & arrogantem. Sed & eum Andream vocat Epiphanius Cyprius statim post prin. libri primi Hæreseon, vbi eum dicit scripsisse de herbis. Andronem citant idem Cornelius libro 5. Galenus, Aëtius, & Paulus Aegineta. Andram ipse Dioscorides, Celsus, & Plinius. Et quod Andreas & Andron vnus sit, potest videri ex eo, quod quem Andream vocat Dioscorides lib. 4. c.59. vbi de papauere loquitur, Andronem appellat Plinius de eadem re loquens lib. 20. c. 18. Ipse Cornelius Celsus illo eodem lib.5.c.20. Paulus Aegineta lib.3.c. 42. & lib.4.c. 25. Andreas autem scripsit librum de medica origine, quo Hippocratem infamare nititur, quod, vt credo, Galenum aduersus illum animauit. & armauit. Eum quoque Athenæus citat ex libris de Serpentibus, & de quibusdam falso creditis. & autor magni Etymologici, vbi illum scribit ab Eratosthene βιβλιαίγισθον fuisse vocatũ, quod eius libros furtim exscripserat, allusione scilicet cognomenti prouerbialis sumpta ab Aegistho, qui Clytemnestram Agamemnonis corrupetat. Porro Polybius lib. 5. historiarum meminit Andreæ medici Ptolemæi regis cui Philopatro cognomen fuit, quem à Theodoto Prorege interfectum fuisse dicit. Comes quoque Andreas memoratur Aëtio lib.10.c.5.

Andreas Albius Bononiensis, qui dialogos aliquot de aquis scripsit.

Andreas Bellunensis.

Andreas Brentius Patauinus, qui librum Hippocratis de natura, & alterum de insomniis Latinum fecit, epistolámque de ea re dictam conscripsit.

Andreas Camutius qui propositiones quasdam in medicina scripsit, quibus se responsurum pollicetur.

Andreas Carystus, Casio Problematon medicorum c.58.

Andreas Comes Aëtio citatus Tetrabibli 2.Ser.eod.2.c.34.& Tetrab.3.Serm.1.c.5.. & 16. & Ser.4.c.vlt.

Andreas à Lacuna Secobiensis Hispanus, qui de febre pestilentiali scripsit, & de sectione corporis humani, & alia plurima lectu non indigna. Et Latinos reddidit libros de natura stirpium Aristotelis: & 8.postremos γεωπονικῶν Constantino Cæsari adscriptorum.

Andreas Thurinus Pisciensis, cuius extant libri de Pleuritide, & libellus de Crisi, & alij.

Andreas Vesalius aut vt alij vocant Vuesalius Bruxellensis, cuius extat liber ingens & admodum laudatus de humani corporis fabrica, de quo nos diximus in nostris Legibus Connubialibus, lege 15.nu.94.incip. Iosephus.

Andrezeos, siue Andrizeas suprà inter philosophos, nu.268.

Androcydes, qui ad Alexandrum Magnum scripsit, Vinum potaturus, rex. memento te bibere sanguinem terræ. Sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ vinum, vt prodit Plinius lib.14.c.5. Ex illa ipsa breuiuscula epistola apertè videtur rei medicæ nó ignarus fuisse, atque etiam ex eo quod de eodem scribit ipse Plinius lib.17.c.24.ad fi.

Andromachus Senior, suprà inter poëtas, nu. 220.

Andromachus illius filius, Neronis medicus primarius. quem Galenus lib.1.Medicamentorum secundum genera citat ex libro τῶν ἐκτὸς. id est, eorum quæ sunt extra, siue de externis. Et eum propè vbique vocat Iuniorem. Sed & Aëtius eius medicamen Cyphoides describit.

Andronicus Ticianus, quem citat & virum clarissimum vocat Octauius Horatianus li. 4.

Y

Andronicus simpliciter, siue ille, siue alius, citatus ipsi Horatiano lib.1.c.18.& lib.2.c.6.& Galeno Pharmacorum secundum locos lib.7.c.6.eodémque vlt.& lib. Quòd corporis temperamentum animi mores sequantur.

Aodronius, Aëtio Tetrab.2.Ser.2.c.93.

Aogedenus sæpius Galeno citatus lib.2.Simplicium.

Angelious.

Angelus Bologninus, cuius sunt libri de cura vlcerum exteriorum, & de vnguentis communibus in solutione continui.

Anguitia, infrà inter fœminas.nom. 314.

Aninebeiem, Serapioni Simplicium c.164.

Antæus, siue Aothæus, Plin. lib.28.c.1.& Galeno Pharmacorum κατὰ τόπους lib.4.c.7.vide infrà Antistius. Sunt & qui apud Plinium legant Anchæus.

Aothus, nisi idem sit, apud Aëtium Tetrab.3.Ser.4.c.44.

Antigenes Cleophantinus Aureliano, lib.2.Oxeon c.10.ex lib.de febrib.& tumorib.

Antigenes, siue Antigenus simpliciter citatus Gal.lib.2. Comment. de natura hominis, & Pharmacorum κατὰ τόπους Aëtio, Alexandro Traliano, & Marcello Burdegalensi.

Antigonus, Galeno in postremo loco lib.4.c.7.& Marcello, c.8. & Paulo Æginetæ lib. 7. c.8.in princ.

Antiles & Antilis, Rasi Cootinentis libro 2. cap. 5. & 6. & alibi sæpe in eo opere, vide infrà Antyllus.

Antimachus Galeno, κατὰ γένη, lib.7.

Antiochenus Laodiceus.

Antiochides, Galeno κατὰ τόπους lib.9.c.2.& lib.10.c.2.

Antiochus Sytiæ rex inter reges. num.118.

Antiochus Philometor, Galeno lib.2.Antidotorum.

Antiochus alius, siue ille fuit qoi annos vixit plusquam 80.sensibus illæsis, membrísque omnibus integris, vt retulit Galenus, qui & eius vitæ rationem describit lib.5.περὶ ὑγιεινῶν. Húc sæpe citant Aëtius Quatet.1.Ser.3.c.114.& Paulus Ægineta lib.7.c.8.vide infrà Paetius. Et forte de hoc intelligit Lucianus in Philopseude.

Antipater Galeno κατὰ τόπους lib.3.c.3.& lib.6.c.1.& alibi sæpe, & Aëtio citatus Tetrab.2.Ser. 2.c.92.& Ser.4.c.57.& alibi.quem inter Methodicos ponit idem Galenus, aot quisqois est, io Introductione, siue Medico: qoíque ipsius Galeoi tempore artem medicam apod Romanos publicè exercuit non fine laode, vt etiam tradit ipse Gal.lib.4. de locis affectis. c. vlt. Sed & Cælius Aorelianus lib.2. Chronion c. 13. illum citat ex libris Epistolarum medicinalium ad Gallum.

Antiphanes, Galeno κατὰ τόπους lib.5.c.9.& Aoreliano lib. Chronioo 4.c.8.ex libro quem Panoxeoo appellaoit.

Antistius, aut vt alij leguot, Aotius, apud Suetooium in Iulio Cæsare, c. 82. vide num sit Anteus, de qno suprà.

Antooinus simpliciter, eiusdem operis lib.5.c.7.

Antonius Beniuenius, cuius habemus librum de abditis nonnullis ac curandis morborum & sanationum causis. Ad hunc Politianus scribit Elegiam.

Antonins Bolognious, cuios in Chirurgia extant multa volomina.

Antonius Castor, de quo suprà in successione medicorum, num.65.

Antonius Cermisonus præceptor Sauonarolæ, cuius sunt cosilia in re medica: & liber de vrinis.

Antonius Cous, Galeno lib.2.Antidotorum.

Antonius Epicurus, qui scripsit de propriorum affectuum ἰατρείᾳ, cui simili argumento respondit Galenus, quem inscripsit de propriorum animi eiúsque affectuum agnitiooe, & remedio.

Aotonius Fauentinus, qui Hippocratis Aphorismos versibus reddidit.

Antonius Fortolus Ioseriensis, qui plurimos libros Galeni traduxit.

Antonius Fumanellus Veronensis, cuius est Consilium chirurgicom de caluariæ fractora, Historia & coratio difficultatis & angustiæ vrinæ, de Balnei ferrati facultatibus, de balneis aquæ simplicis.

Antonius Gallus Parisiensis medicus, coius extat libellus non indoctus de ligno sancto. Is certe vir est huius artis peritissimus, & vtraque liogua doctissimus.

Antonius Garnerius, aut vt alij vocant, Guainerus, siue etiam Guanerius, siue denique Guaynerius (nam promiscuè his nominibos appellatur) natione Papiensis, euius sunt multa opera in re medica.

Antonius Gazius Patauinus, cuius in medicina est Corona florida.

Antooius de Gradis, euius est liber de febribus.

Antonius Herbarius, Galeno Pharmacorum κατὰ τόπους lib. 2. cap. 2. & κατὰ γένη lib. 6. qui hunc dicit multam habuisse experientiam.

Antonius Ludouicus Olysiponensis, cuius sunt doctissimi libri de occultis proprietatibus, & Problematon, & alij.

Antonius Musa Augusti medicus, de quo suprà in successionibus medicorum nu. 61. Hic est, vt opinor, quem Musam simpliciter citant Galenus, & Paulus Aegineta.

Antonius Musa Brasauolus Ferrariensis nostri temporis medicus peritissimus, cuius extant doctissimi Commentarij in Aphorismos Hippocratis, & dialogi de simplicibus medicamentis, & alia multa.

Antonius Pharmacopola, Galeno Pharmacorum localium lib. 9. c. 4.

Antonius Stupanus Rheticus, qui auxit Dispensarium, quod vocant, medicamentorum Nicolai.

Antonius Zenus, aut vt alij appellant, Zenon Policola Venetus, cuius est liber de natura humana, siue de Embryo.

Antyllus vel Antillus citatus Oribasio lib. 2. Euporiston, Aëtio Tetrab. 1. Ser. 3. sæpe, & alias quoque sæpe Paulo Aeginetæ lib. 3. c. 40. & lib. 6. c. 33. & lib. 7. c. 10. & 24. Stobæo Ser. 99. Auicennæ lib. 5. & Rasi lib. 2. Continentis, c. 2. & alibi sæpe, qui vt opinor, est ille Antilis, vel Antiles de quo suprà. Nam hæc nominum propriorum diuersitas in hoc authore, & cæteris Arabibus processit vitio interpretum, atque etiam librariorum.

Anyasius, Rasi lib. 3. eiusdem operis, c. 3.

Appelles Chirurgus apud Artemidorum Daldianum, in lib. de Somniorū interpretatione.

Appelles, siue ille, siue alius, apud Plinium lib. 32. c. 5. & Galenum, lib. 2. Antidotorum.

Aphricanus, qui de ponderibus & mensuris medelarum scripsit, & hic, siue alter eius nominis citatus Constantino, aut alteri, quisquis is est, lib. Geoponicon. 12. in re medica.

Aphrodas, Galeno lib. Pharmacor. κατὰ γένη. 2. & κατὰ τόπους lib. 3. c. 4. eodémque vlt. ad fi. & lib. 5. c. 7. non semel. & lib. 2. Antidotorum, & alibi sæpe.

Aphrodiseus, Galeno κατὰ γένη lib. 7. qui alius est ab Alexandro Aphrodiseo, qui Galeno multo posterior fuit.

Apion, eidem eiusdem operis, lib. 5.

Apion Grammaticus, siue is fuit, qui scripsit de metallica medicina, ex quibus Plinius quędam mutuatus est, lib. 35. vt ipse fatetur lib. 1. in nomenclatura authorum eius lib.

Apis Aegyptiorum rex inter inuentores medicinæ, nu. 15.

Apius Phascus, Galeno Pharmac. κατὰ τόπους, lib. 5. c. 7.

Apollinaris, Marcello Burdegalensi in sua præfatione.

Apollinaris Cremonensis, qui sub Eugenio quarto scripsit practicam, & alia quædam.

Apollo inter inuentores medicinæ suprà, nu. 6. & seq.

Apollo alius, Galeno Pharmacor. localium lib. 7. c. 3. Nisi nomen ibi sit concisum (vt sæpe fit in nominibus propriis) vt sic significet Apollonium, vel Apollodorum.

Apollodorus, de quo suprà in successione medicorum, num. 54.

Apollodori duo, scilicet Scillæus, siue Citieus & Tarentinus citati Plinio, lib. 20. c. 4. quos plerique opinantur esse illos Apollonios patrem & filium, de quibus paulo post dicemus.

Apollodorum autem simpliciter citat Gal. in lib. Pharm. secundū locos. Vnum autē horum citat Plinius lib. 14. c. 7. & ex eo volumine, quo suasit Ptolomæo regi quæ vina biberet.

Appollonides. Aëtio Tetrab. 2. Ser. 4. c. 48.

Apolloniades Chirurgus, nisi idem sit, apud Artemidorum Daldianum, in Somniorum interpretatione.

Apollonides Ciprius, Galeno in Methodo.

Apollonius Archistator, Galeno Pharmac. secundum genera, lib. 5.

Apollonius Biblas, eidem lib. 3. Epidemiorum Hippocratis.

Apollonius Citiensis, Cælio Aureliano lib. 2. Chronion c. 4. ex lib. 2. de Epilepticis, & iterum lib. 3. c. 4.

Apollonius Citiæus, apud Strabonem lib. 14. qui vt opinor idem est.

Apollonius Glaucus, qui ex libris de interioribus citatur eidem Cælio Aureliano, lib. Chronion 4. c. 8.

Apollonius Herophilus, siue Herophilæus pater, de quo suprà in successione medicorum, num. 54.

Apollonius eius filius, sectæ vt pater Empiricæ, vt tradit Galenus, aut quisquis est illo libro cui titulus est, εἰσαγωγὴ, id est, Introductio, siue Medicus, vbi vtrunque dicit fuisse Antiochenum.

Apollonius Memphites, nisi vnus ex illis fuerit, quem Galenus in illo libro memorat, & lib. 2. Antidotorum, atque etiam Aëtius Tetrab. 2. Ser. 2. c. 24. & Ser. 3. c. 20. & Aurelianus lib. Chronion 3. c. 8. & lib. 4. c. 8. & Nicandri Scholiastes.

Apollonius

Apollonius Mys, vel Mus, de quo Strabo lib.14.& Celsus lib.5.in princ. Galenus lib. 4. de differentiis pulsuum,& lib.2. Antidotorum:& Aurelianus lib. Oxeôn 2.c.13. ex libris.18. quos de secta Herophili conscripsit.

Apollonius Organicus, Galeno Pharmacorum secundum genera lib.5.

Appollonius Pergamenus, Oribasio Euporistôn lib.1.

Apollonius Pitaneus, Plinio lib.29.c.vlti.

Appollonius Stratonis filius, de quo Galenus lib.4. de differentiis pulsuum.

Appollonius Tarseus, eidem Pharma. κατὰ γένη,& Pharma. κατὰ τόπους, sæpè.

Apollonius Thespianus Galeno postremo loco. Et vt vix credam tot fuisse Apollonios medicos, sic nec credibile est vni fuisse tot cognomina.

Apollonius Thyaneus inter philosophos, suprà nu.259.

Apollonius illorum omnium posterior, vt qui fuit tẽpore Apuleij, qui de eo loquitur libr. 9. Asini aurei post prin. vbi eum refert morsum à cane rabido.

Apollonius quisquis is est, simpliciter citatus Aëtio Tetrab.2. Serm.2.c. 78.& seq. & 82.& 91.& Rasi lib.1. Continentis c.9. non semel.

Apollophanes Seleucensis regis Antiochi medicus, & maxima apud eum authoritate, vt scribit Polybius lib. Historiarum 1.

Apollophanes simpliciter, siue ille, siue alius citatus Cornelio Celso, lib.5.c. 18. & Galeno Pharmaco. κατὰ γένη lib.5. & κατὰ τόπους lib.8.c.9.& Paulo Aeginetæ, libro tertio c.46.& lib.7. c.18.& Aureliano Oxeôn lib.2.c.24.& c.33. vbi eum dicit Erasistrati sectatorem, & Alexandro Tralliano lib.8.c.2. vbi eius malagma describit.

Apollozantes, Alexandro Tralliano.

Apuleius Madaurensis, de quo diximus inter philosophos: nu. 264.

Apuleius, aut vt alij vocant Apuleius Celsus, cuius libros habemus de herbarum viribus, ex quibus citatur Marcello Burdegalensi c.16. Huncq; præceptorem fuisse Valentis, & Scribonij Largi, scribit ipse Scribonius lib. de compositione medicamentorum cap.96.& cap.172. Apuleium autem, siue hunc, siue alterum citat Constantinus, aut quisquis est, lib. Geoponicôn.12. in re medica.

Aprianus, qui descripsit medicamenta quæ valent ad quæque membra affecta, apud Galenum lib.6. Simplicium.

Arabas Thebanus, Galeno lib.2. Antidotorum.

Arabasius, Rasi lib. Continentis 5.c.1.

Arabri.

Arabs siue Arabus, de quo suprà inter inuentores medicinæ, num.5.

Arabs simpliciter citatus Celso, lib.5.c.18.

Aram.

Aratus inter poëtas, num. 213.

Arcaganis, Rasi lib.5. Continentis c.3. citatus ex lib. morborum.

Arcagenisius, eiusdẽ operis lib.6.c.1. ex li. de vomitu,& li.5.c.vlt. ex li. de morbis diuturnis.

Arcanidisius, eiusdem operis lib.3.c.4.

Archagatus Peloponensis Lysaniæ filius, qui vt Plinius lib.29.c.1. refert ex Cassio Hemina, primus è medicis Romam venit, L. Aemilio & Marco Liuio Coss. anno vrbis 535. Eique ius Quiritium datum,& taberna in compito Acilio empta, miréque gratus fuit aduentus eius initio. mox à sæuitia secandi, vrendíque, transiit nomen eius in carnificem, & in tædium artis. Archagati istius, aut alterius emplastrum recenset Cornelius Celsus, lib.c. 19.

Archagillisius, Rasi Continentis lib.8.c.1. ex lib. de morbis diuturnis. is fortè est qui suprà dictus est Arcagenisius.

Archelaüs, Plinio li. 28.c.4.& Galeno Pharmacorum localium lib.9.c.6.& Aëtio Tetrab. 4. Serm.4.c.133. Hunc aut alium eius nominis Stobæus Sermo.98. qui est de morbis, citat ex libro de fluuiis, qui ad rem medicam pertinet, vt olfacere possumus. Hic est vt opinor, quem Anaxagoræ discipulum fuisse dicit Strabo, lib.14.

Archestratus.

Archibius Galeno Pharma. κατὰ γένη lib. 5.& lib.2. Antidotorum.

Archidemus, siue Archidamus. vtrumque enim reperio apud Galenum lib.2. Simplicium medicamentorum, c.18.& seq.

Archigenes sæpe citatus Galeno, Aëtio, Paulo Aeginetæ, Mesuæ, Serapioni, Rasi. quem ipse Galenus li.4. de differentiis pulsuum dicit ὑπὸ φιλοφρεσίας morbum depastum esse, vt nouã, inquit, vocem in re noua vsurpem. Etsi, vt subiungit, isto malo esset indignus, in colenda arte vir non ignauus. Citatur ab ipso Galeno ex libris Medicaminum κατὰ γένη,& ex libris vndecim Epistolarum,& ex libro de Pulsibus, & ex lib. de oblesæ memoriæ instauratione, & ex lib. de significatione febrium;& ex libro de Musculis, & ex libris Regularum. & ex libro de longorum affectuum notitia. Et ab Aëtio Tetrab.2. Serm.2. cap.37. ex epistola ad Marsum,

& à Paulo Aegineta lib.3.c.45.ex epistola ad Atticum,& à Cælio Aureliano sæpè.& Rasi lib. 1.Continentis, capit.4.& 5. ex libris morborum Chronicorum. Et hunc fuisse Apameum Syrium dicit idem Galenus, aut quisquis est, in Introductione siue Medico. De eo est illud Iuuenalis saty.6.

—Tunc corpore sano
Aduocat Archigenem onerosáque pallia iactat.
Quot Themison agros, &c. Item illud satyra 13.
Nec dubitet Ladas si non eget anticyra, nec
—Archigene.

Archigenisius, Rasi libro duodecimo Continentis, c. primo, vbi eum citat ex libro de Antiquis morbis. Et fortè est Arcagenisius, vel Archagillisius, de quibus suprà.

Archis, Serapioni Antidotorum, c.91.

Archides siue ille, siue alius, ibi cap.18.

Arcon, Rasi lib.1.Continentis, c.8.

Arcontius, vide suprà Alcon.

Ardimitrius, qui fuit tempore Galeni, vt dicit Serapion tracta.7. qui de Antidotis est, capit. 8.

Aretęus Cappadox, cuius est liber de acutis passionibus, de quo loquitur Paulus Aegineta lib. 4.cap.1.in principio, vbi in nonnullis codicibus Aëtius scribitur pro Aretæus. Neque enim Aëtius Cappadox fuit, sed Antiochenus, vt ipsemet dicit, ideóq; in Græco codice Aldi: scribitur καππαδόκου ἀρεταῖον. Aretæum autem citat simpliciter ipse Aëtius Tetrab.2. Serm. 4.c.46.& Tetrab.3.Sermo.1.c. item 1.

Aretæus Sabinus, qui Hippocratem commodissimè commentatus est, vt dicit Aulus Gelius lib.3.cap.16.vide infrà Sabinus.

Arianialis, Serapioni Simplicium, c.143.

Aridion filius Meliz, Gal. aut quisquis est Arabs, vt opinor, in lib. de medicinis expertis.

Arinasius, Rasi lib.3.Continentis, c.4.& fortè est Aniasius de quo suprà.

Ariobarzanes, Paulo Aeginetæ lib.7.ca. 17.vbi describit emplastrum Ariobarzanion. Vti etiam Alexander Trallianus lib.3.c.10.

Aristarchus Tarseus, siue Tarsensis, Galeno Pharmacôn κατὰ γένη lib.5.& Aëtio Tetra.4. Sermo.2. cap.15.

Aristarchum illum, aut alium simpliciter citat idem Galenus Phar. κατὰ τόπους libro 5. cap.1. & 3.& lib.7.c.5.& 6.Aëtius Quaternionis 2.Serm.4.c.65.& Mesue in Antidotis.

Aristeus apud Galen. siue Herodotum in Introductione, siue Medico, post principium.

Aristo, siue Ariston, quem citat Cornelius Celsus lib.5.c.18.& Galenus Pharmaco. secundum locos lib.9.c.4. Huiúsque dicunt nonnulli esse librum de victu salubri, qui Hippocratis esse dicitur, vt scribit Galenus in Commentariis Epidemiôn Hippocratis, lib.6.ca.1. Et illum inter vetustissimos medicos ponit idem Galenus in Commentariis de ratione victus in morbis acutis lib.2.sectione 18.& in lib.1.de Alimentorum facultatibus.

Aristocles, Galeno Pharmaco. κατὰ τόπους lib.6.c.1.& lib.8. c.7.

Aristocrates Grammaticus Galeno eiusdem operis lib.5. c.9.

Aristocrates simpliciter ibi, nisi idem sit, quod credimus.

Aristogenes duo Suidæ celebrati, alter Thasius qui ad Antigonũ regem Macedonię plures libros in medicina scripsit. Alter Cnidius Chrysippi philosophi seruus, qui ex curatione Antigoni Gonatæ magnam famam consecutus est. Alterius malagma recenset Cornelius Celsus libro 5.c.18. illum quoque sæpe citat Plinius libro 33. 34. & 35.

Aristigiton, Plin.lib.27.c. 4.

Aristolaiis, Galeno Pharm. localium lib. 9. c.5.

Aristophylus Plataicus Theophrasto in Plantis memoratus, libro 9. de historia Plantarum, c.19.

Aristoteles suprà inter Philosophos, nu. 252.

Aristoxenus Heraphilæus, & Alexandri Philalethis discipulus, Galeno lib. 4. de differentiis pulsuum, & Aureliano lib. Oxeôn 3.c.16.

Aristrasis, Rasi lib.5.Continentis cap.2. non semel.

Aristrates, Auicennæ lib.5. summa 2.tracta. 2.

Aristus Chirurgus, Scribonio Largo c. 209.

Arius Asclepiadeus, Galeno Pharma. secundùm locos lib. 4.c.7.ex libro quo propria Phamaca coaceruauit, & lib.5.c.7, & alibi sæpè.

Arius Tarseus, nisi idem sit, ipsi Galeno secundùm locos lib.3.cap.1.& libr.9.cap.1. vide Lecanius.

Arluuus, aut vt alij vocant, Arlenus, qui scripsit de faciliori alimento, & de balneo.

Armasios, siue Armesius, vide suprà Aermesios.

Arnaldus

Arnaldus Villanouanus Gallus ex Prouincia, quem vulgò de Villa noua appellant, cuius sunt multa opera in vno volumine impressa. De eo admodum magnificè loquitur è nostris, vt cæteros nunc omittam, Io. And. in c. consilium, de obser. ieiun. in add. Spec. in rub. de cri. fal. & Panor. in c. si verò, in 3. opp. de iureiur. vbi illum appellat summum & quasi diuinum medicum, & Barb. qui de illo mirandum quippiam refert in l. Titius, col. antepe. ff. de verbor. oblig.

Arohon & Aroon, Rasi lib. 1. Continen. c. 2. & 3. ex lib. de quæstionibus naturalibus.

Aron, eodem libro cap. 3. & alibi sæpè, nisi sit Aaron, de quo suprà, quod facilè crediderim, siue etiam superior.

Arrengenisius eiusdem operis, lib. 7. c. 4.

Arrhabianus, Galeno medicamentorum secundùm locos lib. 7. cap. 4.

Arsillus Senogalliensis, qui versibus traduxit proloquia Hippocratis.

Artaglis, Rasi Conti. lib. 5. c. 2. non semel.

Artaganis, eiusdem operis lib. 6. c. 2. ex libris diuturnorum morborum.

Artanius, Rasi Continentis lib. 3. c. 4.

Artemidorus cognomento Capito, Galeno lib. 1. Commentariorum de natura hominis, & lib. 1. Præsagiorum Hippocratis, ca. 29. & κτ̀ τόπους lib. 5. c. 3. vide Capito.

Artemidorum simpliciter siue illum, siue alterum citat idem Galenus Pharmacorum localium lib. 5. c. 7. & Cælius Aurelianus, qui illum Erasistrati sectatorem dicit li. Oxeôn 3. c. 14 & lib. 2. c. 31. vbi eum Sidensem, & Erasistrati sectatorem dicit, & lib. 3. c. 15. vbi etiam eum Sidensem vocat. vide Cornelius Artemidorus.

Artemisius Marcello citatus. c. 36.

Artemius, eidem c. 13. nisi idem sit cum præcedenti, quod videtur ex eodem Marcello, qui vtrunque Diano ostendisse dicit.

Artemon Plinio, lib. 28. c. 1.

Artigensus, Artigenisus, Artigenisius, Artiginisius, Artigesus, Artigenis, Artigenésis. Hæc enim omnium nomina pro vno, ni fallor, citat Rasis lib. 5. Continentis, cap. 1. & lib. 3. ca. 7. in pluribus locis, & lib. 7. c. 4. non semel, & alibi sæpè.

Artorius Marcus Augusti medicus, de quo in successione medicorum, nu. 61.

Artram, Serapioni Simplicium c. 228. ex libro de cibis.

Aruntius Achillas, Galeno lib. 7. Pharmacorum κατὰ γένη.

Aruntius, in successione medicorum, num. 62.

Asaimeri, Auicennæ lib. 5. tracta. 1. c. 4.

Asanitus, Paulo Aeginetæ lib. 4. c. 55.

Asan, Rasi lib. 3. Conti. c. item 3.

Asascara, siue Asascan, nisi duo sint, Rasi eiusdem operis, lib. 9. c. 4. & lib. 12. c. 1.

Asaueri, Serapioni Simplicium 416. nisi sit ille Asaimeri.

Asceos, eidem eiusdem operis, c. 307. & libro de Agricultura.

Ascilimon, Rasi Continen. lib. 12. c. 2. vide infrà Aslamen.

Asclapo Patrensis, apud Ciceronem lib. 13. epistolarum ad Seruium Sulpitium, episto. 20. & iterum altera ad Tironem epistola, lib. 16. earumdem.

Asclepiades Bithynus, Gal. κτ̀ τόπους lib. 1. c. 1. ex lib. de Alopecia, & lib. κατὰ γένη. 7.

Asclepiades philosophicus, id est, naturæ studiosus dictus Galeno eiusdem operis lib. 7. c. 5. & lib. 8. cap. 5.

Asclepiades Prusiensis, de quo suprà in successione medicorum, nu. 57. & seq.

Asclepiades alter his iunior Galeno memoratus. d. li. Pharmacorum localium sæpè. Ex his alteruter citatur ipsi Galeno ex libris Interiorum, quæ Marcella inscripsit, atque etiam ex libris Exteriorum: citatúrq; item Aetio, & Alexandro Tralliano, & Cælio Aureliano lib. 2. c. 7. ex libris Salutarium ad Geminium, & c. 13. ex libris de Clysteribus, & ex libris παρασκευαστικῶν, id est, præparationũ. Et li. 3. c. 8. ex libro de Hydrope, & li. 5. c. 2. ex libris ad Erasistratum scriptis. Et in præfatione librorum Oxeôn, id est, Celerum passionum 1. c. 1. ex libris Diffinitionum. Et lib. eiusdem operis 1. c. 15. ex libris Celerum passionum. Et li. 2. c. 10. ex lib. de Periodicis febribus, & lib. 2. c. 29. ex libris de viniddatione, & lib. 3. c. 1. ex Commentariis Aphorismorum Hippocratis, & c. 5. vbi eum Titiensem dicit, & ca. 19. ex libro de finibus. Duos Asclepiadas citat idem Galenus li. 6. Pharma. localium c. 4. post prin.

Asclepius citatus Aetio, alter ab Aesculapio, qui & Asclepius Græcis dicitur, vt diximus in Aesculapio.

Asirita Romanus, Galeno, si is est, in libro de medicinis expertis.

Aslamon, Asleman, Asliman, hæc enim reperio apud Rasim libro primo Continentis c. 6. & lib. 9. cap. 4. & cap. 5. non semel. Et fortè est Ascilimon de quo suprà.

Aspasia infrà inter fœminas, nu. 322.

Aspasius, Galeno lib. Phar. κατὰ τόπους. 9. c. 5.

Alphalartesius Galeno κατὰ γένη, lib. 7.

Astaron siue Asteron Torestes, autori illius libri medicinarum expertarum, vbi dicitur quòd fuit familiaris Acostroïs, de quo suprà.

Asterius, Aëtio Tetrab. 2. Sermo. 3. c. 113.

Astrocanus in illo libro medicinarum expertarum.

A fusti stara, Rasi lib. 11. Continentis c. 4.

Atabari, Serapioni Simplicium c. 79. & seq. & c. 87. & 108. & alibi sæpè.

Atahusins, Rasi lib. 4. Continentis c. 4.

Ateuristus, quisquis is fuit, apud Galenum, in præfatione lib. 10. Simplicium.

Athenæus Attaleus, apud eundem lib. 1. de Elemeotis.

Athenæus Tharsensis, Aureliano lib. 2. Oxeôn c. 1.

Athenæus simpliciter Galeno memoratus Pharmacorum localium lib. 9. c. 5. & Generalium lib. 5. & in introductione, siue Medico, si is est, & lib. 7. Therapeuticæ, & lib. 2. de Semine, & lib. 2. de causis Symptomatôn. Et hunc Attalensem fuisse scribit idem Gal. li. 4. de differentiis pulsuum. Fuitque huic cum Posidonio philosopho magoa coosuetudo.

Athenion, Coroelio Celso lib. 5. c. 25.

Athinæus, nisi sit ille Athenæus, Galeno lib. 13. Therapeuticæ. Is, vt ibi dicitur, asseruit principem partem in corde esse.

Athryilatus Thasius, Plutarcho Symposiacôn decade 3. Proble. 4.

Athuristus, siue Aturistus (vtrunque enim reperio) apud Rasim lib. 3. Conti. c. 1. non semel & lib. 3. c. 6. & lib. 7. c. 3. & alibi sæpè. Et idem fortè est cum Ateuristo de quo suprà, aut cum Atorosco, de quo mox dicemus.

Athursekis, ibi lib. 3. c. 3.

Atinetus Galeno κατὰ τόπους, lib. 4. c. 7. & Marcello Burdegalensi, c. 120. vbi illum dicit fuisse seruum Cassij medici.

Atlas Pamphiliensis citatus Galeno.

Atoroscos, Rasi Conti. lib. 1. c. 6.

Atorosphos, ibi lib. 2. c. 5. & 6.

Attales Atheniensis Attalus Plinio dictus, lib. 32. c. 8.

Attalio, qui vt tradit Galenus, scripsit in Aphorismos Hippocratis, quod & tradit Oribasius, si is est, in præfatione Commentariorum in eosdem Aphorismos.

Attalus rex suprà, inter reges, nu. 122.

Attalus alius ab illis Contemporaneus Galeni, vt ipse dicit. lib. 1. Aotidotorum. io prin. & lib. Therapeuticæ 13. vbi & illum dicit fuisse discipulum Sorani, eúmq; Thessalium asinum vocat, quòd Thessali sectator esset.

Attrahyndus, Rasi lib. 10. Conti. c. 3.

Atuisius, ibi lib. 3. c. 7.

Auenius citatus Petro Apooensi in addit. Mesue, quo loco tractat de ægritud. epatis.

Auen, Rasi lib. 3. Conti. c. 3.

Auerroïs cognomento Commentator, qui præter multa opera in primis laudata Commētarios in Aristotelem non indoctos, sed ineleganter admodum versos, scripsit: & libros 7. in re medica, quibus Colliget titulum inscripserunt, veluti vniuersale. vide Abenrast.

Augustinus Galdadinus Mutinensis, cuius est docta præfatio in Galeni opera Latina, & traductio libri eiusdem Galeni de musculorum dissectione, & aliorum.

Augustinus Niphus Pilotheus, cuius est liber de morbo Gallico, & de Diebus Criticis siue decretoriis, & alij plurimi.

Augustinus Riccus Lucensis, cuius sunt nonnulli Galeni libri latinitate donati.

Augustus Cæsar inter Imperatores, nu. 148.

Auicenna & inter reges, nu. 135.

Auidianus.

Auramasius, Rasi lib. 5. Continen. c. 1.

Aurelius Cornelius Celsus, in successione medicorum, nu. 63.

Aurelius, simpliciter Galeno Phar. κατὰ τόπους, lib. 5. c. 9.

Aurifiasius, Rasi Contineo. lib. 4. c. 1.

Ausonius suprà inter poëtas, nu. 236.

Ausonius illius pater & ipse medicus, vt satis constat ex multis locis operum ipsius filij. Presertim verò illis qui sunt in Epicædio ipsius patris,

Nomine ego Ausonius non vltimus arte medendi
Et mea si nossem, tempora, primus eram.

Nam & Ausonium citat Marcellus Burdeg. in præfatione, & c. 25.

Autolycus & eius filij, quorum meminit Homerus lib. 19. Odysseæ, in curatione vulneris Vlyssis.

Auynasius, Rasi lib.5. Continen. c.1.

Axiologus Galeno lib.10. Pharmac. localium c.1. nam in Græco Codice legitur ἀξιόλογος, quanquam Cornarius legit ἀντίοχος Antiochus.

Axiorius, Galeno Pharma. κατὰ τόπους, lib.5. c.7.

Axius oculatius, ibi. Hunc enim & similes ducimus medicis annumerandos, secuti sententiam Vlpiani, qui scribit medicos & eos appellari, qui alicuius partis corporis vel certi doloris sanitatem pollicentur l.3.§. medicos, & ibi Bart. ff. de var. & extra. cogni. quam ad hoc dicit no. Bald. in l.1. col. vlt. C. manda. Et vt scribit Cornelius Celsus in epistola ad Caium Iulium Callistum (si ea ipsius sit, de quo dubito, quam tamen eius nomine ac titulo Marcellus Burdegalensis inseruit in suo lib. medicamentorum) Multos, inquit, animaduertimus vnius infirmitatis sanandæ scientiá, medici plenum nomen consequutos. Nam & apud Aegyptios, vt hoc addas, ita erat medicina distributa, vt singulorum morborum essent medici, non plurium, teste Herodoto in Euterpe. Cuiusmodi medicos Romæ frequentes fuisse tradit Gal. lib. de partibus medicæ, capit. 2. Quanquam non video quomodo quis satis exactè possit intelligere morbum partis cuinspiam affectæ, & curam illius, nisi & aliarum quoque sciat. *Medici an sint qui vnam tantum corporis partem curant.*

Ayse, vide suprà Aieyse, & Hayse.

Azanitus, siue Azanites, Galeno Phar. κατὰ γένη. lib.5. & Paulo Aeginetæ lib.4. c.55. & li.7. ca.19. & Aëtio Tetrab.4. Ser.2. cap.34. & Sermo.3. cap.21.

Azaramis, Serapioni Simplicium, cap.251. & 262. huiúsque etiamnum libros habemus.

Azaricon, suprà inter philosophos, nu.268.

Azarani, Serapioni Simplicium, cap.251. & 262. citatus, cuius etiam libros habemus.

Azararius, cuius practicam habemus.

B

Bacchius, Aureliano lib. Chroniôn 2. & c.10. & Galeno lib.4. de differentiis pulsuum, & libr.3. Commentariorum Epidemiôn Hippocratis. Hic Commentarios ædidit in 6. librum eius operis, vt dicit ibi Galenus, in princ.

Bacchus inter reges, nu. 112.

Bachmindus. Galeno alicubi citatus.

Badigorius, & Badigorosus, nisi sint diuersi, quod minimè credo, Rasi libr. Continentis.5. cap.6. & lib.4. c.1. & lib.6. c.1. non semel.

Bagaysius ibi, lib.4. c.1. sæpius.

Bagelardus, qui de ægritudinibus infantium scripsit.

Bagnisius, nisi idem sit, in eodem c.

Bachtisub, & Bachtisus, & Bachtisuch, nam hæc omnia reperio apud eundem, li.6. c. 4. & lib.7. c.1. & 4. & lib.9. c.4.

Baladius, Rasi lib.10. eiusdem operis c.1.

Bamachitus, Galeno lib.6. Simplicium.

Banchius, Galeno Phar. κατὰ γένη, lib. 7. nisi sit Bacchius de quo suprà.

Bandasar, Rasi lib.11. Conti. c.5. qui fortè est Sandazar, de quo infrà.

Baphullus, Galeno in lib.2. Antidotorum.

Baptista Fiera Mantuanus, cuius sunt commentaria in artem Galeni, & quæstio de Attractione medicinarum solutiuarum, & alia de virtute mouente pulsum, alia item de phlegmatico & biliosa æqualiter febricitantibus, & alia multa opera.

Barbios, Serapioni Simplicium c.97. ex libro de Agricultura.

Barptolemæus Argenterius, cuius meminit Gesnerus in sua bibliotheca.

Barptolemæus de Brugis.

Barptolemæus Cocles Bononiensis, medicinæ distillator, & Chirurgus.

Barptolemæus de Mesina Siculus.

Barptolemæus de Montagnana, qui inter cætera sua opera ædidit consilia in hac arte eruditissima. De hoc loquitur noster Paul. Castr. consi.382. dubium istud, libr.2. in cuius specie siue facto, vt appellant, illum vocat egregium, & famosissimum medicinæ doctorem. In eum scripsit epitaphium Ioannes Pannonius, ex quo hos versus excerpsi,

Credo te Stygias mundo inuidisse sorores
Miratas rarus tartara ad ima trahi.

Barptolemæus Syluanius Salonensis, qui ex Galeno quædam vertit.

Barptolemæus Troheron Anglus, qui chirurgiæ practicæ documenta scripsit li.9. & iterú epitomen lib.1.

Barzuiatus cognomento Sapiens, Serapioni Antidotorum c.17.

Basilius Antyciranus episcopus huius artis peritissimus, vt scribit D. Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

Basilius, siue Basileus simpliciter citatus Paulo Aeginetæ lib.4. c.55. & lib.7. c. 19. qui fortè idem est.

Basilius

Basilius Magnus, de quo suprà inter Sanctos, nu. 88.

Basius, qui de herbis scripsit, vt tradit Epiphanius lib. aduersus hæreses 1. statim post prin. Hunc citat Aëtius, vide Bassus.

Bassianus Laudus Placentinus, cuius est Iatrologia ad Herculem Estensem Ferrariæ ducem, & alia opera.

Bassus, siue fuit ille Basius, siue alius, Galeno Phar. secundùm locos lib. 7. c. 2. & secundùm genera lib. 7. & Aëtio Tetra. 2. Sermo. 3. c. 99. & Marcello medicamentorum c. 29. vide Iulius & Pomponius, & Tyleus, & Tullius Bassus.

Bassus Stoicus, nisi & idem sit, Galeno secundùm genera. lib. 7.

Basus, nisi sit vnus ex illis, citatus Aëtio Ser. 12. c. 44.

Bauerius de Baueriis, Bononiensis.

Bedigoras & Bedigorus, & Bedagorus, & Budegorus. Hæc enim omnia nomina reperio, sed vnum tantùm esse existimo, apud Serapionem li. Simplicium c. 57. & 78. & 95. & Rasin li. 1. Continentis, c. 3. & 5. & 9. & lib. 2. c. 4. & alibi sæpè.

Benedictus Nursius, Francisci Sfortiæ familiaris, qui practicam rei medicæ scripsit.

Benedictus de Victoriis Fauentinus, qui scripsit libellum de morbi Gallici curatione.

Bengezar.

Benguasit, qui vt opinor, est Abenguefit, de quo suprà.

Berengarius Cathalanus, qui in Hippocr. & Auicen. scripsit quasdam quæstiones.

Beritius, Galeno κτ̀ τόπους lib. 9. c. 5.

Bernardus Gordonius Gallus, cuius practica est, cui titulum fecit Lilium medicinæ.

Bernardus Felicianus, qui nonnulla ex Paulo Aegineta vertit.

Berotas.

Berthorius Casinensis abbas, ante monachatum professione medicus, multáque in ea arte opera scripsit.

Bertrucius Bononiensis, cuius extat practica vtilior quàm elegantior, & quam magna ex parte sequuntur medici Empirici.

Berytius & Beritius, Galeno Phar. localium lib. 4. ca. 7. vbi ab eo dicit Berytium Pharmacum dictum, & iterum lib. 9. c. 5. Hunc quoque, vel alium eius nominis citat Constantinus Cæsar, aut quisquis est, in Collectaneis Geoponicis.

Betarmen, aut vt alij vocant Betarnem Siculus, autori medicinarum expertarum, quæ Galeno assignantur.

Biblis, Auicennæ lib. 5. summa 2. tract. 2.

Biennius, Galeno Pharmaco. localium lib. 9. c. 3.

Biennitas, nisi idem sit, eiusdem operis lib. 10. c. 1.

Bimasui, & Bimmasui apud Rasim in libris Continentis sæpissimè. Citatur autẽ ex summa ipsius, eius operis, lib. 4. c. Et ex libro de complemento, eiusdem operis lib. 5. c. 1. Et ex lib. de febribus, ibi. Et ex libro nutricationum, etiam ibi. Et ex libro de cura prægnantis, lib. 9. c. 5.

Binabichalid Perses, Rasi eiusdem operis, lib. 6. c. 1.

Binelhalleg, ibi, lib. 4. c. 1. & lib. 5. c. 1.

Binmasim, ibi. lib. 6. c. 1. nisi sit ille Bimasui.

Bin serapion ibi, lib. 4. c. 1. & alibi sæpissimè. Credo esse Io. filiũ Serapionis, de quo posteà.

Blasius Asparius Papiensis, qui scripsit libellum de curandis febribus.

Bodex, Rasi Continen. lib. 1. c. 4.

Boëtus, siue Boëthus, apud Celsum lib. 5. c. 21.

Bolas, cuius collyria describit Aëtius Tetrab. 2. Ser. 3. c. 99. & 104.

Bonefet, Rasi lib. 1. Continentis, c. 5. ex libro de cultu terrarum.

Bonominus Bergomensis, cuius extat liber de venenis, & alius diuersarum quæstionum.

Bonus præceptor, quisquis is est, citatus Galeno, lib. 7. Pharma. localium c. 4.

Botryes, Plinio in nomenclatura medicorum, lib. 29.

Branchaleon, vide Ioannes Franciscus Branchaleon.

Brela Croa, infrà inter fœminas, nu. 338.

Brenitus, Galeno Pharma. localium 9. c. 4.

Britaonicus, Galeno ibi, lib. 4. c. 7. vide Stolus Britannicus.

Brunus Longoburgensis 4. cuius extant opera in Chirurgia.

Brunus pater Dini de Garbo, de quo posteà dicemus, chirurgiæ peritissimus.

Bubikir, vide Albubeter.

Bucceiesu, Rasi Continentis lib. 1. c. 4.

Buctigesu, eiusdem operis li. 2. c. 2. nisi idem sit. Nam & alibi Buccigesu, & Burcigesus legitur, eiusdem lib. c. 3. & Bucciiesu, lib. 2. c. item 2.

Buctuson ibi, lib. 2. c. 2. nisi & idem sit.

Budegorus, vide suprà Bedigoras.

Bugetius.

Buhabylyha Arabs cuius sunt Tacuim, siue tabellæ aut tesserulæ, in quas totam propè medicinam redegit, vti etiam Elluchasem de quo infrà dicemus.

Buhiel Hutasiuius, Rasi Continent. lib.5.c.1.

Bulchasis, cuius extat liber de præparationibus medicamentorum, quem librum Seruitoris vocant, alij Albucasis & Albucasa vocant, nisi sint diuersi, vide Albucasa.

Bureiesu, Rasi lib.1. Cont.c.3. sed eum puto esse Bucceiesu, de quo suprà.

Butaducus, ibi lib.3.c.7.

Byn Sabur, eiusdem operis lib.6.c.1. ex illius Antidotario.

Byntalius ibi, lib.11.c.3.

Bythonus, cuius meminit Georgius Valla lib. 27. expetendorum & fugiendorum qui est medicinæ 4.c.232.

C

Cadmus Agenorides Phœnicum rex, inter inuentores, num. 11.

Cæcilius Bion, Plin. lib.28.c.13. qui vt in eiusdem lib. indice dicit, περὶ δυνάμεων scripsit.

Cæcilius simpliciter, ex Commentariis citatur ipsi Plinio lib.29.c.4.

Cælius Aurelianus Siccensis, cuius habemus libros de celeribus passionibus, quos Oxeon appellat, & de morbis chronicis, quos Chronion vocat, id est, tardarum passionum, & eosdem quidem doctos, sed stylum sanè Africum redolentes. Scripsit & libros Medicaminum, vt dicit lib.2. Chronion c.4. in fi. Et medicinalium responsionum, vt dicit eiusdem operis lib. 1.c.1. & lib.2.c.4. & lib.3.c.4. Et γυναικείων, id est, passionum muliebrium, eo.li.7. c.4. Et specialium Adiutorium ibi, non semel, & Epistolarum Græcarum ad Prætextatum lib.2.c.1.

Cæsar in imperatoribus suprà, nu.154.

Cæsar Landulphus, cuius est libellus de curis febrium.

Cæsar Optatus Neapolitan⁹, cuius extãt aliquot liminares epistolę in scriptores medicos.

Cabraba, Rasi Cont. lib.10.c.1.

Caius Iulius Plinio memoratus lib.7.c.53.

Caius Neapolitanus, Galeno Phar. κατὰ γένη lib.5.

Caius Ocularius, eidem Phar. κατὰ τόπους lib.4.c.7.

Caius Valgius, suprà in successione Medicorum, nu.62.

Caius simpliciter vnus, vt puto, ex illis, vel Aelius Caius, de quo suprà. hic citatur Aureliano lib. Oxeon 3.c.14. vbi illum dicit Herophili sectatorem.

Calaf Iudæus Catalanus, qui simpliciter citatur Calaf, Rasi lib.11. Cont.c.4. & 5.

Calaminus, ibi, lib.5.c.1.

Calays, ibi, nisi sit ille Calaf.

Calhamam. & Calhamen. d. lib.5.c.2. & lib.11.c.1.

Callianax, de quo Galenus illud scripsit, quod interrogatus à quodam num moreretur, respondit Homerico illo carmine lib. Iliados 21.

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὅσπερ σέο πολλὸν ἀμείνων. Id est, ad verbum,

Occubuit & Patroclus qui te multo præstantior fuit.

Calligenes medicus Philippi Macedonum regis illius, qui aduersus Romanos belligerauerit, cuius meminit Liuius lib.10. belli Macedonici.

Callimachus qui de Coronis priuatim scripsit. Nam & hic est quædam valetudinis portio, teste Plin. lib.21.c.3. quod & videre licet ex Gal. lib.2. Phar. local. c.2. vbi describit amuleta quæ capiti coronæ modo circumposita, & alligata, dolorem eius arcent: & Diosc. lib.4.c.127. quo de Hippoglosso tractat. vt nonnulli interpretes ibi intelligunt: & ipso Plin. li.24.c.10. vbi de smilace loquitur. & c.11. statim post prin. & c.19. & li.27.c.11. statim post prin. & seq. vbi de Polygono tractat. Plutarcho Problematon Symposiacon decade 3.c.1. Marcello c.1. nõ semel. *Coronarii vis medicamentaria.*

Callinicus, Galeno Phar. κατὰ γένη, lib.7.

Callisthenes Aristotelis discipulus, qui de herbis scripsit, teste Epiphanio statim post prin. lib.1. Hæreseon.

Caluus, vide Marcus Fabius Caluus.

Camachilis, Galeno lib.6. Simplicium.

Cammachirus, siue Camachirus, ibi, nisi idem sit.

Canamusalus de Baldach, cuius librum habemus de curandis oculorum passionibus.

Candidus, Aëtio Tetrab.2. Ser.3.c.113.

Capito Ophthalmicus, id est, ocularius medicus, eidem Phar. κατὰ τόπους lib.4.c.6. vide an sit Artemidorus Capito, de quo suprà.

Capitonem simpliciter, quisquis is fuit, siue ille superior, siue Artemidorus Capito, de quo suprà, citat Galenus in eodem c. & in Commentariis Epidemion Hippocratis, & Aëtius Tetrab.2. Ser.3.c.77.

Caricles, qui & Charicles, qui mortem Tiberij Cæsaris ex pulsu venarum pronunciauit,

apud Tacitum lib. 5. cuiúsque meminit Suetonius in ipso Tiberio. Húncque aut alium eius nominis citat Galenus Pharmacorum κατὰ τόπους,lib.2.c.2.& lib.9.c.4.

Caridemus Erasistrati sectator,Aureliano lib.3.Oxeon c.15.

Carixenus,qui & Charixenus,& Charixenes, κατὰ τόπους lib. 3. c.1. & lib.5.c.7.& lib.6.c. 2.& Aëtio Tetrab.2.Ser. 4.c.52.

Cark,Rasi lib.1. Cont.c.6.

Carpitanus,vide infrà Chaspitanus.

Carolus figulus,qui de herbis & piscibus scripsit.

Carolus Stephanus Parisiensis qui libros Anatomicos scripsit, & de nutrimentis lib.3.

Carterus,Galeno Phar.localium lib.7.c.4.Et fortè est Craterus eidem quoque memoratus inuersa litera,de quo postea.

Carus,de quo extat epigramma Martialis lib.10.

Nequius à Caro nihil vnquam Maxime factum est,

Quàm quòd febre perit,fecit & illa nefas, Et quæ sequuntur.

Casion Armenus,memoratus autori incerto lib.de Medicinis expertis.

Casio,Auicennæ lib.5.summa 2.tract.2.nisi is sit Casius de quo mox dicemus.

Casius Fœlix, de quo suprà in successione Medicorum,nu.62.

Casius Iatrosophista,cuius sunt medica problemata de animalibus Græca,Latinitati donata ab Hadriano Iunio.

* Casius simpliciter, quisquis is fuit, Cornelio Celso in præfatione, & lib.4.c.4.& lib.5.c. 25.& Galeno Phar. κατὰ τόπους lib. 4. c. 7.& lib.9.c.4.non semel:& Scribonio Largo de compositione Medicamentorum c.129. ex quo potes intelligere eum fuisse tempore Tiberij Cæsaris:Aureliano lib.Chronió 4.c.5.& Aëtio Tetrab.2.Ser.3.c.99.& Auic.sæpe, vide Pironius.

Casium Parmensem,siue hunc,siue alterum memorat;Plin.lib.31.c.2..

Castinus Aëtio citatus Tetrab.3.Ser.4.c.44.

Castor,vide Antonius Castor.

Castus,Galeno lib.4.& 7.Medicamentorum κατὰ γένη: Rasi lib. 4.Continentis c.1.

Cataginus Antiochenus,Auicennæ lib.5.tract.2.

Catilina regis Lithnis medicus, autori medicinarum expertarum, quem nonnulli dicunt esse Galeni.

Cato Censorius primus Romanorum, & diu solus, vsus herbarum scripsit, vt dicit Plinius lib. 25. c. 2. in princ. Et licet medicos incesserit, is tamen medicus fuit, vt videre est ex eodem Plinio lib. 29.c.1.& altero Plinio Valeriano,lib. rei medicæ 4.c.29.& ex libro ipsius de re rustica in finitis locis, præsertim c. quo describit brasicæ vires in re medica. Sed & ipse librum scripsit, quo docet, quo pacto quis incolumis seruari, vel ægritudine liberari posit, vt tradit Plutarchus in vita illius.

Cecilius Argiuus, inter poëtas, suprà nu.222.

Cecilius Bion,vide suprà Cecilius.

Celer Primipilaris,Galeno lib.7.Phar.κατὰ γένη. Is tametsi Primipilaris erat (quæ est dignitas militaris) de qua noster Iurisconsultus,in l.pater filium.§.Iulianus.ff.de lega.3.& Quintilianus lib. 6.c.3.tamen medicæ quoque artis peritus erat,vt hinc intelligas,nullam aliam artem,nullum ordinem ab hac abhorruisse.

Celius Aurelianus, vide Cælius Aurelianus.

Cermisonus,vide suprà Antonius Cermisonus.

Cesar Imperator,vide Cæsar.

Cesar Landulphus, vide Cæsar Landulphus.

Cesar Optatus,vide Cæsar Optatus.

Chalcideus,Galeno Phar.secundum genus lib.5.

Chætias Atheniensis Plin.lib.20.c. 23.

Chamul Bizagisuch,Rasi lib.5. Cont.c.1.

Charicles, vide Caricles.

Chariton,Aëtio citatus Ser.13.c.18.

Charixenus,vide Carixenus.

Charmides,Galeno lib.2.Antidotorum.

Charmis Massiliensis in successione medicorum, suprà nu.65.nisi ille idem sit.

Chaspitanus, siue Charpitanus in successione medicorum, nu.62.

Chealfetebeni,Serapioni Simplicium,c.197.

Chereas,Galeno Phar.localium lib.5.c.9. nisi sit ille Chæreas de quo suprà.

Chimrasius,Rasi lib.6.Cont.c.1.

Chimon.

Chiron Centaurus inter inuentores medicinæ,nu.11.& seq.

Chosi,& Chozi,Serapioni Simplicium c.93.& alibi.vide Chuzi.

* Christianus

Christianus Soter Limothermæus, qui nonnullos Galeni libros in Latinum vertit.

Christianus alius, Serapioni Simplicium c.282.

Christiernus Morsianus Danus, cuius præter res medicas extat Arithmetica.

Christophorus Ballista Parisiensis, qui de re medica libros scripsit.

Christophorus Barzianus, siue Barzezius Pergamensis, cuius extat liber de cognitione & cura febrium, & Introductorium, siue Ianua ad omne opus practicum medicinæ.

Christophorus clauserus Tigurinus, cuius est dialogus Germanicus de vrinæ iudicio.

Christophorus Georgius de Honestis, Florentinus, cuius sunt commentarij in Antidotarium Mesue.

Christophorus Heyll Vuisbadensis, qui scripsit artificialem medicationem, & quosdam Galeni libros in Latinum vertit.

Christophorus Oroscius cuius extant annot. in Aëtij, & Pauli Aeginetæ interpretationes.

Chrysanthus Gratianus, Galeno Phar. localium lib.3.c.1.

Chrysaris, Galeno in libro cui titulus est, linguarum Hippocratis expositio.

Chrysermus, Plin. lib. 22.c.22. Gal. lib.4. de differ. puls. & lib.9. Pharmac. local. c.2.

Chrysippus Gnidius, in successione medicorum suprà nu.50.

Chrysippus illius filius, Ptolemæi medicus, apud Laërtium in Chrysippo Halensi.

Chrysippus alius Erasistrati discipulus, de quo Laërtius ibi. Vnúmque horum citat Galenus lib.2. commentariorum de natura hominis, & Plinius lib.20.c.9. in princ. vbi dicit illum Brassicæ priuatim volumen dicasse, & Cornelius Celsus lib.5. & Aurelianus lib.4. chronion c.8. ex libris de Lumbricis. Et lib.2. Oxeon c.13. ex lib. de catalepticis. Ab vno horum chrysippea herba dicta Plinio lib.36.c.9.

Chuzi, & chuz. & chusi, & cus, & chus, nisi sint diuersi, quod minime puto, Rasi lib continentis 1.c.5. & lib.2.c.2. & lib.3.c.2. non semel, & c.3. etiam non semel, & c.5.6. & 7. Et hic, ni fallor, idem est cum chosi, & chozi, de quo suprà.

Cienus, qui & Prusias dictus est Herodoto in Introductione siue Medico, quem plerique Galeni esse putant.

Cimon, Galeno Pharmacorum localium lib.3.c.1.

Circe inter fœminas infrà nu.313.

Cisadra, Rasi cont. lib.6.c.1.

Claudianus citatus Plinio Valeriano lib. rei medicæ 3.c.45. Et hic forte est, cuius meminit Gal. lib.1. Pharmacorum localium c.1.

Claudius Apollonius, Gal. lib. Antidotorum 2.

Claudius Damonicus, eidem Pharmacorum localium lib.5.c.1.

Claudius Philoxenus chirurgus, eidem Phar. generalium lib.2. vide Philoxenus.

Claudius Sophista memoratus Epiphanio Cyprio, lib. Hæreseon 2.c. item 2. hæresi.66.

Claudius, siue vnus ex illis, siue alius simpliciter citatus Plinio lib.22. c.23.

Cleemporus, & cleamporus (vtrunque enim legitur) cui plerique adscribunt eum librum de vi & effectu herbarum, quem tamen pertinax fama & antiquitas Pythagoræ vendicat, vt scribit Plinius lib.24.c.17. húncque etiam alibi citat idem Plinius.

Cleempus, nisi idem sit, nam & id quoque nomen reperitur.

Clemes Sertorius, Galeno Phar. κατὰ γένη lib.7.

Cleobulus, Galeno eiusdem operis lib. 5.

Cleodemus Plutarcho in conuiuio septem sapientum, vbi scribit eum cucurbitulis frequentius quam quisquam alius medicorum suæ ætatis vti solere, atque eius opera factum id auxilium imprimis celebraretur, & in vsu frequentissimo esset.

Cleoderus apud eundem illo ipso libro.

Cleomenes, apud Plutarchum Problematon Symposiacon, decade 6.c.8.

Cleon siue cleo, Cornelio celso lib.6.c. item 6. & Galeno Phar. local. li.3.c.1. Aëtio Tetra. 2. Ser.2.c.93. & Ser.3.c.15. & 18. & 27. & Ser.4.c.107. & Paulo Aeginetæ lib.7.c.16.

Cleopater Aëtio Tetra.4. Ser.1.c.98. & Paulo Aeginetæ, alicubi ex libris de arte curatiua, & singulorum morborum curatione.

Cleopatræ duæ inter fœminas, infrà nu.326. & seq.

Cleophanes, & cleophantes, & cleophantas, & cleophantus, Plinio sæpissime, & inter cætera lib.24.c.16. & lib.26.c.3. vbi scribit illum vini rationem illustrasse apud priscos, & Galeno Pharmacorum secundum genus lib.9.c.3. & c.6. & Cornelio celso lib.3.c.14. vbi eum dicit fuisse ex antiquioribus medicis: & Cælio Aureliano lib. Oxeon.2.c.39. Sed & huius, aut alterius eius nominis medici meminit Cicero in oratione pro Aulo cluentio Habito, vbi eum vocat ignobilem medicum, sed spectatum.

Cleopolemus, Plinio lib.20.c.17. nisi Theopolemus sit scribendum.

Clesipon Celso lib.5.c.18. quanquam nonnulli ibi legunt ctesiphon, de quo infrà.

Cletius Abascantius, siue Abascantus; Galeno medicamentorum localium lib.7.c.3. Alij

tamen Paracletum Abaſcantium legunt, quoniam apud Galenum in quibuſdam codicibus ita legatur παρακλητῷ ἀβασκάντῳ. Sed & id ſeparatim ita legi poteſt, τῷ ἀβασκάντῳ. Abaſcantum quoque ſimpliciter citat Galenus eiuſdem operis lib. 9. c. 4. Extat inter Syluas Statij prima. lib. 5. de Abaſcantio ſiue hoc, ſiue altero.

Cliton Raſi cont. lib. 2. c. 6.

Clodius, qui ſcripſit libellum de cura Aſcaridum, Aureliano lib. 4. chonion c. vlt. Sed & eum citat lib. Oxeon 3. c. 8. vbi eum dicit Aſclepiadis ſectatorem.

Clouiacus, Galeno Phar. κατὰ γένη lib. 7.

Clymenus inter reges nu. 128.

Codamus rex, ſupra inter reges, nu. 123.

Codius Tuſens, Galeno lib. Antidotorum 2.

Cointus præceptor Lyci Macedonis, Gal. in initio libri tertij, Aphoriſ. Hippocratis.

Comes Andreas, vide ſuprà, Andreas in fi.

Comon inter philoſophos ſuprà, nu. 267.

Complutus Rabi Moyſi, Aphoriſmorum parte 21. ex Introductorio ipſius, & iterum parte 22. in princ.

Conradus Geſnerus, cuius extant multa operá, & traductiones optimorum authorum medicorum, atque aliorum, quos ſi ſigillatim noſſe cupis, adeas eius bibliothecam.

Conradus Heiugater Tigurinus, Caroli 8. Francorum regis medicus, qui inter cætera ſcripſit defenſionem Aſtronomiæ.

Conſodomus, Serapioni Simplicium c. 271.

Conſtans, qui vocatus eſt Romanus, citatus à Simeone Setho, in libro de cibariorum facultate, quo loco loquitur de Paguris, ſiue cancris.

Conſtantinus Africanus, cuius ſunt lib. 7. de morborum cognitione & curatione, & alia multa opera.

Conſtantinus Imperator inter imperatores, ſuprà nu. 153.

Conſtantinus monachus Caſsinenſis, cuius viaticum laudant medici.

Conſtantinus alter vetuſtior citatus Aëtio, Quaterni 2. Ser. 2. c. 54. & Paulo Aeginetæ lib. 3. cap. 24. & 28. vbi de curatione deſtillationis, in fi. & lib. 7. c. 13. vbi deſcribit ſaponem ipſius Conſtantini.

Copho, cuius eſt liber de arte meden. & eius Electuarium recẽſet Nicolaus Antidotarius.

Cordus, vide infrà Euricius.

Cornelius Artemidorus Pergamenus ex comitibus Verris in prætura Sicilienſi, cuius ſæpe meminit Tullius in 5. actione in Verrem.

Cornelius à Baërſdorp Goſenſis, cuius eſt methodus vniuerſalis artis medicæ.

Cornelius Celſus, ſuprà in ſucceſsione medicorum, nu. 63.

Cornelius Mechelingenſis, cuius eſt liber de puerorum, infantiúmve morborum dignotione & cura.

Cornelius, quiſquis is eſt, ſimpliciter citatus Gal. li. Phar. localium 2. c. 5. vbi eius medicamentum recenſet, niſi idem ſit Cornelius ille celſus; quod minimè credo. neque enim vllum tale eſt medicamentum apud celſum, neque Galenus ſolet citare Latinos ſcriptores. Sed & Cornelius vel ille, vel alius citatur ſæpe Octauio Horatiano, aut vt aliis placet, Theodoro Priſciano, lib. 4. de Phyſica ſcientia ad Euſebium filium.

Coſmas inter Dinos ſuprà, nu. 89.

Coſmus, Marcello Burdegalenſi c. 7. & 8. non ſemel, & 14. & 30. niſi ſit ille, quod minime credo. Sed & coſmianam potionem, Petricen quoque coſmianam, & Antidotum item coſmianam deſcribit idem Marcellus c. 20. Coſmi autem meminit Martialis lib. 1.

Paſtillos Coſmi luxurioſa vorax. Et lib. 5.
Quod quacunque venis Coſmum migrare putamus. Et lib. 11.
Profertur Coſmi nunc mihi ſiccus onyx.

Coſta, & coſtes, & coſtus, & coſtim, Serapioni Simplicium c. 97. & 173. & 250. ex lib. de Agricultura, & Raſi libr. cont. c. 1. non ſemel. & c. 8. ex lib. de cholera. Et lib. 7. c. 1. ex libro de Paſsionibus, & lib. 8. c. 1. ex lib. de Phlegmate. Et lib. 12. c. 1. ex lib. de Alteratione humoris.

Coſus, Galeno lib. 7. Phar. Localium c. 5.

Crateuas, ſiue crateuas (vtrunque enim nomen reperio) Herbarius ſæpe Dioſcoridi, & Plinio citatus, & qui de herbis ſcripſit, vt dicit ipſe Dioſcorides in præfatione, & Plin. lib. 25. c. 2. vbi illum nuncupat Rhizotomũ, id eſt, radiciſecam; & Epiphanius Cyprius ſtatim in initio lib. 1. Hæreſeon. Fuitque is tempore Hippoc. qui ad eum ſcripſit epiſtolam, qua eum rogat, vt optimas herbas ad curationem Democriti colligeret, appellatque eum optimũ herbarium.

Crateuas alius, qui fuit longo poſt tempore, vt qui nonnullas herbas adſcripſit Mithridati apud Plinium lib. 25. c. 6. in princ.

Craterus, Galeno lib. Phar. localium 7. c. 5. & lib. 2. Antidotorum. Hic ſub Auguſto fuit, eiúſque

eiúſque meminerunt Cicero in epiſtolis ad Atticum non ſemel, Horatius lib. Ser. 2. Satyr. 3. & Perſius Satyr. 3. & Porphyrius lib. 1. de Abſtinentia ab eſu carnium.

Cratippus, quem Heraclides Tarentinus ad Antiochidem, & poſt eum Galenus Pharmacorum localium lib. 6. c. 1. & iterum 2. in fi. ex Ferula citant. Eſt autẽ Ferula νάρθηξ libri ipſius Cratippi inſcriptio. Quam quidem libri inſcriptionem etiam Heras Cappadox ſuis medicamentorum libris poſuit, vt poſtea in eo dicemus. Atque etiam Soranus, vt videre licet apud Aëtium, qui ipſius νάρθηκα citat lib. 8. c. 44. Græcis enim, vt id obiter dicam, eum morem fuiſſe, vt libros ſuos medicamentarios νάρθηκας & ναρθήκια inſcriberent. Ex quo illud Ciceronis lib. 2. de Finibus, Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de Narthecio promant, ſi grauis, breuis, ſi longus, lenis. De Narthecio igitur, id eſt, de lib. medicamentario Narthecion inſcripto. Quanquam ſunt, vt ſcribit Cornarius cuius hæc ſunt, qui Pyxidem medicamẽtariam per Narthecium intelligunt. Sed priori ſententiæ adſtipulatur Martialis in Apophoretis, qui huiuſmodi Narthecia capſulis eboreis incluſa fuiſſe dicit, epig. 78.

Artis ebur medicæ Narthecia cernis habere,
Munera quæ cuperet Pallius eſſe ſua.

Craton Celſo citatus, lib. 6. c. 7. & c. 18.

Creitas Herbarius, proauus Crateiæ, de quo nuper diximus. Huius autem mentionem fecit Hippocrates, in epiſtola ibi memorata.

Creon Agrigentinus, ſunt enim qui ita vocant Acronem, de quo nu. 56. in ſucceſsione medicorum.

Criamabilis.

Cride Pandionis, à quo Minoa circa pudenda morbo laborantem curatum ferunt.

Criambulus, Galeno lib. 6. Simplicium.

Crinas, aut vt alij ſcribunt, Critias Maſsilienſis, in ſucceſsione medicorum, nu. 65.

Criſpus Philus, id eſt, amicus, Galeno Pharmacorum localium lib. 5. c. 7.

Criſpus Libertus, Galeno lib. 7. eiuſdem operis c. 3.

Criſpus ſimpliciter, ſiue vnus ex illis, ſiue alius, eidem Phar. ſecundum genus lib. 5. & lib. 7. & ſecundum locos lib. 5. c. 7. & iterum lib. 9. c. 4.

Chriſtades, Raſi lib. 1. cont. c. 1.

Chriſtophorus Oroſius, cuius ſunt caſtigationes in Aëtium.

Critias, vide ſuprà Crinas.

Crito, vel criton cortyniates cretenſis, Galeno Phar. localium lib. 9. c. 1. quamuis Cornarius putat legendum Tryphonem pro critone, de quo poſtea dicemus.

Crito, ſiue ille, ſiue alius ſimpliciter citatus eidem Gal. ibi lib. 1. c. 1. & 3. & lib. 5. c. 1. & alibi ſæpe. atque etiam Generalium lib. 1. Aëtio & Paulo Aeginetæ ex 4. libris Coſmeticorũ, & ex libris de medendis morbis, & ex libris Phar. De altero autem illorũ eſt illud Martialis 11. lib.

Quod ſanare Criton, non quod Hygea poteſt.

Critobulus, qui vt ſcribit Plin. lib. 7. c. 37. magnam ſibi famam comparauit extracta Philippi regis oculo ſagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis. Huiúſque etiam meminit Q. Curtius lib. 9. vbi illum appellat Critopolum, dicítque illum fuiſſe inter medicos artíſque eximiæ, & Alexandrum eum curaſſe ex admodum periculoſo vulnere.

Crucianus Florentinus, vide infrà Truſianus.

Cteſias medicus idem & hiſtoricus, vt qui res Syriacas & Perſicas ſcripſit, Xerxémque medicatus eſt, vt ſcribit Strabo lib. 14. Et eius quoque meminit Plutarchus in Artaxerxe. Hunc Eteſiam vocat Diodorus lib. 3. niſi mendum ſit, quod magis credo, dicítque eum fuiſſe Cnidium, & ob eam artem annis 17. cum rege Artaxerxe ſummo cum honore fuiſſe. Et eum citat Stobæus Ser. 98. quo tractat de morbis.

Cteſiphon, cuius compoſitiones citat Cornelius Celſus lib. 5. c. 18. Gal. ſiue Herodotus in Introductione, ſiue Medico: & idem Galen. lib. Medic. κατὰ γένη 7. vide ſuprà Cleſipon.

Cureus, Aëtio, & Paulo Aeginetæ lib. 3. c. 48. & lib. 7. c. 18. Hunc Bythinium fuiſſe memini me legiſſe apud Galenum, ſed nunc locus non occurrit.

Chus, vide ſuprà Chuz.

Cybele inter fœminas, infrà nu. 319.

Cyrillus Archiepiſcopus, Aëtio Quaterni. 3. Ser. 1. c. 24.

Cyrillus ſimpliciter, ſiue ille ſiue alius, eidem eiuſdem Ser. c. 50.

Cyrtus Galeno Phar. κατὰ γένη lib. 6.

Cyrus Alexandrinus, apud Gennadium in viris illuſtribus.

Cyrus Archiater Edeſſæ, Aëtio Tetrab. 2. Ser. 2. c. 91.

Cyrus Georgius Chryſococca, cuius liber eſt εἰς τὴν σύνταξιν τῶν περσῶν.

D

Dalion herbarius, Plinio lib. 20. c. 17.

Damaſcenus, Serapioni Simplicium c. 256. vide Ioannes Damaſcenus.

Damascus, ibi c.107.& alibi sæpe.

Damegeron, Constantino Cæsari, aut alteri, lib. Geoponicῶn 12. sæpe in re medica citatus.

Damianus inter diuos, suprà nu.89.

Damion, Plinio lib.20.c.9.& alibi sæpe.

Damocrates inter poëtas, suprà nu.217.

Damon, Plinio Valeriano lib.3.c 20. Et forte is est ille Damion.

Danaus, Aëtio Tetrab.2.Ser.3.c.98.

Daniel Vkerdenus Bruxellanus, cuius extat libellus, quo ostendit medicum non corpori solum, sed & animæ suppetias ferre, quod nos alibi diximus.

Daphnus Ephesius vnus è Dipnosophistis, quorum colloquia describit Athenæus.

Darius, Galeno Phar. κατὰ τόπους lib.7.c.3. & κατὰ γένη lib.5.& Auicennæ in Antidotis.

Dation, siue Detion apud Plinium sæpe.

Dauid rex, inter reges, suprà nu.141.

Dauid filius Serapionis, Serapioni tract.7.c.17.

Debigorus & Debigoras. Auicennæ lib.5. summa 2. tract.2.

Desilaha, Rasi Continentis lib.9.c.6.

Desiodus, Rasi eiusdem operis lib.6.c.1.

Deleon, Galeno Phar. κατὰ γένη lib.2.

Deletius Epagathus Galeno Phar. κατὰ τόπους lib.9.c.5.

Delphinus Acronis discipulus empiricus apud Galenum.

Demarchos Cœlio Aureliano lib.1. Chronion c.4.

Demetrius Appameus, qui libros interiorum scripsit, fuitque ex Herophili sectatoribus, Cœlio Aureliano lib. Chronion 2.c.10.& lib.3.c.8.& lib.5.c.9. ex lib. Signorum, & etiam lib. Oxeon c.33. vbi Aponicus scribitur pro Appameus.

Demetrius Attaleus & ipse Herophilæus, eidem Aureliano lib. Chronion 2.c.2.& libro. Oxeon 2.c.1.& iterum lib.3.c.18.

Demetrius Archiater, nisi vnus sit ex illis, Galeno lib. Antidotorum 1. Hic est, vt opinor, qui fuit Antonini Imperatoris medicus primarius, de quo idem Galenus, in libro de Theriaca ad Pisonem.

Demetrius Bythinius, siue vnus ex illis, siue alter, eidem Phar. κατὰ γένη lib.4.

Demetrius Chlorus, Nicandri Scholiastæ in Theriacis.

Demetrius Nigrinus, Galeno Phar. κατὰ γένη lib.7.

Demetrius simpliciter, siue vnus ex illis, siue alius, Aureliano in præfatione lib. Oxeon, ex libris de Passionibus.

Demion Plinio sæpe.

Democides Crotoniensis, qui primus apud suos præclarissime omnium hanc artem exercuit, postea eum Æginetæ vno anno talento conduxerunt: Athenienses sequenti anno centum minis: Polycrates postea talentis duobus, quæ summa quanti sit intelliges ex nostro Budæo in libro de Asse. Denique cum Dario Histaspis filio tantam consuetudinem habuit, ab eóque in tanto honore habitus est, vt cum eo ad mensam sederet, quæ omnia retulit Herodotus libr. 3. vbi & alia pleraque de eo recenset. Et eum tradit Suidas scripsisse librum de medicina. De eo quoque Ioannes Tzetzes historia 9.c.3.

Democrates inter poëtas, suprà nu.217.

Democritus inter philosophos, suprà nu.249.

Demosthenes Massaliota, Galeno Phar. κατὰ γένη lib.5.

Demosthenes Philalethes Alexandri Philalethis, de quo suprà, præceptor, qui reliquit tres lib. de oculis apud multos commendatos, Galeno lib.4. de differentiis pulsuum.

Demosthenes, siue vnus ex illis, siue alius simpliciter citatus Galeno Phar. localium lib.3. c.7.& lib.5.c.7.& Aëtio Tetrab.2.Ser.3.c.12.& 16.& 44. & alibi sæpe, & Paulo Æginetæ lib. 3.c.22.

Designatianos, Marcello Burdeg. in præfatione, vide Largios.

Detion, vide Dation.

Dexippus Cous, qui aliis Doxippus, & Dioxippos vocatur, Hippocratis discipulus, vt dicit Erasistratus, lib.1. de febribus, & eius authoritate Gal. lib.1. itémque 3.& 4. Commentariorum Hippocratis περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων, id est, de ratione victus in morbis acutis. Hic de medicina librum scripsit, & de prognosticis, vt tradit Suidas. Eiúsque meminit Plutarchus in Symposiacis, & Gellius lib.17.c.12.

Dexius, Cornelio Celso lib.5.c.18.

Diagoras Milesius inter poëtas, suprà nu.211.

Diana inter fœminas, infrà nu.308.

Diaphantes, & Diophantes, Gal. lib.2. Phar. κατὰ γένη.

Diaulus Chirurgus de quo Martialis lib.1.

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.
Cœpit, quod poterat, Clinicus esse modò. Et rursum.
Nuper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus,
Quod vespillo facit, fecerat & medicus.

Didymus, Aetio Quatern. 2. Ser. 2. c. 15. & authori Collectaneorum Geoponicorum sæpe, præsertim lib. 12. ex quo poteris agnoscere illum virium herbarum fuisse peritissimũ, & Alexandro Tralliano lib. 7. c. 15. vbi eum citat ex libro qui Octatonus vocatur. Suidas hunc, aut alterum eius nominis Alexandrinum tradit lib. 15. Georgicorum scripsisse.

Dieuches, Plinio sæpe, & inter cætera li. 24. c. 16. & Gale. lib. 2. Comment. Hippocratis de natura hominis. & lib. 6. Simplicium, & lib. 1. Therapeuticæ, & Athenæo lib. 1. Dipnosophistarum, vbi dicit huius discipulum fuisse Numenium Heracleotum, de quo infrà dicemus.

Dinus de Garbo Florentinus, discipulus Thadei, qui primùm Bononiæ, deinde Senis hãc artem professus multos libros in medicina reliquit, & inter cætera, Commentaria in quosdã Hippocratis, Galeni, & Auicennæ libros.

Diocbetes, quem nonnulli credunt esse Dieuchem illum de quo nuper diximus.

Diocles Carystius, suprà in successione Medicorum, nu. 49.

Diocles Chalcidonius, Galeno Phar. localium li. 7. c. 4. Vnus ex illis citatur Aureliano lib. Chroniôn 4. c. 8. ex Prognosticis.

Diodorus, qui vt tradit Plinius lib. 20. c. 12. scripsit de Emitericis, aut vt alij legunt, Hemitritæis, aut item vt alij, Empiricis. Eum citat idem Plinius li. 29. c. vlt. Galenus Phar. κτ̀ τόπους lib. 5. c. 7. & lib. 9. c. 2. & lib. 10. in fin. & κατὰ γένη lib. 5.

Diodotus, qui vt scribit Dioscorides in præfatione, & Epiphanius Cyprius lib. Hæreseôn 1. statim post prin. scripsit de herbis. Sed & ἀντιλεγόμενα, id est, Contradictoria scripsit, teste Plinio lib. 20. c. 8. ad fi.

Diogenes, Cornelio Celso lib. 5. Galeno lib. Medicamentorum localium 3. c. 3. & lib. 9. c. 7. & Aëtio Tetrab. 1. Ser. 3. ca. 109. qui eius Catharticum recenset. Et hic fortè est Diogenes ille Apolloniates Physicus, cuius meminit Laërtius in Diogene Synopeo, ad fi.

Diogesus, Cornelio Celso lib. 5. c. 27.

Diomedes, Galeno Medicamentorum localium lib. 4. c. 7. non semel.

Dion, Aëtio Tetrabibli 2. Ser. 3. cap. 28. Galeno qui eum citat ex lib. ad Theonem, nisi hic alius sit, lib. 3. Simplicium Medicamentorum c. 2.

Dionus, Galeno lib. 6. Simplicium.

Dionysius Chirurgicus, Scribonio Largo.

Dionysius Milesius, Galeno Phar. localium lib. 4. c. 7. & lib. 2. Antidotorum.

Dionysius Samius, Galeno Phar. secundùm genus lib. 4.

Dionysius, siue vnus ex illis, siue alius simpliciter citatus Cornelio Celso lib. 6. c. 6. Plinio lib. 20. c. 11. & 20. & aliàs sæpe. Galeno Phar. localium lib. 4. c. 7. & in Comment. Apho. Hippo. li. 4. c. 69. Aetio sæpe, Plinio Valeriano li. 4. c. 34. & Aurel. lib. Chroniôn 2. c. 13.

Dionysius, siue item vnus ex illis fuit, qui vt scribit Plinius libro 25. capit. 2. scripsit de herbis.

Dionysius, quisquis etiam is fuit, condiscipulus Heraclidis Tarentini Galeno Pharmacorum Localium lib. 5. c. 7.

Dionysodorus, Galeno Phar. localium lib. 1. c. 1.

Diophanes in re medica citatus scriptori Geoponicon libr. 13. c. 9. & alibi sæpe. Is fortè est qui Nicensis dictus est Varroni, qui eum numerauit inter scriptores rei rusticæ, lib. 1. ca. 1. siue etiam alter Bithynius, nisi & hic idem sit, eidem Varroni memoratus, eiusdem li. c. 9.

Diophantus Chirurgus, Galeno Phar. κατὰ γένη lib. 5. & κτ̀ τόπους lib. 5. c. 7.

Diophantes Lycius in vtroque loco, scilicet priore lib. 2. & posteriore lib. 9. c. 4.

Dioscorides Alexandrinus, Galeno in lib. cui titulus est, Linguarum Hippocratis expositio, & Paulo Aeginetæ lib. 4. c. 24.

Dioscorides Anazarbeus, in successione medicorum, nu. 60.

Dioscorides Tharseus, qui tempore Hadriani Imperatoris fuit, vt dicit Galenus li. 1. Commentariorum Hippocratis de natura hominis, illúmq; etiam citat in lib. Medicamentorum κατὰ γένη. 4. & 5. & 7. & Aetius Tetrab. 2. Ser. 1. c. 88. & c. 119. & Ser. 2. c. 116.

Dioscorides, quisquis is est, quem Athenæus li. 1. Dipnosophistarum, Hippocratis discipulum vocat.

Dioscorides simpliciter, siue vnus ex illis, siue alius Galeno κτ̀ τόπους lib. 7. c. 2.

Dioscorus, qui de herbis scripsit, Oribasio in præfatione Euporistôn, nisi Dioscorides illic scribendum sit. Dioscorus autem citatur Galeno κατὰ τόπους lib. 8. c. 7.

Dioscorus alter medicinæ peritissimus Iustiniani tempore apud Agathium libr. 5. de bello Gothorum.

Diotas Iatraliptes, Galeno Phar. κατὰ τόπους lib. 7. c. 5.

Dyothimus Thebanus, Plinio lib. 28. c. 7.
Dioxippus, vide Dexippus.
Diphillus Carstius, apud Athenæum.
Diphillus Laodicensis, cuius liber de Nicandri Theriacis citatur ab Athenæo.
Diphilus Siphnius, apud eundem ex libris de Alimentis quæ sanis & ægris offeruntur.
Disarius, apud Macrobium in Saturnalibus.
Doatus episcopus, Aëtio Tetrab. 3. Set. 4. c. 48.
Doles, Paulo Aeginetæ lib. 9. c. 16.
Dometius Nigricus, Galeno Phar. κατὰ γένη lib. 7.
Dominicus Blondius apud Lilium Gregorium Gyraldum Dialo. Annotationum 13.
Dominicus Massaria Vincentinus.
Dominicus Sennus Patauinus.
Donnus, qui teste Galeno & Oribasio scripsit Comment. in Aphoris. Hippocratis.
Dorotheus inter poëtas, suprà, nu. 221.
Dorotheus Helias, Galeno lib. Antidotorum 2.
Dorus Scutariorum medicus, apud Ammianum Marcellinum libr. 16.
Dositheus. Aëtio Tetrab. 2. Ser. 4. c. 63. & Paulo Aginetæ li. 7. c. 11. Huius, vel alterius medici meminit Vulcatius Gallicanus in Auidio Cassio.
Doxippus, vide suprà Dexippus.
Draco medicus vetustißimus, de quo Palephatus in libro de non credendis Fabulosis narrationibus, quo loco de Glauco loquitur.
Draducus, Rasi lib. 3. Continentis c. 3.
Druidas artis huius peritos fuisse satis constat ex Plinio lib. 24. c. 11. vbi de Selagine loquitur & de Samolo.
Drusianus Thadei discipulus, quem Tritteuhemius Abbas perperam C tusianum vocat. Cuius sunt Commentarij in artem Galeni.
Dyuridus, Rasi lib. 5. Conti. c. 2.

E

Ealiem.
Ebengezar, Mesue in cura Catarrhi. Is est, vt opinor, qui alibi dicitur filius Zezar.
Eberhaldus Schlusinger, qui scripsit tractatum Isagogicum in Astrologiam, præsertim ad electiones medicas.
Ebibule pater Maruen, filius Zoë, Rabbi Moysi Aphorismorum parte 22.
Ebugarech, Rasi lib. 1. Continentis c. 1.
Ebugeraret, nisi idem sit, eiusdem libri c. 3.
Ebunasar Alfarabij, Rabbi Moysi, Aphoris. parte 25. ex lib. Elementorum.
Edigoras, Rasi li. 1. Continentis c. 3. non semel. Et is fortè est Bedigoras, de quo suprà.
Edoardus Vuottonus Oxoniensis, qui nuper & post priorem huius operis editionem elegantißimè simul & doctißimè scripsit de animalium differentiis.
Eichus.
Elcabamen. & Elcalhamen, Rasi eiusdem operis lib. 6. c. 1. & lib. 7. c. 1. & lib. 9. c. 5. nisi duo sint, quod minimè credo.
Elcaymusia, Rasi lib. 10. eiusdem operis c. 1.
Elcheis, siue Elchus, siue etiam Elchuz, nisi diuersi sint, eiusdē operis li. 11. c. 5. & alibi sæpe.
Eleotates, Gariopouto, lib. de Febribus c. 7.
Elephantis, siue Elephantides, vide inter fœminas, nu. 333.
Elium apud Arabes, vide infrà Exlion.
Elkindus, vide suprà Alchindus.
Elluchasem Elimithar medicus de Baldath (hic enim est eius titulus) filius Nahadum, filij Ducellam, cuius sunt tabulæ sanitatis tuendæ, iuxta ordinem scilicet rerum naturalium, quę quidem tabulę Tacuini sunt dictæ.
Elmisiam, Rasi Continentis lib. 7. c. 4.
Elmongeh, siue Elmogih, Rasi eiusdem lib. 7. c. 1. & iterum lib. 8. c. 1.
Elpidius Theodorici Gothorum regis medicus, apud Procopium lib. 1. de bello Gothorū
Emba, Serapioni Simplicium c. 173.
Embularchus, Aëtio Tetrab. 4. Ser. 4. c. 122.
Emmasuy, Rasi Continentis li. 4. c. 1. Credo esse Bimasui de quo suprà, siue filius Masui, de quo infrà.
Empedocles, de quo suprà inter poëtas, nu. 212.
Entylus Chirurgus apud Geotgium Vallam in libris expetendorum & fugiendorum & medicinæ li. 6. c. 113.
Epænetus, cuius liber est de oleribus, cuius meminit Scholiastes Nicandri in Theriacis.

Epaga

Epagathus, vide Deletius.
Epicharmus Coüs inter philosophos, suprà, nu. 248.
Epicharmus Demolchi Syracusani pater.
Epicurus inter philosophos, suprà nu. 273.
Epidaurus, Galeno lib. 7. Phar. κατὰ γένη.
Epigonus, Galeno in libro de ratione curandi ad Glauconem, & Phar. κατὰ γένη libr. 5. & Aëtio Tetrab. 4. Ser. 3. c. 12.
Epimenides Cretensis, inter philosophos, suprà, nu. 260.
Erasistratus in successione medicorum, nu. 50. & multis seq. Is Aureliano lib. 2. c. 7. citatur ex libris Salutarium praeceptorum, & li. 4. c. 3. ex libris de ventre. Et lib. 5. c. 1. ex li. de Hydrope. Et c. 2. ex libro de Podagra. Et lib. 1. Oxeôn c. 13. ex libr. de Febribus.
Eras Cappadox, vide Heras Cappadox.
Erasmus Stella Libonothanus, cuius extat libellus de Gemmis.
Eratosthenes, quem fuisse medicum cõstat ex eo quod suprà diximus in Andrea.
Eribotes Theleontis filius, qui Oilei vulnus Stymphalidibus illatum sanauit apud Orpheum in Argonauticis.
Erisippus, Garioponto lib. de Febribus c. 7.
Erophon, cuius sunt nonnulli lib. qui Hipp. tribuuntur, vt dicit Gal. in lib. de Dyspnœa.
Eryximachus, Platoni in Symposio memoratus.
Esaias, de quo suprà nu. 80.
Esculanus, vide Saladinus Esculanus.
Esdras, de quo inter diuos, suprà nu. 81.
Eslimon, vide suprà Aslimon.
Ethesias, vide infrà Ctesias.
Euangeus, Galeno lib. 5. Medicamentorum κατὰ γένη.
Euax rex, inter reges, nu. 133.
Eubulus, Galen. Pharmac. secundum genera lib. 3. atque etiam secundum locos lib. 9. c. 5.
Eucharius Rhodion, qui Germanicè scripsit librum de partu hominis, & obstetricatu, & Herbarium Germanicum.
Euclides Palatianus, siue Palantinus, Galeno Antidotorum lib. 2. & Phar. secundùm locos lib. 7. c. 2. At in Graeco exemplari legitur, εὐκλείδης ὁ παλαντῖνος: tametsi Cornarius dubitat mendúmne sit, vt pro eo Heraclides Tarentinus legendum sit, & ita quoque vertit.
Eudamus, qui apud Aristophanem in Pluto annulos contra venena, & serpentium morsus conficiebat.
Eudemus inter poëtas, suprà nu. 214.
Eudemus ille, siue alius, qui primus cum Herophilo post Hippocratem neruorum Anatomiam ornatè scripsit, vt tradit Galen. lib. 3. de locis affectis c. 10. Huius etiam saepe meminit Theophrastus, atque etiam alterius. nam duos memorat lib. 9. Plantarum cap. 18. Et Galenus Seniorem citat in lib. 9. de compositione Medicamentorum secundùm locos ca. 5, quasi alius sit Iunior.
Eudemus quoque alius, in adulterio Liuiae Drusi Caesaris deprehensus, vt tradit Plinius li. 29. c. 1. Cuius etiam meminit Tacitus lib. 4. historiarũ. Horum vnum citat Athenaeus li. 9. ex li. de Oleribus. Et Caelius Aurelianus, qui eum dicit Themisonis sectatorem, Oxeôn li. 3. c. 11. & 12. & 15. & 16. & Galenus lib. 1. Therapeuticae, & iterũ li. 6. ad fi.
Eudoxus Cnidius, inter philosophos, suprà nu. 255.
Eudoxus alter, etiam Cnidius, memoratus Laërtio in vita ipsius philosophi.
Euelpides, siue Euelpidius, siue Euelpistes, siue item Euelpistus, siue denique Euelpectus (haec enim omnia nomina reperio) maximus medicus ocularius, saepe Cornelio Celso, li. 6. c. item 6. & Galeno citatus. Quanquam Euelpistus eidem celso, li. 7. in prin. non ocularius priuatim medicus esse videatur.
Euemerus, Galeno Medicamentorum localium lib. 4. c. 7. Is fortè est, quem Coum fuisse dicit Athenaeus lib. 14. & eum citat ex tertio libro περὶ ἱερῶν ἀναγραφῆς.
Euenor, qui apud Caelium Aurelianum lib. 3. c. 8. citatur ex libris 5. Curationum: & eundẽ Caelium lib. Oxeôn 1. c. 16. citatur & à Plinio lib. 21. c. 31.
Eugamius Octauio Horatiano citatus, aut, vt aliis placet, Theodoro Prisciano, lib. 4. ad Eusebium filium de Physica scientia.
Eugenius, Galeno Phar. localium lib. 7. c. 6. ad fi. & Garioponto, in lib. de Febribus c. 7.
Eugerasias, Galeno κατὰ τόπους lib. 9. c. 2. non semel.
Eunomus, Galeno κατὰ γένη lib. 5.
Eunomus alius, nisi idem fuerit, derisus Ausonio epig. 78.
Euparor inter reges, nu. 136.
Euphorbius, suprà in successione Medicorum nu. 81.

Euphranor

Euphranor, Galeno κατὰ γένη lib. 2.

Euphrates Catholicus, eidem lib. 1. Antidotorum.

Euricius Cordus Sitesusius, cuius Botanologicon, siue colloquium de variis herbis habemus. Isque vertit versibus Theriaca, & Alexipharmaca Nicandri.

Euryphon Hippocratis contemporaneus, sed eo natu maior, vt scribit Soranus Coüs in historia: & hunc citat Galen. lib. 2. Commentariorum Hippocratis de natura hominis, & in lib. 1. de Alimentorum facultatibus, & lib. Simplicium medicamentorum 6. in præfatione, & in Comment. in lib. de ratione victus in morbis acutis, in 18. sectione, & Cælius Aurelianus lib. Chroniôn 2. c. 10. & lib. 5. c. 1. vbi illum dicit antiquissimum, & lib. Oxeôn 2. cap. 16. & iterum lib. 3. c. 17. vbi Cnidium illum appellat. Hic fortasse est Erophon, de quo suprà diximus.

Euschenius Spado, Galeno lib. 9. Pharmacorum localium c. 4.

Eusebius Papa, de quo suprà inter Sanctos, nu. 87. & iterum inter Pontifices, nu. 155.

Eusebius, Octauio Horatiano, siue Theodoro Prisciano citatus libr. 4. de Physica scientia ad Eusebium filium.

Eusistradas, Rasi lib. 6. c. 1.

Eustachius Alexandrinus, apud Porphyrium, in vita Plotini philosophi.

Eustathius Queirceranus, qui scripsit Acroomatôn in librum Hippocr. de natura hominis commentarium, & scholia in Gal. libros tres de temperamentis, quæ etiamnum extant.

Eustathius alter medicus, nisi idem sit, ad quem extat epistola D. Basilij.

Eutechnius Sophista, cuius est Græca paraphrasis in Alexipharmaca & Theriaca Nicándri, & in libros Oppiani de piscatione, & venatione.

Euticleus, Celso, lib. 5. c. 18.

Eutropius Marcello Burdegalensi citatus, in præfatione.

Eutychianus archiater eidem citatus c. 14.

Eutydemus Athenienfis, cuius Athenæus citat ὀψαρτυτικὰ Opsartytica, quasi dicas, de re siue arte culinaria condiendi cibaria.

Exlion, Rasi libr. 1. Continentis cap. 6. nisi sit Elium de quo suprà, vtrunque enim reperio apud Arabes.

Experimentator, vide Agazo.

Ezechias rex inter reges suprà, nu. 114.

F

Fabianus Cretensis, Galeno Phar. secundùm locos lib. 7. c. 3.

Fabius Clemens, Plinio Valeriano citatus lib. rei Medicæ 3. c. 14.

Fabula, inter fœminas infrà, nu. 330.

Falgaricus, Rasi lib. 1. Continentis c. 5. ex lib. Medicamentorum laxantium.

Fallaha Perses, Rasi eiusdem operis lib. 3. c. item 3. & lib. 10. c. vlt. vide Filaha.

Faueligoris, Auicennæ lib. Antidotorum, tract. 2.

Faustinus, Galeno, Aëtio Tetrab. 3. Ser. 1. c. 45. & 49. & Tetrab. 4. Ser. 2. c. 50. Paulo Aeginetæ lib. 7. c. 12. & Alexandro Tralliano, sunt qui Phaustinum scribunt.

Faik, Rasi lib. 4. Continentis c. 1. & lib. 8. c. 1 & alibi sæpe. Et hic est, vt puto, quem Fair, vocat idem Rasis lib. 8. eiusdem operis, paulò ante fi. & Faick lib. 11. eiusdem operis c. 7.

Feldius Alexandrinus, Constantino Alexandrino citatus lib. 5. cap. 12. vide an sit ille de re rustica.

Fenon, apud Mesue in Antidotis.

Ferdinandus Balamius Siculus, qui Galenum de Ossibus traduxit.

Fernandus Nonius Pincianus, cuius cum magna laude meminit Christophorus Orosci̇ns in Aëtij Castigationibus.

Fernellus Pisanus.

Filagrius, apud Serapionem tract. 7. c. 9. & c. 17. Est fortè Philagrius, de quo infrà.

Filaha, Rasi lib. 11. Continentis ca. 5. non semel, & c. 6. vide num sit Fallaha, de quo suprà, quod credimus. & vide etiam quæ diximus in Constantino Imperatore.

Filimon, Mesue, in fluxu sanguinis ab ore.

Filius Alharith, siue Alkarith, siue etiam Allarith, nisi diuersi sint. Nam hæc tria nomina reperio apud Auicennam, li. 5. tract. 9. & alios Arabes: credo tamen vnum esse.

Filius Amatan.

Filius Bacrich, Rasi lib. 3. Continentis c. 1.

Filius Genid, Rasi lib. 2. Continentis c. 1.

Filius Hilgeben, Auicennæ lib. 5. tract. 9.

Filius Hubeire, siue Huberre, vel Hubare, nisi diuersi sint, apud Auicennam lib. 5. tract. 9. & alios Arabes.

Filius Humain Mes. in ægritud. gutturis, nisi sit qui alibi Humain simpliciter citatur.

Filius Hychie, vide Abdala.

Filius Iubeyr, vide Sapiens.
Filius Ligileg, Rasi lib.1. Continentis.
Filius Many siue Main.
Filius Maginsui, Rasi lib.3. Continentis c.3. non semel.
Filius Masuy, Rasi lib.3. Continentis c.3. non semel.
Filius Mesague, Serapioni Antidotorum c.32. vide Gabriel filius Mesague.
Filius Mesue, Rasi lib.1. Continentis c.9.
Filius Mesuey, nisi idem sit, apud eundem eiusdem operis lib.2.ca.4. vbi illum citat ex lib. Medicamentorum mundificantium.
Filius Musney, eidem Rasi eiusdem operis lib.2.c.1. & c.2.
Filius Musey, nisi & idem sit, qui ex libro de Complemento & Fine citatur Rasi d.c.2. lib. 2. Continentis.
Filius Patriarchæ, Rasi lib. Conti.1.c.3. ex lib. Topicorum, & iterum, cap.9. & c.5. & libr.2. eiusdem operis c.2.
Filius Rodoan, Rabbi Moysi Aphorismorum parte 23.
Filius Serapionis, vide Ioannes filius Serapionis.
Filius Talaus, Rasi lib.2. Continentis c. item 2. non semel, & c.5.
Filius Thelaus, nisi idem sit, eidem eiusdem operis lib.2.c.4.
Filius Zezar, Mesue in medicinis solutiuis, & in ægritudinibus cerebri, vide Hamech.
Filius Zor, Rabbi Moysi Aphorismorum parte 7. non semel, & 21. vide suprà Ebibule, & infrà Maren.
Filodesisis, Auicennæ lib.5. summa 2. tract. 2.
Filigonus, Rasi lib.3. Continentis c. item 3. & iterum c.6.
Filogorisius, eidem eiusdem operis lib.5.c.1. ex libro de dolore ventris.
Filogorus, siue Filogorius, nisi idem sit cum præcedente, Rasi lib.3. Conti.c.1. non semel, & lib.5.c.6. & 7. & lib.6.c.1. vbi eum citat ex libro de morbis curandis, & lib.10.c.2. vbi eum citat ex libro de lapidibus ad Georgium, & libr.12.cap.1. vbi eum citat ex epistola ad Fidisium, de podagra.
Flauius Clemens, vide Phlabius Clemens.
Flauius Grammaticus, suprà inter poëtas, nu.140.
Flauius Pictes, id est, pugil, Galeno Phar. localium lib. 9.c.5.
Florentinus, Constantino aut Cæsari, aut alteri eius nominis, in re medica citatus lib. 12. Agriculturæ c.20. & multis sequentibus, & Didymo rei Veterinariæ 2.c.85.
Floris, Auicennæ lib.5. summa 2. tract. 2.
Florus, ni idem sit, Galeno li.4. Phar. secundum locos, c.7. & Aëtio Tetr.2. Ser.3.c.108.
Foabitus, Rasi lib.5. Conti.c.1. statim post prin.
Franciscus Bencius, Vgonis Senensis filius, & Ioannis Manardi præceptor.
Franciscus Bobius Ticinensis.
Franciscus Caballus Brixiensis, cuius est liber de animali pastillos Theriacos ingredięti.
Franciscus Catalanus.
Franciscus Emericus Oppauianus, qui scripsit libros de medicor. auxiliorũ dextero vsu.
Franciscus de Pedemontio, cuius sunt Commentaria in Mesue, & alia.
Franciscus Valleriola, cuius extant docti Comment. in lib. Gal. de morbis & Sympt.
Franciscus Victorius Bergomas, qui multa in philosophia & medicina scripsit.
Fulam, Serapioni Simplicium c.350.
Fulukesanus, siue Fuiukesanis, Auicennæ lib.5. Fen.2. tract. 2.

G

Gabriel Anernus.
Gabriel filius Bactisoh, Rasi lib.8. Continentis c.1. Alibi autem scilicet lib. 11.c.1. dicitur Gabriel Binhabrisuh.
Gabriel simpliciter Mesue, & Serapioni, & Rasi lib.3. Continentis c.3. non semel.
Gabriel Humelbergius Rauenspurgensis, cuius extant Commentarij non indocti in Q. Serenum Sammoniacum, & Scholia in librum Sexti philosophi Platonici de medicinis ex animantibus & alia quædam opera.
Gabriel filius Mesague, aut vt alij scribunt Mesaugue, apud Serapionem Antidot.c.17.
Gabriel filius Maginsui, Rasi lib.3.c. item 3. nisi idem sit.
Gabriel Zerbus Veronensis, qui Theoricam medicinam composuit, & Anatomiam corporis humani.
Gabrios Salube filius, Arabibus citatus.
Gaius Ocularius, Galeno Pharmacorum localium lib. 4.c.7. vide suprà Caius Ocularius.
Galaricon, Rasi lib.1. Continentis c.3.
Galeacius de S. Sophia, qui in 9. tractatum Rasis ad Almansorem Commentarios ædidit, atque

atque etiam Practicam composuit.

Galenus ille Pergamensis, suprà in successione medicorum, nu. 67. & seq.

Galenus alter cognomento Halieüs, quem Gal. ipse citat in libris de compos. Medic.

Galenus item alius, vt puro Menodoti filius, cuius dicunt esse eam doctissimam orationé suasoriam ad bonas artes, quæ inter Galeni illius Pergamensis opera reperitur.

Galenus quoque alius, nisi hunc Galienum vocare malis, qui post Galenum fuit, & nonnullos libros Græcè composuit, qui Galeno illi magno assignati sunt, vt scribit Rabbi Moyses, Aphorismorum parte 23.

Gallinicus, Galeno lib. 7. Medicamentorum κατὰ γένη.

Gallio Ocularius, Galeno Medicamentorum secundùm locos lib. 4. c. 7.

Gallus, vide suprà Aelius Gallus.

Gallus Marcus Asclepiadius, Galen. lib. Pharmacorum localium 8. c. 4.

Gallus, siue vnus ex illis, siue alius, Galeno lib. Medicamentorum κατὰ γένη 1. & li. 4. κατὰ τόπους c. 7. & lib. 7. c. 2. & lib. 8. c. 6. & Aëtio Tetrab. 4. Ser. 1. c. 103. simpliciter citatus.

Gamalielus Patriarchas, Marcello c. 23.

Gariopontus è medicis, vt videtur, antiquioris temporis, cuius sunt lib. 7. de morborum particularium & febrium causis, accidentibus, & curationibus.

Gaspar Torella Valentinus.

Gatineria, vide Marinus Gatinaria.

Gemellus, Galeno lib. Medicamentorum localium 9. c. 5.

Gemma Phrysius medicus & mathematicus, sed qui multò plura in mathesi, quàm in medicina scripsit.

Gemusæus, qui in Paulum Aeginetam scripsit.

Gennadius, Galen. libr. Medicamentorum secundùm locos 4. c. 7. In hunc, aut alium eius nominis est epigramma Palladæ, à nobis alibi relatum.

Gentis, siue Gentius rex Illyriorum, inter reges nu. 127.

Gentilis Fulgineas, cuius sunt plurima & ingentia opera. De quo è nostris loquitur Cy. in l. septimo mense. ff. de statu homi. & Ang. in §. vlt. in authen. de restit. & ea quæ parit. & Soci. qui illum insignem medicum vocat, con. 65. super proposita, col. 5. li. 3.

Georgi[illegible]gricola, cuius extant libri non indocti de metallicis, de ortu & causis subterraneorum, de natura eorum quæ effluunt ex terra, de natura fossilium, & alij.

Georgius Coniata, qui Antidota Persica in Græcam linguam transtulit.

Georgius Curio, cuius est quædam disputatio Vuitembergæ.

Georgius Kraut, qui practicam Galeacij à Sophia correxit, & alia quædã opuscula ædidit.

Georgius Pilander Germanus, qui libros Hippo. de morbis traduxit.

Georgius Stertius, cuius Georgius Agricola mentionem facit in illo lib. Metallicorum.

Georgius Tifernas, quem & medicinæ operam impendisse videre licet ex Lilio Gyraldo li. 1. poëtarum nostri temporis.

Georgius Valla Placentinus, qui vltra multa alia, & ea quidem optima opera in philosophia & medicina, ædidit libros septem medicinæ, quibus simplicia tractat, & alia multa.

Georgius quispiam his antiquior, vt qui Rasi citatur lib. Conti. 1. cap. 4. & c. 5. & 6. & alibi sæpe.

Georgonius, Rasi lib. 1. Continentis c. 2.

Geraldus Bientus Parthiensis, qui Commentarios scripsit in viaticum Constantini.

Geraldus Subuoletanus Cremonensis, præter artem medicam lingua Arabica clarus, qui Auicennæ, Rasis, Serapionis, & aliorum libros in latinum, licèt non admodum elegantem sermonem vertit. Huiusq; est Introductorium medicinæ, & alia opera.

Geraldus de Solo Gallus, cuius sunt Commentarij in 9. librum Rasis ad Almansorem, & alia quædam.

Gereon Græcus, Galeno in medicinis expertis, si eius est.

Gilbertus Angelicus, qui de morbis particularibus scripsit, ædiditque librum qui Thesaurus pauperum inscribitur.

Gilbertus Sichaldus, cuius est viaticum.

Giptianus citatus in Tacuinis Elluchasem.

Glaricon, Rasi lib. 7. Continentis c. 2.

Glaucias, de quo in successione medicorum, nu. 55.

Glaucias, siue ille, siue alius, qui Commentarios ædidit in lib. 6. Epidemiorum Hippo. vt dicit Galen. ibi, in prin. Glauciam simpliciter citat Plin. lib. 22. c. 23. & lib. 24. c. 16.

Glaucius, Galeno κατὰ γένη lib. 5. & κατὰ τόπους lib. 4. c. 7. non semel.

Glaucon citatus Plinio lib. 22. c. item 21. & Rasi lib. 1. Continentis c. 6. non semel & lib. 4. c. 1. vbi illum citat ex Summa ipsius, & alibi sæpe, nisi sit alius, quàm qui à Plinio citatur.

Glaucus, cuius meminit Plutarchus in Alexandro.

Glaucus alter, cuius idem meminit in initio libelli, cui titulus est περὶ ὑγείας.
Glaucum quempiam medicum memorat idem Plutarchus in Antonio.
Glaucum vnum ex illis, aut alium citat Galenus secundum locos lib. 4. c. 7.
Glicon memoratus M. Bruto in epistola 6. epistolarum Ciceronis ad Brutum, & Suetonio in Augusto, c. 11. & Plinio lib. 22. c. item 22.
Gliconem chirurgum citat Scribonius Largus in lib. de compositione medicamentorum.
Gordonius, vide suprà Bernardus Gordonius.
Gorgias de quo honorifice loquitur Cornelius Celsus lib. 7. in princ. & c. 14.
Græcus, quisquis is est, quem simpliciter citat Mesue, qui forte est Geteon, de quo suprà.
Grammaticus sæpe Serapioni eo tantum nomine citatus.
Granius, Plinio lib. 28. c. 4.
Gratianus, vide suprà Chrysantus.
Gregorius, citatus Rasi lib. 1. Continentis c. 3. ex lib. de humoribus.
Gualerius Paulinus, Galeno medicamentorum κτ̀ γένη lib. 7. vide infrà Paulinus.
Gualterus Hermenius Riffus Argentinensis, qui Germanico sermone multa in medicina scripsit.
Guido de Calliaco, siue Cauliaco, Gallus, qui Chirurgiæ tractatum admodum laudatum ædidit, vide num sit is qui sequitur.
Guido de Caluacantibus, cuius extat practica in chirurgia in primis commendata.
Guillermus Anglicus, qui scripsit de vrina non visa, & alia nonnulla.
Guillermus Brixiensis.
Guillermus Christianus Aurelius, cuius est liber Gallicus, cui titulus est Philalethes, de erroribus anatomicis partium corporis humani.
Guillermus Copus Archiater, dum vixit, regis nostri Francisci, qui multos Hippocratis, Galeni, & Pauli Aeginetæ libros elegantissime traduxit.
Guillermus Insulanus Menapius Greburgēsis, cuius extat liber de ratione victus salubris.
Guillermus nomine & professione Medicus, Anglus, cuius liber est de vrina non visa.
Guillermus Morbellius Dominicanus, qui primum aliquot Galeni libros non admodum eleganter traduxit, vt eius tempora ferebant.
Guillermus Ofterrodus Moguntinensis medicus.
Guillermus Placentinus de Salyceto, qui scripsit de vniuersali medicina lib. 4.
Guillermus Puteanus Blangiacus Gratianopolitanus, qui scripsit defensionem Mesue, & de facultatibus medicamentorum purgantium, vbi sæpissime Galeno aduersatur.
Guillermus Turnerus Anglus, cuius est liber de naturis herbarum.
Guillermus Varignana, siue Varignana, cuius opus est hoc titulo, Secreta sublimia ad curandos varios morbos.
Gyenlus, Rasi lib. 2. Continentis c. 4.

H

Haamet, siue Hahamech Eben Dauid, vide Ahamet.
Habdella filius Ychie, Rasi Continentis lib. 2. c. 2. vbi citatur ex lib. de Breuiationibus.
Habix, vide Abix.
Haboali, nam etiam sic reperitur apud Mesue, vide Aboli.
Habohanifa, vide Abohanifa.
Habuarit, Rasi lib. 2. Continentis c. 2.
Hachion Eben Huuaim, Serapioni Simplicium c. 107. & seq. & 185.
Hachi simpliciter ibi. c. 319. qui idem est vt puto.
Hadrianus Imperator, suprà nu. 151.
Hadrianus Iunius Hornanus, qui problemata medica Cassij Iatrophistæ in Latinum vertit, atque etiam Problemata Symposiaca Plutarchi, quæ & ipsa ad medicinam magna ex parte pertinent.
Hahamed, Serapioni Simplicium c. 396. qui, vt puto, est Haamet, de quo suprà.
Hahese, Serapioni Simplicium c. 337.
Halacbadire, Serapioni.
Halagi, Rasi lib. 4. Continentis c. 1.
Halieus, Galeno Phar. κτ̀ γένη lib. 3. & 7.
Hallag, Rasi lib. 5. Continentis c. 1. nisi sit ille Halagi.
Haly abbas, cuius sunt multa opera in medicina. Is adeo inhæsit recitationibus dictorum Galeni, vt à posteris ipsius Simia diceretur. Et eum fidum Galeni interpretem vocat Conciliator.
Haly Rodoan, aut vt aliis vocatur, Rodan Aegyptius, cuius sunt Commentarij in artem Galeni.
Haly simpliciter citatus Mesue.

Hamech, alias Mabemet (vtrunque enim reperitur) filius Zachariæ Arasi, quem & Mesue in Antidotis modo filium Zachariæ Arasi, modo filium Zachariæ simpliciter, modo Hamech Arasi, modo Mahemet Arasi, modo Hembenzozar, modo Hamech filium Zecar, vel Zezat vocat.

Hammonius Alexandrinus citatus Paulo Aeginetæ, & memoratus Cornelio Celso lib. 7. in proœ. & Athenæo lib. 3. Dipnosophistarum, vide suprà Ammonius.

Harcon, siue Harcez discipulus Sotionis, apud Galenum in medicinis expertus, si ipsius est is liber.

Hartmannus Schedel Nurembergensis, Theutonicus.

Hargemen, siue Hargemez discipulus quoque Sotionis, Galeno in medicinis expertis.

Harmocrates, aut vt alij legunt, Hermocrates, de quo Martialis lib. 6. Epig. 52.

Lotus nobiscum est, hilaris cœnauit, & idem
Inuentus manè est mortuus Andragoras.
Tam subitæ mortis causam Faustine requiris?
In somnis medicum viderat Harmocratem.

Quod sumpsit ex alio Græco epigrammate Lucilij in lib. 2. Epig. aduersus Hermogenem medicum de quo postea dicemus.

Harmocration citatus Paulo Aeginetæ.

Harpalus & Herpalus, Gal. κατὰ γένη, lib. 6. & κατὰ τόπους, lib. 3. c. 1. & lib. 2. Antidotorum.

Harpocras, siue Harpocrates, siue etiá Harporaticon, nam hæc tria nomina reperio apud Gal. Phar. secundum locos lib. 3. c. 1. & lib. 6. c. 1. & lib. 9. c. 5. & secundum genera, nisi diuersi sint, quod non credo. Plinius autem Iunior Harpocrati medico, quisquis is fuit, à Traiano petiit, & impetrauit ciuitatem Romanam, & Alexandrinam Epist. lib. 10. 5. & duabus seq.

Haterolcos, Rasi lib. Cont. 2. c. 4.

Hayse, Serapioni Simplicium 358. c. nisi sit Hahese, de quo suprà.

Heberne.

Heben Albatarich.

Heben Zezar, Mesue in Antidotis, id est, filius Zezar, de quo suprà.

Hebosi, qui ex libris Antidotorum citatur Rasi lib. 1. Cont. c. 9.

Hecatæus, apud Cornelium Celsum lib. 5. c. 19. & c. 26.

Hegesias Matconites.

Heschendi, Rasi lib. 2. Cont. c. item 2.

Heliades, Aëtio Quaternionis 2. Ser. 3. c. 110.

Helias, vide Dorotheus.

Heliodorus Atheniensis inter Poëtas, nu. 237.

Heliodorus Chirurgus citatus Paulo Aeginetæ, lib. 4. c. 49. Hunc, vel alium simpliciter citat Galenus κατὰ γένη, lib. 5.

Helisæus propheta, de quo suprà nu. 79.

Henricus Afinius Lyrensis.

Henricus Ennicus, cuius sunt quædam opuscula in medicina.

Hephesias citatus Aëtio.

Hepione inter fœminas, infrà nu. 320.

Heraclides pater Hippo. illius magni, illiúsque præceptor, vt tradit Soranus in vita illius.

Heraclides Tarentinus, de quo in successione medicorum, nu. 55 Hic inter cætera sua monumenta de herbis scripsit, vt tradit Epiphanius Cyprius lib. Hereseon 4. post initium, & Commentarios ad Antiochidem, & aduersus Astydemandem, & librum quem Stratiocem inscripsit, ex quibus eum citat Galen. lib. 4. Medicamentorum κατὰ γένη, & κατὰ τόπους, & alibi sæpe. De eo quoque apud ipsum Galenum lib. 4. de differentiis pulsuum, & lib. 6. Phar. κατὰ τόπους, c. 4. vbi eum dicit fuisse optimum medicum, tum circa alias artis partes, tum plurimorum Pharmacorum expertum, fuisse tamen Empiricum.

Heraclides Ponticus inter philosophos memoratus, suprà nu. 256.

Heraclides alij duo, alter Hicetius, alter etiam Tarentinus Empiricus, quorum Laërtius meminit in Heraclide Pontico: & posterioris quoque Dioscorides in præfatione. & Celsus lib. 5. inter Catapocia, & Gal. lib. 1. Phar. secundum locos c. 1. & Aurelianus Oxeon lib. 1. c. 17. ex libris Internarum passionum, & iterum lib. 3. c. 17. ex libris de Internis passionibus.

Heraclides Erythreus memoratus Galeno in ingressu Artis paruæ, & lib. 4. de differentiis pulsuum, vbi eum dicit fuisse discipulum Chrysermi: & Straboni lib. 14. vbi dicit eum fuisse ipsius contemporaneum.

Heraclitus, siue Heracletus citatus Paulo Aeginetæ lib. 7. c. 17.

Heraclij duo alter Tarentinus, alter Erythreus, quorum meminit Galenus in Commentariis Hippocratis lib. 3. Epidemiôn, nisi illi sint Heraclides Tarentinus, & Erythreus de quibus nuper diximus, quod facile credidissem, nisi ipse Galenus in eodem loco ipsum Heraclidem Taren-

dem Tarentiuum memoraſſet, veluti diuerſum ab Heraclide Tarentino, vt videtur. quod tamen legentium iudicio relinquo, vide Galen. vbi ſuprà. Tarentinum citat Aurelianus lib. Chronion 3.c.8. ex libris Internarum paſsionum.

Heras Cappadox, Galeno, Paulo Aeginetæ, & Aëtio memoratus, citatúſque ab ipſo Galeno, lib. 1. & iterum 5. Medicamentorum κατὰ γένη, ex libro medicamentorum, quem nonnulli inſcribunt νάρθηκα, id eſt, Ferúlam, alij τόνον ἐξευρημένον. Hic fuit diſcipulus Heraclidis Tarentini, vt dicit Galenus. Hunc puto eum eſſe qui Cornelio Celſo lib. 5. & 6. Hieras dicitur, aliis vt eodem lib. 7. in prin. Hieron, aliis Hyton.

Heras Frontini medicus, Aëtio lib. 12. c. 5.

Herculanus Veronenſis, vide infrà, Ioannes Arculanus.

Hercules inter reges, ſuprà nu. 104.

Hercules Erythræus interpres Hippocratis citatus à Galen. in Commentario lib. 6. Epidemiorum Hippocratis, vide num ſit Heraclides Erythræus, aut Heraclius etiam Erythrǽus, de quibus ſuprà diximus.

Heres Raſi citatus, niſi ſit Heras de quo ſuprà.

Hermannus Cruſerius Campenſis, familiaris noſter qui plurimos Galeni libros fœliciter traduxit.

Hermannus, aut vt alij ſcribunt, Heremanus Comes à Nuenare, qui de herbis ſcripſit.

Hermes cognomento Alciptus, Galeno lib. 6. Simplicium.

Hermes ſimpliciter citatus Auicennæ, lib. 5. tract. 1. & Serapioni tract. 7. c. 59. ad fi. & Meſue in medecinis ſolutiuis, & ægritudinibus, & alias ſæpè. Et de altero fortè intelligit Martialis lib. 10.

Enterocelarum fertur Podalyrius Hermes,
Qui ſanet ruptos.

Hermias Ophthalmicus, id eſt, Ocularius, Galeno Phar. loc. lib. 4. c. 7. & 8.

Hermocrates, vide ſuprà Harmocrates.

Hermogenes Adriani Imperatoris medicus apud Dionem Caſsiũ in vita ipſius Adriani.

Hermogenes Eraſiſtratius, ſiue ille, ſiue alius, apud Galenum Simplicium medicamentorum lib. 1. c. 29. Aduerſus hunc, aut alterum eius nominis medicum extat epigramma Lucilij. lib. 1. Epigrammaton Græcorum,

Ἑρμογένην τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις
Οὐκ ἔτ' ἀνηγέρθη, καί περ ἴαμα φέρων.

A quo accepit Martialis illud ſuum epigramma, de quo ſuprà in Harmocrate.

Hermolaus Barbarus admirabili vir eruditione, & qui maximam ſibi gloriam ex Dioſco. traductione, Corolario opere doctiſsimo, & ditiſsimo: & Plinij Gloſſematis comparauit.

Hermolaus multo vetuſtior, citatus Alexandro Tralliano, lib. 1. c. 23.

Hermon Hierogrammateus, Galeno, κατὰ γένη, lib. 5.

Hermon Cacerdos, Aëtio Tetrab. 4. Ser. 3. c. 12. niſi idem ſit, quod magis puto.

Hermon ſimpliciter, Cornelio Celſo lib. 6. c. item 6. non ſemel.

Hermophilus, Galeno ſecundum locos lib. 4. c. 7. & Aëtio Tetrab. 2. Ser. 3. c. 110.

Hermus, niſi idem ſit cum Hermone illo, Aëtio citatus Tetrab. 2. Ser. 4. c. 4.

Hero Ocularius: Gal. κατὰ τόπους, lib. 4. c. 7.

Herodicus Selybrianus Hippocratis præceptor, de quo in Hippocrate.

Herodicus, ſiue ille, ſiue alius memoratus, deriſus, & reprehenſus ipſi Hippocrati Epidemion lib. 6. particula 3. c. 24. Nam ita legit vetus interpres, & Leonardus Fuchſius: putatque hunc eſſe de quo loquitur Plato lib. 3. de Republica, & Plutarchus in eo libello, De his qui tardè à numine corripiuntur, qui & hunc Silymbrianum vocat, vt idem cum præcedente videri poſsit. Tametſi exemplaria illius loci Hippocratis, & Galeni, Prodici nomen habent, non Herodici. Hunc dicunt nonnulli fuiſſe fratrem Gorgiæ Leontini.

Herodicus ſimpliciter citatus Aſclepiadi, deinde Aureliano lib. 5. Chronion c. 1. Sed & Herodicum quempiam memorat Ariſtoteles li. 2. Rhetoricorum ad Theodecten, ſiue is fuit vnus ex ſupradictis, ſiue alius.

Herodotus Lycius, qui de ficubus ſcripſit ex Athenæo.

Herodotus ſimpliciter citatus, ſiue ille, ſiue alius, Galen. lib. 4. Simplicium medicamentorum c. 27. in fi. & c. 28 & lib. 3. c. 9. & lib. 4. de differentiis pulſuum, & lib. 5. medicamentorum κατὰ γένη, & Aëtio Quaternionis 1. Ser. 3. c. 45. & 47. & Ser. 4. c. 45. & c. 47. & Quater. 2. Serm. 1. c. 116. & Quaternio 3. Ser. 2. c. 29. & alibi. Fuitque, vt dicit Galenus vbi ſuprà, diſcipulus Menonis. Sed & de eo dicit idem Galenus lib. 3. Simplicium, quod præ nimia philautia ſeipſum in multis fefellit. Eius quoque meminit Laërtius in Timone, ad fi. quem Tarſenſem, & Arieí filium fuiſſe dicit. illúmque audiuiſſe Menodotum, de quo poſtea dicemus. Súntque qui eius eſſe dicunt librum, cui titulus eſt Introductio, ſiue Medicus, qui eſt inter opera Galeni, quod Galenus ipſe aſtruere videtur Commentario 31. particulæ ſecundæ lib. 6. Epidemion.

Heron Ophthalmicus, id est, Ocularius, Galeno Pharmac. secundum locos lib. 4 c. 7.

Herophilus, Galeno, Aëtio, & Aureliano lib. 4. Chronion c. 8. ex lib. ad Hippocratis Prognosticum, citatus, quem & ipse Galenus lib. 4. de differentiis pulsuum, vbique obscurum fuisse scribit. Is autem herbarum maxime fuit studiosus, vnde & ab eo dictum ferunt, quasdam etiam calcatas prodesse, vt scribit Plinius lib. 25. c. 2. vbi illum vocat clarum medicinæ: De quo & tu eundem vide lib. 26. c. 2. & 26. c. 11. & Galenum lib. 2. Therapeuticæ. Illum quoque citat Cælius Aurelianus lib. Oxeon 2. c. 25. ex lib. 12. de Passionibus. & in lib. item 3. Chronion cap. 13 ex libris Curationum. Aëtius Tetrabib. 2. Sermone 3. cap. 46. illum quoque citat, ex libro de oculis: & nos quoque de eo diximus, suprà in success. medicorum. nu. 50.

Herophilum equarium medicum ponemus infrà inter Veterinarios medicos.

Herpalus, vide Harpalus.

Hesiodus inter poëtas suprà, nu. 156.

Hicesius citatus Athenæo statim post initium lib. 7. & Plinio lib. 27. c. 4. vbi illum dicit non paruæ authoritatis medicum, & alibi sæpe, vide Icesius.

Hieras, vide Heras Cappadox.

Hieremias Thriuerus Brachelius Germanus, qui Commentarios in primum librum Aphorismorum Hippocratis, & alia scripsit.

Hieron, vide Heras Cappadox.

Hieronymus Accorombonus Engubeus, qui scripsit librum de Catharro, & tractatum de vsu & natura lactis.

Hieronymus Baldungius Tigurinus, cuius extant quædam opera.

Hieronymus Brunsuigius.

Hieronymus Cardamus, aut vt alij vocant Cardanus Castellionius Mediolanensis, vir certe multæ lectionis, & omnifariæ eruditionis, cuius est liber vagantium morborum, de re Venerea, de medicinæ regulis, Contradicentium medicorum, in quo opere secutus est vestigia Petri Aponensis in Conciliatore: Et de malo recentium medicorum medendi vsu, & aliis multis, quos ipse collegit in libro in id priuatim ædito, cui titulus est Ephemerus.

Hieronymus Casalinus.

Hieronymus Castellus Ferrariensis medicus, orator, & poëta egregius, apud Lilium Gyraldum, poëtarum nostri temporis lib. 1.

Hieronymus Feroldus, ad quem extant multæ epistolæ medicinales Aloisij Mundellæ.

Hieronymus Fracastorius, suprà inter poëtas, nu. 243.

Hieronymus Gemusæus Heluetius, cuius extant Annotationes in Paulum Aeginetam.

Hieronymus Manfredus, cuius est Centiloquium medicorum & infirmorum.

Hieronymus Montnus, cuius liber est de humorum differentiis.

Hieronymus Sonoualera qui de vermibus scripsit.

Hieronymus Tragus, cuius extat Herbarium Germanicum.

Hiesus, qui & Iesus, & Iesui, de quo infrà, nisi alius sit.

Higinus, Plinio lib. 20. c. 11. & lib. 21. c. 9.

Hildegardis inter fœminas, infrà nu. 339.

Hippocrates ille magnus, de quo suprà tam multa diximus, nu. quadragesimo, & multis aliis sequentibus.

Hippocrates præter illum octo, quorum sex à Suida, Tzetze historiarum, c. 155. sunt memorati, scilicet primus auus illius Magni, filius Gnosidici, qui vt plerique autumant, scripsit duos libros de membris fractis, & articulis. Aliorum autem iudicio nihil scripsit, vt tradit Galenus in Commentariis lib. 1. Hippocratis de victus ratione in morbis acutis. Alter Nepos Magni illius Hippocratis, ex Thessalo illius filio. Tertius & eiusdem Nepos ex Dracone, cuius meminit & ipse Galenus libro 2. de Dyspnœa siue difficultate respirationis, c. 8. & in Commentariis Hippocratis de natura hominis, capite 2. post princip. Quartus, & Quintus Tymbræo geniti. Sextus, filius Praxianactis, omnes, vt dicit ipse Suidas, medici, & eius artis scriptores, omnésque Coi, eodem genere, & familia nati ex his qui Nebridæ vocantur: clarissima prosapia. Nebrus enim fuit nobilissimus Asclepiadum. Nam vt id quoque scias ex Sorano, Hippocrates ille magnus ad Herculem & Aesculapium originem generis sui referebat, ab alteróque se vigesimum, ab altero decimumnonum se numerabat. Cuius etiam genealogiæ Eratosthenes, Pherecydes, Apollodorus, Arius Tharsensis, & Tzetzes vbi suprà mentionem fecerunt. Quibus adde Septimum ipsius Hippocratis magni proauum, de quo ipse Hippocrates scribit ad Philopœmonem, Proauus noster præsentes & futuros morbos prædicebat, & affectos & afficiendos curabat, quod & nos alibi retulimus: Et octauum, cuius extat Epistola ad Mœcenatem, apud Marcellum medicum, in qua etiam mentionem facit Cæsaris & Augusti, vt hinc possis intelligere hunc multo cæteris posteriorem. Hippocratem alium memorat Martialis lib. 9. epig. 96.

Santonica medicata dedit mihi pocula virgo.

Os hominis.

Os hominis, mulsum me rogat Hippocrates.

Et cætera quæ sequuntur.ex quibus intelligi potest, & hunc fuisse medicum.

Hippolytus Bryllus, qui de vermibus scripsit.

Hirenæus Alcyonius. Celso alicubi citatus.

Hismahimel, Rasi lib. 12. Cont. c. 1.

Hobays. siue Hobeys, siue Hobes, hæc enim tria reperio apud Rasim lib. continentis. 7. c. vlt. ex Antidotario, & lib. 10. c. 1.

Homerus, inter poëtas, nu. 157. & multis seq.

Homerus alter Chius, qui tempore Melanthi regis Athenarum floruit, vt tradit Archilochus in lib. de temporibus, si is liber eius sit. vbi & hunc reponit inter octo Homeros, & arte medicinæ floruisse tradit.

Horatius Limanus, qui librum Galeni De tumoribus præter naturam, & alium librum cui titulus est, An animal id sit, quod in vtero est. in linguam Latinam vertit.

Hores, Rasi lib. 1. Cont. c. 2. vbi illum dicit plurimum sagacem.

Horus Mandesius, Aëtio Tetrab. 4. Ser. 4. c. 23.

Horus simpliciter, Plinio in Nomenclatura medicorum, libr. 29. & ipsi Aëtio Tetrab. 2. Serm. 3. c. 33.

Hostanes.

Hubertus Barlandus, qui lib. Galeni de medicamentis paratu facilibus transtulit.

Hudas, Rasi lib. 3. Cont. c. 1.

Hugo Senensis, cuius in medicina multa opera habemus omnibus nota. Hic in Concilio Ferrariæ inuitatos ad cœnam Græcos & Latinos philosophos, Theologósque, monuit vti proponerent quicquid vellent, eorúmque doctrinis omnibus responsurum, ac partes, siue Platonis, siue Aristotelis defensurum.

Humain, aut vt alij vocant Human Arabs Andromachi interpres, quíque Commentarios in quædam opera Hippocratis, & Galeni ædidit. Mesue citat Humain & filium eius, Vide suprà filius Humain. Serapio tract. 7. sæpe Humain. Hunc nonnulli esse existimant qui Ioannitius dicitur, de quo dicemus infrà.

Humain filius Ysaac, Serapioni Simplicium c. 179. in fi. ex lib. Theriaces, vide Humayn.

Huna.

Hunaym, siue Hunain citatur. ex lib. Theriacæ Serapioni Simplicium c. 78. & 94. & 194.

Hunabin.

Hupertus Berlãdus Philiatrius qui traduxit librum Galeni de remediis paratu facilibus.

Hybristus Oxyrynchitus citatus Galeno in libro de facilè parabilibus, & libro secundo. Antidotorum.

Hygias. Aëtio citatus.

Hygiea inter fœminas, infrà nu. 3:6.

Hygienus Hipparchus Mantiæ discipulus, vt tradit Galenus lib. Medicamentorum κατὰ γένη, etiam eidem κατὰ τόπους, libro 1. c. 8. & lib. 4. c. 7. & lib. 10. c. 1. & c. 2. & Aëtio Tetrab. 2. Serm. 3. c. 110. citatus.

Hygienus simpliciter, Gal. lib. 2. Medicam. κατὰ γένη, & lib. 4. κατὰ τόπους, c. 7. & Aëtio Tetrab. 2. Serm. 3. c. 110.

Hyginus, Plinio lib. 20. c. 11. & lib. 21. c. 9.

Hyinus, Galeno citatus in libris de compos. Medicam. secundum locos.

Hyras, vide Heras Cappadox.

I

Iabes Arabs in Tacuinis Elluchasem citatus.

Iacissnba inter reges, nu. 143.

Iacob filius Marzoch. siue vt alibi scribitur, Marzuc.

Iacobus Alaxinus, cuius sunt medicæ disceptationes.

Iacobus Alkindus, cuius est liber de gradibus Medicamentorum compositorum, contra quem scripsit Auerrois in 5. Colliget, ad fi. vide Alkindus.

Iacobus Carpus, qui Isagogen in humani corporis Anatomen scripsit.

Iacobus Christus Alexandro Tralliano lib. 2. citatus, quo loco de tussi loquitur, qui dicit ita vocatum fuisse, quod in curatione morborum frequenter humectantibus cibis vteretur. Christus igitur (ait) dictus tanquam vnctus, ita etiam vertit Albanus Torinus, sed vide infrà Iacobus Psychrestus.

Iacob. Dõdus, qui Aggregator Patauinus dictus est, ob librũ Aggregationũ in medicina.

Iacobus Forliuiensis, cuius sunt Commentarij in Aphorismos Hippocratis, & in artem paruam Galeni, & in primum Canonem Auicennæ: & quæstiones plurimæ in medicina, & alia opera omnibus nota.

Iacobus Goupylus Pictauiensis, vir Græcè & Latinè eruditissimus, cuius extat libellus

Galeni de ludo pilę in Latioum eleganter conuersus, id quod etiam ludi & animi causa fecit, dum multa magnáque io medicina meditatur. Nam & Alexandrum Trallianum è Bibliotheca regia depromptum iam in vulgus edendum curauit, io eúmque castigationes scripsit. De quo plura dicerem, nisi affinis & amicus meus esset.

Iacobus Hollerius Stempanus, Parisiensis medicus, vir certe huius artis, & omnium bonarum artium peritissimus, cuius extat liber de materia chirurgica.

Iacobus Mantineas Hebræus, qui ouper 4. Fen. 1. libri Auicenoæ fœliciter & eleganter, vt materia ipsa ferebat, traduxit: vtioam & reliqua eiusdem autoris opera vertisset.

Iacobus de Partibus Gallicus, cuius Cõmentarios habemus in Auicennam, & alia multa.

Iacobus Psycrestus Aëtio citatus Tetrab. 3. Ser. 4. c. 43. & Alexandro Tralliano lib. 5. c. 4. vbi eum dicit virum magnificum, & in arte, Dei obseruantissimum, & iterum lib. 11. noo semel, qui is est, vt opinor, qui Iacobus Christus dictus est, de quo suprà diximus. Suidas Psychochristum vocat, dicítque eum Hesychij filium medicum doctissimum.

Iacobus Reginus.

Iacobus Rueff Tigurinus, cuius extant multa opera.

Iacobus Sebill Argentinus qoi vulgarem medicinæ fasciculum, vt vocat, theses aliquot rei medicæ simplicioris breuissimè complectentem integritati astrooomiæ restituit, vt præ se fert titulus operis.

Iacobus Solineos, cuius tumulus est Pootani lib. Tumulorum 2.

Iacobus Syluius Ambianus, qui fama gloriáque maxima, sed eruditione & doctrina maior, publicè eam artem in hac Parisiorum vrbe profitetur, multósque, & eos quidem eruditissimos & elegantissimos libros ædidit, & ædet.

Iacobus alius à præcedentibus, qui ex Damasco genus duxit, medicæ artis vsque adeo peritus, vt eum nunquam signa salutis, aut mortis fefellerint. Erat enim, vt Suidas scribit αἰτιογνωστικὸς καὶ προγνωστικὸς, id est, morborum causas teoebat, & salutem vel mortem certissimè prædicebat. Hunc, aut alium eius oominis simpliciter citat Trallianus lib. 4. c. 4. vbi eius potiooem medicam describit.

Iagmisus, Rasi lib. 3. Cont. c. 7.

Iaouarius, Marcello Medicamentorum c. 23.

Ianus Cornarius Zuiccauiensis, cuius multa opera in re medica, multásque atque eas optimas traductiooes habemus.

Iapis Aeneæ medicos, apud Virgilium lib. 12. Aeneidos, vt & oos alibi diximus. De eóque siue alio eiusdem nominis Ausonius in Meroën epig. 2. vbi ostendit illom ita à sanitate vocatum. Nam & Seruius in eundem lib. 12. scribit id oomẽ aptum esse medico. nam ἰᾶσθαι dicunt corare: quod & nos alibi suprà diximus.

Iasius, qui de odoribus scripsit, citatus Hermolao Barbaro de vnguentorum ratione.

Iaso inter fœmanas, infrà nu. 316.

Iason inter reges, nu. 104. & iterum uo. 108.

Iason Prateolis Zyricæus, cuius liber est de Sterilitate arcenda.

Icesius, Plinio lib. 27. c. 4. vbi illum dicit non paruæ autoritatis medicum, & alibi sæpe, & Galeno citatus io compositionibus Medicamentorum κατὰ γένη, Paulo Aegioetæ lib. 3. c. 64. & Aëtio Tetrab. 4. Ser. 3. c. 13. & 64. qui illum Icesium magnum vocat. Hic vt author est Strabo ad fi. libri duodecimi, scholam Erasistratiorum Smyrnæ erexit. Sed, vt opioor, hic est Hicesius de quo suprà: sed spiritus, vt plerunque fit, alterutri additus, vel ademptus est.

Icetidas. Plinio lib. 28. c. 7. alij vocant Icacidam.

Icbæus citatus in Tacuinis Ellucbasen.

Icodorus Galeno citatus in compositionibus Medic. loc. lib. 9. c. 6.

Idiotas Galeno citatus in compositionibus Medic. secundum locos lib. 9. c. 2.

Idius, eiusdem lib. c. 5.

Iemidue, Rasi lib. 4. Cont. c. 1.

Iesu filius Haly, cuius est tractatus de oculis.

Iesu Iribe citatus Mesue, nisi sit præcedens, vide Hiesus.

Iesus, nisi sit vnus ex illis, Serapiooi Antidotorum c. 33.

Iesus filius Syrach, de quo suprà nu. 82.

Ignotus, quisquis est, quem eo nomine vocat Serapion Simplicium c. 194. & c. 220. & 241. & alibi sæpe.

Ilambo, Paulo Aeginetæ lib. 7. c. 16.

Indus simpliciter citatus Aëtio Quaternionis 5. Ser. 1. c. 49. siue sit proprium nomen Gentis. Nam presbyterum Indum citat eiusdem Quatern. Ser. 3. c. 11. & Galenus etiam citat Vrbanum Indum, & Zarchan Indum Ioan. Serapio, & Xareb Indum idem Serapio, & Sarek Indum Rasis, & Sarac Indum, nisi sit ille Sarek, de quibus infrà.

Ioachimus Egellius Rauenspurgensis.

Ioachimus

Ioachimus Martinus Gaudanus, qui libros Galen. de Alimentorũ facultatibus traduxit.
Ioachimus Schillerus Herderensis, cuius liber est de peste Britannica.
Ioannes Abiosus Neapolitanus, cuius sunt quædam opera.
Ioannes Agricola Hammonius, qui scripsit scholia in Therapeuticen Gal. & alia quædam opera.
Ioannes Alexandrinus, cuius sunt non indocti Commentarij in librum Sectarum Galeni, quos plerique putant esse ipsius Galeni. Sed & sunt eiusdem, aut alterius eiusdem nominis Commentarij, in libros Epidemiôn ipsius Galeni. Hunc tamen non multi facit Romanus medicus in suo Antisophista.
Ioannes Almenar Hispanus, qui de morbo Gallico scripsit.
Ioannes de S. Aegidio Anglus qui scripsit Practicarum medicinalium li. 1. & rerum futurarum prognostica lib. 1.
Ioannes de S. Amando Gallus, qui scripsit super Antidotarium Nicolai.
Ioannes Gadesder Anglicus, qui in re medica scripsit librum, qui Rosa Anglica inscribitur, & alium cui titulum fecit, Practicas medicinæ.
Ioannes Aquilanus Patauinus, qui de sanguinis missione in pleuritide scripsit.
Ioannes Arculanus, aut vt alij vocant, Herculanus Veronensis, qui Commentarios scripsit in librum quartum Fen. Auicennæ, & in librum nonum Rasis ad Almansorem.
Ioannes Argenterius Castellonensis, cuius sunt libri non minùs docti, quàm elegantes, de morbi generibus, de morbi differentiis, de causis morborum, de Symptomatis, De temporibus morborum, De signis medicis, De officiis medici, sed quos veluti ex professo & de industria aduersus Galenum scripsit.
Ioannes Atrocianus Germanus, qui scripsit Commentarios in librum, qui Aemilij Macri nomine circunfertur, de viribus herbarum.
Ioannes Baptista Confalonerius Veronensis, qui scripsit libros de vini natura, eiúsque alendi & medendi facultate.
Ioannes Baptista Gyraldus, apud Lilium Gyraldum, de poëtis nostri temporis lib. 1.
Ioannes Baptista Montanus & ipse Veronensis, nisi idẽ sit, qui aliquot libros Aëtij traduxit
Ioannes Baptista pigua, apud ipsum Gyraldum lib. 2. de poëtis nostri temporis.
Ioannes Bernardus Felicianus Venetus, qui aliquot libros Galeni, Pauli Aeginetæ, & Alexandri Aphrodisæi vertit.
Ioannes Caius Anglus, qui scripsit lib. 2. de medendi methodo.
Ioannes Casamizula.
Ioannes Clemens Anglus.
Ioannes Concoregius Mediolanensis, cuius est Lucidarium, & Flos florum medicinæ nuncupatum, & Summa de curis febrium.
Ioannes Crispus Marcello Burdegalensi citatus, vide Crispus.
Ioannes Damascenus cognomento Mausur, cuius Aphorisĩ habemus, & alia multa opera. Nonnulli eundem cum Mesue putant, qui nisi fallor, falluntur ipsi. Hic enim multò antiquior fuit. Alij autem pari errore filiũ Mesue dicũt. Hunc sæpè citat Cõstantinus Africanus.
Ioannes Dantzius Astensis, cuius sunt tabulæ Simplicium Medicamentorum.
Ioannes Driaoder Germanus, cuius est disputatio quædam medica, quique Abrahami Iudæi libellos emendauit.
Ioannes Fernelius Ambianus, medicus Parisiensis, vir certè doctissimus, vt planè constat ex libris septem quos de Naturali parte medicinæ ad Henricum tũc Francisci Galliæ regis filium, nũc regem nostrum. Is (vt audio) quædam etiam de abditis rerum causis commentatus est, in quibus viri eruditione & iudicio exquisito præditi seipsum superasse mihi retulerunt.
Ioannes Fichardus Francofordianus, cuius sunt multa opera & traductiones.
Ioannes filius Serapionis, vide infrà Ioannes Serapio.
Ioannes Franciscus Branchaleon Neapolitanus, cuius est dialogus de balneorũ vtilitate.
Ioannes Gorræus Parisiensis medicus, linguæ vtriusque eruditissimus, qui conuertit in Latinum sermonem, & exposuit Hippocratis libros de natura fœtus, & de Genitura, Iusiurãdum, de Arte, de Antiqua medicina, de Medico. Legimus & ab eo elegantissimè conuersa Nicandri Alexipharmaca, annotationibus illustrata, quæ propediem videbis.
Ioannes Grammaticus Alexandrinus cognomento Philoponus, cuius præter multa opera in Philosophia, & Theologia, liber est de Pulsibus.
Ioãnes Grauius, Parisiensis medicus, huius artis expertissimus, vicinus, amicus, familiaris meus, cuius opem medicam sæpè expertus sum.
Ioannes Guinterius Andernacus, qui & se alicubi vocat Ianum Antoniacum, cuius sunt multa opera, & traductiones.
Ioannes Hassurtus Virdungus, cuius est noua medicinæ Methodus, & tractatus de iudicandis vrinis.

Ioanues Horologius Paduanus, cuius sunt nounulla opera.

Ioannes Iacobus cognomento Manlius Alexandrinus cuius est Interpretatio in Antidotarium Mesue, & aliorum, quam Luminare maius vocauit.

Ioanues Iacobus Montispessulani Cancellarius, cuius Thesaurarium medicinæ habemus, in quo tractat de morbis particularibus.

Ioannes Itrensis, qui de peste scripsit.

Ioannes de Karthan, aut vt alij appellant, kethan Alemannus, qui Fasciculum medicinæ, & alia quædam scripsit.

Ioannes Kuefnerus Trocherens, cuius est Pharmacopolitetion, & liber de vitanda, & profliganda Epidemica contagione, & Tabula curatiua.

Ioannes Lonicerus Germanus, cuius sunt docta scholia in Dioscoridem & Nicandrum, atque eiusdem Nicandri traductio.

Ioannes Manardus, cuius extant epistolæ medicinales, & alia opera doctissima.

Ioannes Marlianus, qui de caliditate corporum, & alia quædam opera ædidit.

Ioannes Matthæus de Gradi, aut vt alij scribunt de Agradi Mediolanensis, cuius sunt Commenta in 9. Almans. & in 22. Fen. 3. Canonis Auicen. & Consilia, & alia quædam.

Ioannes Michaël Sauonarola Patauinus, cuius sunt multa & ingentia opera.

Ioannes Monachus, qui scripsit vulgarem introductionem in medicinam.

Ioannes Morisotus Dolanus, cuius sunt plurima huius artis opera, præter alia multa non contemnenda

Ioannes Nomus.

Ioannes de S. Paulo Gallus, qui de simplicibus scripsit.

Ioannes Petrus Arlunus, cuius est Commentarius, Vinúmne mixtum, an meracum obnoxiis iuncturarum doloribus magis conueniat: vide num sit is Arlunus de quo suprà.

Ioannes Philippus de Lignamine Messanensis, qui scripsit de Cibis & eorũ qualitatibus.

Ioannes Plateartus Salernitanus, cuius Practicam habemus, & librum de Medicamentis simplicibus, & Commentarios in Antidotarium Nicolaï.

Ioannes Pollens, cuius quasdam Galeni traductiones habemus.

Ioannes Quintianus Italus, qui nonnulla Galeni scripta de Diebus Criticis redarguit.

Ioannes Ruellius Suessionensis, medicus Parisiensis, cuius præter translationem Dioscoridis imprimis laudatam, & alia plurima, sunt libri de natura stirpium, de quibus nihil aliud dicam, quàm quòd à sexcentis annis nullum opus doctius, nullum vtilius æditum est.

Ioannes Serapio, aut vt alij vocant, filius Serapionis alter à Serapione illo, de quo suprà diximus in successione medicorum, nu. 54. Hic enim longo pòst tẽpore fuit scilicet anno 1070. cuius Breuiarium sex tractatuum, & de Simplicibus medicinis, & alia multa habemus.

Ioannes Sermoneta, cuius sunt Quæstiones in Aphorismos Hippocratis, & in Paruam artem Galeni.

Ioannes Synapius, de quo apud Gyraldum lib. 1. de poëtis nostri temporis.

Ioannes Tagantius Ambianus, Parisiensis medicus, cuius sunt libri sex de Chirurgica institutione, ad Franciscum Gallorum regem, in quorum epistola liminari ad ipsum regem, honorificam mei mentionem facit. Is nuper maximo omnium Parisiensium desiderio, nec minore Reip. detrimento obiit.

Ioannes Tornamirauus Gallus, cuius sunt Commentarij in 9. Almansoris, & alia quædã.

Ioannes de Tusignano.

Ioannes Vasseus Meldensis medicus Parisiensis, qui multos libros Galeni non infœliciter traduxit. Noscum virum aliquando connenimus modestum sanè, & doctum.

Ioannes, aut vt alij appellant, Ioannetinus de Vigo Genuensis, cuius Practicam chirurgię, & alia quædam habemus.

Ioannes Vochs Coloniensis, cuius est libellus de omni pestilentia, & diuturna peste morbi Gallici.

Ioannes Vrsinus, inter poëtas suprà nu. 238.

Ioannes Zacharias autor Græcus medicinæ.

Ioannes, quisquis est, simpliciter citatus Serapioni in antidotis, c. 18. & Aëtio Tetrab. 4. Ser. 1. cap. 133. in Græco exemplari, vbi describitur χεῖρισμα πρὸς λευκάς, sed interpretes eum locum omiserunt, exemplar fortè mutilum nacti.

Ioannetinus de Vigo, vide suprà in versi. Ioannes aut vt alij.

Ioannitius, cuius est Introductio in Paruam artem Galeni, & liber de Theriaca, ex quo illum citat Rasis in lib. 1. Contin. c. 1. & alibi sæpè: & liber de Electionibus, ex quo eum citat idem Rasis eiusdem lib. c. 5. & c. 6. Et liber Antidotor. ex quo illum citat ipse Rasis eiusdem li. c. 9. Et ex li. Stomachi, eo. c. 9. & li. 5. c. 1. Et liber de Memoria ex quo citat eũ idẽ Rasis eiusdẽ operis lib. 2. c. item 2. Et ex lib. de oculis, idem in eodem c. Et ex Badmo, siue Antidotario, idẽ eiusdem lib. 4. c. 1. Et ex lib. de Balneo, lib. 4. c. 1. Et ex lib de Regiminc cibariorum, lib. 5. c. 1. Et ex libro

ex lib.de Minutione,eidem lib.6.c.1.Et liber de Quæstionibus,eidem lib.9.c.4.& lib.10.c.1. Et liber de regimine conualescentium,eodem c.4.lib.6.Et ex libro de Lapide,eidem lib.10.

Iob,siue Ioh citatus à Rasi in Continenti.

Iocus Tarentinus,apud Stephanum de vrbibus.

Iodocus Vuillichius Resellianus,cuius est Commentarius Anatomicus,præter alia multa opera in Theologia,Philosophia,Dialectica,& Arithmetica.

Iohachi,Rasi lib.5.c.1.

Iolas,siue Iolaüs Bithynius,qui de herbis scripsit,teste Dioscoride in præfatione, & Epiphanio Cyprio lib.aduersus hæreses 1.post prin.

Iolas,siue ille,siue alius simpliciter citatus Cornelio Celso lib.5.c.22.& Plinio lib.20.c.17. & Galeno in lib.1. Antidotorum.

Ionicus Sardensis inter poëtas,suprà nu.235.

Iordanus citatus in Tacuinis Elluchasem.

Iosephus Grunbekius,siue Gruenpeckius Germanus,cuius est liber de mentulagra, siue morbo regio.

Iosephus Struthius, qui libros vertit de Astrologia Galeno adscriptos, & Prognostica de infirmorum decubitu.

Iosephus Testandrus Cracouiensis,qui tradux it librum Galeni aduersus Erasistratum.

Iosue,Rasi lib.2.Continentis c.1.

Iphitianus Quinti præceptoris Galeni discipulus, apud Galenum lib.7. de compositione Medicamentorum κτ γένη.

Iranus,Mesue in medicinis solutiuis.

Iras Galeno citatus in compositionibus Medicamentorum secundùm locos,vide num sit Eras de quo suprà.

Ireneus Brasaunlus,apud Lilium Gyraldum lib.2.de poëtis nostri temporis.

Irinus Rauanus Galeno citatus,si is est,libro de medicinis expertis.

Isaach Bon.Sullaimon citatus Ioanni Serapioni.

Isaac Heben Amaran,siue Amran,siue Maran citatus Mesue,& Serapioni,vide Ysaac.

Isaac Israëlita, Mesue in ægritudinibus gutturis,quem & simpliciter Israëlitam citat, vt dicam posteà,nisi alius sit.

Isaac filius Solomonis dictus Beimiram,qui de febribus,vrinis,diætis,stomacho tractatus composuit.Ita citatur ab ipsis Serapione,& Mesue.

Isaac simpliciter citatus eidem Mesue, siue vnus ex illis,siue alius.

Isacius filius Chunein,qui Græcè scripsit in medicina.

Isidorus Antiochus,Galeno in compositionibus Medicamentorum κατὰ γένη.lib. 6.

Isidorus Hispalensis iure medicis annumerandus, vt qui de rerum proprietate scripsit, & multa alia ad medicinam pertinentia,præsertim in tractatu Etymologiarum.

Isidorus Memphites citatus Aëtio Tetrab.2.Sermo.3.c.110.

Isidorus simpliciter,vel vnus ex illis,vel simpliciter apud Galen.κατὰ γένη,li.5.& κτ τόπους, lib.9.c.5.

Isis regina Aegypti,de qua inter inuentores medicinæ,nu.3.

Ismahelita,Serapioni Simplicium c. 244.

Israëlita Alcanzi Mesue citatus, vide Alcanci.

Israëlita simpliciter eidem citatus,siue ille,siue Isaac Israëlita,de quo suprà,siue alius,siue Musagnuchil Israëlita,de quo infrà.

Israël etiam simpliciter citatus Serapioni Antidotorum c.33.

Iuaim.

Iubadicus,siue Iubaducus,Rasi lib.3.Continentis,c. 4.& c.6.

Iuba rex Mauritaniæ inter reges,nu.126.

Iudæus simpliciter citatus, quisquis is fuit, Cornelio Celso libr.5.cap.19.& 22. & Aëtio Tetrab.4.Serm.3.c.14.& Mesue in Antidotis, Ioanni Serapioni Simplicium cap. 95. & 307. & 361.& Rasi lib.1. Continen.cap.1.& alibi sæpè, & in Tacuinis Elluchasem,vide Abraham Iudæus.

Iulianicus, aut vt alij appellant,Iulianita Bononiensis,cuius sunt tres libri de re medica.

Iulianus Diaconus Aetij medicus,ab eo citatus Tetrab.3.Ser. 3.c. 12. vbi dicit illum fuisse suum contemporaneum.

Iulianus antiquior citatus Galeno in lib. Medicamentorum κτ γένη,& Paulo Aeginetæ lib. 7.c.5. Aduersus quem scripsit ipse Galenus, quòd calumniaretur Aphorismos Hippocratis. Dicitq; idem Galenus in Methodo,lib.1.illum fuisse sectæ Thessalicæ, & discipulum Apollonidis Cyprij de quo suprà.Sed & in eodem opere lib. 1.dicit eum fuisse suum contemporaneum,cúmque Alexandriæ conueniisse.Ab hoc vt opinor dictum est Iulianium Oxymeli Alexandro Tralliano libro vndecimo,quo de podagra tractat.

Iulianus Martianus Rota, qui libros de Antidotis Gal. & alios multos latinitate donauit.
Iulius Alexandrinus Tridentinus, qui in Latinum vertit librum Gal. aduersus Lycum.
Iulius Bassus cuius meminit Dioscorides in præfatione, Scribonius Largus, c. 121. & Plinius lib. 20. in cuius lib. indice dicit illum licet Romanum, Græcè tamen in medicina scripsisse, & Marcellus Medicamentorum c. 29.
Iulius Cæsar Caliget, cuius habemus Commentarios non indoctos in librum Hippocratis de Somniis.
Iulius Secundus, apud Galenum lib. 7. Medicamentorum κατὰ γένη.
Iulius simpliciter memoratus Alexandro Tralliano, lib. 5. à quo Iulea, quæ vulgò vocantur à Pharmacopolis, vocata videri vult.
Iulius alius, de quo suprà C. Iulius.
Iunaducus, siue Iuuanducus, (vtrunque enim reperio) apud Rasim lib. 5. Continen. c. 1.
Iunius Crispus, Marcello Medicamentorum. c. 23.
Iunius Paulus Cassius Patauinus, qui in latinum vertit libros Theophili Protospatarij, de fabrica humani corporis, & Oribasij de musculorum dissectione, & Gal. quædam opera.
Iustinus Imperator, inter Imperatores, nu. 154.
Iustinus alius, ni fallor, Aëtio citatus Tetrab. 3. Ser. 3. c. 12.
Iustus, cuius Hierã & alia celebrant Aëtius, Paulus Aegineta, & Marcellus Burdegalẽsis.
Iustus alter, vt opinor Ocularius medicus, ætate Galeni ab eo memoratus in Commentario de morbis curandis, & à Paulo Aegineta lib. 6. c. 20.
Iustus Velsius Hagauus Antuerpiensis, cuius extat oratio, Vtrùm in medico variarum artium & scientiarum cognitio requiratur, & alia nonnulla.
Iuaim.
Iuuenalis præsul Narniensis, qui eius gentis populum Christianum fecit.

K

Kabith rex, inter reges, nu. 142.
Kacebras, Serapioni Simplicium. c. 322. ad fi.
Kermid inter reges nu. 144.
Kindi, Rasi lib. 6. Continentis, c. 1. ex libro de medicamentis laxatiuis, & ex libro de attractione humorum.
Kiramides, Iacobo Dondo in suo Aggregatore.
Kirannus, cuius & hodie libros rei medicæ habemus.
Kiumus, siue Kyume, vtrumque enim reperitur apud Auicennam lib. 5. & alibi.
Kyrandus, qui de Simplicibus scripsit.

L

Lais inter mulieres, infrà nu. 325.
Lampon, siue Lampo Pelusiota, apud Galenum κατὰ τόπους, lib. 8. c. 1.
Lampon simpliciter, apud eundem Pharmacorũ κατὰ τόπους, li. 3. c. 3. siue ille fuit siue alius.
Lanfrancus Mediolanẽsis, cuius est parua & magna Chirurgia.
Laodicus rex, inter reges, nume. 124.
Largius Designatianus citatus Marcello Burdegalensi, in præfat. vide Designatianus.
Latyrion, Rasi lib. 2. Continentis c. 3.
Laurentius Frisius, qui Germanicè scripsit de cura singulorum morborum, quod opus Speculũ medicinę appellauit, & præterea Synonyma materię medicę, defensionẽ Auicennę.
Laurentius Laurentianus Florentinus, qui multos Galeni libros non inelegauter tradu xit, sed adeò atrabile percitus, vt sese in puteum tandem præcipitarit citra euidentem morbi causam, vt scribit Petrus Crinitus ipsius auditor, & Cælius Rhodiginus. Quanquam sunt qui id dicunt aliter contigisse.
Laurentius Lippius Collensis, qui de piscibus scripsit.
Laurentius Marolus Genuensis, qui librum de gradibus medicinarum scripsit.
Laurentius Saxoferratus.
Lazarus Daldus Placentinus.
Lecanius Arius, Galeno Medicamentorum κατὰ γένη, lib. 5. vide Arius.
Lectus, siue Lectue, Rasi lib. 1. Continentis c. 8.
Lenæus, vide infrà, Pompeius Lenæus.
Lensastus.
Leontius in re medica sæpe citatus authori Collectaneorum Geoponicõn, lib. 12.
Leonardus Bertapalia, aut vt alij vocant, Predapalea Paduanus, qui Chirurgiã cõposuit.
Leonardus Iacchinus, aut vt alij nuncupãt, Giacchinus, cuius sunt multi li. apprimè docti.
Leonardus Legius Papiensis, qui flores ex Galen. libris collegit, & alia quoque scripsit.
Leonarthus Fuchsius Germanus nostri temporis scriptor in re medica doctissimus, vt planè ostẽdunt eius opera, magna certè & miranda.

Leonides Alexandrinus ἐπισυνθετικὸς, vt dicit Herodotus in Introductione, siue Medico.

Leonides, siue Leonidas, siue ille, siue alius, Aëtio, Paulo Aeginetæ, lib.6.c.69. & Alexandro Tralliano citatus, & prætereà Aureliano lib. Oxeôn 2.c.1.

Leoparda inter fœminas, infrà num.332.

Leucini, Galeno lib.1.Phar.localium, c.8.& Aëtio Tetrab.3.Ser.4.c.42.vide Lucius.

Licinius Atticus, Galeno Medicamentorum κατὰ τόπους lib. 8.c.5.

Lilhatinatus, Serapioni Antidotorum c.33.

Linacos, Serapioni Simplicium 389

Lingon, Galeno lib. Medicamentorum secundùm locos 9.c.4.

Linus inter poëtas, nu.165.

Lisius, vide infrà Lutius.

Logadius, cuius Hiera ab Aëtio describitur Tetrab.1.Serm. 3. c.111.

Lororacos, Rasi lib.2.Continentis c. item 2.

Loterius memoratus in titulo de pace Constantiæ, vers. hi sunt nuncij.

D. Lucas de quo suprà nu.84.

Lucas Valentinus Dertonensis, suprà inter poëtas, nu. 256.

Lucius Cathegetes, Galeno citatus in Medicamentis κατὰ γένη, & κατὰ τόπους lib.7.

Lucius Durius memoratus Plinio, lib.7.c.53.

Lucius, quem præceptorem vocat idem Galenus in eodem opere lib.4.c.7.& lib.5.ca.7. & Aëtio Tetrab.4.Ser.2.c.14.

Lucius Tarsëus, Galeno Medicamentorum κατὰ τόπους, lib.9.cap.5.

Lucius quisquis is est, simpliciter, eidem ibi citatus lib.3.c.1.& lib.9.c.4.& 5. Aëtio Tetra. 3.Ser.4.c.42.& Tetra.4.Ser.1.c.3.& Ser.3.c.2.in fi.& c.9. Idem ipse est qui & Leucius alibi dicitur. Nam sæpe Græci ευ pro u dicunt, scilicet Λεύκιος pro Lucius, & Λεύκολλος pro Lucullus.

Ludouicus Bellisarius Mutinensis, qui librum Galeni de instrumento odoratus in Latinum vertit.

Ludouicus Bonaciolus Ferrariensis, cuius sunt libri de variis affectibus grauidarum mulierum. Huius sæpe meminit Leonicenus.

Ludouicus Marlianus Mediolanensis, Hispaniarum regis medicus.

Ludouicus Vassæus Catalaunensis, qui ædidit librum Anatomes humani corporis.

Lupus Macedo, qui nouitatis gratia viguit, & veluti oraculum quoddã ex aditis loquens, vt scribit Galenus li.1.de Naturalibus facultatibus.

Lucius, qui scripsit libros Tardarum passionum apud Cælium Aurelianum lib. eiusdem tit.2.c.1.& lib. 2.c.7.& li.4.c.3. vbi tamen legitur Lisias.

Lutrios Tarsensis Auiceun.e citatus, nisi sit ille Lucius Tarseus, quod magis credo.

Lycomedes, Galeno citatus lib. Medicamentorum secundùm locos 7.c.5.

Lycus Macedo, qui scripsit Commentarios in libros Epidemion Hippocratis, vt dicit Gal. lib.3.eorundem Epide. Sed & eum prolixè scripsisse de Anatomia dicit idem Gal. eum Lycum simpliciter vocans li.1.de Anatomicis administrationibus. Eúmque fuisse discipulum Satyri sui præceptoris tradit ipse Gal lib.2. Commentariorum Hippocr. de natura hominis, aduersúsque illum nuncupatim, & vt sic dicam, titulatim scripsit idem Gal. Vide Macedo.

Lycus Neapolitanus citatus Plinio, lib. 20.c. item 20.

Lycus simpliciter Oribasio 10 Compendio medicinæ, quo loco tractat de Cataplasmatis & Aëtio Tetrab.1.Serm.3.c.176.& Paulo Aeginetæ lib.5.c.3.& c.13.

Lysias, Cornelio Celso lib.5.c.18. Galeno Phar.localium lib.7.c. 2. vide Lysius.

Lysimachus rex, inter reges, nu.117.

Lyso, qui Tyronem Ciceronis libertum in Achaia curauit, apud ipsum Ciceronem prima Epistola lib.16. Epistolarum familiarium.

M

Mabal, Rasi lib. Continentis 10.c.2.& lib.12. c.1.

Mabitus qui docuit quomodo fiant Sirupi, & Clysteres, Gal.lib.6.Simplicium.

Macedo, Galeno lib. Medicamentorum localium.9.c.1.& lib.10.ca.1. Nescio an sit Lupus Macedo, an Lycus Macedo, de quibus suprà, an alius.

Macer, vide Aemilius Macer, inter poëtas, nu.219.

Macer Balista citatus Petro Aponensi in additione Mesue, quo loco tractat de hydropisi.

Machaon filius Aesculapij, inter inuentores medicinæ, num. 30.

Machaon alter, cuius Medicamẽtum ad purulentos oculos ex Scribonio Largo describit Gal.lib.4.Medic.secundùm locos c.7. Nam priorem illum quicquam scripsisse non legimus.

Macharion, Galeno in Medicamentis κατὰ γένη lib. 2.

Macherion, nisi idem sit ipsi Galeno in eodem lib.2.& iterum 5.κατὰ γένη, & lib.5. Methodi, & Aëtio Tetrab.3.Ser. 2.c.11.& Ser.4.c.41.& Tetrab. 4.Ser.3.c.12.& Paulo Aeginetæ lib.3. c.49.& lib.4.c.19.

Mænachius,

Mænachius, Plauto memoratus in prologo Captiuorum.
Magistrianus Aëtio citatus Quaternionis 4. Ser. 1. c. 126. & 134. & Ser. 2. c. 55.
Maguinus Mediolanensis, qui librum Arnaldi Villanouani de regimine sanitatis, additis & immutatis quibusdam sibi vendicauit. Sunt qui hunc Magnum appellat.
Magnus, quem Circulatorem vocat Galenus Pharmacorum localium libr. 5. c. 7.
Magnus Chiucus, Galeno ibidem, & libro eiusdem operis 5. c. 3.
Magnus Ephesius, Aureliano lib. Oxeôn 3. c. 14. ex libro Epistolarum.
Magnus Philadelphus, ibi lib. 7. c. 4. & lib. 9. c. 5. & secundùm genera libro 5.
Magnus Tarseus, secundùm locos, lib. 9. c. 7. & etiam secundum genera, alicubi.
Magnus quispiam, aut vnus ex illis, aut alius eidem Galeno lib. 4. de differ. pulsuum, & lib. Theriacæ, ad Pisonem, vbi illum dicit scripsisse de Anndotis, Archiattúmq; cuasisse tëpore ipsius Galeni: & Aureliano li. Oxeôn 2. c. 10. & Aëtio Quaterni. 2. Ser. 3. c. 105. & Ser. 4. ca. 16. & alibi: & Serapioni tractatu 7. c. 8. vbi illum dicit fuisse regem medicorum tempore Gal.
Mabazer Io. Serapioni citatus Antidotorum c. 345.
Magemet, siue Mahomet Arasi.
Mahemet filius Zachariæ.
Mabemet filius Zachariæ Arasi. Nam hæc tria comperio apud Mesue, & similiter Mahomet simpliciter, nisi vnus idémque sit.
Mahraris, Rasi lib. 9. Continentis c. 4.
Mahumed Bielgehem, Rasi lib. 7. Continentis c. 1. ex authoritate Elkindi.
Maia inter fœminas, infrà nn. 323.
Maimon, Serapioni Antidotorum c. 32.
Maiorianus, vide infrà Malorianus.
Malab, Rasi lib. 11. Continentis c. 5.
Malese, Rasi lib. 1. Continentis c. 2.
Malorianus, Aëtio citatus Tetrab. 3. Ser. 4. c. vlt. alij ibi legunt Maiorianus.
Manaseus, & Mnaseus, & Mnaseas, & Mnasias, & Mnasius, & Mnasseus, Hos enim omnes sæpe citatos reperimus, siue diuersos, siue eosdem, quod magis credo, Galen. Aëtio, Paulo Aeginetæ, Cælio Aureliano, & Alexandro Tralliano. Eúmq; numerat Galenus ipse, siue is est Herodotus, inter Methodicos in Introductione siue Medico.
Mambatens, Galeno citatus lib. 6. Simplicium.
Manethon, Paulo Aegineta lib. 4. c. 40. & lib. 7. c. 13.
Manthias, siue Mantias, siue Mantecias Herophileus, præceptor Heraclidis Tarentini, & Hygieni, vt videre licet apud Galenum in libris Medicamentorum κατὰ γένη lib. 2. & iterũ lib. 6. & κατὰ τόπους, lib. 2. c. 1. vbi eum vulgarem medicum vocat. & iterum libro 6. c. 3. & 4. citatúmque ab eo in priore loco ex libro cui titulus est, Pharmacopola in re medica. Sed & idem Galenus in præfatione lib. 6. Simplicium Pharmacor. tradit eum scripsisse de purgantibus, & propotismis, & Clysmis, & de Pharmacis secundùm locos.
Marasten, Rasi lib. Continentis 6. c. 1. & lib. 7. c. vlt. & lib. 8. c. 1. vbi illum citat ex libris Experimentorum.
Marcellinus Galeno citatus lib. Medicamentorum secundùm locos 7. c. 5.
Marcellius, nisi idem sit Aetio & Paulo Aeginetæ, vide paulo pòst, Marcellus alter.
Marcellus Burdegalensis, cuius est liber de Medicamentis empiricis, physicis, & rationalibus, quem ædidit tempore Gratiani, & Theodosij, fuitque Christianus, vt constat ex c. 21. & 23. & 25. sui operis.
Marcellus alter citatus Aetio, Quatern. secundi Ser. 2. c. vndecimo, Paulo li. 4. c. 11. & lib. 6. c. 48. & Alexandro Tralliano li. 8. c. 6. & Marcello illi Burdegalensi c. 20. vbi illum egregium medicum vocat, quem puto eundem fuisse cum Marcellio de quo diximus.
Marcellus Sidites inter poetas, nu. 225.
Marcellus Virgilius Florentinus, qui non veritus est de integro vertere Dioscoridem post Hermolaum Barbarum, & Ioannem Ruellium, quem scholus doctissimus illustrauit.
Marcianus, Aëtio Tetrab. 3. Ser. 1. c. 27.
Marcus Categetes, apud Galenum, in libro 2. Antidotorum.
Marcus Cato, vide suprà Cato.
Marcus Fabius Caluus Rauennas, qui primus omnia Hippocratis opera vertit, hoc ipso conatu laude dignissimus.
Marcus Leonellus Fauentinus à Victoriis, cuius librum habemus de ægritudine infantiũ
Marcus Talentinus, Galeno κατὰ γένη lib. 7.
Marcus Toletanus, qui aliquot libros ex Arabico sermone in Latinum traduxit.
Marcus Varro, vide infrà Varro.
Marcus simpliciter, Galeno in compositionibus Medicamentorum κατὰ τόπους lib. 4. cap. 7. quem credo fuisse vnum ex illis duobus prioribus, siue etiam Gallum Marcum, de quo suprà.

Margareta inter fœminas, infrà nu. 340.

Marianus S. Barolitani, cuius sunt plurimi libri Chirurgici.

Marinus, Galeno lib. medic. secundum locos 7. c. 2. & lib. 2. Commentariorum in Hippocratem de natura hominis, vbi dicit huius fuisse discipulum Quintum præceptorem suum, & de eo quoque loquitur lib. 7. de Vsu partium, & lib. 2. de semine, in fi. & alibi sæpe. Et huius quoque trochiscos describit Auicenna lib. 5. tract. 8.

Marinus alius, cui nomen Posthumius fuit, Plinio Secundo memoratus in epistola ad Traianum, quæ est 11. decimi libri, nisi hic idem sit cum præcedenti, quod non facilè crediderim, quia illum priorem citat Andromachus apud Galenum lib. 7. Medic. secundum locos c. 2. qui quidem Andromachus tempore Neronis & eius Archiater fuit.

Marrar, Rasi lib. 2. Cont. c. 1.

Marserogem.

Marsilius Ficinus, cuius infinita prope opera philosophica, & traductionem Platonis habemus, tres libros de triplici vita, quibus se ostendit medicum consummatissimum.

Marsilius Paduanus, vide num sit sequens.

Marsilius de S. Sophia, cuius inter multa opera sunt Commentarij in Aphorismos Hippocratis, atque in Auicennam, & Consilia quædam medica.

Martianus Apher, Aëtio citatus Tetrab. 3. Ser. 3. c. 11.

Martianus simpliciter citatus Aëtio Tetrab. 2. Ser. 3. c. 110. & Ser. 4. c. 47. & alibi, & Scribonio Largo, qui illum dicit fuisse tempore Augusti, siue ille fuit, siue alius. Et ab alterutro vnguentum Martiaton dictum vult Nicolaus.

Martianus Rota Venetus, qui nonnullas Galeni traductiones castigauit.

Martinus Acakia Catalaunensis, medicus Parisiensis, & familiaris meus, qui inter alia multa præclara opera libros duos Galeni de ratione curandi ad Glauconem, & nouissime Commentarios in Paruam artem ipsius ædidit.

Martinus Gatinaria Ticinensis, cuius sunt Commentaria in 9. Rasis ad Almansorem.

Martinus Gregorius, qui nõnullas Galeni trãslationes ex Græcis exẽplaribus emẽdauit.

Martinus Steynpeys Viennensis, cuius extat Methodus medicinæ.

Martion Smyrneus, siue Mytilenæus, qui de Simplicib. affectibus scripsit, Plin. lib. 28. c. 4.

Martyrius de quo inter philosophos in mentione Trachij philosophi, nu. 266.

Maruen filius Zor citatus Rabbi Moysi Aphorismorum parte 20. ex libro de cibis, vide Ebibule suprà, & filius Zor.

Masageuich, Rasi Cont. lib. 7. c. 4.

Masarginus, Rasi lib. 3. Cont. c. 2. & c. 6.

Masarginih, siue Masargeneh, siue item Masargny, siue Masargimyd, siue Masargnih, siue denique Masarugh. hæc enim omnia nomina reperio, eiusdem operis lib. 5. c. 1. & lib. 7. c. 1. nisi idem sit cum præcedente, quod facile crediderim.

Maserice, siue Masereice. vtrunque enim reperio apud Rasim lib. 1. Cont. c. 3.

Massaliatas, siue Massaliotes, siue etiam Massaliotus. hæc enim tria medicorum nomina reperimus, apud Galenum, & Paulum Aeginetam lib. 7. c. 13. vide Demosthenes.

Masiliensis citatus Aëtio Tetrab. 4. Ser. 2. c. 58. siue nomen viri medici fuit, siue medici cuiuspiam eius gentis. Nam & Crinas, siue Critias, & Charmis Masilienses fuerunt, de quibus diximus suprà in successione medicorum, nu. 65.

Masinissa rex, inter reges, nu. 119.

Massurgei, Rasi lib. Cont. 2. c. 4.

Masui Iohey, Rasi lib. 2. Cont. c. 4.

Mattheolus. vide infrà, Petrus Andreas Mattheolus.

Matthæus Curtius Ticinensis, qui scripsit de venæ incisione in pleuritude.

Matthæus de Gradi, vide Ioannes Matthæus.

Matthias Syluaticus Mantuanus, cuius est liber Pandectarum medicinæ.

Matthias Theodorus Menanelius, qui librum Græcum de Melancolia ex multis medicis collectum Latinum fecit.

Maximianus, cuius collyrium describit Alexander Trallianus lib. 5. c. 6.

Maymo citatus in Tacuinis Ellucħasem.

Medæa inter fœminas, infrà nu. 312.

Medeus, Galeno lib. 2. Commentariorum in Hippocratem de natura hominis.

Medicus Apher, quisquis est, Aëtio citatus.

Medius, Plinio lib. 20. c. 4. nisi sit ille Medeus.

Medus, Cornelio Celso, lib. 5. c. 18. nisi etiam sit Medeus ille, aut Medius.

Meges Chirurgus, quem plurimum laudat Cornelius Celsus lib. 7. in prin. quẽmque citatidem Celsus li. 5. c. 28. non semel, & alibi sępe: Scribonius Largus de compositionibus medicamentorum, & Galenus in Medicamentis secundum locos lib. 3. c. item 3. & lib. 5. c. 7.

Meges Sidonius, siue ille, siue alius Galeno memoratus ad fi. lib. 6. Methodi.
Mchererit, Serapioni Simplicium c. 201.
Meheres, Serapioni eiusdem operis c. 301. in fin.
Melampus, supra inter poëtas nu. 210.
Meletius, apud Gregorium Gyraldum in præfatione Symeonis Sethi, cuius extat in Græcia opus de Constitutione hominis, & Commentarij in Aphorismos Hippocratis.
Melissus, apud Hippocratem statim post prin. lib. περὶ φύσιος ἀνθρώπου, de natura hominis, & Galenum in libro de Elementis.
Meliton, Galeno in medic. κατὰ γένη, lib. 6. & 7.
Melitus, nisi idem sit, quod puto, Galeno in medicamentis secundum locos lib. 6. c. 1.
Melosus, Rasi lib. 1. Cont. c. 5.
Melzigiar, apud Bulchasin in lib. Seruitoris.
Menãdet, Galeno in medicamẽtis secundũ locos lib. 9. c. 5. & alibi. Hũc esse puto quẽ Plin. citat li. 19. c. 6. & li. 23. c. 9. quémq; in Indice. d. li. 19. dicit scripsisse Biochresta, id est, vitæ vtilia.
Menarchus, vide suprà Mænarchus.
Menas Chirurgus, Aëtio Tetrab. 3. Ser. 2. c. 5.
Menecrates Syracusanus Philippi Macedonis medicus, qui cum ęgrotos quosdam & pene conclamatos, vel casu vel arte in integrum restituisset, proindéque à nonnullis subblandiẽtibus Iuppiter cognominaretur, elatior iam hoc nomine, sibique nimio plus placẽs, nullam accipere solitus mercedem, hac tamen mercede contentus erat, vt liberati se esse illius seruos faterentur, vt prodiderunt Suidas, & Aelianus in varia historia. Tantáque fuit arrogantia, vt id quoque Iouis cognomentum sibi vsurparit, sibique aliquando permiserit scribere ad Agesilaum illum magnum regem Spartæ, in hunc modum: Menecrates Iuppiter regi Agesilao Salutem dicit. Qui quidem rex reliquis non perlectis, sed hominis leuitate protinus irrisa, ita propemodum rescribi iussit, Rex Agesilaus Menecrati sanitatem dicit. χαίρειν enim Græci dicunt, quibus bene precantur, ὑγιαίνειν verbum ambiguum ferè in malum sonat: cum scilicet significamus abesse mentis sanitatem. Et eo quidem verbo quidam Cæsari insaniam exprobrauit. Et hoc quoque vsus est Agesilaus in ea epistola ad Menecratem, teste Plutarcho in Apophthegmatis Imperatorum, atque etiam in Apoph. Laconicis. vbi de Agesilao, & in vita ipsius. Aelianus autem de varia hist. lib. 12. scribit Menecratem, ita vt diximus, ad Philippum Macedoniæ regem scripsisse, & Philippum ita quoque vt dictũ est rescripsisse, addidisseque, consulo vt ad Anticyram te conferas. Significans his, hominem non esse sanæ mentis. Cúmque aliquando lautissimum conuiuium instrueret ipse Philippus, illũ inuitasse, seorsim'que mensam ei apparari iussisse, & apponi acerram, suffitúmque fieri, reliquos autem epulati, Menecratem vero primum gratanter ferre, lætatique eo honore: postquam vero paulatim fames obrepsit, & homo esse conuictus est, non Deus, tum vanus & stolidus consurgens discessit, Philippo eius gloriã redarguente, & in lucem proferente. Hũc Menecratẽ, siue aliũ eiusdẽ nominis citat Gal. li. 2. Phar. κατὰ γένη c. 2. & c. 7. ex libro cui titulus est αὐτοκράτωρ ὁλογράμματος, quasi dicas locupletissimus thesaurus, & iterum lib. 6. eiusdem operis, & lib. 5. Phar. κατὰ τόπους, c. 7. & lib. 6. c. 4. ex lib. quem optimorum Pharmacorum inscripsit. Citat & illũ Theophrastus ex libris Naturalium quæstionum. Et de hoc quoque nonnulla Athenæus lib. 6.
Menecrates Zeophletensis, Aureliano lib. 1. Chronion c. 4.
Menecles Aëtio citatus.
Menelaus, Galeno in lib. 2. Antidotorum.
Menemachus Aphrodiseus, à Galeno positus inter Methodicos in Introductione, siue Medico, húncque citat ipse in medicamentis secundum locos, & lib. 1. Therapeuticæ, & Cornelius Celsus lib. 6. c. 9.
Menesthens, Galeno in medicamentis κατὰ γένη lib. 5.
Menestor memoratus Theophrasto in Historia plantarum.
Menippus, Galeno in lib. 2. Antidotorum.
Menitheus, Galeno in libro Hippocratis linguarum expositio, citatus ex libro de appellationibus medicamentorum.
Menodotus, Galeno in compositionibus medicamentorum κατὰ τόπους lib. 5. c. 7. & lib. 6. c. 1. Is fuit discipulus Antiocheni Laodiceni, de quo suprà diximus, fuitque ipse Nicomedensis, & Empiricus, vt scribit Gal. lib. 1. de Naturalibus facultatibus. c. 14. & Laërtius in Timone ad fi.
Menodoctus sæpius Galeno citatus, nisi sit ille Menodotus.
Menœtus, Galeno lib. Phar. κατὰ γένη 2.
Menon, qui vt dicit Galenus lib. 4. de Differentiis pulsuum, apud Romanos in exercenda medicina clarus fuit. Is fuit præceptor Herodoti, de quo suprà.
Menophilus, Cornelio Celso lib. 6. c. 7.
Menutianus, Gal. in lib. 2. Antidotorum.
Mercurius inter inuentores medicinæ, nu. 4.

Mersinus Thrax apud Alexandrum Trallianum lib.1.c.15.

Mesarugie, apud Serapionem Simplicium c.79.& seq.& alibi sæpe.

Mescahen, Serapioni Simplicinm c.161.

Mescac, siue Meserach, siue Meseal, siue Mescah, siue Meschah, siue Aben Meseach, nisi sint diuersi, apud Serapionem Simplicium c.110. & 116.& 120.& 224.& alios.

Mescha, Mesca, siue Mescacha Serapioni Simpliciũ c.66.& c.140.& 151. & 199. nisi & idem sit cum præcedenti.

Mesias, Auicennæ lib.5.summa 2. tract.2.

Mesih, siue Misih, vtrũq; enim reperio apud Rasim Cõtinẽtis li.3.c.1.& c.3.nõ semel,& c.6.

Mesiriobe, Serapioni in Antidotis, qui tractatus est 7.c.17.

Mesue inter reges, nu.139.

Mesui Iuhe, cuius syrupum describit Mesue in libro Antidotorum.

Meton Atheniensis, quem Callistratus, Euphronius,& Phrynicus scripserunt fuisse optimum medicum & astrologum. Is annum magnum ex annis duodeuiginti constituit. Cuius meminit Tullius in epistolis ad Atticum lib.12.epist.2. Columella lib.1.in præfatione, & lib. 9.c.14.& ex Græcis Aristophanes in Auibus,& Theon, aut quisquis is fuit, in Commentariis Arati, vbi illum numerorum rationem diligentissime tenuisse scribit. & Diodorus Siculus lib.3.c.11.ad fi.& iterum li.12.& Plutarchus in vita Alcibiadis. Hunc autem Lacedæmonium fuisse scribit Aelianus lib.10.de varia historia,& de eo quoque loquitur lib.13. *Annus Metonis.*

Metrodorus Atheniensis inter philosophos, suprà nu.258.

Metrodorus Sabini, de quo alibi, auditor, vt scribit Galenus, qui de herbis librum scripsit, teste Plin.lib.25.c.2.ratione, vt is dicit, blandissima, qua nihil pene aliud quàm rei difficultas significatur. pinxit enim effigies herbarum, atque ita subscripsit effectus: id quod etiam de Crateua & Dyonisio scribit, libri enim Metrodori hic titulus erat ἐπιτομὴ τῶν ῥιζοτεμνομένων, id est. Compendium earum rerum quarum radices secantur, vt idem dicit lib.20.c. item 20.

Metrodorum medicum, siue illum, siue alterum memorat Tullius li.16.epist.ad Tironem, epistola incip. Solicitat:& Gal.lib. Simplicium medicamentorum 1.c.29. vbi illum dicit cæteras omnes præter sectam Asclepiadeam contempsisse.

Meuius Ruffus, Galeno medicamentorum secundum genera 7.

Michaël Angelus Blondus, cuius extat libellus de diebus decretoriis,& alij plurimi.

Michaël à Capella, cuius sunt Synonyma medic.

Michaël cognomento & professione medicus, natione Scotus apud Balæum, centuria 3.& eum quoque memorant Ioannes Picus, Symphorianus Champerius,& Cornelius Agrippa.

Michaël Psellus inter philosophos, suprà nu.265.

Michaël Sauonarola, vide Ioannes Michaël.

Michaël Villanouanus, qui vniuersam rationem Syruporum ad Galeni censuram diligenter expolitam,& alia quædam scripsit.

Micon, siue Miction, qui ῥιζοτομούμενα aduersus serpentes scripsit teste Plin. lib.20.c.23. eiúsque malagma describit Celsus lib.5.c.18.vbi nonnulli legunt Nicon. Mictionem autem citat Nicandri Interpres.

Midas, apud Laërtium in testamento Lyconis Troadensis.

Migisib, Rasi lib.Cont.7.c.1.

Miladius, Rasi eiusdem operis lib.7.c.3.& ex lib.Aphorismorum.

Milesius, Aureliano lib.Chronion 5.c.7.& seq.

Miletus, Plinio lib.28.c.1.

Minusianus, Galeno in Aphorismos Hippocratis, lib.4.c.69.

Minutianus, Galeno medicamentorum κατὰ γένη, lib.6.nisi idem sit.

Mischion, vide infrà Moschion.

Misdasan, Rasi lib.Continentis 3.c.4.

Misih, vide suprà Mesih.

Misus, Rasi Cont.7.c.4.& lib.9.c.6.non semel, vbi illum citat ex lib.de Obstetricibus.

Misusan, Rasi lib.Cont.9.c.4.& 6.& lib.10.c.1.& 2.sæpe,& alibi.

Mithridates rex inter reges, nu.125.

Minth, Rasi Cont.lib.9.c.1.sed credo mendum esse,& legi debere Misih, de quo diximus.

Mnaseas, vide suprà Manaseus.

Mnaseus, vide etiam Manaseus.

Mnasias, vide item ibi.

Mnasius, vide & tu ibi.

Mnason, Galeno Phar.loc.lib.7.c.2.& lib.8.c.7.in fi.

Mnesicles, Plinio lib.20.c.18.in fi.& alibi sæpe citatus.

Mnesidemus, Dioscoridi lib.4.c.59.aut vt alij secant 68.quo de papauere satiuo tractat.

Mnesitheus Atheniensis, cuius meminit Gal.lib.1.& 7. Methodi,& in Introductione, siue

Medico, si eius est, & alibi sæpe, præsertim in lib. 1. de Ratione curandi ad Glauconem, non multo post princ. vbi ita de eo loquitur, quod cum in omnibus aliis quæ ad artem pertinent non mediocriter eruditus esset, tum in exercenda arte, quantum via ac ratione licet, nulli peritia secundus. Meminit etiam Athenæus lib. 11. qui eum citat ex lib. de Eduliis: & Pausanias in Atticis, vbi illum medicina excelluisse dicit. Is, vt ferunt, nunquam inebriari permisit, sed paucis tantum diebus hilarescere. Citatur ex libro qui παθολογικὸν medicinæ inscribitur.

Mnestheus, siue Mnestus (vtrunque enim reperio) qui de Coronis scripsit. Nam & in his, vt alibi diximus, est aliqua valetudinis portio, ex Plinio lib. 21. c. 3. Hunc, aut alium eius nominis citat Gellius lib. 13. c. 30. eodémque vlt. & Plutarchus in lib. de causis Naturalibus c. 26.

Monus, Aëtio Quater. 2. Ser. 3. c. 42. & c. 110.

Morsinus Atheniensis inter poëtas, suprà nu. 234.

Moschion, aut vt alij vocant, Muschion, nisi alter sit, qui Græcè scripsit de mulierum affectibus: & à Galeno citatur in Medicamentis secundum genera, præsertim in Cosmetico, scilicet lib. 1. c. 1. & κατὰ τόπους lib. 1. c. item 1. & lib. 4. c. 7. vbi eum vocat familiarem: & lib. 7. c. 2. & Aëtio Quatern. 4. Ser. 3. c. 13. Fuitque illi cognomen Correctori, quod quædam Asclepiadis scripta corrigeret, vt dicit ipse Galenus lib. 4. de differentiis pulsuum. Hic quoque aut alius eiusdem nominis scripsit Græcè vnum de Raphano volumen, vt tradit Plinius lib. 19. c. 5. vide infrà Theodorus Muscienus.

Moschion alter, vt puto, memoratus Plutarcho Problematon Symposiacon decade 3. c. 10.

Moschus, nisi idem sit cum priore, Cornelio Celso citatus lib. 5. c. 18. atque etiam Galeno in Medicamentis κατὰ τόπους lib. 1. c. 1. & lib. 4. c. 8.

Mostases, Galeno in iisdem libris.

Moyses de quo suprà nu. 78.

Muliasus discipulus, Rasi lib. 9. Cont. c. 6.

Mundinus Bononiensis citatus Guidoni Gauliaco.

Mundinus alter Florentinus, cuius expositionem habemus in Canones vniuersales Mesue, & librum Anatomiæ.

Musa, vide Antonius Musa.

Museca Rasi lib. 1. Cont. c. 1.

Museia, siue Museya, nisi sit idem, citatus in eo lib. c. 6. & lib. 2. c. 1. non semel, & in Tacuinis Helluchasem.

Museric.

Musæus inter poëtas, nu. 156.

Mutagnachil Israëlita, Auicennæ lib. 5. tract. 3. citatus, vide suprà Israëlita simpliciter.

Myrnn, Cornelio Celso lib. 5. ad finem eius lib.

N

Nascarius.

Naucratitas, Galeno Phar. loc. lib. 4. c. 7.

Naumachius præceptor Philagrij, de quo postea.

Neapolitas, Galeno lib. 4. & 7. Medic. κατὰ γένη, & κατὰ τόπους lib. 4. c. 7. & lib. 7. c. 4. & Paulo Æginetæ lib. 3. c. 22.

Nearchus, Galeno κατὰ τόπους lib. 8. c. 7.

Nebros summus & optimus Græcorum Medicorum, vt scribit Thessalus Hippocratis filius in oratione quam in Senatu Atheniensi dixit, cum patriæ excidium deprecaretur, quæ posita est inter opera Hippocratis.

Nechepson rex, inter reges, nu. 120.

Neleus, Paulo Æginetæ lib. 3. c. 37. qui forte est Nileus de quo infrà.

Neocles Æliano memoratus lib. 8. Animalium, quo loco de rubeta rana loquitur.

Nero inter Imperatores, nu. 150.

Nicander Colophonius inter poëtas, suprà nu. 218.

Nicander simpliciter citatus Cælio Aureliano lib. Chronion 1. c. 4. Paulo Æginetæ, siue ille est, siue alius.

Nicephorus Blemmida, cuius sunt Canones de Vrinis.

Niceratus, qui de herbis scripsit, teste Dioscoride in præfatione, & Epiphanio Cyprio statim post initium lib. 1. aduersus hæreses. Citaturque Galeno in Medicamentis secundum locos lib. 3. c. 1. & lib. 7. c. 4. & c. 6. & alibi sæpe, & Cælio Aureliano lib. Chronion 2. c. 5. ex lib. de Catalepsi. Niceratus, quisquis est, memoratur Plinio in Nomenclatura autorum, lib. 32. c. 2.

Niceres, Galeno Medicamentorum secundum locos lib. 4. c. 7.

Nicias Pyrrhi regis Epirotarum medicus, de quo nos alibi diximus.

Nicias alter Nicopolita, apud Plutarchum Problematon Symposiacon 7. c. 1.

Nicodemus, Galeno lib. 9. Phar. loc. c. 7. Mesue in Antidotis non semel.

Nicolaus Alexandrinus, qui librum edidit de compositione Medicamentorum particularium Lati-

larium Latinitati donatum à Nicolao Rhegino, de quo infrà. Et hic forte est quem simpliciter Nicolaũ citant Gal. li.5. & lib.7. Medic. κατὰ γένη, & Paulus Aegineta li.4.c.37. & li.7.c.17.

Nicolaus Ancon temporis noster scriptor.

Nicolaus Ferrariensis.

Nicolaus Iudocus Venetus.

Nicolaus Leonicenus Vincentinus, cuius extant Commentarij in Galenum, & illius multorum operum translationes, & alia multa opera elegantissima & doctissima. Is primus post hominum memoriam docuit medicinam Latinè loqui.

Nicolaus Leonicus Thomæus, qui traducit librum Galeni cui titulus est, Documentum de puero epileptico.

Nicolaus Machelus Mutinensis, qui vertit commentarios Galeni in 1. librum Hippocratis de morbis vulgaribus.

Nicolaus Massa Venetus, cuius sunt libri de febre pestilentiali, pestichiis, & morbillis, de morbo Neapolitano.

Nicolaus Myrepsus, cuius sunt libri 24. medicinales Græci, secundum literas alphabeti.

Nicolaus Nicolus Florentinus Pogij familiaris, Philelphi contra inimicus, qui librum Sermonum in hac arte mira vbertate composuit, in quo vniuersalem medicinam in vnum veluti corpus congessit, quod apud Græcos Oribasius fecit. Illum grauissimæ autoritatis medicum vocat Leonicenus in libro de Serpentibus.

Nicolaus Poll, Cæsaris medicus, cuius est liber de cura morbi Gallici.

Nicolaus Præpositus, cuius est Dispensarium ad aromaticos.

Nicolaus Quintus papa, de quo suprà, nu.155.

Nicolaus de Regio, siue Regino Calaber, qui primum maximam operum Galeni partem in Latinum traduxit non admodum eleganter, vt eius tempora ferebant, sed fideliter tamen, & alia quædam.

Nicolaus Salernitanus, cuius sunt duo Antidotaria, vnum maius, alterum minus, imprimis commendata, & quorum minore passim vtuntur pharmacopolæ.

Nicolaus Salycetus, cuius in chirurgia librum habemus.

Nicolaus, an tille Micepsus, aut alius, & is quidem superior cæteris omnibus, vtpote quem citat Rasis lib. Cont. 11. c. 4.

Nicomachus Stagirites Machaonis filius, de quo suprà nu.30.

Nicomachi alij duo medici à Suida recensiti, alter pater Aristotelis, alter filius, qui inter cætera sua opera scripsit Commentarios in Physicam patris, & 8. Ethicorum libros ad Eudemum, qui & tempore Ciceronis extabant, vt ipse dicit. Nicomachum autem, quisquis is fuit, citat Galenus Medicamentorum secundum genera lib.5.

Nicomedes citatus Galeno lib. de compositione Medic. κατὰ τόπους x. c. item 2.

Nicon, cuius librum περὶ πολυφαγίας, id est, de edacitate memorat Cicero ad Trebatium li. epistol.7. epistola 21. incip. Amabilior. Hunc, aut alium eius nominis citat Cornelius Celsus lib.5.c.18. quanquam nonnulli ibi Micon legunt.

Nicoon, siue ille, siue alius antiquissimus medicinæ author ab interprete Nicandri in Theriacis citatus.

Nicostratus, Galeno lib.8. Phar. loc. c.2. & lib.9.c.4. & lib.7. Generalium, c.5. & 6. & lib.2. Antidotorum: & Aëtio citatus, qui Anticyræ meretrici hellebori vim magnam moriẽs dicitur reliquisse, apud Aristophanem in libro de meretricibus.

Niger, vide Petronius Niger, & Sextius Niger. Nigrum autem simpliciter citat Galenus lib.6. Simplicium c.3. & lib. Antidotorum j. Aurelianus lib. Oxeon 3.c.16. vbi illum vocat amicum Tullij Bassi, & Galenus lib. Simplicium 6. in præfatione.

Nileus, Cornelio Celso, Galeno, Paulo, & Aëtio citatus, vide Neleus.

Nilus etiam Galeno, Paulo, lib.7.c.18. & Aëtio sæpe citatus, nisi idem sit cum præcedente.

Numenius, Celso lib.5. citatus c.18. & c.21. Huiúsque librum Theriacum citant Scholia in Nicandrum. Hunc Dieuchis discipulum fuisse scribit Athenæus li.1. Dipnosophistarum, vt in Dieuche diximus.

Numisianus, aut vt alij vocant, Nomisianus Corinthius, vnus ex præceptoribus Galeni, vt ipse Gal. dicit post prin. ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων, id est, Anatomicarum administrationum. Et de eo quoque loquitur in Commentatiis Hippocratis de Natura hominis. vbi & illum Heracleanum vocat, dicitque etiam Pelopem alium ex suis præceptoribus fuisse discipulum illius. Et eius item meminit lib.5. Aphorismorum Hippocratis.

Numius Aëtio citatus Ser.13.c.20.

Nymphodorus, aut vt alij vocãt, Nymphodotus, Cornelio li.8.c.20. Plin. li.33.34. & 35. Gal. li.6. med. secũdũ genera. Aëtio Tetra.3. Ser.1.c.45. & 49. & Paulo Aeginetæ lib.7.c.12. citatus.

O

Obes, Rasi lib.8. Cont. c.1. & lib.9.c.4. ex Antidotario.

Octauius Horatianus discipulus Vindiciani, de quo inter poëtas diximus, cuius extant lib.4.rerum Medicarum, in quorum postremo post prin. meminit illius sui præceptoris. Hos tamen lib. non huius esse, sed Theodori Prisciani tradit Gregorius Gyraldus historiæ poëtarum dial.7. quo de Menandro disserit. Quisquis autem is est, se citat ex libro Phænomeno in 2.parte lib.2. c.7.

Ocyroe, infrà inter fœminas nu. 315.

Odus de Odis Patauinus, cuius sunt libri de cœnæ & prandij portione.

Oenone inter fœminas, infrà nu.315.

Olympiacus, siue Olympicus Milesius, quem Galenus in Introductione, siue Medico ponit inter methodicos.

Olympiades Thebanus Plinio citatus lib. 20.c.21.& Gal. lib. 4. de Differentiis pulsuum.

Olympias Thebana inter fœminas, nu.329.

Olympicus, siue ille Olimpiacus siue alius, quem nugacē appellat Gal.li.1. Therapeutices.

Olympionicus, Galeno in Medicamentis secundum locos lib.4.c. 7. & Aëtio citatus Tetrabili 2.Ser.3. c.102.

Olympius, Galeno Phar. loc.9.c.3.

Olympius collega Octauij Horatiani, vt ipse Horatianus dicit in præfatione lib. 1. rerum medicarum.

Olympus Sophista Aëtio Quater. 3.Ser.3.c.29.

Olympus medicus Cleopatræ familiaris, apud Plutarchum in Antonio, siue ille, siue alius. Alterum autem horum, aut alium citat simpliciter Gal.in Medicamentis secundū locos.

Omeis Bentamiæ, qui & Omas Bentamin citatur Arabibus.

Onan, siue Onen, Rasi lib.3.Cont.c.3.non semel, vbi citatur ex lib.de Electionibus.

Onasim, Serapioni Simplicium c.136.

Onesidemus, Galeno in Medicamentis secundum locos lib.10.c.1. non semel.

Onetrus, siue Oneter ibi.lib.7.ad fin.

Ophilius, Plinio lib.28.c.4.

Ophionicus Conecliclax citatus à nonnullis ex libris Herbarum. Sed Galenus in præfatione lib.6. Simplicium Medicamentorum ad fi. putat esse nomen suppositiium.

Opion Plinio citatus lib.20.c.5.& c. 22. Alij Ophionem legunt.

Orestinus, Galeno in libris Medicamentorum secundum locos lib.1.c.1.

Oribasius Sardianus, Iuliani Imperatoris Archiater, qui 72. libros Medicinæ, ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἰατρικαῖς, ad Iulianum ipsum, eorúmque Epitomen in li. 9. ad Eustachium filium composuit. In tanto autem honore apud eundem Iulianum fuit, vt ab eo κοιαίστωρ Quæstor Constantinopolitanus factus sit, testibus Suida & Eunapio in lib. Sophistarum: qui & eum dicit inuidia succedentium Imperatorum rebus suis spoliatum in exilium ad Barbaros missum, vbi tamen animo semper philosophico instructus fuit, tantáque apud eos gratia & opinione fuit, vt quasi pro Deo haberetur, placatísque tandem principibus rediit, & bona recuperauit. Huius quoque nomine circumferuntur Commentarij in Aphorismos Hippocratis, quos vix illius esse crediderim. De eo est Epigramma in lib. 4. Epig. Græcorum huiusmodi,

Ἰητὴρ μέγας οὗτος ἰουλιανοῦ βασιλῆος
  ἄξιος εὐσεβίης θεῖος ὀρειβάσιος.
Εἶχε γὰρ οἷα μέλισσα σοφὸν νόον, ἄλλοθεν ἄλλα
  ἰητρῶν προτέρων ἄνθεα δρεψάμενος.   Quod sic vertit Lodoicus Iausserandus,

Iuliani regis medicus celeberrimus hic est
  Diuus Oribasius dignus honore coli:
Prouidus instar apis, veterum monumenta pererrans
  Ex variis vnum nobile scripsit opus.

Origenes, siue Origenias, Galeno in lib. Medic. secundum locos 7.c.2.& 4. & lib. 8.c.3.

Orion Ctenestus, eidem κατὰ γένη lib.7.

Ornocas.

Orpheus inter poëtas, suprà nu.156.

Orpheus, alter cognomento Theologus, qui de Medicamentis compositis scripsit, apud Galenum in lib.1. Antidotorum.

Orphitus, apud eundem lib. 7. Medicamentorum κατὰ γένη, de quo & nos diximus in repet. l. si vnquam, in superscriptione eius legis. Orpheum autem citat ex Stratone Alexander Trallianus lib. 1.c.15.

Ortho Siculus, Galeno lib.1. Phar. κατὰ τόπους, c.1.

Orus rex Aegypti inter inuentores medicinæ, nu.3.

Orus Mendesius, apud Galenum in lib.1. Antidotorum.

Osiris rex Aegypti inter inuentores medicinæ, nu.17.

Osthanes, Dioscoridi lib.4.c.32 quo de Siderite tractat, & Alexandro Trelliano lib.1.c.15.

Otho

Otho Brunfelsius Maguntinus,cuius est Onomasticon medicinæ,& Catalogus, Theses siue loci communes totius medicinæ,Herbarum tomi tres,& alia pleraque opera.

P

Paccius,siue Pacius,siue Pacchius Antiochus Ophthalmicus,Galeno secundum genera li. 7.& κατὰ τόπους lib.4.c.7.& li.9.c.4.vbi citatur ex Collectaneis Scribonio Largo lib.Compositionum Medicamentorũ c.97.& c.166.Aëtio Quaternı.2.Ser.3.c.109.& Marcello Burdegalensi,c.20.post prin.vbi illum dicit decessisse paulò ante Tiberium Cæsarem,& c. 25.

Pæon Deorum medicus,apud Homerum lib.4.Odysseæ,& libr.5.Iliados in duobus locis aliis,quos tibi citabimus infrà.nu.376.proindéque.

Pagasius.apud Procopium de bello Vandalorum.

Paladius quisquis est,citatus Rasi lib.4.Continentis c.1.

Palamedes inter reges,suprà nu.110.

Pallas inter fœminas,infrà nu.321.

Pamphilus qui de herbis scripsit, vt tradit Epiphanius libro aduersus hæreses 1. statim post initium.Eúmque citat Aëtius,& Galenus lib.5.Medicamentorum secundum locos c. 7. vbi illum artem medicam exercuisse Romæ suo tempore dicit:& li.6.Simplicium in præfatione, vbi eum dicit de herbis ex Alphabeti ordine scripsisse,nec tamen earum vires expertum,cæteris qui ante se scripserant fidem habuisse. Sed & eum, aut alium eius nominis citat Constantinus Cæsar, aut quisquis is fuit.

Pamphilus episcopus,quisquis is est,Aëtio Tetrab.4.Ser.4.c.122.

Pamphilus Pharmacopola,id est,μυροπώλης,eo titulo citatus Galeno libr. 7. secundum locos c.3.& Aëtio Tetrab.2.Ser.4.c.16.

Panacea inter fœminas, infrà nu.316.

Pancius Lucensis.

Pantaleon Nicomedensis,de quo inter diuos suprà nu.86.

Pantaleon Vercelleũs,cuius sunt libri pilularum & lacticiniorum.

Panthemus Celso citatus lib.5.c.18.

Papias Laodiceũs Autolyci medicus,Gal.lib.Medicamentorum secundum locos 4. c. 8.

Parthenius,cuius est dialogus de humani corporis sectione.

Pasicrates,Galeno Medicamentorum secundum locos lib.8 c. item 8.

Pasion,siue Passion(nam vtrunque legitur,sed frequentiùs Passion) Galeno,Paulo Aeginetæ,lib.7.c.12.& Aëtio.

Pasithemis in testamento Lyconis Troadensis laudatus apud Laërtium.

Patriarcha,qui transtulit quosdam libros Galeni in Arabicam linguam, vt dicit Rabbi Moyses Aphorismorum lib.24.in pluribus locis.

Patroclus inter reges,suprà nu. 110.

Paulinus Scytopolites,memoratus Porphyrio in vita Plotini Platonici.

Paulinus alter citatus Galeno Medicamentorum secundum locos li. 8.c. item 8. vide num sit Gaulerius Paulinus, de quo suprà.

Paulus Aegineta,qui amplissima scilicet 70.volumina Oribasij in compendiũ quoddam coëgit,vt ipse testatur.

Paulus Alagenitus,Serapioni tract.7.c.9.nisi sit Paulus Aegineta, cuius nomen sit corruptum apud Serapionem.

Paulus Apostolus,de quo inter Diuos suprà nu. 83.

Paulus Bagellardus,cuius est liber de ægritudinibus infantium.

Paulus Iouius,qui de piscibus Romanis scripsit, quémque inter medicos celebres posuit Manardus epistola 3.lib.9.

Pausanias Anchyti filius,de quo est Empedoclis epigramma,apud Laërtium,

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον, Ἀγχίτου υἱὸν
φῶτ᾽ Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα,
Ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
φῶτας ἀπέστρεψεν Περσεφόνης ἀδύτων. Quod paucis immutatis reponitur in lib. 3. Epigrammaton Græcorum,vbi ἄδηλον inscribitur,veluti incerti authoris.

Pausaniam illum,siue alterum,& ipsum medicum memorat Plutarchus in vita Alexandri,& Galenus lib.1.Therapeuticæ.

Paxanius,quem ex auctore Collectaneorum Geoponicorum lib. 12.c. 32. & alibi sæpe virium herbarum fuisse peritum cognoscimus.

Paxatas.

Peleus inter reges suprà nu.104.

Pelops Gal. præceptor,vt idem Gal.dicit in Comment.2.li.1.Prorrethici Hippoc.& in lib. Locorum affectorum,& alibi sæpe.Hic scripsit Cõmentarios in Aphoris.Hippocr. ex quibus sæpe ab ipso Gal.citatur.Hunc quoque citat Plin.lib.32.c.5.& Paulus Aegineta lib.3.c.20.

Periander inter poëtas, suprà nu.231.
Perigarius, Galeno lib.2. Antidotorum.
Perigenes, Galeno Medicamentorum secundùm locos lib.7.c.2.& 3.
Perinus, Galeno κατὰ τόπους lib.7.c.2.
Petosiris inter reges, suprà nu.121.
Petreius inter poëtas, suprà nu.221.
Petrichus quem ex Orphiacis citat Nicandri Interpres in Theriacis.
Petridius Plinio lib.20.c.13.
Petronas memoratus Erasistrato lib.1.de Febribus, & Galeno in Commentariis Hippocratis de victus ratione in morbis acutis lib. 1.
Petronius Arbiter inter poëtas, suprà nu. 228.
Petronius Areta, Galeno Medicamentorum κατὰ γένη lib.5.
Petronius Diodotus de quo suprà, Diodotus.
Petronius Musa, Galeno lib.2. Medicamentorum κατὰ γένη.
Petronius Niger, qui de herbis scripsit, vt dicit Dioscorides in præfatione, & Epiphanius Cyprius in prin. lib.1. Hereseôn.
Petron, siue Petro citatus Gal. lib.3. Medicamentorum κατὰ γένη, & Cornelio Celso libr.3. c.9. vbi dicit illum vnica ad omnes febres medicina vti solitum, quam inibi declarat.
Petrus Andreas Mattheolus Senensis, cuius est liber de morbi Gallici curandi ratione.
Petrus Aponensis, qui maximam sibi gloriam ex suo Conciliatore cōparauit, quo decreta veterū Medicorū quæ inuicē pugnare videbātur, cōnectit atq; cōciliat, ex quo ei libro nomē & tit. Cōciliatoris datus. Hic & Commentarios in Aristot. Problemata, & alia multa ædidit.
Petrus Archiatros Aëtio citatus Tetrabibli 2.Ser.3. c. 110.
Petrus Argelata, siue Largelata, siue etiam De la Cerlata Bononiensis, cuius Chirurgiam commendatam habemus.
Petrus Barotius.
Petrus Bayrus, cuius est liber de pestilentia.
Petrus Brissotus, cuius doctus imprimis est liber de venæ sectione in pleuritide, qui primus Gallorum recentiorum docuit venam esse aperiendam à parte affecta.
Petrus Catarins Lafrancus.
Petrus Crescentinus Bononiensis, qui, vt ipse dicit in præfatione eius magni operis quod de Plantarum & animalium virtutibus scripsit, totum tempus adolescentiæ in medicina & scientia naturali consumpsit.
Petrus Frācīscus Paulus Florētinus, cuius est tractatus de venæ incisione aduersus Auicē.
Petrus Hispanus, cuius est Thesaurus pauperum, Canones medicinæ, & alia quædam.
Petrus Largelata, vide suprà, Petrus Argelata.
Petrus Leo, qui cùm ad Laurentium Medicen curandum accersitus fuisset, nec satis fœliciter cessissent medicamina ab eo exhibita, Melancholiā correptus sese in puteū præcipitauit.
Petrus Pinter Valentinus, cuius est liber de Epidemia.
Petrus rosarus, qui de phlebotomia in pleuritide scripsit.
Petrus Toletus Gallus, qui scripsit vniuersalem morbi articularis præcautionem, & curationem, & alia.
Petrus Tusignanus, cuius sunt Cōsilia cōtra Epidemiā, & libellus de Regimine sanitatis.
Petrus de Vbaldis, pater ille trium in iure ciuili Coryphæorum, Bal. Ang. & Petri, medicus professione quidem ille, sed qui nulla eius artis monumenta, quod sciam, reliquit. Verùm qui tantos talesque filios genuit, certè meruit ne eius nomen taceretur.
Phædrus, Galeno lib. Medicamentorum κατὰ τόπους 4.c.7.
Phænias, Galeno li.4. de Differentiis pulsuum.
Phaon Deorum medicus, aliis Paon vocatus, de quo infrà nu.376.
Phanias physicus, nisi idem sit eum Phænia, de quo suprà Plinio lib. 22. c.13.
Phanias, nisi etiam sit vnus ex illis, simpliciter citatus Plinio ex eo libro in quo scripsit de vrticæ laudibus, vide ibi an sit idem.
Phanius, nisi quoque ille sit, Galeno Medicamentorum κατὰ γένη lib.5.
Phaon, cuius meminit Galenus li.1. de Alimentorum facultatibus, & in Commentariis li. 1. Hippocratis de ratione victus in morbis acutis, in 18. sectione, vbi putat huius esse librū, qui dicitur esse Hippocratis, de ratione victus salubris, aut alterius Hippocrate antiquioris.
Pharastarus, vel Pharastus, nisi duo sint, Galeno lib. 6. Simplicium.
Pharnaces Herbarius, Galeno lib. Medicamentorum κατὰ τόπους 8.c.7.
Phaustinus, vide Faustinus.
Pherecides ad quem scribit Hippocrates, cuius nonnulli dicunt esse librū de victu salubri, qui inter lib. ipsius Hippocratis est, vt dicit Gal. in Comment. Aphor. Hippo. lib.6.c.1.
Phessonteus.

Phestas,

Phestas, cuius etiam nonnulli esse dicunt eum librum de victu salubri, vt etiam dicit Galenus in loco nuper citato.

Phidippus regis Deiotari medicus, apud Tullium in oratione pro ipso Deiotaro.

Philagrius Lycius Macrensis, vt Eugenatori placet, aut vt ipse scribit in epistola ad Philemonem, Epirota, Naumachij discipulus, Galeno posterior, qui medicinā Thessalonicæ exercuit, & libros medicinales aliquot monobibla 70. & alios non paucos, & Commentarium in Hippocratem scripsit. Hæc Suidas. Illū autem sæpe, & ex alijs operibus citant Aëtius Tetrab. 1. Ser. 3. sæpe, & Tetra. 2. Ser. 1. c. 90. & c. 110. & Ser. 3. c. 105. & alibi sæpe: Paulus Aegineta lib. 7. c. 6. & Alexander Trallianus lib. 8. c. 10. in prin. & Auicenna Antidotorum c. 2. & Mesue in ægritudinibus neruorum.

Philaretus, cuius extat liber de Pulsibus, citatúrq; ex libro triam tractatuum Rasi libr. 3. Continentis c. 9. & alijs.

Philertus qui scripsit de Pulsibus.

Philes inter poëtas, suprà nu. 241.

Philibertus Saracenus, cuius sunt non indoctæ Annotationes in versionem Latinam Galeni de Simplicium Pharmacorum facultatibus.

Philinus Coüs, de quo suprà in successione Medicorum, nu. 55.

Plinius simpliciter citatus Galeno, tam in Medicamentis κατὰ γένη libro quinto, quàm κατὰ τόπους lib. 4. c. 6. & lib. 7. c. 6. siue ille sit, siue alius.

Philippus Acarnanes Alexandri Magni medicus, tantæ apud illum authoritatis & fidei, vt intrepidè, nulla priùs ab eo inquisitione facta, acceperit hauseritq; potionē, quam Parmenio illi scripserat Philippum à Dario corruptū in eius necem præparasse, testes sunt Q. Curtius, Plutarchus, Arrianus in vita illius, Valerius lib. 3. c. vlt. in fin. Et huius quoque meminit Diodorus Siculus li. 17. Iustinus lib. 11. & Ioannes Monachus.

Philippus Epirotes, apud Celsum lib. 3. c. 21.

Philippus Flessellius medicus Parisiensis, vir humanitate ea præditus, vt in gratiam eorū, qui chirurgiam amplectuntur Introductionem in eam artem conscripserit, ex quo Cómentario æstimare licet, eum non modò scriptis artem illustrare, sed ægris magno medendi vsu iam comparata magna auxilia afferre posse.

Philippus de Lignamine, vide Ioannes Philippus.

Philippus Macedo, quisquis is fuit, apud Galen. lib. 2. Antidotorum.

Philippus de Soldeuilla Cathalanus, qui scripsit in Artem paruam Galeni.

Philippus Sophista, qui immortalitatem promittebat, conseruando iis qui sibi parerent, humidum corporis temperamentum, vt retulit Galenus lib. 6. de Sanitate tuenda, & Aëtius Tetr. 1. Ser. 4. c. 96. De quo & nos dicemus infrà nu. 464. sed & medici.

Philippus Vlscadius Norbergensis, cuius liber est, Cælum philosophorum, siue de secretis naturæ, & alius de Epidemia.

Philippus, quem inter iuniores reponit Gal. lib. 2. de Diffe. febrium c. 6. quisquis ille fuit.

Philippum quoque simpliciter, siue vnum ex illis, siue aliū citant ipse Gal. li. 7. & 10. Therapeuticæ, & lib. 2. Medic. κατὰ γένη, & li. 4. c. 6. κατὰ τόπους, quo ex loco satis cum in Cæsaria vixisse constat. & iterū li. 7. c. 5. & alibi, Aëtius Tetrab. 3. Ser. 1. c. 49. & Paulus Aegineta. & Aurelianus lib. Oxeôn 2. c. 10. idem Paulus Aegineta lib. 1. c. 12. & li. 3. c. 42. & li. 7. c. 12. non semel.

Philistion Siculus, aut vt Plutarchus li. Symposiacorum, & Gellius libr. 17. c. 11. malunt, Locrus, præceptor in arte medica Eudoxi Gnidij, vt dicit Diogenes Laërtius. Is, vt scribit Plutarchus in Symposiacis decade 7. c. primo, author fuit eius opinionis, vt potus laberetur in pulmonem. Adeúmque scribit Hippocrates. Nec desunt qui & huius esse dicunt librum de victu salubri, quem vulgus ascribit ipsi Hippocrati, vt dicit Gal. in Aphorismis Hippocratis li. 6. c. 1. Huncque inter vetustos medicos reponit ipse Galenus in Commentariis de ratione victus in morbis acutis, & lib. 1. Methodi. Húncque, siue alium eius nominis citat Plinius lib. 20. c. 9. & c. 11. & alibi sæpe.

Philistionis frater, Cælio Aureliano Chroniôn lib. 5. c. 1. ex lib. 22. de Adiutoriis.

Philo, siue Philon Tarsensis, inter poëtas, nu. 126.

Philo ille, siue alius simpliciter citatus Cornelio Celso lib. 6. c. item 6. Galeno li. 1. Methodi, & Phar. localium li. 8. c. 3. Aëtio Tetrab. 2. Ser. 4. c. 28. & alibi, Paulo Aeginetæ lib. 3. c. 23. & 45. & lib. 7. c. 11. Tralliano, & Auicennæ. Hic medicamenta quæpiam exquisitissima composuit, quæ Deorum manus vocabat, authore Plutarcho.

Philonis alterius, vt opinor, meminit Plutarchus Symposiacôn decade 4. proble. 1. & decade 5. proble. 2.

Philocalus, Galeni lib. Medicamentorum secundum locos 10. c. 2.

Philocleus, ipsi Galeno lib. Medicamentorum κατὰ γένη 7.

Philocrates, apud Celsum lib. 5. c. 19. & c. 26.

Philomenus, siue Philuminus, siue philumenus citatus Oribasio, & Aëtio Tetrabibl. 1. Ser. 4. c. 51.

4.c.51.& Tetrab.2.Ser.1.c.78.& 119.& 120.& 123.& sæpe,& Ser.2.c.119.& Ser.4.c.45.& Tetra. 3.Ser.3.c.20.& Tralliano lib.8.c.5.in prin.& c.8.Nisi ij sint diuersi,quod minime puto.

Philomeum quoque citat Rasis lib.Conti.5.c.1. qui fortè idem est.

Philonides Siculus ab Ethna,qui priuatim de albo veratro scripsit, vt prodit Dioscorides lib.4.c.141.aut vt alij secant.151.& eum etiam citat Galenus lib.4.de Differentiis pulsuum.& lib.7.Medicamentorum κατὰ γένη.

Philonides Catiniensis præceptor Paccij Antiocheni,de quo suprà,citatus Scribonio Largo lib.Compositionum Medicamentorum c.97.& Marcello Burdegalensi c. 20.post prin. qui & alibi videlicet c.29.citat simpliciter Philonidem siue vnum ex his,siue alium.

Philonij duo alter Persa,alter Tarsensis,celebrati Galeno & cæteris. Nam quòd duo fuerint hinc ostenditur,quòd Tarsus non in Perside est, sed in Cilicia.

Philoponus,Paulo Aeginetæ.

Philoripus.

Philosophus,quisquis is fuit, medicus, quem ita simpliciter citat Aëtius Quaternionis 2. Ser.4.c.40.& Quar.3.Ser.2.c.4.& Quater.4.Ser.2.c.32.& 55. & alibi.

Philotas inter poëtas,suprà nu.127.

Philotas Amphissius,siue ille, siue alius Plutarcho in Antonio memoratus.

Philotas simpliciter citatus Cornelio Celso lib.5.c.19.siue item ille,siue alius.

Philotheus,cuius extant Commentarij Græci,in Aphorismos Hippocratis.

Philotimus,Cornelio Celso li.8.c. 20.vbi illum reponit inter claros medicinæ authores: Galeno in li.4.περὶ ὑγιεινῶν,& li.2.Commentariorum Hippocratis de natura hominis,& alibi sæpe:& Aureliano li.Chroniôn 1.c.4.& Aëtio Tetr.2.Ser.2.c.9.& Tetr.3.Ser.3.c.12.& Plutarcho in lib.de Discrimine adulatoris, & amici, & in libr.de Auditoris officio citatus. Is fuit Praxagoræ discipulus teste eodem Galeno li.1.Alimentorum c.8.& lib.1.Methodi, & Erasistrati contemporaneus,vt scribit idem Galenus lib.6.Aphorismorum c.1.citatúrque etiam in libro de Melãcholia,qui Hippocratis dicitur,sed non ipsius est, vel ex hac vna ratione,quòd Hippocrates longo tempore præcessit Philotimum,& Erasistratum eius contemporaneum, atque Themisonem,qui in eodem libro citatur.Huius autem,aut alterius eius nominis Opsartyticum,& librum de Alimento citat Athenæus.

Philoxenus,quo authore medicina in Aegypto increuit,pluribúsque voluminibus eam diligentissimè comprehendit,vt dicit Celsus lib.7.in prin.

Philoxenus Chirurgus,Gal.citatus lib.Medicamentorum κατὰ τόπους.3.c.3.& lib.4.c.6.& 7.

Philoxenus Grammaticus,siue ille fuit,siue alius,citatus Gal.lib.7.Medicam.κατὰ γένη.

Philoxenus,aut vnus ex illis,aut alius simpliciter citatus eidem Galeno κατὰ τόπους lib.4. c.7.Aëtio,& Paulo Aeginetæ lib.7.c.11. vide Claudius.

Philumenus, vide suprà Philomenus.

Philosophianus.Octauio Horatiano,aut vt alij malunt,Theodoro Prisciano,lib.4.ad Eusebium filium de Physica scientia.

Phlabius Clemens,Galeno lib.7.Medicamentorum κατὰ γένη.Ita vertunt interpretes, Ego Flauius vertissem.

Phocus ille Ornytionis filius,à quo Phocenses dicti, qui Antiopen furore correptam medicamentis sanauit,& vxorem duxit,vt scribit Pausanias lib.9.quo Bœoticam describit.

Phœbus,Marcello Burdegalensi ex Basso citatus,Medicamentorum c.29.

Philarus,Rasi lib.1.Conti.c.1.

Phulamus Ioanni Serapioni citatus.

Phylinus:Plinio lib.20.& alibi sæpe,& Paulo Aeginetæ,& Galeno κατὰ γένη. lib.5.

Pironius Cassius,vide num sit vnus ex illis Cassiis,de quibus suprà.

Piscator,quisquis est,citatus Aëtio Tetra.3.Ser.4.c.41.& Tetrab.4.Ser.2.c.53.& Ser.4.c.12.

Piso, quem ex libro de Animalibus citat Aëtius Tetrab.4.Ser.1.c.86.

Platearius,vide Ioannes Platearius.

Plato inter philosophos,suprà nu.246.

Plato alius Gal.citatus Pharma.localium 7.c.2.non semel.& Rasi lib.10.Continentis ca.1.

Plató Tiburtinus,qui Almansoris Iudicia vertit,atqueetiã Aeneũ de Pulsibus & Vrinis.

Plinius ille Veronensis,de quo suprà, nu. 66.

Plinius Valerianus,de quo etiam ibi.Nã & vtrunque Pliniũ citat Marcellus Burdegalẽsis.

Plistonicus,siue Plestonicus, siue item Plistonicos Praxagoræ discipulus sæpius Plinio, atq; Galeno lib.2.Commentariorum de natura hominis, & lib.1.Methodi memoratus,itemque Athenæo,& Garioponto in lib.de Febribus, c.7.

Plutarchus Cheroneüs inter philosophos suprà.nu.261.

Podalirius inter inuentores medicinæ,suprà nu.28.& 29.

Podanithas,Galeno lib.medicamentorum secundùm locos 7.ad fi.

Polesinter philosophos,suprà nu.265.

Protatebus

Protarchos, Celso lib.5.c.18. non semel, & lib. 8.c.20.
Protas Peleusiotes, Galeno Medicamentorum localium lib 10.c.1.
Proxenus, Galeno eiusdem operis lib.7.c.2.
Prusias. vide Cienus.
Prytanis, siue Prytanides, Galeno Pharmacorum secundùm locos lib.3.c.1.& libr.7.c.3.
Ptolemæus Chirurgus, Cornelio Celso, lib.6.c.7.
Ptolemæus Cytherius, inter poëtas, suprà nu. 216.
Ptolemæus Euergetes Aegypti rex, inter reges, suprà nu.129.
Ptolemæos simpliciter, siue alius, siue ex illis vnos, Galeno libr.5. Medicamentorũ κατὰ γένη, & Aureliano lib. 3. Chroniôn, c.8. vbi illum dicit Erasistrati sectatorem, & Aëtio Quaternione 2. Ser.3.c.110.
Ptolemæus, quem familiarem vocat Gal.li. 4. Pharma. κατὰ τόπους, c.7. nō semel, & li.7. c.5.
Publius Cathegetes, Galeno Medicamentorum κατὰ γένη, lib. 5.
Publius simpliciter, siue ille, siue alius eidem Gale. ibi, & etiam κατὰ τόπους 9.c.4. & Marcello Medicamentorum c. 29.
Pyction, Plinio lib.29.c. vlt.
Pyramus, Galeno κατὰ τόπους lib.4.c.7.
Pyro, cuius nugas deridet Galenus lib.2. de Temperamentis.
Pythagoras, inter philosophos, suprà nu.244.
Pythagoras alter à philosopho, cuius meminit Diogenes Laërtius in vita ipsius philosophi, quem de Hernia scripsisse tradit.
Pythius, vel Pythion, Gal. Pharmac. secundum locos, lib.5.c.9.& secundum genera, lib.3.
Pythocles memoratus Hippocrati lib.7. Epidemiôn.

Q

Quadratus, Galeno Medicamentorum κατὰ γένη, lib.7.
Quintus Stertinius, de quo in successione medicorum, nu. 62.
Quintus præceptor Galeni, eidem sæpe memoratus.
Quiricus de Augustis Thertonensis, qui scripsit Lumen Apothecariorum.

R

Rabbi Moyses, cuius extant Aphorismi medicinales. cui hunc titulum præfixit, Moyses filius serui Dei, Israëliticus Cordubensis. Suntque & alia eiusdem opera.
Rabirius, Plinio lib.28.c.7.
Rasis apud Arabes celeberrimus, vide Albubeter.
Raymundus Lulius vir certè reconditæ doctrinæ & eruditionis, qui præter alia multa, quæ in medicina scripsit, ædidit librum cui titulus est, Ars breuis: alterum quem Artem generalem vocauit, vtramque adeò difficilem, vt pauci queant intelligere: verum si semel intelligas omnia pollicentem.
Reheubatus, Serapioni Antidotorum c. 18.
Remaclus Fuseh Lymburgus, cuius est Methodus curandi morbi Gallici, & Historia aquarũ, & tractatus Conditorum, & specierum aromaticarum, & Nomenclatura plantarũ.
Rheginius Galeno memoratus lib. 1. Methodi.
Rhipalus, Galeno lib.7. Pharma. localium c.4.
Riphinus Nicaensis inter Dipnosophistas. Athenæo.
Ricbardus Anglicus, cuius sunt libri de Phlebotomia, de vrinis, de anatomia, de signis prognosticis, de febribus.
Rhamnius Fannius, siue Flauius, inter poëtas, suprà nu.232.
Roffus, Rasi lib.6. Continentis c.1. nisi Ruffus sit legendum, quod facilè crediderim, cùm nullo alio loco meminerim me Roffum legisse.
Roffinus, apud eundem c.3. eiusdem lib. nisi etiam Ruffinos sit legendum.
Rogerius Parmēsis, cuius est lib. de Phlebotomia venarũ omniũ, & Practica medicinalis.
Rolandus Capellutus Chrysopolitanus Parmensis, cuius est tractatus de curatione pestiferorum apostematum, & libri quatuor de Chirurgia.
Romanus Medicus, Leoniceni discipulus, cuius extat liber, cui titulum fecit Antisophista quo de tribus docendi ordinibus Galeni eleganter differit.
Ruffinus, cui' meminit Nicolaös Antidotarius, & Rasis li.4. Cōtinētis c.1. vide Roffinus.
Rufinus Nicaēnsis vnus è Dipnosophistis, quorũ colloquia sunt ab Athenæo descripta.
Ruffus Hierax Thebanus, apud Galenum lib.5. Pharmacorum κατὰ γένη.
Rufus Ephesius inter poëtas, suprà nu.223.
Rupilius, apud Ciceronem in oratione pro Aulo Cluentio Habito.
Rusticus Galeno citatus in lib.9. Pharmacorum κατὰ τόπους c. 6.
Rusticus alter Placentinus Notericus.
Rutilius Oribasio citatus.

Sabinus

S

Sabinus qui in libros Epidemion Hippocratis scripsit, teste Galeno in Commentariis librorum Prorrhetici ipsius Hippocratis. Fuitque præceptor Stratonici præceptoris Galeni, vt dicit idem Gal. in lib. de Atra bile. eúmque sæpissime citat ipse Galenus, & Gellius lib. 3. c. 16. Et nos quoque eiusdem meminimus in repet. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, nu. 168. & ego sane. Et interim vide supra Aretæus Sabinus, & Pompeius Sabinus.

Sabon, Rasi lib. 3. Cont. c. 3.

Sabor rex inter reges, suprà nu. 136.

Sabor filius Sehel Auicennæ memoratus lib. 5. quo de Medicamentis compositis loquitur.

Sabud rex inter reges, suprà nu. 134.

Sabur, Rasi lib. 2. Cont. c. 4. & lib. 6. c. 1. & lib. 7. c. 4. vbi eum citat ex libro de Antidotario, & alibi sæpe.

Sacrificulus, id est, ἱερεὺς quisquis est, Galeno lib. Phar. loc. 7. c. 3.

Sadhsar, Rasi Cont. 11. c. 1.

Sahar, siue Saharus Rasi lib. 3. Cont. c. 2. non semel.

Saher, Rasi lib. 3. Cont. c. 6. & lib. 6. c. 1. nisi sit ille, aut Seher de quo infrà.

Saladinus Esculanus, cuius est Compendium aromatariorum.

Salamine, Serapioni Simplicium c. 136. & 364.

Salemnia, eidem Serapioni eiusdem operis c. 427.

Salycetus, cuius Chirurgiam habemus.

Salimachus, Aureliano lib. Oxeon 3. c. 17.

Salomon, siue Solomon rex, inter reges, suprà nu. 113.

Salomon Eben, id est, filius, vt alibi diximus, Hahasen, siue Hasen. vtrunque enim reperio, apud Serapionem Simplicium c. 79. & c. 260.

Salomon simpliciter citatus Rasi, lib. 2. Cont. ad fin. siue vnus ex illis, siue alius.

Salmuie Serapioni Simplicium c. 178. in fi.

Salpe inter fœminas infrà nu. 329.

Salustius Dionysius, Plinio lib. 32. c. 7.

Salustius Mopseates qui sub Tiberio Cæsare scripsit in re medica, autore Suida.

Samithras, Galeno Phar. loc. lib. 9. c. 6.

Samuye, Rasi lib. 9. Cont. c. 1. Vide num sit Salmuie, de quo suprà dictum est.

Sanctus Pisaurensis, qui Commentarios quosdam scripsit sub Eugenio 4.

Sandazar, Rasi lib. 11. Cont. c. 5.

Sanctes de Arduinis Pisaurensis, qui scripsit de omnibus naturalibus, & artificialibus, de venenis, de odoratione, de prolificatione.

Sapiens filius Iubeyr, apud Rasim lib. 2. Cont. c. item 2. vide Zour.

Sapor, vide Sabor inter reges, nu. 136.

Sarachus & Saraeus, & Sarac, Rasi lib. 5. Cont. c. 1. non semel, & lib. 7. c. 4. non semel, & lib. 11. c. 5. vbi illum Indum vocat.

Sarck Indus, eiusdem operis lib. 7. c. 1.

Sarchentitus, Galeno lib. Medicamentorum κατὰ γένη 6.

Sasogoras, vide infrà Sosagoras.

Saturrius cognomento Cythenas, discipulus Sexti Empirici, apud Diogenem Laërtium in Timone Nicæo, in fi.

Satyrus Quinti, de quo suprà, discipulus, & vnus primúsque ex præceptoribus Galeni, vt ipse Gal. post prin. lib. 1. περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων, id est, de Anatomicis administrationibus, & alibi sæpe dicit. Is interpretatus est libros Aphorismorum Epidemiorum Hippocratis, vt dicit idem Galenus in princ. lib. 1. eorundum Epidemiorum.

Scare, siue Scark, siue Scharai, siue Scharac, siue Scharc. nam omnia hæc nomina comperio, tum apud Rasim lib. 1. Cont. c. 1. & 13. & c. 9. tum apud alios, nisi sint diuersorum.

Schear, Rasi lib. 2. Cont. c. 4.

Schiarchandus citatus in Tacuinis Elluchasem.

Scindaxar Serapioni Simplicium c. 82.

Scribonius Largus, qui sub Tiberio multa opera in re medica scripsit, quorum etiamnum extat liber de compositione Medicamentorum: eúmque sæpe citat Galenus cum in multis locis, tum in lib. Medic. κατὰ τόπους. Is ad tempora vsque Claudij vixit, vt videre licet ex c. 60. eius libri de compositione Medicamentorum, quo loquitur de Messalina dijsui Cæsaris. Quod opus an ipse Latinè, an Græcè scripserit, addubitant nonnulli viri docti.

Sebastianus Aquilanus, qui ad Ludouicum Gonzagam scripsit librum de morbo Gallico, & alium de febre sanguinea.

Sebastianus Austrius Rubeaquensis, cuius est explanatio in Paulum Aeginetam.

Sebastianus Montuus Gallus, cuius sunt libri docti medicinalium Dialexeon.

C

Sebastianus Scrofa, qui traduxit Galeni libros de remediis parabilibus, & de Euchymia, & Caeochymia. id est, de bono & malo succo, cum Scholiis.
Seber, Rasi lib. 2. Cont. c. 2.
Sedilnar, Rasi Cont. lib. 6. c. t.
Seheber, Rasi lib. 1. Cont. 2. c. 4. nisi idem sit.
Seber, eidem Rasi lib. 1. Cont. c. 9. & lib. 2. c. 5. nisi idem qooque sit.
Seleucus Cyzicenus memoratus Philostrato lib. 8. de vita Apollonij.
Semmias Medus, Galeno in lib. 2. Anndotorum, vide Simmias.
Sendabasar, Rasi lib. 11. Cont. c. 7.
Sendhesar ibi, nisi idem sit eum praecedente.
Sendihiar, Rasi lib. 2. eiusdem operis c. 4. nisi & hic quoqoe idem sit.
Serapio Alexandrinus, de quo suprà in successione medicorum nu. 54. Is citatur Cornelio Celso lib. 5. c. vlt. vbi de impetiginis speciebus, & Gal. in libris Medic. κατὰ γένη, lib. 2. & κατὰ τόπους, lib. 6. c. 1. Aëtio Terrab. 4. Ser. 3. c. 14. & alibi, & Paulo Aeginetae lib. 3. c. 64. & lib. 7. c. 17. & alibi, & Ioan. Serapioni Antidotorum c. 20. & Caelio Aureliano lib. Chronioo 1. c. 4. ex libris Curationum, & lib. Oxeon 2. c. 6. ex libro Sectarum.
Serapio alter de qno suprà, Ioao. Serapio.
Serenus Sammonicus, vide Quintus Serenus inter poëtas, nu. 229.
Serenus alter Aëtio citatus Tetrab. 2. Ser. item 2. c. 16.
Sergius Babylonius ocularius, Galeno in lib. 4. Medic. κατὰ τόπους c. 7.
Sermoneta, vide Ioan. Sermoneta.
Seruilius, vide inter poëtas nu. 217.
Sescar, Rasi lib. 11. Cont. c. 8.
Sesirid, eidem lib. 9. Cont. c. 1.
Seuerianos citatus Aëtio Tetrab. 2. Ser. 3. c. 98. non semel, & Alexandro Tralliano.
Seuerus Galeno lib. 3. κατὰ τόπους, c. 1. & Aëtio saepe citatus, vide Theodosius.
Sextius, aut vt alij scribunt, Sestius Niger, qui licet Romanus esset, tamen Graecè scripsit de medicina, vt scribit Plinius in iodice lib. 20. Húncque diligentissimnm medicinae scriptorem dicit idem Plinius lib. 32. c. 3. allúmqne alibi saepe citat, vti etiam facit Plioius Valerianus lib. rei rusticae 4. c. 5.
Sextus Afer Empiricus praeceptor Saturnij, de quo suprà, Galeno in libro Sectarum, & Diogeni Laërtio in Timaeo memoratos.
Sextus Cheronens inter philosophos suprà, nu. 262.
Sextus Fabius, Niconis, de quo snprà locuti sumus, discipulus, apud Tullium lib. 7. epistolarum ad Trebatium.
Sextus Placitus Papiensis, Iacobo Dondo in suo Aggregatore.
Siborius, Marcello Burdegalensi in praefatione, nisi ibi potius scribendum sit Scribonius, à quo satis cõstat ipsum Marcellũ multa accepisse, nec vsquã alibi boius Siburij fit mentio. *Marcelli medici locus.*
Sidascar, Rasi lib. 1. Cont. c. 3.
Sideniar, eidem eiusdem operis lib. 4. c. 1.
Sidhsar, Rasi eiusdem operis lib. 8. c. t.
Sigon, Galeno in libris Medic. κατὰ τόπους 9. c. 4.
Silarius, Rasi lib. Cont. 1. c. 5. ex Lapidario.
Siligenus. Rasi lib. Cont. 3. c. 2.
Silimachus Hippocratis sectator, Caelio Aureliano lib. Chronion t. c. 3. Hic puto est ille Salimachus de quo suprà.
Silios Italicus inter poëtas suprà, nu. 224.
Sillanus de Nigris qui à Campegio nominatur, inter medicinae scriptores.
Silo, Galeno κατὰ γένη lib. 6.
Simeon Sethus Antiochenus, qni ad Michaëlem Ducam imperatorem scripsit librum περὶ δυνάμεων τροφῶν, id est, de facultate cibariorum, qui etiamnum extat.
Simeon alius vt opinor, citatus Rasi lib. 1. Cont. c. 2. & 3. non semel, & c. 6. & lib. 3. c. 3.
Simmias Ochlagogus, Galeno in lib. 2. Antidotorum, oisi sit Semmias de quo suprà.
Simon Atheniensis inter philosophos, suprà nu. 257.
Simoo alter Seleuci & Nicanoris necessarios, apud Laërtium in Simone illo Atheniensi.
Simon Genuensis, qui inter alia opera traduxit librum Ioannis filij Serapionis de Simplicibus medicamentis, & librum Seruitoris Bolcbasis, aedidítque librum Synonymorum.
Simon alius, vt opinor, simpliciter citatus Rasi lib. 3. Cont. c. 7. non semel, nisi sit ille Simeon eidem quoque simpliciter citatus.
Simonides medicus memoratns Plin. lib. 7. c. 24. cum inquit, Ars postremo eius rei facta, & inuenta est à Simonide medico, ita enim legitur io veteribus exemplaribus impresśis, verum iampridem Domitius Calderinus monuit ibi legendum esse, melico, non medico, quod & editio-

& editionibus posterioribus emendatum est.

Simus Cous, cuius Strabo meminit lib.14.

Sindisar, siue Sindihsar, nisi sit Sandaxar, aut Sindaxar de quibus suprà, vel etiam Sindaxar Serapioni Simplicium c. 84. & 111. & seq. & Rasi lib.5. Cont.c.1.

Siphnius Diphillus, Galeno lib. 4. de Differentiis pulsuum.

Sysiphus Theosophos cognominatus, qui primus Aresodina excogitauit, vt suprà in medicamentis diximus.

Socinus Bentius, cuius frequens est mentio apud Lilium Gregorium Gyraldum.

Socrates chirurgus, Aureliano lib.5. Chronion c.1.

Socration, Galeno lib. Medic. secundum locos 5.c.7.

Solomon rex, vide Salomon.

Solon Diætarius, Galeno lib. Medic. secundum locos 3 c.1.

Solon Lycius sæpe Plinio citatus lib.20. & 21. & aliis pluribus seq.

Solon Smyrnæus, Plinio lib.20.c. item 20.

Solon simpliciter, siue vnus ex illis, siue alius, Plinio eodem lib.c.21.in fi.

Sophocles, Plinio lib.21.c. quoque 22.

Soranus Ephesius, qui primum Alexandriæ profecit, deinde Romam venit, vbi artem exercuit temporibus Traiani & Hadriani, libróśque complures & optimos in medicina composuit. Hæc Suidas. Hodiéque etiam habemus Isagogen in Artem medendi. Eúmque citant Galenus, Aëtius, Paulus Aegineta, atque etiam Cælius Aurelianus lib.1. Chronion c.3. ex libris Causarum, quos αἰτιολογουμένους vocant. Sed & is è diuerso Galenum citat Isagoges c.13. Fuere enim eodem tempore. Eúmque citat ipse Galenus lib. 1. secundum genera, c. 8. ex lib. quem Monobiblum inscripsit. Is nostram Aquitaniam inuisit, & illic medicinam exercuit, si verú dicit Marcellus c.19. in prin. Sed de eo aliquid diximus in successione medicorú, nu. 66.

Soranus alter & ipse Ephesius Iunior, qui libros 4. Muliebrium scripsit, vt dicit ipse Suidas, ex quibus Aëtius sæpe eum citat.

Sosagoras, Cornelio Celso lib.5.c.18. alij Sasagoras scribunt.

Sosander, Galeno lib. Medic. secundum locos 4.c.7. & Aëtio Tetrab.2.Ser.3.c.78.

Sosicrates, ipsi Galeno eiusdem operis lib. 7.c.6. eodémque vlt.

Sosimenes Plinio citatus lib.20.& seq.

Sostratus, Celso lib.7. post prin.& c.6. & Galeno in libris Phar. & Interpreti Nicandri, & Garinponto lib. de Febribus c. 7.

Soracus vetustissimus scriptor, apud Plinium lib. 36.c.16.& c.20.

Soteridas, cuius meminit Vulcatius Gallicanus in vita Anidij Cassij.

Sotion, Gal. si is est, in medicinis expertis. Is fuit præceptor Tetanonis, de quo infrà. Et huius, aut alterius eius nominis meminit Cóstantinus, siue is fuit Cesar, aut alter eius nominis, in libris Agriculturæ, ex quibus præsertim lib.12. eum fuisse rei medicæ peritissimum constat.

Speudusa, Galeno lib.3. κατὰ τόπους, c.1.

Speusippus inter philosophos; nu.247.

Speusippus Herophileus Alexandrinus Diogeni Laërtio memoratus, in vita Speusippi Atheniensis, in fi.

Stanesmodus Alexandro Tralliano citatus.

Stanosmodus, Aëtio, nisi idem sit, quod magis puto.

Statius Anneus Senecæ amicitia celebris, apud Cornelium Tacitum lib.5. cuius etiam meminit quisquis is fuit, qui vitam ipsius Senecæ descripsit.

Stephanus Dutempleus, cuius sunt tabulæ in libros Galeni de morbis & Symptomatis.

Stephanus cognométo Magister, cuius Collyriú videmus in Mathia Theodoro Manelio.

Stephanus alius, ni fallor, qui Cabade Persarum rege à morbo curato, multas opes retulit apud Procopium lib. 2. de bello Persico.

Srolus Britannicus celebris ocularius, Galeno Phar. loc. 4.c.7.

Strabus inter poëtas, suprà nu. 239.

Stratiotas, Aëtio Quater.2.Ser.3.c.110.

Stratius, Liuio lib.5. decadis 5. memoratus.

Strato Lampsacenus inter philosophos, nu.254.

Stratones duo alij, apud Laërtium in philosopho memorati, alter Erasistrati discipulus, aut vt quidam dicunt, alumnus: alter antiquior, vt ille ipse scribit autoritate Aristotelis.

Stratonem autem simpliciter, siue vnum ex illis, siue alium citat Alexander Trallianus li. 1.c.15. non semel, & Aëtius Ser.13.c.46.

Strato alius vt opinor, & ipse medicus, apud Macrobium libro in Somnium Scipionis 1.

Strarocles Sydonius memoratus Philostrato in vita Apollonij lib.8.

Stratonicus vnus ex Galeni præceptoribus, Sabini Hippocratici discipulus, vt dicit idem Galenus in lib. de Atra bile.

Sulemen Eben Hasen Serapioni Simplicium 380.
Sulahin Heben Hahasen,& Sulahin simpliciter citatus Ioan.Serapioni.
Surdus,quisquis est,citatus Rasi lib.7.Cont.c.4.
Suribes,Auicennæ lib.5.summa 2.tract.2. non semel.
Sycionius simpliciter citatus Galeno in Medicamentis secundum locos.
Symmachus Anatomicus.De quo,aut alio eiusdem nominis Martialis lib.5.Epig.9.

Languebam,sed tu comitatus protinus ad me
Venisti centum Symmache discipulis.
Centum me tetigere manus, Aquilone gelata.
Non habui febrem Symmache,nunc habeo. Et lib.6.epig.69.
Ostendit digitum, sed impudicum
Alconti,Dasióque,Symmachóque.

Symphorianus Champerius,siue Campegius,cuius in re medica,& aliis sunt multa opera non omnino contemnenda.Vnum ei defuit,vti & multis aliis,quod putabat non satis præstitit:hoc vno tamen laudandus,quod in magnis voluisse sat est.
Synali duo,alter vetustior Ammonis comes,alter Hannibalis, memoratu Silio Italico li.5.

T

Tabari,citatus Ioan.Serapioni.
Tabri,nisi idem sit,Rasi lib.1.Cont.c.3.non semel,& c.5.non semel,& alibi sæpe.
Tacuinus,cuius quædam opera habemus, vide suprà Elluchasem.
Talius,siue Thalius Aëlius Galeno κατὰ γένη lib.6.
Talius Atheniensis eiusdem Galeni,vt ipse Galenus sæpius dixit,præceptor.
Tarentios Auicennæ lib.5.summa 2.tract.2.
Tarentinus,Galeno in Antidotis, & autori Geoponicon lib. 13.c.8.& alibi sæpe,nisi idem sit cum priore. Et forte vterque est Heraclides Tarentinus, de quo alibi.
Talsamat, Rasi lib.10. Cont.c.1.
Telamon,siue Thelamon inter reges,nu.104.& iterum nu.106.
Telamon alius,Galeno Medic.κατὰ γένη lib.2.
Telephanes, ibi.
Temeseon Aemilio Macro,aut quisquis is fuit, memoratus in libro de herbis in Plantagine,de cuius laudibus dicit illum scripsisse.Sed ne erres, ibi legendum Themison, quem Plinius lib.25.c.8. in prin. scribit celebrasse eam herbam volumine de ea edito.

Aemilij Macri locus.

Temimius Miconis,Rabbi Moysi Aphorismorum parte 8.non semel, & iterum parte 13. ad fi. vbi illum citat ex Introductorio ipsius.
Teranon, siue Theranon discipulus Socionis,de quo suprà, Galeno.
Terentius Eutichianus, apud Octauium Horatianum, siue malis Theodorum Priscianum lib.4. vide Eutychianum.
Terentius Valens,Galeno Phar.loc.lib.9.c.4.
Terentius Velpistus Marcello Burdegalensi, in epistola Hippocratis ad Mœcenatem.
Terentius simpliciter,vel vnus ex illis,vel alius,Galeno in medicamentis, & κατὰ τόπους,lib. 4.c.7. vide Therentius.
Tertius Damianus, Vissenacua Decapolitanus, cuius est Theorica medicinæ, & Chirurgiæ,& libellus περὶ τ͂ ἱδρωτῶν, id est, de morbo sudorifico.
Teucer inter reges nu. 107.
Thadeus Florentinus,qui scripsit Commentarios in multos libros Hippoc. & in Paruam artem Galeni,Consilia multa,aliáque opera ędidit.Huiúsque tanta nominis celebritas fuit, vt ad curam extra vrbem vocatus,non vilius quàm aureorum 50.in singulos dies peregrinaretur,vocatúsque ab Honorio quarto centū sibi statui voluit.Itaq; reuersus ab eo iam curato decem milia aureorum reportauit,testibus Baptista Mantuano,lib.1.de patientia,c.6.& aliis.
Thalassetus, Paulo Aeginetæ citatus.
Thalius Aëlius,vide suprà Talius.
Thamor Aethiops Galeno,si is est, in medicinis expertis.
Thamyras,Galeno Medic. κατὰ τόπους lib.9.c.5.
Tharmadinus,Rasi lib.5. Cont.c.1.
Tharreas,siue Tharrias, Celso lib.3.c.20.& 21.
Tharseus chirurgus,Galeno Medic.secundum genera lib.4.
Thebæus,Galeno Medic.secundum genera lib.4.& κατὰ τόπους lib.1.c.8.
Themison Laodiceus,de quo suprà in successione medicorum nu.59.
Themison alter multo posterior, vt qui fuit tempore Apuleij, qui illius mentionem facit in Apologia 1.
Theocrates, Auicennæ lib.5. summa 2.tract.2.
Theocritus,Galeno Medic.secundum genera lib.6.

Theoctestus

Theoctestus apud Procopium lib. 2. de bello Gothorum.

Theodogius, Rasi lib. 5. Cont. c. 1. nisi mendum sit, & legendum Theodosius, de quo dicam postea.

Theodoretus, Paulo Aeginetæ.

Theodoricus Cemensis episcopus, idémque Dominicanus, cuius chirurgiam habemus.

Theodoricus Dorstenius, cuius est Botanicon continens herbarum aliorúmque simplicium, quorum vsus est in medicinis, descriptiones & imagines.

Theodoricus Gerardus Gaudanus, qui libros Simplicium Medicamentorum Galeni, & alios multos transtulit.

Theodoricus Gresmuntius, qui scripsit de regimine sanitatis tempore pestis.

Theodoricus Reatinus.

Thedorus Musciennus, siue Moschion Alexádro Tralliano li. 1. c. 15. vide suprà Moschion.

Theodorus Priscianus, qui de herbis scripsit, & libros γυναικείων, id est, muliebrium. vide suprà Octauius Horatianus.

Theodorus alius, ni fallor, Athenæi de quo suprà, discipulus, memoratus Diogeni Laërtio in Aristippo.

Theodorum simpliciter, siue vnum ex illis, siue alium memorant Plinius, Aëtius Tetrab. 2. Ser. 2. c. 91. & Ser. 4. c. 46. & c. 91. & alias sæpe: alter Plinius Valerianus lib. 3. c. 22. & Tzetzes historiarum Chili. 4. & Rasis Cont. lib. 2. c. item 2. Est que vnius ex istis Diæta, quibus vel salubriter viendum, vel cautius abstinendum.

Theodosius simpliciter, siue alius, siue vnus ex illis, Aëtio Tetrab. 2. Ser. item 2. c. 54. & in Tacuinis Ellnchasem citatus. & Rasi lib. 1. Cont. c. 1. & c. 4. & alibi sæpe.

Theodotion.

Theodotius Seuerus, Aëtio Tetrab. 2. Ser. 3. c. 27.

Theodotius, siue ille, siue alter, de quo inter philosophos nu. 283.

Theodotus, Celso lib. 6. citatus c. item 6. qui forte vnus ex illis est.

Theodotus Laodicensis episcopus, inter sanctos suprà nu. 91.

Theognis non ille quidem qui Elegiam ad Cyrnum scripsit, quæ γνῶμαι inscribitur, id est, Sententiæ, sed alius Arabibus citatus.

Theombrotus, de quo suprà, nu. 52.

Theomedon, apud Laërtium in Eudoxo Gnidio.

Theon Alexandrinus, qui quatuor libros Gymnasticorum, siue de particularibus exercitiis scripsit, apud Gal. lib. 2. de Sanitate tuenda, vbi & alia multa de eo videbis.

Theon, cuius sunt Commentarij in Nicandrum.

Theon, aut vnus ex illis, aut alius Aëtio citatus in præparatione vini bilem purgantis, Tetrab. 1. Ser. 3. c. 58.

Theophilus Protospatarius, cuius sunt sex libri Græci de Fabrica humani corporis, quos Iunius Paulus Crassus Patauinus Latinos reddidit.

Theophilus alter, nisi idem sit, cuius liber est de excrementis & pulsibus, & Commentarij in Aphorismos Hippocratis, & de cognitione vrinæ.

Theophilum, quisquis is fuit, citat Galenus in libro de Symptomatum differentiis, & Aëtius Tetrab. 2. Ser. 3. c. 42. & Rasis lib. 1. Cont. c. 3. non semel, & lib. 5. eiusdem operis, c. 1. ex lib. de membris dolentibus. Eorum vnus fuit contemporaneus Galeni, atque ab eo in precio habitus: refertque illius delyrium exempli causa, in libro de Symptomatum differentiis, cum morbo correptus ex cerebro laboraret.

Theophrastus inter philosophos, suprà nu. 253.

Theophrastus Bombasius Germanus, qui Germanicè scripsit de chirurgia, & de gradibus & compositionibus receptorum, & naturalium.

Theopolemus Plinio sæpe citatus lib. 20. & seq. Alij autem legunt Tlepolemus.

Theopompus Aëtio Quater. 4. Ser. 4. c. 122.

Theosebius Aëtio Quaternio. 3. Ser. 1. c. 49.

Theosenus, Cornelio Celso lib. 5. c. 18.

Theotropus, Galeno Medicamentorum κατὰ γένη, lib. 5.

Theranos discipulus Socionis, Gal. in Medicinis expertis, si is liber eius sit, vide Teranon.

Theseus inter reges, nu. 104. & seq.

Thesius Marcello Burdegalensi citatus, atque etiá Octauio Horatiano, siue is fuit Theodorus Priscianus, lib. 4. de Physica scientia ad Eusebium filium.

Thesmichin, Galeno in libello de viribus Centaureæ, in prin.

Thespianus, siue Thespesianus, vtrunq; enim legimus, nisi diuersi sint, apud Gal. in libris Medic. κατὰ τόπους, vide num sit Apollonius ille Thespianus, de quo suprà.

Thessalus Hippocratis filius, cuius mentionem facit Galenus lib. 2. de Dyspnœa, c. 8. & l. 3. c. 1. & in Commentario lib. 1. Prorrhetici Hippocratis, & li. 8. Therapeutices, & alibi sæpe. Is,

vt tradit Galenus, scripsit libros 2. 4. & 7. Epidemion, qui dicuntur Hippocratis. Fuitque in familia Archelai Macedoniæ regis. Et de eo est epig. Græcum incerti authoris lib. Florilegij 3.

Θεσσαλὸς Ἱπποκράτευς Κῷος γένος ἐνθάδε κεῖται,
Φοίβου ἀπὸ ῥίζης ἀθανάτου γεγαώς.
Πλεῖστα τρόπαια νόσων στήσας ὅπλοις Ὑγιείης,
Δόξαν ἑλὼν πολλὴν οὐ τύχῃ, ἀλλὰ τέχνῃ. Idest, ad verbum,

Thessalus Hippocratis, Cous genere hic iacet,
Phœbi à radice immortalis genitus.
Plurima Trophæa morborum statuit armis medicinæ,
Gloriam trahens multam non fortuna, sed arte.

Hunc quoque Suidas tradit scripsisse, sex libros medicinales.

Thessalus alter medicus, qui venenum Alexandro magno, quo ipse interiit, propinasse à nonnullis creditur, vt tradit Iustinus lib. 12.

Thessalus Trallianus, de quo suprà in successione medicorum, nu. 64. quem Galenus alioquin illius hostis perpetuus, dicit Methodicen sectam absoluisse in lib. cui Introductio, siue Medicus titulus est, si modo Galeni est ille liber, quod minime crediderim, ob id quod in eo libro Thessali huius honorifice meminerit, quisquis eum librum ædiderit. Et certe plerique illum dicunt esse Herodoti medici, alij Plutarchi.

Thessalum, aut illum, aut alterum citat Dioscorides, & Aurelianus lib. 2. Chronion c. 12. ex 2. libro Diætetico, & lib. 1. Oxeon c. 1. ex libris Diæteticis.

Theudas Sarcophagus, aut vt alij vocant, Theodas, Gal. lib. Medic. κατὰ γένη. 6.

Thirron.

Thomas de Garbo Florentinus, Dini, de quo diximus, filius, cuius liber est Summa medicinæ, & Commentarij in Galenum.

Thomas Gybson Anglus, qui scripsit herbarium & alia multa.

Thomas Tiseus, cuius genituram descripsit Hieronymus Cardanus lib. exẽplorũ genitaliũ.

Thomas Linacer Anglus, quem non verebor omnibus authorum medicinæ interpretibus anteponere.

Thomas Murchius Genuensis.

Thomas Paynelus Anglus, qui regimen sanitatis traduxit ex Latino sermone in Anglum.

Thraseas chirurgus, Scribonio Largo, vide Trasias.

Thrasias Mantinẽsis radicũ peritissimus, Theophrasto lib. 9. Historiæ plantarũ c. 17. & 18

Thrasiander Aëtio.

Thrasillus Plinio lib. 32. c. 5.

Thryphon, Plutarcho Problematon Conuiuialium decade 3. c. 1.

Thucydides, qui ex libro de peste citatur à Galeno in libris de Spirandi difficultate. Scio autem Thucydidem illum celeberrimum antiquissimumque historicum pestem illam insignem Atheniensium descripsisse lib. 2. belli Peloponnesiaci, de qua sæpius citatur ab ipso Galeno, quam & post eum quoque descripsit Lucretius libro 6. eodémque vlt.

Tiaducus, Rasi lib. 3. Cont. c. 2.

Timaus, qui & Timaos, & Thymaus, Rasi lib. 1. Cont. c. 1. & lib. 9. c. 3.

Timæus Locrensis inter philosophos, suprà nu. 250.

Timæus quisquis est, cuius compositionem describit Cornelius Celsus lib. 5. c. 22.

Timæus alius, vt opinor, qui de medicina metallica scripsit, vt dicit Plinius in Indice lib. 33.

Timæus simpliciter citatus Rasi lib. 1. Cont. c. 3. & 5.

Timaristus inter poëtas suprà, nu. 250.

Timochares Pyrrhi regis medicus, de quo nos alibi infrà nu. 437.

Timocrates citatus Galeno Pharmacorum localium lib. 5. c. 7. non semel, & Aëtio Quaternio 2. Ser. 4. c. 55.

Timotheus Mithridatis medicus, apud Appianum in lib. qui Mithridaticus inscribitur.

Titianus Octauio Horatiano, aut quod nonnulli credunt, Theodoro Prisciano, lib. 4.

Titus Imperator, inter Imperatores, suprà nu. 152.

Titus Asclepiadis discipulus, apud Aurelianum lib. Chronion 1. c. 7. ad fi. & lib. 3. c. 5. & lib. Oxeon 2. c. 29.

Tlepolemus, vide suprà Theopolemus.

Tonsor Bithynus, siue arte, siue nomine, ita citatus Galeno Phar. local. lib. 9. c. 3. & Aëtio Tetrab. 3. Ser. 2. c. 22.

Torquatus, Alexandro Tralliano.

Toxaris Scytha, de quo multa Lucianus in libro cui & est Toxaris titulus. Is statua, & honoribus diuinis dignus habitus est, quòd pestilentia populum Atheniensem liberarat.

Trachius inter philosophos, suprà nu. 266.

Traseas, Scribonio Largo, nisi sit Trasias de quo suprà, quod facile crediderim.

Treptus,

Treptus, Galeno lib. Medicamentorum κατὰ γένη.
Tribunus Cosrois Persarum regis medicus apud Procopium lib. 2. Belli Persici.
Trigon, Paulo Aeginetæ lib. 3. c. 42. & Aureliano lib. 1. Chroniôn, c. 4.
Triphon Archeus Galeno κατὰ γένη, lib. 4.
Triphon chirurgus, Scribonio Largo.
Thriphon Gortyniates Cretensis, Gal. κατὰ τόπους libro nono, capite secundo, non semel.
Triphon alius, ni fallor, ab illis, quem ipse Scribonius, capite decimoseptimo, dicit fuisse suum præceptorem. Sed & Triphonem citat Aurelianus lib. Chroniôn 1. c. 4.
Trophilus, apud Plutarchum in Salutaribus præceptis, & Stobæum Ser. 100.
Trota, siue Trotula inter fœminas, infrà nu. 357.
Trusianus Florẽtinus, Tadęi Florẽtini de quo suprà diximus, discipulus, qui adeò Technin Galeni suis Commentariis illustrauit, vt plusquam Commentator dici & appellari meruerit. Is autèm cùm se videret non satis fortunatum in ægris curandis, ordinem Carthusiensium professus est. Hic autem nonnullis Cruciatus dictus est.
Tryphon pater, Cornelio Celso lib. 6. c. 5. & iterum lib. 7. in prin.
Tryphon antiquus, qui fortè idem est, Gal. Pharma. localiũ lib. 5 c. 1. & c. 7. vide Triphon.
Tullius Bassus, Aureliano lib. Oxeôn 3. c. 16. Et facilè crederem illic Iulius Bassus esse scribendum, de quo suprà diximus, nisi hic sæpius Tullium citasset, vt statim dicam.
Tullius, Galen. in libro Medicamentorum κατὰ τόπους 9. c. 4. non semel, & Sereno Sammonico c. 4. & Cælio Aureliano lib. Oxeôn 3. c. 13.
Tyleus Bassus, Dioscoridi in præfatione, vide Bassus.
Tylius, qui vt tradit Epiphanius Cyprius lib. aduersus hæreses 1. post prin. de herbis scripsit, quem credo esse illum Tyleum Bassum. Nam eos omnes propemodum illic nominat, qui & Dioscoridi in præfatione memorati sunt.
Tymausus.
Tyrannion citatus Nicandri Scholiastæ.
Tyrannus, siue ille, siue alius, Galeno in lib. 9. Medicamentorum secundum locos c. 6.

V

Valens. vide Vectius, & Valens, & iterum Aburnius Valens Gale. autem simpliciter citatur Valens libro Pharm. κατὰ γένη septimo, ad fi. & κατὰ τόπους. lib. 7. c. 6. & lib. 9. c. 4. & 5.
Valens Physicus, Aureliano lib. Oxeôn 3. c 1. ex libris Curationum.
Valens alius ab illis, Marcelli Burdegalensis præceptor, vt ipse Marcellus dicit, c. 16.
Valentinus Polydamus, cuius libros habemus de pulsibus, de vrinarum iudiciis, & alios plerosque.
Valerius Anselmus Ryd Bernensis, vir quidem diligentissimus, qui tamen pauca in medicina scripsit.
Valerius Paulinus memoratus Plinio Valeriano, lib. 3. c. 14.
Valerius Pisaurensis medicæ artis professor, & poëta recensitus Lilio Gyraldo li. 1. de poëtis nostri temporis.
Valescus Tarentinus, quem de Tarento vulgò appellant, cuius est Practica quam Philonium nuncupant, & alia quædam opera.
Valgius, vide suprà C. Valgius.
Varro, quem in re medica citat Plinius lib. 20. c. 5. in fi. & c. 20. & lib. 22. c. vlt.
Vbesce, quem ex suo Antidotario maiori citat Rasis lib. 1. Continentis c. j.
Vectius, aut vt alij scribunt, Vettius Valens in successione medicinæ, suprà nu. 62.
Vergilius Portus Mutinensis, apud Lilium Gyraldum li. 1. de poëtis nostri temporis.
Vgæus, Galeno Pharma. secundum locos lib. 3. c. 1.
Vgo Bentius.
Vgo Senensis, vide Hugo Senensis.
Victor Trincauelius, qui multos Galeni libros traduxit.
Victoria, inter fœminas, infrà nu. 331.
Vidus Vidius Florẽtinus, qui latinitate donauit li. Oribasij ex Heliodoro de machinamẽtis.
Vincentius Beluacẽsis Dominicanus qui inter multa sua opera Speculum naturale, opus quidem magnæ molis ædidit libris 33. quorum 13. 14. 15. ad rem medicam spectant.
Vindicianus inter poëtas, suprà nu. 235.
Virgilius inter poëtas, suprà nu. 203. & seq.
Vitalis à Furno, cuius est liber de re medica.
Vranius Syrus, qui multa gratia & authoritate pollebat apud Chosroem Persarum regem Agathio lib. 2. Peregrinarum Historiarum.
Vrbanus Indus Galeno in lib. 2. Antidotorum, Vide Indus.
Vrbiasius, Rasi lib. 6. Continentis c. 1.
Vrsicinus, de quo inter Diuos suprà nu. 85.

Vrso,qui de Vrinis scripsit,ex quo libro citatur ab Aegidio in libro eiusdem rei.

Vuolffgagus Lazius Viennẽsis medic⁹ quidẽ professione,sed qui magis historias scripsit.

X

Xanitas,Galeno lib.9.Medicamentorum localium c.6.

Xanthus Timonis filius,Diogeni Laërtio in ipso Timone.

Xarch,& Xarcha Indus,Serapioni Simplicium c.95.& 107. vide Zarcha.

Xenocrates nõ ille quidem philosophus Platonis auditor(neque enim ex libris ab eo æditis & à Diogene Laërtio sigillatim designatis conici potest,eum quippiam in hac arte scripsisse)sed alius quisquis est,sæpè Plinio Secundo,aliter Plinio Valeriano,Gal.Alexandro Tralliano,& Aetiô citatus. Húncq; Aphrodisiensem fuisse dicit Gal.li.6. Simplicium Pharmacorum in præfatione. Eúmque citat ipse Galenus libr.10.eiusdem operis, quo loco tractat de Sanguine vespertilionum,ex libris de percipienda ab animantibus vtilitate, vbi eum dicit non multò ante ipsius sæcula fuisse. Sed & de Theriacis scripsit, & simile quoddam Andromacho confecti antidotum vt tradit Galenus in libro de Theriaca ad Pisonem.

Xenophilus citatus Oribasio in lib.ad Eustachium,& Aëtio Tetrab.3.Ser.3.c.13. & 29.

Xenophon,Gal.si is est,in Introductione,siue Medico,& Aureliano li.Chroniôn 2.ca.13.

Xenophon Cous memoratus Diogeni Laërtio in Xenophonte philosopho,nisi idem sit.

Xenophon alius,vt opinor,Claudij Imperatoris medicus,apud Tacitum lib.12.

Xiraxeg rex Medicorum Ioanni Serapioni vocatus.

Xysticus Aëtio Ser.10.c.26.

Y

Ybaye,Serapioni Simplicium c.69.

Yesu,Rasi lib.2.Continentis c.2.

Yhia Bimmasim,& Bimasin,Rasi Continentis li.6.c.1.& lib. 8.c.1.

Yhiagran Atticus,eidem Rasi eiusdem operis lib.5.c.3.

Ysaac Eben Amram,Serapioni Simplicium c.8.& c.46.& 49.Hunc esse credo Isaac Heben Amram, de quo suprà.

Ysaac filius Nase,Rasi lib.3.Continentis c.3.

Ysaac simpliciter eidem citatus.

Z

Zabri,Rasi lib.7.Continentis c.4.& lib.8.c.1.nisi sit Tabri de quo suprà.

Zacarias,Serapioni Antidotorum c.31.& 33.

Zaleucus Locrensium rex,inter reges suprà nu.115.

Zarcha Indus,siue Xarcha,vtrunque enim reperio apud Ioannẽ Serapionẽ, vide Xarch.

Zeid Mesue citatus in ægritudinibus gutturis.

Zenon Atheniensis Galeno in medicinis expertis,si eius est is liber.

Zenon Herophileus intelligentiæ acumine potiùs quàm scriptura clarus, vt dicit Diogenes Laërtius in Zenone Cittico,& nemini Herophileorum secundus,vt tradit Gale.lib.4. de Differentiis pulsuum.Húncque etiam citat Cornelius Celsus, & Alexander Aphrodisæus in definitione febris,& Galenus lib.Simplicium Medicamentorum 1.c.29.

Zenon Laudaceus,apud Galenum lib.2.Antidotorum.

Zenon,quisquis est,simpliciter citatus Cornelio Celso lib.5.in prin.Plinio li.22.ca.12.& Gal.li.Medicamentorũ κατὰ γένη 7.ad fi.& lib.4.nõ semel,& Aureliano li.Chroniôn 4.c.7.

Zenonem vnum ex illis, siue alium dicit Galenus in Commentariis lib. 3. Epidemiorum Hippocratis scripsisse de rebus notis medicorum.

Zerbus,vide suprà Gabriel Zerbus.

Zetus Arabs Porphyrio memoratus in vita Plotini Platonici.

Zeusis,siue etiam Zeuxis Tarentinus,Galeno in Commentariis lib.6. Epidemiorũ Hippocratis,& Aphor.45.lib.2.

Zeuxis Empiricus,eidem Galeno in libris Prorrhetici Hippocratis.

Zeuxis simpliciter,eidem Pharmacorum localium lib.5.c.7.

Zoar,cuius libros Thesisir habemus,& libellum de cura calculi,vide Alguazir.

Zoilus,siue Zoïlus Ophthalmicus,id est,ocularius Galen.in li.2.Antidotorũ & κατὰ τόπους, lib.3.c.1.& lib.4.c.7.sæpe,& Aëtio Tetrab.2.Serm.3.c.11.& 113.non semel,& Alexandro Tralliano lib.2.vbi eius collyrium Nardinum describit.

Zopirus Gordiensis Plutarcho citatus in Symposiacis,& à me memoratus in legibus Cõnubialibus in 15.lege connubiali,nu.14. Epicurus.

Zopirus simpliciter,siue ille,siue alius Cornelio Celso li.5.c.25.& Scribonio Largo c.167. & 171.Galeno lib.2.Antidotorum, & Paulo Aeginetæ memoratus in compositione Antidoti Ambrosia nominati,quod Ptolemæo regi composuit.Sed & id Antidotum Zopirion nũcupatũ memorat Aurelianus li.Chroniôn 2.c.14.& Paulus Aegineta li.7.c.11.& Aëti⁹ Tetra. 3. Ser.3.c.28.Herbã quoq; Zopirõ dictam,vt ab eo inuentam suspicari possis, memorat Plinius

libr. 24.c.15.& Dioſcorides lib.3.cap. 108.

Zoſimus,Galeno Pharmacorum ſecundum locos lib.4.c.7.& Paulo Aeginetæ lib. 7.c.19.

Zour,qui ſapiens cognominat⁹ eſt,qui fortè is eſt,qui Raſi vocatur Sapiens filius Iuboye.

VETERINARII MEDICI.

320 ¶Et alij plurimi,quos ſi quis omnes recenſere velit,is non ſecus fruſtra conabitur,quàm qui vndas(vt dicitur)numerat.Nec in illis(neque enim id diſsimulanter prætetire volumus) Veterinarios medicos,id eſt,pecorum medicos, qui Græcis ἱππιατροὶ dicuntur, vt prodit Varro li.rei Ruſticæ 2.c.7.in fi.alij mulomedicos vocant, niſi ſi qui & hominibus quoque Medicamenta præſcripſerunt.Nam ſcribit Plinius omnibus in genere veterinario animalibus eoſdẽ morbos eſſe, qui homini ſint. Si quis autem & alios nolle cupiat, hic & nos homine tenus tantùm ſubiecimus, quorum vel monumenta etiamnum extant, vel ſi non extant, ab illis tamen citantur. Hi ſunt.

A

Abſyrtus,ſiue Apſyrtus(vtrunque enim reperio)qui ἱππιατρικὸν ſcripſit.
Aemilius Hiſpanus.
Africanus.
Agathocles,ad quem eſt Apſyrti epiſtola.
Agathotychus.
Ammonius,ad quem etiam extat Apſyrti epiſtola.
Anatolius.
Antipater Alexandrenſis,ad quem extat Apſyrti epiſtola.
Apellas Laodicenſis,ad quem eſt eiuſdem epiſtola.
Apolloniadas,ad quem item eiuſdem eſt epiſtola.
Archelaüs.
Archedemus,qui fortè eſt Archidemus,vel Archidamus,de quo inter medicos.
Auxano.
Azanites,niſi ſit Axanitus de quo inter medicos.

B

Beretius.

C

Caius Alexandrinus.
Celſus ſimpliciter citatus,qui fortè eſt Cornelius Celſus ex libris de re ruſtica, in quibus veriſimiliter multa ſcripſit quæ ad hanc Veterinariam artem pertinent.
Cleodamas Acnus,qui ſcripſit de cura equorum apud Stephanum.
Cleomenes Lybicus.
Cleomenes Lyndius.

D

Dama Laodicenſis,ad quem extat epiſtola Apſyrti.
Demetrius Apſyrti auus.
Democritus,ſiue ille de quo diximus inter philoſophos,ſiue alius.
Didymus,niſi & is ſit,de quo diximus inter medicos.
Diophanes.
Dioſcorides,ſiue vnus ex illis de quibus diximus inter medicos, ſiue alius.
Dius,ad quem extat Apſyrti epiſtola.

E

Elenus.
Epicharmus Syracuſanus,apud Columellam lib.7.c.3.
Epiphanius,ad quem eſt Apſyrti epiſtola.
Eumelus Thebanus.

F

Fronto Epheſius,ad quem ſcripſit Apſyrtus.

G

Gaius Alexandrinus,ad quem & ille ſcripſit.
Georgius Gemmyngenus Germanus.
Gregorius.

H

Hegeſagoras,ad quem extat Apſyrti epiſtola.
Hemerius,ſiue Himerius.
Herodion Alexandrinus,ad quem etiam eſt Apſyrti epiſtola.
Herophilus equarius medicus,apud Valerium lib.9.c.16.
Hierocles.

Hieron

Hieron.
Hieronymus Lybicus.
Hippasius Helias.
Hippocrates alius ab illis de quibus inter medicos diximus.
Historicus,ad quem extat epistola Apsyrti.

L

Laurentius Rusius.
Leontius.
Litorius Beneuentanus.

M

Mago Carthaginensis. Is est,qui inter scriptores rei rusticæ annumeratur à Varrone, & Columella.
Marcus,ad quem scripsit Apsyrtus,qui fortè est Marcus Catagetes,de quo inter medicos
Memnon,ad quem item est eiusdem epistola.

N

Nephon.

P

Pamphilus alius,vt opinor,ab illo medico.
Papias Antiochenus,ad quem est epistola Apsyrti.
Pasicrates Alexandrinus,siue ille Pasicrates de quo inter medicos diximus, siue alius, ad quem est eiusdem epistola.
Pelagonius.
Pistorius Siculus.

R

Ruffus Octauius.

S

Secundus,ad quem extat Apsyrti epistola.
Stratonicus.

T

Tarentinus.
Theomnestus.
Tiberius.

V

Vegetius.

FOEMINAE MEDICAE.

321 ¶ NEC prætermiserim tamen fœminas,quæ & hanc artem medicinæ haud infœliciter exercuerunt.neque enim nostris legibus interdictũ est mulieribus, vt apertè colligitur ex l.vlt.§. ne autem,vers.sin autem notarius sit.C.de cõ. ser.manu.quam ad hoc expendit Alberi.Rosa. in suo fœcundo Indice,in versi.medica potest esse mulier.& est etiã text.in l.vlt.pòst prin.ibi, & medicis vtriusque sexus.C.com.de legatis.Nam & Plato li.5 de Repub.tradit mulieres,sicuti & viros ad medicinæ artem aptas esse.Hincque illud Martialis li. 11.epig.72.

Medicinã non interdictam fœminis.

Protinus accedunt medici,medicaque.

322 ¶ In primis Dianam illam Deam ab Ethnicis habitam,à qua Artemisiam herbam & inuentam & nuncupatam videri potest,φ ea ἄρτεμις dicitur,cùm antea Parthenis,id est, virginalis vocaretur,φ ei Diana virgo Dea nomen dederit. Nam & Apuleius Celsus de viribus herbarum c.13. Tres(ait) Artemisiæ herbæ species Diana dicitur inuenisse,& virtutes earum & medicinas Chironi Centauro tradidisse,qui primus de his herbis medicamẽ instituit. Et subdit, Has autẽ herbas ex nomine Dianæ Artemisias nuncupant. Plin.autẽ li.25. c.7.dicit nõnullos esse qui putẽt eam herbã ab Artemide cognominatã,quoniã priuatim medicatur fœminarũ malis,quibus scilicet(vt id illi addas)Artemis,id est,Diana præest.Nã & hãc herbã Vegetius in Mulomedica Dianariã vocat. Quod planè indicat illã fuisse huius artis peritam. Quod & hinc quoq; satis declaratur,φ eã Siculi Lyen appellãt,testibus Diomede & Probo,ἀπὸ τοῦ λύω, id est soluo quasi scilicet solutricẽ malorũ,φ ea placata laborantes morbis finem malis inuenerũt. Sunt & qui eã ita dicunt vocatã à Siculis,quoniam ea Siculos lienis morbo laborantes liberauit. Cornutus quoque,qui & Phurnutus dicitur,in libr. περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως,id est, de natura Deorum,tradit Dianã Artemida dictam ἀπὸ τοῦ ἀρτεμεῖς ποιεῖν,id est,φ sanos & integros efficiat. Sed & apud Pausaniam in Atticis Diana ipsa σώτειρα sospita siue salutifera,vel salutaris cognominata est,quod quidem cognomentum fortè etiam illi tributũ est ob huiusmodi artis peritiam,quòd scilicet salutem daret. Idem Pausanias in Achaicis tradit apud Aegienses ad forum fuisse Apollinis medicinæ inuentoris, vt diximus, & Dianæ commune templum. Homerus autem,qui nihil ignorasse videtur,apertè ostẽdit Dianam ipsam rei medicæ

Diana medica.

fuisse

fuisse peritam, cùm scribit li.5. Iliad. hanc, & Latonā medicasse Aeneā à Diomede vulneratū,

Ἤτοι τὸν Λητώ τε, καὶ ἄρτεμις ἰοχέαιρα
Ἐν μεγάλῳ ἀδύτῳ ἀκέοντό τε, κύδαινόν τε.

323 ¶ Quamuis sint qui dicant eam herbam, de qua locuti sumus ab Artemisia illa Mausoli re- *Artemisia*
gis Cariæ vxore inuentam & nominatam, vt tradit Plinius illo c.7. lib.25. Ex quo etiā intel- *regina Ca-*
ligi potest Artemisiam quoque ipsam fuisse huius artis non imperitam. Reginæ antem cu- *ria.*
iuspiam medicæ, siue huius, siue alterius meminit Galen. lib. 4. Phar. localium c.7. & Auicen-
na aliter eam non nominans lib.5.

324 ¶ Ex illo autem Homeri loco, quo dicit Dianam & Latonam medicasse Aeneam vulne- *Latona.*
ratū, intelligere potes & ipsam Latonam Deam medicam fuisse. Id quod magis credibile est,
quòd ea mater fuit ipsius Dianæ, & Apollinis medicinæ inuentoris, vt scribit Hyginus Fabu
larum c.53. & iterum c.140. & Seruius in 3. Aeneïdos Virgilij, & plerique omnes.

325 ¶ Hecate, quam nonnulli Dianam fuisse ferunt, vt tradit Festus Pompeius, aliis tamen refra-
gantibus, venenorum peritissima fuit, & earum rerū quę vim medendi habent, vt tradiderūt
Dionysius Milesius in primo Argonauticôn, Diodorus Siculus li.5. c.4. & Apollonius Rho-
dius li.3. Argonauticôn, vbi illam dicit docuisse Medeam *τεχνήσασθαι φάρμακα.*

326 ¶ Isis & ipsa Regina Aegyptiorū est satis à nobis relata inter primos inuētores medicinę, nu.3.

327 ¶ Medea, & eius soror Circe, & eæ quoque Reginæ. Medeam enim fatentur omnes herbarū *Medea.*
vires probè cognitas habuisse, quibus & morbos & senectutem arceret. Quod ansam præbuit
poëtis, vt dicerent illam potuisse senes ad iuuentutem herbis quibusdam reuocare. quòd & in
Esone patre Iasonis fecerit, vt graphicè scripsit Ouidius libr. 7. Metam. Hincque in æde eius
omne genus herbarum erat, ex quibus antistites plerunque medicinas dabant, vt scribit Ma-
crobius lib. 1. Saturnaliorum c.12. Eam autem docuisse Maccubios remedia contra serpentes
tradit Seruius in lib.7. Aeneidos interpretans eum locum,

Quin & Marrubia venit de gente sacerdos.

328 ¶ Circem autem ipsam scribit Diodorus Siculus lib.5. Bibliotheces, ad omnis generis vene- *Circe.*
norum curam multarum herbarum varias mirabilésque vires reperisse. Sed & Plinius li.25.
c.2. eam tradit fuisse herbarum peritam. Ab eáque verisimile est Circeam herbam dictam, vt
nonnulli existimant, vt etiam scribit Hermolaus Corollarij c.562. vt non abs re eam doctam
appellarit Tibullus lib. 4. Elegiarum,

Solum nec doctæ verterunt pocula Circes.

Proindéq; & nos in nostris Legibus Connubialibus eam inter doctas mulieres reposuimus. *Anguitia.*

329 ¶ Angnitia, aut vt alij vocant Angitia. (Nam vt id obiter dicam, ab Anguitia Angitia facta,
vt ab anguiportu angiportus tradit Donatus in Adelphis Terentij.) Angitia igitur & ipsa
Medeæ & Circes soror. De qua Silius Italicus lib.8.

Vipereúmque herbis hebetare, & carmine dentem
Aeetæ prolem Anguitiam mala gramina primam
Monstrauisse ferunt, tactúque domare veneno.

Ex quibus apertè intelligis eam herbarum vires præsertim aduersus virus, non secus ac soro-
res nouisse. Eam nonnulli dicunt esse, quæ & dicta est Angeronia, à depellendis angoribus
& corporis & animi, quod putat Verrius Flaccus: aut quòd populus Romanus morbo, qui angi-
na dicitur, præmisso voto sit liberatus, vt Iulius Modestus autumat, vt apud Macrobium vi-
dere licet, li. Saturnaliorum 1. c.10. Ea autem Solis filia dicitur ob medendi artem, cuius Sol,
id est, Apollo inuentor est, vt diximus. Seruius verò in eum locum quem suprà in Medea ci-
tauimus tradit ipsam Medeam fuisse Angitiam vocatam, quoniam Marrubij Italiæ populi
circa Feucinū lacū habitātes cōtra serpētes nōnulla remedia edocti carminibus serpētes an-
gerēt. Solinus c.8. diuersas facit hāc, & Medeā, easq; & Circen sorores fuisse dicit filias Oëtę.

330 ¶ Ocyroë Chironis illius medicinæ inuentoris, de quo etiam suprà diximus, & Cariaclę filia, *Ocyroe.*
à patre quoque medicinam edocta, vt satis constat ex illis versibus Ouidij lib. 2. Metamorph.

Filia Centauri, quam quondam nympha Caici
Fluminis in rapidis ripis enixa vocatur
Ocyroen, non hac artes contenta paternas
Edidicisse fuit. &c. De qua & nos diximus in dd. Legibus Connub.

331 ¶ Aesculapij alterius medicinæ inuentoris, aut certè amplificatoris, vt etiam suprà diximus, *Aesculapij*
quatuor filias, scilicet Hygiam siue Hygæam, siue etiam Hygiëam, siue, vt alij corruptè vocāt *filiæ.*
Hyginem (nam hæc quatuor nomina legi) Secundam Panaceā siue Panaclem, siue item Panē *Hygia.*
(nam & hæc omnia reperi) Tertiam Aeglen, Quartam Iaso, eius quoque artis fuisse peritissi- *Panacea.*
mas nomina earum palàm indicant, vti nos etiam diximus in illis Legibus Connub. sed hîc *Aegle.*
iterū dicendum est. Nam primùm ὑγίεια & ὑγεία sanitatem significat. Panacea omnium me- *Iaso.*
dela est, ἀπὸ τοῦ πᾶν, καὶ ἄκος, ex quo Aesculapius pater herbam Asclepion à se nominatam Pa-
naceā vocauit, quæ ipso nomine omnium morborum curationē promittit, teste Plinio li.25. c.
4. αἴγλη autem splendor est, & αἰγλήεις splendidus, cuiusmodi facies est eius qui bene valet.

vt è diuerso

vt è diuerso liuidus, niger, pallidus, plumbeus eius, qui non bene valet, vt videre licet ex Hippocrate lib. Prognosticorũ statim post prin. & Cornelio Celso libr. 2. c. 6. Iaso autem παρὰ τὴν ἴασιν, id est, à medela & sanitate. Ex quo fortè lapis ille Phœbo ante alios dilectus, Aeneæ medicus Iasides dictus est Virgilio li. 12. Aeneïdos, quanquam alij aliò trahunt. Hygię antem & Panaceæ meminerũt Hippocrates in Iureiurando, Aristophanes in Pluto, Ariphron Sicyonius, qui in eas pæana cecinit, ex quibus vnus etiamnum extat. Pausanias libr. 1. quo Attica describit: vbi & Iasonis quoque meminit. Apollodorus, & eius autoritate Lycophronis interpres. Et præterea Hygiæ Martialis lib. 11.

Vlcus habet quod habere suam vult quisque puellam,
Quod sanare Criton, non quod Hygea potest.

Aegle quoque, & Iaso memoratæ sunt Hermippo lib. 1. Senariorum Trimetrorum, Iambo quoque 1. Et ipsa item Iaso Aristophani in Pluto. Omnes autem quatuor Plinio lib. 35. cap. 11 quo loco describit Socratis picturas.

332 ¶ Oenone nympha, quæ eadem tempestate fuit, ad calcem suæ epistolæ quam ad Paridem
Oenone. scribit apud Ouidium, dicit se ab Apolline eam artem didicisse,

Ipse ratus dignam medicas mihi tradidit artes,
Admisitque meas ad sua dona manus.
Quæcunque herba potens ad opem radixque medendi
Vtilis in toto nascitur orbe, mea est.
Me miseram quòd amor non est medicabilis herbis,
Destituor prudens artis ab arte mea.

333 ¶ Polydamnam vxorem Thonis Aegyptij hanc artem calluisse satis constat ex illis Homeri
Polydamna. versibus lib. 4. Odysseæ, quos Iurisconsultus noster citat in l. qui venenum. ff. de verb. signi.

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα
Ἐσθλὰ τά οἱ Πολύδαμνα πόρε Θῶνος παράκοιτις
Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. Id est, ex traductione Budæi,

Tyndaris hæc habuit summo Ioue nata venena,
Quæ Polydamna dedit coniunx Aegyptia Thônis
Commoda consultò medica composta sub arte,
Multa legens Pharia solers tellure venena,
Noxia permixtim, carpens quoque commoda multa.

Sic autem ad verbum potes vertere ex Andrea Diuo,

Talia Iouis filia habebat medicamenta prudentia
Bona, quæ ei Polydamna præbuit Thonis vxor
Aegyptia, vbi plurima producit fertile aruum
Medicamenta, multa quidem bona mixta, multa autem mala.

Cuius etiam rei meminit Herodotus lib. 2. vbi & hunc locum citat, & Diodorus Siculus lib. item 2. Bibliotheces, & Philostratus in vita Apollonij Tianei, lib. 7.

334 ¶ His vetustior, tametsi vetustissimæ hæ sunt, Cybele illa Deorum magna mater puerorum
Cybele. morbis remedia adinuenit. Ideóque & ipsam matrem omnium dictam tradit ipse Diodorus lib. 4. eiusdem operis ca. 5. & Eusebius de præparatione Euangelica. Nam & de ea Orpheus μήτηρ μέν τε θεῶν, ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων.

335 ¶ Hepione quoq; filia Herculis, qui & medicus fuit, vt diximus inter Reges, medicinæ quoq;
Hepione. non expers fuit, vt satis constat ex epistola, quam Senatus Populúsque Abderitanus scripsit ad Hippocratem, illum accersens ad Democriti curationem.

336 ¶ Palladem item huiusce artis fuisse doctam ac veluti præsidem apertè declarat Ouid. dum
Pallas. monet medicos libare Palladi, quò medendi arte magis valeãt. Eius versus sunt li. 3. Fastorũ,

Vos quoque Phœbea morbos qui pellitis arte,
Munera de vestris pauca referte Deæ.

Nam & Plinius lib. 24. c. 19. eodémque vlt. tradit Mineruam (quæ ipsa Pallas est) reperisse Argemonem herbam. Et lib. seq. c. 4. nisi hîc de alia item herba loquatur, ab ea inuenta. Sed & idem libr. 22. c. 17. scribit Vernulam Periclis, qui ex templi fastigio cecidisset, Perdicio, siue Parthenio herba sanatum, monstrata ipsi Pericli somnio à Minerua: quare Parthenion vocari cœpta est. Ex quo Ὑγίεια Minerua ab Atheniensibus culta, cuius statua in Acropoli ænea ab ipso Pericle posita est, vt tradit Plutarchus in vita illius, vbi etiam de illo somnio loquitur. Cuius etiam Deæ meminit Lycurgus orator in oratione περὶ τῆς ἱερείας Pausanias in Atticis, & Arpocration Sed & eadem Pæonia dicta, veluti medica, cuius etiam meminit ipse Pausanias illo eodem li. Item σώτειρα, id est, seruatrix apud Hesychium & eundem Pausaniam, vnde & à Galeno aliísque antiquis medicis Sotera Pallas antidotus quædam est cognominata.

337 ¶ Aspasiam quoque mulierem, siue ea fuit Aspasia Platonis & Periclis magistra, de qua diximus
Aspasia. mus in nostris Legibus Connubialibus l. 11. num. 27. nec prætereundum: siue alia quæcunq; ea fuit,

ea fuit, citat Aëtius Tetrab. 4. Ser. item 4. c. 12. 15. 18. 51. 106. & aliis plurimis.

338 ¶ Maię obstetricis pharmacũ ad cõdylomata & fissuras memorat idẽ Aëti⁹ Tetrab. 4. ser. 2. c. 3. *Maia.*

339 ¶ Agameda filia Augiæ Epiorum regis, vxor Mulij, quam Homerus lib. 11. Iliados scribit tot *Agameda*
medicamenta scire, quot nutrit lata terra,
Ἡ τόσα φάρμακα ᾔδει, ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.
Et de ea, ni fallor, loquitur idem Homerus haud multo post initium lib. 14. eiusdem ope-
ris, dum scribit illã aquis calidis saniẽ cruentã Machaonis vulnerati abluisse, tametsi ibi eam
nominat Hecamedã, nisi & alia sit, q̃ nos credimus, & ea quoq; med. Versus Homeri ij sunt, *Hecame-*
Εἰσόκε θερμὰ λοετρὰ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη *da.*
Θερμήνῃ καὶ λούσῃ ἀπὸ βρότον αἱματόεντα.

340 ¶ Antiochis, quæ Romæ hac arte vsa est. Huiúsque malagma describit Asclepiades lib. 4. In- *Antiochis*
ternorum, & post eum Galenus lib. 6. Phar. c. 2. & lib. 10. c. 2.

341 ¶ Cleopatra Regina, quæcunque ea fuerit, siue illa Aegypti Regina venustissima, siue alia *Cleopatra.*
ab Aëtio citata Tetrab. 2. Ser. 4. c. 6. Reginam autem, siue hanc, siue alteram citat Galenus
lib. 4. Pharmacorum κατὰ τόπους c. 7.

342 ¶ Cleopatra altera, quæ ex Cosmeticis citatur à Galeno in lib. 1. de compositione Phar. κατὰ *Cleopatra*
τόπους c. 1. non semel, & c. 8. & in libro de Incantatione, si ipsius est, vbi illam quoque citat ex li *altera.*
bro de concinnanda mulierum forma. Et hanc quoque citat Paulus Aegineta lib. 3. c. 2. Aë-
tius Tetrab. 2. Ser. 2. c. 56. Nonnulli tamen virum fuisse arbitrantur.

343 ¶ Achromos quæpiam meretrix, quæ Dysentericis quandam potionem dare solebat, vt scribit *Achromos*
Hippocrates lib. 7. Epidemion, in fi.

344 ¶ Sotira, Salpe, Lais, Olympias Thebana à Plinio citatæ lib. 20. c. 21. & lib. 28. c. 7. & 19. & lib. *Sotira.*
32. c. 6. & alibi sæpe. Et prȩterea ipsa Olympias Plinio Valeriano lib. Rei Medicæ 4. c. 5. *Salpe.*

345 ¶ Fabula Lybica Galeno citata lib. 9. Pharmacorum κατὰ τόπους, c. 2. & iterum lib. 10. c. 2. Quan- *Lais.*
quam Cornarius ibi contendit non Lybicam, sed Liuiam esse legendum, nec hanc fuisse me *Olympias*
dicam, sed ei præparatum medicamentum quod inibi describitur, de quo non admodum la- *Thebana.*
boro, vti nec ipse facit. *Fabula Ly*

346 ¶ Vĩctoria, cuius meminit Octauius Horatianus, aut vt alij malũt, Theodorus Priscianus in *bica.*
præfatione lib. 3. cui Gynecia titulum fecit: ex quo loco intelliges eam hanc artem calluisse. *Victoria.*

347 ¶ Leoparda, cuius & ipse meminit lib. 4. ad Eusebium filium de Physica scientia. Vbi etiam *Leoparda.*
vxor Nomenclatoris cuiuspiam memoratur.

348 ¶ Elephantis quæ de Cosmeticis scripsit, quæ scilicet ad ornatum pertinent, vt videre licet a- *Elephãtis.*
pud Galenum lib. 1. Phar. loc. c. 1. Sed & eam citat Plinius lib. 28. c. 7. vbi perperam Cleophan *Pliny lo-*
tis in quibusdam codicibus legitur. Et ab ea verisimile est vocari emplastrum Elephantinum *cus.*
descriptum Cornelio Celso lib. 5. c. 19. Et ea forte est, de qua locuti sumus in nostris Legib.
Connub. in l. 9. nu. 97. quid ergo, & iterum in l. vndecima, nu. 30. nec has tantum.

349 ¶ Vestæ quoque emplastrum laudat idem Aëtius Tetrab. 4. Ser. 1. c. 22. *Vesta.*

350 ¶ Sentia Elis medica reperitur in tumulo antiquo Veronæ, in fundamento templi diuæ Li- *Sentia.*
beræ his verbis, Q. CORNELIVS MELIBEVS SIBI ET SENTIAE ELIOI MAOICAI. vt
traditum est à Torello Satayna in lib. de monumentis antiquis vrbis & agri Veronensis.

351 ¶ Africana quæpiam, siue ex nomine, siue ex regione ita nuncupata, & citata à Marcello Bur *Africana.*
degalensi in lib. Medicamentorum c. 29.

352 ¶ Trota, siue Trotula Salernitana, quæ morbos mulierum & eorum curam scripsit. *Trota.*

353 ¶ Brela Croa Bohemiæ Regis filia, Aeneæ Syluio. qui Pius secundus, postquam pontifica- *Brela.*
tum adeptus est, appellatus est, memorata in bello Bohemico.

354 ¶ Hildegardis virgo Moguntinensis, eruditione & sanctimonia celebris, inter multa doctri- *Hildegar-*
næ suæ monumenta scripsit in medicina, quæ Simplicia, quæ composita tollendis ægritudi- *dis.*
nibus prosunt.

355 ¶ Margareta cui Ladislaus Rex, quòd eius artis esset peritissima, potestatem fecit eius artis *Margare*
periculum facere. Cuius rei literas se vidisse dicit Matth. Afflic. in constit. Siciliæ incip. vtili- *ta.*
tati speciali, col. 2.

356 ¶ Scribonius Largus libro de compos. medic. c. 12. scribit Romæ honestam quandam matro- *Alia fœmi*
nam quam non nominat, aliquot ægrotantes morbo comitiali liberasse eo medicamento, *na.*
quod inibi describit. Idem c. 122. etiam Romæ mulierculam quandam ex Africa coli dolores
curasse certo quopiam medicamento ibi descripto. Et ea certe est Africana illa, de qua suprà
ex Marcello Burdegalensi locuti sumus. Est enim vtriusque idem medicamentum. Sed &
Aëtius Tetrab. 2. Ser. 2. c. 68. tradit mulierem quampiam achoras certo quodam modo sanas-
se. Flauius Vopiscus in Numeriano scribit Diocletianum dum in Gallia moraretur, à Druia-
de quadam muliere curationem conuictus sui quotidiani facere solitam. Auicenna libro 5.
summa 2. tractatu secundo describit Collyrium à muliere quapiam compositum. Et Petrus
Aponẽsis in addit. ad librum Mesue c. quo de Indigestione stomachi differit, dicit se vidisse
multos morbos deploratissimos à mulieribus medicis sanatos fuisse.

Atheniensium lex ne fœmina medicinam disceret. Agnodice. Ea lex sublata.

357 ¶ Scio tamen Hyginum Fabularum c.274. scripsisse Athenienses, aliquando suis legibus cauisse ne fœmina artem medicam disceret. Cum autem Agnodice quædam puella virgo cuperet medicinam dicere, demptis capillis habitu virili se Hierophilo cuipiam tradidit in disciplinam quæ cum artem didicisset, & fœminam laborantem audisset ab inferiore parte, veniebat ad eam, quæ cum se ci credere noluisset, æstimans virum esse: illa tunica sublata ostendebat se fœminam esse, & ita eas curabat. Quod cum vidissent medici se ad fœminas non admitti, Agnodicen accusare cœperunt, quod dicerent eum glabrum esse, & corruptorē earum, & illas simulare ægritudinem. Quare cum Areopagitæ consedissent, Agnodicen condemnare cœperunt. Quibus Agnodice tunicam alleuauit, & se ostendit fœminam esse. At medici validius accusare cœperunt. Quare tum fœminæ principes ad iudicium conuenerunt, dixerúntque, Vos coniuges non estis, sed hostes, quia quæ salutem nobis inuenit, eam damnatis. Tunc Athenienses legem emendarunt, cauerúntque vt ingenuæ artem medicam discerent.

Nulla ars vtilior medicina. Nullū genus hominū, nullus ordo nullus sexus, nulla ætas quæ non sentiat vtilitatem ex medicina. Quinta essentia.

358 ¶ Quæ ars igitur, aut scientia est quę tot scriptores, tot professores, tot tractatores habuerit? & nulla certe est: nec si cunctas simul coniunxeris, vix vnam medicinam numero æquabunt. Quod non aliunde est, nisi quòd omnes vident, & quotidie experiuntur nullam scientiam, nullam artem, nullam doctrinam vtiliorem, nullam magis necessariam hominibus, nullam vitæ conducibiliorem, sicut etiam asserit Lucianus in Medico abdicato, nec cuius vtilitas vsúsque latius pateat. Nullum enim est hominum genus, nullus ciuitatis ordo, nullus sexus, nulla ætas, quæ non vtilitatem ex medicina petat. Cum summi, medij, infimi: viri, fœminæ: liberi, serui: infantes, pueri, adolescētes, iuuenes, senes, & si qua præterea est ætas, quotidie ægrotent. Verum fac abesse morbos, fac omnibus prosperam adesse valetudinem: tamen hanc qui poterimus tueri, nisi medicus ciborum salutarium, ac noxiorum discrimen, nisi totius victus quam Græci diætam vocant, rationem doceat? Graue est mortalibus onus senecta, quam non magis licet effugere quàm mortem ipsam. Tamē ea medicorum opera multis contingit tum serius, tum multo etiam leuius. Neque enim fabula est, quinta, quam vocant, essentia senio depulso hominē velut abiecto exuuio reuiuiscere, cum extent aliquot huius rei testes. Verum est igitur quod Quintilianus auus scribit, Sola est medicina, qua opus est omnibus. Nam licet reliquis artibus, nec semper, nec omnes egeamus, huius vtilitate mortalium constat omnis vita. Et vt testatur Libanius ad Atreum, Medicina pro incolumitate retinenda, próque repellendis ægritudinibus excogitata, vsque adeo præclara, vtilis, necessaria est hominum vitæ, vt quum cæterarum quidem artiū studia aliis præcipue prosint: medicina ipsa, & aliis & medico ipsi vsui sit. Apuleius de Asino aureo lib.3. Saluti, inquit, hominum medicina quæsita est.

Medicorū & professorum eadem causa. Medicis magis fauēdum quàm aduocatis & iurisperitis. Mediciaduocatis præferendi. Decretorum locus.

359 ¶ Propterea elegantissimè à Iurisconsulto scriptum est in l.1.§. Medicorum. ff. de vari. & extraor. cogn. eandem esse caussam medicorum, quæ & professorum est, nisi quod iustior. cum hi salutis hominum curam agant, illi studiorum. Qua ratione Bal. in l.j. col.2. C. mand. asserit magis esse fauendum medicis, quàm aduocatis: nempe propter curam salutis humanæ. Ex quo videri potest ipse Iurisconsultus medicos aduocatis iurisperitísque prætulisse. Id quod etiam sensisse videtur Albert. Grandi. in tract. malef. tit. de aliquibus quæstionibus variis in maleficiis, col pen. vers. quæstio insuper talis est, dum dicit, quod in mundo sunt tria, res, corpora, & animæ. Res (inquit) defendunt aduocati, corpora medici, animas ecclesia & lex. Subdítque magis habendam esse rationem medicorum defendētium corpora, quàm eorum qui res defendunt, per d.l.j. ff. de var. & extraord. cogn. Quibus concinit text. in ordine literæ anteponens medicos aduocatis, in c. non sane. 14. q.5. cum dicitur. Nam pleríque nec medico volunt reddere honorem suum, nec patrono mercedem. Nam patrono ibi legendum, non operario, vt vulgo legitur, censet Spec. qui ad hoc quod diximus illum text. nuncupatim ponderat, in tit. de salari. §. vlt. in princ. & Lucas Pen. in rub. C. de prof. & med. in prin. lib.10. Et hoc quoque videtur intellexisse gloss. in d.c. non sane, in verbo, nec medico, dum dicit, præmittit hic medicos tanquam digniores. Nam si intellexisset medicos esse operarios digniores, quis de hoc vnquam dubitauit, vt fuisset opus idipsum annotasse. Io. And. in c. ad aures, de æta. & qual. legit notarios, dum ex eo tex. dicit medicos excellere notarios. Sed & tex. est de quo minime dubitatur, præferens ordine medicos legū doctorib. in l. medicos. C. de profe. & med. li.10.

Medicus an Iurisperitus, vel aduocatus sit præferendus.

360 ¶ Super hoc autem, vter videlicet sit dignior & præstantior, medicus, an Iurisperitus, Pogius Florentinus elegantissimam historiam disceptatiuam conscripsit, in qua Iurisperitum & medicum inducit suas quemque partes alacriter defendentem. Neque tamen quicquam certi diffinit. Sed & Petrus Charmentis medicus hanc rem copiosissime disseruit in lib. cui Lixoperitam titulum fecit, in quo vtrunque parem per omnia fecit, neutrúmque alteri vel pręstare, vel cedere censuit. Hanc quoque latè tractat Barb. in c. clerici, de iud. & Bartholomeus Chasseneus, in Catalogo gloriæ mundi, in 10. parte, in 25. consideratione, & Bernardus medicus Florentinus, qui & disputationem de hac re ædidit, qua medicinam legibus anteposuit: & Collutius Pierus Salutatus, qui disputationem contrariam fecit in tractatu, cui titulum nuncupauit, de nobilitate legum & medicinæ.

361 ¶ Verum vt obiter hanc rem quoque attingam, omissis maxima ex parte quæ ab illis in eam rem sunt

rem suot adducta. Arist.lib.1.Politicon c.vlt.ea ratione scribit ciuilem disciplinam esse honorabiliorem præstabilioremque medicina, quoniam qui ciuilem disciplinam sectatur, eum de anima scire necesse est. Medicina vero circa cognitionem corporis versatur. Et idem eadem ratione voluit è nostris Pauor.in c.cæterum.col.2.vers.venio ad gl.ext. de iura. cal. dum dicit, quod cum Iurisperiti sint medici animarum, tanto sunt medicis præstantiores Iurisconsulti, quanto anima præstat corpori, & iustitia sanitati ergo (inquit) habent nobilius subiectum. Quibus consonat quod scribit Plato in Gorgia, duas esse artes, quę ad corpus: duas item, quę ad animam pertinent. Gymnasticam & medicinam ad corpus: Ad animam vero nomotheticam gymnasticæ correspondentem, & iustitiam iudiciariam, medicinæ quoque conuenientem. quod idem ferme dicit ipse Panorm. in c.clerici, col.2.extrà de iudic. & ibi quoque Fran. Are.in 2.not. & Philip. Dec. col. 3. vers. secunda regula. & Lucas Pe.in Rub. C.de profes. & med.lib.10. Et ex Theologis quoque, quorum fides in hac re minime dubia est aut suspecta, Antho.Flo.in prima parte 3.partis principalis suæ summæ, tit. 5. c. 2. §. quæritur insuper quæ sit dignior: vbi post Augustinum Anconitanum insignem Theologum, in eo lib. cui de potestate Ecclesiastica titulus est, q. 109. concludit scientiam legalem digniorem esse medicina, cum illa ordinetur ad conseruationes boni publici, quod præfertur particulari, vt loquitur, personæ, ad cuius conseruationem medicina ordinatur. Monet tamen Anto. ne Iurisconsultus & medicus sese inuicem contemnant atque despiciant, sed honorent potius. Idque non contemnendis rationibus, quas post eum scripsit dominus Cos.Guy. super Prag. sancti.tit.de colla.§.insuper quod in qualibet ecclesia, in verbo, medicina.

362 ¶Quod si quis volens Platonis, Aristotelis, Panor. rationem refellere, dicat & medicos quoque circa animas versari (vt iam pluribus suprà probauimus) fateor, sed non, vt more nostrorum loquar, directo & primo loco, siue principaliter, vt Iurisperiti faciunt: verum accessorie, & secundario, & in quandam corporis consequentiā quod non adeo considerandū respiciendúmque est: cum sit accidens, vt asserit vel ex medicis Alexander Aphrodiseus in proœ. lib.2. Problematon, & probat apud nos tex.in l.j.ff.de aoct.tut.cū multis similib. à me alibi relatis.

363 ¶Sed & tu ad tuendas partes aduocatorum, adde aduocatos ipsos præterquam quod bonum publicum conseruant (in qua re haud dubie medicos antecellunt) idem quoque hominibus præstare, in quo maxime medici gloriantur cæteros superare. Nam & aduocati salutem vitámque hominum agunt, tutantur, & defendunt, vel teste Imperatore in l.aduocati, in fi.C. de aduo.diuer. iud. Propterea aduocatorum munus dicitur esse hominum vitæ necessarium, in l. laudabile.C. tit. seq.

364 ¶Sed quonam, inquies, pacto id aduocati faciunt? id tibi certe declarat gl.in d. l. aduocati, in verbo, vitam: quoniam videlicet patrimonium & pecunia (quæ ne temerè & inconsulte, néve iniuria perdamus, præstant aduocati) sunt ipsa vita hominis, quod & ex ea gl. annotarunt Bal.& Fran.Are.ibi.& idem Bal.in l.si tuis nummis.C.de ope.liber.& in l.penul.C.de const. pec. hinc occasione sumpta, quod ex eo tex.no.quod qui habet pecuniam, omnem rem habet, quam habere vult: & allegat Aristotelem dicentem nummum esse fideiussorem futuræ necessitatis, quem & ipse allegat in l.debitor, in fi.ff.de nego.gest.& in l.rogasti, col.5.vers.tu. ff. si cert.pet.& Soc.in l.prima, colum.8.ff.sol.mat. Illud autem Aristotelis depromptum est ex 5.c.5.lib.Ethicon. Cuius hæc verba sunt, τοῦτο δ' ἐστὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ, ἡ χρεία, ἣ πάντα συνέχει. ἡ γὰρ μηθὲν δέοιντο, ἢ μὴ ὁμοίως, ἢ οὐκ ἔσται ἀλλαγή, ἢ οὐχ ἡ αὐτή. οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην. De eo autem quod diximus, eum rem omnem habere, qui habet pecuniam, latius diximus suprà, c.3.num.5. imo verò. *Aduocati quonā modo vitam hominum tutantur. Bona sunt vita hominis. Nummus fideiussor necessitatis*

365 ¶Sed vt redeamus ad nostram gl.illam quoque ad id quod diximus ponderat, & sequitur Pan.in c.2.col.1.vers.hinc dicit gl. extrà, quod met. cau. & in c. cum oporteat, & ibi quoque Io.And. vterque col.2.de accus.& in c.suscepimus, col.2.de homi, Firm.in tract. de Episcopo, lib.4.in 2.parte 8.partis principalis, col.pen.vers.adde quod verbum pecuniæ. & Barb.in l.cui bonis, col.3.ff.de verbo.oblig.& con.46.scripsit præclare, col. j. lib. 2. quibus locis illam dicit sing.& con.53.præclare scripsit, col. 4. lib.2.& Fran. Curt. in tract. de sequestris. quem posuit sub l.j.C. de prohib.seq. pec.in 1.notabili, & Iason in l. vt vim, col.5.vers.habes.quod non solom.ff.de iustit.& iure.& in l.nequicquam. §. vbi decretum. col. j. vers. confirmo per id.ff.de offi.Procon.& Leg.& Steph.Bert.cons.2.viso processu, col.3.nu.16. lib. 1.& Matth. Afflict. in dec.Neapo.q.24.quidam clericus, col.2.& Hippo. Marsi.in l.furem col.2.vers.sed vltra eum. ff.de sica.& in l.si vt allegas, col.3.C.eo.& in l.1.§ præterea, col. 6. ff. de q. Et est similis gloss. quam pauci annotarunt, in l.lex quæ tutores, super verbo, vitam.C.de admin.tut. Et simile est quod nonnulli ex nostris scripsere, pecuniam esse alterum sanguinem. Saly. in l.admonendi, col.pen.vers.quæro an sit consideranda.ff.de iureiur.

366 ¶Ad quam sententiā pertinēt illi versus è comœdia quapiā Timoclis, apud Stobæum Ser.89.

Τ' ἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο, μηδ' ἐκτήσατο,
οὗτος μεταξὺ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ.

Idest,

Argentum & anima, & sanguis est mortalibus.
Hoc qui caret, nec sibi parauit sedulo,
Viuus hic inter mortuus circumambulat.

Quibus adstipulatur Fely. noster in d.c. cũ oporteat, col. 5. vers. & adde q inimicitia, extrà de accu. loquens, bona esse secundum sanguinem hominis. Id quod & ante eum dicit Anto. in c. accedens, le. 2. col. j. vers. nota tex. no. extrà, vt lit. nõ conte. & Alexan. in addi. Bar. in l. 3. §. nõ solum. ff. de adi. leg. Nam & Tullius vtruoque copulauit in 5. in Verrẽ actione, Huic homini, Iudices, honestissimæ ciuitatis honestissimo, nõ modo frumenti scitote, sed vitæ & sanguinis tantũ relictũ est, quantũ Apronij libido tulit. Menandri Senarius nõ alienus ab hac sentẽtia,

Βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστι βίος.
Vita victu indigens, non recte vita dicitur.

367 ¶ Hine fit, quod quemadmodum apud Latinos vita significat & vitam morti contrariam, & facultates siue opes, & victum, quibus vitam ipsam sustinemus: vt testis est Donatus in Phormionem Terentij, Vita, inquit, significat & animam & alimentum: ita quoque & βίος apud Græcos vtrunque significatum accepit, vt & è Græcis tradit Artemidorus Daldianus lib. de somniorum interpretatione 4. c. 33. & videmus quantum ad posteriorem significationẽ (neque enim de priore dubitatur) ex Homero lib. 5. Iliados,

Vita apud Latinos & vitam morti contrariam & opes significat.

Τῶν ῥα πατὴρ μὲν ἔναιεν ἐϋκτιμένῃ ἐνὶ Φηρῇ,
ἀφνειὸς βιότοιο.

Horum pater quidem habitabat & in bene ædificata Phera
Diues opum siue victus. Neque enim vitæ illic significare potest. Et lib. 6. eiusdem operis statim post prin.

Τευθρανίδην, ὃς ἔναιεν ἐϋκτιμένῃ ἐν Ἀρίσβῃ
Ἀφνειὸς βιότοιο. Et lib. 14. Iliados,
Ναῖε δὲ δῶμα
Ἀφνειὸν βιότοιο.

Ex quo Virgilius videtur illud fuisse mutuatus lib. 2. Georg.
Diues opum variarum. Et lib. 1. Aeneidos,
—Diues opum, studiisque asperrima belli. Et lib. 2.
Insula diues opum, Priami dum regna manerent.

Sed vt redeamus ad Homerum, idem lib. 1. Odyssez,
Ἀνδρὸς ἑνὸς βίοτον νήποινον ὀλέσσαι,
Viri vnius victum illaboriosum, siue mauis dicere impunem, consumere.
Et lib. 4.
Εἷος ἐγὼ περὶ κεῖνα πολὺν βίοτον ξυναγείρων
Ἠλώμην
Donec ego circa illa multum victum (siue mauis, multas opes) congerens.
Errani. Nam nec hic ratio recti sermonis patitur, vt multam vitam intelligamus.
Et lib. 11. vbi facit animam Achillis ita loquentem,

Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
Ἢ πᾶσι νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. Iterúmque eodem lib.
Ἄνδρας ὑπερφιάλους, οἵ τοι βίοτον κατέδουσιν. Et libro 12. in duobus locis, & lib. 15.
Ἀνδρῶν μνηστήρων, οἵ τοι βίοτον κατέδουσιν. Et lib. 14.
Ἡδ' ἐν χαίρουσι βίοτον νήποινον ἔδοντες. Et lib. 15. loquens de naui plena victu.
Ἀλλ' ὅτε κεν δὴ νηῦς πλεῖα βιότοιο γένηται. Et lib. 17.
Ἢ ὄνοσαι ὅτι τοι βίοτον κατέδουσιν ἄνακτος. Et lib. 18.
Ἀλλ' ἐκ ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἔδουσιν. Et lib. 19. iterúmque 21.
Τοῦ κεν ἅμ' ἑσποίμην νοσφισσαμένη τόδε δῶμα,
Κουρίδιον μάλα καλὸν ἐνίπλειον βιότοιο.

Quibus significatur relinquere se domum pulchram plenam opibus. Et aliis plerisque locis, in quibus ea dictio vitam non potest significare, vti etiam apud Euripidem in Supplicibus,
Οἱ δ' οὐκ ἔχοντες, καὶ σπανίζοντες βίου.
Alij pauperes, & egentes victus. Iterúmque in eadem fabula,
Κτᾶσθαι δὲ πλοῦτον καὶ βίον, τί δεῖ τέκνοις,
Ὡς τῷ τυράννῳ πλεῖον' ἐκμοχθῇ βίον;
Comparare vero diuitias & victum quid oportet liberis,
Vt tyranno maiorem elaboret victum?
Nam & his locis vides βίον vitam significare non posse, sed victum & facultates.
Vti etiam apud Hesiodum lib. 1. operum & dierum, haud multo post princ.
Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.
Ῥηϊδίως γάρ κεν καὶ ἤματι ἐργάσσαιο

ὥστε σε κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν, καὶ ἄεργον ἐόντα.
Occultarunt enim Dij victum hominibus.
Facile enim alioqui vel vno die tantum operatus esses,
Vt in annum quoque satis haberes etiam ociosus.

Ex quo illud Diogenis apud Laërtium πολλάκις λέγων, τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ῥᾴδιον ὑπὸ τῶν θεῶν δεδόσθαι, ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτὸν ζητούντων μελίπηκτα, καὶ μύρα, καὶ τὰ παραπλήσια, id est, vociferabatur sæpe dicens hominibus victum facilem, siue mauis, parabilem à Dijs dari sed eum illis occultari, dum requirunt placentas mellitas, vnguenta, & his similia. Nam & his locis vides βίον ad victum referri, non ad vitam. Tametsi scio Ambrosium interpretem Diogenis, & [illegible] eum Erasmum in Apophthegmatis vitam transtulisse. Ob quod à Francisco Bobertellio reprehensi, quos tamen excusat Nanius Alcmarianus lib. 8. συμμίκτων. Ex his autem fit vt Græci ipsi vitam victu & facultatibus indigentem appellent βίον ἀβίωτον, id est, vitam sine vita, siue non vitalem. Lucianus: βίον δὲ ἄπορον διὰ πενίαν καὶ ὀρφανὸς εἶχον, εἰς ὑπερβολὴν ἀτυχὴς ὤν. Idem quoque alibi ἀβίους ἄνδρας, vocat inopes & egenos.

368 ¶ Hesiodus autem in opere ἔργα καὶ ἡμέραι, pecuniam animam mortalibus esse dicit.

χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι,
Est anima heu miseris nummus mortalibus ipse.

Cui concinens Aristoteles pecunias velut alteram hominis vitam esse scribit. Et alibi, videlicet lib. 4. Ethicorum c. 1. Est enim, inquit, prodigus, qui seipsum perdit. Videtur enim patrimonij dissipatio interitus quidam esse: propterea quod patrimonio & facultatibus viuitur. A quo non admodum dissidet Martialis epigramma. lib. 9. ad Cinnam, epig. 84. Cui astrologus prædixerat mortem intra paucos menses. Ille autem quicquid bonorum haberet, consumpsit. Itaque fecit, ne astrologus esset mentitus, cum omnia absumpserit, quibus vitam sustentabat, huius carmen est huiusmodi,

Dixerat astrologus periturum te cito Cinna,
Nec puto mentitus dixerat ille mihi.
Nam tu dum metuis, ne quid post fata relinquas,
Hausisti patrias luxuriosus opes.
Bis quartum decies, non toto tabuit anno,
Dic mihi, non est hoc Cinna perire cito?

Firmianus versus in eandem sententiam ædidit, quos posuit in suo tractatu de episcopo, quo loco nuper citauimus,

Sunt nummi fratres, sunt nummi vita salúsque:
Est nummus sanguis, deliciaéque hominum.

Antonius quoque Constantius Fanensis, Fastorum Ouidij interpres, in hanc sententiam id distichon prodidit,

Exhaurit venas, & Lesbia Vare crumenam
Demens, cui gemino sanguine constat amor.

369 ¶ Huc vergit tex. in auth. quod mater. C. de reuo. don. vbi paria sunt insidiari vitę, & omnibus bonis. Et propterea metus perditionis omnium bonorum æquiparatur metui mortis. l. athletæ, in prin. & ibi Bart. ff. de excu. tut. & no. la. Are. in l. propter litem. ff. eod. tit. Guil. Cu. Cy. Bald. in l. isti quidem. §. fin. ff. quod met. cau. Bart. in l. penul. col. vlt. ff. de cond. ob tur. cau. Fulg. con. vlt. super contradictione, col. j. Panor. in c. 2. tum in j. no. rum col. j. vers. hinc dicit, quod met. cau. vbi & idem dicit post gl. a. & Goffr. ibi, de metu perditionis maioris partis omnium bonorum. Alcia. in l. interpositas, in verbo, contineat. C. de transac. Hipp. Marsil. in l. si vt allegas, nu. 5. C. de sica. Quin plus dicit Bald. in l. certa, in fin. C. de iure fisci, lib. 10. quod maior est pœna priuationis omnium bonorum, quàm mortis, per tex. in l. vlt. C. ad leg. Iul. maie. vbi priuato omnibus bonis mors est solatium, & idem Bald. in l. prohibitum, col. j. eod. tit. & lib. quod iniuria, quæ fit in omnia bona vel maiorem partem, dicitur fieri in personam: & ita licet resistere ei qui facit, sicuti si in personam faceret, per d. l. propter litem.

Metus amissionis omniũ bonorũ morti æquiparatur.

370 ¶ Hinc causæ graues, in quibus videlicet quæstio est de omnibus bonis, aut maiori parte bonorum, æquiparantur causis criminalibus atque capitalibus, vt declarat Bart. in l. admonendi, col. antepe. ff. de iniur. & in l. testium, post prin. ff. de testib. Bal. & alij in l. parentes. C. eod. Pe. Anc. con. 28. rationes inductæ, col. vlt. & con. 64. in causa quæ vertitur, col. 3. vers. sed præsupposito: & Soc. con. 164. visa bulla Bonifacij, col. 8. & Iason con. 177. in præsenti, col. 5. vers. 2. adest, lib. 2. & Alciat. in l. transigere, in verbo, in alijs, post prin. C. de transac. Adeo quod sicut reus criminis non potest interim dum lis pendet, nouos honores appetere, per l. reus delatus. ff. de muner. & hon. & l. j. C. de reis postul. lib. 10. Ita & qui patitur controuersiam omnium, vel magnæ partis bonorum, vt voluit gl. no. ibi, quam sequitur Luc. Pen. col. 3. in prin. & Io. Plat. Et simile voluerunt Pe. Cy. Ray. & Fulg. in l. reum criminis. C. de procur. Et sicut dicitur inimicus capitalis, qui de statu, & capite controuersiam mouit: ita & qui de omnibus bonis aut maiori eorum parte, secundum Bald. in d. l. athletæ. §. dat remissioné, per illud text.

Causa maioris partis bonorũ æquiparantur criminalibus.

Inimicus capitalis dicitur qui de maiori parte bonorũ controuersiã mouit.

ff.de excu.tut.& ante illum Bar.in d.l.testium, in prin.& ibi Alex.in addi.ff.de testib. & voluit quoque Pan.& Io.Ana.in c. cum oporteat vterque,col.2.de accusa.& Iason,d. consi.177. vbi supr.lib.2.Quæ cum ita habeant,ideo non minus dolent homines, si pecuniam, quam si vitam ipsam amittant. Quin & sunt nonnulli qui pecuniam animæ anteponunt, vel teste Rabbi Moyse Aegyptio lib.3.Perplexorum.c. 41. Quod & Cato de liberis astruit,ita scribés, Et quod perspicuum est,maiorem curam habere uos marsupij uostri,quàm vitæ nostræ.

381 ¶ Satis ergo probatum aduocatos vitam hominum defendere, dum eorum bona defendunt. Quin & alijs quoque rationibus hoc ipsum facere possunt videri,cum videlicet reos criminis capitalis à morte defendunt, & vindicant, alioquin per accusatorum calumniam,aut iudicum iniuriam perituros.Nónne Ligarium,quem Iulius Cæsar pro condemnato habebat, Cicero suo patrocinio liberauit? Nónne & L. Flaccum omnium opinione damnatum, & testimonijs multarum ciuitatum conuictum Iudicibus extorsit? vt à Plutarcho relatum est. Ex quo Tacitus in eo lib.quo oratores sui temporis cum antiquioribus confert, dum loqueretur de Forensi causidicorum eloquentia, Sin periculum,inquit, irrepat, non Hercule lorica,aut gladius in acie firmius munimentum, quàm reo & periclitanti eloquentia,præsidium simul & telum,quo propugnare pariter & incessere,siue in iudicio, siue in senatu,siue apud principem possis. Hæc ille. Qua in re aduocati sunt medicis eo magis anteponendi, quo ea mors, à qua liberant ignominiosior est, quàm ea quæ morbis contigit. Imo si verius propriúsque loqui velimus,illa omnino ignominiosa est,& morienti & ipsius generi: ista nequaquam. Item leges coërcent, reprimunt, atque cohibent temerariam hominum audaciam, ne alter alterum quotidie interficiat,néve alter alterius capiti insidietur. Nam vt scribit Horatius,

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Quot enim censes homines fuisse necatos, si qui in aliorum mortem conspirauerat,aut,pœnam legibus statutam non formidassent.

Alio modo aduocati vitam hominum defendunt.

382 ¶ Nec est quod magnopere curemus illum ordinem scripturæ,quo prælatos alicubi medicos patronis reperimus,quando id non admodum consideretur,per tex.in l.nec enim ordo. ff. de sol. & ibi concord. in gl. Et videmus etiam alibi, patronos non simplicibus tantum medicis, sed & archiatris ordine ipso antepositos,vt in l. vlt. ver.de alijs autem.C.de inoff.test.Et notarios medicis etiá præpositos,in l.vlt.post prin. C.có.de l. quáuis cótinuo post in eadé l. medici pluris æstimétur quàm notarij.vt hinc facile intelligas nó admodú curádú esse de eo ordine.

Ordo non considerandus.

383 ¶ Sed vt his mature relictis, redeamus ad medicinæ vtilitatem: Nihil fido amico vtilius esse, nihil conducibilius,nihil iucundius omnes existimant. Omnium(inquit Tullius lib. 1. de finibus bonorum & malorum) rerum, quas ad beate viuendum sapientia comparauit, nihil est maius amicitia, nihil vberius,nihil iucundius:vt interim omittam adeo multa de vtilitate & laudibus amicitiæ ab eodem descripta in eo lib. quem illi peculiariter dedicauit: & longo ante interuallo à Theophrasto, Xenocrate, Calchedonio, Cleante, in libris quoque in eam rem priuatim compositis. Atqui rei adeo vtili & iucundæ comparat Ecclesiasticus medicamentum, Amicus(inquit c.6.)fidelis,medicamentum vitæ.

Amicitia vtilitas.

384 ¶ Et vt hanc quoque medicinæ vtilitatem intelligas: Quid sanitate rerum omnium vtilius est? Certe nihil,vt dicit Galenus in lib.Sectarum, vtpote qua neglecta,vt scribit Hippocrates lib.3.περὶ διαίτης. nulla est cæterarum rerum voluptas. Et sine qua, vt in ipsius hymno cecinit Orpheus, cuncta sunt hominibus inutilia. Ideóque illud hodie vulgo dici solet. Qui sanus est,diues est. Et qui epigramma in Apollinis Deliaci propylæo inscripserat, illud inseruit, autore Aristotele,ἄριστον δ' ὑγιαίνειν id est, Optimum est sanum esse.Idem lib. Rhetoricorú 2.c.21. hanc sententiam celebrari dicit solitam, Bene valere præstantissimum hominibus est. Maximus Tyrius Platonicus in initio Sermonis 41. scribit vetustum olim carmen fuisse, quod in supplicationibus canebatur, Beatorum antiquissima sanitas: In reliquam vitam tecum sim.

Sanitate nihil vtilius.

385 ¶ At ipse Plato in Gorgia scribit cantilenam hanc conuiualem & discumbentibus celebrari solitam ex poëta quopiam, ὑγιαίνειν μὲν ἄριστόν ἐστι, τὸ δὲ δεύτερον καλὸν γενέσθαι, τρίτον δὲ (ὥς φησιν ὁ ποιητὴς τοῦ σκολιοῦ) τὸ πλουτεῖν ἀδόλως. Id est, Optimum esse bene valere. Secundo loco esse formosum, Tertio habere diuitias(vt verbis poëtæ ipsius vtar)nulla fraude quæsitas. Cuius etiá meminit lib.2.de Legibus.Sed & idem lib.1.de Legibus, & iterum lib.6. de Repub.scribit inter bona humana primum esse sanitatem, Secundum formam, Tertium vires, Quartum diuitias. Sclerias autem apud Stobæum Ser. 101.ita similem sententiam pronunciauit,

De eadem re.

Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ,
Δεύτερον δὲ φυὰν καλὸν γενέσθαι,
Τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως, εἶτα
Τέταρτον, ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων. Id est, ex Gesneri traductione,
Optima quidem est sanitas viro mortali.
Deinde bonum ingenium,
Tertio diuitiæ sine dolo partæ:
Postremo vigens ætas inter amicos, At Theognis,

Κάλλιστον

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον λῷστον δ' ὑγιαίνειν,
Ἥδιστον δὲ τυχεῖν, ὧν τις ἕκαστος ἐρᾷ.

Quibus significatur pulcherrimam rem esse iustitiam: optimam sanitatem: Suauissimam autem desiderata consequi.

386 ¶Sed & Cato Censorius, si is est, primas tribuit sanitati, cùm scribit. *De eadem re.*

Sit tibi præcipuè, quod primum est, cura salutis. Quod sic vertit Planudes,

Ἔστω σοι μελεδώνων πρώτη θρεπτῆς ὑγιείας.

At Diogenes Synopeüs fœlicitatem quinquepartitam diffiniebat. Primam eius partē bene consulere, Secundam sensibus & bona valetudine corporis vigere, Tertiam in rebus gerendis fortunatum esse, Quartam gloria & elatitudine apud homines excellere. Quintam pecuniis cæterísq; rebus ad omnes actus humanitatis affluere. Testis alter Diogenes Laërtius. Qui & ipse in Aristotele tradit eum valetudinē inter bona corporis reponere. Et in Zenone Cittico Panetium atque Posidonium (philosophos adeò Ciceroni celebratos) dixisse virtutem minimè sufficere ad bene beatéque viuendum: sed & bona valetudine opus esse.

387 ¶Porrò Crantor Solensis existimabat primas vitæ partes virtuti dandas esse: secundas bonæ valetudini: tertias honestæ voluptati: quartas diuitiis. At Thales Milesius ex septem vnus, interrogatus quisnam fœlix esset, Qui in corpore, inquit, sanus est. autor Laërtius. Posidonius Apameüs dicebat maximum inter homines bonum esse diuitias, & sanitatem, vti refert Epiphanius Cyprius lib. contra Hæreses 3. Tomo 3. Hæresi 80. eadémque vlt. Fertur inter Græcas sententias Menandri senarius, *De eadem re.*

Οὐκ ἔσθ' ὑγιείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ. Id est,

Quàm bene valere melius in vita nihil. Et alter,

Ὑγίεια καὶ νοῦς ἐσθλὰ τῷ βίῳ δύο.

Rectè valere, & sapere duo vita bona.

388 ¶Noster autem Ecclesiasticus c. 30. Melius est (inquit) pauper sanus, quàm diues imbecillis. Et paulò infrà. Melius est corpus validum, quàm census immensus. Non est census super censum salutis corporis. Plutarchus in libello de valetudine bona tuenda, dicit bonam valetudinem maximè diuinum, longéque blandissimum esse condimentum. Martialis li. 10. epig. 47. inter ea quæ vitam faciunt beatiorem salubre corpus reponit. Synesius Cyrenensis in oratione de laudibus Caluicij, asserit sanitatem rerum bonarū esse optimam. Iuuenalis ad calcem Saty. 10. nihil aliud orādum esse dicit, quàm vt sit mens sana in corpore sano. Secūdùm quam sententiam ferunt Pyrrhū Epirotarū Regem bellicosissimum, cùm immolaturus templa inuiseret, non regni ampliorem modū, non de hoste victoriam, neq; itē gloriam illustriorē, aut diuitias, & id genus alia quibus mortalium pleriqne inhiant, sed vnum hoc ὑγιαίνειν, id est, valere ac sanum esse à diis precari solitum, tanquam hac parte bene constituta prosperiùs cessura cætera viderentur. Nam si toto sinu sese effundat fortunæ afflatus, absit autem valetudo nullum illinc profluit emolumentum quod iuuet. Cuius rei meminit Lucianus in eo opere cui titulus est ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος, id est, pro eo quòd inter salutandum lapsus fuerat. Propterea vt idem Lucianus tradit in eodem loco, Antiochus cognomento Soter prælio cum Galatis congressurus, in quiete arbitratus est Alexandrum sibi astare, moneréq; vt tesseram hanc ante pugnam militibus daret, ὑγιαίνειν, id est, bene valete. quod cùm is non neglexisset, nobilem de hostibus victoriam assecutus est. *De eadem re.*

389 ¶Pytagoras quoque in epistolis, vt & ipse Lucianus recenset, non alia vsus est salutatione, quàm vt iuberet ὑγιαίνειν. vt ex Occello Lucano, Archita, & aliis ipsius discipulis conijcere licet. neque enim is aliquid suorū scriptorum relinquere post se voluit. Id autem institutum & Pytagorici mox seruarunt, quoties missis inter se mutuò literis graue, aut serium aliquid scriberent, veluti animæ corporique nil amplius congrueret. Hócque vno bona hominis vniuersa comprehenderētur. Quin & symbolum quo inter compares vterentur, dicebatur ὑγίεια, id est, sanitas. In Sicyonia ὑγιείας simulachrum celebriter cultum ex ipso Luciano, & aliis antiquis monumentis adnotauimus. *De eadem re.*

390 ¶Sed audi diuum Augustinum in Decretis canonicis, in c. decimæ 16. q. j. Decimæ, ait, tributa sunt egentiū animarū. Quòd si decimam dederis, non solùm abundantiā fructuū recipies, sed etiā sanitatē corporis & animæ cōsequēris. Vidésne August. quāti sanitatē corporis faciat, vt qui eā polliceatur veluti pro maximo pręmio, iis qui decimas Deo reddiderint, vt etiā annotat Io. An. in c. 1. in fine, de deci. li. 6. Sed & in sacris literis Esaiæ 58. sanitas iis promittitur, qui esurientibus panē suū fregerint, egenos & vagos in suam domū induxerint, & nudum operierint. Et Ecclesiastici c. 34. proponitur deus dans sanitatem, vitam, & benedictionem, timentibus eum Gal. autem lib. de sanitate tuenda 5. asserit satius esse, si cui vllum omnino pectus est, sexcenties malle mori, quàm vitam valetudinariam viuere. *De eadem re.*

391 ¶Hanc autem rem adeò vtilem, adeò cunctis expetitam, vel summis viris confert præstátque medicina, cuius finis atque intentio est ipsa sanitas, sicuti dicit Galen. li. Sectarum in prin. & aliàs sępissimè, & Gregori⁹ Naziāzenus in Apologetico. Et vt scribitur in l. cū antiquitas, post *Sanitas medicinæ finis.*

prin.C.de test.sine medicina sanitas periclitatur. Ex quo planè sequitur, medicinam summè esse vtilem & necessariam. quod & fatetur Imperator in l. Archiatros, & ibi Lucas Pen. qui id annotat. C.de Meta.lib.12. Nihil tamen impedit quin & prætereà audiamus Cassiodorum de vtilitate ipsius, li.6. Epistolarum variarũ ita differentem, Inter vtilissimas res, quas ad sustentandam humanæ fragilitatis indigẽtiam diuina tribuit natura, præstare videtur aliquod simile, quod potest auxiliatrix medicina conferre. Ipsa enim morbo periclitantibus maternâ gratiâ semper assistit: ipsa contra dolores pro nostra imbecillitate confligit: & ibi nos nititur defendere, vbi nullæ diuitiæ, nulla dignitas potest subuenire. Hæc ille.

Sanitatis parens medium.

392 ¶Sed quoniam in sanitatis mentionem nuper incidimus, hic locus me submonet, ne & aliud de sanitate prætermittam, quod ad medicinæ laudem, & eam quidem non mediocrem pertinet. Sanitatis sanè parens est medium, hoc est temperies: imò sanitas est idem ipsum temperamentum, sicut morbus intemperamentum, vt dicit Galenus lib.1. de Accidenti & Morbo, aut vt alij vertunt, de differentiis morborum: & Ioannitius in suis Isagogis. Ideò idem Gale. circa initia li.1. περὶ ὑγιεινῶν, scribit Temperantiam, siue Symmetriam calidi & frigidi, sicci & humidi naturalem esse sanitatem, præsertim similarũ partium. quam Aristoteles in 3. quæst. Encyclica primæ sectionis, diffinit, Secundam valetudinem mediocritatem quandam esse. Ex quo & Galenus libr.2. eiusdem operis nuperrimè citati, scribit in omni tuendæ sanitatis materia id potissimum esse spectandum, quod mediocre est. Nã & vt tradit Plato in Timæo, corpus nostrum his quatuor qualitatibus constat, sicco, humido, frigido, calido, vt quod sit cõpactum ex terra, aqua, aëre, & igne. Ex quibus quum vnum plus æquo aut excedit, aut deficit, flaccescit corpus, & in ægritudinẽ labitur: & ita mediocritate ac temperamẽto de corporibus subducto mutationes variæ, morbi, corruptiones propè infinitę irroborant, atq; inualescunt. Cuius Platonicæ sententiæ testimoniũ citat Galen. lib. de Elementis. Sed & Alcmeon quoq; scribit sanitatẽ Isonomia contineri, hoc est, æquabilitate potentiarum quarundam, videlicet humecti, calidi, sicci, frigidi, amari, dulcis, & id genus aliorum. Et si monarchia in his aliqua se ostentarit, confestim oriri morbos, deinde quoque mortem consequi, vt retulit Plutarchus in libro postremo de Placitis philosophorum c. quoque postremo. Diocles quoq; apud Stobæum c.98. dicebat τὰς πλείστας τῶν νόσων δι' ἀνωμαλίαν γίνεσθαι, id est, plerosque morbos ab inæqualitate prouenire.

Sanitas æquabilitate quatuor humorum cõtinetur.

Magna exuperantiæ pestilentes.

393 ¶Sed & Fabius Quintilianus, si is est, Decla.8. Quicquid nos (inquit) in vitia morborum à naturali sanitate commutat, facit aut nimij sanguinis pondus exæstuans, aut superfluens calor, aut vltra naturalẽ modum humor exundãs, & cæt. Propterea ab Aristotele illo philosophorũ Deo rectè quæsitum in primo omnium problemate, Quare magnæ exuperantiæ pestilentes sunt? quoniam, vt ille dicit, aut excessum, aut defectum faciunt, qua quidẽ re morbũ consistere certum est. Videmus enim eum qui suprà modũ bibit, aut comẽdit crapula & ebrietate perire. Contrà qui nihil, aut minimum edit, aut bibit, marcescere, & in phtisim, hoc est, tabẽ incidere. Eodem modo, qui nihil dormit, aut qui minimùm, necesse est morbo perire. Quę & prius annotarat Hippocrates, cùm inquit lib.2. Aphorismorũ, Somnus & vigilia si alterutrũ modum excessit, malum est. Neque repletio, neq; fames aliquo modo bonum. Idem quoque, si is est. in lib. de natura hominis, Plura (inquit) in corpore sunt, quæ cùm plus iusto inter se calefiũt, aut refrigerantur, aut siccescunt, aut humefiunt, morbos pariunt. Et paulò inferiùs, corpus humanum habet in se sanguinem, & pituitam, & bilẽ duplicem, tùm flauã, tùm atrã. Ex quibus & consistit, & ægrotat, & valet. Valet quidẽ, cùm ea inter se vim & copiam mediocriter temperatas, maximéque permixtas habuerint. Cõtrà laborat, cùm eorũ aliquid est plus minúsue iusto. Quę cùm ita sint, Paulus Aegineta eum demum esse dicit tẽperatissimum hominem, cuius corpus omniũ extremorũ exactè mediũ tenuerit. Quod non solùm in vita humana, sed & in brutis, plãtis, & seminib⁹ videre licet, vbi ànimio humore, siue frigore necãtur sata à nimia siccitate, seu feruore exiccantur, & comburuntur, & vt ait Virgilius Eclog.7.

Aret ager, vitio moriens sitit aëris herba,
Liber pampineas inuidit collibus vmbras.

Medicina & medici à medio dicti

394 ¶Est ergo mediũ sanitas, aut sanitatis caussa. Qua ratione (vt ad id tandẽ veniamus propter quod adeò multa præfati sumus) medicina & medici à medio dicti sunt, vt Senecæ in quadã ad Luciliũ epistola, & Prisciano in li. de 12. carminibus c.5. & omnibus propè placuit, qui horum etymum adscripserunt: quoniam videlicet tẽperantia est mediũ inæqualitatis, quæ solet fieri ex contrariis elementis. Cuius quidẽ tẽperantiæ in corporibus nostris auctores sunt medici, qui & mediis quibusdã, hoc est, tẽperatis rebus sanitatẽ tuentur. Ideo Gal. in lib. Hæreseôn scribit autoritate Platonis medicinã esse temperantiã corporis aduersus plenitudinẽ & inanitionẽ. Quanquã scio Arcbi. post Papiam scripsisse in c. medicamentũ, de pœni. di.1. medicinam à modo dictam, vt non multũ, sed paulatim adhibeatur. Nam in multis, inquit, contristatur natura, mediocri autem gaudet. Sed & posset dici medicos dici à verbo græco μήδομαι, id est, curo, quòd scilicet morbos curant, & sanitatem restituunt, quod in idem recidit. Aliũde quoque ducit Verrius, & ab eo Festus Pompeius, vti apud illum videre poteris.

¶Cæterùm

395 ¶ Cæterùm quanti medicinam faciunt nostri, quámq; vtilem & necessariam existimant, vel ex hoc vno apparet, q voluerunt sub nomine & appellatione victus & alimentorũ, medicinã contineri. Tanquam sine illis viuere non possimus, vt qui alimenta, vel victũ præstare debet, idem & ægroto medicamenta suppeditare teneatur, vt voluit Bar. in l. cùm dotem. §. sin antẽ in fæuissimo, per illum tex. & ibi quoque Alber, & Angel. qui eum §. legunt cũ §. si maritus, vterq; col. 2. & Alex. col. j. ff. sol. matr. & idem Bar. in l. libertis quos. §. j. & in l. legatis, la. 1. ff. de ali. legat. & in l. cum hi. §. qui transigit, & ibi quoque Angel. & Ias. ff. de transact. & in tractatu de alimentis, col. 1. versic. quæro an ille, & Alberi. in l. cętera. ff. de verbo. significat. & Flori. in l. sicut impendia. ff. de vsuf. & in l. si filia. §. si filiusfa. col. vlti. ff. famil. hereis. Fran. Are. in l. si seruum, col. 3. versi. tertiò adde. ff. de verb. oblig. & Philip. Cor. con. 286. pro præsentis cõsultationis decisione, paulò ante fi. lib. 3. & Iason in l. cùm antiquitas in 3. no. C. de test. & Pau. Citad. in tract. de iure patro. in 5. tract. in 6. parte, ar. 4. in 4. quæsti. & Caro. Ruy. consi. 139. visis processibus, col. 1. lib. 4. & ante hos Specul. tit. qui filij sunt leg. §. 1. versi. sed nũquid is qui pręstare tenetur alimenta, per tex. in d. §. sin autem. & in d. l. sicut, & in d. l. legatis, & etiam in d. l. cætera, ibi, curandiue corporis, & l. verbo victus, & l. quos nos hostes. §. viuere. ff. de verb. signifi. quod & ante ipsum voluerat Marti. Pha. vt refert Ioan. Andr. ibi, & iterum in versic. in summa nota, qui aliquantò post sequitur. Quamuis gl. in c. nihil, in glo. vlt. in fi. 7. quæstio. 1. dicat quòd medicina non numeratur inter alimenta, per l. non omne. ff. de peculi. lega. quod & idem dicit Bal. in rubri. de vit. & honest. cleri. vbi tamen fatetur eam venire appellatione victus, sed cæteri omnes non distingũt. Idem autem Bal. in l. si cùm dotem. §. si maritus, cũ quo legit d. §. sin autem, dicit ibi probari medicamenta non contineri appellatione alimentorum, cùm ibi ponantur vt diuersa, tamen subdit simile esse iudicium de vtroque, vt ibi patet.

Medicinã contineri victus & alimentorum appellatione.

396 ¶ Sed quocunque ea res modo se habeat, satis constat ex suprà dictis, iure optimo scripsisse gl. in l. indignum. ff. qui. vt indig. fiscum aduocare posse hæreditatem ab hærede, tanquam ab indigno, qui medicos defuncto, dum ægrotaret, nõ adhibuit. Quam & sequitur Marti. Land. in tract. de fisco, versi. 42. & Alex. consi. 137. viso processu, in princip. lib. 7. Et idem voluit gl. in l. quòd si nolit. §. si mancipium, & ibi Cepol. nu. 16. ff. de ædil. edic. & videtur voluisse gl. in l. si ab hostibus. §. 1. ff. solu. matri. dum allegat d. l. indignum. Quæ & hoc præratereà, & quidem nõ obscurè voluit, virum, qui vxori ægrotanti medicos non adhibuit. nihil ex dote ipsius lucrari. sequuntur Docto. ibi, & Bar. in l. idémq;. ff. pro socio, & in l. si seruum, in princip. ff. de verbor. oblig. & in l. in bonorum. ff. de bono. possesio. & in auth. dos data, col. 2. C. de dona. ante nup. & Bald. in l. iuris. C. qui admit. ad bono. posses. & in l. quod in ventem. C. de neg. gest. & con. 254. proponitur quòd vxor, post prin. lib. 2. Alex. con. 91. repetitus. col. 2. lib. 7. & con. 125. viso processu, ferè per totum, eodem lib. 7. quo loco latè ostendit, quomodo id intelligatur, & Soci. qui & hoc limitat, con. 115. viso processu, col. vlt. lib. 3.

Indignus cẽsetur qui defuncto ægrotanti medicos nõ adhibuit.

397 ¶ Pro quibus est optimus tex. in d. §. si mancipium, vbi is in culpa esse mortis alterius dicitur, qui medicos non adhibuit, vt sanari potuerit. Et in l. si necessarias, in princip. ff. de pign. acti. vbi si creditor dederit pecuniam medicis, quò curarent seruum pignori datum ægrotum, repetit creditor à debitore tanquam necessarias impensas, etiamsi seruus ex eo morbo decesserit. Et aliam quoque gl. in c. prouidendũ, in verbo, inferas 83. di. eũ præsumi furiosum, qui ægrotans prohibet sibi dari medicinas. quam sequitur Specul. tit. de salar. §. vlt. versi. sed quid si infirmus, & versi. seq. & ex theologis Anto. Flo. in prima parte 3. partis principalis suæ summæ, tit. 7. c. 2. §. salarium autem, col. 1. in fi. Qui & ipsi voluerunt, q huiusmodi ægrotus inuitus & renitens poterit à medico curari, soluétq; is expensas, cum multis concord. quas adduxi suprà c. 6. num. 37. adde & text. Non tamen peccat ægrotus non parens medico, cùm nõ sit eius prę latus, secundùm Inno. & recẽtiores, in c. tua nos, de homi. licèt malè faciat, vt dicunt Ioã. And. Cardi. Ioan. Ana. & Fely. ibi, At certè is peccat qui contra præceptum medici ægroto etiam petenti quicquam tradiderit, vt dicunt Hosti. & ipse Io. And. & Ioan. Ana. ibi. Adeò deferunt nostri Iurium interpretes medicorum autoritati.

Creditor repetit impensas medicorum, etiamsi seruus mortuus sit.

398 ¶ Sed & alias sæpe, & ipsi & leges, & sanctiones Pontificum multa relinquunt medicorum iudicio, videlicet, an vulnus sit lethale, nécne, per c. significasti, le. 2. de homic. Et an ex vulnere, an ex febre quæ superuenit, quis sit mortuus, vt voluit Spec. ti. de homi. § 1. col. 1. versi. pone A. vulnerauit, & iterum versi. an mortuus, & Card. post Matth. in cle. 1. & ibi quoq; Imo. col. vlt. eo. tit. Signo. Homo. con. 63. Titius calce percussit, col. 2. & con. 155. in processu facto, col. 6. in prin. 3. dubij, & consi. 163. factũ sic se habet, quidam Simonelus, & Bal. con. 237. ad euidentiam col. 2. lib. 2. & consil. 328. an vulnus fuerit, eod. libr. 2. Floria. in l. ait lex, col. 2. ff. ad le. Aquil. & Cepol. con. 28. magister Iacobus, col. 4. versi. item etiam magister, & ver. ego tamẽ sine dubio, & multis seq. & cõ. 62. magnifice ac generose rector, col. 2. & Soci. con. 178. primo aspectu, col. 2. versi. circa primum, ibi, tamẽ illam op. lib. 2 Et verùm quis verè sit furiosus, an verò furorem simulet, vt impunè delinquat, secũdum Iacob. Aret. Nico. Neap. & Bald. in l. obseruare. ff. de cur. furio. Vt proinde proclamare possimus cum Erasmo, O noua dignitas medicinæ, agitur de capite hominis, & iudicis sententia pendet ex medici præiudicio. Item an valetudo militis

Medicorũ iudicio in multis statur.

eiusmodi

eiusmodi sit, propter quam is dimittendus sit. l. semel, ibi, medicis denunciantibus. C. de re milit. lib. 12. Et an ægrotus sit sanæ & integræ mentis, vt hinc sciatur an possit testari, secundùm Cyn. in l. senium. C. de testa. & Bar. & Bal. in l. 2. ff. eo. Et an morbus redierit ex priori causa, an ex noua causa, secundùm Panor. in c. presbyterum, de homi. cum concor. alibi à me traditis. Et generaliter in his omnibus, quæ ad medicinam pertinent, secundùm Specul. tit. de prob. in 2. parte. §. vlt. versi. hoc quoque notandum, de quo etiam per Bar. in procœ. ff. etiam, in § omnem, & in l. j. ff. de ven. inspic.

Medicis apud Aegyptios stipendia publica.

399 ¶ Hinc medicinæ vtilitatem considerantes Aegyptij sapientissimi hominum semper habiti, ex publico medicis stipendia victúmque concedebant, qui secúdum legem ab antiquis probatísque medicis traditam ægrus curarent, auctore Diodoro lib. 1. Indi nullas artes exquisitè discebant præter medicinam, vt scribit Strabo li. 15. qui & paulò post tradit è Germanis (hi alterum philosophorum genus Indorum, alteri enim Brachmanes vocabantur) medicos fuisse multos, & eos quidem post Syluicolas honoratissimos, vt qui circa hominem philosophantur. Nemo illos hospitio non libenter suscipiebat. Nemo rogatus illis non irrogabat quæ victui erant necessaria. Sed & Diodorus ipse lib. 2. tradit, apud eosdē Indos fuisse medicos, qui è publico stipendia percipiētes peregrinos ægrotos curarent. Plato li. 3. de Repub. Bonos (inquit) medicos habere oportet in ciuitate, qui ab ineunte ætate vltra discendæ artis studium inter plurimos corpore malè affectos fuerint versati, ipsíque omnium morborum genere laborarint, naturáque imbecilla sint. Neque enim corpore corpus curant. Cyrus ille sapientissimus rex Persarum, & qui ad illos primus imperium transtulit, apud Xenophontem lib. j. dicit vrbes medicis indigere, quibus & bene valere opus est. Ideóque post regnum à se adeptū huius quoque rei habuisse curam. Cui Cyri sententiæ adstipulatur text. in l. si duas § grammatici. ff. de exc. tut. & in l. j. ff. de Decre. ab ord. faci. quibus cauetur certum medicorum numerum debere esse in vnaquaque ciuitate. Ideóq; posteà in l. ambitiosa, eo. ti. sancitū est posse Decuriones medicis salaria constituere de publico, quam l. annuat gl. in l. 1. C. de præb. sal. li. 11. ad limitationem illius l. prohibentis salarium constitui ex iuribus reip. incōsulto principe. Iulius Cæsar omnes medicinam professos quo libentiùs & ipsi vrbē incolerent, & cæteri appeterent, ciuitate donauit, teste Suetonio, in vita illius c. 42. Eius successor August. vt idem retulit, in magna quadā sterilitate & difficili remedio omnes peregrinos exceptis medicis vrbe expulit. Et vt memoriæ prodidit Plin. lib. 29. c. 1. Cùm Romani aliquando Græcos Italia pellerent, medicos exceperunt. Alexander Seuerus & ipse Romanus Imperator, à quo tam multas leges habemus, medicis salaria instituit, vt auctor est Aelius Lampridius.

Principes nunquam sine medicis esse debent.

400 ¶ Nullus fermè celebriorum principum sine medicis sibi quidē propriis fuisse legitur. Quin & hodie publica consuetudine receptum est apud omnes orbis nationes, ne princeps vsquam gentium agat absque medicis. Et ea potissimùm, vt opinor, ratione, quòd, vt iam diximus, multa animi vitia ex corporis vitiatis humoribus oriuntur. Nec eorum sæpè mentem esse sanam, quorum corpus inualidum est, in ea præsertim parte, quæ rationis sedes est, id est, in cerebro, quod plerunque principibus vitiatum est. Propterea frustra reclamant qui sunt à consiliis, furis ô princeps, ad te redi: nisi medicus arte sua neque volenti, neque sentienti suam mentem purgato cerebro reddiderit. Si Cambysi sacro (vt scribit Herodotus in Thalia) morbo laboranti, proindéque insanienti fidus adfuisset medicus, non vsq; ad fratris sororísque, & eiusdem vxoris, & aliorum domesticorum interitum insaniuisset. Si etiā Caio Caligulæ corpore & mente valetudinario adfuisset medicus, qui cerebrum, vt ipse aliquādo cogitauit (teste Suetonio) purgauisset, non vsque ad pugionum ac venenorū scrinia in perniciem humani generis insaniuisset.

401 ¶ Proindéque & principes adsciscere sibi medicos veluti proprios & peculiares docuit antiquitas, quæ suum quoque medicum Deos ipsos habuisse dixerit, quem Pæana Dorici, Pæonē alij vocant, vt scribit Seruius enarrans illud lib. 7. Aeneïdos, Pæoniis reuocatum herbis, vbi hinc Pæonias herbas interpretatur medicinales, à Pæone deorum medico. A quo etiam idem Virgilius Pæonium morem appellat medicinalem, cum scribit lib. 12. Aeneid.

—Ille retorto
Pæonium in morem senior succinctus amictu.

Et Galenus li. Therapeuticæ 6. Pæoniam manum appellat medicam. Potest & ab eodē Pæonia herba videri appellata, de qua Plinius li. 25. c. 4. Vetustissima (inquit) inuenta Pæonia est, noménque auctoris retinet. Huius autem Pæonis medici meminit Homerus Odyssæ lib. 4. & lib. Iliados 5. vbi scribit illum Plutonem ab Hercule vulneratum, cùm in cœlū aufugisset ad Iouia domicilium, curauisse mitigatoriis medicamentis vulneri ipsius appositis,

Τῷ δ' ἐπὶ παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων
Ἠκέσατ'.

Quod & nos alibi ad aliud propositum citauimus. Apud eundem, eodem libr. 5. Iliados, ad finem, Pæon ipse,

Πὰρ δὲ Διὶ Κρονίωνι καθέζετο κύδεϊ γαίων

Iuxta Iouem Saturnium sedebat gloria gaudens.

Ex quo Homerus medici dignitatem insinuat. Meminit & ipsius Pæonis Aesopus ille Phryx in quadam vulpis vermísque fabula: & Apollonius Rodius li. 4. Argonauticôn, & Lucianus in Tragœdia cui titulus est Podagra,

Nec ipse vincere summus omnium

Paon Deorum medicus arte sua potest. Cæterùm Nicandri Scholiastes hūc eundem esse eum Aesculapio scribit, cui consentiens Artemidorus *παιών*, inquit, [illegible]. Pæon autem à *παίω* inflectitur, quo medela significatur. Sed vt redeamus, Virgilius suo principi Aeneæ assistere facit Iapidem medicum, qui illum à vulnere quod exceperat, curauit lib. 12. Aeneïdos. Alexãdro Magno semper Philippum adfuisse scribūt Plutarchus, Arrianus, Q. Curtius, & cæteri vitæ illius scriptores: Et Pyrrho Epirotarū regi Timocharē, & Niciā, vt alibi diximus. Porrò cōtra hos qui ob medendi curā à comitatu principis discedere nō possunt, nō currit præscriptio, quando iustæ absentiæ ratio, & necessitatis publicæ obsequiū ab eiusmodi præiudicio eos defendit tex. est ad literam in l. 2. C. qui non ob. long. temp. præscr.

402 ¶ Nec principes tantum, sed & exercitus medicos secum habere oportet, vt facilè perspici potest ex l. j. C. de profes. & medi. lib. 10. qua huiusmodi exercituum medicos, quandiu ob eam rē Reipub. caussa abfuerint, à ciuilibus muneribus excuset. Et vt scribitur in l. inter eos. §. vlt. ff. ex qui. cau. maio. Militum medici, quoniam officium quod gerunt & publicè prodest, & fraudem eis afferre non debet, restitutionis auxilium implorare possunt. Et apud Homerum legimus, quod iam alibi aliud agētes scripsimus, Machaonem, Podalirium, Autolycū, & eius filios maxima Græcorum exercitui adiumenta præstitisse. Silius quoque Italicus lib. 5. scribit Hannibalem secum duxisse Synalum medicum in expeditionem Italiæ.

403 ¶ Sed vt vlterius progrediamur, Diogenes Synopeüs cum intueretur gubernatores, medicos philosophos hominem esse omnium animalium sapientissimum dicebat. Cùm autem somniorum interpretes, coniectores, & huiusmodi cæteros inspiceret, nihil tum se inanius existimare homine dicebat. Lycon Astianax philosophus peripateticus, Stratonis Lampsaceni in scholæ regimine successor, suo testamento iussit honorari medicos Pasithemim & Midam, dignos, vt asserebat, magno & honore, & pretio, ob summam in se diligentiam, & artē. Fuere olim apud priscos illos insignes ciuitates, aliáq; loca celebria huius artis studio dedicata, adeò est æstimata medicina. Inter Laodiceā & Caruram templum erat mensis Cari appellatum in maxima veneratione, in quo maxima medicorū schola à Zeumde constructa est, & posteà ab Alexãdro Philalethe. Erasistratiorum quoq; schola Smyrnæ ab Icesio erecta. author vtriusq; Strabo ad finem li. 12. Alexandriæ item medicinæ studia celebratissima fuisse tradit Ammianus ad fi. lib. 22. Plinius Secundus vir omnium consensu doctissimus tāti medicinam medicosque fecit, vt ægrotus denunciarit ne quid sibi daretur, nisi permittentibus medicis, vt ipse retulit li. Epistolarum 7. ad Restitutum, epi. eius lib. 1.

Homo ob medicos sapiētissimus animaliū à Diogene iudicatus.

404 ¶ Quid nunc ingentissimos medicorum quæstus memorē, cū hæc ars diuinior sit, quā vt huiusmodi rationibus sit æstimanda? Propterea Hippoc. ad Abderitas scribit, nūquā se pro eius vsu mercedē recepisse: vt quæ sit libera, Deorumq; munus. Ausonius quoque testis est, patrē suum eiusdem nominis, arte medicum, idipsum etiam factitasse, in Epicedio in ipsum patrē,

Obtuli opem cunctis poscentibus artis inemptæ,

Officiúmque meum cum pietate fuit.

At si qui sint qui rerum pretia malint quæstu & vtilitate metiri, Neque enim illicitū est, nec indecorum medico mercedem accipere sanitatis, per tex. Ang. qui id honorem appellat, in c. non sanè. 14. q. 5. quem item notat gl. in c. qui studet, in verbo, sanitatis. j. q. j. & in c. prouidendum. 83. di. & Specul. tit. de Salar. §. vlt. Sed & Tullius, vt id obiter dicam, medici mercedē honorē vocat lib. 16. Epist. in epist. incip. Nos à te. Si quis igitur res quæstu & cōpendio metiatur: ne hac quidem parte cuiquam aliarū cedit artium. Neque vlla magis fuit frugifera, & ad rē subitò parandam æquè præsentanea, vt non abs re senserit Esaias solos ferè medicos esse locupletes, & omnium rerum minimè indigentes, cùm scripserit, c. 3. nō sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum. ex quo & illud carmen minime quidem elegans, sed verum. Dat Gal. opes, & cæte. ab Accursio nostro relatum in proœmio. ff.

Hippocrates gratis medicinam exercuit. Et Ausonius Ausonij poetæ pater.

405 ¶ Id quod facilè exemplis comprobari potest. Erasistratus enim (quod iam suprà diximus) Antiocho rege sanato à Ptolemæo eius filio centum talentis donatus est. Id sexaginta millia nostrorum aureorū efficit, si Budęo credimus hoc ipsum affirmanti li. 2. de Asse & partibus eius. Fuēre Cassio, Carpitano, Aruntio, Albutio, Rubrio (de quibus & suprà locuti sumus) 250. sestertia annua mercede apud principes, vt scribit Plinius lib. 29. c. 1. id est, vt idem Budæus autumat, sex millia ducenti quinquaginta aurei. Q. verò Stertinius, vt idem Plinius subiungit, principibus imputauit, quòd sestertiis quingenis annuis contentus esset cùm sexcena sibi quæstu vrbis fuisse numeratis domibus ostenderet, id est, vt eū Budæo quoq; interpretemur, Stertinius summā altero tāto maiorē à principib⁹ habebat, hoc est, duodena millia quingētenos aureos, eū priuato quęstu & vrbico denaquina millia cogere posset. quapropter hoc etiā imputabat

Erasistratus ex rege curato accepit 60. millia aureorū

putabat principibus, quòd eorum gratia centum sestertia quæstus contemneret. Par autem & fratri eius (vt Plinius quoq; subdit) merces à Claudio Cæsare infusa est, censusque quanquã exhausti operibus Neapoli exornata, hæredi sestertium trecenties, vt Budæus legit, reliquere (videlicet ipsi fratres) quantum Athena, id est, Aruncius solus, vt intelligamus Aruncium cognomento Athenam dictum. Crinas item Masiliensis, vt Plinius etiam subnectit, sestertia centum, vt vulgo legitur, reliquit muris patriæ, mœnibus quoq; aliis penè nõ minori summa extructis. At Budæus in hoc loco legit sestertiũ centies, nõ sine (vt dicit) vetustæ lectionis astipulatu. Alioquin quonam modo centũ sestertia sufficere mœnibus Masiliæ potuissent? aut cur Plinius magnam hanc summam esse diceret? Charmis vt & idem Plinius scribit & ipse Massiliensis, ægrum quempiam ex prouincialibus sanandum sestertiis ducentis, id est, quinque milibus nostrorum aureorũ ex eodem Budæo conduxit. Archontio autem vulnerum medico condemnato sestertium centies, id est, ducenta quinquaginta millia aureorũ Claudius ademit, bonis scilicet ipsius confiscatis. Verùm eidẽ in Gallia exulanti, & deinde restituto acquisitum nõ minus intra paucos annos, vt & idẽ Plinius scribit, & nos alibi diximus. Sed & iam quoque scripsimus ex Herodoto, Democedem annua mercede ab Aeginetis talento vno, ab Atheniensibus, centum minis, à Polycrate talentis duobus fuisse conductum. Thadæũ quoq; in singulos dies quinquaginta aureis cum peregre proficisceretur, & curato Honorio pontifice decem millia aureorum reportauisse. Sunt qui hoc petro Aponensi dicunt. Ex quibus colligi potest eam artem præ cæteris fuisse æstimatam, cui tanta bonorum pręmia darentur. Nec tamen interim in hac mercedis medicorum mentione omittam, medicos ea honestate esse debere, vt libenter & non grauatè accipiant quod illis spontè offertur ab ægrotis quos sanarũt, vt etiam monuit l. archiatri C. de profes. & med. lib. 10. Id quod etiam de aduocatis scriptum in l. quisquis. C. de postul. & nos quoq; suprà diximus c. 29. nu. 48. & seq.

Medendi ars cæteris honoratior

406 ¶ Quid, inquam, maximos honores huic arti delatos iterum inculcem? quibus, vt opinor, persuasus Lucianus in Medico abdicato scripsit medendi artem cæteris esse honoratiorem, vt non immeritò Tullius lib. 1. Officiorum eam cooptarit artibus honestis, quibus prudentia maior inest, aut non mediocris vtilitas quæritur. Et Seneca epistola ad Lucillium 115. reposuerit inter artes liberalissimas. Et Plutarchus in lib. de tuenda bona valetudine, eam sic esse de numero disciplinarum liberaliũ dicit, vt politie, splendore, iucunditate nulla sit inferior. Hæc enim sunt verba illius, τῶν δ' ἐλευθερίων τεχνῶν ἰατρικὴ, τὸ μὲν γλαφυρὸν, καὶ περιττὸν, καὶ ἐπιτερπὲς, οὐδεμιᾶς ἐνδεέστερον ἔχει. Propterea cùm artes sordidę & nõ honestę sint etiã clericis simplicibus interdictæ, vt in c. j. de vit. & honesta. cler. lib. 6. & in cle. 1. eo. tit. & latè voluit Specul. in tit. de cleri. coniug. §. 1. versi. sed quam dices honestam. Certè possunt medici promoueri nõ ad simplicem modò clericatum, sed & ad sacerdotium, per tex. in c. ad aures, & ibi gl. & Doct. de æta. & quali, & voluit gl. in c. si quis à medicis. 50. di. Et ideo etiam medicus est capax nominationis ad beneficia tã ex Pragma. sanctione, tit. de col. c. r. §. insuper. quàm ex pactis inter Papam & Regem nostrum inuictissimum, in tit. de elect. versi. tempus autem competens. Possunt itẽ tam promoti ad clericatum simplicem, aut aliàs infra sacros ordines, medicinam quamcumq; exercere, præter Chirurgiam, & ipsam sacris tantùm ordinibus interdictam, per c. sententiã, ne clerici, vel monac. Ideò argumento à contrario sensu potest illis videri cõcessum aliud medicinæ genus, maximè cùm alibi prohibitum non reperiatur, vt dicit Panor. ibi, col. vlt. At sacerdotibus ob id eius artis in vniuersum exercitio videtur interdictum, quòd illi ipsius studio vacare prohibeantur per textũ in c. vlt. eo. tit. lib. 6. Nam ex quo prohibetur studiũ, videtur & exercitium quoque satis prohibitum, argu. l. oratio. ff. de sponsa. & c. tuæ, de procur. & c. cùm quid, & ibi not. per Ioan. An. de reg. iur. lib. 6. Sed id non est, quòd ea ars sit minimè honesta: quia si esset huiusmodi, æquè interdiceretur clericis simplicibus, ac sacerdotibus, vt dictũ est: sed ea ratione, ne studio medicinæ occupati, relinquant studium Theologiæ: neue, si religiosi sint, exeant claustra, vt in d. ca. non magnopere, & d. c. vlt. ne cleri. vel mona. quibus etiam rationibus prohibentur & leges alioqui sacratissimas audire.

Epilogus laudũ medicinæ ex præcedentibus.
Ab antiquitate.
Ab inuentoribus.
Ab honoribus.
A difficultate artis.
A dignitate.
A facultate.
A necessitate.
Ab vtilitate.
A cõpẽdio.

407 ¶ Sed vt postremò vniuersas eius laudes summatim cũ Erasmo complectar: Si permultas res sola commendat antiquitas, hanc artem primam omnium reperit necessitas. Si scientiam autores illustrant, huius inuentio semper Diis attributa est. Si quid auctoritatis addit honos, non alia tã passim ac tamdiu diuinos honores meruit. Si magni fiunt quæ summis viris probantur, hæc summos Reges, hæc primates non solum delectauit, verùm etiam illustrauit. Si difficilia quæ sunt, ea sunt & pulchra, ex Solone & Platone in Protagora: nihil hac operosius, quæ tot disciplinis, tantarũ rerũ peruestigatione, vsuque cõstat. Si dignitate rem æstimamus, quid excellẽtius, quã ad Dei benignitatẽ proximè accedere? Si facultate, quid potẽtius aut efficacius, quàm totum hominem certo exitio periturũ, ipsi posse restituere? Si necessitate, quid æquè necessarium, atq; id, sine quo nec viuere, nec nasci licet? Si virtute, quid honestius quàm seruare genus humanum? Si vtilitate, nullius vsus neque maior est, neque latiùs patet. Si compendio, hæc imprimis frugifera est. Vt nihil omnino addubitandum sit, non derogare nobilitati (hæc enim ea res est, de qua quærimus) qui se huic arti dedicarint.

QVAE

QVAE CONTRA MEDICOS DICI SOLENT, AVT POSSVNT.

408 ¶ Non desunt tamen qui hanc artem tot tantísque titulis ac nominibus adornatam vellicare, & inter artes sordidas, mechanicas, & minime honestas reponere conantur. Nam omnis ars, inquiunt, vel liberalis est, vel seruilis. Nihil est tertium. Medicina autem non est ars liberalis, vt probat textus in l. ambitiosa. ibi, si ob liberalem artem fuerit constitutum, vel ob medicinam. ff. de decr. ab ord. fac. dictio enim disiunctiua ponitur inter diuersa. vt voluit gl. in rub. ff. si ager vectig. cum si. Et etiam frustra adiecisset, vel ob medicinam, si fuisset ars liberalis, quoniam sub prioribus verbis fuisset comprænhensa. Sed & hoc quoque confirmat text. in l. 1. in prin. iuncto. §. medicorum. ff. de var. & extraor. cog. vbi cum primo fecisset mentionem præceptorum studiorum liberaliū, deinde aliquibus interiectis separatim de medicis loquitur, veluti non comprehenderentur sub primis. Et similis prope tex. in l. 1. C. de decre. Decur. li. 10. vbi separatim loquitur de liberalium studiorum antistitibus, & de iis qui medendi cura funguntur. Si igitur non sit ea ars liberalis, necessario est seruilis & sordida. Id quod etiam apertius probat tex. in l. vlt. ff. de iure immu. vbi inter plurimos viles artifices, quibus grauiorum munerum vacationem conditio artis tribuit, illic memoratos, medici reperiuntur. Et hoc aperte voluit Petrarcha non semel in iis libris quos contra medicum quempiam ædidit. Et è medicis Auerrois Colliget 1. c. 1. & iterum lib 6. c. 1. Itémque lib. 7. c. 30. de cura apostematum frigidorum, rursúmque in lib. 1. de Animal. comment. 17. Isidorus Etymologiarum lib. 1. Vgo in Didascalicon. Petrus Aponensis in suo Conciliatore, Differentia 4. & iterum in Arzusa, rursúmque in Commentatiis Problematon Aristotelis, libro tricesimo, capite septimo, in principio: & è Theologis Antonius Florentinus, in sua summa, parte prima, capite primo. §. tertio, quibus locis dicunt hanc artem esse mechanicam. Et ante hos Hippocrates, quo loco citabimus num. ab hinc 5.

Qua videntur probare medicinā esse artem illiberalem.

409 ¶ Quod & ita probatur. Artes seruiles dicuntur, quia liberos homines dedeceant: sicuti liberales, quas Græci ἐλευθέρια μαθήματα appellant, vt scribit Iurisconsultus in l. 1. in princ. ff. de var. & extraord. cogn. quia libero homine dignæ sunt, vt scribit Seneca epistola ad Lucillium 88. & aperte innuit Terentius in Eunucho,

Artes seruiles cur dictæ.

Et artes liberales.

Fac periculum in literis,
Fac in palæstra, in musicis, quæ liberum
Scire æquum est adolescentem.

Vbi & id annotat Donatus, & Tullius statim circa initia lib. 2. Academicarum quæstionum, cum dicit, Omnis liberalis & digna homine nobili ab eo percepta doctrina. Ex quibus etiam vides, has artes nobilibus, & liberis dicatas. Et vt plurimi arbitrantur, & innuit Plin. in proœ. lib. 14. & lib. 35. c. 10. vbi de pictura loquitur, quia liberis tantum hominibus in his versari permittitur. vt & è nostris tradit Archi. in c. de quibusdam. 37. di. Híncque eas Cicero in 1. de oratore ingenuas appellat. Et Ouidius lib. 2. de arte amandi.

Nec leuis ingenuas pectus coluisse per artes
Cura sit, & linguas edidicisse duas.

Nam ita vocantur, vt ab iis distinguerentur, quas Græci φαυλὰς τέχνας, id est, viles, & ἀνελευθέρους, βαναύσους, ἀγοραίους, id est, illiberales, sordidas, circūforaneas. Ex quo intelligis has artes liberales esse interdictas seruis, vti etiā est sentētia Euripidis in Antiope apud Sto. c. 60.

Οὐχὶ πῶς τ' ἄνδρα δοῦλον ὄντ', ἐλευθέρας
Γνώμας διώκειν.

410 ¶ Illud autem certum est, olim apud antiquos illos rerum omnium æquissimos arbitratores, fuisse medicos in numero seruorum, quod & ex Iurisconsultis nostris, & aliis scriptoribus videre licet. Nam primum in l. Thais. §. Lucius ff. de fideicom. lib. ita dicitur, Lucius Titius ita testamento cauit, Medicos tibi commēdo, illum & illum: in tuo iudicio erit, vt habeas bonos libertos, & medicos. Quod si eis libertatem dedissem, veritus sum quod sorori meæ charissimę effecerunt medici, ac serui eius manumissi ab eo. Et in l. alimenta. §. j. ff. de ali. & ciba. lega. & in l. Seio. §. vlt. ff. de annuis lega. & in l. patronus. §. item plerunque. ff. de oper. liber. & in l. vlt. C. com. de lega. & in l. 3. §. ne autem C. de com. ser. manu. Extat apud Suetonium in Caligula epistola Augusti Imperatoris in hæc verba, Mitto præterea cum eo ex seruis meis medicum, quem scripsi Germanico, si vellet, vt retineret. Cicero in oratione pro Deiotaro memorat Phidippum medicum seruum ipsius Deiotari. Seneca lib. 3. de Beneficiis, Tenebatur (inquit) inclusus Domitius. imperauit medico, eidémque seruo suo, vt sibi venenū daret. Et paulo post, Vixit Domitius seruatus à Cæsare, prior tamen seruus illum seruauerat. Cuius etiam historię meminit Suetonius in Nerone, cum inquit, In desperatione rerum mortē timore appetitam ita expauit, vt haustum venenum pœnitentia vomeret, medicúmque manumisit, qui idem sibi prudens ac sciens minus noxium temperasset. Refert quoque Plutarchus in Cæsare, medicum seruum, quum Domitius potionem hausisset, pœnitentiáque mox afficeretur, consolatum esse dominum, tanquam nō mortiferam, sed somniferam hausisset potionem. Quam hi-

Serui olim medici.

ſtoriam etiam refert Plin.li.7.c.53.Neque id ſolum apud Romanos,ſed & apud Hebræos. & illos quidem antiquiſsimos ſerui medicinā diſcebant. Legitur enim Gen. 50.eodémque vlt. c.Ioſeph illum filium Iacob præcepiſſe ſeruis ſuis medicis,vt aromatibus condirēt patrē. Suprà autē inter medicos mentionem fecimus Ariſtogenis Gnidij, ſerui Chryſippi philoſophi.

Medicos ſordidiſſima quæque tractare.

411 ¶Ad hæc medici ex ſuæ artis præſcripto inſpiciunt,tractántque vrinas,oletum, ſtercus, ſputa,menſtrua.ſudores.ſaniem,vomitus,omniáque denique hominum excrementa, quæ ſunt res omnium ſordidiſsimæ, fæculentiſsimæ, putidiſsimæ. Quinetiam ipſam merdam (honos ſit auribus)guſtant,quod quidem non piguit Hippoc.aliquando feciſſe, vt inde morbi naturam perſentiſceret,quod tamen alij ad Aeſculapiū referunt.Vnde & ab Ariſtophane in Pluto σκατοφάγος dictus eſt,merdiuorus,id eſt,merdam comedens. Ita enim ab eo ſcriptum eſt,

Medici dicti σκατοφάγοι, id eſt,merdā comedētes.

Γυ. λέγεις ἄγροικον ἄρα σύ γ' εἶναι τὸν θεόν;
Καρ. μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ' ἀλλὰ σκατοφάγον. id eſt,
Mul.Igitur agreſtem tu mihi narras Deum?
Car.Non per Iouem. ſed ſcatophagon.

Quo nomine poëta medicos, quos ſub Aeſculapio intelligi voluit, appellat, vt ſcribit ipſius interpres,qui videlicet in curandis ægrotis ſordida quædam tractant, lotium,aut ventris excrementa contemplantes. Cuius rei meminerunt è Latinis recentioribus Eraſmus Roterodamus,Chiliadis primæ cent.10.c.95.Cælius Rodiginus lib.Antiquarum lectionum 16.c.12. Codrus Ser.13.vbi etiam ſcribit hoc vocabulum alicubi à Gal.ſcriptis mandatum eſſe,ſed noſtros Græcarum literarum ignorantes barbarum vocabulum nihil ſignificans,pro mero Græco ſuppoſuiſſe.Vbi autem ſit is Galeni locus ignoro:niſi is ſit in lib.10.Simplicium Phar. poſt principium:vbi non σκατοφάγον dicit,ſed κοπροφάγον,id eſt,ſtercoriuorum,quod non multum abeſt.Vt non iam mirari debeas,quod de guſtando ſudore ægrotantium dicunt, vt apud Auicennam lib.4.Fen.2.tract.1.c.70.& ſeq.Porro legimus apud Diuum Chryſoſtomū, in lib. quem priuatim dedicauit Babylæ martyri, Ariſtotelem medicum, & philoſophum doctiſsimum,ſemen quoque humanum deguſtaſſe,non alia cauſſa,vt ipſe opinor, licet ille nō dicat, quàm vt inde etiam naturam vímque ſeminis ex guſtu deprehenderet. Nam quis Ariſtoteli reuelauit ſemen humanum ſalſum eſſe, vti ipſe ſcripſit Problematon lib. 4. c. 13. iterúmque lib.32.c.4.niſi ipſe deguſtarit,aut ex alio qui id fecerit, didicerit?

Medici rebus ſordidiſſimis vtuntur.

412 ¶Sed & medici rebus & medicaminibus ſordidiſsimis vtuntur, vt videre licet ex iis quæ ſcribit Dioſcorides lib.2.c.90.quod de fimo eſt,& ſeq.quod de vrina eſt,& Galenus lib.de ſimplicibus medic.10.c.1.8.9.10.12.13.& multis ſeq.vſque ad finem eius libri:Plinius lib.28.c. 4. & iterum c.10.& alibi ſæpe,& D.Hieronymus in Iouinianum lib.2.Et vt pauca ex multis ſpeciatim perſtringamus, vtuntur ſtercore hominum ,canum, & hyrundinum ad eum morbum, quem Græci ſynanchem,noſtri qui Latinè loquuntur, anginam, qui corrupte, ſquinanſiam vocant,vt ſcribunt Galenus,Meſue,Mahemet Arabs,Auicenna,& alij recentiores, quo loco de ægritudinibus gutturis diſſerunt. Item ſtercore Gallinarum ad venena per vomitum educenda,vt tradit Auicenna,& Petrus Apo.in eo libello, quem de venenis compoſuit,c.4.Stercore quoque canis ad conſtringendum ventrem,auctore Alberto li.22.de animalib. Stercore lupi ex aqua,aut vino albo & tenui,colicis paſsionibus pro ſummo remedio apud Galenum, & Aëtium Ser.9.c.31.Semine virili,quod poſt coitum ex vtero fœminę deciderit,ad ſcrophulas,vt authoritate Xenocratis ſcripſit Gal.quibus locis nuper citauimus, vbi & menſtruis fœminarum,re omnium ſordidiſsima,ſudoribus,& aurium ſordibus,ſputo,vrina hominum,& aliorum animalium,morbos quoſdam curari tradit.Et de menſtruis quoque mulierum memoriæ prodidit Plin.li.28.c.7.& Octauius Horatianus,aut vt alij putant, Theodorus Priſcianus lib.4.Phyſicæ ſcientiæ.c.1.Et de ſordibus aurium Plinius lib.28.c.4.Nec tantum hominum ſed & pecudum idem Plin.li.30.c.12.Et de vrinis quoque hominum ipſe Plin.li.28.c. 6. De ſordibus vitilitatis Plin.lib.28.c.4.De ſpuma equorum idem eodem lib.c.10. pluribus in locis,& Marcellus c.10.Et de genitura verrium è ſcropha ex coitu excepta,& genitali eorundem,atque etiam ſpuma:& glutino è naturis vitulorum facto:& equarum quoque genitura à coitu,vrina pulli aſinini,genitali taurorum,idem Plinius illo c.10.lib. 28. Quibus etiam rebus Gal.dicto lib.10. Simplicium caput peculiare dedicauit, vt etiam fecit Paulus Aegineta lib.7.Aëtius Tetrab.1.Ser.2.c.110.& multis ſeq.& Serapio Simplicium c.453.& c.466.Et ante hos Aſclepiades, cui cognomentum fuit Pharmaceon, multa ſtercorum & hominum, & brutorum medicamenta collegit,ita vt multos de ea re libros impleuit,& non modo medicamentis quæ foris imponuntur commiſcens,ſed iis quoque,quæ intra in os & corpus ſumuntur,vt ſcribit Galenus d.lib.10.Simplicium,in eo c.4.cui titulus eſt κόπρος, id eſt, ſtercus. Sed & vrina apri ad veſicæ & calculorum cruciatus, ex Plinio d. lib. 28. c. 15. Fimo columbino ad eundem morbum,& tonſillas atque cœliacorum dolores,teſte eodem,li.30.c.4. & c.7. & alibi ſæpe.Fimo quoque equino,aprino,ſuillo,leporino, vitulino, aſinino, ad multas ægritudines ab eodem relatas eo lib.28.c.14.& c. 16. ante fi. Stercore columbarum ad ſperma augendum,auctoritate Conſtantini lib.6.Viatici.c.1.Aſini ſtercore & eo recente,cum duobus cyathis vini

this vini albi, ad Ictetitiã, ex Arnaldo à villa noua lib. 2. Breuiarij c. 40. Lupi quoque stercore, ex Marcello. c. 29. Et generaliter omnium propè animantiũ stercore, vt per Paulũ Aeginetam lib. 7. Gal. in eo. li. 10. de Simp. Sed & lib. seq. de vngulis caprarum, & asinorum: & canum vomitu, vt retulit Plin. lib. 30. c. 11. Quid quod murem animalium fœdißimum & ipsi mandi iubet, eodem teste lib. 30. c. 3. & c. 6. Eiusdem animalis nares fœculentißimas osculari, in eo. li. c. 4. & lib. 28. c. 6. Et eiusdem quoque cerebrũ potui dari phreneticis, eo. li. 30. c. 11. Vt omittam quod ipsius stercore ad alopecias vtuntur, vt videre licet ex Gal. li. 1. κατὰ τόπους. Multa item medicamenta ex vrinis apud Aëtium Tetra. 1. Ser. 2. c. 18. Et ex sudoribus, ibi. c. 107. Sed & vulturem omnium auium & animalium immundißimum, & illum quidem satiatum humano cadauere, in cibum dari consuluit, vt & Plin. tradit eo li. 30. c. 10. ad fi. vbi & paulo post subdit fuisse & qui 21. muscas tuffas, & quidem mortuas in potu darẽt. Idẽ li. 30. c. 12. tradit ex medicorum præcepto cinerem è capite bubonis auis quoq; fœdißimæ ambustis prodesse. Qui viperã animal venenosißimũ porcelli modo inflatũ in cibis sumi iubẽt, iocinorũ doloribus & vlceribus, vt eodem quoq; lib. scriptum reliquit. c. 6. & c. 13. Imo & ex ipsa vipera putrefacta vermes natos ad oculorum caligines. Marcellus c. 8. Et vermes qui in arbore caua & putrida nascũtur ad vlcera capitũ, idẽ Marcellus c. 4. Et mulorũ impetiginibus, ipse Marcellus c. 26.

413 ¶ Vt non immerito miratus sit ipse Plinius lib. 34. c. 18. eodémque vlt. experientiam vitæ, ne fece quidem rerum, excrementorũmque fœditate intentata tot modis. Propterea Hippocrates medicorum antistes in lib. de flatibus, ingenuè professus est medicinam esse artẽ sordidam, cum medicus res fœdas, sordidásque tractare cogatur. Quibus & ipsi non homines tantum suo halitu, sed & subsellia & marmora attrectatione sua inquinant, vt de Alcone medico scribit Lucilius Græco epigrammate, quod ita vertit Ausonius, *Hippocrates hanc artẽ dicit sordidam propter tractationem rerum sordidarum.*

Alcon hesterno signum Iouis attigit, ille
Quamuis marmoreus vim patitur medici.
Ecce hodie iussus transferri ex æde vetusta
Effertur, quamuis sit Deus, atque lapis.

Eiusdem quoque Ausonij est & aliud epig. quod proxime præcedit id quod adscripsimus,

Languenti medico dixit Diodorus haruspex,
Ad vitam non plus sex superesse dies.
Sed medicus dictis fatisque potentior Alcon,
Falsum conuicit illico haruspicium.
Tractauitque manum victuri, ni tetigisset.
Illico nam Marco sex periere dies.

414 ¶ Quis nunc succenseat gl. quæ dicit in c. non sane, in verbo, nec medico. 14. q. 5. medicos non esse maioris precij & auctoritatis, quàm obstetrices, per tex. ad id optimũ in l. vlt. in 1. respon. C. com. de leg. quod & voluit Spec. tit. de salario. §. vlt. in prin. & Io. And. in c. ad aures. de æta. & qual. & Io. Ana. in c. 1. col. 2. de Iudæ. Cui concinens Augustinus lib. de ciuitate Dei 3. c. 17. In tanta, ait, strage bellorum, etiam pestilentia grauis exorta est mulierum. Nam priusquam maturos partus ederent grauidæ, moriebantur: vbi se credo Aesculapius excusabat, quod Archiatrum se, non obstetricem profitebatur. Ex quibus verbis satis constat hunc obstetricis titulum iam à priscis illis temporibus, medicis fuisse adscriptum: sed eum tamen illos à se reiicere conatos. Imò & tex. habemus in l. 1. §. sed & obstetrices. ff. de var. & extraod. cog. qui obstetrices numero medicorum adscribit. Et hac fortaßis ratione, quoniam videlicet ars medica sit adeo vilis & sordida, prohibuerunt leges, ne medici postularẽt, sicuti & eadem ratione, ne aduocati munus tabellionis ob vilitatem ipsius exerceant, vt no. in l. vniuersos. C. de Decur. lib. 12. Illud autem de medicis cauetur in l. placet. C. de epis. & cler. *Medici & obstetrices eiusdem pretij.* *Medici postulare prohibiti.*

415 ¶ Quo etiam in loco, & iterum in l. parabolanos, quæ proxime sequitur, medici contemptim parabolani vocantur, quoniam videlicet, vt dicit ibi Accursius, multas habent parabolas, ob id scilicet, quod vt quisque loquacior est: ita doctior medicus vulgi sententia, & opinione existat. Et eandem expositionem affert ipse Accurs. in l. si duas. §. grammatici, in verbo, circuitores. ff. de excu. tut. & Alber. Rosa. in suo indice, in verbo medici quid sint. Hancque appellationem in vituperium medicorum vertit Petrarcha lib. 4. Inuectiuarum in medicum. c. vlt. quia videlicet cum medicos minimè loquaces esse oporteat, vel etiam testimonio, vt hoc illi addã, Arnaldi à villa noua medici celeberrimi, in libro de regulis generalibus curationis morborum, doctrina j aphorismo omnium nouißimo: vt ne interim prætermittam Græcum illum versiculum incerti authoris, adscriptum lib. 2. Epigrammaton Græcorum, *Medici parabolani dicti, & quare.* *Medicos minime loquaces esse decet.*

Ἰατρὸς ἀδόλεσχος νοσοῦντι πάλιν νόσος, Id est,
Medicus garrulus ægrotanti iterum morbus.

Et forte hac de caussa, licet alij aliò referant, Virgilius medicinam artem mutam appellauit, cum scilicet inquit lib. 12. Aeneidos, vt tibi locum designem,

Scire potestates herbarum, vsúmque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

Soa tamen impudentia, vt subdit Petrarcha, eorem deduxisse, vt promutis parabolani in iure ciuili dici meruerint.

Callianax reprehensus.

416 ¶ Vt non immerito vituperandus sit Callianax ille medicus à Galeno in suis in lib. 6. Epidimion Hippocratis Commentariis memoratus, qui interrogatus ab ægro num moreretur, imprudenter admodum & intempestiuè, atque dicaciter veluti sibi nimium placens respondit illo Homerico versu ex lib. 21. Iliados,

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων. Id est,

Mortuus est & Patroclus, qui te multo præstantior fuit.

Quod & nos alibi diximus. Et alius nomine Cointus, cuius item meminit ipse Galenus, qui cum diuitem quendam febre correptum inuiseret, vinúmque oleret æger vt ab eo recederet petiit. Is verò minime annuens respondit, Sustine fœtorem vini, cum ipse fœtorem febris tuę sustineam. Quis enim non diceret huiusmodi medicos fuisse ægrotis ipsis alterum morbum, secundum illum Græcum senarium.

Alphonsi regis in medicos dicterium.

417 ¶ Alphonsus autem Aragonum Rex cum aliquando capite ægrotaret, & multi pro suo quisque ingenio ac studio oblectamenta ac munera ægroto Regi excogitarent. Antonius Panormita, qui hoc scriptis mandauit, ad ipsum quoque Q. Curtium detulit. Quem Rex ea hilaritate, ea auiditate, ea denique fœlicitate cœpit audire, vt quod medici obstupescerent, eo ipso die quo legere cœpit, ægra omni valetudine leuatus ac pene confirmatus euaserit. Ex quo frequenter in medicos Rex iocatus Auicennam veluti parabolanum paruifacere, Curtium laudibus accumulare cœpit.

Appellatis Parabolani deluta

418 ¶ Verum huiusmodi appellationis ignominiam diluere volens, & in bonam partem transferre Arnaldus ille à villa noua, Aphorismorum doctrina 7. c. 3. ita scribit, Parabolæ Salomonis ostendunt, quod quæ sapientes in considerationibus naturalibus protulerunt, conuenienti metaphora mortalibus adaptantur. Doctor gratiosus & efficax parabolis vtitur ad occulta per sensibilia declaranda. Aeterni doctoris euangelica lectio testatur eundem fuisse parabolanum. Sapiens igitur ad exemplum illius præmissa reducit in parabolas opportunas. Hæc ille.

Mendum esse in legibus, quibus medici parabolani vocantur.

419 ¶ Sed tu tamen aduerte, Lector amantissime, quia in d. l. placet, & in l. parabolanos, videtur esse mendum in illo verbo, parabolani. Neque enim ea appellatio medicorũ ei loco congruit, nec alibi apud antiquiores reperitur, nec in postrema l. ordo constructionis potest conuenire, si parabolani legas. Ideóque aliud verbum & quidem Græcum fuisse in iis legibus huic verbo proximum coniicio, à nostris non intellectum, qui ideo hoc illius vice suffecerũt. Cui meæ sententiæ suffragatur Ioan. Reuchlin, vir certe in omni doctrinę genere consummatissimus, qui in epistola quam præmisit ad librum Hippocratis de præparatione hominis, à se traductum, hæc propemodum scribit: Nec id tibi stomachum moueat, quasi nostri sæculi Iudæos, vel formidine pœnæ, ob anteactam scelerate vitam, vel propter quæstum ampliorem, aut explendam libidinem aqua baptizatos, tinctos, aut mersos tanto & tali dignos honore, vt sint in numero clarissimorum medicorum recensendi. Non enim illis vagabundis nomen artis tam honorabile impertiat, quorum perfidia frequenter ad vomitum redit. Possent tamen fateor inueniri ex eiuscemodi Iudæis baptizatis malæ bestiæ, qui seipsos reiecta omni verecundia partim vestrates in parabolanorum, id est, manus applicantium consortia ingerere non cessent. Et paulo post, Quos certe nemo sapiens & non illorum similis rectè medicos appellauerit, sed Græcè παραβαλᾶνας potius, & Latinè mutata declinatione, (vt alioqui creberrime in aliis fieri posset) parabalonos, antepenul. per a. & penultima finalíque per o. Hæc ille.

Parabolani non de medicis dicuntur in illis legibus

420 ¶ Verum And. Alciatus vir Iurisconsultorum elegantissimos, & elegantiom iurisconsultissimus lib. 4. Dispunctionum c. 9. aliud interpretamentum huius nominis adfert. Parabolanos enim fuisse quosdam plebeios, qui famulitio vel ecclesiarum, vel hospitalium Xenonúmve deputati erant, & quasi adscriptitij glebæ, vt sicut illos omni vita ab agrorum cultura recedere non licebat: Ita his ab seruitio ęgrorum qui in nosocomiis, id est, valetudinariis residebant: hósque dici à Græca præpositione παρὰ & βῶλος, quæ vox pro gleba accipitur.

Parabalani non parabolani in illis legibus
Alia ratio huius appellationis.

421 ¶ Ego verò malo legere parabalanos, ab eadem præpositione, & βάλανος, qua voce glans significatur. eáque ob quandam similitudinem vtuntur Græci potissimum medici, pro eo medicamenti genere, quod vulgo suppositorium vocamus, medicis in sua arte frequẽtissimum: hincque id nomen illis inditum, vt alibi diximus. Quid tamen si dicantur paraboloni, aut etiam parabolani à dictione Græca παράβολος, qua significant Græci audacem, temerarium confidentem, periclitatorem, cuiusmodi ferè sunt medici. Plutarchus in Cęsaris vita, τῶν πολεμίων τὰ παράβολα καὶ μεγάλα μὲν πολλοὶ τολμῶσι δι' ὀλίγου φανέν. Hincque in derisionem huius artis Plautus in Captiuis medico Menarchi nomen indidit, veluti infamiæ principi. Nam μαίνομαι significat insanio, & ἄρχος princeps. Quid tandem si dicas medicos parabolanos à subeundo periculo in ægrotantium cura appellatos, ἀπὸ τοῦ παραβάλλεσθαι?

Catonis sententia de medicis.

422 ¶ Sed vt redeamus, Cato ille Censorius peritissimus alioqui medicinæ, vt qui ad filium de medicina scripsit, medicos tamẽ maximopere improbabat, atque vt refert Plutarchus odio & suspicione persequebatur. Cúmque audisset illud Hippocratis, qui à Rege Persarum multorum ta-

rũ talentorũ pollicitatione accitus nunquã barbaris Græcorũ hostibus sui facultatem facturũ dixerat. Hoc, inquit, cõmune medicorũ iusiurandũ est. Plin. autẽ li. 29. c. 1. verba ipsius Catonis de hac re adscripsit. Dicam de istis Græcis suo loco Marce fili, quid Athenis exquisitũ habeam: & quòd bonũ sit eorũ literas inspicere, nõ perdiscere. Vincam nequissimũ, & indocile genus illorũ, & hoc puta vatẽ dixisse. Quandocunq; ista gẽs suas literas dabit, omnia corrumpet. Tũ etiã magis, si medicos suos huc mittet. Iurarũt inter se barbaros necare omnes medicina. Sed hoc ipsum mercede faciũt, vt fides iis sit, & facile disperdãt. Nos quoq; dictitãt barbaros, & spurcius nos quàm alios opicos appellatione fœdãt. Subdit autẽ Plin. suis ipsius verbis. Atque hic Cato DCV. anno vrbis nostræ obiit 85. suo, ne quis illi defuisse publice tempora, aut priuatim vitæ spacia ad experiendum arbitretur. Quid ergo? damnatam ab eo rem vtilissimam credimus? Minime Hercule. Subiicit enim, Qua medicina & se, & coniugem vsque ad longam senectam perduxerit: profitetúrque esse etiam commentarium sibi, quo medeatur filio, seruis, familiaribus. Non rem antiqui damnabant, sed artem. Et paulo post, Augebo prouidentiam illorum (de Romanis loquitur) Solam hanc artium Græcarum nõdum exercet Romana grauitas. In tanto fructu paucissimi Quiritium attigere, & ipsi statim ad Græcos transfugæ. Imò vero autoritas aliter quàm Græcè eam tractantibus, etiam apud imperitos expertésque linguæ non est. Ac minus credunt quæ ad salutem suam pertinent, si intelligunt. Itaque Hercule in hac artium sola euenit, vt cuicunque medicum se profitenti statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius. Non tamen illud intuemur, adeo blanda est sperandi (nisi malis legere spirandi) pro se cuique dulcedo. Nulla præterea lex, quę puniat inscitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ: Discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt, medicóque tantum hominem occidisse summa impunitas est.

423 ¶ Quibus postremis verbis adstipulatur Baptista Mantuanus, cum cecinit Ecloga 6. cui Cornix titulus est, *De eadẽ re ex aliis.*

Sunt & equestre genus medici, qui tangere venas
Nonnunquam illicitas audent, & ponere quædam
Non intellecta temeraria nomina morbis.
His & si tenebras palpant, est facta potestas
Excruciandi ægros, hominésque impune necandi.

Nec absimile quod apud Iouianum Pontanum illustre nostri sæculi lumen in eo libro, qui Charon inscribitur, Mercurius à Charone interrogatus, quod genus hominum liberius viueret? Medici, inquit, vt quibus permissum sit impune hominem occidere. Hæc ibi. Philemon autem Iunior ille quidem, sed tamen antiquus poëta, apud Stobæum Ser. 100.

Μόνῳ δ' ἰατρῷ τοῦτο, καὶ συνηγόρῳ
Ἔξεστιν, ἀποκτείνειν μὲν, ἀποθνήσκειν δὲ μή.

Quibus significat soli medico, & aduocato licere impunè occidere.

424 ¶ Verum nostris legibus, vt id obiter dixerim, quamuis medico imputari euentus mortalitatis non debeat, tamen quod per imperitiam commisit, imputari ei debet. Nam prætextu humanæ fragilitatis delictum desipientis, in periculo hominis, innoxium esse non debet. hæc sunt verba l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. Præsi. & ita no. per Can. in c. ad aures, de æta. & qual. & in c. tua nos, de homi. De qua re late Flor. in l. qua actione. §. Proculus. ff. ad leg. Aqui. Legib. autem Platonicis lib. 9. de legibus, Medici qui curantes non sponte occiderint, mundi sint. *An id sit verum nostris legibus.*

425 ¶ Sed ad Plinium redeamus, Subdit iis quæ iam diximus, Quinimo transit in conuicium, & intemperantia culpatur: vtróque qui periere arguuntur. Id est, si ægrotus vel culpa medici obeat, non suæ inscitiæ medici adscribunt, sed morientium intemperantię. Quem & medicorum morem Aesopus longo ante interuallo mire expresserat. Medicus, inquit, ægrotantem curabat: ægroto autem mortuo, ille ad deferentes dicebat, Hic si à vino abstinuisset, & clysteribus vsus fuisset, non interiisset. Quod præsentium quispiam excipiens, Optime, ait, non oportebat te hoc nunc dicere, quando nulla vtilitas est, sed tunc monere, quando his vti poterat. Sed & alia pleraque Plinius in eodem loco in medicos scripsit, ex quibus item nonnulla huc transferemus. Nec dubium est, inquit, omnes istos famam nouitate aliqua aucupantes animas statim nostras negociari. Hinc illæ circa ægros miseræ sententiarum concertationes, nullo idem censente, ne videatur accessio alterius. Hinc illa infœlicis monumenti inscriptio, turba se medicorum periisse. *Iterũ Plinij verba in medicos.*

426 ¶ Quam quidem inscriptionem sumpsit Plin. vt opinor. à Menandro, cuius vt nonnulli putant hic senarius est, quanquam ponitur tanquam incerti autoris lib. 2. Epig. Græcorum, *De eadem re.*

Πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ' ἀπώλεσε. Id est,
Multorum medicorum ingressus me perdidit.

Cui concinit quod de Adriano Imperatore (qui & ipse, vt dictum est, erat medicus) refert Dion. Ille enim dum moreretur illud in populo iactatum pronunciauit, quod desumptum fuisse videtur ex illis Græcorum senariis prouerbialibus,

Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν.

Πολλοὶ δ' ἰατροὶ τὸν βασιλέ' ἀπώλεσαν, Id est, ad verbum,

Multi duces Cariam perdiderunt.

Multi autem medici Regem perdiderunt.

Satiúsne sit plures medicos an vnum habere.

Cæterum Plato dicebat iis quibus plures medici adsunt, & ægritudines permultas adesse probabile esse. quod & retulit Strabo, lib. 7. Geographiæ. Id quod forte ansam præbuit Damasceno, vt diceret lib. Aphorismorum, ægrotum esse vni medico non pluribus committẽdum, de qua re late differit Conciliator dif. 7. & Augusti. Anco. in lib. de potestate ecclesiastica, & Anto. Flo. in 3. parte summæ, tit. 7. c. 2.

Ad Plinium redit.

427 ¶ Subnectit autem Plinius, Mutatur ars quotidie, toties interpollis & ingeniorum Græciæ flatu impellimur, palámque est vt quisquis inter istos loquendo polleat, imperatorem ilico vitæ nostræ necísque fieri. Ceu vero non milia gentium sine medicis degant: nec tamen sine medicina. Sicut populus Romanus vltra sexcentesimum annum, neque ipse in accipiendis artibus lentus, medicinæ etiam auidus, donec expertam damnauit. Hæc ille, cui subscripsit Dioscorides scribens autoritate ipsius Catonis, populum Romanum sexcentis fere annis medicina brassicę vsum fuisse. Nondũ enim ad vrbẽ conuenisse medicos, qui peregrina pigmẽta secũ attulissent: sed ea tẽpestate militares viros gloriosos cicatrices gratuito olere curasse.

Babylonij medicis vtuntur.

428 ¶ Huic autẽ quod dicit Plinius de cæteris gentibus succinit quod scribit Herodotus lib. 1. & Strabo lib. 16. Babylonios non vti medicis. proinde hanc legem sapienter condidisse, vt languentes in foro deponerẽtur: vt de eorũ languore consulant, qui eos adeunt, si quis & ipse eũdem passus est morbũ, aut alium vidit patientẽ, hos viri qui illos adeunt, consultant, hortantúrque ad ea quæ ipsi faciendo similem morbũ effugerũt, aut alium effugisse nouerunt. Nec fas est cuiquam languentes præterire silentio, nec antequã explorauerint, quónam laboret ille languore. Cuius etiam rei meminit Galenus, aut quisquis est, circa initium eius libri qui inscribitur, Introductorius medicorum. Et hoc quoque ipsum Bastetanos Hispaniæ populos obseruare tradit Strabo lib. 3. Imò vero non hos tantum, sed in vniuersum Hiberos, id est, Hispanos, scribit Eusebius Historiæ Ecclesiasticæ lib. 10. c. 11. Assyrios quoque id factitare traditum est, & reliquos item priscos mortales, teste Plutarcho in libello, num bene dictum sit λάθε βιώσας, id est, sic viue vt nemo te sentiat vixisse. Et ex hoc quidem more depositos dici veluti desperatos scribit Seruius, enarrans illud Virgilianum lib. 12. Aeneidos.

Ille vt depositi proferret fata parentis.

Quoniam videlicet desperati, quibus scilicet iam deerat domesticum priuatúmque amicorum consilium, ita in publico deponebantur, vt ibi scribit Seruius.

Arcades nullis medicaminibus vtuntur.

Pausaniæ dicteria in medicos.

429 ¶ Sed vt iterũ ad Plinium reuertamur, is lib. 25. c. 8. tradit aliorũ autoritate, Arcades nullis medicaminibus vti. Hos secutus Pausanias Lacedæmonius (vt iam populos relinquamus) valetudinem regebat sine medicorũ auxilio. Cúmque ei medicus dixisset, quomodo senex factus es? festiuiter respõdit, quoniã nõ sum vsus te medico. Idem ad medicũ dicentẽ, οὐδὲν κακὸν ἔχεις id est, nullũ malũ habes? respondit, οὐ γὰρ σοὶ ἰατρῷ χρῶμαι, id est, Minime, quia te medico non vtor. Et cum ab amico quodam reprehenderetur, quod in quempiã medicũ malediceret, nec eum tamẽ expertus, nec vllā affectus iniuria, Quoniã, inquit, si eũdem illum expertus, nõ viuerem. Dicebat quoque hunc medicũ esse optimum, qui nõ sineret ægrotãtes morbo marcescere, sed quàm celerrime sepeliret. Ad illum verò, qui ab eo percunctaretur, quo pacto Thraces vincere quiret, Si medicum, inquit, constituerimus ducem. Quæ omnia retulit Plutarchus in apophthegmatis Laconicis. Tiberium Cæsarem valetudine prosperrima vsum Suetonius scribit tempore quidem principatus pene toto prope illæsa, quamuis tricesimo ætatis anno arbitratu eam suo rexerit, sine adiumento consilióve medici. Aurelianus quoque Imperator, vt à Vopisco traditum est, medicum ad se eum ægrotaret nunquam vocauit, sed ipse se inedia præcipue curabat. In quo ipse, vt id transeunter dicam, Aegyptios imitabatur, qui, vt refert Diodorus lib. 1. de antiquorum gestis, morbos vel ieiunio curabant, vel vomitu. Id que aut quotidie, aut tribus diebus, aut quatuor interiectis. Asserebant enim ex ciborum superfluitate omnes morbos creari. Eam ergo ad valetudinem curam esse optimam, quæ morborũ principia auferat. Sed & in eam rem consilium est antiquiorum medicorum. Nam Cæsar dicebat idem esse sibi consilium aduersus hostem, quod plerisque medicis contra vicia corporum, fame potius, quàm ferro superandi, vt scribit Frontinus c. vlt. lib. item vlt. Stratagematum.

Sobrietas sanitatis parens.

430 ¶ Et profecto nihil est (illud enim obiter dicendum ducimus) quod magis sanitatem tuetur & conseruat, quàm sobrietas, abstinentia, frugalitas, vnde Horatius lib. Ser. 2. Satyr. item 2.

Aspice nunc tenuis victus quæ quantáque secum

Afferat, imprimis valeas bene.

Plin. lib. 28. c. 5. scribit vtilissimã esse temperantiã in cibis. Et lib. 26. c. 8. statim post princ. scribit eo mores venisse, vt homo maxime cibo pereat. D. Chrysostomus apud Antonium Monachum Melissæ lib. 1. Ser. 39. Pedum dolores, & capitis grauitates, & oculorum hebetudines, & manuum ægritudines, & tremores, & resolutiones, & morbus regius, & febres longæ & horrentes, ex voracitate & repletione produci solent. Nam cibo non saturari, sanitatem esse

medicorum

medicorum filij pronunciant. Et Philo in eodem Ser. Continentiam sanitas & robur sequitur: incontinentiã verò infirmitas & ægritudo morti vicina. Et Democritus, Homines à Deo sanitatẽ petunt, ignorant autem quòd potestatẽ eius penes sese habeãt. Nã per incontinentiã facientes ei cõtraria, ipsi desertores sanitatis existũt. Et Theognis in suis sententijs Elegiacis,

Πολλῷ τοι πλέονας λιμοῦ κόρος ὤλεσεν ἤδη
Ἄνδρας.

Multò sanè plures quàm fames, satietas perdidit iam Viros.

Nam & vulgò scitum est illud, Plures occidit gula quàm gladius. Et in hanc quoque sententiam multa congessit D. Hieronymus in Iouinianũ lib. 2. & multa item comperies in Decretis Canonicis, in c. nihil. & c. ne tales, & c. legimus, de conse. di. 5.

431 ¶ Sed vt è semita in viam redeamus, Diogenes Cynicus, sicuti refert Laërtius, cùm vidisset ignauum luctatorem medicinam profitentem, quid hoc, inquit, num vt eos, qui te aliquãdo vicerunt, nunc ipse deucias? Quasi sæpius medici ægrotantes interimant, quàm curent. vnde illud Satyrographi alibi à nobis ad aliud citatum, *Diogenis dicterium in medicũ.*

Quot Themison ægros autumno occiderit vno.

Fuit enim Themison medicus celeberrimus, de quo suprà diximus. Ex hac medicorum infœlicitate natum adagiũ *ἀκεσίας ἰατρεύει*, id est, Acesias medicatus est, dici solitũ de re quæ semper vergit in deterius. Cuius meminerunt Aristophanes, & Diogenianus. In eos quoque conuenit illud quod vice prouerbij citat Galenus lib. 2. de Arte curatiua, Morbus quidem curatus est, homo autem obijt, quod sæpissimè contingere asserit. Nec mirandum tamen est interim, si cùm medici homines interimãt, passim tamen ab omnibus ægrotis expetantur, quãdo scriptum sit apud psalmographum Ode 77. Cùm occideret eos, quærebãt illum. Ea est enim hominum natura, imò verò miseria, vt vitæ immodica cupiditate ducti captique, adeò nihil videant, vt dum viuere diutius contendunt, ocyùs moriantur. *Cur medici cùm eccidãt passim expetantur.*

432 ¶ Sed vt ad medicos reuertamur: Tanta esse videtur aut illorum ignorantia, aut etiam artis ipsius inefficacia, vt sic dixerim, atque inanitas, vt si fortè fortunà quispiam sub medico conualuerit, non temere quis dixerit illud Ausonianum, *Æger qui euadit fati ope nõ medici euadit.*

Euasit fati ope non medici. Cui respondens Gal. medicorũ princeps libr. 2. de Febribus ad Glauconem, Si quis, inquit, curatus à te euaserit, non tui muneris est, sed fortunæ. Et in libr. Experimentorum, si eius est, in prin. Si aliquandò, inquit, proderit, fortunæ erit.

433 ¶ Tantùm autem abest vt mortuos ad vitam reuocare possint, sicuti falsò gloriantur, vt nec Deus id facere possit, si vèrum dicit Plinius lib. 2. c. 7. quod tamen vt falsum esse comprobatur sacræ scripturæ testimonio: ita quoque id omnino verum est, medicos minimè id posse, cùm Homeri testimonio li. 9. Iliados, anima hominis cùm semel è corpore migrarit, nunquã rursus aut remigrare, aut instaurari potest, *An verum sit medicos suscitasse mortuos.*

Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λεϊστή,
Οὔθ' ἑλετή, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.

Cui concinens Philotas alter Poëta Græcus apud *ἀνθόλογον* Stobæum c. 117.

Ἀτραπὸν εἰς ᾅδην κείνην
Τὴν οὔτε τὶς ἀνέστη ...

Iter ad inferos feci
Per quod nullus retrorsus redijt viator.

Et ex poëtis Latinis Ouidius lib. 2. Meta. de Apolline hæc scribit,

Seráque ope vincere fata
Nititur, & medicas exercet inaniter artes.

Et lib. 4. eiusdẽ operis, de Sole, quẽ multi Apollinẽ esse existimãt, vt alibi diximus, hæc scribit,

Ille quidem gelidos radiorum viribus artus,
Si queat, in viuum tentat reuocare calorem.
Sed quoniam tantis fatum conatibus obstat,
Nectare odorato sparsit corpúsque, locúmque.

Et vt scribitur Psal. 87. Nunquid mortuis facies mirabilia? aut medici suscitabunt, & cõfitebũtur tibi? Et Esaiæ 26. ex interpretatione 70. interpretum, Mortui vitam non videbunt, neque medici suscitabunt. Quẽ locũ enarrans D. Hieronymus, Sensus, inquit, perspicuus est, condẽnari fabulas poëtarum, qui ab Aesculapio iactant Virbium suscitatũ. Non solùm autẽ hoc de mortuis, sed de omni infirmitate est, quod absque Dei misericordia nihil medendi ars valeat. Sed quomodo, nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam: nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam: Sic, inquit, nisi dominus languorem curauerit, in vanum laborant medici, qui cupiunt sanare languentes. Nisi dominus sanitatem custodierit, in vanum custodiunt, qui præcepta custodiendæ salutis proprijs ædũt libris. Et paulò post scribit, solum esse Deum qui suscitat mortuos, de quo dicitur Ioan. 5. Sicut pater suscitat mortuos & viuificat. Et cætera quæ sequuntur. *Sanitas à Deo non à medicis.*

434 ¶ Sed medici quidam crediti sunt mortuos resuscitasse, quòd morti proximos ac veluti adiu-

dicatos, atque etiam quosdam qui mortui putabantur, cùm non essent, sanitati reddiderunt. Sic Cornelius Celsus lib. 2. c. 6. refert Asclepiadem (quem ex alliis suprà diximus mortuum viuę reddidisse) funeri obuium intellexisse eum viuere, qui efferebatur. Et vt scribit Apuleius lib. Floridorum 4. animam eius in corporis latibulis delitescentem quibusdam medicamentis prouocanit. Quandoquidem Democritus, vt ipse Celsus tradit eo. lib. 2. c. 6. affirmat non satis certas notas esse animæ finitæ, quod & nos alibi diximus.

Cur medici crediti sunt suscitasse mortuos.

435 ¶ Sed vt redeamus, supradicta confirmat quod etiam scribitur Deuter. 7. Auferet dominus à te omnem languorem & infirmitates. Et Iob 5. Ipse vulnerat & medetur. Et Psal. 6. Miserere mei Deus, quoniam infirmus sum: Sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et plenius Psal. 102. Sanat omnes infirmitates tuas. Et Sapientiæ 13. Etenim neque herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus domine sermo, qui sanat omnia. Tu es enim domine, qui vitæ & mortis habes potestatem. Quibus & probari videtur solius Dei esse morbos sanare, nô etiã medicorum. Et hinc sacra historia 2. Paralip. 16. Asam Regem reprehendit, quòd ægrotus in medicorum arte esset confisus, quasi medicorum ars sola sit prorsus inutilis, & veluti reprobanda. quod & insinuat illud Hieremiæ c. 46. Frustra multiplicas medicamina, sanitas no erit tibi. Propterea D. Ambrosius, qui & sanctimoniâ & doctrinâ meruit quatuor sacris doctoribus annumerari, medicorum eorúmque præcepta palàm damnauit, in hæc verba, Contraria diuinæ conditioni præcepta medicinæ sunt, quæ à ieiunio reuocant, lucubrare non siuũt, ab omni intentione meditationis abducũt. Ita qui se medicinis dederit, seipsum sibi abnegat. Quod & repetitur in Decretis Canonicis in c. cõtraria, de cons. dist. 5. Et Diua Agatha veluti sibi gloriatur, nunquã se pharmaca corpori admouisse, si in ea re satis tuta est Iacobi à Voragine autoritas. In Euãgelio Marci 5. c. Mulier quæpiã omnẽ substantiã in medicos erogauerat, nec quicquam tamen profecerat, ab eis multa perpessa. Quod & tradidit D. Lucas 8. c.

Dei morbos est sanare nõ medici.

436 ¶ Apud eundem c. 4. Christus planè videtur ostendisse, inanem atque inutilem esse medicorũ operam. Cùm nec seipsos quidem curare possint, aliis tamen medelam sanitatémque pollicentes. Quibus illud Christi obiici potest, ἰατρὲ θεράπευσον σεαυτόν, id est medice cura teipsum. Quod & Plutarchus, tum in Commentario quem scripsit aduersus Coloten, tum & in alio Commentario de dignoscendo assentatore ab amico, adducit è poëta quopiam, qui id in huiusmodi senarium concluserat,

Medice cura teipsum.

ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. Id est,

Aliorum medicus, ipse vlceribus scatet.

Quem & aduocat Galenus statim post prin. lib. 5. de sanitate tuenda. Ex quo & illud Serui Sulpitij lib. Epistolarum familiarium Tullij 4. Denique nolite obliuisci Ciceronem esse, & eum qui aliis consueueris præcipere & dare consiliũ, neq; imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt.

437 ¶ Hic prætermitto pleraque vitia medicis veluti peculiariter assignata, adulterium scilicet veneficium, auaritiam, arrogantiam. De tribus illis primis multa Plinius, lib. 29. cap. 1. Sed tu præterea habes exemplum memorabile auaritiæ in Aesculapio altero huius artis deo & inuentore, quem ferunt à Ioue ictum fulmine auaritiæ merito, quòd scilicet ad turpissimũ quęstum ea arte vsus sit, vt scripsimus suprà nu. 23. alij item id factum. Aliud quoque exemplum adulterij apud Barpto. Brix. quęst. 32. cum quidam ægrotaret, de medico qui concubuit cum vxore ægroti. quod & retulère Hosti. Ioan. And. & Panor. in c. discretionem, de eo qui cogno. con. vxo. suæ. Et aliud apud Martialem li. 6. epigr. 31.

Peculiaria medicorum vitia.
Adulteriũ
Veneficiũ
Auaritia.

Vxorem Charideme tuam scis ipse, sinisque
A medico futui, vis sine febre mori?

Qui locus etiam veneficij nos admonet, cùm dicit, vis sine febre mori: quasi dicat, cùm tua vxor à medico subigatur te sinente, vis sine febre mori, id est, non alio morbo, cuius ferè semper febris comes est, quàm veneficio, quod peculiare, proprium, ac facile medico est. Quin & ipsius veneficij medicorum aliud exemplum memorabile habemus de medico Pyrrhi Epirotarum Regis, qui se Regem suum veneficio necaturum obtulit, si necis præmium sibi daretur. Quod & alij multi, & Plutarchus in vita Pyrrhi retulit, & Claudianus ad Ruffinum lib. 3. his versibus.

Romani scelerum semper sprevere ministros, &c.

Eum medicum Valerius Antias in Rom. historia, & ex eo Gellius li. 3. c. 8. Timocharem vocant, Claudius Quadrigarius in lib. 3. apud ipsum Gellium vbi suprà, & Curtius, Niciam. Aelianus qui eandem historiam refert li. 12. variæ historiæ, Cineam, nisi is trinominis fuit. Aliud quoq; exemplum Caroli calui qui ab Hebræo quopiam suo medico per unia corrupto Mantuæ veneno sublatus est, vt tradit Blondus. Est & Ioannis Secundi epigramma in medicum quempiam.

Es simul medicus, simul chirurgus:
Curè mittis stygium viros ad orcum,
Et manu simul, & simul veneno.

438 ¶ Arrogantiam autem medicorum astruit Cicero li. 2. de Diuinatione, cũ inquit. Democritus tamen non inscitè nugatur, vt physicus, quo genere nihil arrogantius. Quanquã Eustachius apud

apud Macrobium lib. 7. Saturnaliorum, dicit medicinam esse extremã fecem physicæ partis, vt non immeritò scripserit Petrus Apponensis & medicus, & philosophus, & astrologus peritissimus in suo Conciliatore dif. 7. medicos plerunq; esse malorum morum, id partim astris attribuens: quoniam medicinæ scientia præsertim curatiua Scorpioni attribuitur, & Marti, quorum proprietates in malum semper tendunt: partim aliis causis inibi per eum sigillatim descriptis, quas quisque videre poterit qui volet.

439 ¶ Adde & aliud medicorum vicium & ipsum quidem frequentissimum, quòd morbos soleãt multo grauiores dicere quàm sint, vel vt plus mercedis accipiant, vel etiam vt maiorem ex illius curatione honorem consequantur, id quod Mimnermus poëta antiquissimus describit his versibus à Stobæo florilegij c. 100. citatis,

Ὅια δὴ φιλέουσιν οἱ ἰατροὶ λέγειν,
Τὰ φαῦλα μείζω, καὶ τὰ δεινὰ ὑπὲρ φόβον,
Πυργοῦντες αὐτούς.

Sicut medici solent dicere,

Leues affectus maiores esse, & graues plusquàm timendũ sit, exaggerãt, seipsos vt extollant. *Pogij in medicos facetia.*

440 ¶ Sed & omitto multas aduersus medicorum inscitiam facetias à Pogio relatas, eius videlicet qui pillulas ei qui asinum suum amiserat, deglutiendas præbuit. Eius quoque qui cùm aselli clitellam sub lecto ægroti conspexisset, & putauit, & asseruit ægrotum comedisse asinũ. Eius præterea, qui fortè medicamina ministrabat, & aliorum complurium. Alia quoq; in medicos dicteria, quale illud Socratis, qui cùm audiuisset factum quempiam de pictore medicũ, Cautè (inquit) eam artem deseruit, quæ errores suos habet in aperto. Eámque cõplexus, cuius error terra tegitur. Stratonicus apud Antonium Monachum Melissæ lib. 1. Ser. 39. adulans medico dicebat, Laudo tuam experientiam, quia non sinis infirmos computrescere, statim eos à vita liberans. Alius in eodem loco, cùm imperitus medicus ei dixisset, Senex factus es: Respondit, quia non sum vsus medico. Et illud Martialis lib. 1. *Socratis dicterium in medicum Stratonici.*

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus,
Cœpit quo poterat Clinicus esse modo. Et lib. 6. de Andragora, epig. 52.
Lotus nobiscum est, hilaris cœnauit, & idem
Inuentus manè est mortuus Andragoras.
Tam subitæ mortis caussam Faustine requiris?
In somnis medicum viderat Hermocratem. Et lib. 8.
Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus antè,
Fecisti medicus, quod facis Hoplomachus. Et lib. 10. epig. 77.
Nequius à Caro nihil vnquam Maxime factum est
Quam quod febre perit, fecit & ille nefas.
Sæua nocens febris saltem quartana fuisset,
Seruari medico debuit illa suo.

441 ¶ Apud Græcos autem est epigramma Palladæ, quo significat melius fuisse in prædonum manus incidisse, quàm in Gennadij cuiusdam medici curationem. Is enim accepta primum pecunia ad inferos ægrotantes relegat: illi cædem religiosè auersantur, & nihil tam sollicitè cupiunt, quàm vt ære vitam redimas, *Pallada epigrãma in medicum.*

Βέλτερον ἡγεμόνος λῃστῶν ἐς χεῖρας ἱκέσθαι,
Ἢ τοῦ χειρούργου Γενναδίου παλάμας.
Ὃς μὲν γὰρ φονίαισιν ἑοῖς ξυλόχον κατατέμνει.
Ὃς δὲ λαβὼν μισθοὺς εἰς ἀΐδην κατάγει.
Indicium melius fuerit subiisse latronis,
Gennadij medicas quàm petiisse manus.
Ille etenim cædes sanctè execratur & odit,
Hic precium capit, & ducit ad Elysios.

442 ¶ Quid si ostendam nihil omnino certi, nihil solidi in ea arte esse: aliis Logicen, id est, rationalem, aliis Empiricem ab experientia, aliis item Methodicem profitentibus. Ex quo Ausonius in Grypho ternarij numeri, *Nihil certi in arte medicina.*

—Triplex quoque forma medendi,
Qua logos, ac methodos, cuique experientia nomen.

Et Vindicianus,

Quod logos, aut methodos, simplex Empirica pangit.

Omnibus autem tot tantásq; rationes ad suas quibusque partes tutandas congerentibus, vt nescias quibus victoria potiùs danda est, nec id tamen sine periculo vitæ hominũ: cùm multũ intersit, quorũ potior sit sententia, vt rectiùs hominum saluti consulatur, vt videre licet apud Cornelium Celsum statim post prin. eius operis, quod de medicina elegantissimè scripsit, & Gal. in lib. 3. de locis affectis c. item 3. post prin. & in lib. Hæresεôn, & alibi sæpe.

443 ¶ Præterea dissentiunt medici de originali caussa morbi: cùm tamen non dubium sit, vt scribit idem

Non conueniũt medici de originali caussa morbi.

bit idem Cornelius eodem in loco, quin alia curatione opus sit. si ex quatuor principiis vel superans aliquid, vel deficiens aduersam valetudinem creat, vt quidam ex sapientiæ professoribus dixerunt: alia si in humidis omne vicium est, vt Herophilo, & Praxagoræ visum est. Alia, si in spiritu, vt Hippocrati in lib. de Flatibus, Athenæo, Herodoto, & Archigeni. qui ob id Pneumatici, id est, spirituales, quòd omnia spiritibus attribuant, nuncupantur, vt tradit Gal. qui & hanc controuersiam describit in Introductione, siue Medico. c. de elementis humanis, ad fin. & li. Simpliciũ medicamentorum. 1. c. 29. Alia, si sanguis in eas venas, quæ spiritui accommodatæ sunt, transfunditur, & inflammationem, quã Græci phlegmonem nominãt, excitat: eáque inflãmatio talem motum efficit, qualis in febre est, vt Erasistrato placuit. Alia, si manantia corpuscula per inuisibilia foramina subsistendo iter claudunt, vt Asclepiades contendit. Nec possit tamen is rectè curare, quem prima origo caussæ fefellerit.

Stomachus paterfamilias & rex totius corporis.
Et cocus naturæ.

444 ¶ Item cùm ciborum concoctione sanitas maximè constet, meritóque stomachus paterfamilias, vt illũ appellat Macrobius lib. vlt. & Rex totius corporis in homine, vt illũ vocat Quintus Serenus. c. 17. & cocus naturæ medicis recentioribus dicatur: In hac quoque parte discrepant medici. Nam vt & retulit Celsus quo loco suprà citauimus, Erasistratus atteri cibum in ventre contendit. Plistonicus Praxagoræ discipulus putrescere. Hippocrates per caloré cibos concoqui, quod Galenus, Auicenna, & maxima pars recentiorum cõfirmant. Asclepiades omnia ista varia & superflua proponit. Nihil enim concoqui, sed crudam materiã sicuti assumpta est, in corpus omne deduci. Et tamen satis constat, alium dandum cibum laborantibus, si hoc: alium, si illud, verum est. Nam si teritur intus, eum quærendum esse qui facilimè teri potest. Si putrescit, eum in quo hoc expeditissimum est. Si calor concoquit, eum qui maximè calorem moueat. At nihil ex his esse quærendum, si nihil concoquitur, sed ea assumpta quæ maneat qualia assumpta sunt. Ex quo videri potest hanc medicorum incertitudinem, siue controuersiam ad vitæ perniciem maximè pertinere.

An in pleuritide vena sit secanda ex parte affecta, an ex diuersa, medicorum contentio.
Alia infinita eorum contẽtiones.
Multa morborũ & rerum medicarũ nomina apud medicos corrupta.

445 ¶ Et alia quoque sexcenta possem huc adducere, in quibus secum pertinacissimè pugnãt. Nã quid dicam de pertinaci illa contentione, non sine vitæ periculo ambigua? An in morbo laterali vena sit secanda à parte affecta, an aduersa: aliis scilicet hanc, aliis illam, aliis vtranq; secandã cõcẽdentibus: aliis itẽ distinguẽtibus, sit ne morbi principiũ, vt diuersa pars secetur, an non, vt affecta? De qua re affatim & doctè Petrus Brissotus, Andreas Turinus, qui libros priuatim scripserunt, atque etiam alij multi, qui id in suis operibus obiter tetigerunt, & inter alios Io. Manardus integram, eámq; magnam epistolã, quæ 1. est li. 14. Epist. medicinalium.

446 ¶ Quid deniq; alias infinitas huiusmodi cõtentiones, quas etiam libris æditis ipsi medici concordare (& vereor ne frustra) nixi sunt, scilicet Petrus Apouẽsis in magno illo opere, quod ex re Conciliatorẽ vocãt: & Hieronymus Cardanus, in libris contradicentiũ medicorũ?

447 ¶ Ad hæc infinita sunt propè nomina morborũ, rerũmq; medicarũ apud Galenũ in antiqua traductione, qua multi etiamnũ medici vtuntur: Auicennam, aliósque huius artis scriptores celeberrimos malè (vt vtar lingua aliena) intellecta, peius tradita, pessimè vsurpata. In quibus cum dispendio vitæ mortalium medici hallucinantur, & aliud pro alio vsurpantes, sæpe dant mortiferã potionem pro salutifera. Ex quibus nonnulla gratiã exẽpli adscribemus omnia enim quis posset? Multi medicorum pro Cinnabari, quæ fit permixto draconis & elephanti sanguine, in antidotis medica mentísque vtilissima, vtuntur minio, cui & cinnabari nomen est, quod venenũ esse scribit Plinius lib. 29. c. 1. & iterum lib. 33. c. 7. De qua re etiam Dioscorides lib. 5. c. 63. aut aliorum sectione 100.

Diascarion pro Diascorodon.

448 ¶ Igitur apud Galenum, vt plerique nuncupatim citant, aut vt alij malunt, Ioannem Alexãdrinum in ipsius Galeni commentariis in lib. Hæreseôn c. vt vulgò distinguunt, 15. Diascarion legitur pro diascorodo, hoc est, medicamentum ex alliis. Græci enim τὸ σκόροδον alliũ vocant, & τὸ σκορόδιον allij purgamẽtum, nóstri autem, videlicet Columella & Plinius inter pulmentaria rustica celebrant Aphroscorodon, quod est genus allij grandioris incrementi, quod quidam Vlpicum vocant, de quo Plautus:

Tu autem plenior allì Vlpici, quàm Romani remiges.

Diacrommyon.

449 ¶ In eodem libro scribitur diacrosimos pro diacrommion, quo significatur medicamentũ ex cæpis. Nam Græci τὸ κρόμμυον cæpam vocant, hinc prouerbium κρόμμυα ἐσθίειν, id est, cæpas edere, de iis qui lachrymari viderentur, natum à Biantis apophthegmate. Is enim Alyattæ Lydiæ Regi sibi per nuncium denuncianti, vt quamprimum ad se veniret: respondit admodum contẽptim, ἐγὼ Ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν, id est, ego Alyattæ iubeo cæpas edere: quod symbolicôs significat flere & eiulare: hinc ductum, quod cæparum odor, vt est acris, consueuit oculis lachrymas excutere. author Laërtius. Ex quo cæpa lachrymosa Columellæ dicitur lib. 10.

Atque oleris pulli radix, lachrymosáque cæpa.

Cachexia.

450 ¶ In eodem quoque libro Cachosia legitur pro Cachexia, quæ dictio significat malam corporis habitudinem teste Cornelió scribente lib. 2. c. 1. Malus corporis habitus (καχεξίαν Græci appellant) & Paulo Aegineta lib. 3. c. 47. vnde cachectici dicti, quorum corpus macie conficitur, quorum meminit & Plinius libr. 32. cap. 10. vbi nonnulli pro cachecticis substituerunt cachectis.

cachectis. Sed & eo certè vsus est Octauius Horatianus, aut vt alij censent, Theodorus Priscianus lib. 1. Medicinæ, parte secunda, c. 19. in prin.

451 ¶ In Introductorio, si ipsius est, virtutes siue potentiæ quatuor naturales mendosis dictionibus percésentur. Nam ponitur Celtica, pro Elctica, ἑλκτική, id est, attractoria, siue attractiua: Cathelica pro Cathectica καθεκτική, id est, retentrix: Allete pro Alloeotice, ἀλλοιωτική, id est, digerens siue permutans, aut alterans, si verbo verbum vis reddere: Apropiniaca pro apocritica ἀποκριτική, id est, expultrix, quæ etiá verba corruptè leguntur apud Ioannem Alexandrinum in prologo illius libri Sectarum Galeni. Ibi enim ita scribitur, Electica, Craftica, Alliotica, Aporopitica, vulgò attractiuam, retentiuam, digestiuam, expulsiuam appellant. *Quatuor potentiæ naturales.*

452 ¶ In libris qui vulgò meri, siue myamir inscribuntur (ij sunt libri Pharmac. κατὰ τόπους quibus videlicet ex ipso nomine membrorum medicina decurrit) frequens mentio est Crocomagnetis, vbi legendum est Crocomagmatis, quod interpretandum est testimonio Cornelij Celsi, & Dioscoridis lib. 1. c. 26. aut vt alij scandunt, 30. proveroei recremento & fece, quod in malagmatis, alijsque medicamentis est efficacissimum. Cuius item meminit Plin. li. 21. c. 20. & nos quoque suprà in descriptione medicamentorum, versi. incip. Ecmagmata. *Crocomagma.*

453 ¶ In tt. περὶ ἁπλῶν, id est, de simplicibus. c. quo de velleribus tractat, ysopum legitur, vbi Oesypum, siue œsopon legendum est, quod est medicamentum ex sordibus lanæ ouillæ cum pinguedine confectum. Quod quemadmodú fiat docet Plinius li. 29. c. 2. & Dioscorides lib. 2. Ab oue autem dicitur œsipum, quam Græci οἶν vocant, quasi οἰὸς ῥύπον. *Oesypum.*

454 ¶ In libello de vinis, quod insertum est in libro. de bono & malo succo mendæ sunt in omnibus vinorú generosiorú appellationibus. Ná Falernoú legitur pro Falernú. De quo idé Galen. lib. 1. Antidotorum. Plin. lib. 14. c. 14. & c. 15. & li. 23. c. 1. Horatius lib. 2. Carminum, Ode 11. *Vinum falernum.*

—Quis puer ocyùs
Restinguet ardentis Falerni
Pocula prætereunte lympha. Ouidius lib. 4. de Ponto, epistola 2.
Quis vel Aristeo? quis Bacche vina falerna?

Varro qui nullum vinú dicit huic conferendú li. Rei rusticæ j. c. 2. De eo fit mentio apud nos in l. legatú. §. vini Falerni. ff. de annuis legat. id aoté & Massicú, ne id ignores, appellatur, ꝓpter vicinitatem vtriusq; agri. Anynsium & Arsinium pro Aruisiú, de quo Virgilius, egloga 5.
Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.

Et Plinius li. 14. c. 7. vbi id Chium esse dicit. Ná & Seruius in Virgilium vbi suprà scribit id vinum esse ab Aruisio Chij promótorio. Strabo quoq; li. 14. de Chio loquens Aruisia, inquit, locus est asper & importuosus, ferens vinum Græcanicum optimum. Quanquam & Atiniú quoque legitur apud ipsum Galenú lib. 1. Antidotorú. Ego vero Aruisium legendum esse céseo ex ipso Strabone d. lib. 14. Plutarcho in lib. quo differit vitam tantopere laudatam ab Epicuro ne iucundam quidem esse, & Clemente Alexandrino li. 2. Pędagogi vbi reperies ita nominatum ἀρουσιον, Galarianum pro Gauranum. De quo ipse Plinius lib. 14. ca. 6. Eicubum pro Cæcubum. De quo Horatius lib. 1. Carminum Ode 20. *Aruisium.* *Gauranú.*

Cæcubum, & prelo domitam Calene
Tu bibes vuam. Et iterum Ode 37.
Antehac nefas depromere Cæcubum,
Cellis auitis. Et lib. 2. Sermo. Satyra 8.
Præcedit fuscus Hydaspes
Cæcuba vina ferens. Et alibi sæpe. Et Martialis lib. 13. epig. 115.
Cæcuba fundanis generosa coquuntur Amyclis,
Vitis & in media nata palude viret.

Et Plin. lib. 23. c. 1. in quo tamen illud mihi obiter dicédum fuit, vinum hoc Cæcubú idé esse atque illud Falernum, vt videre licet ex Macrobio li. 3. Satur. c. 20. idémque & quod Aminęú dicitur ex Gal. tú lib. de vinis, & li. de εὐχυμίᾳ, tum alibi. Et de Aminæo fit mentio in l. vlt. ff. de tri. vino & ole. leg. Et Surentinum pro Surrentinum, de quo Horatius eo. lib. Serm. Saty. 4.
Surrentina vafer qui miscet fece Falerna.

Plinius lib. 22. c. 1. Et Pomponius Iurisconsultus, in l. qui vinum, in prin. de tri. vino, & oleo legat. Faustinum pro Faustianum, de quo Plinius lib. 14. c. 6. Glesteos, id est, mixtú pro Gleucos id est, mustú. Nam Græci τὸ γλεῦκος mustum vocant, vnde quoddam vini genus mediú inter dulcia aigleuces appellant, id est, semper mustum, cuius & Plinius meminit lib. 14. c. 9.

455 ¶ Consimiliter inter genera arborum quas alicubi describit, legitur Alcadies, modò Aleacrades, cùm vtrobique legendum sit Achrades, quæ sunt ex genere pirorum, de quibus Dioscorides lib. 1. & Columella in lib. de cultu hortorum, & Plutarchus in Problematis. *Achrades.*

456 ¶ Apud eundem Gal. sæpe inuenies Disnia & Ortomia, pro Dyspnœa, & Orthopnœa, vtrunque quidem vitium in spirandi difficultate consistens & inde nomen, modica est Dyspnœa, neque ex toto strangulat: cùm verò æger spirare nisi recta ceruice non potest, iam appellatur Orthopnœa. Hinc Dyspnoici & Orthopnoici dicti iis morbis obnoxij, quos latini suspiriosos *Dyspnœa.* *Orthopnœa.*

vocant,

vocant, & ipsum morbũ suspirium, & hæc nom inis vicia aden sunt apud Gale. conspicua, vt etiam libros, quns nuncupatim περὶ δυσπνοίας, id est, de Dysp nœa inscripsit, de Disnia nuncupent. Quod semper intelligo in antiqna translatione, qua etiam plurimi nunc vtunrur.

457 ¶ Comperies & apud eundem Hyporema, & Gefotea, & Aporgi, & Hydophtobia, pro Hypenemia, & Zephyria, & apogei, & Hydrophnbia. Quę vt lector intelligat, Hypenemia dicũtur Græco vocabulo nua quæ aues alignot sine coitu masculi pariunt, sicut etiam scribit Varro Rei rusticæ lib.2.c.11. & Plin. lib.10.c.58. & c.60. Ea Latinè vna dictione nó infœliciter subuentanea appellauit Theodorus Gaza in tradnctione Aristotelis lib. 6. de natura Animaliũ, c.2. Quæ & Albertus Magnus oua venti nnncupat. ex vento enim ea putat generari, & proptereà etiam ζεφύρια Zephyria (quæ secunda est dictio) nominãtur, quoniam Zephyro flante, qnem nostri Fanoninm vocant, maximè fiunt, vt scribit Aristoteles lib.6. de Animalibus, c. 2. & Plinius d. c.60. lib.10. Apogei autem sunt venti è terra consurgentes, vnde & nomen. Nam si verbnm Latinum Græco verbo reddere volneris, interpretari poteris subterraneos, qui; vt Plinij verbis vtar li.2.c.45. cùm è mari redeunt, tropei vocanrnr, si pergunt, Apogei, de quibus etiã Aristoteles lib. Problematôn 26.c.7. & seq. Hydrophobia Latinè dici potest aquæ metus, quam Gal. perniciosissimam ægritudinum esse testatur. Fit autem ex morsu canis rabiosi, per æstus præcipnè caniculares, qui Græca dictione cynocaumata appellanrur. De hac re ita loquitur Plin. lib.8.c.40. Rabies cannm sirio ardore homini pestifera. ita morsis lethalis aquæ metus. Idẽ li.19.c.5. Hydrophouos appellat ipsos homines potú aquę expauescentes ex morsu canis rabidi, quod miserrimum est morbi genns, vt scribit Cornelius li.5.c.25. vti etiam diximus suprà nu.198. cognonit, vbi & alia quædam de hoc morbo videbis.

458 ¶ In libro de partibus artis Medicatiuæ sæpe, & in libro cui est vulgò titulus Subfiguratio Empirica.c.5. Cirocomia ponitur pro Gerocnmia, id est, medicina senum: sicut pedotrophica prn pædntrophica, id est, medicina & alimentis puerorũ. Et pedntribus pro pędotribes qui est magister exercitatinnis, & exercitator agilitatis in pueris, cnius apud Aristntelem, Plutarchũ, in libro de bona valetudine tuenda, Diogenem Laërtium in Diogene Cynico, Procopiũ li.1. de bello Persico & Iulium Pollucem est menrio. Legimns Ciceronem cùm esset valitudinarius & cacostomachos dedisse operam pędotribę, atque ita corpus robustius firmiúsq; fecisse, vt refert in ipsius vita Plntarchus.

459 ¶ Item sępe nominat epsima, Siriũ, & Ciceonem, cùm hepsema, σίραιον, & Cyceon legendũ sit. Est autem bepsema Gręco vocabulo, id quod nostri sapam vocant. fit'que misto ad tertiã partem decocto, vt tradit Plinins lib.14.c.9. Id quoque, vt ibi tradit, σίραιον vocãt. De quo & Dioscorides lib.5.c.7. Cyceon verò genus est potionis, cuius meminit Homerus lib. Iliad. 11. scribens, quemadmodum Hecameda Arsinoi filia huiusmodi Cyceonem, quam vocant, potionem Nestori & Machaoni præparauit, qua omnem penitus sitim sedarunt. De Ciceone etiam loquitur Aristoteles li.3. Proble.c.12.

460 ¶ Quin apud ipsum Galen. leges opum Cyricũ pronpon Cyrenaicon, qno vocabulo significatum laser, qui est succus laserpitij siue silphij, magnificus in vsu medicamentisque, vt scribit Plinius li.19.c.3. Cuius etiam meminerũt Theophrastus li.6.c.3. & lib.9.c.1. & Strabo libr.17 eodemque vlt. & Columella lib.6.c.17. Dioscorides lib.3.c.85. aut aliorum sectione 93. & ipse Plinius lib.22.c.23. Paulus Aegineta lib.7.c.3. vbi de Opo & liqunre loquitur: Palladius libr. Rei rusticę 3.c.29. vbi id dicit Gręcos appellare ὀπὸν κυρηναϊκόν.

Opon Cyrenaicon. Laser.

461 ¶ Quod si medicus quispiam occurrat dicátque, Quid opus est tam solerter, támque curiosè, tam vigilanter verba in Gal. perpendere. Nam scire medicinam est non verba tenere, sed vim ac potestatẽ habere, vti etiam de legibus dicitur in l. scire leges. ff. de leg. Et ideo dicit Accursius ex authoritate Tullij in rub. ff. sol. ma. disputationes nominum esse pertinacibns relinqnendas. Qua ratione Galenus ipse lib.2. de Differentiis febrium scribit nullam sibi esse curã nominum. quod & reperit in lib.11. de vsu partium, c.7. Neque enim, vt & ipse tradit c. seq. authoritate Platonis, de nominibus medicis contendendum est. Quod & ipse monuit in libr. de generibus & differentiis pulsuum, post prin. Et Therapeuticæ lib.1. atque etiam 2. item 3. ac. 4. & sexto, statim in ingressu. Et libr.11. vbi hæc scribit. Verùm quod diuinum Platonem secuti semper testamur, contemnere nomina oportet, minimè autem scientiam rerum. Ea nãque ad salutem hominũ magis pertinent, erroris que in ea finis est pernicies. Nominibus siue propriè, siue impropriè vtare, ad ęgrotos id parum pertinet. Et aliis sexcentis locis, ne omnia singulatim referam. Sed & Fabius oratorum maximus lib.3. Oratoriarum institutionum c. 6. quo tractat, quid sit status, scribit non interesse discentiũ, quibus quidque nominibus appelleinr, dum res ipsa manifesta sit. Et in lib.5.c.10. Nec sum, inquit, de nominibus anxius: vocet enim vt voluerit quisque, dum vis rerum ipsa manifesta sit. Propterea ægrotus non tam disertnm medicum quærit quàm salutarem, nec vt elegantior sit in loquendo, quàm in medendo, vt etiam ex Seneca asserit gl. in c. sedulò, in verbo, quàm formosiores 38. di.

De nominibus non cõtẽdendum medicis.

462 ¶ Hnic statim respondebo non rem ipsam negligere quisquis verba tractat, sed viã ad rerum cognitionem struere, aut certè efficere, vt sensus ceu commodiore vehiculo traducantur in

Verborum.

animos

cognitio nō contemnenda.

animos hominum. Nam quomodo, emplastra, malagmata, cerata, pastillos, & alia id genus medicamenta late à nobis suprà recensita salubriter medicus cõficiet, si res illas ignorarit ex quibus conficiuntur: si verba non intelligat, quibus res ipsæ significantur, quæ rerum caussa reperta sunt? Dicat quanrumlibet ad pondera rerum penetrandum esse, non ad verborum amœnitates diuersitandum: & sanguinem ac medullam esse introspiciendam, omissa cute corticéque verborum. Ego certe non dispicio quomodo sanguinis & medulla interior introspici posit, nisi cutis & cortex ante diligenter exploretur. Nam est apud Plautum, Qui è nuce nucleum esse vult, frangat nucem. Similitérque qui ex libris vult sententias eruere, atque penitus exprimere, necesse est vt verborum corticem ante pertumpat: nec interiora pandun-tur, nisi exteriora ante patescant. Ideo Pollucis sententia est, partem esse sapientiæ quid quo nomine censeatur imprimis nouisse. Quin Aristoteles Physicorum 4. scire quid nominis, esse principium doctrinæ scribit. Isocrates autem in Symmachico scribit, appellationes rerum vim earum exprimere.

De eadē re ex medicis

463 ¶ Ex medicis autem ipse Gal. lib. 1. de differentiis pulsuum, Occupatio (inquit) circa nomina est inuitis nobis necessaria. Idcóque ipse multos libros de Medicinalibus nominibus scripsit. Et in Prognosticis Hippocratis, & alibi sæpe, non aspernandum hunc laborem docet. Sed eatenus quærenda nomina, quatenus nos perducunt in rerum cognitionem. Et Arnaldus à villa noua, de regulis generalibus curationis morborum, doctrinę primæ Aphorismorum, hunc 18. adscribit, Notitia nominum prodest ad doctrinam. Et nulla profecto ars curiosius, cautius, vigilantius homini discenda, tractanda, meditanda est, quàm medicina, qua nulla est periculosior, quippe cum in ea versetur salus hominum & vita.

De eadem re.

Leges non intelligi, nisi ab his qui purè & Latinè loqui sciunt.

464 ¶ Nec est, quo se tueri posint ignari verborum medici eius legis autoritate, quæ scire leges asserit, non earum verba, &c. vt diximus. Ea enim est eius l. sententia, vt non sit necesse leges ipsas ad verbum & memoriter tenere, sed tantum vim & potestatem habere verborum, aut si etiam mauis, legum, quod in idem recidit. Nam quo pacto sensum vímque legis colliges, nisi & verba ipsius rectè intelligas: nisi item pure & Latinè loqui scias, cuiusmodi & leges nostræ loquuntur? Certe non nisi Latinus & eloquens Latinum & eloquentem intelligit, quemadmodum non nisi balbus balbum, vt est in prouerbio apud D. Hieronymum. Labeo Antistius Iurisconsultus celeberrimi nominis omnium bonarum artium non expers fuit, inque grammaticam, dialecticam, literásque antiquiores altiorésque penetrauit: Latinarúmque vocum origines rationésque percalluit. Eáque præcipue scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos vtebatur, sicuti retulit Gellius lib. 13. c. 10. Sed nónne etiam videmus Vlpianum, quem Iurisconsultorum κορυφαῖον Modestinus appellat, ipsúmque Modestinum, Pomponium, Celsum, cæterósque Iurisconsultorum antistites accuratissime de verborum significatione scripsisse? ex quorum Commentariis insignis titulus de verb. sign. nostris Pandectis insertus est. Quid tot tituli, de legatis primo, secundo, & tertio, de auro & argento leg. de suppel. legat. de tri. vino & ole. legat. de fund. instr. & alij eius notæ plurimi aliud quàm verborum ipsorum vim & proprietatem, sensum declarãt? Hinc Iurisconsultorum summum circa verborũ vim, proprietatem esse laborem scribit Fabius ad calcem lib. 5. Oratoriarum institutionum.

Auicenna errores multi circa res ipsas

465 ¶ Sed tamen vt ad res ipsas veniamus. Recentiores medici Auicennam principem simpliciter vocant, dum illum citant, quem si ostendero in multis errasse, nihil iam erit quod fidendum sit medicis vel peritissimis, cum errare non posint (quod sæpius continget, si is quem veluti principem omnino sequuntur errauerit) sine periculo vitæ. Igitor vt hoc dilucide ostendam, illud imprimis sciendum est, Auicennam & Rasim elephantiasim siue elephantiam pro alio morbo accipere quàm Galenus. Paulus Aegineta, cæterique Græci, & alij ętate superiores acceperunt. Illi enim elephantiasim pro morbo accipiunt, in quo pedes & crura supra modum intumescunt. Hi vero intelligunt morbũ, quẽ Auicenna & iuniores medici lepram appellãt. De Auicennæ & Rasis significatu neminem ambigere arbitror, qui illos legerit. De secundo Galeni & cæterorũ antiquiorum sensu longius à nobis cum Leoniceno viro nunquam satis laudato differendum est. Elephantiasis autore Paulo Aegineta lib. 4. c. 1. est cancer totum corpus occupans: vnde idem Paulus in eodem loco inquit, Si cancer vnum tantum membrum infestans, tamen secundum sententiam Hippoc. insanabilis est, quanto magis elephantia, qui cancer quidem est vniuersalis totius corporis, omnem curationem superabit? Eandem sententiam scribit Auicen. lib. 4. his verbis, Et cum cancer qui est lepra membri vnius, sit de illis quibus non est sanatio, quid dicemus de lepra, quæ est cancer totius corporis? Et idem prope dixerat circa initia eius capitis, in quo agit de lepra. Sed & eorundem humorum vicio generari elephãtiasim Paulus censet, & lepram, Auicenna. Et quemadmodum Panlus minus malam elephantiasis speciem statuit, quæ ex quadam veluti fece sanguinis superassata ortũm habet: alteram quæ à flaua bile æquè retorrida fit, deteriorem: ita & de duabus lepræ speciebus, quarum altera itidem ex fece sanguinis, altera ex flaua bile in atram propter assationem conuersa generatur, Auicenna decernit. Neque vero aliam Paulus elephantiasi, aliam lepræ Auicenna adhibet curationem. Neque etiam Galen. scribens de elepbantiasi lib. 2. Artis curatiuæ ad

Glauconem, minus quàm Paulus cum Auicenna ſcribente de lepra concordat. Imò vero omnia illa Auicennæ verba barbare tamen ſcripta, quod videlicet lepra multiplicatur in Alexãdria propter caliditaté aëris, & malitiã cibi, & eius eſſentiã, ex genere piſciũ, & carne ſalita, & carne groſſa, & carnibus aſinorum, & lentibus. Omnia, inquã, hæc ſunt ex Galeno de elephantiaſi eodẽ libro loquente, tranſlata. Adhæc niſi Galenus per elephantiaſim, morbũ, quẽ diximus, intelligit, illud abſurdum ſequetur, Galenũ qui tot de medicina libros tam accuratè, tam copioſe conſcripſit, nullam de eo morbo, qui reliquos omnes magnitudine ſuperat, videlicet lepra, quã vulgo vocamus, in ſuis libris feciſſe mentionẽ. Galeni autẽ libros intellige, quos idẽ author in propria lingua reliquit. Nam in his quos vel ex Græca, vel ex Arabica lingua tranſlatos habemus, plurima eſt in hoc verbo, lepra, ambiguitas: quoniam aliquando tranſlator vbi elephantiaſim in Græco Galeni codice inuenit, lepram eſt interpretatus: vbi vero lepram, nihil immutauit, ſed eodem vſus eſt verbo: cum tamen apud Græcos autores alius morbus ſit lepra, alius elephantiaſis. Lepra enim, vt inquit Galenus in libro de tumoribus præter naturam, paſsio ſolius cutis eſt, quod de elephantiaſi dici non poteſt, cum in eo morbo, qui elephantiaſis à Græcis nominatur, non modo cutis, ſed carnes etiam atque oſſa, vt Celſus quoque teſtatur, plerunque viciantur.

De eadem re.

466 ¶ Quod ſi quis pertinaciter tueri velit eundem eſſe morbum, quem Græci lepram, atque Arabes itidem nominant: videat quid ipſum cõcedere oporteat, hoc ſcilicet, eſum viperarum, quo nullum eſſe præſtantius remedium aduerſus lepram medici omnes vno ore cõſentiunt, quódque inter nobilia medicamenta contra lepram Auicenna numerat, non modo non ſanare id malum, ſed inſuper generare. Galenus enim lib. 11. c. 2. de ſimplici medicina, duorũ meminit elephantiaſi morbo laborantium, qui ex eſu carnium viperinarũ in lepram inciderũt. Quare neceſſarium eſt dicere alium eſſe morbum, qui à Galeno & antiquioribus lepra vocetur, alium qui ab Auicenna ac recentioribus eodem nomine nuncupetur. Quanquam Cælius Aurelianus autor vetuſtus & magnæ autoritatis lib. Chronion 4. c. 1. ſcribit plurimos dare viperas elephantiaſi mandendas, ſed amputato capite atque cauda. Quod etiam tradit ipſe Paulus Aegineta vbi ſuprà. Quid autem lepra apud hos ſignificet, nemo ignorat. Quid vero apud Galenum & antiquiores multi neſciunt, vnde data eſt errori occaſio, vt diuerſarum linguarum ſignificata diſtinguere neſcientes, vel elephantiaſim non eſſe lepram, de qua ſcribit Auicenna, vel non ſimpliciter lepram, ſed quandam lepræ ſpeciem exiſtimauerunt.

De eadem re.

467 ¶ In qua re non ſolum nomina, ſed & res ipſas confundunt Auicenna & Raſis, cum videatur Auicenna ipſe lib. 3. vbi de elephantiaſi ſumpta vt iam diximus, pro tumore pedum, non nulla dicere, quæ etiam Galenus de elephantiaſi in eo ſignificatu quem ipſe capit. Nam Galenus in libro qui nigra cholera inſcribitur, tradit elephantiaſim ex eodem humore fieri atque varices, qui quidem humor primum rubidus apparet, deinde nigreſcit. Quod & idem de ſua elephantiaſi refert Auicenna. Et ſicut Galenus & Paulus elephantiaſim ad rubidum colorem declinantem minus malam arbitrantur: ita Auicenna ſuam elephantiaſim ſubrubram nigra cenſet eſſe incolumiorem. Et quia Dioſcorides lib. 1. c. 96. aut vt alij diuidunt 105. ſcribit cedream, hoc eſt, liquorem ex cedro arbore fluentem, quem Arabes alchitram vocant, licet Simon Genuenſis id verbum Arabicum, picem liquidam Latinè interpretetur. Et quia, inquã, Dioſcorides tradit cedream iuuare elephantiacos, ſi linguatur aut illinatur: Certe etiã Auicenna ſcribit alchitran inuſcatum & linitum cõferre ſuæ elephantiaſi, id eſt, tumori pedum & crurum. Raſis quoque, qui elephantiaſim eodem ſignificatu accipit, quo Auicenna. Nam & in Almanſore, & in diuiſionibus ſeorſum de lepra & elephantiaſi, tanquã de morbis differẽtibus tractat. Idem tamẽ lib. 12. Continentis, in quo agit de crurũ vitiis, quibus annumerat elephantẽ, plurima de eo morbo ſcribit, quæ etiã Gal. variis in locis de elephantiaſi. Imo vero Raſis ipſe Gal. citat in li. de cholera nigra ita ſcribentẽ. Vitiũ elephantis & varices fiunt ex humore nigro, quod niſi fuerit cũ eis caliditas, nõ erũt intẽſæ maliciæ: ex vehemẽti quoq; declinatione ad cholerã nigrã purã fit vitium elephantis. Similè ferè ſententiã ſcripſit Auicenna lib. 3. cap. illo, quo vna de elephantiaſi ac de varicibus agit. Multa autem remedia, quæ Græci tradunt contra elephantiaſim pro lepra ſumptam, ſcribit Raſis ipſe lib. quem diximus, contra vitium elephantis, vbi de tumore pedum, aut crurum vitus tantum differit, veluti ex Galeni autoritate plantaginem, quã etiam Celſus ad elephantiaſim præcipuè commendat. Sed & ex Dioſcoridis autoritate laudat Raſis ad vitium ſui elephantis ſel hircinum, atque mentaſtrũ.

De eadem re.

468 ¶ Quod ſi quis forte Auicennam atque etiam Raſim ea ratione tueatur, quod crurum, pedúmve tumorem, quem elephantiaſim nominarunt, non lepram, ſed tantũ lepræ principium indicauerint, atque ideo diuerſis nominibus, alio ſcilicet lepram, alio lepræ principium nuncupare voluerint. Certe vt morbi in ſua tempora diuiſionem non improbamus: ita illos duas eiuſdem morbi partes non debuiſſe diuerſas facere ſpecies, vel etiam genera omnino contendimus. Quod maxime feciſſe videtur Auicenna, qui de elephantiaſi li. 3. de lepra vero agit in quarto, tanto ſcilicet interuallo, vt videatur elephantiaſim diſtinctum omnino genus à lepra putauiſſe, cum præſertim idem Auicenna elephantiaſim non, vti Galenus inter figuræ morbos, ſed

bos,sed quantitatis potius, lib. 1. collocauit. Hæc propemodum Leonicenus. Scio autem nouissime Sebastianum Montuum Dialexeon medicinalium 2. Dial. 3. multis contendisse, apud Hebræos, Græcos, & veteres quoque Latinos lepræ appellatione etiam elephantiasim significasse. Sed huius rationibus respondit Leonardus Fuchsius Paradoxorum lib. 2. c. 16.

469 ¶Sed de hac re iam nimium. ideo ad alios Auicennæ errores transeamus. Is altoim morbum, quem nostri Anthracem interpretantur, à pruna siue carbone separat duobus capitibus: cum idem omnino sit morbus, vt late ostendit ipse Leonicenus. Et quod deterius est, cũ sit duplex bubo, alter qui fit à causa primitiua (vt loquũtur recentiores medici) atque ideo ex sanguine non necessario maligno: alter ex materia venenata, tempore præsertim pestilẽtiæ: Primũsque ex Paulo Aegineta curetur refrigerantibus atque adstringentibus medicamentis, veluti spongia ex posca, & lana ex vino & oleo acerbo, vel rosaceo, vel melino, id est, pomorum, vel lentiscino, vel myrtbino (nullum enim ex his in tali bubone periculum imminet, vt quilibet medicæ artis peritus intelligit) Tamen Auicenna nullo delectu hæc eadem remedia quamuis ex reprimentibus, adhibet in principio altoim, id est, bubonis pestiferi, quibus nihil potest esse in hoc malo periculosius. Neque vero illud satisfacit, quod nonnulli de hoc genere medicamenti dubitantes dicunt in Auicennæ excusationem, quod videlicet voluerit nõ super ipsam altoim, sed potius partes ipsi vicinas, ne corruptio longius serpat, eas quas diximus medicinas reprimentes imponi. Cum si hoc intellexit Auicenna, tamen præstet, non solum ad locum affectum, sed etiam ad proxima tabem pestiferam, quãtum fieri potest, euocare. Si enim à locis circunstantibus repercutiatur, quantum extrinsecis partibus, hoc est, ignobilioribus mali depelletur, tantum ad intrinseca & plerunque lethalia detrudetur. Cum illud quoque in pestilentia sit obseruatum: quanto plures cutis exterioris partes afficiuntur, tota vi noxia foras prodeunte: tanto minus subesse periculi. Sicuti vbi vnum solum locum carbunculus occupauerit, ægri salus pene est desperata.

Aly Auicenna errores.
Anthrax Pruna & Carbo idẽ morbus.
Duplex bubo.

470 ¶Adhæc ex Auicennæ opinione, materia prunæ, vel ignis Persici est cholera citrina ex cholerico sanguine genita, vt licet videre apud eum lib. 4. eo c. quo de his morbis disserit. Et paulo post tamen in curatione eorum præcipit fieri phlebotomiam aliquando vsque ad syncopen, vt sanguis cholericus euacuetur. Qui quidem curationis modus nescio quãtum rationi conueniat, vel etiam ipsi Auicennæ, qui sanguinem esse frenum choleræ vbique insinuat. Et lib. 1. cauendum esse admonet, ne superflua sanguinis missione ægrum ad humorum cholericorum ebullitionem perducamus. Et alibi tam in curatione erysipelatis, quàm etiam causonis, visus est dubitare, an in eis sanguinem mittere oporteat, nedum iusserit ad syncopen vsque profundi. hoc enim remedium in his solum febribus conuenit, quæ ex multo sanguine vel ebulliente, vel putrescente generantur: quales sunt quæ proprio nomine synochi nominantur. Sed neque propter intolerabiles dolores (hi enim in hoc morbo non adsunt) tanta sanguinis detractio facienda est. Quod si etiam adessent, distinguendum foret, vt inquit Galenus in expositione Aphorismi, Quæ egeruntur, non multitudinẽ considerare oportet, sed an phlebotomia, an vero potius purgatione sedari deberent: nihil aliud ex his verbis insinuans, nisi quod vbi humor alius à sanguine faceret dolorem sua qualitate, vel quantitate, purgationem esse præferendam. quod videmus eundem Galenum in omni morborum præcipuè cholericorum curatione vbique obseruasse, adeo vt in Commẽtariis libri 2. de humoribus, etiam in pleuritide, cum fit ex humore cholerico damnet phlebotomiam, quam tamen plus in hoc morbo, quàm in vllo altero alioquin videtur probare.

Aly item. Phlebotomiam non conuenire Pruna vel igni persico contra Auicennam.

471 ¶Quid quod etiam Auicenna in pruna, vel igne Persico prohibet scalpellationem profundam, quando materia est decliuis ad choleram (his enim ipse vtitur verbis) Et tamen capite superiore vbi agit de formica, suaserat ex Galeni consilio extirpare formicã cum aliquo, quod sit sicuti embula, & extremitas pennæ, aut alterius rei, cuius extremitas sit acuta, quam possibile sit deglutire formicam. Atqui hæc extirpatio formicæ, si diligenter inspicimus, multo est violentior, quàm scalpellatio, vt si hanc timet Auicenna, quando materia est decliuis ad choleram, multo magis debuerit formidare tale aliquid facere in morbo ex materia non decliui ad choleram: sed mera cholera, vt ipse opinatur, procreato. Subdítque Leonicenus se putare Auicennam morbos etiam natura distantes atque eorundem curationes plerunque confundere, vel, vt ipsius vtar verbis, quæ solet ipse aliquando in aliorum reprehensione vsurpare, capitulum in capitulo ponere. Quam quidem confusionem multis probat ex his quæ ipse Auicenna scribit in tribus capitibus, de Erysipelate, de formica, & de igne Persico, vt late videre poteris apud ipsum Leonicenum in libro de morbo Gallico.

Quid intersit inter ignem sacrum, Erysipelas, carbũculum, & Herpetem.

472 ¶Sed cui tamen illud addes, vt intelligas eorum morborum & similium de quibus loquitur discrimina ex Galeno lib. 14. Therapeuticæ, & lib. 1. de morb. differen. atque aliis optimis medicinæ scriptoribus, Calidos omnes cum dolore ac inflammatione tumores generali appellatione inflammationes vocari solitos. At variante, qua constant, materia, eas etiam & earum nomina variare. Nam abscedente cum impetu in aliquam partem sanguine, qui bonus & mediocri crassitudine sit, eum in angusto ob copiam coẽrcetur, inflammationem, quæ sic pri

natim & proprie dicatur, tunc fieri. Quod si cum sanguine & flaua bilis in aliquam partem fluat, fit sacer ignis, qui Græcis ἐρυσίπελας dicitur. Nam Plinius erysipelas ignis sacri genus esse dicit. Celsus autem & Galenus diuersum faciũt ignem sacrum ab erysipelate. At in vtroque pus & ruboreum calore fit maxime in pectore, aut lateribus, aut in eminentioribus partibus. Et si confluens sanguis calidissimus simul fuerit & crassus, fiunt carbunculi. Postremo inhærente alicui parti flaua bile, herpetes, de quibus Paulus Aegineta in hanc sententiam, Pura & non admixto alio humore secreta, & in parte aliqua hærente flaua bile, malum fit, quod herpeta nominant, quæ si concretione sua crassior & maiore acrimonia fuerit, totam vsque ad subiectam carnem exulcerat cutem. vocatúrque hic herpes corrodés. Si vero tenuis minoréque acrimonia & calore, exiguas pustulas milij seminibus similes in superficie cutis excitarit: miliaris herpes à similitudine nominatur. Quanquam Oribasius medicus & ipse antiquissimus admixta flauæ bili pituita miliarem hunc herpeta fecit. Sed tu interim vide Leonardum Fuchsium Paradox. lib. 2. c. 18. & iterum c. seq.

473 *Auicennæ alij errores.* ¶ Verum vt ad Auicennam redeamus, ex tot tantísque circa eundem fermè morbum ipsius erratis conijci potest, quot quantáque sint & in alijs morbis, ne si omnia coner sigillatim declarare, tempus me deficiat. Superest vt de cæteris rebus aliquid dicamus. Satis constat apud eruditos, eupatorium herbam eam esse quæ vulgo agrimonia vocitatur. Id'que liquido apparet ex eupatorij descriptione, quam adscripsit Dioscor. lib. 4. c. 44. Illúmque secutus Plin. lib. 25. c. 6. quæ est huiusmodi, *Eupatoriũ ea est herba quæ vulgo Agrimonia vocatur.* Eupatorium herba est fruticosa, caulem vnum attollens rectum, lignosum, tenuem, nigrum, hirsutum, cubitalem, & interdum ampliorem, folia per interualla diuisa in quinq; maxime partes, vel plures, similia foliis pẽtaphylli, vel canabis, & ipsa quoq; subnigra, serratim incisa per ambitũ. Semen vero medio caule erumpit pilosum deorsum spectans, quod exiccatũ vestibus adhærescit. Quæ omnia ita herbæ, quæ agrimonia vocatur, quadrant, vt hanc esse verũ eupatoriũ nemo non agnoscat. Tamen nõ est vera argemonium antiquis celebrata, vt quæ est diuersa ab eupatorio, vt scribit Dioscor. li. 2. c. 195. eos reprehẽdens, qui eandem herbam esse autumant eupatorium & argemonium, quod & plerique ex recentioribus arbitrantur, qui ob id eupatorium agrimoniá, vt iam diximus, corrupte appellarunt. Auicenna vero ita eupatorium describit, vt longe ab ea vulgi agrimonia discrepet, inquiens, eupatorium herbam esse aromaticam habentem folia canabis, florem sicuti nenufar. Cõstat enim herbam vulgo agrimoniam nuncupatam, neque esse odoratam, neque habere florem sicuti nenufar, sed lõge & colore, & forma, & magnitudine dissimilem. Sed cui si Dijs placet, plus in hac parte credemus, Dioscoridíne an Auicennæ? Auicennæ, inquies, quẽ principẽ medici appellant. Atqui Gal. lib. 6. de simpli. medic. non multo post principium, & ipse quoque Auicenna in hac parte medicinæ, quæ de medicamentis simplicibus agit, primũ locum Dioscoridi tribuunt. Sed fac autoritatẽ vtriusque esse parem. Vbi tu mihi, Auicennæ patrone, herbam inuenies aromaticam foliis canabis, flore nenufaris, quæ sit verum eupatorium, sicuti altera est? Ita Dioscoridis, Plinij, & Serapionis super verbo eupatorio descriptionibus cõgruentem, vt nisi malis videri cæcus, quàm fateri Auicennam in veris eupatorij notis designandis aberrasse, nullo modo negare possis, herbam quam vulgo nomine agrimoniam vocamus, eam esse, quæ veteribus eupatorium nuncupatur: non autem quæ nunc vulgo & medicis & pharmacopolis esse putatur eupatorium, ex qua tamen syrupos, & alias compositiones veluti ex eupatorio conficiunt, errore admodum periculoso.

474 *Hedera.* ¶ Sed vlterius procedamus: Apud Græcos hedera κισσὸς, id est, cissos nuncupatur, nec tamen omnis hedera, sed ea tantum quæ rigens est, & sine adminiculo stat, vt tradit Plin. lib. 16. c. 34. in fi. Est'que & alia herba lõge ab illa diuersa colore, forma, viribus, quæ κίσθος, id est, cisthos appellatur. Verum vicinitate verborum deceptus Auicenna cisthon pro hedera posuit: quin & eam quoque corruptè cussos appellat pro cissos, nec id fecisse contentus, in ipso capite de cusso hederæ vires cum alterius herbæ, quæ ladanum vocatur, ferè viribus miscuit, vt latè ostendit Leonicenus. Ita & hederæ quoque proprietates cum alterius herbæ proprietatibus, quæ volubilis maior à Mesue & pluribus alijs nominatur, manifeste confundit. quod ex eo constat, quod omnes proprietates quas Galenus hederæ assignat, is volubili maiori assignat. quæ quidem volubilis maior à Græcis κισσάμπελος, id est, hedera vitealis, à Plinio conuoluolum, vulgo campanella dicitur. Hæc autem hedera vitealis lacte plurimo manat, & aluum ciet. Ideo Auicenna, qui visus est nesciuisse veram hederam ab hedera viteali discernere, sicuti pro hedera volubilem posuit: ita lac quod non habet vera hedera, sed tantum hedera vitealis, hederæ tamen assignat, quæ tantum habet lacrymam. Quare Auicenna mixtis ambarum herbarum etiam natura distantium potestatibus magnam peperit confusionem: & sicuti in morborum, ita etiam in herbarum tractatione capitulum in capitulo posuit.

475 *Alij pluri mi errores.* ¶ Denique vt summatim dicam: Is in secundo lib. Cochium pro Phoca, id est, vitulo marino, Cheichen pro caucamo, id est, gummi quodam odorato, astratisus pro asteratticus, id est, herba inguinaria: Barche pro Aphace, Bilonium pro peplio. Beblisi pro peplo herbis earundem virium, altera tamen portulacæ hortensi, altera rutæ similibus: quegneis pro cenchro, id est, milio, sicu-

milio, ſicutum pro ſimphyto, id eſt, conſolida herba, teſiſic pro thapſia, & mille alias Græcorum verborum corruptiones apud eum inuenies, quas vix puto poſſe intelligi ſine cognitione Græcorum autorum, qui medicinam poſteris tradidere. Quando & ipſe Auicenna tantus alioquin medicinæ magiſter in eis ſæpiſsime caligat, vt cum teſi ſie, id eſt, gummi turæ agreſtis, quod nuſquam inuenitur, exponit, ſucutum pro ſemperuiua, vel ſpecie ſeminis mandragoræ, ſecundum duas opiniones, quæ tamen falſæ ſunt. Qua quidem nominum obſcuritate neſcio quid poſsit eſſe in medicinæ opere periculoſius: quando ex ea non modo alterum pro altero morbum curari, ſed alia etiam pro aliis remedia exhiberi contingat, vt maius ſit à medico periculum, quàm à morbo. Si quis autem pleroſque alios Auicennæ, & aliorum Arabum errores ſcire deſideret, legat Leonicenum in eo libro, quem in eam rem priuatim compoſuit, & in libello de morbo Gallico, ex quo huc multa tranſcripſimus.

476 ¶ NEC INTERIM tamen prætereundæ ſunt infinitæ illę medicamentorum, & eorum quidem externorum, & quæ orbis noſter non produxit, compoſitiones & mixturæ, quibus quidem non Auicenna modo, ſed & alij medici hodie paſsim vtuntur, imo faciunt impoſturam, cum nihil ſit magis noxium, proinde & à rerum naturæ ſcriptoribus, imo & ab ipſis medicis ſæpius fuerit damnata. Plin. lib. 20. c. 19. poſt deſcriptionem medicamenti diacodion, Hæc, inquit, oſtentatione ſimplex quidem & antiqua illa ſalubritas papauere & melle conſtat. Quibus aperte declarat ſimplicisſimam compoſitionem eſſe optimam. Idem lib. 22. c. 23. in fin. de Laſere loquens. Quas habeat, inquit, vtilitates admixtum aliis, immenſum eſt referre. & nos ſimplicia tractamus: quoniam in his naturam eſſe apparet, in illis coniecturam ſæpe fallacē. Nulli ſane cuſtodita in mixturis concordia naturæ ac repugnantia. Et iterum c. ſeq. Nō fecit cerata, malagmata, emplaſtra, collyria, antidota parens illa ac diuina rerū artifex. Officinarum hæc, imo verius auaritiæ commenta ſunt. Naturæ quidem opera abſoluta atque perfecta gignuntur: paucis ex cauſa, non ex coniectura rebus aſſumptis. vt ſucco aliquo ſicca temperentur ad meatus, aut corpore alio humentia ad nexus. Scrupulatim quidem colligere ac miſcere vires, non coniecturæ humanæ opus, ſed impudentiæ eſt. Nos nec Indicarum Arabicarúmque mercium, aut externi orbis attingimus medicinas. Non placent remediis tam longe naſcentia: non nobis gignuntur, immo ne illis quidem, alioquin non venderent. Odorum cauſſa vnguentorúmque, & deliciarum, ſi placet etiam ſuperſtitionis gratia emantur, quoniam thure ſupplicamus & coſto. Salutem quidem ſine his poſſe conſtare, vel ob id probabimus, vt tanto magis ſui delicias pudeat. Sed & c. ſeq. contra compoſitiones medicorū, medicinas ex frugibus deſcribit. Quin & lib. 24. c. 1. ita de hac re diſſerit, Hinc nata medicina: hæc ſola naturæ placuerat eſſe remedia parata vulgo, inuentu facilia, ac ſine impendio, ex quibus viuimus. Poſtea fraudes hominū & ingeniorum capturæ officinas inuenere iſtas, in quibus ſua cuique homini venalis promittitur vita. Statim compoſitiones & mixturæ inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in remedio æſtimantur, vlceríque paruo medicina à rubro mari importatur, (ita enim legere malo quàm quod vulgo ſcribitur, imputatur) cū remedia vera quotidie paupertimus quiſq; cœnet. Nam ſi ex horto petantur, aut herba vel frutex quęratur, nulla artium vilior fiet. Hæc ille. Rurſum lib. 29. c. 1. Mille prætèrea pœnitentiæ modis culinarum etiam pręceptis, & vnguentorum mixturis, quando nullas omiſere vitæ illecebras. Iuuchi peregrinas merces, conciliatíque externa precia diſplicuiſſe maioribus crediderim equidem, non tamen hoc Catonem prouidiſſe, cum damnaret artem. Theriace vocatur excogitata compoſitio luxuriæ: fit ex rebus externis, cum tot remedia dederit natura, quæ ſingula ſufficerent. Mithridaticum antidotum ex rebus 54. componitur, interim nullo pondere ęquali, & quarundam rerum ſexageſima denarij vnius imperata. Quo deorum perfidiam iſtam monſtrante? hominum enim ſubtilitas tanta eſſe non potuit. Oſtentatio artis & portentoſa ſcientiæ vendicatio manifeſta eſt, ac ne ipſi quidem illam nouere, &c.

Medicamentorum compoſitiones & mixturæ damnatæ Plinio.

Plinij locus.

477 ¶ Et ne putes Pliniū ſolum in ea ſententia fuiſſe, Galenus multa in huiuſmodi medicamentorum compoſitiones ſcribit lib. 3. Methodi, & Plutarchus vir in omni diſciplina conſummatiſsimus in quarta Decade τῶν συμποσιακῶν, capite decimoquinto, huiuſmodi item medicamētorum mixturas reprobat, citátque Eraſiſtratum illum medicorum veterum nobiliſsimum itidem quoque facientem, in hæc verba, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ὅτ' ἂν μιγνύντες τὰς βασιλικὰς καὶ ἀλεξιφαρμάκους ἐκείνας δυνάμεις, ἃς θεῶν χεῖρας ὠνόμαζον. Ἐρασίστρατος ἤλεγχε τὴν ἀτοπίαν καὶ περιεργίαν μεταλλικὰ, καὶ βοτανικὰ, καὶ θηριακὰ, καὶ τὰ ἀπὸ γῆς, καὶ θαλάττης εἰς τὸ ἓν συγκεραννύντας. καλῶς γὰρ ταῦτα ἐάσαντες, ἐν πτισάνῃ, καὶ σικύᾳ, καὶ ὑδρελαίῳ τὴν ἰατρικὴν ἀπολείπειν. ἀλλὰ νὴ Δία τὸ ποικίλον ἐξάγει, καὶ γοητεύει τὴν ὄρεξιν. Id eſt, Quin multo magis eum regales illas & efficaces variorum remediorum mixturas conficiunt, quas deorum manus appellarunt. Eraſiſtratus autem coarguit inſolentiam, & curioſitatem illorum, qui ſimul & metallica, & herbaria, & ferina, quæ'q; terra gignit, quæ'q; mare, in vnū cōmiſcuerunt. At bene haberet ſi iis omiſsis in ptiſana, & cucurbita, & hydrelæo medēdi artem finiuiſſent. Verū per Iouē ipſa rerū varietas imponit nobis, & appetentiā illicit. Et Serenus Sāmonicus in li. de morborū curationib. c. 27.

Et Plutarcho, & Eraſiſtrato.

Multos præterea medici componere ſuccos

Assueuerit. pretiosa tamen cum veneris emptum,
Falleris, frustráque immensa nomismata fundes.
Quin age, & in tenui certam cognosce salutem.

Agesilao Magno.

Secundum hanc sententiam Agesilaus ille magnus Lacedæmoniorum Rex, cum medicus quispiam illi præscriberet curationē nimium exactam, ac minimè simplicem, Per Geminos, inquit, quæ præscribis, si mihi prorsus est in fatis vt non viuam, ne si omnia sumpsero, viuam. vt author est Plutarchus in apophthegmatis Laco. quo quidem significabat, eiusmodi compositas emptásque curationes ocyus mortem acceleraturas, quàm depulsuras morbum.

Simplex cibus salubrior.

478 ¶ Et horum quidem sententia huiusmodi ratione probari potest. Nam si simplex cibus est vtilior, salubrior, digestu facilior, quàm multiplex, & varius, sicuti longe latéque, & lucidis rationibus & argumentis ostendit Disarius Macrobianus lib. Saturnalium 7. qui omnia propè accepit à Plutarcho lib. Problematon conuiualium decade 4. c. 1. & ex medicis Plin. lib. 11. c. 53. Homini, ait, cibus vtilissimus simplex, aceruatio saporū pestifera, & condimenta perniciosiora. & Galenus qui in commentario Hippocratis de victus ratione in morbis acutis tradit aliorum authoritate, ciborū varietatē, præsertímque vbi variis constant facultatibus, esse nocentissimam, vtpote quæ ingesta ipsa probe concoqui prohibeat. Et rursus Comment. 3. Antea, inquit, didicisti cibos multiplices, & præsertim facultate dissimiles magnam progignere in ventre perturbationem. Et lib. 1. de iuuamentis membrorum. c. 4. scribit res compositas ex multis rebus velocioris esse corruptionis, quàm ex paucis cōpositas. Et planius Rasis de hac re nuncupatim loquens lib. 25. Continētis, & Auicenna in 3. primi, doctrina 2. c. 7. Et de hoc apud nos tex. habemus in c. ne tales, ibi, vno aut duobus cibis, de conse. di. 5. Et ante hos omnes Hippocrates, qui lib. de flatibus malam diætam vocat quæ fit ex pluribus cibariis ac multiformi alimonia. Et hoc plane confirmat Plato de Repub. lib. 3. testimonio Homeri, qui vt iam supra diximus nusquā variorū condimentorum meminit. Et Horatius lib. 2. Ser. Satyr. 2.

Accipe nunc victus tenuis quæ quantáque secum
Afferat, in primis valeas bene. Nam variæ res
Vt noceant homini, credas memor illius escæ
Quæ simplex olim tibi sederit, at simul assis
Miscueris elixa, simul conchilia turdis:
Dulcia se in bilem vertent, stomachóque tumultum
Lenta feret pituita. vides vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia? quin corpus onustum
Hesternis vitiis, animum quoque prægrauat vna.

Ex quo illud quod scribit Diodorus Siculus lib. rerum antiquarum 4. c. 3. Trogloditas ob simplicem eorum victum raro in morbos incidere. Consequens est & simplicem quoque medicinam esse longe vtiliorem salubrioremque, cum contrariorum eadem sit disciplina, Philosophorum ac Iurisconsultorum testimonio.

Alia ratio cur fugienda sunt medicamentorū mixturæ.

479 ¶ Sed & alia ratione improbandæ fugiendæque sunt huiusmodi mixturæ & compositiones, quoniam quanto plura sunt in medicina composita, tanto componenti minus certus est effectus eius, ex sententia Arnaldi à villa noua, doctrinæ 2. Aphorismo 23. Et sensisse videtur Galenus in Commentariis Aphoris. Hippocratis 1. enarrans illud, Iudicium difficile est. Igitur si incertus sit, aut certe non adeo certus mixturarum effectus: nónne hos periculo exponis, in quibus earum periculum facis? Sed quod omnium deterrimum est, cum veteres in cōponendis medicamentis ἄχρι τεττάρων, aut ad summum præter sextam speciem non excesserint, videmus hodie audaciam medicorum eo processisse, vt nullus in his componendis neque modus, neque finis sit: mixta mixtis addunt, quantóque quis plura miscuerit, tanto peritior & sibi & aliis videtur, maxime si à tribus orbis partibus conquisita in se pharmaca recipiant. Nec quicquam effecisse se arbitrantur, nisi Indiam, Aethiopiam, Arabiam, extremos illos Garamantes in suis compositionibus coniungant. Et eo quoque maxime fugiendæ sunt huiusmodi compositiones, quod simplicia ipsa sæpe compositas vires obtineant, vt probat Gal. lib. 3. de simplicium pharmacorum compositionibus, c. 14. & 15. vt hinc intelligas naturam ipsam, si quando compositis egeamus, composita quoque in simplicibus posuisse, vt nulla arte opus sit.

Cōmixtiones semper mala & inquinata. Inquinare quid dicatur.

490 ¶ Et plerunque alias videmus rerum diuersarum commixtiones malas, noxias, impuras, & inquinatas esse, vt multis probat Porphyrius lib. 4. de abstinentia ab esu carnium. Nam de Iouis Idæi sacerdotibus loquens, Puritatem (inquit Græcè quidem, sed hoc sensu) sacri viri incommixtionem esse statuunt, sicut econtrario impuritatem & inquinationem esse commixtionem. Vnde etiam venerea inquināt, cum sit maris & fœminæ commixtio. Et paulo post, Inquinationis & pollutionis nomen rerum diuersarum genere mixtionem inter se quodam modo significat. Præsertim cum infectio quædam eiusmodi consequitur, quæ abstergi difficulter admodum queat. Vnde in tincturis etiam quæ ex mixtione existunt, cum altera species alteri confunditur, inquinare appellant, non secus ac mulier, inquit Homerus, Tyrio quæ ebur inquinat ostro. Qui locus est, vt id addas, ex lib. 4. Iliados,

ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ. Ex quo illud Virgilij lib. 12. Aeneidos,
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Si quis ebur. Vbi Seruius dicit esse Home. comparationem. Et Mart. li. 4. epig. 4.
Quod bis murice vellus inquinatum. Et id Statij lib. 1. Achilleidos,
Vel ebur corrumpitur ostro. Quinetiam vt ad Porphyrium redeamus, pictores mixtiones, corruptiones vocant: communis item consuetudo quod incommixtum & purũ est, id incorruptum sincerum, impollutum dicit. Terrę enim aqua commixta corrumpitur, & sincera amplius non est. Quæ verò fluit ac cursu incitato fertur, occurrentẽ terrã reijcit, quæ, vt inquit Hesiodus, fluit illimis manans è fonte perenni. Ea enim quia incorrupta & incommixta est, salubrem potum exhibet. Sic fœmina quæ nullam seminis in se exhalationem mixtionémque admiserit, incorrupta dicitur. Et alia multa in eam sententiam adducit, quæ illic in promptu sunt omnibus. Iosephus autem lib. Antiquitatum Iudaicarum 4. c. 8. eodémq; vlt. tradit Mosem suis legibus statuisse, semina esse debere pura & impermixta, nec duorum aut trium generum simul esse seminanda. Abhorrere enim naturam mixturam dissimilem.

491 ¶ Quid quòd nostris legibus, vt id illi addam, commixtio contractuum admodum suspecta est de fraude, dolo, & simulatione, vt magna authoritate affirmant Gul. Cu. Cy. Albert. Bar. Bal. & Ang. in l. si tibi decem. in prin. ff. de pactis. & Bal. cõsil. 149. proponitur, col. 1. lib. 1. & satis liquidò patet ex plenè not. in l. ab Anastasio. C. manda. & diximus quoq; in tractatu Retractuum tit. 1. §. 1. gl. 18. in verbo, *le pru que la chose aura cousté*. nu. 11. incip. sed in hac, & seq.

Contractuum cõmixtio suspectissima.

492 ¶ QVID quòd medicina, siue ea sit simplex, siue composita, noxia est humano corpori, vt satius sit ea abstinere, quàm vti, testibus ipsis medicis? Nam Celsus lib. 5. in principio, Omnia ferè medicamenta stomachum lædunt malique succi sunt. Et idem fermè scripserat lib. 2. c. 12. Galenus quoque lib. 1. *περὶ ὑγιεινῶν*, id est de sanitate tuenda, scribit pharmaca calida esse & sicca, & ex iis proinde exiccari attenuarique corpora. Plutarchus in li. eiusdem tit. Commotiones, inquit, quæ in aluo inferiore pharmacis fiunt, corrumpunt ac liquefaciũt partes subiectas, plusque addunt superfluitatis, quàm educunt. Itaque non aliter quàm si quis grauiter ferens Græcorum multitudinem ac turbam eadem in ciuitate commorantem, Arabibus ac Scythis peregrinis expleat ciuitatem. Sic nonnulli tota errant via, dum eiectis cõsuetis ac domesticis superfluitatibus, aliũde grana quædam Cnidia & Scamoniam, aliarumq; rerũ vim incomparabilem, atque agrestem in corpus ingerũt, quę tantum absunt vt naturã expurgare queãt, vt ipsa magis indigeant purgatione. Et paulò pòst scribit pharmaca corpus perturbare, simul ac viciare, quę vulgus cupidè facileq; solet appetere, nõ aliter quàm mulieres veneficiis vtẽtes, &c. Et Mesue lib. 1. intentione 2. summa 1. c. 1. cano. 2. Communis, ait, medicinarũ vt plurimùm malitia est facere senescere (ita enim loquitur qui illum traduxit) corpus, & frequentantibus illas læsionem afferre principalibus membris, quæ sunt minera virtutum: & earum motores debilitare, qui sunt spiritus, & calor naturalis. Hæc ille. In quam sententiam celebratum est vulgò Prouerbium, Summa medicina est non vti medicina.

Medicamenta omnia noxia.

493 ¶ Quod cum semper aliàs, tum maximè in medicinis quæ dantur potui, vt plerunq; fit. Nam has scribit Celsus lib. 2. c. 12. in fi. non semper ægris prodesse: semper sanis nocere. Præsertim verò in medicinis solutiuis, quibus hodie tota medendi ars consistit, locum obtinet. Galenus enim in Comment. Hippo. li. 2. de ratione victus in morbis acutis, c. 11. scribit omnes medicinas solutiuas esse noxias stomacho, & præsertim ori eius, cùm sit maximi sensus, propter neruos qui in eo oriuntur. Et c. sequenti tradit naturam huiusmodi medicaminũ solutiuorũ esse contrariam naturæ corporum, quippe quæ ea in vniuersum interimant. Et in lib. 3. de simplicibus medicamentis, scribit in huiusmodi medicinis esse semper aliquid admixtũ, quod vim interficiendi habet. Paulus Aegineta lib. 7. c. 4. post princ. Omnia, inquit, purgãtia stomacho aduersantur, sola Aloë excepta. Rasis lib. 4. ad Almansorem, c. 15. Medicinas, ait, ventris solutiuas sæpè sumere, corpus debilitat, & ad ethicam atque phthisim adducit. Mesue d. li. j. intẽtione 1. c. 2. scribit omnes medicinas laxatiuas esse de genere rerũ venenosarũ. Auerrois 5. Colliget. Nulla, ait, medicinarum purgatiuarum est sine veneno aliquo, in aliqua parte sui. Et Auenzoar lib. 1. Teisir, tract. 9. c. 8. Cauere debes omnino, ne medicinam laxatiuã exhibeas, eò q; laxatiuum quamuis rectificatum & temperatum quantũ possibile fuerit, impossibile tamẽ est, quin propter acuitatem, & motum ipsius non commoueat, & generet grossitatẽ & duritiem similem apostemati, &c. Idémq; alibi scribit, nunquã se administrauisse medicinã laxatiuã, quin multis antè diebus cor ei laboraret. quod & retulit Rabi Moises in li. de regimine vitæ, c. 4. Auicẽna in 3. primi doctrina 2. c. 1. Nobis necesse est proculdubiò superfluitates euacuare, quarum euacuatio vt plurimùm nõ cõpletur, neq; est cõueniens, nisi cũ medicinis fiat venenosis, quæ proculdubio naturã frangunt, quæ etiamsi venenosæ nõ essent, non posset esse quin eas bibere naturæ laboriosum esset, quemadmodum dicit Hippocrates, quòd medicina purgat, & inueterat. Et post pauca, Medicinæ solutiuæ cũ humore superfluo euacuant ex humiditatibus naturalibus: & spiritus, qui est substantia vitæ partem magnam, & cum hoc virtutem membrorum principaliũ debilitant. Et in 4. primi, In pluribus violentarũ medicinarũ

Præsertim quæ potui dantur.

existit aliqua venenositas, & solutionem ventris efficiunt, secundùm modum quo naturæ violêtia infertur. Et in 11.3.tract.1.c.6. Plures medicinæ euacuatiuæ sunt cótrariæ corpori. Et in 13.eiusdem 3.tract.1.c.vlt. Scias quòd omnes medicinæ solutiuæ, & omnia quæ abominationem faciunt, sunt mala stomacho. Et in lib. de viribus cordis tract.2.c.2. Medicina laxatiua nocet cordi, quoniam omnis euacuatio naturam duobus modis comprimit: 1. quia cum eo quod nociuum est, euacuatur aliquid de conuenientibus naturæ: secundo, quoniam affert supra naturam ad membra quod trahit, &c. Et paulò pòst autoritate Ruffi, Laxatio diminuit materiam spiritus, & debilitat cordis complexionem. Macer, aut quisquis is fuit qui Macri nomine librum versibus non ineleganter composuit de herbarum viribus, cum de Aloë loqueretur, testimonio Oribasij hos versus adscripsit,

Esse tamen stomacho putat Oribasius aptam,
Cum lædant illum soluentia cætera ventrem.

Ex paulò autem recentioribus Arnaldus à villa noua in suis Aphorismis scribit pueris & decrepitis pharmaca esse admodum metuenda, sed & iuuenibus quoque, si crebrò sint suscepta. Nam quicunque in iuuentute sæpius pharmacis vtuntur, citò deflebunt incommoda senectutis. Propterea Gal. in Aphorismos Hippocr. li.3.c.15. scribit pharmaca purgantia nó esse exhibenda nisi valde indigentibus, nec sæpè, nec semel, nec bis in mense. Et Asclepiades famigerabilis medicus in volumine quod de sanitate tuenda cópo suit, huiusmodi purgationes tanquã pernitiosas damnauit, vt relatum est à Celso li.1.c.3. & Plin. lib.26.c.3. ad fi. Petrarcha autem lib. primo Inuectiuarum contra medicum, c.6. & iterum lib.2.c.18. scribit medicorum colorem abiisse in Prouerbium, quoties croceum hominem, aut tabescentem conspicimus: tanquam scilicet medici vsu rerum medicarum inualidi sint atque imbecilles, & ideo coloris interiorum partium indicis non admodum boni. Aristoteles autem in lib. de sensu & sensato scribit maximam partem hominum à medicina interimi.

Medicinã esse superuacuam. Certus vitæ terminus constitutus, vide infrà.

494 ¶ Sed fac medicamenta non obesse, certè etiã nihil omnino prodesse. proptereáq; medicinam esse superuacuam probat illud Vergilianum lib.10. Aeneid.

Stat sua cuique dies.

Ad quod etiam Macrobius libr. primo de Somnio Scipionis refert illud eiusdem de Deiphobo, lib.6. eiusdem operis,

Explebo numerum reddárque tenebris.

Et illud quoque Senecæ ad Lucilium epistola 102. Stat quidem terminus nobis, vbi illũ inexorabilis fatorum necessitas fixit. Cui conuenit & illud Iob 14. Breues dies hominis sunt, numerus mensium apud te est. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. A quo nó longè abest Aesculapij sententia, qui statuta vitæ spatia à stellis accipi dicit, autore Plin. lib.7 c.49. Nam si hęc vera sunt, vt profectò vera videntur, frustra medicamenta sumimus nullatenus vitam producentia, cuius finis & terminus præteriri non potest, sicuti etiam testis est Aristoteles lib.2. de generatione animalium, scribens tempus, & vitam vniuscuiusque numerum habere certum & determinatum. Omnium enim ordinem & omne tempus, & vitã mẽsurari periodo. A quo non admodum distat quod scribitur Sapientiæ 2. Omnia in mensura, num. & pondere disposuisti. Et Ecclesiastici c.17. vbi de creatione hominis loquens, Numerũ, ait, dierũ & tempus dedit. Propterea Arnaldus à villa noua philosophus & medicus celeberrimus, in libro de humido radicali c. postremo. eos arguit refellítque, qui sophisticis quibusdam rationibus nituntur probare, mortem naturalem arte medica produci posse.

Omnibus hominibus mori necesse est.

495 ¶ Aut certè, si id donemus medicis, vt vitam possint prorogare, nihilo tamen secius aliquando moriendum est, vt scribit Cicero. Et vt dicit Diuus Paulus ad Hebræos, ca.3. Statutum est hominibus semel mori. Cuius rei & textum habemus in l.1. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Propterea Propheta ille omnium famatissimus, Psal.88. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? Et vt medicorum quoq; testimonio innitamur, Plinius li. secundo, c.6. Deus, inquit, mortales æternitate donare non potest. Quod sumpsisse videtur ex Homero, qui scripsit lib.3. Odyssea,

Ἀλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοίιον οὐδὲ θεοί περ
Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν, ὁππότε κεν δὴ
Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι τανηλεγέος θανάτοιο.

Quibus significauit à naturali morte ne amicum quidem virum Deos vindicare, quandoquidem inexorabile fatum omnes infesta morte domitat. Sed & idem libr. Iliados 6. scribit, nemini esse datum mortem effugere, siue ignauus sit ille, siue strenuus. in communi nanque nasci vnumquenque mortalitatis conditione,

μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,
οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.

Cui consonat & illa Menandri sententia,

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.

Mortalibus omnibus mori necesse est. Et illa eiusdem apud Stobæum Anthologiæ c.117.

Ἀθανά

Ἀθανασία δ' οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἂν συναγάγῃς
Τὰ Ταντάλου τάλαντα ἐκεῖνα λεγόμενα.

Quibus significat immortalitatem comparari non posse, nec si collegeris tot talenta, quot Tantalus habuisse dicitur. Et alia Pindari, Isthmiorum Ode 7.

Θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς
Ἅπαντες.
Morimur enim similiter (sive ex aequo)
Omnes. Illa item Sophoclis in Electra,
Πᾶσι θνατοῖς ἔφυ μόρος.
Omnibus mortalibus euenit mors.

496 ¶ Sed & medici quoque in eadem sunt sententia. Nam Gal. circa initia lib. 1. de sanit. tuenda, scribit ea quae corpus nostrum laedunt atque corrumpunt, esse duplicia: altera nobiscum coogenita, & quae vitare nequeas, quaeque ex ipsis generationis principiis veluti radice oriũtur. Et alibi in eodem lib. eos improbat, qui inuehunt ἀειπάθειαν, id est, perpetuam inualitudinẽ: quoniam omne genitum corpus sicuti geniturae, sic etiã interitus causas ab initio secũ natas habet. Rursum in eodem lib. 1. & in li. περὶ τοῦ μαρασμοῦ, id est, de tabe, siue de marcore, quendã deridet, qui librum scripserat, quo conabatur docere viam immortalitatis, & quónam pacto quis omnino non senesceret: cùm immortale, vt dicit, fieri quod genitum est non possit. Is autem fuit Philippus sophista, qui hominẽ sibi auscultantem promisit immortalem fore, si fieri posset vt temperamentum cordis humidum perpetuò seruaretur. Nam è sicco esse initiũ corruptionis, sicuti & ipse Gal. recenset lib. 6. de sanitate tuen. vbi dicit quòd quoniam naturae progressum, qui est ad siccitatem, effugere corpori non licet, ideirco senescere nobis, corrumpíque necesse est. Et lib. 14. de vsu part. cap. 2. scribit, Naturam, si ei licuisset per materiã immortalem facturam fuisse hominem. At cùm materia ipsa repugnet (nam ex arteriis neruisque, & venis cõpositum corruptibile esse necesse est) id quod potuit auxilium ad immortalitatem praestitit, dum hominem ex homine producit. Et Auicen. in 3. primi. c. 1. Ars, inquit, sanitatem custodiendi non est ars, quae à morte nos securos facit. In quam sententiam multa allegat Conciliator diff. 113. vt ibi videre omnibus licet. *Ad idem medicorũ sententia.* *Philippus sophista.*

497 ¶ Idque vsque adeò, vt nõnulli doctores Scholastici in 2. li. Sententiar. dist. 19. tenuerint (aliis tamen reclamantibus) hominem etiam si non peccasset, permansissetque in illo innocentiae statu, subditũ tamen fuisse morbis: tandémque, si diutius relictus fuisset in terra, haud dubiè tabe confectum iri: nec lignum illud vitę virtutem habuisse perpetuandi vitã, sed tãtùm proferendi, de quo & tu videre poteris Paulum Cortesium li. 2. c. 6. Ex quibus videri potest Empedoclem falsò fuisse professum pharmaca, quibus morbi senectúsque arceretur, quoniam si id sperasset, nunquam se in Aethnã pręcipitasset, vt retulerunt Hippobotus, Diodorus Ephesius, Horatius in arte poëtica, Lactantius lib. 3. c. 18. aliíque à Laërtio relati. *Homo etiã sine peccato Adã fuisset mortalis.*

498 ¶ Igitur aut in paucos tantùm annos vitam medici producunt, aut etiam in longum aliquod tempus. Si primum, cur tanti facienda est medicina quae tibi tantum paucos dies adiicit? Si secundum, nihil tamen est, cur tantum medicis ob id debere nos fateamur necesse sit, qui nos tot vitae incommodis, malis, periculis, curis, calamitatibus, aerumnis diutius exponunt, quae satius longè fuisset morte veluti praeuenisse. Quando sit vetus sententia, Optimũ non nasci, aut ocyssimè mori. Cuius meminere Aristoteles in Eudemo, Tullius lib. de Consolatione, Plin. in prin. lib. 7. naturalis historiae, Plutarch. in consolatione Apollonij, & Lactantius, qui à Sileno quodam esse profectum scribit: citátque & in eam rem hos senarios Graecos, *Mors multis nos aerũnis & calamitatibus eximit.*

Τὸ μὴ γενέσθαι μὲν κράτιστόν ἐστ' ἀεί,
Ἐπὰν δ' ἐγένετο, ὡς τάχιστ' εἶναι τέλος. id est,
Haud vnquam in auras prodiisse potissimum est:
Aboleri, vbi sis natus, illicò proximum est.

Adducit quoque Theognidem ex Sententiis Elegiacis.

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
Μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου.
Φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι. id est,
Optima non nasci res est mortalibus aegris,
Nec Solis radios cernere luminibus.
Aut vbi natus homo est, properè vt descendat ad orcum.

499 ¶ In quam etiam sententiam extat epigramma Posidippi, aut vt aliis placet, Cratetis Cynici in lib. 1. epigrammatum Graecorum,

Ποίην τις βιότοιο τάμοι τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν
Νείκεα, καὶ χαλεπαὶ πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις
Φροντίδες· ἐν δ' ἀγροῖς καμάτων ἅλις· ἐν δὲ θαλάσσῃ
Τάρβος· ἐπὶ ξείνης δ' ἢν μὲν ἔχῃς τι, δέος.
Ἢν δ' ἀπορῇς, ἀνιηρόν. ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος

Ἔσσεαι

Ἔστ' ἀεί. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐρημότερος.
Τέκνα, πόνοι. πήρωσις, ἄπαις βίος. αἱ νεότητες
ἄφρονες, αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.
Εἶθ' ἄρα τοῖν δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

Id est, vt festiuiter traduxit Lucinius,

Quem teneas vitæ callem, rogo? iuxta tribunal
Iurgia, & anxius est quæstus. At in domibus
Cura, durus agris labor imminet. vndique ponto
Terror. opes peregrè qui gerit, vsque pauet.
Pauperies grauior: connubia mente quietem
Excutiunt: cœlebs heu malè solus eris.
Proles, fastidium: genus hac sine concidit: omnis
Mente caret iuuenis, viribus inde senex.
Vtrum igitur malis optandum, vel neque nasci
Vnquam, vel fata pernicìore rapi?

500 ¶ Ex quibus deprompsisse videtur Ausonius & hanc suam Eclogam de vita humana,

Quod vitæ sectabor iter? si plena tumultu
Sunt fora, si curis domus anxia: si peregrinos
Cura domus sequitur: mercantem si noua semper
Damna manent: cessare vetat si turpis egestas:
Si vexat labor agricolam: mare naufragus horror
Infamat: pœnaque graues in cælibe vita:
Et grauior cautis custodia vana maritis.
Sanguineum si Martis opus: si turpia lucra
Fœnoris: & velox inopes vsura trucidat?
Omne æuum curæ: cunctis sua displicet ætas.
Sensus abest paruis lactentibus, & puerorum
Dura rudimenta: & iuuenum temeraria pubes.
Afflictat fortuna viros per bella, per æquor,
Iras, insidiásque, catenatósque labores
Mutandos semper grauioribus, ipsa senectus
Expectata diu, votisque optata malignis
Obijcit innumeris corpus lacerabile morbis.
Spernimus in commune omnes præsentia: quosdam
Constat nolle Deos fieri, Iuturna reclamat.
Quò vitam dedit æternam? Cur mortis adempta
Conditio? sic Caucasea sub rupe Prometheus
Testatur Saturnigenam, nec nomine cessat
Incusare Iouem, data sit quòd vita perennis.
Respice & ad cultus animi: Sic nempe pudicum
Perdidit Hippolytum non fœlix cura pudoris.
At contrà ille cebris maculosam ducere vitam
Quem iuuat, aspice & ad pœnas & crimina Regum,
Tereos incesti, vel mollis Sardanapali.
Perfidiam vitare monent tria Punica bella:
Sed prohibet seruare fidem deleta Saguntos.
Viue, & Amicitias semper cole: crimen ob istud
Pythagoræorum perijt schola docta sophorum.
Hoc metuens igitur nullas cole. crimen ob istud
Timon Palladiis olim lapidatus Athenis.
Dissidet ambiguis semper mens obuia votis,
Nec voluisse homini satis est, optata recusant.
Esse in honore placet, mox pœnitet, & dominari
Vt possint seruire volunt. Idem auctus honore
Inuidiæ obijcitur: peruox est cura disertis.
Sed rudis ornatu vita caret. Esto patronus,
Et defende reos: sed gratia rara clientis.
Esto cliens, grauis imperij persona patroni:
Exterrent (aut vt alij legunt) *exercent, hunc vota patrum, mox aspera curis*
Sollicitudo subit: contemnitur orba senectus.
Et captatoris præda est hæredis egenus.
Vitam parcus agas, auidi lacerabere fama,

Et

Et largitorem grauius censura notabit.
Cuncta tibi aduersis contraria casibus. Ergo
Optima Graiorum sententia: quippe homini aiunt
Non nasci esse bonum, natum aut citò morte potiri.

501 ¶Nec aliud voluit ille Iob omnium malorum alioquin patientissimus, dum dicit, cap. 10. Quare de vulua eduxisti me? tanquã conquereretur primùm quòd esset natus. & paulò mox, Fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum. quibus verbis apertè ostendit se cupere, vt postquam natus esset, ipse confestim obiisset, ne tantas calamitates & miserias, quibus homo obnoxius est, vt ille ipse testatur, c. 14. subiisset. Propterea & antè, videlicet c. 3. Pereat, inquit, dies, in qua natus sum: & nox, in qua dictum est, conceptus est homo. Et infrà, Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perij? Et illum secutus Hieremias ille in vtero matris sanctificatus cap. 20. Maledicta, ait, dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Et paulò post. Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem? In quam sententiam Salomon Ecclesiastes 4. Laudaui, ait, magis mortuos, quàm viuentes: & feliciorem vtroque iudicari, qui necdum natus est, nec vidit, mala quæ sub sole fiunt. Et iterum c. 7. Melior est, inquit, dies mortis, quàm dies natiuitatis. Quem locum enarrans Olympiodorus, Natalitius, inquit, dies in turbulentum huius vitæ pelagus nos inducit, vbi Draco latibulum posuit. Transitus verò dies è stadio nos educit. Et si quidem peccator fuerit qui decedit, peccare vltrà iam desinit: qui verò fuerit iustus, vita perfruetur æterna. Sed & diuus Hieronymus inibi multus disserit fœliciores esse mortuos, quàm viuentes. hos enim adhuc esse in prælio, & quasi clausi corporis ergastulo retentari; mortuos verò iam esse securos & peccare desiisse. *Ex aliis sanctis scriptoribus.*

502 ¶Et Origenes quoque in prima Homilia, Psal. 38. hunc Ecclesiastæ locũ memorans, Laudat, inquit, Ecclesiastes mortuos, plusquam viuos quia illi hoc saltem lucri habent, quòd de vinculis huius corporis liberati sunt, nec vltrà subiacent necessitati corporis. Idem quoq; enarrans istud Leuitici 12. Mulier quæcunque conceperit semen, & pepererit masculũ, immunda erit, &c. Nemo, inquit, ex omnibus sanctis inuenitur diem festum, vel conuiuium magnum egisse in die natalis sui: nemo inuenitur habuisse lætitiam in die natalis sui vel filiæ suæ: soli peccatores super huiusmodi natiuitate lætantur. Inuenimus enim in veteri testamento Pharaonem Regem Aegypti diem natalis sui cum festiuitate celebrantem. In nouo verò testamẽto Herodem. vterque tamen eorum ipsam festiuitatem natalis sui profusione humani sanguinis cruentauit. Ille enim præpositum pistorum, hic sanctum prophetam Ioannem obtrũcauit in carcere. Sancti verò non solùm non agunt festiuitatem in die natalis sui, sed & spiritu sancto repleti execrantur hunc diem. In quam rem citat quod suprà diximus de Hieremia & Iob: dicitque eos nõ tam grauia & tam onerosa imprecati potuisse, nisi scissent aliquid esse in ista natiuitate corporea, quod dignum esset maledictionis imprecatione.

503 ¶Plutarchus, vt ad Ethnicos redeamus, in li. de audiendis poëtis, & è Tragico quopiam hos senarios refert, quos Aristides, & Cicero libro primo Tusculanarum quæstionum, & Strabo lib. 11. tradunt esse Euripidis in Themistocle, aut vt alij citant, in Ctesphonte. *Iterum ex Ethnicis.*

Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
Τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά·
Τὸν δ' αὖ θανόντα, καὶ πόνων πεπαυμένον,
Χαίροντας, εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.
Oportuit nos funeris luctu graui
Dolere natum maxima ad discrimina.
At mortuum qui cassus est laboribus,
Efferre læto corde, lætis vocibus. Ita autem vertit Cicero,
Nam nos decebat cœtus celebrantes domum
Lugere, vbi esset aliquis in lucem editus,
Humanæ vitæ varia reputantes mala.
At qui labores morte finisset graues:
Omnes amicos laude, & lætitia exequi.

Et hunc quidem morem olim obseruabant qui Gades incolebant, vt refert Philostratus libr. 5. de vita Apollonij, statim, post initium. *Qui gades incolunt, natos lacrymis prosequuntur, mortuos cantibus.*

504 ¶Nec ij quidem soli, vt ille falsò quidem putat. Nam & Causianos idem obseruasse tradit aliorum autoritate Stobæus Florilegij c. 119. Et Cæsias. nisi iidem sunt Zenodotus in Collectaneis in prouerbio, νόμος καὶ χώρας, vti & idem dicit de Heniochis, nisi item iidem sint. Sed & Thraces in lucem editos lacrymis prosequebantur, mortuos cantibus: recensentes quæcunq; necesse est illi, qui vitam ingressus est, perpeti humanas calamitates. Mortuos autẽ cãtibus & tripudiis terræ demandabãt, referẽtes quot malis liberati in omni sunt fœlicitate. auctores Herodotus in Terpsichore, Valerius Maximus lib. 2. de institutis antiquis, Quintilianus li. 5. Oratoriarum institutionum, tit. de exẽplis, Põponius Mela in orbis descriptione li. 2.

Solinus c.16.& Archias,cuius in hanc rem sunt ij versus in lib. Epigrammatôn Græcorum,

Θρήικας αἰνείτω τὶς, ὅτι στοναχεῦσι μὲν υἷας
 μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους,
Ἔμπαλι δ' ὀλβίζουσιν, ὅσους αἰὼν λιπόντας
 ἀπροϊδὴς κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος.
Οἱ μὲν γὰρ ζώοντες ἀεὶ παντοῖα περῶσιν
 Ἐς κακὰ, τοὶ δὲ κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι.

Thracas quis laudat, soleant quòd plangere natos,
 In lucem quotiens edidit alma parens?
Contrà fœlices vocitant quos flore iuuenta
 Ancillans parcis mors inopina rapit.
Illi dum viuunt, properant ad pessima quæque,
 Ast iis mors finem contulit ipsa mali.

Ex quo Eleazarus apud Aegesippum lib.5. Excidij Hierosolymitani, Nonnullis (inquit) gẽtibus mos est, vt ortus hominum fletibus, occasus gaudiis prosequantur. Et illos ad ærumnã natos doleant: hos ad beatitudinem reduisse gratulentur. Illorum animas ad seruitutem venisse ingemiscant: istorum ad libertatem remissas gaudeant. Et Macrobius, lib.2. de Somnio Scipionis, Mortuos, ait, ad sepulturam prosequi oportere cum cantu, plurimarum gentium vel regionum instituta sanxerunt persuasione hac, quia post corpus animæ ad originem dulcedinis musicæ, id est, cælum redire credantur.

505 ¶ Ex nostris Roma.in l.1.col.6.ff.de verb.oblig. refert quendam Paduanum suo testamento cauisse, vt cadauer ipsius ad sepulturam deferretur sine planctibus, sed cum cantibus & sonis: ob idque fuisse iudicatum furiosum, & quidem malè, vt ipse dicit per tex.in c. qui diuina, & c.vbi eunq; 13.q.2.& sequitur Alex.in l.si eùm dotem.§.si maritus, col.vlt.ff.sol.mat.quicquid scripserit Paul.Castr.in l.non oportet.C.de his qui.vt indig.vbi dicit hunc fuisse Doctor. Paduanum. Accurs.autem l.eùm quidam:& ibi post eum Bar.ff.de ann.legat.exponit tex.ibi loquentem de quodam, qui suo testamento Decurionibus diuisiones dari iussisset die natalis sui, pro die mortis: quasi tunc pasceretur ad gloriam, vt sit, inquit, de natiuitate sanctorum, quam gl.commendat idem Rom.sing.33.quia eras est festum. Et est similis gl.in §.vlt.in verbo, natalibus, Instit.de ingenu.& in c.non licet in quadragesima.33.q.4.quam & ad hoc ponderat Panor.in cap.licet, in 2. no.de fer. vbi ex hoc excipit natiuitatem diuæ Mariæ, & sancti Ioannis Baptistæ, per c.vlt.eo.tit. Cui Bragmanorum (ij sunt Indorum philosophi) sententia admodum consona est, existimantium mortem esse natiuitatem ad veram illam & fœlicem vitam, vt refert Strabo, lib.15.

Bragmans existimant mortem esse natiuitatem.

506 ¶ Plato autem in Cratylo σῶμα, hoc est corpus appellat veluti σῆμα, id est, sepulchrum, tanquã anima in corpore sit sepulta, interim'q; mortua dum in corpore est. quod & ipsum asserit idẽ Plato in Gorgia, vbi & illud Euripidis citat, Quis nouit verùm viuere mori sit, mori autem viuere? Maximus quoq, Tyrius Platonis per omnia imitator Sermo.25. Hoc, inquit, quod mortem homines vocant, id ipsum est immortalitatis initium, & futuræ vitæ procreatio, pereuntibus scilicet sua lege, suoq; tempore corporibus, animis verò ad proprium locũ, propriãmq; vitam ascendentibus. Verum hic vnus iuuentus est modus ab ipso Deo, quo humana conditio minorem se esse diuina fateatur. Propterea scilicet quòd & animum terrestri corpori tanquam aurigam imposuit currui, &c.

Corpus animæ sepulchrum.

507 ¶ Omnium autem profanorum scriptorum primus Homerus, si is profanus est, hominis viuentis corpus δέμας vocauit lib.13. Odysseæ,

Κουρὶ τί μιν καλλίρεξη, δέμας δ' ἤϊκτο γυναικί. Et lib.18. vbi Penelope hæc de se loquitur,
Εὐρύμαχ' ἤτοι ἐμὴν ἀρετὴν, εἶδός τε δέμας τε. Et lib.24.
Μέντορι εἰδομένη ἠμὲν δέμας, ἠδὲ καὶ αὐδήν.

Quod ipsum vocabulum & corpus ipsum & carcerem, siue vinculum significat, tanquam scilicet corpus sit carcer animæ, quem secutus Virgilius lib.6. Aeneidos,

Hinc metuunt, cupiúntque, dolent, gaudéntque, nec auras
Respiciunt, clausæ tenebris & carcere cæco.

Quo in loco Seruius interpres id intelligens, Definitiones, inquit, sunt corporis. Et Tullius in Somnio Scipionis, Qui è corporum vinculis tanquam è carcere euolarunt. Quem enarrans Macrobius lib.1.eiusdem operis c.11. Corpus, ait, δέμας, hoc est, vinculũ nuncupatur, & σῶμα quasi quoddam σῆμα, id est, animæ sepulchrum. Vnde, vt subdit, Cicero pariter vtrunque significans corpus esse vinculum, corpus esse sepulchrum, quod carcer est sepultorũ, ait, Qui è corporũ vinculis, &c. vt suprà. In quã rem est etiã elegans epigramma Palladæ, li.1. Florilegij.

Corporis alia definitiones.

Σῶμα, πάθος ψυχῆς, ᾅδης, μοῖρ', ἄχθος ἀνάγκη,
 Καὶ δεσμὸς κρατερὸς, καὶ κόλασις βασάνων.
Ἀλλ' ὅταν ἐξέλθῃ τοῦ σώματος, ὡς ἀπὸ δεσμῶν
 Τοῦ θανάτου φεύγει πρὸς θεὸν ἀθάνατον. Id est, propemodum ad verbum,

Corpus

Corpus passio animæ, infernus, parca, onus, necessitas,
Et populus ferox, & pœna torturarum.
Sed quando egressa fuerit è corpore tanquam è carceribus
Mortis, fugit ad Deum immortalem.

Nec otiosum aut fortuitum putes, quod corpus ᾅδην, id est, infernum dicit. Nam authore Macrobio in illo 1. lib. de somnio Scipionis c. 10. prisci illi Theologi inferos aliud esse negabant, quàm ipsa corpora, quibus inclusæ animæ carcerem fœdum tenebris, horridum sordibus & cruore patiuntur. Hoc Ditis coneaua, hoc inferos vocarunt. *Corpus, in fernus cur dicitur.*

508 ¶ Iuxta quam sententiam Apollonius Tyaneus apud Philostratum lib. 7. Nos (inquit) homines in carcere sumus omni tempore, quod nos vitam appellamus. Ipsa enim anima corruptibili corpori alligata, multa quidem perfert, omnibus autem struit quęcunque in homines cadunt. Et qui primi domos inuenerunt, non animaduertisse videntur, quod alio carcere seipsos circūdarent. Tullius autem alibi, scilicet in Catone maiore, alio, sed non dissimili nomine vtitur. Nam dum sumus (inquit) in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur. Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatique contrarium. Hæc ille. vt non mirum videri debeat quod scribit Phalaris, si is est, Singuli ad innumeras nascimur miserias, & cum vita fungimur, tum demum miseri esse desinimus.

509 ¶ Hincque Virgilius homines sæpe miseros proprio & peculiari epitheto vocat. Nam libro 3. Georgicon, *Homines miseri proprio epitheto.*

Optima quaque dies miseris mortalibus. Et lib. 6. Aeneidos,
Non tamen omne malum miseris. Et lib. 11.
Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem. Et illum secutus Papinius lib. Syluarum 3.
Quis rude & abscissum miseris mortalibus æquor
Expulit in fluctus.

Quod epitheton frequens est apud Homerum, & Hesiodum, δειλοῖσι βροτοῖσι, id est, miseris mortalibus. Nam lib. 22. Iliados,

Καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσι. Et paulo post,
Τοῦτο δὴ οἴκτιστον πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι. Et lib. 24.
Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
Ζώειν ἀχνυμένους. Et lib. 11. Odysseæ haud multo post prin.
Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι Et lib. 12. eiusdem operis,
Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι. Et lib. item 15.
Νῦν δ' ἐπὶ στυγερὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι. Et Hesiodus in eo opere, cui titulus est ἔργα καὶ ἡμέραι.
Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι. Sed & apud ipsum Homerum non absimile epitheton tribuitur hominibus, ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι, lib. 4. Odysseæ,
Τοῦτό νυ καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι.

Et aliud quoque eiusdem significationis apud Euripidem in Supplicibus.

Ὦ Ζεῦ τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
Φρονεῖν λέγουσι; Et iterum in eadem fabula,
Ὦ ταλαίπωροι βροτῶν
Τί κτᾶσθε λόγχας. Et in Bacchis,
Ὁ πᾶν τοὺς ταλαιπώρους βροτούς. Et aliud quoque Pythagoras in aurei carminibus.
Τλήμονες, οἳ τ' ἀγαθῶν, &c.

510 ¶ Nam & ipse Homerus lib. Odysseæ 18. & Iliados 17. scribit nihil æquè miserum & ærumnosum esse, vt hominem, inter cætera animantia,

Οὐ μὲν γάρ τί πού ἐστιν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς,
Πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε, καὶ ἕρπει.

Quam & ipsam sententiam refert & probat Plato in eodem Axiocho, & Plutarchus in libello de amore naturali parentum erga liberos. Et huic concinens Simonides apud Stobæum in Anthologio (ita enim eum librum vocat Suidas) Ser. 96.

Πολύ γ' ἐστὶ πάντων ζῷον ἀθλιώτατον
Ἄνθρωπος, εἴτις ἐξετάζοι τὸν τρόπον.
Multo est omnium animalium miserrimum
Homo, si quis rem exquirat probe.

Et id probat multis versibus sequentibus, vt inibi videre poteris.

511 ¶ Neuij prisci poëtæ Comici sententia est,
Pati necesse est multa mortalem mala. Apud Herodotum lib. 1. Musarum, Solon ille qui Athenienfibus leges tulit, Crœso regi dixisse fertur ὦ Κροῖσε πᾶν ἐστιν ἄνθρωπος συμφορή. O Crœse omnis homo est quædam grauis calamitas. Et Menander, *Iterum de calamitatibus huius vita.*
Μακρὸς γὰρ αἰὼν συμφορὰς πολλὰς ἔχει.

Longum enim cuum calamitates multas habet.

Quem etiam versum affert Stobæus Anthologiæ c.115. ex Euripide in Glauco.

Et hinc quoque Palladæ aliud Epigramma,

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω,
 Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.
Ὦ γένος ἀνθρώπων πολύδακρυτον, ἀσθενές, οἰκτρόν,
 Συρόμενον κατὰ γῆς καὶ διαλυόμενον.

Lacrymans sum natus, sed & lacrymans morior,
In lacrymis multis vitam comperi omnem.
O genus hominum lacrymosum, debile, miserabile,
Tractum in terra, solutúmque.

Vt interim non omittam illud Iob c.13. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miseriis.

512 ¶ Ex quo illud Menandri,

Quē Deus amat, iuuenis moritur. Ὃν γὰρ φιλεῖ θεὸς, ἀποθνήσκει νέος.
Quem enim amat Deus, moritur iuuenis.

Illúdque Sopboclis in Scyriis,

Οὐδ' ἐστι γὰρ ἄλγος οἷον ἡ πολλὴ ζωή,
Πάντ' ἐμπέφυκε τῷ μακρῷ γήρᾳ κακὰ,
Νοῦς φροῦδος, ἔργ' ἀχρεῖα, φροντίδες κεναί,

**molestia* *Nulla est talis * institia, quàm longa vita.*
Omnia insunt longa senecta mala,
Mens vana, opera inutilia, cura superuacua.

Et illud quoque Plauti in Bacchidibus,

Vixisse minimo satius est, quàm viuere.

Sapientes multi mortem sibi cōsciuerunt. Ideóque multi viri sapientes habiti mortem sibi consciuerunt, quo se huius vitæ miseriis maturè eximerent, & veluti à tempestate in portum se reciperent. Nam mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse grauiter pronunciauit Cæsar apud Salustium in Catilina. Et vt scribit Plin. lib.25. c.3. Optimus portus mori est. Et id quidem fecerunt Lycurgus Lacedæmoniorum legislator, vt tradit Plutarchus: Cato ille Vticensis, Empedocles qui se in ignē coniecit, vt supra diximus, & meminit etiam noster Accursius, in l. si quis filio exhæredato. §. eius qui, in verbo, iactationis. ff. de iniust. test. Cleombrotus Ambrachiotes, qui lecto lib. Platonis de immortalitate animæ, se in mare præcipitem dedit, vt tradit Cicero lib.1. Tusc. q. Lactantius lib.3. c.18. & August. lib.1. de Ciuitate dei c.22. & attestatur illud Epig.

Εἶπ' ἰδὼν ἀστ' ὁ παῖδα Κλεόμβροτον ἀμβρακιώτην
 ...μιμῆ, καὶ τέγεος σὺν δ' ἥματ' ἐκ χάλασεν.

Et illud quoque,

Salue, dicit, Phœbe Cleombrotus Ambrachiotas,
Præcipitem muro se dedit ipse neci.
Dignum morte malum non vidit, at ipse Platonis
Immortalem animam legerat esse, librum.

Ex quo illud Ouidij in Ibin,

Vel de præcipiti venias in tartara saxo
Vt qui Socraticum de nece legit opus.

Et præter hos mortem sibi consciuerunt Zeno Stoicus, qui seipsum strangulauit: & ex ipsius schola Cleanthes, qui inedia vitam finiuit, vt vtriusque testes sunt Lactantius vbi suprà, & Laërtius. Calanus ex Indorum Philosophis, quos Gymnosophistas vocant, sese in rogum præcipitauit, apud Strabonem lib.15. Plutarchum, & Arrianum vtrumque in vita Alexandri, & alij plurimi quos nimis longum esset recensere.

513 ¶ Hinc vox illa D. Pauli ad Philip. c.1. desiderantis dissolui. & ad Romanos c.7. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et Ionæ prophetæ c.4. Domine tolle quæso animam meam à me, quia melior mihi est mors, quàm vita. Et Heliæ quoq; prophetæ 3. Reg. c.19. Petiuit animæ suæ vt moreretur, & ait, Sufficit mihi domine, tolle animam meam. Ex quo illud Plinianum lib.7. c.1. Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, vt nullum frequentius votum. Natura vero nihil hominibus breuitate vitæ præstitit melius. Hegesiæ Cyrenaici liber est ἀποκαρτερῶν, quo à vita quidam per inediam discedens reuocatur ab amicis, quibus respondens vitæ humanæ enumerat incommoda. Sed is à Ptolemæo prohibitus esse dicitur illa in scholis dicere, quod multi his auditis mortem sibi consciscerent. Sicuti retulit Valerius Maximus lib.8. c.9. ad fi. & ante eum Tullius lib.1. Tuscula. q. quo etiam authore Alchidamus rhetor antiquus imprimis nobilis scripsit laudationem mortis, quæ constat ex enumeratione malorum humanorum. Plutarchus autem ad fi. libri de amore naturali parentum erga liberos, non librum de morte Hegesiam composuisse scribit, sed id dicit, quod cum de morte dissereret, auditoribus multis, vt ipsi sibi manus inferrent, author fuit. Quibus & succinit illud Agathij distichon,

D. Paulus cupit dissolui.

Et Ionas propheta.

Τὸν θάνατον τί φοβεῖσθε, τὸν ἡσυχίης γενετῆρα,
 Τὸν παύοντα νόσους, καὶ πενίης ὀδύνας;

Id est, ad verbum,

Mortem quid timetis, quietis genitricem,

Sedantem

Sed autem morbos, & paupertatis dolores?

Et vt id caput finiam multa in eam sententiam reperies apud Xenocratem in lib. de morte, & Plutarchum in oratione consolatoria ad Apolloniũ, Senecam de Consolatione ad Martiam, & D. Augustinum de ciuitate Dei lib. 21. c. 14. quæ in promptu sunt omnibus.

514 ¶ Ad hæc non est quod debeant medici tantopere gloriari, quod ægritudinẽ abigant, & sanitatem tueantur. Nam vt dicit D. Ambrosius in c. illa. 15. q. 1. Nemo sapiens ægritudinẽ malam dixerit, nec in malorum sortem annumerandã. Cui concinens Aeneas Platonicus in Theophrasto Græcè quidem, sed in hunc sensum, Neque enim (ait) & ignarus aut memor ægritudinem neque turpem esse, neque malam. Et paulo post subdit, malam valetudinem Theagi plurimum ad philosophiam contulisse. Ita enim de illo dixisse Socratẽ refert. At vero Theagi quoque nostro cuncta, vt Philosophia excidat, suppetunt. Solus hunc morbus diutinus coërcet, & continet. Cuius rei locus, ne id ignores, est apud Platonem lib. 6. περὶ πολιτείας, id est, vt noster Iureconsultus vertit in l. 2. ff. de nund. de ciuili conuersatione, Marsilius Ficinus & plerique omnes de Rep. De quo, vt opinor, loco intellexit Aelianus de varia hist. lib. 4. vbi scribit Platonem affirmasse Theageni nulla alia occasione philosophiæ statuta cognouisse quàm morbi ocio. D. Gregorius Nazianzenus in monodia D. Basilij, dum inquit, ad philosophiæ cognitionem simul & obseruantiam corporis debilitas & mala valetudo, vt ait Plato, non parum faciũt. Sed & huius rei testimonium habemus ex D. Paulo in 2. ad Cor. epist. c. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Et paulo post, Cum infirmor, tunc potens sum. quod repetitur in c. nisi cum pridem, vers. alia vero causa, de renunc. vbi ex hoc subijcitur, quod nonnunquã corporis infirmitas fortitudinem animi auget. de quo etiam nonnulla Card. Flor. cons. 34. circa primũ, post prin. Ad q̃ referri potest illud Eccles. c. 31. post prin. Infir. grauis saluã facit animã.

Aegritudo inter mala non connumeranda.

515 ¶ Cæterũ ipse Aeneas Platonicus, vt ad eũ redeamus, subdit iis quæ suprà ex eo diximus, Platonem ipsum Academiam insalubrẽ locum, vbi maneret, elegisse, corporeæ sanitatis maxime negligentẽ. Cũ quo cõsentiens D. ipse Basilius Magnus in eo elegantissimo atq; doctissimo lib. quẽ scripsit de legendis gentiliũ libris, Platonẽ (inquit) ferũt bonã corporis habitudinẽ, vtpote omnino incõmodam prospicientẽ Academiã in loco in Attica pestilẽte delegisse, vt nimiã corporis prosperitatẽ veluti vitem palmite luxuriantem amputaret. Subdítque, Ego vero bonam valetudinẽ, quæ in summo sit, ex medicis sæpe audiui fallacẽ esse. Id quod certe asseruit, vt hoc illi addas, summus medicorum Hippocr. lib. Aphors. 1. c. 3. & ex eo quoque repetiit D. Hieronymus in c. ne tales, de consec. di. 5. De hac re autem loquens Aelianus lib. 9. Variæ Historiæ: Plato (inquit Græcè quidem, sed in hunc sensum) cum Academia diceretur esse pestilens, & medici consilium darent, vt Lyceum scholam transferret, nequaquam obtemperauit, dicẽs, Sed ego producendæ vitæ causa, ne in Atho quidem summitatem transmigrare velim.

Plato Academiam locum insalubrem delegit.

516 ¶ Sed vt redeamus, huius rei multa exempla afferre possumus. Legimus enim D. illum Aegidium ad Rhodani ostia solitarium, cum à venatoribus latens inter syluas sauciatus fuisset, non modo medicinam nõ admisisse, sed & dominum rogasse, ne quando læsa caro sanaretur, vt videlicet illatus corpori dolor ab animo procul arceret voluptatis cogitationes. D. quoque Franciscum non ante perfectum fuisse, quam in grauissimam corporis valetudinem incidisset. vigesimo enim ætatis anno ægrotus didicit terrena cõtemnere, quæ sanus dilexerat: æger soli Deo seruiendum esse intellexit, qui antea seruus auaritię seruierat, dum negotiationibus vacaret: æger ad viam virtutum festinanter properauit, quam sanus lento admodum pede arripuerat, faciens locum illi sententiæ Psalmographi c. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum postea acclamauerunt. Beniamin autem senior qui multos suis orationibus curauit, ægrotus ipse nempe hydropicus, inuisentes se consolabatur, rogabátque vt Deum precarentur pro ipsius anima, nihil de corpore solliciti, quia & dum sanum, inquit, esset, nihil mihi profuit. Author Sozomenus lib. 8. Historiæ Tripartitæ Cassiodori c. 1.

D. Aegidius curari vulnera noluit.

D. Franciscus ex valetudine perfectus factus.

Beniamin Senior corpus sanum nihil illi profuisse dicebat.

517 ¶ D. Petrus Tito discipulo interroganti, cur Petronillam filiam diutius ægrotare pateretur, cum aliis male affectis repente sanitatẽ daret: ita illi expedire respondit: & vt id se facere posse ostenderet, iussit eam surgere, & eis discumbentibus ministrare. Et confestim sana surrexit, & vt officio functa est: rursum patris iussu ad lectum pariter & morbũ rediit. Ita igitur ægrotãdo didicit virginitatis puritatẽ amare, vt postea sanata mori potius elegerit, quã Flacco prętori nubere. In vita quoq; Thomæ Cantuariensis archiepiscopi memoriæ proditũ est quempiam cõparandæ valetudinis gratia ad sepulchrũ eius cõcessisse, & voti cõpotem factũ, dum rediret secum quærere cœpisse, sanitásne corporis, an imbecillitas ad animę salutẽ conducibilior esset. & rursum Sancti aram repetiisse, orasseque vt quod sibi ad beatitudinem illam adipiscendam magis conduceret, id sibi contingeret, & statim eodem implicatũ morbo rediisse.

D. Petrus filiã suam sanare noluit.

518 ¶ Sed vis audire exempla & testimonia Ethnicorum? Plin. Iunior lib. 7. Epist. ad Maximum, Nuper, inquit, me cuiusdam amici languor admonuit optimos esse nos dum infirmi sumus. Quem enim infirmũ aut auaritia, aut libido sollicitat? non amoribus seruit, non appetit honores, opes negligit, & quantuluncunque vt relicturus satis habet. Tunc Deos, tunc hominẽ esse se meminit, inuidet nemini, neminem miratur, neminẽ despicit, ac ne sermonibus quidẽ

Ethnicorũ in eam rẽ testimonia.

maliguis aut attēdit aut alitur. Plutarchus autē in Apophthegmatis tradit, q Antigonus rex Macedonū, cū à graui morbo cōualuisset, Nihilo, inquit, peius est. Siquidē hic morbus nos admonuit ne efferamur, cū mortales simus. tanquā scilicet ex morbo illi plus boni quā mali accessisset. Alexāder quoque Magnus, eum aliquādo femore sauciatus fuisset, maximósque ex vulnere dolores sensisset, sese tum primū nouisse Iouis, vt ante gloriabatur, filiū non esse. Ita enim plerique referunt, quanquā aliter prodidit Plutarchus in lib. de Fortuna Alexandri, & in Apophthegmatis ipsius, sed quod nō multum ab hoc dissider. Hieron Siciliæ rex antea veluti ἄμουσος, postquā in morbum incidit, factus est literatissimus, cum ociū quod ei corporis imbecillitas imponebat, doctorum hominū sermonibus audiendis tribueret, vt refert Aelianus d. lib. 4. Variæ Historiæ, vbi etiā tradit Stratonē filium Chorragi vtiliter & cōmode ægrotasse, quoniā eum esset illustri familia oriundus, & diuitiis abundaret, non ante corporis exercitia eum vsurpasse, quàm ex splene laborare cœpisset. Plato quoque scribit Phragen nō alia ratione sacris initiatum philosophiæ mysteriis, quam quod ἡ νοσοτροφία εἴργουσα αὐτὸν τῶν πολιτικῶν, συνήλασεν εἰς τὸν τῆς σοφίας ἔρωτα, id est, familiaris ægritudo à ciuilium cura ipsum abducens in sapientiæ amorem coniecit. Strabo lib. 17. tradit Ptolemæum Philadelphum eum corporis imbecillitate & infirma valetudine laboraret, cognoscendarum rerum & rerum nouarum perquirendarum studio flagrauisse: quod & ipsum tradit Aelianus d. lib. 4. variæ historiæ. Is autem est qui bibliothecam illam omnium sermonibus celebratam instruxit.

519 ¶ Sed audi Plutarchū statim in initio vitæ Pelopidis. Cū apud Antigonū quidā cōfidenti animo, habitudine tamē corporis nō admodū prospera militaret, interrogatus à rege, quæ'nam esset palloris in eo causa, quandā ægritudinē incognitā respondit. Postquā autem virtute hominis affectus rex ac magnificentia quadam motus iussit medicis, vt si qua essent ad salutem remedia, illū curarent. Cum autē bonæ valetudini plene restitutus fuisset, non eo amplius ardore atque impetu periculis sese certando obiiciebat: ideo admiratus Antigonus eam animi mutationē, non poterat eum nō accusare. Cui ille nihil causam dissimulās, Tu me inquit, ô rex, profecto minime audacē reddidisti, cū ex his malis liberaueris, quib. viuere paruifaciebā.

520 ¶ Quid moror exēplis, quorū me turba fatigat? Sunt enim & apud nos tex. optimi præter eos
Canonum testimonia. quos suprà citauimus, idipsum cōprobantes, videlicet in c. 1. & iterum in c. nisi cum pridem. vers. alia, de renun. primo enim loco ita scribitur, Vergente deorsum conditione corporea, fertur spiritus in sublimiora conscendit. Altero autem ita, Nonnunquam corporis infirmitas fortitudinem corporis augmentat. Et in c. potest, post medium, de pœn. dist. 1. Cuius hæc verba sunt, Aegritudo carnis peccatum repellit: & ibi glossa, in verbo, debilitandum, & Archi. multa de ea re scribunt. vti etiam facit Panor. in c. cum infirmitas, in j. no. de pœn. & remiss. & Benedic. in repe. c. Raynutius, in verbo, mortuo itaque testatore, le. 1. nu. 9. & 10. de testam.

521 ¶ Nec est denique quod sibi priuatim gloriandum medici existiment medicinam à Deo in-
Omnes artes à Deo. uentam, & hominibus traditam, testimonio Ecclesiastici, vt diximus: eámque propterea cæteris artibus honestiorem. Nam id commune est omnium artium & liberaliū, & illiberalium, vel testimonio eiusdem Eccles. c. 1. dicentis, Omnis sapientia à domino Deo. Et Prouer. 2. Dominus dat sapientiam. Et Sapien. 7. scribitur, omnem sapientiam & operum scientiæ disciplinam ex Deo esse. Et ipse Eccles. c. 7. tradit agriculturam, quām plurimi veluti sordidam existimant, à Deo creatam esse, cum dicit, Non oderis laboriosa, & rusticationē ab altissimo creatam. Nam & Poëtæ rerum omnium peritissimi, ipsius agriculturæ inuentionē Diis tribuunt. An tamen ea ars sit sordida, dicam postea plenius. Similiter leges Deorum donum esse dicit Demosthenes in prima oratione contra Aristogitonem, & eius loci authoritate noster Iurisconsultus in l. 2. ff. de legibus, & Aphthonius Declamator in lib. Præexercitamentorum, paulo ante calcem eius operis. Ad quod nonnulli referunt illud Homeri lib. 18. Odysseæ,

ἀλλ' ὅγε σιγῇ δῶρα θεῶν ἔχειν, ὅττι διδοῖεν.

Philosophia poetica. De quo & nos diximus in nostro tractatu Retractuum in præfatione, nu. 11. igitur satis, & seq. Plato autem in Timæo scribit philosophiam maximum Deorum munus esse. Et idem in Ione tradit, Poëticam deorum immortalium munere datam esse hominibus. Ex quo Orpheus, Homerus, & Hesiodus testati sunt à diuina prouidentia siue inspiratione quæ literarum monumentis prodiderunt didicisse, vt ex eis expendit Theophilus Antiochenus antiquissimus Theologus lib. 3. Institutionum contra gentes ad Autolycum. Epicharmus autem Syracusius poëta antiquissimus plane scripsit omnes artes à Deo fuisse inuentas, his versibus à Clemente Alexandrino in Stromatis, & Eusebio Cæsariensi,

Ὁ λόγος τὰς τέχνας τὰν ἄγει,
ὁ δὲ θεὸς ταῦτα φέρει, ὁ λόγος τῷ ἀνθρώπῳ
λόγος πέφυκεν ἀπό γε τοῦ θείου λόγου.

Quibus significatur diuinum verbum artes omnibus suppetiuisse, docens quid conducibile facere opus sit: neque enim hominem ipsum aliquam artem inuenisse, sed Deum, &c. Est autem Theognidis sententia nihil omnino esse hominibus nec bonum, nec malum sine Diis.

Θεοῖς εὔχου οἷς ἔπι μέγα κράτος, οὔτι ἄτερ θεῶν

γίγνεται

γίγνεται ἀνθρώποις οὔτ᾽ ἀγαθ᾽, οὔτε κακά.

Cui, quantum ad id quod de malis dicit, consonat illud Amos 3. Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecit? Sed id quomodo sit intelligendum, nosces ex Theologis scriptoribus. Et facit ad prædicta c. reuertimini, vers. si quis doctus 15. q. 1.

RESPONSIO AD OBIECTA.

522 ¶ HAEC sunt quæ contra medicos & medicinam ab aduersariis aut dicta sunt, aut dici possunt. Verum ego primas partes secutus in ea sum sententia, vt medicina sit ars honesta, & minime sordida: nec quæ nobilitati præiudicium afferat, vt multorum authoritate longe latéque probatum est suprà nu. 73. hanc eandem, & iterum nu. 381. quid inquam maximos. Quibus adde quod scribit Plutarchus in eo libello cui titulum fecit περὶ ὑγιεινῶν, quasi dicas, de tuenda bona valetudine, siue de Salutaribus, scribens medicinam sic esse de numero disciplinarum, vt politie, splendore, iucunditate nulla sit inferior, τῶν δ᾽ ἐλευθερίων τεχνῶν ἰατρικὴ τὸ μὲν γλαφυρὸν, καὶ περιττὸν, καὶ ἐπιτερπὲς οὐδεμιᾶς ἐνδεέστερον ἔχει. Et quod item tradit Gal. in calce suę exhortationis ad bonas artes, dum reponit medicinam inter artes honestas & liberales. *Medicinam esse artem honestam & liberalem.*

523 ¶ Medicinam autem intelligo omnem quidem speculatiuam, & ex actiua diæteticã, ac pharmaceuticam, quarum videlicet prior victus, altera medicamentorum ratione cõstat. Verum tertiam quam chirurgicam nominant, quoniam manu medetur, quę χεὶρ Gręcè vocatur, mechanicam atque illiberalem omnes fatentur vel ipsi medici. Et hanc distinctionem plane intellexit Mesue in eo libro cui Grabatim, id est, Antidotorum titulus est, c. de tumoribus mamillarum, inquiens, Et si deueniatur ad corruptionem ad illud quod est manuale, hoc illorum est qui chirurgia sunt instructi: & non inficiam summam meam huius vestigij, quod ad mechanicam spectat operationem. Ex nostris autem Lucas Pen. in l. vlt. in princ. C. de excu. arti. lib. 10. Et generale est vt & artes viles sint & sordidæ quæ manu constãt, vt scribit Seneca epist. 88. Et faciunt quæ diximus sup. d. nu. 381. quid inquam maximos, vbi disseruimus, an sacerdos hac arte vti possit. Proptereáque iura & alia quæ videntur probare medicinam esse mechanicam, de huiusmodi medicina sunt intelligenda, ne aliis sint contraria, qui medicinam simpliciter honestam dicunt. Quanquam aliter etiam in hac re distinguit Nicolaus Nicolus in vberrimo medicinæ opere, Ser. 1. dist. 1. c. 5. *Præter chirurgicam.*

524 ¶ Nec si serui plurimi medicinam exercuerunt, continuo sequitur eam seruilem esse artem, & illiberalem. Nam tametsi artes liberales dictæ sint, quod liberis dignæ sint: Tamen seruos à se non reiiciunt, quando & ij liberalibus studiis erudiri possunt, vt probat tex. in l. vlt. §. vlt. in fi. ff. de ædil. edict. multósq; seruos legimus ad supremũ vsque philosophię, & aliarũ nobilissimarũ artiũ fastigiũ euectos fuisse, longóq; post se interuallo liberos homines suæ tẽpestatis reliquisse. Inter quos Phędon Eliẽsis Socraticus, cui Plato diuinũ illũ librũ de immortalitate animæ dicauit. Nã hũc seruũ fuisse scribit Hieronymus in lib. περὶ ἀποχῆς, & eius authoritate Laërtius li. 2. & Lact. li. 3. c. 25. Menippus cuius libr. M. Varro in Satyris secutus est, quas ipse appellauit Menippeas. Põpili⁹, aut vt alij vocãt, Pol⁹ Theophrasti seruus. Perseus itẽ Zenonis seru⁹, & Mys Epicuri quoq; seru⁹ apud Laër. in Epicuro, & Epictet⁹ de quo est illud distichõ. *Præcedentia. Et primũ ad id quod de seruis medicis dictum est.*

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματ᾽ ἀνάπηρος,
Καὶ πενίῃ Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις, Id est, vt traduxit Theodorus Gaza,

Seruus Epictetus fueram, qui corpore mancus,
Pauperie pressus, charus eram superis.

De quibus Aulus Gellius lib. 2. c. 18. & Macrobius li. 1. Saturnaliũ c. 11. & præterea multas laudes de illo Epicuri seruo scripsit Mironianus in legibus historicis. & Laërtius in ipsius Epicuri vita. Quibus adde Istrũ illũ poëtam egregium. & eum quidẽ scribam, & seruũ Callimachi Cyrenæi alterius poëtæ, sæpe à Grãmaticis adductum in testimonium. Et à Plutarcho li. Problematon Græcorum c. 156. & in lib. de Musica. Et Alcman poëtam quoque celeberrimũ Agesidæ seruũ. vt tradit Heraclides in lib. Politic. vbi de Lacedæmoniis loquitur. Et Terẽtium illũ nostrũ Poëtã Comicũ. Afrum quidẽ illũ, sed qui Romæ Terentio Lucano Senatori seruiuit, à quo ob ingenium & formã non institutus modo liberaliter, sed & mature manumissus, vt à Donato illius interprete scriptũ est. Et Publium Syrũ poëtam mimographum excellentissimũ, de quo multa ipse Macrobius lib. 2. c. 7. Et Aesopũ illũ Phrygẽ fabulatorẽ laudatissimũ, cuius vitã descripsit Planudes. Et Statiũ Cæciliũ inclytũ poëtã Comicum. qui & ob id Statius dictus est, quod id nomen apud antiquos seruile fuit, vt tradit Gellius lib. 4. c. 20. & eodem vlt. Et Zamolxim illum Getarũ legislatorem laudatissimum, vt prodit Herodotus in Melpomene, qui liber est 4. & Laërtius in Pythagora, statim post prin. & Phauorinus apud Strobæum Ser. 60. Et Aristogenẽ Cnidium Chrysippi philosophi seruum qui ex curatione Antigoni Gonatæ magnam consecutus est famam, apud Suidam. Et Chytonem grammaticum Catonis Censorij seruum, apud Plutarchum in vita ipsius Catonis. & Manlium Antiochum astrologiæ auditorem. & Taberium Erotem gramaticũ memoratos Plin. lib. 35. c. 17. & Daphnidem grammaticum, quem idem Plin. lib. 7. c. 39. dicit venumdatũ fuisse. III. M. DCC.

525 ¶ Et in vniuersum seruos esse rerū & doctrinarū omniū capaces, vt liberos homines aperte docet Seneca epist. ad Lucilium 47. & Macrobius qui multa ex eo accepit, vbi suprà: & Hermippus in 2. lib. de iis qui serui docti fuerunt. Et videmus Terentiū plerunq; seruis tribuere sentētias prudētissimas. q̄ & ex eo obseruauit Seruius in 10. Aenei. Et apud Sophoclē in Trachiniis Deianira alloquēs Hyllū filiū admodū laudat sentētiā pedagogę ancillę, in hęc verba,

Ὦ τέκνον, ὦ παῖ, κἀξ ἀγεννήτων ἄρα
μῦθοι καλῶς πίπτουσιν. ἥδε γὰρ γυνὴ
δούλη μέν, εἴρηκεν δ' ἐλεύθερον λόγον.

O fili, ô puer, hominum etiam ignobilium
Sermones opportunè cadunt. Hæc enim mulier
Quamuis serua, liberaliter tamen locuta est.

Vt verum videri possit illud Euripidis,

Δοῦλον γὰρ ἐσθλὸν τοὔνομ' οὐ διαφθείρει
Πολλοὶ δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν ἐλευθέρων

Et illud quoque,

Πολλοῖσι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρὸν, ἡ δὲ φρὴν
Τῶν οὐχὶ δούλων ἔστ' ἐλευθερωτέρα.

526 ¶ Vt non omnino assentiam illi Homeri, aut potius Eumæi bubulci Homerici sententiæ, lib. 17. Odyss. qua pronunciauit Iouem dimidium virtutis ei auferre, quem seruitus occupauit,

Athenienses seruos arte medicos arcuerunt.

Ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀνέρος, εὖτ' ἄν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσιν.

Etiam si illi assentire videatur Plato lib. de legibus 6. Quanquam & illud præterea dici potest, Athenienses tanti medicinam existimasse, vt seruos ab ea discenda veluti ea indignos arcerent, vt scribit Hyginus Fabularum c. 274.

Responsio ad id quod dictum est medicos sordida tractare.

527 ¶ Sed nec aliud quicquam est contra medicos adductum, quod non facile refelli possit. Nam quod dictum est medicos sordidissima quæque tractare, tantum abest vt id medicorum laudi obsit, vt vel isto nomine ipsi præcipue laudari mereantur, qui quo subueniant hominum calamitatibus, cruciatibus, doloribus, & denique mortibus, ex illa sua sublimitate, vt Erasmus ait, sese ad hæc sordida deiiciunt. Quod si medicis tantum esset supercilij, quantum istis est procacitatis, liceret passim impune mori. Verum hoc habet ea ars cum bonis Regibus commune, vt bene faciat, ac male audiat.

528 ¶ Quanquam & illud dici potest, nō omnibus placere hæc medicamenta, quæ ex stercoribus, lotiis, geniturıs, sudoribus, & aliis id genus rebus sordidis conficiuntur. Nam Archigenes apud Gal. lib. 2. κατὰ τόπους c. item 2. Humanū, inquit, stercus in medicamentis tanquā abominandum semper detestatus sum. Sed & ipse Gal. eiusdem operis lib. 6. c. 3. posteaquam retulit Apolloninm in lib. 1. Parabiliū, consuluisse asini lotiū ad inflammatā columellā, Miror, ait, eiusmodi auxilia tradentes. Certo enim scio omnes homines, paucis omnino exceptis, citius mori velle, quàm vrinā asini bibere. Idē quoque Simp. medic. lib. 10. quo loco de vrina humana loquitur, Vrinā, inquit, degustare maxime abominandū est. Et paulo post, cū de medicamentis vrinarū quædā scripsisset, subdit: At nos hæc facere abominati sumus, cum ad manū sint quæ illis conducunt alia medicamēta. Iterūmq; ad fi. eius c. Vrinā pueri orthopnœę gratia bibere necessariū nō est, cum sint & alia medicamina, quæ huic medeantur affectui. Et in eodē li. vbi de Copro, id est, stercore tractat, Srercus humanū ob fœtorē abominādū est. Rursūsq; eo. c. quo disserit de stercore caprino, posteaquā multa eius rei medicamina declarauit, subiungit, Quæ omnia optimus medicus ignorare non debet. Cæterū potiora eligere potissimū ad vrbanos & honoratos alicuiūsq; existimationis viros. In quibus ego nunquā tali medicamine vsus sum, cum multorū meliorū suppeteret copia. Attamē existit nonnunquā talium vsus aut in itinere, aut in venatione, aut rusticatione, cū scilicet meliorū nihil adfuerit, aut homo rusticus perinde fuerit duræ carnis ac asinus. Et alia quoq; in eā sententiā tradit quo loco de stercore muriū loquitur. Aëtius quoq; Tetra. 1. Ser. 2. c. 84. carpit Xenocratē & alios qui de medicamentis vrinarū, stercorū, menstruorum scripserunt. Sed & postea c. 108. de vrinis loquens, Nos, inquit, abominati sumus talia facere, cum alia pharmaca sint ad manū. Et paulo post, At vero bibere vrinā in difficili spiratione quæ erecta ceruice contingit, quemadmodum aliqui prodiderūt, non est necesse, cū sint alia plurima pharmaca quæ huic malo opitulātur.

Deus sanat per medicamēta.

529 ¶ Quod dictum est Deum sanare omnia, fatemur. Sed id plerunque facit per causas, vt cum theologis loquamur, secundarias, id est, medicamenta, & alia id genus, vt de hac ipsa re priuatim loquens testatur Ant. Florentinus insignis theologus in 3. parte summæ, tit. 7. c. 1. vbi & illud subdit, Quod si quis medicinæ indigens ea non vtatur, expectans à Deo sanitatem, grauiter peccat, nempe Deum ipsum tētans: nisi super ea habuerit diuinum quoppiā consiliū, sicuti D. Agatha. de qua etiam locuti sumus, cum dicebat medicinam corporalem suo corpori nunquam adhibuisse. Id enim agens non peccabat, sicuti etiam scribit D. Thomas 22. q. 97. ar. 1. in fin. A quibus non admodum dissidet quod scribit Diuus Ambrosius in libro de Paradiso cap. 6. Neque si medicus, inquit, præscripserit ægrotanti à quibus videatur cauendum, atque ille ab interdictis non putauerit abstinendum, causa ei mortis est medicus. Sed vtique

ipse sibi reus mortis est propriæ, hæc ille. An tamen semper peccet ægrotus non parens medico, alibi etiam diximus.

530 ¶ QVOD autem ad artis vituperium spectat, si nonnulli artifices fuerint vitiis quibusdam obnoxij? Sunt & inter sacerdotes adulteri, inter monachos homicidæ. Sed nihil propterea ad religionem per se optimam. Nulla tam sancta professio est, quæ nō alat sceleratos aliquot. Nec tamē æquum est hominū vitia in professionis calūniā detorquere. Votis quidē omnibus optandum omnes principes eiusmodi esse cuiusmodi Nestor describit apud Homerum lib. 9. Iliad. & ex nostris D. Hieronymus in c. Regum 23. q. 5. Nec tamen accusandus est ideo principatus, quòd nonnulli sub eo titul. prædones reique publicæ hostes agant. *Medicinæ artis nō imputandum si qui medici vitiis astricti fuerint.*

531 ¶ Optarim & ipse cum Erasmo ab omnibus medicis eam præstari sanctimoniā, quā Hippocrates sacramēto verbis solennibus concepto à professoribus exigit, vt videlicet eā artē sine auaritia exercerent, in curandis ægrotis pro viribus & ingenio necessariis rebus vterentur, nemini ægritudinem differrent, nihil per iniuriam facerent. Nec tamen rogati aut sponte veneficam potionem darent, aut dandā alij cōsulerent: vitam atq; artē puram, atq; integram seruarent. Quācunque domum ingressi fuerint, liberādis dūtaxat ægrotis operā darēt. Omnem iniutiā omnē corruptelam, omne genus turpitudinis, res etiā venereas spōte sua euitarent. Quæ reticēda esse intelligerēt, nemini patefacerēt, sed intemeratā taciturnitatē seruarēt. Ea est enim fermè Iurisiurandi Hippoc. formula, quā si sanctè & incorrupte seruarint medici, iis omnia tā in vita, quam in arte prospera, fœliciáque succedent, & gloria in æternum parata erit, vt Hippocrates ipse pollicetur. Verùm si quis transgrediatur, nō artis vitium est, sed hominis. *Hippocratis Iusiurandum.*

532 ¶ QVOD medici non semper in eadē re consentiant, commune est omnium artiū atque sciētiarū. Theologia hauddubie omnium doctrinarū est & excellentissima & sanctissima, tamē scholastici eius scriptores, qui eā sibi veluti proprio iure asserunt, & vendicant, nec inter se quoque semper item conueniūt. Nam & statim in initio Sententiarum non conuenit inter eos, quod sit subiectū Theologiæ, aliis Deū simpliciter, aliis Christū, aliis sacramentorū genera affirmantibus. Nec iidem consentiunt, sitne theologia sciētia cōtemplatiua, siue speculatiua: an verò actiua, siue practica: aliis contemplatiuā, aliis practicam, aliis vtráque simul aliis neutram, sed patheticā dicentibus. Sūntq; & alia non pauca in Sententiarum libris disputata in quibus nō consentiūt Alexander Ales, D. Thomas, D. Bonauentura, Aureolus, Alphonsus, Tullcranus, Laudulphus, Iacobus Viterbiensis, Garro, Thomas Argentina, Geraldus Senensis, Gregorius Ariminensis, Scotus, Hēricus Gādensis, Ochā, Holcot, Bernhardinus Gannacus, Vgo victorius, Durandus Durandellus, Capreolus, Garsias, Ioannes Neapolitanus, Petrus Paludensis, Godofredus Adam, Iohannes Ripa, Richardus de media villa, & alij sententiarum interpretes. Nec id quidem tātùm in illis entitatibus, quidditatibus, hæccetatibus, conceptibus, relationibus, instantibus, formalitatibus, realitatibus, intētionibus primis & secūdis, & aliis id genus plurimis non admodum vtilibus: sed & in aliis plerisq; maioris pōderis & momenti. Hincq; illa factionū nomina, Albertistæ, Thomistæ, Scotistæ, Ocanistæ: Nominales, Reales, & eius generis plurima. Nec isti tantùm, sed & antiquiores illi, & præcipui Theologiæ scriptores Diui, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius. Cui enim non nota est illa ipsorum Hieronymi & Augustini controuersia tot epistolis eorum celebrata, de cessatione ceremonialium? Quæ eò iracundiæ duxit ipsum Hieronymū, vt cū magna bili illa minaretur, faciā vt memineris Daretis & Entelli. Bos lassus fortiùs figit pedem. Quę quidē controuersia orta est ex alia Diuorū Petri & Pauli dissentione, cuius ipse Paulus meminit in epist. ad Gal. c. 2. In qua tamen neuter eorum peccauit ex Theologorum sententia. *Ad id quod dictū est, medicos non semper inter se cōuenire.*

533 ¶ Quid philosophorum pugnas memorem de rerum principiis, aliásq; infinitas iam satis cognitas omnibus, iis præsertim qui legerint Plutarchum in lib. de placitis philosophorū, Galeni is est, in lib. de historia philosophica, Vitruuiū lib. 2. de Architectura c. itē 2. Iustinum philosophum eundémque martyrē, in elegātissimo illo gentium admonitorio, in prin. Irenæū li. 2. cōtra Hæreses, c. 19. Epiphanium Cyprium lib. eiusdem titul. 3. c. vlt. Eusebium Cęsariensem lib. Præparationis euangeli. 1. c. 5. & alibi sæpe, Theodoritum in libris de curatione gentilium affectionum. D. August. de ciuitate Dei lib 18. c. 41. Macrobiū li. 1. de Somnio Scipionis, præserum c. 14. Et ex poëtis Claudianum in Panegyrico, quem dixit in Cōsulatu Maulij Theodori: & è recētioribus Antonium Codrū Sermo. 1. & nouissimè Scipionem Capitium, qui de ea re priuatim scripsit elegantissimis simul & doctissimis duobus libris ad Paulum tit. *Nec philosophi.*

534 ¶ Quid Iurisconsultorum? nónne in l. sed an vltro. §. 1. ff. de neg. gest. Labeonem Proculus reprehendit? Cuius item sententiā continuò Celsus elegāter deridet. Vt & Nerua alibi quoq; fuit derisus, in l. est differētia, quę est pe. ff. in quib. cau. pig. vel hypo. taci. contra. Et Claudius Saturninus à Scæuola, sed ironicè, Magno, inquit, ingenio de iure respondit, in l. à testatore. ff. de condi. & demō. Et Celsus Celsi, id est, filius patris, quò magis mireris, sententiā reprehēdit in l. dedi. §. si quis quasi statu liber. ver. sed si seruus. ff. de cōd. cau. dat. vbi gl. id annotat, & post eā Ro. qui id dicit procedere in his, quæ sunt iuris. Et Marcellus notat sententiā Iuliani, quā tamē mox sequitur Vlpia. Marcellū ipsum redarguens, in l. apud Iulianū. ff. de her. insti. *Nec Iurisconsulti.*

Nam & idem Marcellus in vniuersum notas scripsit in ipsum Iulianum, vt patet ex l.1.C.de
com.ser.manu. Et cùm discipulus in præceptoris sententiá pedibus manibúsque ire debeat,
& aduersus cæteros eam tutari, aut certè si nó posit, excusare, quod Cassius fecit in l. dicere.
ff.de arb. Qué ad hoc expendit Bar.ibi, & in l.interdú.§.Stichi promissor.& ibi Ias.in fi.ff. de
verb.obl. Oldr.in l.quæsitum.§.1.ff.de fund.inst. Bald.in l.vlt.col.2. C.de pœ.iudic. qui malè
iud.& Pan.in c.1.col.6.versi.sed vide not.de postul.præl. Tamen Seruius Sulpitius libros in-
tegros composuit de erratis & notis Q. Mutij Scæuolæ sui præceptoris, vt videre licet ex l.
Mutius.ff.pro soc.& Aulo Gellio lib.4.c.1, fortè ea coutumelia percitus, qua eú Mutius velu-
ti asperserat in l.2.§.Seruius autem.ff.de orig.iur. Turpe esse Patritio & nobili viro, & causas
oráti, ius in quo versaretur, ignorare. Vt iam nó adeo mirari debeas, quod Vlpia. Paulus, &
Martianus de notis Papiniani viri acutissimi scripserint, vt videre potes ex l.1.§.& ideo.C.de
vete.iur.enu.& l.vlt.C.de sen.pas.& l.vnica, ti.de resp.prud.in Codice Theodosiano. Sed &
Claudius Tryphonius in Serbidium Scæuolam, Marcellus in Iulianú, & in ipsum Marcel-
lum Aelius Martianus notas scripserunt, vt ex iis patet qui illorum vitas & libros descripse-
rút. Celsus auté Domitio Labeoni ita scripsit, Aut non intelligo quid sit de quo me consulis,
aut valde stulta est consultatio tua, in l.Domitius.ff.de test. quanquam sunt qui dicunt illú
Labeonem non esse illum nostrum Iurisconsultum sæpius in nostris ff. memoratum.

Iurisconsulti ipsi reprehensi.

535 ¶ Quid quod Accursius aliquádo repræhédit Iurisconsultos ipsos, vt in l.filius fa.§.diui.ff. de le. j.
Ná & ij sæpius errasse in suis legibus, quas etiamnú habemus, dicútur, vt no.in l. qui Romę.
§.duo fratres.ff.de ver.oblig.& no.Iord. Bricius, qui & alia loca núcupatim in id citat, in rep.
c.Romana.§.cótrahentes, col.18.ver.sed hîc quæritur, de for.cópe.li.6. Ná & ipsi sibi in eadé
re aduersi fuisse reperti sunt, & inter alios Papinianus iuris asylum dictus Iulio Capitolino,
vt patet ex l.vlt.§.sed cum in secundam.C.de furt. vbi id notat Bal. pauló ante fi.in vlt.no.

Iustinianus reprehensus.

536 ¶ Sed nonne videmus Iustinianum legú nostrarum magna ex parte conditoré in multis re-
præhensum? Nempe in eo, quod statim in ingressu tit.Instit.de testa.dicit testamentum ex eo
appellari, quòd sit mentis testatio: quod quàm sit ineptum & absurdú nemo non videt, præ-
sertim qui legerit Gellium li.6.Noctium Atticarum c.14. Sed hoc illi facilè condonandum
erranti cum Seruio Sulpitio Iurisconsultissimo. Verùm in l.vlt.C.in quib.cau.s.in inte. restit.
non est nec adeò secum in aliis legibus pugnauit, vt Plac.ibi dixerit illum ex lethæo fonte bi-
bisse, cùm eam l.scriberet. Accursius auté id malè intelligens ex eodem Plac. dicit illum ebriú
fuisse. Sed de Iustiniano minùs mirandum est, vt qui omnium literarú fuerit expers & ἀναλ-
φάβητος, vt scribit Suidas, id est, qui ne literarum quidem elementa nouisset. Cui magis credi-
derim scriptori eiusdem temporis, aut certè nó admodum posterioris, quàm Zasio viro alio-
qui doctissimo istud defendenti in suis scholiis l.2.ff.de ori.iu. Alios autem Imperatores erra-
re posse in iure, videmus ex l.3.in fi.iuncta gl.vlt.ff.de supel.lega.

Papa interdum memoria fallitur.

537 ¶ Vt interim omittam Romanos Pontifices, qui iura omnia in scrinio sui pectoris recondita
habere se dicunt, vel Bonifacij illius Octaui testimonio, c.1.de consti.lib.6. Tamé nonnúquá
eos capit obliuio aliarum constitutionum, vt non obscurè declarat c.præterea.23.di. Quod &
hinc videre licet, quòd Vrbanus Papa in c.vlt.30.q.4.dicit non reperiri prohibitú, virú & vxo
rem simul posse puerum in baptismo suscipere, quamuis antè Leo id satis prohibuisset in ca.
non plures. de consec.di.4. Et id quidem planè fatetur gl.in d.c.præterea, & in d.c.1.de cóstit.
Licet gl.in d.c.vlt.id ipsum excusare nitatur. Sed interdum videmus illos sibi inuicé non có-
sentire. Nam Inno.3.& Celestinus item tertius de dirimendo matrimonio pugnantia statue-
runt. Hic enim ius facit alteri coniugum iterare matrimoniú, si alter in hæresim lapsus fue-
rit. Ille autem non facit, vt videre licet ex c.quanto, extrà de diuort. Pelagius constituerat vt
subdiaconi Siciliæ abstinerent ab vxoribus quas ante legitime duxerant. quod decretum ve-
luti durum, & incópetens Gregorius 1.eius successor retractauit, vt patet ex c.1.31. dist. vbi &
gl.dicit illud ipsum decretum fuisse contra euangelium. Alexander III.in c.licet, ext.de spon.
duo statuit sponsalia contracta verbis præsentibus non solui per aliud sequens matrimoniú
copula carnali consummatum, quamuis quidá illius prædecessores aliter statuissent. Io. Ger-
son in quodam suo sermone Paschali scribit Io.22.censuisse animas impiorú non puniri ante
dié iudicij, sed hoc explosisse Parisiensem scholam, ita vt pontificem adegerit ad palinodiá.
Proinde Ias.in l.præscriptione, col.2.C.si contra ius vel vtil.pub. post Bal.alicubi, dicit quod licet
papa ex eo quòd est Papa, est doctor vtriusque iuris, est tamé doctor autoritate, sed nó sciétia.

Gratiani multa errata.

538 ¶ Videmus quoque compilatores nostrarú Decretalium nonnunquá aberrasse & ita supine,
vt aliquando affirmatiuá pro negatiua posuerint, vt videre licet ex his quæ scribút Hosti. Io.
And.& Car.Flor.in c.vlt.extrà de precar. vbi ipse Io.And.ad eius erroris excusationem citat
illud Horatianum, Quandoque bonus dormitat Homerus. Sed & infinita propè errata Gra
tiani, qui Decretorú volumé ex multis & separatis diuersorum scriptorú locis aptissime có-
suit, collegit Alb.in suo indice, in verbo Gratianus, & nouissime Fely.in c.2.char.pe.ver.opi-
nioné Gratiani, de resc. Et sæpe Cy.noster queritur de erroribus Canonistarú, vt videre licet
apud Bar.in l.1.§.1.ff.de requi.reis & Domi.in c.vt animarú, col.2.versi. item quia etiam, de
cóst.li.6.& Pet.Ferra.tit.forma inquisi.sup verbo, hæc est quędá inquisi.co.14.ver.sed pone quod

ꝗus,& ver.seq.& D.Boër.deci.109.percutiens.col.3.Et dicit Bal.in l.liberti libertę que,co.5.ver.itē secūdū membrū.C.de ope.li.nōnulla esse tn ele.pastoralis,de re iu.quę nō sapiūt veritatē iuris.& Frā.Are.con.23.in præsenti,col.vl.dicit ꝙ iurisc͠osultus nō abutitur vocabulis,vt canonistæ.Vt & prætermittam quoque indefatigabiles atque perpetuas recentiorum Legū & Canonum interpretū contentiones,vt nulla propemodum res sit in vtrouis iurium adeò expedita,quin sint tamē in ea diuersæ,variæ,atque etiam contrarię & sæpe eorundē sentētiæ.

539 ¶QVOD multa sint nomina corrupta apud medicos,præsertim Auicen. & cæteros Arabes, *Ad id* eorúmq; sectatores,quodque ipsi & alij celeberrimi viri aliquando errarint.Id certè & cæterorū in alijs artibus scriptorum cōmune est,vt iam diximus:nihilque id artis præconio officit cuius non ea culpa est,sed hominum,quorum vel doctissimorum propriū est errare, vel testimonio Gal.de Archigene loquentis lib.2.κατὰ τόπους c.1.& Rasi li.6.Aphoris. Solius enim Dei esse nec falli,nec fallere:hominum contrà sæpè falli,& fallere.ca.à nobis,de sen.excō.& latè confirmat Pet.Anc.con 210.inter contraria.Nam & Hippocrates de quo,vt alibi diximus,huiusmodi testimonium perhibuit Macrobius,vt nec falli nec fallere posset,quod & ferè asserit Gal.li.3.Prognosticorum c.44.Tamē à futuris se deceptum fuisse ingenuè professus est,vt scribit Celsus li.8.c.4.More(inquit)magnorum virorum & fiduciā magnarū rerū habentium.nā leuia ingenia,quia nihil habent,nihil sibi detrahunt: Magno ingenio multáque nihilominus habituro conuenit etiam simplex veri erroris confessio, præcipuéq. in eo ministerio,quod vtilitatis causa posteris traditur:néqui decipiantur eadem ratione,qua quis antè deceptus est.Et vt scribit Quintilianus lib.3.c.8.Hippocrates clarus arte medicinę videtur honestissimè fecisse,quòd quosdam errores suos,ne posteri errarent,confessus est.

quod dictū est de errore Auicēnæ & aliorum.

540 ¶Et certè nemo mortalium omnibus horis sapit,vt scribit Plin.li.7.Naturalis Historiæ c.15. *Nemo omnibus horis sapit.* Et vt tradit Horatius in Arte poëtica,quod 2.ab hinc versi.ex Ioan.And.adduximus,

Quandóque bonus dormitat Homerus.

Nec possibile est inueniri qui lapsus non sit,veluti in malo Punico granum etiam aliquod putridū est,vt dicit Crates ille Thebanus apud Diogenē Laërtium,& nos alibi latiùs diximus. Nō omnes possunt esse Apollines,nō omnes Aesculapij,nō omnes Hippocrates,aut Gal.vt si nōnunquā(quod hominum,vt diximus,est proprium)saltē tacētes errarēt.vt interim non omittam Auicen.& cæteros Arabes non adeo contēnendos,vt plerique arbitrantur,cùm rem ipsam medicam nō mediocriter adiuuerint,multáque admodum in eam vtilia Gal.incognita inuenerint.Cuiusmodi sunt Sātali,Cassia fistularis,Moschus,Sene,Caphura,Saccharum,& alia plurima,res hodie frequentissimas & vtilissimas ad rem medicam,vt saltem eo nomine multùm illis debeamus.

541 ¶Profectò optarim medicos omnes esse verè medicos,quique nullum omnino facerent locū *Non artis* illi Pithyæ oraculo à Philocoro apud Zenodotum memorato,

Πολλοὶ θριοβόλοι,παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

Plures Thriobolos,paucos est cernere vates.

Atque illi magis in eam rem peculiari etiam oraculo Hippocratis,Medici quidem famâ multi sed opere valde pauci.cuius meminit Soranus Ephesius in Isagoge c.4. Quod sumptū videtur ex illo versu Euripidis in Troadibus,

Τλήμων ἰατρὸς ὄνομ᾽ ἔχων,τἄργα δ᾽ οὔ.

Infelix medicus nomen habens,opera verò non.

sed hominū vitium,si in arte quis errauerit.

In summa optarim huiusmodi esse medicos omnes,qui sua fide & industria,vti Hippocrates,neque fallerent neque fallerentur.vt interim etiam vtar verbis l.2.C.de pondera.li.11.Sed quando id fieri nequit,non magis certè vituperanda est medicina,quòd plurimi illius peritiam sibi vendicant,qui omnino sunt imperiti:quàm Theologia omnium scientiarum regina,quòd ipsa tamen ineptos quosdam tractatores habuerit.Grāmaticus,vt scribit Ammianus Marcellinus li.21.locutus est interdum barbarè,& absurde cecinit musicus,& ignorauit remediū medicus.& nō ideo grāmatica,nec musica,nec medicina contēnenda est.Vnde præclare hæc quoque,vt alia,Tullius,Signa ostēduntur,ait,ab his rerū:in his si quis errauerit,nō deorū natura,sed hominū cōiectura peccauit.

542 ¶MIXTVRA autem medicamentorū non arti assignanda est,sed,quod iam suprà diximus hominibus male eam tractantibus,si quod simplicibus debēt facere,id mixtis aggrediūtur quādoqui potest mederi simplicibus,cōposita medicamina aut dolose,aut frustra quęrit,teste Arnaldo à Villa noua doctrinæ 2.Aphoris.15.Et vt ipse scribit in Antido.c.1.simplex medicina pręferēda est cōpositę,si talis cōperiri possit,quę morbū curare possit.Cui cōcinens Rabbi Moyses in li.de regimine vitę ad Soldanū,c.2.scribit,Quandocūque poterit esse regimen cū medicina simplici,non regat eum medicina cōposita:& si nō poterit trāsire,regat eū ea cuius compositio minor est:nec eligat medicinas multæ compositionis,nisi in magna necessitate.

543 ¶Porrò enim eò processit mortaliū libido & intemperātia,vt nō vno tātùm aut duobus cibis cōtenti,non vni aut alterttantùm voluptati incessanter dantes operā,nō etiā vnū simplicē q; morbum sibi adsciscant. Paucos nostro tempore simplices morbos videas,plerosque omnes mixtos & varios,imò ipsos sibi contrarios ac repugnātes,vtpote ex contrariis & repugnantibus causis ortos,vt eorum curationi necesse sit varia mixtáque,atque composita,& nonnunquam contraria adhiberi medicamina:ne dū vni qualitati occurris,aliam prætermittas,

quæ neglecta hominem interimat. Propterreáque huiusmodi morbis compositis nō simplicē curationem adhibendam esse censet Galenus Therapeuticæ lib. 4. statim post prin. Serapin Breuiarij tractatu 7.c.2. Et Arnaldus à Villa noua, doctrinæ 2. Apho.17. Nam vt hic subdit in seq. Apho. Cum simplicibus non occurrit amplexus viriū debitarum cōpositū lapsui, necessitas vrget præparare compositas. Et vt scribit Galen. ipse lib. 1. de composi. medic. Non vniuersi præter naturam affectus simplicibus medicamentis curari possunt. Adeo sanè deprauata corruptáq; est hominum natura, vt morbos quotidie gignat infinitis propè modis compositos, & aliàs quoque antiquioribus incognitos, proindéque noua, & nondum illis excogitata remedia exigentes, iuxta c. cæterum, extra. de iura. cal.

Mulierū intemperātia Hippocratem mendacem fecit.

544 ¶ Quod vt exemplo aperto tibi ostendam, Nónne Hippocrates Aphoris. li. 6. c. 28. & seq. tradit mulieres podagra nunquam laborare, neque illis capillos defluere, nisi menstrua defecerint? Et ea quidem erat sexus natura. Tamen mulieres adeo intemperanter viuūt, vt & hos quoq; morbos præter naturam sentiant, vt scribit Gal. in Comment. eiusdem c. 28. & seq. Et Seneca Epistol. ad Lucilium 95. cuius hæc verba sunt, Maximus ille medicorū & huiusmodi sciētiæ cōditor fœminis nec capillos defluere dixit, nec pedes laborare. Atqui etiā capillis destituuntur, & pedibus ęgrę sunt. Non mutata fœminarum natura, sed victa est (ita enim legendū, nō vita) Et subdit, Nam cū virorum licentiā æquauerint, corporū quoq; viriliū vitia ęquauerūt: non minùs peruigilant, nō minùs potant, & oleo & mero viros prouocāt: æquè inuitis ingesta visceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remittunt: æquè niuem rodunt, solatiū stomachi æstuantis. Libidine verò nec maribus cedūt, pati natæ. Dij illas, Deę'q; malè perdāt, adeo peruersum cōmentæ genus impudicitiæ viros ineūt. Quid ergo mirandū est maximum medicorū ac naturæ peritissimū in mendacio prehendi, cùm tot fœminæ podagricæ caluę'q; sint? Beneficium sexus suis vitiis perdiderunt. Et quia fœminam exuerunt, dānatæ sunt morbis virilibus. Quam rem quoq; comprobat Petrus Aponensis in Aristotelem Problematôn lib. 10. c. 37. & in Conciliatore, dif. 9. Subdit antē Seneca his quæ dicta sunt & hæc verba multùm ad rem pertinentia, Antiqui medici nesciebant dare cibum sæpius, & vino fulcire venas cadentes. Nesciebāt sanguinē emittere, & diutinam ægrotationem balneo sudoribúsque laxare. Nesciebant crurium vincula, brachiorúmq; latentē vim, & in medio sedentem ad extrema reuocare. Nō erat necesse circumspicere multa auxiliorū genera, cùm essent periculorum paucissima. Nūc verò quàm longè processerunt mala valetudinis? has vsuras voluptatū pendimus, vltra modum fasque concupitarum. Innumerabiles esse morbos non miraberis.

545 ¶ Antè autem in eadem epistola hæc scripserat ad hunc quoq; locum pertinentia. Medicina quondam paucarū fuit scientia herbarū, quibus sisteretur fluens sanguis, vulnera coirēt paulatim. Deinde in hanc peruenit tam multiplicē varietatem. Nec est mirum illam tūc minùs negocij habuisse, firmis adhuc solidisq; corporibus, & facili cibo, nec per artē, voluptatémque corrupto. Quj postquam cœpit nō ad tollendā, sed ad irritandam famē quæri, & inuentæ sunt mille cōditoræ, quibus auiditas excitaretur: quę desiderantibus alimenta erant, onera sunt plenis. Inde pallor, & neruorum vino madētium tremor, & miserabilior ex cruditatibus quàm ex fame macies. Inde incerti labentium pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio. Inde in totam cutem humor admissus, distentúsque venter, dū malè assuescit plus capere, quàm poterat. Inde suffusio luridę bilis, & decolor vultus, tabésque in se putrescentiū, & retorti digiti articulis obrigescentibus, neruorum sine sensu iacentium torpor, aut palpitatio corporum sine intermissione vibrātium, & cętera quę sequuntur. Quibus & hęc subicit. Immunes erant ab istis malis, qui nōdum se delitiis soluerant, qui sibi imperabāt, sibi ministrabant. Et iterū haud multò pòst, Itaq; nihil opus erat tam magna medicamentorum supellectile, nec tot ferramētis atque pixidibus. Simplex erat ex simplici causa valetudo. multos morbos multa fercula fecerunt. vide quantum rerum per vnam gulam transiturarum permisceat luxuria, terrarum marísque vastatrix. Necesse est itaque inter se tam diuersa dissideant, & hausta malè digerantur, aliis aliò nitentibus, &c.

De eadē re ex Platonicis.

546 ¶ Sed & audi quid Aesculapius dicat apud Maximum Tyrium Platonicū, Sermone 29. Alias quidem artes nullam à temporibus mutationem accipere. Quarū enim vsus idem, idē est idē, harū etiā opera eadē sunt. Satis habere medicinam, si temperamēto corporum obsequiū impēdens, infirmo videlicet negotio, miniméq; certo, sed potiùs propter diuersos educationum modos incōstantissimóque, labētique, curationes ac victus ratione ad vsum pręsentis educationis aliter atque aliter accōmodet. Quamobrem minimè credas Machaonem illū ac Podaliriū filios meos, minùs commodos medicos fuisse his, qui succedentibus temporibus in iisdē studiis versati sunt, quive sapientes ac varias hasce curationes inuenerunt. Atque eius tēporis ars cum corporibus nequaquam vel pinguibus vel variis, vel dissolutis diuersans, ea lōgè faciliùs tractabat: filiíque idcirco mei simplicem occupationem habuerunt, vt est,

Virus ab infectis abscindere partibus agri,
Mitiáue affectis imponere pharmaca membris.

His verò posterioribus temporibus, labentibus corporibus in ordinem viuendi multipliciorē, deteriúsque idcirco temperamentū:

medici

medicinam & ipsam multiplicitaté sequi oportuit, ob eamq; causam ex simplicitate antiqua decedentem, variú habitú sumere. Hæc Tyrius. quæ ex Platone accepisse videtur, cuius in li. 3 de Repub. hæc fermè sunt, Absurdú præterea existimandú est, homines medicis egere, nó ad vulnera sanáda duntaxat, morbósque curandos intemperie aëris & casibus cótingentes: sed plurimum ad distillationes, & spiritus interioris intumescétis impetú, ob mollicié atque desidiá, & quem in victu dánanimus luxú. Quibus effectú est, vt homines lacunarú instar aqua flatuq; exuberantiú, nimis oppleti, coëgerint peritos Aesculapij successores morbos quodá nouo nomine distillationes, inflationes, viscerú crepitus appellare, quæ vt arbitror Aesculapij tempore non erant. Quod hinc planè conijcio, & cætera quæ sequuntur.

547 ¶ IATFOR autem nonnulla medicamenta stomachú lædere, corpus exiccare, virtutes debilitare, ideóque satius fore illis abstinere, si [illegible] ua rerum substátia (vt verbis legú vtamur) id fieri posset. Sed quádo ea est hominú natura, vt tot morbis letalibus sit obnoxia: longè melius est nónihil & ad tépus læso stomacho, corpore exiccato, virtutibus debilitatis saluti cósulere, ac proximá præsentémque mortem euadere: quàm metuentes stomacho, & iis quæ diximus, perire. Tritú est & vice prouerbij celebratú, è duobus malis leuius, si necesse sit, eligendú esse. de quo est optimus text. in c. duo. 13. dist. Et bene facit tex. in l. sed & si is. §. an auté. ff. de Carb. edict. & in l. 2. C. eo. & in l. quoties nihil. ff. de reg. iur. & vt scribit Plautus in Sticho,

Ad id quod dictum est, medicamenta lædere.

E malis multis malum quod minimum est, id minimum est malum.

Non suadent medici, vt passim & temere medicinam sumas, sed cùm necesse fuerit, vt maius malú cures. Et vt scribit Celsus lib. 2. c. 10. Satius est anceps auxilium experiri, quàm nullum.

548 ¶ Proinde idem Celsus in lib. 1. c. 3. postquàm retulit Asclepiadem purgationem damnantem quod supra etiá recensuimus, subdit, Et sunt hæ perniciosæ, si minus valentibus medicamentis fiunt. Sed hic tamen submonenda esse non est perpetuum, quia corporú temporúmque ratio potest ea facere necessaria, dum & modo, & non nisi cum opus est adhibeantur. Sed & idem Celsus in quadam epist. ad Caium Iulium Calistum, quam Marcellus Burdegalensis adscripsit in lib. medicamentorum, At Asclepiades (inquit) maximus author medicinæ negauit ægris danda medicamenta. Quidá enim hoc mendacio etiam pro argumento vtúntur. Poteram tamé, si verum id esset, dicere quid Asclepiades senserit. forsitan non omnino in hanc parté animú intédit. Homo latiè fuit, qui parú fœliciter in hoc negotio se gessit. itaq; nó deterreor persona, cum re manifesta prodesse video. Núc verò cum tam impudenter quidá de eo mala comminiscátur, quid possum vltra dicere, nisi quodam modo parricidium ac sacrilegiú eos committere, qui hæc dicút? Ille enim febricitantibus vitiisque præcipitibus correptis, quæ ὀξῆ πάθη Græci dicunt, negauit medicaméta danda, quia vino ciboque interdú dato remediari tutiùs eos existimauit. Cæterùm in lib. qui Parasceuôn, id est, præparamentorú inscribitur, contendit vltimæ sortis esse medicum, qui non ad singula quæque vitia binas ternásque cópositiones & expertas, & protinus paratas habeat. Vides ergo quàm non placeat Asclepiadi vsus medicamentorum? cum nisi plura ad vnumquodque genus vitij medicamenta composita habeat, non videtur dignus professione medicinæ. De qua re etiam Scribonius Largus in liminari epist. lib. de compositionibus medicamentorum iisdem propè verbis, vt alter ab altero accepisse videatur, negat simpliciter Asclepiadem, illud quod dictum est, dixisse. Sed eú tátum febricitátibus, vitiisque præcipitibus correptis, quæ ὀξῆ πάθη Græci dicút, negasse dáda medicaméta: quia vino ciboque apte interdú dato remediari tutiùs eos existimauit. Cæterú in li. (inquit) qui παρασκευαστικῶν, id est, præparationú inscribit, cótendit vltimæ sortis esse medicú qui nó ad singula quæque vitia binas ternasq; cópositiones & expertas protinus paratas habeat.

De eo quod Asclepiades dicitur damnasse purgationes.

549 ¶ Plato auté in Timæo scribit vná ex tribus commotionis specié túc demum esse vtilem, cùm summa cogit necessitas: aliter verò nullo modo sanæ mentis homini suscipiendam esse. Medicorum illam esse purgationem, quæ pharmacis, id est, solutiuis medelis fieri solet. morbos enim, nisi periculosissimi sint, pharmacis nó esse irritádos. Quicquid enim contra naturá fit, molestú est: quod auté pro rei natura, iocundú. Plutarchus quoq; in lib. de tuéda bona valetudine, Alui (inquit) subductiones, quæ pharmacis fiút, vt mala solatia repletionis, nisi grauis exigat necessitas, nó oportebit experiri. Et Arnaldus Villanouanus in Aphorismis, Modestus & sapiens medicus nunquam ad pharmaca properabit, nisi egente necessitate.

550 ¶ Ego verò in summa illud in omnibus pharmacis agendum censeo, quod Gale. lib. 12. Therapeuticæ in soporiferis monet medicum, vt scilicet iis abstineat quàm maximè potest, vt quæ corporis habitui nonnihil officiant. Sin ex vigiliis & viribus resoluendis ad mortis discrimé æger tendat, tum profectò tempestiuè eiusmodi medicamentis vtatur: scilicet non ignarus corporis habitum (quod iam dictum est) nonnihil ex his lædeodum: læsionem tamen, quàm morté potiùs optandá. Id quod etiam repetit lib. 2. Artis curatiuæ ad Glauconem quo capite de splene indurato loquitur: & Alexander Trallianus de Narcoticis loquens, lib. 4. quo loco de podagricis disserit, in eo c. cui titulus est, Cerota ex farina fabuli. Vtque etiá scribit Cælius Aurelianus lib. Chroniôn 3. c. postremo, Ferendum est leue damnum naturalis officij, quoties maior vtilitas excludendæ passionis promittitur.

De eadem re.
Soporiferis medicamétis quando vtendum sit.

¶ Ad hæc

551 ¶ Ad hæc nõ solùm est medicina Pharmaceutica, quod suprà diximus, sed & diętetica quoq; vt chirurgicam nunc prætermittam. Cuicunque auté (vt scribit ipse Arnaldus Villanouanus in libro de regulis generalibus curationis morborum, doctrinæ secundæ Aphorismo 9.) per alimenta restitui potest sanitas, fugiendus est penitus vsus medicinarum. Et vt ante eũ tradit Cornelius Celsus lib.3.c.4. Optimum medicamentum, est opportunè cibus datus. Igitur si diæta nihil prosit, ad pharmaca confugiendum est. Vtcunque autem feceris, id artis medicæ beneficio fecisse non denegaueris. Nec simpliciter dicit Aristoteles in hoc obiecto citatus maximam hominum partem à medicina occîdi, sed illud addidit, Propter ignorantiam medicorum ipsius naturæ. Quod ego facile recipio: sed id nihil medicinæ laudibus obest.

Vbi sanitas per diætam restitui potest, pharmacis non est vtẽdum.

552 ¶ FACIT que ad laudem medicinæ, quod in eo loco diximus, omnes ferè medicinas laxatiuas esse venenosas. Cùm quod in venenum noxamque ac perniciẽ hominũ natura genuit, ars ipsa medicinæ in auxilium remediúmque morborum conuertit, sicque venenũ veneno vt ἥλῳ τὸν ἧλον, id est, clauum clauo pellit. Et τὸ κακὸν κακῷ, vt simpliciùs pronnntiant Sophocles & Aeneas Platonicus, id est, malũ malo medicatur. Nam & Iurisconsultus noster in l. quod sæpe. §. veneni mali. ff. de contra. empti. tradit, ex venenis malis antidota, & alia quædam salubria medicaméta cõfici. Et D. Chrysostomus in Genesim, Homilia 7. ex eo laudat medicos, ꝙ ad hominũ sanitatem venenosis animalibus vtuntur: Sicuti, inquit, in arboribus, ita & in animalibus alia quidem ad cibum nostrum pertinent, alia ad ministerium, ferarum ita & reptilium genera non minorem nobis præstant vtilitatem. Multa enim, vt paulò pòst subdit, inde colligunt medici quæ ad nostrorum corporum medicinam & sanitatem conducunt.

Medici laudandi quòd venenosis ad hominum salutem vtãtur.

553 ¶ NEC verum est, quòd superuacua sit medicina, quasi suus cuique terminus vitæ sit statutus. Nam licet iussu domini dictũ sit Ezechiæ, Dispone domui tuæ, quia cras morieris: Tamẽ operà medicinæ vixit annos prætereà 15. vt scribitur 4. Regum 20. Et Esaiæ 38. vbi D. Hieronymus, quod suprà diximus, ex eo annotat, non esse spernendam medicinam. Sicuti etiã nuncupatim adscripsit Gratianus in §. sed in his omnibus. 23. q. 4. in hęc verba, Quãuis certissimè sciamus neminem vltra terminum à Deo sibi præfixum esse victurum, omnibus tamen languentibus non incongruè medemur. Quod & copiosissimè tractauit Anto. Florenti. in 3. parte summę, titu. 7. c. 1.

ad id quod dictum est suũ cuique terminum vitæ constitutum esse.

554 ¶ In quam rem sunt & alia diuinę scripturæ testimonia suprà latè recẽsita, vt interim omittamus quod ab antiquis scriptoribus traditum est, Pythagoram, Democritum, Chrysippum, Platoné, Catoné Censorium, Antonium Castoré, omnes medicos, cúmque his innumerabiles alios medicinæ obseruatione vitam ab omni morbo liberam, neque fatiscente ingenij vigore, neque concussa memoriæ soliditate, neq; fractis, aut labefactis sensibus in longum tẽpus prorogasse. Ex iis Democritum ad 109. annum, qui cùm ob ætatis defectum proximè videbatur moriturus, mœrenten sororem, quòd illo in celebritate Cereris instante, morituro, ipsa deę vota exoluere nequiret: bono animo esse iussit, & sola mellis euaporatione, aut vt scribit Laërtius, panum calidorũ odoratu, tres illius celebritatis dies viuens pertransiuit. De qua re etiam nonnihil transeunter attigit Cælius Aurelianus Acutorum morborum lib. 2. c. 3

De eadem re.

555 ¶ Propterea & Galen. lib. 1. de tuenda sanitate, scribit multos huius artis ignoratione ocyus mori, quàm ferat naturę ratio. Et idem lib. de tabe, asserit senectutem extendere ac longioré facere nõ esse impossibile. Quod & affirmat Haly. in Techni. & late Petrus Aponensis in Conciliatore, diff. 113. vbi respondet obiectis in contrariũ. Cui & tu adde quæ scribit Diuus Gregorius in enarratione illius loci Iob 14. Constituisti terminos eius, &c. Et illius quoque loci eiusdem operis Iob 22. Viri iniqui sublati sunt ante tempus suũ. Quin & Virgilius cuius illud est suprà in hac obiectione citatum, *Stat sua cuique dies*, apertè alibi ostendit vitam hominis arte medicinæ proferri posse, cùm scribit lib. 12.

De eadem re.

Ille vt depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, vsúmque medendi
Maluit.

Vt sit necesse Virgilium ipsum ea sententia, Stat sua cuique dies, non detraxisse huiusmodi laudem medicinæ, nisi pugnantia secum scripserit.

556 ¶ Quod autem dictum est ex Arnaldo, non posse mortem naturalé produci, huic nostræ sententię non adferr præiudicium: quando & ea mors dicitur naturalis (si naturalis tamen aliqua dici debeat, de qua re disserit Cęlius lib. 11. c. 38) quę fatalis & veluti debita iure naturæ dicitur, de qua Vergilius lib. 4. Aeneidos,

Mors an quæpiam naturalis sit.

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat. Id est, naturali, vt interpretatur Seruius, siue quę suos omnes numeros compleuerit, quam euadere nullo pacto possumus. At quę accidentalis & aduentitia est ex aliqua humorum exuperantia, aut contrà, vi medica arceri potest, vt & ipse Arnaldus in eodem loco probat. Cui planè concinit quod tradit Raymundus Lulius vir abstrusioris doctrinæ, in libro de secretis naturæ 1. parte 5. Vnicuique terminum vitæ à Deo esse statutum, quem nullo ingenio transgredi possumus. Sed & intra eum terminum mortem accelerare in promptu est omnibus. Ideo à medicina petẽdum remedium, quo

corpus

corpus nostrum à putrefactione seruemus, & infirmum curemus, & quod perditum est restauremus, donec veniat is postremus dies à Deo præstitutus. Porro Ethnici tradunt necessitatem fati tardari protrahíque posse, non penitus tolli, ad quod referunt illud Virgilij,

—Nec fata vetabant
Stare, decémque alios Priamum superesse per annos. Illúdque eiusdem lib. 9. Aeneidos,
—Torquet qui sidera Mundi. Vbi Seruius id annotat. Et illud Horatij,
Te Iouis impio tutela Saturno refulgens
Eripuit, volucrésque tardauit alas.

Quæ quidem loca in id expendit Seruius in lib. 4. Aeneidos enarrans eum locum,

—Dij morientis Elissæ
Accipite hæc, meritúmque malis aduertite numen.

557 ¶ Præterea non inficior nó posse medicinam præstare immortalitatem, sed longiorem vitam tantú efficere. Quæ res quanti sit æstimanda, vel ex eo intelligi potest, quod Deus Opt. Max. longæuitatem veluti magnum virtutis præmium illis pollicetur, qui ipsius mandata custodierint. Contra vitæ breuitatem, veluti maximam flagitiorum pœnam improbis minitatur. Illis enim dicitur Exod. 20. Honora patrem & matrem, vt sis longæuus super terram. quod & repetitur Deut. 5. Et iterum in fi. eiusdem c. Per viamquam præcepit Dominus Deus vester, ambulabitis, vt protelantur dies vestri. Exod. 23. Numerú dierum tuorú implebo. Et Deut. 6. Timeas Dominú Deum tuum, & custodias omnia mandata, & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi, vt prolongétur dies tui. Et rursum c. 11. Quando sederis in domo tua, & ambulaueris atque surrexeris, scribes ea super postes & ianuas domus tuæ, vt multiplicétur dies tui. Et iterum 25. c. Pondus habebis verú & iustum, & modus æqualis & verus erit tibi, vt multo viuas tempore. Et Psal. 20. Tribuisti ei longitudiné dierú. Et Psal. 33. Quis est homo, qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & fac bonum, & quę sequuntur. Et Psal. 90. Longitudine dierum replebo eum. Et Prouer. 9. Principium sapientiæ timor domini, & scientia sanctorum prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. Et sequenti c. Timor domini apponit dies. Et loquitur (vt de improbis quoque loquamur) Anni improború abbreuiabuntur. De quibus item illud dicitur Iob 22. Iniqui sublati sunt ante tempus suum. Et Eccles. 8 c. Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra transeant. Et Psal. 54. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Et Psal. 77. Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione. & alibi sæpe. Quibus etiam adstipulantur Decreta Canonica in c. episcopi, in fi. 11. q. 3. & in c. dilectissimis, quod est a. paulo ante fi. 12. q. 1. in quibus locis glos. an notat, quod citius quis moritur propter peccatum. quod & itidem facit gl. in c. alienus. 90. dist. Et diuinum hoc statutum leges omnium gentium imitatæ, facinorosos morte plectunt. Et hęc quidé minime miranda, quoniam quantum ad primum pertinet, Exultatio viri est longæuitas, vt scribitur Eccles. 30. c.

Longæuitas bonis à Deo promissa.

Vitæ breuitas malis oblata.

558 ¶ Vt è diuerso quantum ad secundum quoque spectat, mors est omnium maxime terribile, vt prodit Aristoteles lib. Ethicorum 3. c. 6. & lib. 2. Rhetor. Est'que graue, siue atrox malum, vt asserit Achilles Apud Euripidem in Iphigenia in Aulide.

Mors rerú omniú terribilissima.

Ὁ θάνατος δεινὸν κακόν.

Et summus dolor Apollonio Rhodio lib. Argonauticon 3.

Ἐπεὶ θάνατός γε τὸ κύντατον ἵσταται ἄλγος. Propterea Ecclesiasticus ipse c. 41. ita exclamat, O mors quàm amara est memoria tua. Id'que plane suo nos exemplo docuit dominus noster Iesus Christus, qui tametsi probe sciret se in hunc mundum à Deo patre in hoc missum, vt pro redemptione humani generis mortem crudelissimam ignominiosissimámque pateretur, huicque ipse se sponte obtulerit (nam scriptum est, Oblatus est, quia ipse voluit) Humanitas tamen mortem detestata. Pater (inquit) si potest fieri, transeat à me calix iste. Ideóque leges ignoscendum esse ei censuerunt, qui sanguinem suum qualitercunque redemptum voluerit. l. j. ff. de bon. eo. qui sibi mor. consc. Sunt etenim omnia posthabenda, quo vitæ consulamus, cum nullum sit pretium cum vita comparandum, si credimus Homero lib. 9. Iliados,

Οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον οὐδ' ὅσα φασὶν
Ἴλιον ἐκτῆσθαι εὐναιόμενον πτολίεθρον,
Τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης.

559 ¶ Præterea & eos qui sibi mortem inferunt, de quibus suprà locuti sumus in contraria parte, & leges & canones palam reprehendunt. Leges quidem, vt videre licet in l. qui rei. §. sic autem distinguendum. ff. de bo. eo. qui sibi mor. consc. vbi ita ad verbum scribitur, Merito si sine causa sibi manus intulit, puniendus est: qui cum sibi non pepercit, multo minus alij parceret. Et alibi in l. si quis filio. §. eius qui. ff. de iniust. testa. Vlpianus clanculum veluti deridet quosdam, qui iactationis causa mortem sibi consciuerunt. Cuius rei exemplum Accursius ibi nó inscite ex Empedocle, vt suprà diximus, attulit. Canones autem hos omnino damnant in c. displicet, in vers. noli ergo iam dicere. 23. q. 4. & late in c. si non licet, & c. tu dixisti, & c. non est nostrum, & c. placuit. 23. q. 5.

In eos qui sibi mortē inferūt, ex legibus.

560 ¶ Et ex Theologis scriptoribus & iis quidem primariis, id plane damnant Origioes in 2. tract. Commentariorum in Iob, enarraus illius ipsius Iob c. 2. Benedic & morere, & Lactantius lib. 3. qui est de falsa sapientia, c. 18. D. Chrysostomus in epistol. Pauli ad Galatas, vbi inter alia dicit, Deum illos qui laqueo, aot alia violenta morte vitam sibi abrumpunt, atrocius punire, quàm cæteros homicidas. Et D. Hieronymus in epistola ad Paulam, super obitu Blesillæ eiusdē Paulæ filiæ, vbi inter cætera illud dicit, qood tales baber stulta pbilosopbia martyres. Et D. August. in 1. lib. de Ciuitate Dei, c. 17. & multis seq. vsqoe ad c. 24. vnde & depromptum est d. c. si non licet. & è recentioribus D. Thomas. 22. q. 64. art. 5.

De eadē re ex sacris scriptoribus.

561 ¶ Ex Ethnicis autem Socrates apud Platooem in Phædone exhortatur monétque, ne quisquam sibi audeat mortem consciscere, inquiens, In quá dimisi sumus bomines custodiam, quisquam ne se eduxerit, neque peremerit. vtitúrque ea ratione. Deos quidem habere curam nostri: nos vero bomines vnam quandam ex possessionibus Deorum esse. Vt autem si quis ex seruis tuis seipsum velit occidere, ei irascaris. & si posis pœna quadam illum afficias: Hac igitur ratione nolli se interficere licet, nisi Deus necessitatem aliquam imposuit. Quem locum enarrás Ammonius, Magnum boc (inquit) nec intellecto facile, seducere sese atque perimere non oportere. Nempe sicut qui sub custodia ob facinus aliquod malum cohibetur, si se qua pateat effugium iu pedes dare tentauerit, quantum io ipso est, leges suboerterit: Ita qui properat corporis vincula dissoluere, quæ lege diuioa innexa sunt, reuioctúmque prouidentia summi pootificis, corporisè vinculis eximere, is leges diuinas subuertit. quare sibi mortem conscire nemo debet. Ob hæc'que ipse Ammouius ipsum Cleombrotum obiurgat, qui sese præcipitem dedit, vt & suprà diximus io parte cootraria. Sed vt rodeamus ad Platonem: Is li. 9. de Legibus, Quj seipsum (inquit) vita & sorte fatorū vi scelerata priuarit, nec iudicio ciuitatis, nec tristi & ineuitabili fortunæ casu coactus, neque extremo aliquo pudore cōpulsus, sed ignauia & formidolosi animi imbecillitate iniuste sibi mortem consciuerit, ei sepultura fiat solitaria, vbi alius oemo condatur: deinde in his locis sepeliatur quæ de 12. partibus vltima, deserta, innominatáque sunt, sic obscurus, vt oec statua, nec io scriptione sepulcbrū notetur.

De eadē re ex Ethnicis scriptoribus.

562 ¶ Ipsius Platonis discipulus Aristoteles lib. Ethicorum 3. c. 7. in fi. Mortem, inquit, sibi conscire ob fugiendam paupertatem, vel mœrorem, aliúdve huius generis, noo fortis est hominis, sed potius timidi. Et lib. 5. c. 11. Qui se occidit, sibi iniuriam nō facit: quia sponte iniuriam patitur oemo, sed facit contra legem, quæ prohibet quenquam interfici. Ideo & ciuitati iniuriam facit. Quapropter & ciuitas mulctat, & iostituta est ignominia quædam aduersus eum, qui sibi mortem consciuit, vt ciuitati iniuriam facientem. Et Aeschiues in oratione in Ctesiphontem, Si quis, ait, seipsom necauerit, manus quæ hoc peregerit, abscinditur, & separatim à corpore sepelitur. Ante hos Pythagoras vetat inioissu Imperatoris, id est, Dei de præsidio & statione vitæ decedere, vt testatur Tullius in Catone Maiore.

563 ¶ Et eandem prope sententiam astruit idem Tullius lib. 1. Tuscul. q. Vetat, ait, dominans ille in nobis Deus iniussu hinc nos suo demigrare. Cum vero causam iustam Deus ipse dederit, vt tunc Socrati, nunc Catoni, sæpe multis: næ ille medius fidius vir sapiens, lætus ex his tenebris in lucem ipsam excesserit. nec tamen vincula illa carceris ruperit, leges enim vetaor: sed taoquam à magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic à Deo euocatus atque emissus exierit. Idem Tullius in somnio Scipionis, Tibi, inquit, Publi, & piis omoibus retinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu eius à quo ille est à nobis datus, ex hominū vita migrādum est, ne munus humanum assignatum à Deo defugisse videamini. Iosepbus lib. belli Iudaici, 3. c. 21. scribit non esse fortissimi viri se occidere, imo ignauissimi: Deúmque indigne ferre arbitratur, com domum eius homo despiciat. ab illo enim vitam accepimus, vt essemus, rursúmque vt esse desinamus, illi reddendum est. Si quis ergo depositum hominis male tractauerit, pessimus statim ac perfidiosissimus habetur. Sic qui Dei depositum ex proprio corpore quis eiecerit, maxime peccat. Et alia pleraque in eam sententiam dicit, vii & post eom Aegesippus lib. 3. c. 17. vbi inter cætera dicit, Ingrati esse citius discedere, quàm velit qui vitam donauerit: nec licet animam soluere, nisi ei qui ligauit. Heliodorus Emissenus lib. 2. Historiæ Aethiopicæ tradit illum in crimen læsæ maiestatis diuinæ incurrere, qui sibi ipsi vitam abrumpit. Lucianus in vita Peregrioi philosophi ipsum Peregrinum deridet, qui gloriæ causa in ignem se præcipitauit. Idem in Tyrannicida scribit mortem sibi eoo sciscere, genus mortis præ cæteris miserrimum, multóque atrocius, quàm si per alium inferatur.

564 ¶ Súntque & Poëtæ huius sententiæ. Nam Callimachus ille Cyrenæus poëta scripsit epigramma in Cleombrotum, de quo suprà diximus, quod eum oibil ei accidisset aduersi, è muro se in mare abiecisset, vt retulit Cicero eodem illo 1. lib. Tusculanarum quæstio. Periandri Corintbij ex Ausooio sententia est.

Mortem optare malum.

Alia item Mimi cuiuspiam, siue Publij Syri, siue Senecæ vt alij malunt,

Crimen relinquit vita, qui mortem appetit.

Virgilius lib. 6. Aeneidos eos in inferno torqueri, qui sibi mortem consciuerunt, tradit,

Proxima

Proxima deinde tenent mæſtóloca, qui ſibi lethum
Inſontes peperere manu, lucémque peroſi
Proiecere animas. quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.

Quo in loco Seruius tradit Homerum Achillis vmbram inducere dicentem, libentius ſe omnia aduerſa apud ſuperos tolerare, quàm apud inferos imperare. Locus autem ille Homeri eſt Odyſſeæ lib. 11.

Βουλοίμην κ᾽ ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
Ἀνδρὶ παρ᾽ ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη·
Ἢ πᾶσι νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Quod & nos alibi ad aliud retulimus. Martialis ex lib. 1. hoc epigramma eſt,

Quod magni Traſea, conſummatique Catonis
Dogmata ſic ſequeris, ſaluus vt eſſe velis,
Pectore nec nudo ſtrictos incurris in enſes,
Quod feciſſe velim te, Deciane facis.
Nolo virum, facili redimit qui ſanguine famam,
Hunc volo, laudari qui ſine morte poteſt.

Idem lib. 10. epig. 47. vitam illam ſuam beatiorem hoc verſu concluſit,

Summum nec metuas diem, nec optes.

565 ¶ Ex quibus facile liquet, quantum medicis debeamus, qui id hominibus præſtant, quod Dominus ſuis pollicitus eſt, id eſt, longæuitatem. At non omnibus, inquies, præſtant, cum multi ſub medicis in florida ætate mortem obeant: fateor. Sunt enim morbi quidam adeo iam ab initio inſanabiles ac deſperati, vt nullum remedio locum faciant,

Medici nō eſt omnes morbos curare.

Non eſt in medico ſemper releuetur vt æger.

Vt ille ait, quem citat & approbat gl. in l. illicitas. §. ſicuti medico. ff. de offi. Præſi. vbi & propterea illic dicitur, quod medico, vt iam ſuprà diximus, non debet imputari euentus mortalitatis. citat & gl. in c. ad aures, de æta. & qual. vbi eſt etiam tex. & in c. tua nos, de homi.

566 ¶ Denique non propterea ſanitas contemnenda eſt, quod interdum quibuſdam obfuerit: nec morbus ſtatim ſuſpiciendus, expetendúſque, quod contra interdum profuerit. nam ſicuti nullum malum fere in rerum natura ſine aliquo bono eſt, vt dicit Plin. lib. 27. c. 3. Ita è diuerſo nihil adeo bonum, tam vtile, tam perfectum, vt non aliquid mali aut damni, & aliqua ex parte fugiendi habeat, vt eleganter probat Antonius Codrus, in 4. Ser. Nam ſi primum conſideremus ſuperiora, deinde inferiora (Superiora dico Solem, Lunam, & ſtellas: Inferiora verò quæ ſub his ſunt) Sol vt ſcribit Plinius lib. 2. cap. 6. lucem rebus miniſtrat, aufértque tenebras. Hic reliqua ſidera occultat. Hic vices temporum, annúmque ſemper renaſcentem ex vſu naturæ temperat. Hic cœli triſtitiam diſcutit, atque etiam nubila humani animi ſerenat. Hic ipſum lumen cæteris ſideribus fœnerat. Præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiēs. vt principi literarum Homero placuiſſe video. qui locus, vt id addas, eſt lib. 2. Odyſſeæ, iterúmque lib. 11. & 12. eiuſdem operis,

Ad id q̄ dictum eſt ægritudinē multis profuiſſe.

Ἠελίου, ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷ, καὶ πάντ᾽ ἐπακούει.
Solis, qui omnia videt, & omnia audit.

Ruſúmque lib. 3. Iliados,

Ἠέλιός θ᾽ ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷς, καὶ πάντ᾽ ἐπακούεις.
Sólque qui omnia vides, & omnia audis.

Ex quo & illud Virgilij lib. 4. Aeneidos,

Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras.

Et illud quoque Ouidij lib. 2. Meta.

Sol oculis iuuenem, quibus aſpicit omnia, vidit.

Et lib. 4. vbi inducit Solem ita loquentem,

Omnia qui video, per quem videt omnia tellus,
Mundi oculus.

Et ante hos Orpheus,

Κλῦθι μάκαρ πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα
Τιτὰν χρυσαυγὴς ὑπερίων, οὐράνιον φῶς
Ὄμμα δικαιοσύνης, ζωῆς φῶς.

Audi beate æternum habens omnia contuentem oculum
Titan, aureo fulgore nitens, Hyperion, cœleſte lumen,
Oculus iuſtitiæ, vitæ lux:

567 ¶ Vt iam non mirum ſit, quod veteres, vt ſcribunt Plato & Plotinus, Solem venerabantur vt Deum. Et quod in eo priſci illi gentium Theologi omnia gentilium numina collocarent, vt Iamblichus, Macrobius, lib. 1. Sat. c. 17. & Iulianus Imp. teſtantur. Tullius autem lib. 2. de natura Deorū Solem veneratur vt principem ac moderatorē cæterorum luminū. Cleanthes apud eundem eo ipſo lib. Sol, inquit, ſalutaris omnia conſeruat, alit, auget, ſuſtinet, ſenſúque afficit. Iāblichus ex Aegyptiorū doctrina ſic ferme colligit, Quicquid adſit nobis boni, ſolari poteſtate id adeſſe, vel ab ipſa tātū, vel ſi ab aliis, id quidē vel à Sole abſolui; vel à Sole p alia.

568 ¶ Igitur Sol ille qui tot nobis bona adfert, idem & mala plurima ac prope infinita aduehit. Nam frumenta, & vites, ſine quibus vix viuere poſſumus, & quæ Homerus lib. 2. Odyſſeæ, vt alibi diximus, appellat medelam hominum, fructúſque arborum, plantarum, herbarúmque,

Eiuſdem Solis incōmoda.

ſuis ardoribus quotidie exiccat, vt plerunque videmus: peſtilentiá rem omnium deterrimam, & in primis fugiendam, vt patet ex c. negotiatorem. 88. di. plerunque gignit, ſi credimus eidem Homero lib. 1. Iliados, vt & alibi quoque adnotauimus. Vnde ipſum Solem agnominatum Apollinem putant ὡς ἀπόλλοντα τὰ ζῶα, tanquam exanimantem animalia. Ex quo apud veteres cum arcu & ſagittis fingebatur ſimulacrum Apollinis, vt per ſagittas radij intelligerentur, quorum iactu peſtiferum virus immittit. vnde Lindij Apollinem colunt λοιμὸν, id eſt, peſtilentem, & Mileſij οὔλιον, id eſt, pernicioſum. Neque enim tantum hæc vox ſalutiferum, quod & nos alibi diximus, ſignificat: ſed & pernicioſum.

569 *Luna commoda & incõmoda.* ¶ Luna vero, quæ vt dicit Lucanus, ſuis vicibus Tethym, terrenáque miſcet, quæ ventos, imbres, ſerenitatem prædicit, aliáque multa commoda hominibus tribuit, vt videre licet apud Plinium eo lib. 2. c. 9. & c. 102. Ex quo & Phryges eam vt Deum colunt, vt tradit Lucianus in Ioue Tragœdo, Ea tamen vt vno in ſitu ſatis, arboribus, frugibus, hominibus prodeſt: ita alio aſpectu plurimum nocet. quod & de reliquis ſtellis quæ modo fortunatæ, modo infortunatæ ab aſtrologis dicuntur, iudicare poſſumus.

570 *Ignis commoda.* ¶ Conſideremus nunc elementa illis inferiora, & primum id quod cęteris ſuperius eſt, ſcilicet ignem. Vtilitas eius certe maxima eſt, ſine quo vita viui non poteſt, non in cibis tantũ coquendis, tenebris abigendis, & frigoribus arcendis, quæ ab omnibus intelliguntur: ſed & in aliis quoque ad vſum hominũ ſpectantibus. Igne enim lapides in æs ſoluuntur. Igne lateres coquuntur, quibus hominũ habitacula ædificantur. Igne ferrũ gignitur ac domatur. Igne cremato lapide cœmenta in tectis alligantur. Ignis ſuffitu auxiliari certũ eſt, quod Empedocles & Hippoc. diuerſis locis ſcripſit. Et alia multa cõmoda, remedia & medicamenta hominibus tribuit, vt apud Plin. videre licet lib. 36. c. 27. eodémq; vlt. & Plutarchũ in lib. cui titulus eſt, πότερον ὕδωρ, ἢ πῦρ χρησιμώτερον, vtiliórne ſit aqua, an ignis. Et Ouid. li. 4. Faſtorũ illis verſib. *Omnia purgat edax ignis.* & quæ ſequuntur. Et vt ſcribit Xenophon in lib. de factis & dictis Socratis, Nihil omnino illorum quæ ad vitam humanam vtilia ſunt, homines abſque igne faciunt, οὐδὲν ἀξιόλογον ἄνευ πυρὸς ἄνθρωποι τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων. Quibus adde, quod ignis vim quandam occultam, ſed certiſsimam aduerſus peſtilẽtiam habet. Nam & Plutarchus in Commentario de Iſide & Oſiride ſcribit, cum in peſtilentia iuſsiſſet Aegyptios prope ignem haberi, admodum profuiſſe. Sed & ignem omnibus venenis reſiſtere tradũt medici, addũntque rationem cur eam vim habet cum putridus calor veneni autor ſit, vt videbis apud Cardanum de ſubtilitate lib. 2. Eueni autem ſententia eſt apud Plutarchum in lib. de diſcrimine adulatoris & amici, ſiue etiam Prodici apud eundẽ in lib. de tuenda bona valetudine, Ignem videri omnium bellariorum & condimentorum iucundiſsimum, atque potiſsimum, quaſi videlicet conuiuia ſine igne minime ſint iucunda. Idem autem Plutarchus in lib. de vtilitate ex inimicis capienda, ſcribit ignem omnium artium eſſe inſtrumentum.

571 *Ignis rerũ omniũ principium.* ¶ Fuerúntque plurimi, qui dicerent omnia ex igne eſſe genita, ſcilicet Zoroaſtes, Heraclitus Epheſius, alter Heraclitus Metapontinus, & Hippaſus quoque Metapontinus, vt videre licet apud Plutarchum lib. 1. de Placitis philoſophorum, c. 3. & in vita Camilli, Iuſtinum in admonitorio gentium, & Tertullianum lib. 1. aduerſus Marcionem, & Epiphanium Cyprium lib. 3. contra Hæreſes, c. vlt. & Lactantium lib. 2. c. 10. & ante eos Virgilium in Aethna,

Quod ſi quis Lapidis miretur fuſile robur,
Cogitet obſcuri veriſsima dicta libelli
Heracliti, igni nihil inſuperabile gigni,
Omnia, quo rerum natura ſemina iacta.

572 ¶ Cæterum Zeno Stoicus apud Tullium lib. 1. Tuſcula. quæſtio. & Varronem lib. 4. de lingua Latina, dicit animum ignem eſſe. A quo non longe diſtans Democritus apud Nemeſium philoſophum lib. 4. de natura hominis, c. 2. & Lactantius lib. 2. c. 13. & Gregorius Nyſſenus lib. de anima, c. 1. dicunt animam ignem eſſe. De quo & per eundem Lactantium de opificio Dei, c. 17. quibus in locis declarat, quomodo id ſit intelligendum. Et ad hanc quoque ſententiam alludens Terentius in Adelphis,

Seni animam primum extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus.

Quo in loco Donatus interpres doctiſsimus bene, ait, extinguerem, quia ignis eſt. Virgilius,

Igneus eſt illis vigor, & cœleſtis origo
Seminibus.

Qui locus eſt lib. 6. Aeneid. Et id ex Donato, licet non eum citet, Lactantius ſiue Lutacius grammaticus in lib. 1. Thebaidos, in id quoque detorquens illud ipſius Statij,

Cuſtodem Pharia ſomno letóque Iuuenca
Reſtringas. Et huc quoque pertinet illud eiuſdem Virgilij lib. 4. Aeneidos in fi.
—Omnis & vna
Diſceſsit calor, atque in ventos vita receſsit.

Quo in loco Seruius, Secundum eos, inquit, qui dicunt animam calorem eſſe, quo diſcedente friget corpus. Ad quod etiã referri poteſt illud Porcij Licinij antiqui Poëtæ, Ignis homo eſt.

Quamquam

Quanquam ad alind trahitur, vt diximus in nostris Legibus Connubialibus. Hincque nonnullis videtur vita Græcis dicta ζωὴ, quod ζέω, idem sit quod ferueo, comburo. Nam dum anima in corpore est, idipsum feruet calétque, vt continuo quàm abit, friget omnino.

573 ¶ Ex quo frigus pro morte, frigidus seu frigens pro mortuo bonis autoribus ponitur, & mors frigida & gelida dicitur. Nam de primo est illud Virgil. lib. 12. Aeneid. in fi. *Frigus pro morte.*

Ast illi soluuntur frigore membra.

Frigore, id est, morte, vt declarant verba sequentia. Et ita interpretatus est Seruius ibi, in id referens illud eiusdem Virgilij lib. 6. eiusdem operis,

Vitáque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.

Corpúsque lauant frigentis, & vngunt. Et illud quoque Horatij Ser. 2. Sat. 1.

Opuer vt sis
Vitalis metuo, & maiorum ne quis amicus
Frigore te feriat. Id est, morte te afficiat, vt interpretatur Acron. Illud item Ouidij lib. 2. Metamorphoseos,

Frigúsque per vngues
Labitur. Nam & statim post,
Sic letalis hyems paulatim in pectora venit,
Vitalésque vias, & respiramina clausit. Et alibi apud eundem,
Frigus letale secutum est.

Illud quoque Statij lib. 3. Syluarum, in lacrymis Hetrusci post princ.

Anima quæ supremum
Frigus amat. Et lib. 8. Thebaidos paulo ante fi.
Ingentésque animos extremo frigore labi
Sensit. De secundo est illud ipsius Virgilij lib. 9. Aeneidos, *Frigidus pro mortuo.*
Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus.

Quem locum in hoc expendit Nonius Marcellus. Illic autem Virgilius calidum flumen ponit pro sanguine, quod animæ vehiculum est & sedes, vt late diximus in nostris Legibus Connubialibus. Cui consonat & illud Quintiliani in proœmio libri vj. Institutioonum Oratoriarum, Tuósne ego, ô meæ spes inanes, labentes oculos, tuum fugientem spiritum vidi? tuum corpus frigidum exangue amplexus, &c. De frigente est illud Virgilij lib. 6. Aeneidos,

Corpúsque lauant frigentis, & vngunt. De tertio est illud item Virgilij lib. 4. Aeneidos,
Et cum frigida mors anima seduxerit artus. Et Ouidius illo versu vulgatissimo, *Frigida mors.*
Stulte quid est somnus gelidæ nisi mortis imago?

574 ¶ Sed & ex hoc illud fit, vt Aeneas Virgilianus lib. 1. Aeneidos existimans se illic naufragij morte periturum hæc veluti eam mortem exhorrens exclamauit,

—O ter'que quatérque beati,
Queis ante ora patrum Troia sub mœnibus altis
Contigit oppetere.

Quo in loco Seruius scribit Aeneam non mortem, sed mortis genus timere. Graue est enim, inquit, secundum Homerum, perire naufragio: nam anima ignea extingui videtur. Locus autem Homeri, à quo Virgilius est id mutuatus, est in lib. 5. Odysseæ quo ita facit Vlyssem, qui & se putabat naufragio perire, hæc loquentem,

Τρὶς μάκαρες δαναοὶ καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο
Τροίῃ ἐν εὐρείῃ χάριν Ἀτρείδῃσι φέροντες.
ὡς δὴ ἔγωγ' ὄφελον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν
Ἤματι τῷ, ὅτι μοι πλεῖστοι χαλκήρεα δοῦρα
Τρῶες ἐπέρριψαν περὶ Πηλείωνι θανόντι.
Τῷ κ' ἔλαχον κτερέων, καί μευ κλέος ἦγον ἀχαιοί.
Νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι.

Id est ad verbum prope ex Andrea Diuo,

Ter beati Danai quaterque, qui tunc perierunt
Troia in lata gratiam Atridis ferentes.
Quam ego mortem debueram mori, & mortem assequi
Die illo, quando in me plurimas æreas lanceas
Troiani proiecerunt circa Pelidem mortuum.
Sic vtique assecutus essem inferias, & meam gloriam extulissent Achiui.
Nunc autem ingloria morte fato sancitum est perire.

Similitérque idem Homerus lib. 21. Iliados inducit Hectorem, qui eodem modo perire verebatur ita loquentem,

Νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι.

Quibus, vt vides, locis Homerus λευγαλέον θάνατον appellat, quod epitheon Diuus priore lo-

co, in gloriam vertit, vt diximus posteriore molestam. Seruius loco iam designato, granẽ. Sed hæc tantum dicere volui, vt intelligeres ex Seruio hoc genus mortis maxime horrendum fuisse viris fortissimis, ob eam quam dicit, rationem. quod ita anima ignea extingueretur, catérque id quod suprà citauimus ex ipso Virgilio,

Igneus est illis vigor.

575 ¶ Vt non tam mirandum sit quod Homerus lib. 12. Iliados ignem θεσπιδαὲς vocat, veluti diuinum dicas & admirandum,

Ignis diuinus, & admirandus.

Καὶ νυκὶν, ὅτε θεσπιδαὲς πῦρ. Et lib. 15. eiusdem operis,

Ἔγχεα νωτὶ κεχρημένα θεσπιδαὲς πῦρ

Ἐμβάλῃ ἀκάματον.

Quod & ipsum epitheton eidem tribuit, lib. 20. eiusdem operis, vt dicemus loco citato infrà nu. abhinc 3. ad fi. & rursum lib. Odysseæ 4. Et quod plurimæ gentes ignem vice numinis coluerunt. Et in his Persæ, vt tradunt Herodotus in Thalia, & Strabo lib. 15. Lucianus in Ioue Tragœdo, D. Clemens in lib. Recognitionum 4. Socrates in Historia Tripartita, lib. 11. c. 9. Clemens Alexandrinus in oratione adhortatoria ad gentes, & Maximus Tyrius Ser. 38. quo differit verum diis dicanda sint signa. Nam & Agathius author Græcus lib. 2. Historiarum peregrinarum, scribit ipsis Persis ignem preciosissimum & sanctissimũ videri: & ex hoc Magi, qui sunt Persarũ philosophi, impium dicebant in igne sepelire, vt scribit Diogenes Laërtius in procœmio. Epiphanius autem contra hæreses, lib. 3. c. vlt. tradit apud eosdem Persas Maguseos ignem adorare. Hincque Persæ ab igne sua templa πυρεῖα vocãt, Strabo πυραιθεῖα. Sed & Chaldæi pro Deo ignem colunt, vt retulit Eusebius Historiæ Eccles. lib. 11. c. 26. D. Hieronymus, & post eum Nicolaus Lyrensis in Genesim c. 11. Et Macedones vt scribit Diogenes in 1. lib. Persicorum, & Clemens vbi suprà. Et Sarmatas Nymphodorus in libro de legibus barbaricis, & Clemens vbi suprà, vbi idem tradit de Medis, & Magis. Quisquis est autem autor libri Sapientiæ tradit multos ignem Deum putasse, vt videre licet ex c. eius lib. 13. Nam & præter eas nationes è philosophis hunc Deum putauere Hippasus Metapontinus & Heraclitus Ephesius, vt tradit Clemẽs Alexãdrinus in illa oratione adhortatoria ad gẽtes.

576 ¶ Vnde & Apollo Colophonius rogatus à quodam Theophilo an ipse Deus esset, Deum multis verbis descripsit. inter quæ est illud ἐν πυρὶ ναίων, id est, in igne habitans, vt scriptum reliquit Porphyrius lib. 1. ἐκ λογίων φιλοσοφίας. Et alij quidam Stoici, Dei naturam ex igne constare dicebant, vt prodit Ioannes Damascenus in lib. de Hæresibus. Qui & ipse scribit, ignem in templis asseruari solere, vt diuinæ naturæ quasi symbolum esset. Propterea capitale fuisse, si sacerdotes ignem extingui permitterent. Tanquam diuinitas ex eo loco pelleretur, ac veluti extingueretur. Plato quoque ac si cœlitus descendisset, & vniuersa quæ in cœlis sunt diligenter conspexisset, vt scribit Iustinus philosophus & martyr in Admonitorio gentium, supremum Deum in ignea dicit esse substantia. Et vt tradit Laërtius, Deos esse vt plurimũ igneos dicebat. Quem tamen Aristoteles in libro ad Alexandrum Macedonem reprehendit Homeri autoritate innixus. Quibus adde quod Orpheus de Ioue loquens hæc inter cætera infert,

Deus in igne habitans ex Apolline.

Ζεὺς πνοιὴ πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὁρμή.

Quem versum ita transtulit Apuleius in libro de Mundo,

Spiritus est cunctis, validi vis Iuppiter ignis.

Tradunt autem Poëtæ ipsum Iouem ignis specie Aeginam Asopi regis Bœotiæ filiam compressisse, ex quo illud Ouidij,

Aureus vt Danaem Asopida luserit ignis.

577 ¶ Verum Iustinus ipse dicit Platonem eam sententiam accepisse ex libris sacris. Nam scribitur Deut. 4. c. Dominus tuus ignis consumens est. quæ verba repetuntur à D. Paulo ad Hebræos c. 12. in fi. Et Psal. 119. Ignitum verbum tuum nimis. Et Act. 2. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, & repleti sunt omnes spiritu sancto. Quorum locorum primus de Deo patre loquitur, secundus de filio, tertius de spiritu sancto, vt obseruauit Idacius Clarus in lib. aduersus Varimadum Arrianum. Cui adde & alia plurima loca sacrarum literarũ huic rei adstipulãtia. Nam Exod. 3. In flamma ignis apparuit Angelus Domini de Rubo. Et c. 13. Dominus præcedebat eos, ad ostendendam viam per noctem in columna ignis. Et c. 19. Descendit Dominus super montẽ Sinai in igne. quod frequenter repetitur Deut. c. 5. Rursúmq; c. 24. eiusdem Exodi. Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis. Et Leuit. 7. Quicquid tertius inuenerit dies, ignis absumat, quod de Deo intelligit D. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum, vbi & alia quædam loca ob id annotat. Et c. 10. Et egressus ignis a Domino deuorauit eos. Et Numer. 9. A vespere autem super tentorium erat quasi species ignis, vsque mane. Et c. 12. post prin. Et accensus in eos ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem. Et 2. Reg. 22. c. Ignis de ore eius volauit. Et iterum postea. Eloquium Domini igne examinatum. quæ & ipsa repetuntur Psal. 17. Sed & Psal. 118. aut vt alij computant, 119. Ignitum est eloquium tuum vehementer. Et Prouerb. 30. Omnis sermo Dei ignitus. Et Ezechiel. 8. c. post princ. de Deo loquens, Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis.

De eadẽ re ex locis sacris.

¶ De qua

578 ¶De qua re Ludouicus Vlyßiponenſis lib. Problematum 3. ſectio. 1. c. 4. Cur (inquit) diuinas apparitiones ſub ignis forma ſacris Theologis conſpectas, ſacrarum literarum oracula plurimum præſcribunt? An quoniam nihil eſt quod magis quàm per ignis puriſsimum & illuſtrans omnia elementum ſanctarum mentium dotes, & proprietates explicentur: quæ à materiali omnium & pedanea cognitione ſynceriſsimæ ſunt & irradiationis diuinæ radiis præſtringuntur? An quoniam nihil in omni rerum natura facilè inuenire poßis, quod diuinam magis in humanis eſſentiã repræſentet? Namq; meat per omnia, & ab omnibus eximitur, & niſi ſupponatur materia, vtique ignis nõ videatur, & omnia peruincit & ſuperat, & ſeipſum clanculũ inſinuans fomiti, latẽte viſum augmẽto adauget, & in maiorẽ molẽ producit. Quæ cũcta in Deo vt in archetypo & exemplari; in igne autem perinde ac in imagine & icone viſuntur. Accommodatur autẽ nonnunquã ad diuina denotanda aëris elementũ, quia ritu numinis omnibus inſinuatur, & vitã præſtat, atq; cùm ſit in omnibus, fugit tamen conſpectũ, & inuiſibile eſt: nec quo ſubeat, aut vnde progrediatur quiſquam ſatis nouit, vt ſacræ literæ prodant. Hæc ille. Ego verò breuiter illud dixerim, naturam diuinitatis igni comparari, propter eius inter cætera elementa excellentiam, & quia illa natura lucidiſsima, & procul ab omni caligine remota. Et quia eius operatio igni eſt ſimillima, ſcilicet omnia celerrimè conficiens, & alia quædam purgans, alia penitus abſumens.

Cur diuina appariciones ſub ignis forma plerunque fiunt.

579 ¶Vides igitur in igne maximam excellentiam, plurimas maximáſque vtilitates, & tamen illud mali habet, quòd interdum tecta, quid tecta? imò oppida integra cum hominibus & eorum omnibus facultatibus incendit.

Ignis incommoda.

Scilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento
Voluitur, exuperant flammæ, furit æſtus ad auras.

Vt inquit ille. Ex quo & Menander illũ inter præcipua mala poſuit, illo ſenario prouerbiali,

Πῦρ, καὶ θάλασσα, καὶ γυνὴ, κακὰ τρία.
Ignis, & mare, & mulier, mala tria.

580 ¶Vt non mirum ſit, ſi Homerus lib. 12. Odyſſeæ ignem ὀλοοῖον, id eſt, pernicioſum vocauerit.

Πυρὸς τ' ὀλοοῖο θύελλαι.

Et lib. 15. Iliados, illius ſimilitudinem hanc afferens.

Μαίνετο δ', ὡς ὅτ' ἄρης ἐγχέσπαλος, ἢ ὀλοὸν πῦρ
Οὔρεσι μαίνηται βαθέης ἐνὶ τάρφεσιν ὕλης.

Currebat autem, vt quando Mars lanceam vibrans, vel pernicioſus ignis
Montibus furit profundæ in denſitatibus ſyluæ.

Sed & idem aliam eiuſdem ignis ſimilitudinem non abſimilem poſuit ad finem libri decimiſeptimi eiuſdem operis,

Ἄγριος, ἠΰτε πῦρ, τό τ' ἐπεσσύμενον πόλιν ἀνδρῶν,
Ὄρμενον ἐξαίφνης φλεγέθει, μινύθουσι δὲ οἶκοι
Ἐν σέλαϊ μεγάλῳ, τὸ δ' ἐπιβρέμει ἲς ἀνέμοιο.

Crudelis, vt ignis, qui irruens ciuitatem virorum
Motus repentè comburit: minuuntur autem domus
In ſplendore magno: huncin concrepat vis venti.

Et aliam quoque etiam ad fi. lib. 20.

Ὡς δ' ἀναμαιμάει βαθέ' ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ
Οὔρεος ἀζαλέοιο, βαθεῖα δὲ καίεται ὕλη.

Sicut autem promptus eſt ad profundas valles admirandus ignis
Montis aridi, profunda autem comburitur ſylua.

581 ¶Ideóque quòd à Perſis & aliis quibuſdam gentibus diuinos igni honores impendi traditũ eſt, non religione quidẽ, ſed potius formidine rei nocẽtiſsimæ factum eſt, vt ex recentioribus ſcriptoribus prodidit Celius lib. Antiquarum lectionum 8. c. 36. Nam & illud ſcimus etiam apud Romanos, Febrem, Rubiginem, aut vt Varro vocat Rubigum, alij Robiginem, Pauorẽ Pallorem, Murceã, aut vt alij appellant, Murciã, Orbonam, Malã Fortunã, & alia huiuſcemodi portẽta pro Diis culta, illiſq; aras & templa dicata fuiſſe ne nocerent, vt videre licet tũ ex aliis multis, tum ex Valerio Maximo li. 2. c. 1. quo loco loquitur de modo comedẽdi antiquorũ, Liuio lib. 1. ab vrbe condita, & Lactantio lib. 1. c. 20. Varrone li. 5. Linguæ Latinæ, Plinio li. 2. c. 7. & D. Auguſtino de ciuitate Dei, lib. 4. multis in locis. Igitur vt hoc ignis caput concludam, hæc ipſius commoda & incommoda conſiderans, Ouid. hæc ſcribit lib. 3. Triſtium,

Ignis pro Deo cultus ne noceat.

Igne quid vtilius? ſi quis tamen vrere tecta
Cœperit, audaces inſtruit igne manus. Et cætera quæ inferiùs ſubiiciemus.

582 ¶Præterea Aër proximum igni elementum, ſine quo nec ſpirare, nec viuere vix puncto poſſumus, ſæpenumero peſtilens eſt, & tabificus, maximam ſtragem infert animantibus. Nam vt ſcribit Lucretius lib. 6.

Aëris cõmoda & incommoda.

Primum multarum ſemina rerum
Eſſe ſuprà docui, quæ ſunt vitalia nobis:

Et contrà quæ sint morbo mortique necesse est
Multa volare.ea cùm casu sunt fortè coorta,
Et perturbarunt cælum fit,morbidus aer.
Atque ea vis omnis morborum pestilitásque.

Et alia quoque multa eiusdem incommoda videbis apud Plinium lib.2.c.58.

583 ¶ Aqua verò cuius vtilitas ignis vtilitatem superat,quoniam multa animalia sunt,quæ sine vsu ignis viuunt:at sine aqua nullum omnino animal vitam viuere potest, nec plantæ ipsæ, nec herbæ,sine ea florescunt,aut fructificant:vt in qua sit seminariũ rerũ omniũ virtus. Et vt scribit Vitruuius libro octauo,c.4.Nulla ex omnibus rebus tantas habere videtur ad vsum rerũ necessitates,quàm aqua.Ideo quòd omnium animalium natura,si frumenti fructu priuata fuerit,arbustisve,aut carne,aut piscatu,aut etiam qualibet ex his reliquis rebus escarũ vtendo,poterit tueri vitam:Sine aqua verò nec corpus animalium,nec vlla cibi virtus potest nasci,nec tueri,nec parari.Hęc Ille,qui & ipse circa initia eiusdẽ libri scribit,eos qui sacerdotia gerũt moribus Aegyptiorũ,ostendere omnes res è liquoris potestate consistere.Itaq; cùm hydriam tegunt,quæ ad templum ædémque casta religione refertur, tunc in terra procumbentes manibus in cælum sublatis,inuentionibus gratias agunt diuinæ benignitatis.

Aqua cõmoda.

584 ¶ Quare Pindarus(quod nos alibi diximus)nõ immeritò illud cecinit Ode 1.Olymp.in prin.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ. Optima quidem aqua.

Quod & idem propemodum dicit Ode 3.eorumdem,haud multò ante fi.

Εἰ δ' ἀριστεύει μὲν ὕδωρ.

Quoniam scilicet aqua in vsum multiplicẽ hominibus cedit,vt scribit Aristoteles huius Pindaricæ sententiæ,quã vice Prouerbij citat,hanc nũcupatim rationẽ afferens li. 3. Rhetoricorũ. At Gal.lib.1.Simplicium Medicamentorũ,c.4.in prin.Aqua,inquit, est cõuenientissima omnibus hominibus,cùm sanis,tùm ægrotis,& ad vitã maximè necessaria.In libro quoq; de renum affectione,dignotione,& medicatione,id mundanorum & singularium elementorũ vnum esse dicit,ex quibus vniuersis tota nostri corporis constitutio conflata est. Plinius autẽ li.31.c.2.multa aquæ commoda enumerat,quæ inibi videre poteris.

585 ¶ Homerus apertè insinuat,vt plerisque placet,maximum id esse aquæ alimentum,cum scribit lib.17. Odysseæ,

Aqua alimentum.

Ἀμφὶ δ' ἄρ αἰγείρων ὑδατοτρεφέων ἦν ἄλσος.

Circum autem populorum aqua victitantium erat lucus.

Sunt enim,vt iam diximus,qui eum locum ita intelligunt,in idq; quod diximus expendunt. Sed vereor ne ij fallantur. αἴγειρος enim non populum,id est,gentem significat.vt de hominibus intelligi possit:sed alnũ arborẽ,quæ populus nigra dicitur:& ἄλσος non lucũ propriè significat,sed nemus.Alnus autẽ maximè aqua alitur.Scio autẽ Lucianum in Macrobiis, posteaquã scripsit Seres ad trecentos annos viuere,& alios aliis quoq; lõgis tẽporibus,huius lõgæuitatis hanc inter alias rationes afferre,quòd aquã tantùm potant.Sed & nõnullos maximæ authoritatis Theologos cõstanter affirmare,ideo illos primos ac vetustissimos maiores nostros.800.& 900.annos vixisse,quòd aquam tantùm biberent.Nam & qui post vitẽ à Noë primùm plantatam fuerunt,multò breuioris vitæ fuisse.Sed quicquid sit de ea re,Festus Pompeius hinc aquam dici putat,tanquam à qua iuuamur.Lactantius autem lib.j.c.5. ita vocari, veluti à qua sunt omnia.Licet aliter Varro lib. 4.de Lingua Latina.

Aqua potio longæuos homines facit.

Aqua vnde dicitur.

586 ¶ Fuerunt enim qui aquam omnium rerũ principium esse dicerent,& inter hos Thales Milesius ex septem sapientibus vnus,vt tradiderunt Tullius li.j.de natura Deorũ,Vitruuius lib.2.c.item 2.Iustinus in Admonitorio gentium,Gal.in lib.de historia philosophorum, si ipsius is liber est,Plutarchus de Placitis philosophorũ li.j.c.3.Tertullianus lib.j.aduersus Marcionem Lactantius lib.j.c.5.& iterum lib.2.c.10.Eusebius de Præparatione euangelica lib.j.c.5.Et Ausonius,qui in ludo Sapientum ita facit illum loquentem,

Aqua rerum omniũ principium

Milesius Thales,aquam qui principem
Rebus creandis dixi.

Ille enim,vt tradit Gregorius Nyssenus in libro de Elementis.c. 4. dicebat aquam solam esse elementorum,à qua cætera tria generata sunt.Nã hypostasim eius terram fieri:quod λεπτομερέστερον,id est,subtilius est,aërem,quod autem est aëre tenuius,ignẽ. Id'q; dicit Iustinus,vbi suprà,illum accepisse videri ab Homero,qui lib.14.Iliados,

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.

Oceanúmque Deorum generationem,& matrem Tethyn. Et iterum eodem lib.

Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Oceani,qui generatio omnibus factus est.

Cui concinit Hesiodus, qui in Theogonia aquam Chaos nominat, tanquam scilicet omnium rerum principium.

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος.

Hósque imitatus Virgilius,vt aliàs sæpe lib.4.Georgicorum,

Ocea

Oceanúmque patrem rerum. Vbi Seruius ita dicit vocari, quòd ex eo omnia gignuntur, & originem ducunt, secundùm Thaleta.

587 ¶ Et vt intelligas aquæ vtilitatem non tantùm ad corpus spectare, sed & ad animum quoque Hippon philosophus dicebat animam aquā esse, vt scribit Nemesius & ipse philosophus li. 4. de natura hominis, & Gregorius Nyssenus in lib. de anima c. 1. Nimirum quòd arbitraretur vires animæ aqua contineri. Eubulus autem eos ad inueniendum atque excogitandum idoneos reddi & ipse existimabat, qui aquam solam bibunt: Sapientiam verò nostrā vino obūbrari, quod & Plinius lib. 23. c. 1. dicit cessisse in prouerbium. Ex quo Theodorus Larissæus, vt Philarchus tradit, sola aqua contentus fuit, vino neglecto. Et Demosthenes ille oratorū summus eum aliquid scriberet, aquam bibebat vt ingenio esset vigilantiore, vt scribit Libanius Sophista ad Montium proconsulem. Et extat de ea re Demadis iocus, alios ad aquam dicere: Demosthenem verò etiam ad aquam scribere. quod & Lucianus in ipsius Demosthenis encomio scriptum reliquit. Ipse quoque se aquę potorem fuisse testatus est, vt scribit Plutarchus in Vitis decem oratorum. Sed Apollonius ille Tyanæus quem omnes vbique miris modis extollunt, dicit apud Philostratum, qui eius vitam describit libr. 2. se aquam semper bibisse, vino prorsus neglecto, hydropotas, id est, aquæ potores somnum lenem capere, neque vertigines vllas pati, quibus vini potores afficiuntur, animámque à vino puram facilius conspicere per somnia vaticinationem, quæ apud homines diuinissima existimatur.

Aquæ vtilitas ad animā vsque penetrat.

588 ¶ Sed & alio quoque modo vtilem esse aquam animo hinc constat, quòd tradit Tullius lib. 2. de Legibus, aspersione aquæ labem corpoream tolli, & præterea castimoniam præstari. Vnde sacra luperis facturi aquæ ablutione purgabantur. vt etiam dicit Seruius enarrans eum locū Virgilij lib. 6. Aeneidos,

Aquæ ablutione castimoniam præstari.

Corpusque recens
Spargit aqua.

Quod & ipsum astruit ipse Virgilius libro secundo Aeneidos introducens Aeneam ita patrem Anchisem alloquentem,

Tu genitor cape sacra manu, patriósque penates:
Me bello ex tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.

Vbi & id obseruant Cristophorus Landinus, qui & pleraque alia loca eiusdē authoris citat post Macrobium, cuius tamen non meminit libr. 3. Satur. cap. 1. Quibus etiam addes illud eiusdem lib. 4.

Dic corpus properet fluuiali spargere lympha.

Verba sunt Didonis sacra Diis inferis instituentis, in id'que expendit Seruius ibi, & illud quoque Ouidij alicubi (neque enim locus nunc succurrit,)

Roratis lustrauit aquis. Et Iuuenalis saty. 6.

Ter matutino Tyberi mergetur, & ipsis
Verticibus timidum caput abluet. Et Persius Saty. 2.

Hac sanctè vt poscas Tyberino in gurgite mergis
Manè caput bisterque, & noctem in flumine purgas.

Vbi & Baptista Plantius interpres omnia loca Virgilij à Macrobio & Landino primum in hoc collecta, vt diximus, iterum colligit. Sed & ex Iuba, Varrone, & ab his Plutarcho in quęstionibus Romanis c. 4. illud quoq; intelligitur, eos qui litare vellent, Tiberi se abluere solitos esse. Idémque de his qui lustrare vellent, apertè ostendit Virgilius lib. 6. Aeneid.

Ter socios pura circumtulit vnda
Lustrauitque viros, &c. Et ex his quoque est illud Ouidij lib. 2. Fastorum,

Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua.

Et huc quoque spectat illud Helisei prophetæ li. Regum 4. c. 5. Vade & laua te septies in Iordane. Apud antiquos illos templa ingredientes Deos precaturi priùs se aqua aspergebant & lauabant. Quod Deucalion & Pyrrha vxor Diis supplicaturi obseruarunt apud Ouidium lib. 1. Metamorp. Huius in eam rem ij sunt versus,

Inde vbi libatos irrorauere liquores,
Vestibus & capiti flectunt vestigia sacræ
Ad delubra Deæ. . . . . :

Quod & nostra quoque sanctissima religio hodie obseruat. Et hæc quoque intellexerunt quædam bruta animalia naturæ quodā instinctu. Nam in Mauritaniæ saltibus ad quendam amnem, cui nomen est Amilo, nitescente luna noua, elephantorū greges descendunt, ibique se purificantes solenniter aqua se circumspergunt, atque ita salutato sydere in syluas reuertuntur, vt aliorum authoritate scribit Plinius lib. 8. c. 1.

589 ¶ Præsertim autem aqua marina in id efficax est. Scribit enim Proclus ad finem libri de sacrificio & magia, Sacerdotes in purificationibus solitos inter cætera aquæ marinæ ablutione

Aquam marinam in id maximè esse efficacem.

Iii iii vti. Et

vti. Et Aristophanis interpres enarrans illum eius Poëtæ versiculum,

Πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν, ἔπειτ' ἐλοῦμεν.

Primò quidem ad mare ipsum produximus, móxque lauimus.

Mos, inquit, erat illis καθαίρειν τοὺς ἀφωσιωμένους, id est, expiare, siue purgare pollutos. Vnde etiã illud Ciceronis in oratione pro Sexto Roscio loquentis de pœna parricidarum. Quos les Romanorum insui iubet in culeum viuos, atque ita in flumen deiici: noluerunt nudos in flumẽ abiicere, ne cùm delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera quæ violata sunt expiari putantur. Et illud quoque Catulli ad Gellium de profano quodam & iniusto.

Quid facit is patruum, qui non sinit esse maritum:
Ecquid scis quantum suscipiat sceleris?
Suscipit ô Gelli quantum non vltima Thetis,
Nec genitor Nympharum abluit Oceanus.

Quem tamen locum interpretes si intellexerũt, oscitanter nimiùm præterierunt. Et Apuleij li. 11. eodémque vl. Metamorph. Confestímque discussa pigra quiete alacer exurgo, méque protinus purificandi studio marino lauacro trado, septies submerso fluctibus capite. Legimus autem apud Procopium lib. 2. de bello Persico Cosroem Persarum regem sacrificaturum Soli, & aliis quibusdam Diis aqua se marina lauasse.

590 ¶ Ante hos homerus li. 1. Iliad. docuit aquam marinam vim purgandi habere, cùm scribit,

De eadẽ re ex Homero.

Λαοὺς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν.
Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Populos autem Atrides purgari iussit.
Qui purgati sunt, & in mare sordes iecerunt.

Quo in loco Didymus interpres hæc scribit, καὶ εἰς τὴν θάλασσαν τὰ καθάρσια ἔβαλλον. φύσει δὲ τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης καθαρτικόν ἐστιν.

Idem quoque ad fi. lib. 10. eiusdem operis idipsum etiam ostendit,

Αὐτοὶ δ' ἱδρῶ πολλὸν ἀπενίζοντο θαλάσσῃ
Ἐσβάντες, κνήμας τε ἰδὲ λόφον, ἀμφί τε μηρούς.
Αὐτὰρ ἐπεί σφιν κῦμα θαλάσσης ἱδρῶ πολλὸν
Νίψεν ἀπὸ χρωτός, καὶ ἀνέψυχθεν φίλον ἦτορ.

Euripides cùm vnacum Platone in Aegyptum se recepisset, atque ibi morbo comprehensus à sacerdotibus aquæ marinæ ablutione fuisset curatus, hunc versum postea suis operibus inscripsit.

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Mare diluit omnia hominum mala.

Vt retulit Diogenes Laërtius in Platone, & Eustachius Homeri interpres li. 1. Iliados. Peculiariter autẽ prodest purgãdis lendibus, vt testis est Quintus Serenus. Multas aũt vires aquę marinæ videbis apud Paulum Aeginetam lib. 7. c. 3. in Thalassio. Cæterùm Artabanus apud Herodotũ li. 7. dicit mare hominibus rerũ omnium esse vtilissimum. Plin. li. 31. c. sexto, docet aquã marinam multis hominum morbis auxiliari, vti etiã facit Dioscor. li. 5. c. 12. vt distinguit Ruellius, aut 11. vti Marcellus Virgilius: Tradit Plin. lib. 30. ca. 2. Tyridatem illum magum accedentem ad Neronem nauigare noluisse, quoniam expuere in maria aliísq; mortaliũ necessitatibus naturam eam violare fas Magi non putant. Vt interim omittam opes quas affatim mare porrigit, commoditatésque maximas ad itinera vitæ'que commercia.

591 ¶ Ex quibus fortè Homerus lib. 15. Iliados diuinum mare appellat,

Mare diuinum.

Ἐρχέσθαι μετὰ φῦλα θεῶν, ἢ εἰς ἅλα δῖαν. Et iterum eodem libro,

Οἴχεται εἰς ἅλα δῖαν.

Nam sunt & qui in vniuersum aquam vice numinis colunt, & in his Aegyptij, vt tradit Lucianus in Ioue Tragœdo. Et Ebionij, aut vt alij vocant, Ebionei testimonio Ioannis Damasceni in libris Hæreseôn. Et Sampsei, vt prodit Epiphanius Cyprius libro eiusdẽ tit. 2. Tomo 2. Hæresi 53. Ideo Varro lib. Rei rusticæ 1. c. itẽ 1. inter cæteros Deos & Lymphã quoque inuocat, quoniam, inquit, sine aqua omnis arida, ac misera est agricultura. Agathius quoque li. 1. Peregrinarum Historiarum, scribit Alemannos aquas fluminum vice Deorũ adorare. & lib. 2. Persas maximè aquã venerari, id'que adeo, vt ne hac quidẽ faciem abluant, nec eã quoquo pacto attingant, siue potandi gratia, siue arbores irrigandi, siue alias cumque. Arnobius quoque lib. 6. aduersus gẽtes tradit Persas priscis temporibus fluuios coluisse. Et Philo aut quisquis est qui lib. illum Sapientię edidit, c. 13. scribit aquam Deum nonnullos credidisse. Cæterùm Hieremias c. 3. Deum vocat fontem aquæ viuæ.

592 ¶ Denique quod ad laudem aquæ pertinet, non silentio prætermittam quod Rabi Salomon rationẽ reddens, quare in Genesi 1. c. in secundo die Deus non dixit, Et vidit Deus quòd esset bonũ, vt in omnibus cæteris diebus, hæc scribit Hebraicè quidẽ sed in hunc sensum: Atquã ob rem non dicitur de secundo diei opere, & vidit quod esset bonum? quia nondum erat opus aquarum nisi tertia die perfectum: ideò negauit esse bonum, eo quòd erat imperfectum, veluti nihil omnino sine aqua perfectum dici posset. Quãquam scio Diuum Hieronymum li. 1.

Nihil sine aqua perfectum.

in Iouinianum, Damascium Platonicum, & plerosque aliò id referre.

593 ¶ Quãuis igitur sint tot vtilitates aquæ marinæ, & cæterarũ: vtræque tamẽ sæpenumero & homines & tecta, & vrbes subuertũt, segetes & hominum alios labores submergunt, veluti cùm *Maris & aliarum aquarũ incommoda.*

Rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boũmque labores,
Præcipitésque trahit syluas. Vt cecinit Poëta li. 2. Aeneidos. Ouidius li. 1. Metamorph.
Sternuntur segetes, & deplorata colonis
Vota iacent, longique perit labor irritus anni.

Quem in id citat Seneca de hac re loquens li. 3. naturalium quæstionum. Et vt dicit D. Augustinus de ciuitate Dei li. 22. c. item 22. Prouentũ optimũ frumentorũ fluuius improuisus fugientibus hominibus de horreis deiecit atque abstulit. Et quod ad mare priuatim pertinet, nónne videmus infinita quotidie pericula, tempestates, naufragia? vt non immeritò scripserit Menander id quod diximus cùm de igne loqueremur,

Πῦρ καὶ θάλασσα, καὶ γυνὴ κακὰ τρία. Et Aeschylus in Persis,
Ἄμαχον κῦμα θαλάσσης.
Inexpugnabilis vnda maris.

Scitum est illud Biantis dictum de nauta, quem neque inter viuos, neque inter mortuos reponebat, vt scribit Plato in Axiocho, nempe propter instantia quotidie pericula. Ex quo etiã Anacharsis Scytha apud Diogenem Laërtium, percunctanti cuipiam quænam esset securissima nauis, Ea, inquit, quæ in portum venerit. Et alteri etiã interroganti plurésne essent viui quàm mortui? Nauigantes, inquit, vtra in parte constituis? Vt non immeritò Horatius libr. Carminum 1. Ode 3. execratus sit eum qui primus ausus fuerit sese mari committere,

Primus nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec tristes Hyadas, nec rabiem Nothi. Et Propertius lib. 1. eleg. 16.
Ah pereat quicunque rates, & vela parauit
Primus, & inuito gurgite fecit iter. Et Ouidius lib. 2. Amorum, eleg. 11.
Prima malas docuit mirantibus æquoris vndis,
Peliaco primus vertice cæsa vias.
Quæ concurrentes inter temeraria cautes
Conspicuam fuluo vellere vexit ouem.
O vtinam ne qui remo freta longa moueret
Argo funestas pressa bibisset aquas, &c. Et Papinius lib. 3. Syluarum,
Quis rude & abscissum miseris mortalibus æquor
Fecit iter, placidæque pios telluris alumnos
Expulit in fluctus?

594 ¶ Quin & terra, cui vni, vt scribit Plin. li. 2. c. 63. rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ venerationis. Sic hominum illa, vt cælũ Dei: quæ nos nascentes excipit, natos alit, semélq; æditos sustinet semper: nouissimè cõplexa gremio iam à reliqua natura abdicatos, tũ maximè vt mater operiens, nullo magis sacramento, quàm quo nos quoq; sacros facit: etiã monumẽta ac tit. gerens, nomẽnque prorogans nostrũ, & memoriã extendens contra breuitatẽ æui. Cuius numẽ vltimum iam nullis precamur irati graue, tanquã nesciamus hãc esse solã quæ nunquã irascatur homini. Et paulò post, Hæc benigna, mitis, indulgens, vsúsq; mortalium semper ancilla, quæ coacta generat? quæ spontè fundit? quos odores, saporésue? quos succos? quos tactus? quos colores? quàm bona fide creditũ fœnus reddit? quæ nostri causa alit? Et alia plurima ipsius beneficia, quæ ibi sequuntur, & posuit item in lib. 35. c. 12. De cuius quoque laudibus Homer. in hymno ipsius, *Terra commoda.*

Γαῖαν παμμήτειραν ἀείσομαι ἠϋθέμεθλον
Πρεσβίστην, ἣ φέρβει ἐπὶ χθονὶ πάνθ' ὁπόσ' ἐστὶν,
Ἠ μὲν ὅσα χθόνα δῖαν ἐπέρχεται, ἠδ' ὅσα πόντον,
Ἠ δ' ὅσα πωτῶνται. τάδε φέρβεται ἐκ σέθεν ὄλβου,
Ἐκ σέο δ' εὔπαιδές τε, καὶ εὔκαρποι τελέθουσι,
Πότνια σεῦ δ' ἔχεται δοῦναι βίον, ἠδ' ἀφελέσθαι
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν. Et alia quæ sequuntur.

595 ¶ Ea tamen est, de qua scribit Ouidius in fronte lib. 1. de remedio amoris,
Terra salutiferas herbas, eadémque nocentes
Nutrit, & vrtica proxima sæpe rosa est. Quod accepisse videtur ab Homero lib. 4. Odysseæ,
Τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.
Vbi plurima fert fertile aruum
Pharmaca, multa quidem bona mixta, multa autem mala. Quam sententiam citat Caius noster in l. qui venenum. ff. de verb. sign. vt probaret pharmacum apud Græcos verbum esse medium,

medium,& tam malum quàm bonum medicamentum significare,vti & venenum apud Latinos. Citat item Galen.statim in fronte Introductorij,si is liber eius sit. Sed & eadem serpentes animal hominibus exitiale parit,habétque suas concussiones,hiatus,ruinas,& exhalationes pestiferas,quibus plerunq; totam vnam gentem interimit.

Commoda & incommoda ferri auri,& pecuniarum.

596 ¶ Quid quòd ferri,auri,& pecuniarum maximus est vsus,& vitæ humanæ necessarius, vt de ferro latè scribit Plinius lib.34.c.14. & de auro & pecuniis suprà latè docuimus c.3. Tamen multi ferro,multi auro interficiuntur:

Et plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat.

Vt ille scribit,Pecunia,inquam,infinita vitiorum genera producit,& ministrat,vt alibi quoque latiùs ostendimus. Et ferrum item multa incommoda affert vt & Plinius ipse quo loco suprà citauimus, declarat.

Homo homini Deus. *Homo homini lupus*

597 ¶ Homines hominibus vtilissimi sunt,& vt est in veteri prouerbio à nobis alibi relato ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον, quod ita Latinè pronuntiauit Statius Cecilius poëta Comicus apud Symmachũ in epistolis, Homo homini Deus est,& addit,Si suum officium sciat. Idem tamẽ hominem violat,opprimit,necat. Et vt est in alio veteri prouerbio apud Plautum,Homo homini lupus. Et vt scribit Seneca in epistola ad Luciliũ 103. Ab homine homini quotidianum periculũ. Et subdit,Aduersus hoc te expedi,hoc intẽtis oculis intuere. Nullũ est in alium frequentius,nullum pertinacius,nullum blandius,& cætera quæ sequuntur. D. autem Paulus 2.ad Corint.11. ostendit esse pericula non solùm à cæteris rebus,sed & à falsis fratribus.

Nihil esse tam innoxiũ, quod interdum nõ noceat.

598 ¶ Sed audi quid in eam sententiam in vniuersum scribit Ouid.lib.2.de Tristib.ad Augustũ.

Non tamen idcirco crimen liber omnis habebit,
Nil prodest quod non lædere possit idem.
Igne quid vtilius? si quis tamen vrere tecta
Cœperit,audaces instruit igne manus.
Eripit interdum,modò dat medicina salutem:
Quaque iuuet monstrat:quaque sit herba nocens.
Et latro,& cautus præcingitur ense viator,
Ille sed insidias,hic sibi portat opem.
Discitur innocuas vt agat facundia causas.
Protegit hæc sontes,immeritósque premit.

Ex quibus facilè probatur quod iam diximus, nihil esse ex omni parte innoxium, quin interdum noceat.

Vt nihil adeo noxiũ quod non interdum prosit.

599 ¶ Sicuti è diuerso nihil adeò noxium,quòd non aliquando prosit. Serpens quẽ videtur natura genuisse occidendis hominibus,vt nõ immeritò dæmon serpentis effigie iã ab initio mũdi primos illos omniũ mortaliũ parentes deceperit: Tamẽ nonnunquã est pharmacũ hominibus. Sed & dæmõ ipse,qui nos quotidiè in omnia facinora præcipitat,quiq; tanquam leo rugiens semper quærit quẽ deuoret, prodest hominibus ad meritorum incrementũ. Quoniam, vt inquit Apostol.2.epistolæ ad Timoth.2.c. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit.

Virtutem in infirmitate perfici quomodo intelligatur.

600 ¶ Vt iam non mirum videri debeat,si Socratis testimonio,Theagi,& aliis quos suprà memorauimus profuerit morbus,quibus nocuisset sanitas,quam Socrates ipse apud Platonẽ vbiq; miris modis extollit vt iam diximus. Nam quod de Paulo dictũ est,qui virtutẽ in infirmitate perfici asseruit,nihil ad eam rem attinet:cum omniũ doctorum virorũ sentẽtia nõ de morbis corporis intellexit,sed vel de animi tẽtatione,vel improborũ hominũ molesta insectatione. Id quod maximè eo testimonio comprobatur, ꝙ Paulus ipse monuit Timotheũ in priori ad eũ epistola,c.5.(quod alibi diximus) vt modico vino vteretur propter stomachum & frequentes infirmitates ipsius,ita insinuans habendã esse sanitatis rationem. Nec Plato pestilentem sine Sole locum,id est, Academiam eligens,id fecit quòd sanitatem contẽneret:quam tanti fecit, vt virtutem sanitatẽ,& contrà prauitatem morbũ esse diceret,in lib.4.de Repub. Sed vt scribit Hieronymus aduersus Iouinianũ lib.2. vt cura & assiduitate morborũ libidinis impetus frangeretur,discipulíque eius nullam aliam sentirent voluptatem, nisi earum rerum quas discerent. Igitur vt rem ipsam concludamus,non est negligenda corporis sanitas. Et vt cecinit Pythagoras.aut vt alij malunt,Philolaüs Crotoniata in illis aureis carminibus,

Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή.

An Agricultura Nobilitati deroget. CAP. XXXII.

Agricultura an præiudicet nobilitati. Agricolas ab omni gradu militiæ arceri

IAM satis vt opinor de medicina diximus. Nunc de agricultura & de re rustica dicẽdum. An videlicet qui eam exercet,nobilitati præiudicet, quod videtur per tex.in l.colonos, la 2. C.de agri.& censi.li.11. vbi agricolæ ab omni militiæ gradu,quantumuis infimo arcẽtur,propter publicam honestatem. vbi rationẽ reddit Lucas Pen.quia assuetus vomeri & ligoni, indéq; sordidus factus,gladio turpiter vteretur,per tex.in l.vlt.C.de manci.& col.eo.lib.11. vbi nõ milites solùm,sed & qui castrẽsibus stipendiis ocia meruerũt,etiã veterani non debẽt tela in vsum vomeris & ligonis conuertere:ne scilicet id fiat quod dicitur Esaiæ 2. Et cõflabunt gladios

dios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Et Micheæ 4. Concident gladios suas in vomeres, & hastas suas in ligones. Addit & Lucas Pen. vbi suprà, quod sordes agrorum, & decus militiæ non conueniunt. l. 2. C. de Præpo. sacri cubi. lib. 12. Propterea & milites non debent se ad opus rusticum conferre. l. milites. C. loc. Cui adde & tex. in l. originarius. C. de agri. & censit. lib. 11. in l. 1. C. de agri. & manc. eo. lib. 11. vbi nullus colonus ad aliquos honores aduocandus est. Salustio quoque in procemio Catilina videtur existimasse agriculturam esse officium seruile: Neque, inquit, colendo agrum, aut venando, seruilibúsve officiis intentum ætatem agere. Quanquam & in contrarium detorqueri potest. At in priorem sensum est illa Menandri sententia apud Stobæum c. 55.

Agricultura & militia non bene conueniunt.

Τὸ γὰρ γεωργεῖν ἔργον ἐστὶν οἰκέτου

Agricolatio enim est opus seruile.

E nostris Alex. consil. 209. ponderatis. col. 2. vers. nec dicitur, & iterum vers. & quamuis, lib. 6. ita de hac re loquitur, vt videatur velle agriculturam nobilitati non conuenire. Thraces autem agricultores pro contemptissimis habere scribit Herodotus lib. 5. post prin.

2 ¶ Verum his non obstātibus, ausim constanter asserere, eum quidem qui suis etiam manibus agriculturam, aliámque rem rusticam in suis fundis exercet, nullum ob id nobilitati præiudicium facere. Et ita expresse tenuit Guido Papa, qui & hoc dicit fuisse conclusum in Parlamento Delph. deci. 41. fuit dubitatum si nobiles. & iterum deci. 296. nobiles etiā col. vlt. vers. sed verum nobilis, & dec. 392. sed quid de nobilibus. D. Bened. in rep. c. Raynutius, in verbo, dotem quam ei dederat, nu. 52. de test. And. Alcia. in tract. præsump. in reg. j præsum. 48. nu. 9.

Nobilitati non præiudicat, qui in suis agris exercet agriculturam propriis manibus.

3 ¶ Nam licet etiam clerici in artibus sordidis & minime honestis versari prohibeantur, per c. 1. de vit. & hone. cle. & in cle. j. eo. tit. non tamē est illis interdicta agricultura in suis possessionibus, vt est tex. in c. clericos, in verbo, agricultura. 91. di. & in c. nunquam, ibi feratur. & quæ sequuntur, de conse. di. 5. vbi D. Hieronymus monet Rusticum monachum, vt sese agriculturæ dedat, illi intendat, in illam feratur. & in c. 1. ibi, etsi voluerit, exeat ad opus rurale, & ibi gl. & Panor. de celeb. mis. Et in c. 1. §. cæterum, de verbo. signifi. lib. 6. Et voluit Spec. in tit. de cle. coniu. §. 1. vers. sed quam dices honestam, ibi, veruntamen non prohibeo: vbi per hoc dicit, quod clerici agriculturæ vacantes non perdunt priuilegium clericale.

Clerici nō prohibētur exercere agriculturam in suis possessionibus.

4 ¶ Cicero lib. 1. Officiorum. Omnium, ait, rerum ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. quem citant gl. Lucas Pen. & Io. Pla. in rubri. C. de agri. & censi. lib. 11. Idem Cicero in oratione pro Roscio Amerino, rem rusticam suauissimam esse dicit, & honestissimam: & apud priscos illos Romanos, summos viros clarissimósque homines in agris colendis plurimum operæ, temporísque consumpsisse, vt ex aratro plerunque accerserentur qui Consules fierent. Inter quos & Attilium memorat, quem sua manu spargentem semen, qui missi erant, conuenerunt. quem ob id Setanum vocatum tradit Plin. lib. 2. c. 3. De quo etiam Valerius Maximus lib. 4. c. item 4. Attilium, inquit, Calatinum, qui ad eum accersendum à Senatu missi sunt ad imperium Po. Rō. suscipiendum, semen aspergentem viderunt. Sed illæ rustico opere attritæ manus, salutem publicam stabilierunt, ingentes hostium copias pessundederunt, quæque modo arantium boum iugum texerant, triumphalis currus habenas retinuerunt. Sed & de hoc Vergil. lib. 6.

Vel te sulco Serrane serentem. Et Persius,

Quem trepida ante boues dictaturam induit vxor,
Et tua aratra domum lictor tulit.

Agricultura nihil homine libero dignius.

5 ¶ Theophrastus quoque ἡ γεωργία ἀνδρὸς τοῦ ἐλευθέρου ἐστὶν ἀξία. Id est, Agricultura homine libero est digna. Sasserna autē, Nihil, inquit, agricultura liberalius aut dulcius. Columella item statim post principium appellat ingenuum & liberale genus rei familiaris augendæ, quod ex agricolatione contingit. Ante hos Aristoteles li. 1. Oeco. c. 1. aut vt alij distinguunt 2. late disserit agriculturam esse laudabilem, & minime vilem & sordidam. Possessionis, inquit, prima cura est, ea quæ secundum naturam. At secundum naturam prior est agricultura, secundo loco omnia quæ sunt à terra: sed agricultura præcipue, quoniam iusta. Non enim ab hominibus, neque volentibus, vt cauponariæ & mercenariæ, neque ab inuitis quærit, quemadmodū bellicæ artes. Adhuc autem & earum rerum est. quæ sunt secundum naturam. natura enim omnibus educatio est à matre: quare & hominibus à terra. Prodest etiam hæc plurimum ad fortitudinem. Non enim (quemadmodum viles artes) corpora eneruat, sed talia facit, vt sub dio consistere & tolerare laborem valeant, & aduersus hostes pericula capescere. Soli enim hi possessiones suas extra munitiones habent. Sed & ante hunc quoque Xenophon, in eiusdem tituli libro, posteaquā artes omnes mechanicas vituperauit: confestim agriculturam, veluti ab illis longe distantem, & hominibus liberis, & honestioribus conuenietem laudat. Refertque Cyrum iuniorem Persarum Regem gloriari agrum se habere suis manibus consitum, arboresque ordine positas, & in quincuncem directas: vt ex hoc intelligas nihil Xenophonti tam regale videri, quàm studium agri colendi. Id quod & ex eodem retulit Cicero in lib. de Senectute. Qui & ipse in oratione pro rege Deiotaro illum eo nomine laudat, quod nō solum

Agricultura homine libero digna.

Cyrus propriis manibus agrum conseuit.

Deiotarus Rex ab agricultura laudatus.

Tetrarcha nobilis, sed optimus paterfamilias, & diligétissimus agricola, & pecuari' haberet.

6 ¶ Quin Scipionem illum Africæ domitorem Linterni exulanté agrum suis manibus coluisse tradit Seneca. Temporéque Plinij durabant in eo loco manu eius satæ oliuæ, vt scribit ipse Plin. lib. 16. c. 44. Quintio Cincinato agrum quatuor iugerum colenti, viator Dictaturam attulit, & quidem vt tradit Plin. lib. 2. c. 3. nudo, plenóque pulueris ore. Cuius etiam meminit Liuius lib. ab vrbe con. 3. & Dionysius Alicarnasseus Originum Ro. lib. 10. Et Tullius lib. 2. de Finibus & in Catone maiore, vbi etiam scribit Marcú Curiú cum de Samnitibus triumphasset, & de Pyrrho, consumpsisse extremú tempus ætatis in re rustica. M. quoque Valerium Coruinum, qui sexies Consul fuit, extremam ætatem in agris, eorúmque cultura transegisse. Sed & hoc quod de Cincinato diximus, memorat è nostris Corneus con. 155. quanquam videatur. col. 2. lib. 1. vt probaret agriculturá rem esse honestá, & fauorabilé, nec indignam viris nobilib. Sed & de Coruino quoq; Valerius Maximus li. 8. c. 14. M. inquit. Valerius Coruinus, exactissimæ agrorú suorú culturæ optabile exemplú. Hincque illud Ouidij lib. 1. Fastorum,

Perscribátque suas ipse Senator oues. Et statim post,
Iura dabat populis, posito modo Prætor aratro. Et lib. 3. eiusdem operis,
An quia cum colerent prisci studiosius agros,
Et faceret patrio rure Senator agros:
Et caperet fasces à curuo Consul aratro,
Nec crimen duras esset habere manus?

Et Antoninus Pius Imperator

7 ¶ Iulius Capitolinus inter cæteras Antonini Pij Imper. virtutes, quæ plurimæ erant, illam nó prætermisit, quod erat diligens agri cultor. Idem tradit Clodium Albinum & ipsum Imperatorem Rom. agri colendi fuisse peritissimum, ita vt etiam Georgica conscripserit. Diocletianus quoque Imperator Ro. depositis Imperij fascibus Salonam secessit, vbi rei rusticæ operam dedit. Cúmque ab Herculeo atque Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, tanquam pestem aliquam detestans, Vtinam, inquit Salonæ possetis visere olera nostris manibus instituta, profectò istud nunquam tentandú iudicaretis. auctores Sextus Aurelius, & Eutropius. Sed & Theodosium Imperatoré agricolá se aliquádo præstitisse scribit Latinus Pacatus in eo Panegyrico, quem ipsi Theodosio dixit. Quo etiam loco tradit Coruncanum, Fabricium, ac Curium, de quibus suprà locuti sumus, cum induciæ bella suspendebant, inter aratra vixisse.

Et Anchises.

8 ¶ Et vt de antiquioribus Regibus & principibus loquar, Herculis manu satas quercus fuisse legimus apud Plinium libro 16. c. 44. Anchises ille è primis præcipuísque Troianorum principibus, fuit bubulcus: nec eum tamen dedignata est Venus amore & concubitu, ex quo Aeneas natus est. Homerus lib. 5. Iliados,

Εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε Διὸς θυγάτηρ ἀφροδίτη
μήτηρ, ἥ μιν ὑπ' ἀγχίσῃ τέκε βουκολέοντι.

Nisi confestim intellexisset Iouis filia Venus
Mater, quæ ipsum sub Anchise peperit bubulco.

Laërtes quoque Vlyssis pater operam dabat agriculturæ, vt videre licet ex eodem Homero lib. Odysseæ 1.

Ἔνθ' ἄν μιν κάματος κατὰ γυῖα λάβῃσιν
ἑρπύζοντ' ἀνὰ γουνὸν ἀλωῆς οἰνοπέδοιο, Et iterum lib. 24. eiusdem operis,
Τὸν δ' οἶον πατέρ' εὗρεν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ
λιστρεύοντα φυτόν. Et paulo post,
Ἤτοι ὁ μὲν κατέχων κεφαλὴν, φυτὸν ἀμφελάχαιρε. Et illum mox Vlysses incognitus compellat,
Ὦ γέρον οὐκ ἀδαημονίη σ' ἔχει ἀμφιπολεύειν
ὄρχατον, ἀλλ' εὖ τοι κομιδὴ ἔχει, οὐδέ τι πάμπαν,
οὐ φυτὸν, οὐ συκῆ, οὐκ ἄμπελος, οὐ μὲν ἐλαίη,
οὐκ ὄγχνη, οὐ πρασιή τοι ἄνευ κομιδῆς κατὰ κῆπον.

Et Philopœmenes illustrissimus Achiuorum dux agriculturæ quoque studiosissimus fuit, ita vt vna cum vinitoribus & bubulcis eam exercuerit, vt scribit Plutarchus in vita illius.

Et Agamemnon.

9 ¶ Sed & Agamemnonem illum Regem Regum, atque ποιμένα λαῶν, id est, pastorem populorum, vt illum sæpissime vocat Homerus, satis constat operam agris colendis impendisse, ex eo quod scribit Theophrastus scriptor & ipse antiquissimus & laudatissimus li. 4. de historia Plantarum c. 13. Platanos manu ipsius Agamemnonis satas, quod & ipsum tradit Plin. lib. 16. c. 44. Pausanias autem lib. 8. qui est de Arcadicis rebus, scribit Menelaum ipsius Agamemnonis fratrem platanum quendam inseruisse, quam ob id Menelaidem appellabant. Et Belitaram Persarum regem antiquum ideo sic vocatum tradit Agathius lib. 2. Peregrinarum historiarum, quod plantarum insertor esset, quod & nos alibi diximus. Masinissam quoque illum

Terra gaudet manibus Imperatorum.

Regem Numidiæ, terram quam vastam & desertam acceperat, perpetuo culturæ studio frugiferam reliquisse scribit Valerius Maximus lib. 8. c. 14. cuius titulus est de Senectute, vt hinc facile possis intelligere & illum agriculturæ operam dedisse. Et id quidem est quod scribit Plin. lib. 18. c. 2. manibus ipsorum Imperatorum agros olim coli solitos, gaudente terra vomere laureato,

re laureato, & triumphali aratore. Vt interim taceam viros sanctissimos. Nam & sacræ literæ tradunt Gen. 9. Noë agricolam fuisse. Imo verò D. N. Iesus Christus Io. 15. in prin. dicit se vitem esse, & patrem agricolam. de qua re festiuiter Keisersbergius Ecclesiastes Argentinensis, Si nobilem, inquit, se dixisset, nos plebei male haberemus.

10 ¶ Adeo autem fuit res rustica in precio & honore, vt & ex ea multa nobilium familiarum cognomina sint profecta. hinc enim vt tradit Plin. li. 18. c. 3. & alibi. & Plutarchus in Publicola, & alij Fabij. Pisones, Lentuli. Cicerones, Bubulci, Bupecij, Iuuenci, Porcij, Scrofæ, Pilumni, Iunij, Statilij, Tauri, Vituli, Vitellij. Suilli, Capriani, Ouini, Caprilij, Equini. Homerus autem ille omnium rerum solers æstimator & arbiter, dum vellet ostendere agriculturam esse non solum vtilem, sed & pulchram & honestam, & Regibus dignam, in lib. 8. Iliados: in clypeo Achillis cælari fecit à Vulcano pinguem putrémque agrum, ter aratum, multos aratores, multos messores, & quempiam illis vinum ministrantem, & vxores cœnam operariis parantes: ita vt illic videas veram perfectámque agriculturæ imaginem effictam.

Nobilium familiæ à re rustica.

11 ¶ Et profectò nisi res rustica esset honestissima, non tam nobiles scriptores sortita fuisset. Reges & duces. Hieronem Siculum, Philometorem, Attalum, Archelaum. Magonem Pœnum, Hamilcarem & ipsum Pœnum, Constantinum Cæsarem, si is est qui libros illos 20. Geoponicon Collectaneorum consarcinauit, de quo nos diximus suprà c. præce. nu. 153. Philosophos autem & alios plurimos non contemnendi nominis, quorum nomenclaturam didicimus ex Varrone, Columella vtroque in prin. Rei rusticæ, Constantino illo quisquis is fuit, Plinio, Serapione in Simplicibus, & aliis autoribus: quos & nos ex ordine Alphabeti subiecimus,

Agricultura scriptores nobiles & ex iis multos reges

Adam primum hominum parentem, qui de cultu terræ libros composuit, si credimus Zabils idipsum attestantibus apud Rabbi Moysen in lib. Perplexorum.

Aegesiam, siue Hegesiam Maronitem
Aeschrionem, aut vt alij vocāt, Aeschariorē, siue etiā Aeschrinonē, nisi alius sit.
Agathoclem Chium.
Amphilochum Atheniēsem.
Anatolium.
Anaxipolim Thasium.
Andreā à Lacuna Hispanū.
Androcidem.
Androtionem.
Antigonum Cymeum.
Aphricanum.
Apollodorum Lemnium, cuius meminit Aristoteles Polit. lib. 1. c. 7.
Apollonium Pergamenum.
Apuleium.
Architam Tarentinum, non illum quidē philosophum Pythagoricum, sed alium.
Aristandrum Atheniensem.
Aristomachum & ipsum Atheniensem.
Aristomenem.
Aristophanem Maleotem.
Aristotelem Stagiritam.
Ascræum.
Athenagoram.
Bacchium Milesium.
Barbium.
Becytium.
Bionem Soleum.
Caium Marium.
Cassiū Dionysiū Vticensem.
Catonem Censorium.
Chæream Atheniensem.
Charesteum quoque Atheniensem.

Charetem Parium, cuius item meminit Aristoteles Polit. lib. 1. c. 7.
Chartodram.
Cleobulum.
Clidemū, qui de causis Plantarum scripsit Theophrasto lib. 1. Plantarum c. 10.
Clodium Albinum qui se imperatorem Romanū gessit, & qui georgica scripsit.
Comades memoratus Plinio lib. 14. c. 19.
Columellam.
Constantinum.
Cornelium Celsum.
Costum.
Cratem.
Crescentium.
Crestum Atheniensem.
Dadim.
Damegeronem.
Decium Syllanum.
Democritum Abderitam.
Didymum.
Diodorum Priennæum.
Dionem Colophonium.
Dionysium [illegible].
Diophanem Bityninm.
Diophanem Nicensem.
Dolum Mendesium.
Epicharmum Siculum.
Epigenem Rhodium.
Euagonem Thasium.
Eubolum, siue vt alij vocant Eubulum.
Euphitonem.
Euphorionem.
Euphranium Amphipolitē.
Euphranium Atheniensem.

Euphronem Atheniensem.
Euphroniū & ipsum Atheniēsem: nā hos vt diuersos nominat Columella. Et de Euphronio Pli. li. 14. c. 19.
Florentinum.
Frontonem.
Græcinum qui Cornelliū Celsum de re rustica transcripsit, vt tradit Pli. li. 14. c. 2.
Hegesiam, vide suprà in Aegesia.
Hesiodum.
Hipponem.
Iulium Atticum.
Iulium Græcinum.
Iulium Higinium.
Leontium.
Leophanem.
Lysimachum.
Marcum Ambiuium.
Menam Licinium.
Marcum Terentiū Varronē.
Menandrum Heracleotem.
Menandrum Priennæum.
Menecratem Ephesium.
Menestratum.
Mnaseam Milesium.
Nicandrum Colophonium.
Nicesium Maronitem.
Oadem.
Palladium Rutilium.
Pamphilum.
Paxanum.
Persim.
Philonem Iudæum ex Hieronymo.
Pleutiphanem.
Plinium.
Pythionem Rhodium.

Quintilianos.	Sotionem.	Vindanionium.
Sasernas patrem & filium,	Stolonem.	Virgilium.
Sarsenas alij vocant.	Tarentinum.	Xenophontem.
Satyrum.	Theophilum.	
Scrofam Tremellium.	Theophrastum.	Zoroastem.

Agricolarum priuilegia.

12 ¶ Possem huc ex antiquioribus & recentioribus scriptoribus multa de aliis laudibus rei rusticæ congerere, videlicet de vtilitate, voluptate, amænitate, & alius id genus plurimis, quæ sciens prætermitto, honestatem attigisse contentus, de qua hic tantum agimus. Si tu tamen alia videre cupis, lege Horatium in Epode, Ode 2. & lib. Ser. 2. Sat. 6. Illud tamen non prætermittemus, agricolas multis priuilegiis donatos fuisse à nostris legibus, quæ reperies congesta à Ioan. Plat. in l. j. C. de agri. & censi. lib. 11. vt hinc facile possis intelligere, leges agriculturam in magno precio & honore habuisse.

Responsio ad contraria.

13 ¶ Non obstant iura in prima parte allegata, quæ videntur agricolas submouere ab honoribus. Nam illa non loquuntur de agricolis simpliciter: sed de colonis ascriptis, qui si ad honores aut militiam assumerentur, fieret præiudicium dominis, vt constat ex d. l. colonos, la. 2. C. de agri. & censi. cum dicitur, quia in hac parte dominorũ iuri consulimus. Et ex d. l. j. de agri. & censi. cum dicitur, nullus omnino originalis colonus rei priuatæ nostræ. Ex quibus & illud dici potest, eos qui mercede conducti alienos agros colunt, nobilitati derogare.

An mercatura deroget Nobilitati. CAP. XXXIII.

An mercatura nobilitati obsit.

1 SED illud quærendum duximus, quid de mercatura, an ea sit ars honesta, vt non deroget nobilitati, an contra? Certe multi existimant negotiatorum genus esse sordidissimum, vtpote qui res omnium sordidissimas tractẽt, idque sordidissimis rationibus: cum passim mentiantur, peierẽt, furentur, imponant. quæ res licet per se sit manifestior, quàm vt testimonium exigat: non oberit tamen quædã ad eam rem pertinentia adscribere, nõ recõdita quidẽ, nec ex Heracliti antro, aut Sibyllæ adytis eruta: nõ aspernabilia tamẽ, nec lectione prorsus indigna.

Nobiles prohibẽtur exercere mercimonia.

2 ¶ In primis igitur habemus legem, vt à nostris exordiamur, quæ prohibet nobiles natalibus & honorum luce conspicuos, mercimonia exercere. l. nobiliores. C. de commer. & mercat. quam dicit no. Bal. ibi. & ex ea. not. quod qui exercet artes mechanicas (tanquam mercatura ars sit mechanica) non potest esse nobilis. Et hoc quoque voluit Ant. in rubri. extra, ne cler. vel mo. & Cepola in tract. de Imperatore militum deligendo, in materia nobilitatis, in 18. opinione, vbi & per hoc dicit, quod in locis vbi nobiles possunt ex statuto vel consuetudine esse mercatores, aliquid tamen propter mercaturam detrahitur nobilitati eorum. Et Matth. Afflic. in constitutione Siciliæ, incip. intentionis col. 9. in 6. no.

Negotiatores dignitatem assequi nõ possunt.

3 ¶ Sed & tex. est in l. ne quis. C. de dign. lib. 12. quod negotiatores, aliique huiuscemodi dignitatem assequi non possunt, & à iam adepta repelluntur. vbi & Lucas Pen. hos dicit esse sordidos. Et ad idem tex. in l. si cohortalis, in fi. C. de cohor. eo. lib. 12. quem & ibi no. Io. Plat. Et est etiam tex. in l. humilem. C. de incest. nuptiis, qui inter humiles & abiectas personas eam annumerat, quæ mercimoniis publice præfuit. Et similis tex. in l. j. C. de natur. liber.

Nobiles perdũt priuilegia nobilitatis per exercitium mercatura.

4 ¶ Propterea Io. Fab. vnus omnium maximę apud nos autoritatis in l. falso. C. de diuer. rescrip. scribit quod si Burgensis (ita enim loquitur) qui à principe nobilitatem impetrauit, postea mercaturam exerceat, amittit priuilegium nobilitatis. Nempe quod priuilegiũ amittitur per contrarium actum. l. 2. C. de Carbo. edict. & l. priuilegio, de Decur. lib. 10. At nobilitas & mercatura sibi inuicem repugnãnt & aduersantur, nec sese simul compatiuntur, per l. milites. C. loca. & l. j. C. nego. ne mil. lib. 12. quæ tamen iura non multum ad hoc faciunt, vt quæ de militibus loquantur, cum tamen militia non sit nobilitas, ac ne dignitas quędam, vt plene diximus suprà c. 8. Et quia etiam illis iuribus alia ratione prohibẽtur milites negotiari. Idẽ quod Io. Faber fere voluit Lucas Pen. in l. vlt. col. 3. C. de fun. limit. li. 11. cũ dicit nobiles qui se mercimoniis implicant, cogendos tanquã plebeios & viles contribuere soluendis collectis. Id tamẽ limitans, nisi id nobiles facerent modice, & pro ipsorum vitæ sustentatione tantũm. Sed illud indiscriminatim & sine delectu tenuit Guid. Pap. dec. 196. incip. nobiles, etiam si de nobiliori genere essent, & iterum dec. 391. cuius est initium, quid autem de nobilibus, allegans d. l. nobiliores, & d. l. milites, & Matth. Afflic. in c. 1. col. 6. vers. qui de mercatoribus, tit. quis dic. dux.

Thebanorum lex de hac re.

5 ¶ Sed & Peripateticorum prĩnceps ille Aristoteles lib. Polit. 3. c. item 3. scribit legem fuisse apud Thebanos, vt nemo idoneus esset ad honores Reipublicæ suscipiendos, nisi per decem annos à mercatura destitisset, de quo etiam lib. 6. c. 7. Sed & lib. 7. eiusdem operis c. 9. Perspicuum est, inquit, ex his, quod in ciuitate quæ optime administratur, & quæ iustos ciues simpliciter & absolute, nõn ex hypothesi & quadam ex parte nactã est, non oportere eos in sordidis artibus ac vili nundinatione versari, propterea quod ignobilis & abiecta, ac virtuti contraria est huiusmodi vita. Plato quoque ipsius Aristotelis præceptor in suis Legibus mercaturam vilibus ministeriis annumerat. Alter quoque præstantissimus legum lator Lycurgus tũ suis etiam legibus, vetuit ciues in sordida arte versari, atque etiam in quæstuaria quæ operosam

ε 1

congeriem

congeriem contineret, vt retulit Plutarchus in Apophthegmatis Laco.

6 ¶ Quin etiam apud Romanos lex Clodia prohibebat scribas Quæstorum exercere negotiationes, tanquam id indecorum foret. Cuius rei testis est Suetonius, qui scriptum reliquit Domitianum Imperatorem scribas quosdam Questorios negotiantes ex consuetudine, sed contra legem ipsam Clodiam, venia donasse. Sed & apud eosdem alia lex Claudia, siue etiam eadem fuit, aduersus Senatum lata est à Q. Claudio Tribuno plebis, ne quis Senator, quíve Senatoris pater fuisset, maritimam nauim, quæ plusquam trecentarum amphorarum esset, haberet, eam enim satis esse ad vectandos fructus ex agris. Nam quæstus omnis Patribus visus est indecorus, cuius rei author est Liuius, ad calcem lib. 1. 2. belli Punici. Et etiam meminit Tullius in vltima in Verrem actione.

Romanorum lex.

7 ¶ Valerius Maximus Rerum memorabilium lib. 3. c. quoque 3. inter cætera quæ Tarquinium Priscum antequam Romanorum regnum esset adeptus, abiectum, humilem, depressum faciebant, illud quoque dicit fuisse fastidiēdum, quod esset mercatore genitus. Onosander qui ad Q. Vrannium de optimo Imperatore Græcè scripsit, illud inter cætera monuit, ne institores, nundinatores, negotiatores, nummularij, cæterique id genus homines Imperatores deligerentur. Necesse enim esse homines huiusmodi sordidos esse, ac pusilli animi, vt qui lucello magnopere inseruiant, quæstulque se prorsus dedant. Proinde nullius honestæ rei, nullius clari facinoris vnquam studio possunt allici.

Tarquinius Priscus humilis, quod mercatore esset genitus.

8 ¶ Quid quod & nostræ religionis scriptores, mercatores quoque improbant, aspernantur, vituperant, veluti à virtute & bonis moribus alienos? Et vt à vetustioribus incipiā. Dauid Psal. 70. aut ex aliorum computatione. 71. Quoniam non cognoui negotiationem, introibo in potentias domini. Ita enim interpretatur eum locum D. Augustinus, vt patet ex eius Commen. in eum locum, vbi multa congerit in mendacia, & periuria huiusmodi negociatorum, vt ibi videre poteris. Apud Ezechielem c. 82. Rex Tyri negotiatione (inquit) tua multiplicasti fortitudinem tuam. Et paulo infrà, In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate. Et rursus, Et iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam. Et Zacharias alter propheta c. 14. Non erit mercator (inquit) vltra in domo Domini exercituum.

Sacrarum literarum testimonia cōtra mercatores.

9 ¶ Et vt alios adferam tempore inferiores, D. Chrysostomus vir & sanctimonia & eruditione celebris, si is est, in secunda parte Homiliarum in Matthæum, enarrans illud ipsius Matthæi 21. Eiiciebat vendentes & ementes de templo, Significauit (inquit) quia homo mercator vix aut nunquam potest Deo placere. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator: aut si voluerit esse, proiiciatur de ecclesia, dicente propheta, quia non cognoui negotiationes, introibo in potentias domini. Quæ sententia repetitur in c. eiiciens 88. dist. vbi & alia multa subduntur in hanc sententiā, atque etiam in duob. sequent. c. quæ omnibus sunt obuia. Idem Chrysostomus, ex variis in ipsum Matthæum locis Homilia decimanona, de his quoque loquens, Iustorum operationi laborum ex emptione & venditione iniquitatē immiscent, & iuramenta frequenter, & periuria simul, atque mendacia auaritiæ coniungunt: sola curant secularia, & terræ affixi permanent, & modo lucrentur, omnia faciunt: vt autem pauperibus communicent, nullam curam gerunt, sua semper augere volentes. Quis referat super hæc conuitia, contumelias, fœnora, vsuras, contractus multæ falsitatis plenos, turpia commertia?

Et sacrorum interpretum.

10 ¶ A quibus nō multum dissidet quod Anacharsis Scytha apud Laërtium dicebat, τὴν ἀγορὰν ἀφωρισμένον τόπον εἰς τὸ ἀλλήλους ἀπατᾶν, καὶ πλεονεκτεῖν. Forum venalitium ad fallendum inuicem, atque ad dandas auaritiæ manus locum destinatum esse. Quódque Tullius li. 1. Officiorum, ita de ea re scriptum reliquit, Illiberales & sordidi sunt quæstus mercenariorū omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces authoramentum seruitutis. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendāt. Nihil enim proficient, nisi admodum mentiantur. Nec vero quicquam est turpius vanitate. Opificésque omnes in sordida arte versantur. Ex quibus quędam citat Lucas Pen. in l. maximatum, aute fi. C. de excu. mu. li. 10. Subdit autē Tullius post pauca, Mercatura autē, si tenuis est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa vndiq; apportās, multísq; sine vanitate impartiēs, non est admodū vituperanda. Quam etiā sententiā citat idem Lucas, in d. l. cohortalis. C. de cohor. li. 12. & Cepola in dicto tract. de Imp. mil. delig. quo loco suprà citauimus, per hoc limitās, q primum dixerat, & suprà quoq; ex eo diximus. Quin & Iurisconsultus in l. iustissime. §. proponitur. ff. de ædil. edict. scribit id genus hominū ad lucrū potius vel turpiter faciendū pronius esse. Et hæc confirmant quæ antiqui poëtæ dicebant, Mercurium Deum præsulémq; furum & mercatorū, tāquam scilicet furtum & mercatura sint quadā cognatione coniuncta. Nā & Suidas illū κλῶπα, id est, furē fuisse vocatum tradit, & κλέπτην. Phurnutus. Ex quo Prudētius,

Expertes furandi homines hac imbuit arte Mercurius Maia genitus.

Ciceronis testimoniū de mercatura.

11 ¶ Apollonius Tyanæus, quem vnice mirantur plerique, ac quod dictu quoque absurdissimum est & impiissimum, Christo comparem, siue mores contempleris, siue miracula, facere non dubitant, & inter hos Hierocles: Apollonius, inquam, apud Philostratum lib. 4. mercaturam veluti sordidam & sceleratam abiiciendam esse censet, adolescentem quendam, qui se

Apollonius de mercatoribus.

illi professus fuit, esse deditum carpens, Græcè quidem, sed in hanc sententiam. Infortunatum vivendi genus, vt arbitror, elegisti. Primum enim huiusmodi homines omnes nundinas circumeunt, vt qui minimo emant, quæ sibi sunt opus. Deinde cum peregrinis & cauponibus degentes assidue aliquid emunt vendúntque, & sceleratis vsuris capita supponentes ad perniciem suam festinant. Quod si prospere res successerint, bene nauigat nauis, & multus illis vbique sermo est, quod neque inuiti, neque volentes tale studium deserent vnquam: si ex mercatura non consequantur vtilitatem, minora nauigia conscendentes, naues pertingūt, & causam in Deos impie referentes, non inuiti alienis opibus potiuntur. Hæc Apollonius, qui etsi de maritima mercatura tantum loquitur, non incommode tamen ad cæteras quoque referri possunt hæc omnia. Rursum vero idem Philostratus lib. 8. Apollonium scribit mercatores increpare solitum, quod odium ab eisdem adeo contemneretur, vt lucri causa ab omnibus odio haberi paruifacerent. Ideóque adolescentes ab eorum congressu abducebat.

12 ¶ Et alia quoque multa de mendacijs, periurijs, & alijs vitijs mercatorum videbis apud Lucam Pen. in l. nec ipsi, circa medium. C. de incol. lib. 10. & in rub. C. neg. ne mil. lib. 12. & in l. septem, de erog. mil. anno. eo. lib. 12. Ita tamen ne nescias olim legem Atheniensium fuisse, vt in foro rerum venalium omne mendacium abesset ἐν ἀγορᾷ ἀψευδεῖν. Ex quo & Theophrastus in libris de Legibus scribit Agoranomis, id est, Aedilibus, siue rerum venalium præfectis duo præcipue curanda, quorum posterius est, vt à mendacijs abstineant & vendentes & ementes.

Pro mercatoribus.

13 ¶ VERVM vt etiam mercatorum partes nonnihil tuear, illud ex aduerso ausim dicere, non prorsus abijciendam esse spernendamque mercaturam. Plato ille grauissimus omnium philosophorum, idémque princeps (ita illum appellat Cicero lib. 2. de Legibus) negotiatores & mercaturæ sectatores plurimum laudare consueuit, de quo Calistratus Iurisconsultorū elegantissimus in l. 2. ff. de nund. ita retulit, Deniq; summæ prudentię & authoritatis apud Grecos Plato, cum institueret quemadmodū ciuitas bene ac beate habitari posśit: in primis ipsos mercatores necessarios esse dixit. Sic enim lib. 2. πολιτείας ait, Πλειόνων δὴ γεωργῶν τε καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν δεῖ ἡμῖν τῇ πόλει. Πλειόνων γάρ. Καὶ δὴ καὶ τῶν ἄλλων διακόνων που, τῶν τε εἰσαξόντων καὶ ἐξαξόντων ἕκαστα. οὗτοι δέ εἰσιν ἔμποροι. ἦ γάρ; Ναί. Καὶ ἐμπόρων δὴ δεησόμεθα. Πάνυ γε. Ἂν οὖν κομίσας ὁ γεωργὸς εἰς τὴν ἀγορὰν ὧν ποιεῖ, ἤ τις ἄλλος τῶν δημιουργῶν, μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρόνον ἥκει τοῖς δεομένοις τὰ παρ' αὐτοῦ ἀλλάξασθαι, ἀργήσει τῆς αὐτοῦ δημιουργίας καθήμενος ἐν ἀγορᾷ; Οὐδαμῶς, ἦ δ' ὅς. Ἀλλ' εἰσὶν οἱ τοῦτο ὁρῶντες, ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην. Ex quibus ea tantum quæ ad hunc locum pertinere videntur, traducemus. Pluribus, inquit, agricolis, alijsq; artificibus ac ministris opus est, qui importēt & exportēt singula. Sūt autē hi mercatores. Hactenus ille. Cui cōcinēs Bal. noster in rub. extra, de cler. per. Mercatura, inquit, est amica populis, quia mundus non potest sine mercatoribus viuere. Et propterea licet leges, vt ille subdit, nulla illis concedant priuilegia in corpore iuris redacta, principes tamē sæpissime plures eis tribuunt immunitates atque exemptiones. Cæterum huiusmodi homines è sententia illius ipsius Calistrati in l. eos. ff. de Decur. non sunt prohibiti Decurionatum, vel aliquem honorē in sua patria petere. Nec enim infames sunt, neque eos, vt subdit, tanquam viles personas oportet negligi. Quæ Calistrati hominis plane Romani sententia hinc forsitan orta est, quod prisci illi Romani tanti mercaturam fecerunt, vt collegium mercatorum instituerint, auctore Liuio lib. ab vrbe condita. 2.

14 ¶ Aristoteles quoque veluti secum pugnans lib. 4. Politicon c. 3. seiunxit mercaturam à vilibus & sordidis artibus, Ex plebe, inquit, partem agrorum culturæ deditam videmus, partem mercaturæ, partem opificiis ac sordidis ministerijs. Inn. autem noster in c. significantibus, de offic. deleg. dicit quod mercatores censentur miserabiles personæ quamdiu sunt in mercimonijs, quemadmodum & peregrini. sequitur Alex. cons. 130. super eo de quo quæritur, ad fin. libri septimi, vbi etiam dicit, quod in dubio debemus mercatoribus fauere in mercimonijs, per cap. fraternitatem. 54. dist.

Viri celebres qui mercaturā exercuerunt.

15 ¶ Plerique clarissimi idémque prudentissimi viri mercaturā exercuerūt. Solon qui & sapiēs vnus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septē, (vt vtar verbis Ciceronis ad Brutū) cum esset admodum iuuenis, & eius pater ad beneficentiā propensus, patrimonium imminuisset, ad mercaturā se contulit, nō tam lucri cupiditate impulsus, quàm periclitandi, videndique, sicuti retulit Plutarchus in vita illius. Qui & illud subdit ex Hesiodi sententia. Temporibus illis nullum opus ignominiæ fuisse, nec vllum artium delectum atque discrimen. Mercatura vero ad Barbarorum necessitudines, comparandásque Regum amicitias plurimū valere putabatur. Ex eáque homines multarum & maximarum rerum vsum & experientiam percipere, & maximarum inde ciuitatum ducta initia, vti Massiliam condidit Protus à Celtis prope Rhodanum beneuole exceptus, sed illum Plutarchi locum corrupit illius interpres. Thaletem quoque mathematicum, & Hippocratem exercuisse mercaturam ferunt. Platoni etiam olei in Aegypto exportationem peregrinationis viaticum suppetisse. Hæc ille.

Iterum de Thalete.

16 ¶ Cui in eo quod de Thalete loquitur (is fuit vnus quoque è septē) subscribit Aristoteles li. j. Politicon c. 7. quo etiam loco affirmat Thaletem ipsum mercaturam exercuisse. Et nonnihil etiam meminit Diogenes Laërtius. Sed & illud de Platone repetijt Theodoritus in libro

de Actiua

de Actiua virtute. Zeno autem familiæ Stoicæ conditor, dicitur Laërtio purpurā ex Phœnice mercatus fuisse, non alia caussa, vt coniicio, licèt ille non dicat, quàm vt reuenderet, & inde lucrum quoppiam sibi seruaret. Neq; enim ea fortuna fuit, aut nobilitate, aut luxu, vt sibi huiusmodi vesté emisset. Et vt magis id credas, Zeno suam pecuniam fœnerari solitus est, fuitq; illi pater Mnaseas mercator, eodem Laërtio authore, Cato Censorius vnum virtutis exemplar, & ipse negotiationem exercuit, vt testis est Plutarchus in vita ipsius.

17 ¶Sed vt de Regibus & Imperatoribus loquar, Vespasianus Imperator Rom. si verum scribit Suetonius, non solùm ante imperium ad mangonicos quæstus sustinendæ dignitatis causa descēdit, sed & adepto imperio negotiationes alias propalam exercuit, quædā tantùm emēdo, vt pluris distraheret. Pertinax item alter Rom. Imperator mercaturas exercere Imperator per homines suos, nō aliter quàm priuatus solebat, vt scribit Iulius Capitolinus. Ante hos lōgo interuallo Tarquinius ille Priscus, de quo nuper diximus, qui præclaris virtutibus Romanorum regnum assecutus, cultum Deorum nouis sacerdotiis auxit, numerum Senatus amplificauit, equestrem ordinem vberiorem reliquit: non solùm mercatore genitus erat, quod iam diximus ex Valerio, sed & mercator ipse extiterat, multasque è mercatura pecunias cōgesserat, vt scriptum reliquit Dionysius li. 3. Quin longo antè interuallo Mercurius & Rex, & philosophus, & tandē inter Deos relatus mercaturā nō solùm exercuit, sed & eam primus omnium tradidit, vt & tradidit Dionysius ipse lib. 6. ideoq; Petrarcha vir sui tēporis doctissimus in lib. Inuectiuarū cōtra medicū. Mercuriū inde dictum existimari dicit, quod Mercatorū κύριος, id est, dominus esse videatur. Verùm malo credere Festo Pompeio & Seruio lib. 4. Aeneidos qui Mercuriū à mercibus dictum volūt quod negotiationū omnium credebāt esse Deū. Quibus concinens Fulgentius Mercurium dictum tradit, quasi mercium curam. Ex quibus comprobatur quod scribit Diuus Ioannes Apocaly. 18. Mercatores tui erant principes terræ.

Imperatores & Reges mercatores.

18 ¶Ad hæc mercatura ad comparandas quærendásque diuitias (quæ res vtique non omnino contemnenda est) maximum pondus habet. Quod & Marcus Cato Censorius verum tēperantiæ prudentiæq; specimen, perspiciens, mercaturā ob id cōmendauit, Est interdū, inquit, præstare mercaturis rē quærere, ni tā periculosum sit. Et mox paulò, Mercatorem strenuū studiosúmq; rei querēdæ æstimo. Et Cicero li. 5. Tusculanarum quæst. quæstuosam mercaturam appellat. Quod quàm verum sit, nulli non patet. videmus enim hac tempestate mercatores & eos ferè solos bonis, opibus, pecuniis, atque diuitiis omnis generis abundè refertos.

Mercatura quærendis diuitiis multū habere ponderis.

19 ¶Nec mercaturæ laudibus affert præiudicium quod de mercatorum vitiis dictum sit. Non enim artis sunt ista, sed hominum, vt dicit Augustinus in d. Psal. 70. Nam etsi plerique eam artem exercentes, dolos, mendacia, fraudes, periuria admiscent: Ars tamen ipsa longè ab iis distat, neque quicquam cum iis habet commune, si ea rectè vti velint homines. Possunt enim si velint attestātibus etiam theologia, sanctisq; scriptoribus, videlicet Augu. ipso, & aliis qui Commentaria ædiderūt in d. Psal. 70. & eodē Aug. in c. fornicari. 88. di. & è recētiorib' Alex. Ales. in 3. parte summæ q. 50. mēbro j. D. Thoma 2. 2. q. 77. ar. 4. Scoto in 4. sentē. di. 15. q. 2. per totū, & ibi latè Gab. Biel. in q. 10. ar. 1. Ant. Fl. in 2. parte primi li. suæ summæ, tit. 1. c. 16. ver. reuertēdo ad primū genus, & seq. & è nostris Inn. & Panor. in c. 1. ne cler. vel mo. Io. And. in ru. eiusdē ti. & latè Luca Pen. in rub. C. nego. ne mili. li. 12. Verùm in eā rē, ne lōge authoritatem quæramus, sufficit Christi authoritas, qui Matthæi 13. simile fecit regnum cælorum homini negotiatori, vt facilè ex eo possis cognoscere Christum negotiatores non improbasse.

Mercatorum vitia, nō artis sed hominum sunt.

20 ¶Tamen tu constanter teneto mercaturam derogare nobilitati, per ea quæ suprà diximus in principio. Neque enim omnis ars non improbata est honesta, vt licet videre in omnibus ferè artibus sordidis, quæ licet sint necessariæ, & propterea non improbatæ, nō tamen conueniunt nobilibus: quin si in iis versentur, reputabuntur viles & abiecti, vt suprà diximus. Nā & Aristoteles, quo loco eum citauimus, videlicet libro Politicorū 4. c. 3. Licet videatur mercaturam vt suprà diximus, à sordidis artibus disparasse, manifestiùs tamen à nobilitate eam seiunxit. Nam cùm dixisset partem ex plebe mercaturæ operā dare, subiunxit nobilium etiam differentias esse, ex quibus non obscurè insinuauit mercatores inter plebeios esse connumerandos, non inter nobiles. Quibus & ipse accedo, etiam si reclamet Calca. consi. 8. in causa pendēte, dicens nobilem ex genere non perdere nobilitatem ob exercitium mercaturæ, per l. nobiliores. C. de commer. & merca. quæ magis probat contrarium, vt supra diximus.

Mercatura nobilitati derogat.

21 ¶Veruntamē ita procedit quod dicimus mercaturam obesse nobilitati, nisi mos regionis, qui haud dubiè seruandus est, vt diximus supra c. 1. nu. 1. & seq. aliud inducat, vti apud Venetos & Genuenses nobiles quoq; mercaturam exercent citra vituperium & nobilitatis detrimentum, sicuti retulit Poggius, in suo li. de nobilitate, & è nostris Cepola, in materia nobilitatis, in 18. opinione, vbi tamē post Ant. in rub. ne cleri. vel mo. dicit vt supra retulimus num. 2. quod etiā in istis locis aliquid detrahitur nobilitati per mercatura. Nisi, inquit, dicamus, quod necessitas loci, in quo nulli ferè alij reditus nisi ex mercatura haberi possunt, hoc permittat, per not. in c. quod non est licitum, de regulis iuris, li. 6. cum si. & idem propè voluit Cepo, non citato Matth. Afflic. in cap. 1. col. 7. versic. sed hoc fallit, titu. quis dica. dux. Sed & hoc intelligit ipse

Nisi ex more regionis aliud sit.

Cepola, si mercatura sit magna & copiosa, non si tenuis sit & vilis, testimonio Ciceronis à nobis suprà citati. Sed id aliter intelligit Afflic. vbi suprà, versi. item hoc fallit, vt scilicet nunquam mercatura obsit nobilitati, si ea magna sit. Et ita dicit seruari in regno.

Aut nisi per alios quis exerceat.

22 ¶ Alio quoque modo intelligere poteris, scilicet mercatura nobilitati derogare, si quis eam per se exerceat, secus si per alios. De quo quia suprà amplè diximus c.27.nu.7.incl. secū dō procedi, & multis seq. non id repetendū aliter diximus, lectores eius rei admonere contenti.

In vniuersum quæ sunt aliæ artes, quibus Nobilitati derogatur. *CAP. XXXIIII.*

Ars aut honesta aut sordida ex more gētis.

1 POST ea quæ priuatim de iudicibus, aduocatis, procuratoribus, medicis, agricolis, & mercatoribus diximus. Restat vt in vniuersum de cæteris quoque artibus summatim dicamus. Sed ita vt primùm illud lectores monuerimus, hac in re obseruandam cuiuslibet nationis consuetudinem morémque, & communem, vt cum nostris loquar. patriæ reputationem an ars quæpiam sit existimanda sordida, an honesta, ex sententia Barto. in l.j. C. de dignit. li. 10. & Ioan. Plat. in l. maximarum. C. de excus. mu. lib. 10. & Alcia. in l. merces. ff. de verb. signi. & in tracta. de præsumpti. regu. 1. præsumpti. 48. nu. 12. & probat, vt ipse dicit, tex. in l.j. ff. de muneri. & hono. Nam & vt scribit Probus Aemilius statim in initio Vitarum virorum excellentium, Non eadem omnibus gētibus esse honesta, atque turpia. Quibus addes quod de hac re latiùs diximus suprà c.10. nu.1. & seq. & in præcedenti c. nu.19.

Pictoria ars an sordida sit, an honesta.

2 ¶ Sed cessante consuetudine, prima occurrit ars Pictoria, quæ tametsi aliàs mechanicis artibus annumeretur, vt videre licet apud Senecam epistola ad Luciliū 88. Non adducor, inquit, vt in numerum liberalium artium pictores recipiam: non magis quàm statuarios, aut marmorarios, aut cæteros luxuriæ ministros: æquè luctatores, & totam oleo ac luto constantem scientiam expello ex his studiis liberalibus: aut & vnguentarios recipiam, & cocos, & cæteros voluptatibus nostris ingenia accómodantes sua. Hæc ille. Quē secutus Iulius Firmicus lib. 9. c.9. in septimo loco, videtur pictores inter sordidos posuisse. Iurisc. autem pictorias operas inter fabriles posuit, in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. Tamen non possum adduci, vt putem eos qui huiusmodi artem Pictoriā non lucri, siue negotiationis aut quæstus, sed animi causa exercent, vti faciebat Polygnotus pictor celeberrimus, teste Plutarcho in Cimone nobilitati suæ præiudicium vel minimum facere, authoritate Galeni, qui in exhortatione ad bonas artes ad finem artes in geminum discrimen distribuit, quasdam enim ex his ratione constare, esséque liberales & honestas: quasdam contrà contemptibiles, quòd corporis laboribus cōstent, quas sedentarias ac manuarias vocant. Præstare autem ex illo priore genere quempiam discere, nam posterius illud genus destituere solere grauatos senectute artifices. Prioris autem generis esse medicinam, rhetoricam, musicam, geometriam, arithmeticam, dialecticam, astronomiam, grammaticam, ac legum prudentiam: & subdit, Adde his si voles fingendi, pingendíque artificium. quanquam enim hæ manuaria opera constant, tamē earum exercitatio non eget robore virili.

Fabius pictor.

3 ¶ De ea quoque arte Plin. lib. 35. c.1. hæc protulit, Primúmque dicemus quæ restant de pictura, arte quondam nobili, tunc cùm expeteretur à Regibus populísque, & illos nobilitante, quos esset dignata posteris tradere. Et rursus c.4. in princip. Apud Romanos quoque honos maturè huic arti contigit. Siquidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabij clarissimæ gētis, princepsque eius cognominis ipse ædem Salutis pinxit. Et alia multa in huius artis honorem subiunxit, quæ ibi videri possunt. Inter quæ illud est, Fuit & principum virorum non omittendum de pictura celebre consilium. Q. Pedius nepos, Q. Pedij Consularis Triumphalísque, à Cæsare dictatore cohæredis Augusto dati, cùm naturâ mutus esset, eum Messala orator, ex cuius familia pueri auia erat, picturam docendum censuit, id'q; etiā D. Augustus comprobauit. Puer magni profectus in ea arte obiit. Sed & totus ille liber scatet Pictorum picturarúmque laudibus & præconiis, vt ibi videre poteris. Huic autē quod de Fabio Pictore dicit, suffragatur quod scribit Tullius statim post prin. lib. 1. Tusculanar. quæst. Fabio nobilissimo homini laudi datum fuisse quòd pingeret. Hic autē est Q. ille Fabius Pictor, quem sæpe Liuius citat ex Annalibus. Et eum Prætorem Flaminémq; Quirinalem fuisse tradit li.7 belli Macedonici. Eúmque Cicero in Oratore, & Iuris, & literarum, & antiquitatis peritum fuisse scribit. Sed & Plin. ipse, vt ad eum redeamus, eodē li.35. c.10. Effectū est, inquit, Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia diagraphicē, hoc est, picturā in buxo, docerētur, reciperetúrque ars ea in primū gradum liberaliū. Semper quidem honos ei fuit, vt ingenui eam exercerent, mox vt honesti, perpetuo interdicto, ne seruitia docerētur. Ideo neque in hac neq; in toreutice vllius qui seruierat, opera celebrantur. Et rursum capite vndecimo, scribit, cùm L. Paulus deuicto Perseo petiisset ab Athenienfibus, vt quàm probatissimum philosophum, & pictorē sibi mitterent, Athenienses Metrodorum misisse, professos eundem in vtroque desiderio præstantissimum, quod edicto quoque Paulus indicauit.

4 ¶ Aelius Spartianus scribit Hadrianum Imperatorem fuisse picturæ peritissimum, quod & ipsum

ipsum prodit Aurelius Victor. Sed Iulius Capitolinus tradit Marcum Antoninum philosophũ Imperatorem illum laudatißimũ operam Picturæ dedisse sub Diogeneto magistro. Et Aelius Lampridius scribit Alexãdrum Seuerum & ipsum Imperatoré mirè pinxisse. Et Euripidem etiam poëtam nobilißimum Emanuel Moscopulus eius interpres, & Thomas Magister, vterque in vita illius, picturæ fuisse studiosum: vti etiam Socratem & Aeschinem Lucianus in Imaginibus, & priorẽ Laërtius in vita illius, authoritate Duridis & Timonis, Platonem philosophorum coryphæum Diogenes Laërtius in historia illius, & Apuleius lib. de dogmate Platonis primo post prin. Nam & Iulius Firmicus li. 4. Astronomicon c. 15. in Venere, ponit Picturã in artibus honestis. Idémq; lib. eiusdem operis octauo c. 7. in fixione vngulæ Tauri. Si fuerit, inquit, horoscopus, & Luna hunc eundem locum vel beneuolè, & maleuolè pariter æquata radiatione respexerint, pictorem faciunt, sed quem hoc studium celebri honore nobilitet. Valerius autem li. 8. c. 12. cui titulus est, Quædam nulla arte effici posse, Timantem Pictorem nobilem vocat, veluti nobilitas ei arti non repugnet, quanquã & aliò spectare potest. Plin. lib. 34. c. 8. tradit Silanionem Statuarium (hæc est species artis pictoriæ) nullo doctore (quod dicit mirabile) fuisse nobilem, licet & aliò quoque trahi potest. Idem autẽ Plin. li. 35. cap. 10. scribit hanc artem apud Græcos fuisse receptam in primum gradum liberalium disciplinarum: semperque honorem ei fuisse, vt ingenui eam exercerent, mox vt honesti, perpetuo interdicto ne seruitia docerentur. Denique leges nostræ excusant Pictores à muneribus personalibus l. 1. C. de exc. artifi. lib. 10.

Marcus Antoninus Imperator & idẽ Pictor.

5 ¶ POETAS autem quos Pictoribus iungit Horatius in arte Poëtica,

Pictoribus atque Poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Nec sine ratione, quando Poësis loquens Pictura dicatur Plutarcho, & aliis ab eo citatis in li. de audiendis Poëmatis. Hos igitur inter sordidos non annumerauerim, sed potiùs inter honestos. De qua re multa dicerẽ, nisi viderẽ omnes propemodũ libros in huiusmodi artẽ infinitas laudes congerere. Illud tantùm adiecerim Iustinũ li. 6. Poëtam quempiam nobilem appellasse, quod tamẽ, vt nuper diximus, aliò referri posset. Et quod scribit ipse Firmicus li. illo 4. ca. 17. Luna, ait, defluens à Mercurio, si in nocturna genitura plena luminibus feratur ad Mercuriũ, in publicis actibus prouidentiam habere facit, in quibus semper gloriæ principatũ inueniũt. Alios enim Poëtas, eósq; diuinorum carminũ authoritate nobilitat. Quãuis sciã Platonẽ Poëtas à sua Republica reiecisse lib. 2. de Republica. Et Plutarchũ in eo libro nuper à nobis citato scripsisse Poëticã histrionicæ proximè accedere. Sed tu tamẽ illum interim vide in eodem opere, vbi videbis multa pro Poëtis, multa item contra eos dicta, & D. Basilium in lib. eiusdem argumenti, cui titulus est de legendis Gentilium libris: & ipsum Platonẽ lib. 10. de Rep. vbi omnes Poëtas à republica reiiciendos concludit. Cui & ipse facilè accedo, quãdo veteres, vt scribit Strabo li. 1. poëticam primam quandam esse Philosophiam prodiderunt; quippe quæ à teneris nos vnguiculis ad viuendi rationem perducat, mores atque affectus edoceat, quæ quę gerẽda declinandáue sint, quadam cãtus suauitate præcipiat. Miror autem Philippum Imperatorẽ sanxisse poëtas nulla immunitatis prærogatiua iuuari in l. poëtæ, C. de profes. & medic. lib. 10.

Poetica. Poesis, loquens Pictura.

6 ¶ ET Quoniam, vt iam diximus, Poësis & Histrionica aliquid simile habent, nõ intempestiuè hanc illi subiiciemus. Histriones hic intelligo, non hos Tibicines, Citharœdos, Citharistas, Lyristas, alióśque aliorum instrumentorum Musicorum in nuptiis, cæterisq; festiuitatibus, quas vocamus, lusores, vt vulgò intelligunt, qui operã illam suam publicè venalẽ habẽt. Hos enim veluti infames vilésque existimant decreta Canonica, quæ & ipsa illos Histriones vocant, si eorum interpretibus credimus, c. diffinimus. 4. q. 4. cùm dicitur, omnes infamiæ maculis aspersi, id est, Histriones, & cæte. & c. pro dilectione, de consec. dist. 2. ibi, de Histrione illo, qui adhuc in artis suæ dedecore perseuerat. Ideoque ab ea arte vt vili & sordida clerici abstinere iubentur, vt patet ex cap. 1. de vita & honest. cleri. lib. 6. quod eos vocat Goliardos & buffones, vti etiam glo. & cæteri interpretes intelligunt.

Histronica. Tibicines & id genus cæteri an sordidi.

7 ¶ Nam & apud Græcos huiusmodi hominum genus probrosum fuisse argumento est quod tradit Plutarchus in Pericle, in princ. Quod cùm Antisthenes audiuisset Ismeniam optimum esse tibicinem, At homo nequã est, inquit. Non enim si probus esset, tibicen foret. Sed & illud de eodem Ismenia tradit idem Plutarchus, tùm in Apopthegmatis Imperatorum, tum de fortuna Romanorum, quòd cùm Anteas Scytharum Rex eum bello captum canere iussisset, omnibus admirantibus, & præ voluptate plaudentibus, iureiurando firmauit se hinnientem equum libentiùs auditurũ. Constat autem ex Liuio, li. 9. ab vrbe condita, hos homines vini admodum auidos esse.

8 ¶ Scio autem eam artem olim apud Romanos fuisse quæstuosam, vel teste Martiale lib. 5. epig. 57.

Artes discere vult pecuniosas?
Fac, discat citharœdus, aut choraules.

Idem conqueritur Iuuenalis tibicines atque cornicines tantas diuitias cumulasse, vt ludos gladiatorios in vrbe ederent. Eius in eam rem versus ij sunt Saty. 3.

Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ
Perpetui comites, notaque per oppida buccæ,
Munera nunc edunt.

Porrò Arion Methymnæus ea arte præstantissimus grandem pecuniam & vberes quæstus factitauit, eiúsque artis gratia Periandro Corinthiorum regi fuit dilectissimus. Suetonius autem in Nerone c. 30. scribit Menecratem cytharœdum ab ipso Nerone triumphalium virorum patrimoniis ædibúsque donatum.

Instrumẽtorum musicorum cõfectores.

9 ¶NEC hos tantùm Tibicines & alios aliorum musicorum instrumẽtorum lusores viles esse, sed & huiusmodi instrumentorum confectores tales esse, facilè constat ex illo vno testimonio, quòd cùm apud Græcos lege fuisset prohibitum ne quis artifex statuã in Olympus habere posset Theodorus Isocratis Rhetoris pater ostẽdit se instrumenta musica nõ confecisse, cùm ipsius statua in Olympus conspiceretur. Quod & nos alibi, ex Philostrato in Vitis Sophistarũ diximus, scilicet suprà c. 27. no. 3. Quanquam scio id ab Aristopha. & Strati. poëtis Comicis probro datum fuisse ipsi Isocrati, tanquam esset tibiarũ faber, quòd eius pater Theodorus eiuscemodi fuisset. De qua re etiam videbis apud Plutarchum in vita ipsius Isocratis. Quod semper dixerim, si quæstos gratia id quis fecerit.

Musica laudanda.

10 ¶NON quòd Musicam siue vocalem, siue instrumentalem, vt ita loquar, aspernabilem despicabilémve esse putem, sed contrà potius laudabilem: cum ea inter honestas & liberales disciplinas omniũ cõsensu reponatur. De cuius laudibus adeo multa possem dicere, vt iostum legitimúmq. volumen conficerem. Sed si quis eas scire velit, adeat Fabium Quintilianum lib. 1. Oratoriarũ Institutionum, c. 17. Plutarchum in eo lib. quem illi ptioatim dicauit, Carolum Valgolium in ipsius Plutarchi Musicã, Philippum Beroaldum in oratione habita in enarratione Quæstionũ Tusculanarum, Christophorũ Landinum in proœmio interpretationum Horatij, & in Commentariis Virgilianis paulò ante finem lib. 1. Marsilium Ficinũ li. 1. Epistolarum ad Canisianum, & Polydorum de rerum inuentoribus li. 1. c. 14. & seq. Vt non prætermittam Firmicũ Maternũ li. 4. Astronomicôn c. 15. reponere Musicos & Organarios inter eos qui honestas artes exercent. Hos quoq; ignominiosos non haberi tradit Iuriscõsultus in l. Athletas, post prin. ff. de his qui no. infa. qui hos Thymelicos vocat, vti verè sont, vt videre poteris apud Budæũ in Annotationibus eius loci, & Alex. ab Alexandro Genialium dierũ lib. 3. c. 9. & Celium Rhodiginum libr. Antiquarum lectionum 8. c. item 8. postremæ editionis.

Modo ne sit nimia in viris honestis.

11 ¶Sed in hac re tamen mediocritatem illam auream, vt in omnibus cæteris rebus, amplectẽdam esse cẽseam. Notum est enim illud, quòd cùm Philippus Macedo cantorem quẽpiam inter cœnandũ emendare vellet, Ne tibi tantũ mali, cãtor inquit, eueniat, ô Rex, vt me ista meliùs scias. quod à Plutarcho traditũ est in Apophthegmatis ipsius, & in libro de discrimine adulatoris & amici, & in libro de fortuna Alexãdri, haud multò post principiũ. Et simile quo ppiã refert Aelianus li. 9. Variæ Historiæ de Antigono, apud quẽ cum psaltes quispiã artis suæ specimen præberet, & ei sæpius Antigonus diceret, cõstringe Netem, & rursus Mediam, respondit, Auertant ô Rex à te Dij malum hoc, vt me meliùs atq. exquisitius hanc artem teneas. Sed vt redeamus ad Philippum. Is cum aliquãdo accepisset filium suauiter quodam in loco cecinisse, vrbanè eũ est obiurgatus. Nõ te pudet, inquit, quòd ita pulchrè canere scias? Tãquam scilicet non satis honestũ sit principibus viris, cæterisque honesti ordinis, excellenter eã artẽ didicisse. Sed satis illis esse, quod ipse Plutarchus in ipso Pericle scripsit, canentibus aliis audiẽdi otiũ superesse, multúmque Musis videri ab his impartiri, si cætera his de rebus certantibus ipsi se spectatores præbeant. Cæterum Strabo libr. 17. tradit Ptolemæum Auletẽ patrem illius Cleopatræ, præter alia flagitia choraulã & tibias exercuisse, & ideo in ea gloriatũ fuisse vt non cunctaretur certamina in regia celebrare, ad quæ & ipse cũ aliis certaturus prodibat. Nam & in re nõ admodũ dissimili annotatũ est apud Salustium, Semproniam reprehensam fuisse, nõ quòd saltare sciuerit, sed quòd optimè. Saltare, inquit, elegantius, quàm necesse est probæ. Id quod inter cæteros animaduertit Macrobius lib. 5. Saturnaliorum c. 14.

12 ¶Porrò Paulus Aemilius in Epaminunda, Scimus, inquit, nostris moribus musicem abesse à principis persona. Quod apud Græcos & gratum & laude dignũ ducitur. Et paulò post scribit ipsum Epaminundã didicisse citharizare & cãtare ad chordarũ sonũ à Dionysio, qui non minore fuit in musicis gloriã quàm Damõ aut Lãpus. Suetonius in vita Titi illius Imp. omnibus virtutum generibus absolutissimi, cap. tertio, scribit eum ne musicæ quidem fuisse rudem, vt qui cantaret, psalleret iocundè, ac scienter. Et Aurelianus Victor scribit Adrianũ Imperatorem canendi & psallendi peritissimum fuisse. Aelius autem Lampridius tradit Alexãdrum illum Seuerum Imperatorẽ laudatissimum musicæ fuisse peritissimum, cantauisséq; nobiliter: sed nunquam alio conscio, nisi pueris suis testibus: lyráque ac tibia & organo cecinisse. E diuerso Cimon ille alioquin vir illustrissimus vituperatus fuit quòd musicam non didicisset, vt autoritate Stesimbroti Thasij tradit Plutarchus in vita ipsius Cimonis.

¶IGITVR

13 ¶ IGITVR ad eos Histriones accedo, qui in scena personati Tragœdias, vel Comœdias agũt, qui & Ludiones & Ludij quoqoe vocari possunt. Nam hioc illi Histriones dicti sunt, quòd Hister apud Tuscos, vnde illi à Romaois acciti sunt, Ludio siue Ludius vocabatur, vt scribit Liuius haud multò post princ. lib. 7. ab vrbe cond. & Valerius Maximus lib. 2. c. 1. quod est de institutis antiquis, & Plutarchus io Problematis Romaois cap. 17. Sed & iidem Mimi & Pantomimi, & Archimimi dicuntur, scilicet Mimi ἀπὸ τοῦ μιμοῦμαι, quod imitor significat, Pantomimi qui in ea arte taotùm excellũt, vt omnia possint imitari, Archimimi veluti principes mimorum. De duobus prioribus fit mentio in l. patronus. ff. de oper. lib. & præterea de Paotomimo apud Suetonium in Augusto, cap. 45. Et de postremo apud eundem io Vespasiano, cap. 19. Hos autem Duclidas Lacedæmonij vocabant, vt scribit Plutarchus in Lysandro. Textus autem in c. 1. de vita & honestate cleric. lib. 6. & Accursius noster in l. si qua. C. de specta. lib. 11. & nostri vbique Ioculatores illos vocant, quamuis ea vox aliud significare videatur apud Ciceronem ad Atticum libro quarto, Huic Ioculatorem senem illum, vt noras, interesse sanè voloit. Et vix alibi apud booos autores cõperies. Et certè hos Histriones (quos Galli vulgò appellant *farseurs, ioueurs de farses*) eam artẽ publicè exercentes quæstus gratia, inter sordidissimos reposuerim. De quibus etiam fortè intellexerunt illa Decreta Canonica suprà numero ab hinc 4. citata, licet gl. & Doct. aliter, vt ibi diximus, accipiunt. Nam & in c. maritum, 33. di. prohibentur ij qui io scena lusisse noscuotur, in clericos ordioari. Scribitur enim in l. 2. §. ait prætor. ff. de his qui not. infa. eum qui in scenam prodierit, infamem esse. Scenam autem esse quæ ludorum faciendorum causa, quolibet loco vbi quis consistat moueatúrque spectaculum sui præbiturus, posita sit io publico prioatóve, vel in vico, quo tamẽ loco passim homines spectaculi causa admittuntur. Et paulò post subditur, Omnes propter præmium in scenam descendentes famosos esse.

Tragœdi. Comœdi. Histriones. Ludiones. Ludij. Mimi. Pantomimi.

14 ¶ Quo in loco Budæus noster non eos tantum qui propter præmiũ, sed & qui ambitiosa ostẽtatione prodeunt, famosos esse voluit. Nam & eum locum in Compeodio iuris ciuilis, quod Romæ est in Bibliotheca Pontificis, per indicis seriem ordine alphabeti sermone Græco cõpositum, in hæc verba legisse se dicit. ὅτι πάντες οἱ διὰ πόρον εἰς ἀγῶνα παριόντες ἄτιμοί εἰσι. ἔτι δὲ φιλοτιμίαν ἕνεκα ταὐτοῦ πρόσθες. Omnes qui quæstus causa io certamẽ descendunt, infames suot: simul & qui in scenam per ambitionem prodeunt. Et optimè quoque faciuot alij text. simpliciter scenicos inter humiles & sordidos reponentes, scilicet in l. humilem, & ibi Alber. C. de incæst. oupt. & in l. 1. C. de natur. li. Sed & est textus qui Histriones & Pantomimos nũcupatim viles & inhonestos vocat in d. l. si qua. C. de spect. li. 11. Et alius, ex quo intelligis histriooicam operá vilem fuisse, in l. seruos. ver. proinde. ff. de le. 3. Est'que alius text. qui apertè declarat Pantomimos vilis esse pretij in l. Titius, in fi. ff. de act. emp. & alius item tex. qui histrionibus donare (siue de his intelligas, siue de prioribus) dicit immane vitium esse, in c. donare 81. di. Lucianus autẽ in Icaromenippo haud multò ante fi. incessit histriones vt viles.

Quid si nõ ob quæstũ. sed ambitiosa ostentatione.

15 ¶ Porrò Græci huiusmodi histriones & scenicos maximè honorandos putabant, vt tradit D. August. de ciuitate Dei lib. 2. c. 12. & videre licet ex Liuio 3. decad. lib. 4. loquente de Aristone quodã tragico actore, Cui inquit, & genus & fortuna honesta erant: nec ars (quia oihil tale apud Græcos pudori erat) ea deformabat: Licèt Romani è diuerso artem omnem ludicram, scenámque totam in probro ducebant, genúsque id hominum non modò honore ciuium reliquorum carere, sed etiam tribu amoueri notatione Censoria voluerunt, vt autoritate Ciceronis in libris de Republica scripsit idem Augustinus eiusdem li. c. 13. Nam & Scipio Nasica in Censura scenicos ludiones tribu mouisse scribitur. De quo etiam Probus in præfatione Vitarum excellentium Imperatorum, In sceoam, inquit, prodire, & populo esse spectaculo, nemioi in iisdem geotibus (de Atheniensibus autem & Lacedæmonijs loquitur) fuit turpitudioi. Quæ omnia apud nos (scilicet Romanos) partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota putantur.

De eisdem rebus.

16 ¶ Asinius autẽ Pollio lib. Epist. famil. Cicero. 10. in epist. inci. Balbus, indignè fert, quòd Balbus Quæstor Herennium Gallum histriooem annulo aureo donatum in x s i i i. sessum deduxisset, tot enim fecerat ordines eqoestris loci. Iuuenalis Saty. 8. multis versibus inuehit in oobiles Romaoos qoi coosumptis per luxum opibus, ad artem hanc sceoicam desceoderent, & pro histrionibus fabulas agerent,

Consumptis opibus vocem Damasippe locasti

Sippario clamosum agens vt phasma Catulli. Et cætera, quæ sequũtur. Arguitur verò August. Cęsar, quòd aliquãdo equi. Ro. vsus esset ad scenicas operas, ex Suetonio in eius vita c. 43. subditq; id fecisse antequã id Senatuscõsulto interdictũ fuisset. Nam Coroelius Tacitus lib. 18. scribit cautum seuerè senatuscõsulto fuisse, ne Equites Ro. ludis & arena polluerẽtur. At Alexãder Seuerus, vt tradit Lampridius in vita illius, scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donauit: idem tamen (eodem autore) spectacula freqoentauit, sed cum summa donandi parsimooia, dicens sceoicos sic alendos tanquam seruos nostros. Cootra autem Heliogabalus incessitur, quòd quempiã qui histrionicã Romæ fecerat ad Præfecturam Prætoriam

alciuerit

asciuerit, vt tradit Lampridius in vita illius. Antoninus Philosophus temperauit scenicas donationes, iubens vt qui nos aureos scenici acciperent: ita tamen vt nullus editor decẽ aureos egrederetur, vt scribit Capitolinus in vita illius. Laberius eques Romanus ægerrimè tulit, quòd Iulius Cæsar illum in scenam descendere, & mimos canere iussisset. Nam inter cætera quæ in scena protulit, hæc dolenter recitauit,

Eques Romanus lare egressus meo
Domum reuertor mimus, nimirum hoc die
Vno plus vixi, mihi quàm viuendum fuit.

Quos quidem versus retulit Macrobius lib. Satur. 2. c. 7. Arguitur item Domitius auus Neronis, quòd Equites Romanos & matronas ad agendum mimum produxerit, vt scribit Suetonius in Nerone. c. 4. Cæterùm Cornelius Tacitus libro 18. cautum dicit seuerè fuisse à Vitellio ne Equites Romani ludo & arena polluerentur. Et subdit, priores id principes pecunia, & sæpius vi pepulerunt ac pleraque municipia & coloniæ æmulabantur corruptissimum quemque adolescentium precio illicere. Constat autem ex l. Imperator. in princip. ff. de fidei commiss. liber. olim seruos fuisse tragœdos.

17 ¶ Quanquam his aduersari videtur, primùm ei quod dictum est de Græcis, quòd Demosthenes in oratione περὶ παραπρεσβείας, Aeschinem non semel per probrum vocauit τριταγωνιστὴν, veluti vilem, tum quòd histrio fuerit, tum quòd histrio non quidem primarum partium nec secundarum, sed tertiarũ, scilicet infimum. Hæc enim sunt verba illius, ἐξεβάλλετε αὐτὸν, καὶ ἐξεσυρίττετε ἐκ τῶν θεάτρων, καὶ μόνον οὐ κατελεύετε οὕτως, ὥστε τελευτῶντα τοῦ τριταγωνιστεῖν ἀποστῆναι. Item quoque ei quod dictum est de Romanis id quod scribit Macrobius libro 3. Satur. ca. 14. Histriones nõ inter turpes habitos, eiusdem Ciceronis testimonio, quem nullus ignorat Roscio & Aesopo Histrionibus tam familiariter vsum fuisse, vt res rationésque eorum sua solertia tueretur. Quod cùm ex aliis multis, tum ex epistolis quoque eius declaratur. Nam illam orationem quis est qui non legerit, in qua populum Romanum obiurgauit, quòd Roscio gestũ agẽte tumultuauerit? Et certè satis constat eum contendere cum ipso Histrione solitũ, vtrùm ille sæpius eandẽ sententiam variis gestibus efficeret, an ipse per eloquẽtiæ copiã sermone diuerso pronuntiaret. Quæ res ad hanc artis suæ fiduciã Rosciũ traxit, vt librũ cõscriberet, quo eloquentiam cum Histrionica compararet. Is est Roscius qui etiã L. Syllæ charissimus fuit, & annulo aureo ab eodem Dictatore donatus est. Hæc ille. Cui illud tantùm addes, Ciceronem ipsum in lib. 1. de Oratore eosdem Roscium & Aesopum claros Histriones vocasse: & Plutarchum in vita ipsius Ciceronem ipsum vtrumque omni cura in pronunciatione obseruasse. De quibus etiam est illud Horatij lib. episto. 2. epist. 1. ad Augustum,

Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius egit.

Nec prætermiserim Domitianum Histrionibus scenam interdixisse, intra domum quidem exercendi artem iure concesso, vt tradit Suetonius in eius vita c. 7. Ante eũ autem Nero Pãtomimos relegauit, vt in eius vita recenset Suetonius c. 16. Sed & antè Tiberius vt dicit Tacitus lib. 4. & iterum li. 13. Italia submouit, vbi eos histriones appellat, atque etiam in d. lib. 4. Ob quod Plin. in Panegyrico scribit Pantomimos à malo principe fuisse sublatos. At Neruã illius successorem eosdẽ restituisse, sed mox Traianũ eosdẽ sustulisse. Tradit autẽ Cornelius Tacitus haud multò ante fi. libri primi, Tiberium sanxisse ne domos Pantomimorum senator introiret. Cæterũ Scipio Nasica Censor scenicos hos ludiones è tribu mouit, vt autoritate Ciceronis in libris de Repub. scribit D. August. de ciuitate Dei lib. 2. cap. 13. Tametsi Liuius 1. decad. lib. 7. post princip. tradit institutum fuisse, vt actores Attellanarũ, ne tribu mouerẽtur, & stipendia tanquam expertes artis ludicræ facerent. Verùm Augustus histriones immunes verberum fecit, & ne flagellis cæderẽtur edicto inhibuit, vt & scripsit Cornelius Tacitus vbi suprà, & non nihil tetigit Suetonius in vita illius, c. 45.

18 ¶ Illud autem nõ prætermittendũ, quòd si nõ publicè, sed intra priuatos parietes animi causa, vel infirmitatis depellendæ gratia, vel alterius honestæ cuiuspiam occasionis causa quis hãc artẽ exerceat, nõ illi fraudi erit, aut dedecori, vt nuncupatim voluit gl. in dicto ca. 1. in verbo, ioculatores, & ibi quoque cæteri de vit. & honest. cler. li. 6. Inno. Host. Collec. Panor. & plerique omnes in c. cùm decorum, ext. eod. tit. Nam & Domitianus Imp. interdixit histrionibus scenam: intra domum quidem exercendi artem iure concesso.

19 ¶ Ex his autem quæ diximus intelligi potest quid de athletis dicendum sit, qui & ipsi in scenã descendũt sed Vlpianus in l. athletas. ff. de his qui no. infa. post Sabinũ & Cassium respõdit, eos omnino artẽ ludicram non facere, virtutis enim gratia id facere. & facit l. 1. C. de athle. li. 1. Et certè magnos & laudabiles viros legimus eam artem exercuisse. Ex quibus vnum omniũ laudatissimum pro omnibus nominare satis erit. Is fuit Plato, quem athletam fuisse tradunt Diogenes Laërtius & Seruius in lib. 6. Aeneid. eum locum enarrans,

Atque humeris extantem suscipit altis.

Vbi etiam dicit illum post omnium victoriam se philosophiæ dedisse.

20 ¶ Sed id sanè intelligendum est, si virtutis gratia eã artẽ exercerent, vti declarat d. l. athletas.

Nam

Nam si in id operas suas locarent, vt pugnarent, non solum sordidi, sed & infames ipso iure fiunt, vt in simili dicitur in l. 2. §. item senatusconsultum. ff. de postul. Quod intellige si reipsa in scenam prodirent, alias enim ex sola locatione operarum non infamarentur. l. qui autem. quæ est 3. ff. de his qui no. infa. Nisi id ipsum fecissent, vt cum bestiis pugnarent: tunc enim ex eo solo infames efficerentur, etiam si id ipsum non perfecissent. d. l. 1. §. bestiaa. vers. ergo qui locauerit. ff. de postul. Nec tamen exercitium bestiarum conficiendarum per se sordidum est, quod ex eo patet quod scribit Herodianus lib. 1. Commodum Imperatorē in id sese exercuisse veluti fortitudinis gloria, sed id minus decore quàm modesto principi conueniebat: quasi diceret id illi non fuisse indecorum, si non nimius in eo fuisset, vt etiam suprà diximus eum de musica locuti sumus. & dicemus quoque postea in saltatione.

21 ¶ Tantum autem abest vt ars Oratoria siue Rhetorica & eloquentia, cui Roscius Histrionicam comparare voluit, repugnet nobilitati, vt etiam alioquin ignobiles nobilitet, vel teste Firmico Materno, qui lib. 3. Astronomicon c. 1. Si luna, ait, ad Mercurium feratur, & ei se cursus sui traditione coniungat, sitque luminibus plena, faciet cordatos, ingeniosos, oratores summa eloquentiæ nobilitate fulgentes. Constat autem artem ipsam Rhetoricam inter liberales & ingenuas esse positam, vt non necesse sit de ea re amplius disputare, prȩsertim quod omnes prope libri eius laudibus sunt referti. *Oratores. Rhetores.*

22 ¶ Quid autem de Saltatoribus? Hi enim propius ad Mimos illos & Histriones accedere videntur. Et hos certe Tullius lib. 1. Officiorum, ponit inter illiberales artifices scribens, Adde huc si placet vnguentarios, saltatores, totúmque ludum talarium. Et libro 3. eiusdem operis, Quid, inquit, si sapiens rogatus sit ab eo qui eum hæredē faciat, cum ei testamento sestertium millies relinquatur, vt antequam hæreditatem adeat, luce palam in foro saltet: ídque se facturum promiserit, quod aliter eum hæredem scripturus ille non esset: faciat quod promiserit ille, necne? Promisisse nollem, & id arbitror fuisse grauitatis: sed quoniam promisit, si saltare in foro turpe decet, honestius mentietur, si ex hæreditate nihil ceperit: nisi forte eam pecuniam in Reipublicæ magnum aliquod tempus, vt vel saltare eum, cum patriæ consulturus sit, turpe non sit. Idque etiam nomen probrosum fuisse ac maledictum satis constat ex eodem Tullio in oratione pro L. Murena, Saltatorem, ait, appellat L. Murenam Cato: maledictum est, si vere obiicitur, vehementis accusatoris: sin falso, maledici conuiciatoris. Quare cum ista sis auctoritate, non debes M. Cato arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuicio: neque temere Consulem populi Rom. saltatorem vocare: sed conspicere quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum, cui vere istud obiici possit. Nemo enim saltat sobrius, nisi forte insanit, neque in solitudine, neque in conuiuio moderato atque honesto. Intempestiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarū comes est extrema saltatio, & cætera quæ sequuntur. Idem in oratione pro Deiotaro multis verbis increpat Castorem, qui Deiotarum ipsum in conuiuio saltauisse dixerat, Quæ crux, inquit, huic fugitiuo potest satis supplicij afferre? Deiotarum saltantem quisquam, aut ebrium vidit vnquam? Et paulo post recensitis ipsius Deiotari virtutibus, subdit, Qui igitur adolescens nondum tanta gloria præditus nihil vnquam nisi seuerissime & grauissime fecerit, is ea existimatione, eáque ætate saltauit? imitari potius Castor aui tui mores disciplinámque debebas, quàm optimo & clarissimo viro fugitiuo ore maledicere. Quod si saltatorem auum habuisses, neque eum virū vnde pudoris pudicitiȩ que exempla peterentur: tamen hoc maledictum minime in illam ætatem conueniret, &c. Idem in oratione contra Pisonem, Gabinium increpat, quod nudus in conuiuio saltasset, suúmque saltatorium versasset orbem, fortunæ rotam non pertimescens. *Saltatores Cōtra eos.*

23 ¶ Longo ante tempore Scipio Africanus Aemilianus in oratione contra legem iudiciariam Tiberij Gracchi, hæc grauiter conquerebatur apud Macrobium lib. 3. Satur. ca. 14. Docentur præstigias inhonestas, cum cinædulis & sambuca, psalterióque eunt in ludum histrionum, discunt cantare, quæ maiores nostri ingenuis probro duci voluerunt: Eunt, inquam, in ludum saltatorium inter cinædos, virgines puerique ingenui. Hæc cum mihi quisquam narrabat, non poteram animū inducere, ea liberos suos nobiles homines docere: sed cū ductus sum in ludum saltatorium, plus mediusfidius in eo ludo vidi pueris virginibúsq; quingētis. In his vnum (quo me Reip. maxime misertum est) puerum bullatum, petitoris filium, nō minorem annis duodecim cum crotalis saltare: quam saltationem impudicus seruulus honeste saltare non posset. Hora. lib. 2. Ser. Sat. 1. scribit Milonium cum primum ebrius esset, saltare solitum,

Quid faciam? saltat Milonius, vt semel icto
Accessit feruor capiti.

Id quod confirmat quod suprà diximus ex Cicerone. Idem lib. Carminum 3. Ode 6. queritur quod puellæ Rom. docerentur motus Ionicos, id est, molles saltationes, quas primi Iones inuenerunt, atque ita fingerentur artubus, id est, componerentur ad turpes & libidinosos motus rerum venerearum, vt scite exponunt interpretes. Huius carmen est huiusmodi,

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus.

24 ¶ Homerus ille omnium virtutum parens, iustissimúsque rerum omnium æstimator ὀρχηστάς, id est, saltatores inter hominum pessimos, & maxime redarguendos posuit, dum scribit Iliados lib. 24. eodémque vlt.

Τοὺς μὲν ἀπώλεσ' ἄρης, τὰ δ' ἐλέγχεα πάντα λέλειπται,
ψεῦσταί τ', ὀρχησταί τε, χοροιτυπίῃσιν ἄριστοι,
Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες. Id est, ad verbum,

Hos quidem interemit Mars. Hæc autem improperia omnia relicta sunt,
Mendacésque, saltatores, choreæ strepitibus optimi,
Agnorum & hœdorum publici raptores.

Ita autem vertit Erasmus Chili. 3. cent. 9. c. 43.

Sustulit hos Mauors, reliqua at mala probra relicta,
Ducendis agnis, atque hædis diripiendis
Strenui.

25 ¶ Seneca in prologo Declamationum illud vnum temporum suorum vitium deplorat, quod cantandi, saltandíque obscena studia effœminatos tenerent. Et vt de recentioribus quoque loquar, Alphonsus Aragonum Rex prudentissimus Socratem irridebat, quod saltatione animum relaxaret, saltatorem ab insano nihil referre dicens, nisi quòd hic dum saltat, ille dum viuit, insanus est. Qua ex causa Gallos potissimum leues esse dicebat, qui quo magis ætate prouecti essent, eo magis saltarent, hoc est, in sania se oblectarent. Testis Antonius Panorm. in facetiis ipsius Alphonsi, & aliorum. In quibus etiam illud scriptum est Albertum Imperatorem Romanum dicere solitum, Venationem esse virilem exercitationem, saltationem muliebrem. Refert autem Suetonius in Domitiano, c. 13. ipsum Domitianũ Senatu mouisse quempiam Quæstorium virum, quòd gesticulandi studio teneretur. Dion in Tiberio tradit ipsum Tiberium saltatores Roma expulisse, vetuisséque eam artem vsquam exerceri. E diuerso arguitur Heliogabalus, qui vt tradit Lampridius, saltatorem ad præfecturam prætorij asciuerit. Arnobius autem lib. 2. aduersus gentes, Idcirco (inquit) animas Deus misit, vt res sancti atque augustissimi nominis symphonicas agerent, & fistulatorias hic artes, vt inflandis bucculas distenderent tibiis, cantionibus vt præirent obscœnis numerositer & scabillorum concrepationibus sonoris, quibus animarum alia lasciuiens multitudo incompositos corporum dissolueretur in motus, saltitaret & cantaret, orbes saltatorios verteret, & ad vltimum clunibus & coxendicibus subleuatis lumborum crispitudine fluctuaret. Apud Plutarchum in Philopœmene Titus Flaminius Dinocratem Messenium quòd in conuiuio ebrius saltasset, lacessit. Cæterum Decreta Canonica ius non faciunt presbyteris sese his cœtibus immiscendi, in quibus obscœni motus corporum saltationibus efferuntur. c. presbyteri. 34. di. Scitum autem est illud Eccles. 9. Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte pereas.

26 ¶ Sunt tamen multa quæ in laudem artis saltatoriæ dici possunt, quæ si quis scire desiderat, legat Lucianum in lib. quem huic rei priuatim dedicauit hoc titulo, περὶ ὀρχήσεως, de saltatione, in quo ostendit hanc saltandi artem maxime nobiles & ingenuos decere, & Athenæum lib. 1. Dipnosophistarum, non vno in loco, & Macrobium lib. 3. Satur. c. 14. & Pyrrhum Anglebermeum in eo libello quem & de saltatione & Musica ædidit, quem, vt ipse dicit, ex Luciano magna ex parte deprompsit: & Alexandrum ab Alexandro Genialium dierum lib. 4. c. 10. dum de insignibus & dignitate Saliorum loquitur, & iterum lib. 2. c. 25. & Cælium Rhodiginum Antiquarum lectionum lib. 5. c. 3. & 4. postremæ editionis. Neque enim eorum quæ ab aliis in vnum locum abunde sunt congesta quicquam huc speciatim adscripsisse constituimus, nisi vt forte aliquid adiiciamus, aut declaremus.

De eadem re.

Pro saltatoribus.

27 ¶ Sed quod illo libro de saltatione, de Phæacibus tradunt Lucianus. & Athenæus locis suprà allegatis, est ex lib. 8. Odyssea. vbi Alcinous Rex ita suos Phæacas compellat,

Ἀλλ' ἄγε Φαιήκων βητάρμονες ὅσσοι ἄριστοι
Παίσατε, ὥς χ' ὁ ξεῖνος ἐνίσπῃ οἷσι φίλοισιν
Οἴκαδε νοστήσας, ὅσσον περιγιγνόμεθ' ἄλλων
Ναυτιλίῃ, καὶ ποσὶ καὶ ὀρχηστυῖ, καὶ ἀοιδῇ.

Sed agite Phæacum saltatores quicunque optimi
Tripudiate, vt & hospes dicat suis amicis
Domum reuersus quantum superamus alios
Nauigatione, & pedibus, & saltatione, & cantilena.

Sed & locus Hesiodi quo facit Musas saltantes, est in initio Theogoniæ,

Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν,
Αἵ θ' Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόν τε,
Καί τε περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν
Ὀρχεῦνται.

Musas Heliconiades incipiamus canere,
Quæ Heliconem tenent, montem magnúmque, diuinúmque:

Et circa

Et circa fontem nigrum pedibus teneris
Saltant.

28 ¶ Sed & quod ipse Lucianus scripsit Socratem iudicatum ab Apolline omnium sapientissimum dedisse saltationi operam, & hoc ipsum tradit Xenophon in Symposio, Laërtius in vita ipsius, & Plutarchus in lib. de tuenda bona valetudine. Quod item tradit Lacedæmonios saltationibus plurimũ vacasse: huic concinit quod refert idem Plutarchus in vita Lycurgi, eum lege sanxisse, vt puellæ in quibusdam sacris saltarent, canerentque præsentibus spectantibúsque iuuenibus. Et quod etiam scribit Quintilianus li. 1. c. 11. Lacedæmonios saltationẽ quandam tanquam ad bella quoque vtilem inter exercitationes habuisse. Et quod denique de Platone dicit, certe ipse Plato de Legibus lib. 2. tradit Deos laboriosam vitam hominum miseratos, remissiones laborum constituisse: Musas quoque, & Apollinẽ Musarum ducem, & Bacchum concelebratores adhibuisse, qui cum voluptate saltationes nobis ducerent. Sed & inibi scribit vnumquodque animal natura saltare consueuisse, hominem vero cum numeri sensum acceperit, saltationem peperisse. Et lib. 6 eiusdem operis, in solennitatibus nudas adolescentulas, cum nudis iuuenibus saltare iussit, vt & ex eo repetit Eusebius Euangelicæ præparationis lib. 13. c. 12. Qui id ipsum ex Lycurgi legibus accipere videtur. Ex quibus tradit Plutarchus in vita ipsius tripudia per omne tempus celebrari solita, nisi forte militiæ vacarent.

29 ¶ Quibus & illud addere poteris 2. Reg. 6. c. Dauid illum aliquando saltasse totis viribus ante Dominum, veluti non sit indecorum, nec inhonestum aliquando è re nata, & tempestiue saltare. Nam vt scribit Eccles. 3. cap. Omnia tempus habent, inter quæ illud subiungit paulo post, Tempus saltandi. Quódque Pindarus Apollinem saltatorem vocat, *Mediocritas hac in re sequẽda.*

O saltator venustatis rex Pharetrate.

Et Eumelus, aut vt aliis placuit Actinus Corinthius, Iouem saltatorem introducit, quod ex illis expendit Athenæus d. lib. 1. Dipnosophiston. Homerus quoque si is est in Hymno Apollinis facit Gratias, Horas, Harmoniam, Heben, & Venerem tripudiantes, atque Iunonem in carpum manus tenentes,

Αὐτὰρ ἐϋπλόκαμοι Χάριτες καὶ ἐΰφρονες Ὧραι,
Ἁρμονίη θ' Ἥβη τε, Διὸς θυγάτηρ τ' Ἀφροδίτη,
Ὀρχεῦντ' ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχουσαι.

Cæterum Plutarchus in libro de bona valetudine tuenda scribit saltationem Socrati fuisse exercitationem minime iniucundam.

30 ¶ Id quod etiam intellexerim, modo ne nimium scite vel elegãter quis id facit. Nam vt suprà diximus in Musica, probro datum est Semproniæ, quod sciret saltare elegãtius quàm necesse esset probæ. In quam etiam sententiam refert Herodotus in Erato historiã non ineleganter. Cum Clisthenes Aristonymi filius, Sicyonis tyrannus filiam nomine Agaristam destinasset nuptum dare ei, quem præstantissimum Græcorum omnium comperisset, nunciarique ob id iussisset, vt quisquis sese dignum putaret, qui eius gener esset, is ad Lx. diem Sicyone præsto foret: illúcque multi proci contendissent, inter quos Hippoclides Tisandri filius qui præcipue Clistheni erat cordi: quippe qui viribus, strenuitate, musica, & oratione longe alios antecelleret. Ille nuptiarum die, quo Clisthenes indicaturum se quem ex omnibus deligeret, iussit tibicinem sibi canere ἐμμέλειαν, id est, saltationis genus quoddam sedatum: tibicinéque obsequente saltauit sibi quidem placens: sed Clisthenes omnem rem cernens dissimulauit. Posthæc aliquantulum interquiescens Hippoclides iussit inferri sibi mensam, qua illata primum super eam Laconicos saltauit modulos, mox alios Atticos, deinde super mensam capite statuto cruribus veluti brachiis modulabatur, ad cuius primam & secundam saltationem etsi stomachabatur Clisthenes tam impudentem generum sibi fieri, tamen sese continebat nolens in eum irrumpere. At vbi vidit cruribus veluti manibus gesticulantem, iam se vltra continere non sustinens ὦ παῖ Τισάνδρου, ἀπορχήσαό γε μὲν τὸν γάμον, fili Tisandri desaltasti matrimonium. Cui ille οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ, nihil curat Hippoclides. quæ vox postea abiit in Prouerbium.

31 ¶ In qua re quoque considerandus est cuiusque gentis mos & consuetudo, vti & in cæteris omnibus artibus suprà diximus in principio huius capitis. Nam & Paulus Aemilius in Epaminunda, scribit quod & suprà diximus musicem Romanorum moribus, abesse à principis persona. Saltare etiam in vitiis poni, quæ omnia apud Græcos & grata, & laude digna ducuntur. Lucianúsque in illo libro de Saltatione suprà citato, scripsit apud alias quoque multas gentes id non probrosum fuisse. Nec semper quoque inhonestum fuit Romanis, vt diximus, & ostendit Macrobius vbi suprà citauimus.

32 ¶ Publicani, qui Græcis τελῶναι dicuntur, id est, tributorum & vectigalium exactores, collectores, redemptores, siue conductores, inter sordidos, abiectos, infames, & prætereà male moratos habiti sunt, tum apud Iudæos, tum Græcos, Romanósque. De primis enim quis nescit illud Matth. c. 18. Si ecclesiam non audit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus? Et c. 21. Publicani & meretrices præcedent vos. Et Marc. 2. Multi Publicani & peccatores simul discumbebant. Et Lucæ 5. c. Quare cum Publicanis & peccatoribus manducatis? Et cap. 15. Erant ap- *Mos patriæ considerandus. Publicani.*

propinquantes ei (de Domino Iesu loquitur) Publicani & peccatores. Et aliis multis similibus locis. De Graecis autem & Romanis testimonium perhibent Aristoteles & Tullius, dum hos negant haberi inter honestos ciues, vt ex his nonnulli repetunt. Ipse autem Tullius alicubi non adeo bene sentit de Publicanis, vt cum ad Q. fratrem lib.1. Imbrobum, ait, negociatorem, paulo cupidiorem Publicanum comprimere non posse. Sed & Vlpia. in l. quantae. ff. de

Publicanorum audacia. Publi. Quantae, inquit, audaciae, quantae que temeritatis sint publicanorum factiones, nemo est qui nesciat. Et certe huius tantae illorum audaciae temeritatis & auaritiae exemplum memorabile habes L. Pomponij Veientani, & M. Posthumij Pyrgensis & aliorũ publicanorum apud Liuium lib.5. secundi belli Punici, post princ. Et huius rei arg. Bald. in l. dissolutae. ad fi.

An teneãtur edere libros suarũ rationum. C. de condic. ex leg. voluit huiusmodi Publicanos cogendos edere libros suarum rationum, vti vsurarios de quibus in cle. i. §. caeterum. de vsuris. De qua re tamen vide Rom. Iaso. Alciatum, & alios recentiores in l. i. C. de eden. & Franci. Aretinũ in c. i. de prob. Plutar. in Lucullo tradit ipsum Lucullũ Publicanos, veluti Harpyias labores mortaliũ depascẽtes, Asia eiecisse.

33 ¶ Quanquam scio aliquando Publicanos ipsos fuisse in quodam precio apud Romanos, vt

Pro Publicanis. probat illud Ciceronis in oratione pro lege Manilia. Nã & Publicani homines honestissimi & ocnatissimi suas rationes & copias in illam prouinciam contulerunt. Et in oratione pro Plancio, Flos Equitum Romaonrum firmamentum reipublicę publicanorum ordine continetur. Et in 3. in Verrem actione. Venit ad Chelidonem C. Mutius Eques Romanus, Publicanus, homo cum primis honestus. Ex quibus intelligis Equites quoque Romanos fuisse eo tempore Publicanos. quod & videre licet ex Asconio Pedano, qui in oratione Ciceronis pro Milone mentionem facit M. Papyrij equitis Romani, Publicani, familiaris Pompeio. Sed vt redeamus, idem Cicero in oratione de prouinciis Consularibus, Iam vero, inquit, publicanos miseros (me etiam miserum illorum ita de me meritorum miserus ac dolore) tradit in seruitutem Iudaeis, & Syris, nationibus natis seruituti. Et haud multo post, Quid multa? crudelis haberetur, si in hostẽ animo fuisset eo, quo fuit in ciues Rom. eius ordinis praesertim qui est semper dignitate sua, benignitate magistratus sustentatus. Sed & mox paulo, Qui propter illum hostem Senatus inimicissimum ordinis equestris bonorũmque omnium nõ solum bona, sed etiam honestatem miseri deperdiderunt, quos non parsimonia, non continentia, non virtus, non labor, non splendor tueri potuit contra illius heluonis & praedonis audaciam. Ex quibus etiam vides illos fuisse equestris ordinis, in eísque dignitatem, splendorem (quae nobilitas est vt diximus suprà c. 2. nu. 19.) & honestatem fuisse. Et in oratione pro Cn. Plancio, Adiungam, si vis, id quod tu etiam huic obesse putas, patrem publicanum. Qui ordo quanto adiumento sit in honore, quis nescit? Flos enim equitum Rom. ornamentum ciuitatis, firmamentũ reip. publicanorum ordine continetur. Et in oratione cõtra L. Calphurnium Pisonem de Gabinio loquens, Ille gurges atque heluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriae, cum equites Rom. in prouincia, cum Publicanos nobiscum & voluntate & dignitate coniunctos omnes fortunis, multos fama vitáque priuasset, &c. Et lib. 5. Epist. famil. epist. 20. satis declarat apud illos pecuniam solere deponi, tanquam eorum fides esset probatissima, atque exploratissima. Et in li. 13. eiusdem operis epist. 10. ad Crassipedem scribit se vniuerso ordini publicanorum multum semper libẽtissime tribuisse, idque pro magnis eius ordinis erga se meritis. Sed & ad Quintum fratrem scribit ordinem publicanorum de ipsis optime meritum, & per ipsos cum Republica fuisse coniunctum. Et non multo post, Nomen, inquit, publicani neque hi debent horrere, qui semper vectigales fuerunt. Et vt tandem de caeteris scriptoribus loquar, Plinius libro tricesimo tertio, capite secundo, Iudicum ait appellatione separati eum ordinem (de equitibus loquitur) primi omnium instituere Gracchi discordi popularitate in contumeliam Senatus: mox ea debellata, authoritas nominis vario seditionum euentu circa publicanos substitit, & aliquandiu tertiae vires Publicani fuere.

34 ¶ De notariis & Tabellionibus diximus obiter suprà c. 30. nu. 8. similiter & notarius, & seq.

Notarij. ex quo loco assumes quae hic tibi necessaria videbuntur. Sed quibus addes quod scribit Ang. cons. 284. praemisso, in fin. Spurios non posse id munus assequi, quod quidem si verum esset, nonnihil spectaret ad honorem notariorum. Sed id pendet ex iis quae latius scripsimus suprà c. 15. nu. 10. sed & illud, & multis seq.

35 ¶ De coquis & nos quoque diximus in illo eod. c. 30. nu. 10. sed & cocus. Quibus item addes

Coqui. Ciceronem in oratione pro Roscio Amerino, hos posuisse inter viles & illiberales artifices, vti etiam facit Iulius Firmicus lib. Astronomicon 3. c. 9. in 7. loco. & ante hos Aristoteles lib. 1. Politicon, c. 4. Sed & Plato in Gorgia hanc Coquinariam artẽ dicit voluptatis curatricem, facultatem ad ipsam voluptatem, circa quam totum eius studium versatur, omnino absque arte procedere: neque voluptatis ipsius naturam considerantem, neque causam temerariam prorsus, neque pensi quicquam habentem, sed vsu quodam, & experientia & memoria eius quod consueuit accidere solum fretam, voluptates studiose curantem. Aelianus lib. 14. de varia historia, scribit Lacedaemone aliis coquos esse non licuisse, quàm carnis tantum. Qui vero praeter hanc artem nouisset, Sparta eiiciebatur, perinde ac aegrotantium purgamenta. Maximus autem

ximus autem Tyrius, Ser. 7. in prin. tradit Lacedęmonios è Sparta migrare iussisse Mithecum
cocum insignem. Apud Homerum Vlysses profitetur se coquendi & ignē colligendi peritum
esse. Quod ex eo annotat Athenæus lib. 1. Dipnosophistarū. Alibi quoque diximus ex eodem
Homero Achillem & Patroclum operam coquinariā exercuisse, vt videbis suprà c. 20. nu. 101.
tamen si priorem. Sed & ipse Athenæus autoritate Euemeri Coi in 3. lib. sacræ historiæ, tradit
Cadmum auum Bacchi cocum fuisse. Satis autem constat coquorum artem seruilē fuisse ex
l. legatis seruis. §. si vnus. ff. de leg. 3. & in l. seruis vrbanis. §. seruis lecticariis. eod. tit. Nam &
Alex. Seuerus, vt in eius vita scribit Lampridius, cocos non nisi seruos habuit, ita vt si quis de-
esset, emeret. Quanquam olim Ro. coquos non habebant in seruitiis, sed eos ex macello con-
ducebant, vt tradit Plin. lib. 18. c. 11. Liuius autē 4. dec. lib. 9. de exercitu Asiatico loquens, scri-
bit coquum vilissimum antiquis mancipium & æstimatione & vsu, tū in pretio esse, & quod
ministeriū fuerat, ars haberi cœpta. Quod in id notādum quod nostri disputant, an coquum
esse ars sit, an artificiū, de quo vide tex. in l. si quid. §. vlt. & ibi Bal. & Cep. ff. de ædil. edic. & in
d. l. legatis. §. si ex officio. & ibi gl. & d. §. si vnus. ff. de leg. 3. & gl. in l. si cui. ff. quib. mod. vsusfr.
acq. Ro. sing. 651. quid esse coquū. Cepol. in l. merces. la. 2. ver. sed quid de coco. ff. de verb. sing.

36 ¶ Sunt tamē nonnulla, quæ ad laudem huius artis pertinere possunt. Nam apud Homerum
Vlysses profitetur se eius artis peritum esse, quod & ex eo annotauit Athenæus lib. 1. Dipno-
sophistarum. Et quod alibi quoque diximus ex eodem Homero Achillē & Patroclū operam
coquinariam exercuisse, vt videbis suprà c. 20. nu. 101. incip. tamen si priorem. Quin ipse Athe
næus autoritate Euemeri Coi in 3. lib. sacræ historiæ, tradit Cadmum auum Dionysij Bacchi
coquum fuisse. Denique tanti ea ars æstimata est, vt fuerint qui de ea scripserunt. Nam Plato
in Gorgia tradit Mithecum illum, de quo suprà locuti sumus, scripsisse de arte coquinaria Si
culorum. Extántque etiamnum libri de ea arte Apitij illius, nisi ij supposititij sint.

37 ¶ Sed & idem Tullius in illa quoque eadem oratione pro Roscio Amerino in eum ordinem *Pistores.*
vilium & sordidorum artificum redegit Pistores, vti etiam Iulius Firmicus lib. 3. c. 12. in 6. lo- *Lecticarij.*
co, in fi. Et est bonus apud nos tex. in l. maximarum. C. de exc. mu. li. 10. & in l. 1. C. de perfect.
dign. lib. 12. Quo etiam spectat tex. in l. maximarum. vers. sordidorum. C. de excu. mun. lib. 10.
Hincque Pistores arcebantur à perfectissimatus dignitate. l. 1. C. de perfect. dign. lib. 12. imo
& alia quauis dignitate. l. 1. C. de pistor. lib. 11. Nam & id munus seruorum erat. l. quæsitum
est. §. Trebatius. ff. de fundo instructo. Quanquam quod ad eorum laudem spectare videtur,
inter cætera Iouis cognomenta, Romani illi Pistoris cognomentum tribuerunt, vt tradit
Ouidius huius rei rationem reddens lib. 6. Fastorum,

Discant Pistoris quid velit ara Iouis.

Cuius etiam meminit Lactantius lib. 1. c. 20.

38 ¶ Sunt autem Pistores, ne id ignores, qui panem conficiunt, ex Varrone l. 1. de vita populi Ro.
apud Nonium Marcellum, Martiali lib. 8. epig. 16. Suetonio in Cæsare, c. 48. & Plin. lib. 18. c.
11. vbi scribit Pistores Romæ non fuisse ad Persicum vsque bellum, ipsósque Quirites panem
fecisse, mulierúmque id opus fuisse. quod & satis declarat d. l. quæsitum. §. Trebatius. ff. de
fundo instruct. Et hi quoque Panifices dicuntur, scilicet, à pane faciendo, Varroni lib. 4. de
lingua Latina, Cornelio Celso li. 2. c. 18. vbi ita scribit, Panificia, quæ ex frumentis fiunt, gene
ris valentissimi esse. Nā & hic paulo post, Quominus, inquit, mirū est opus pistoriū valētissi-
mū esse, quod ex frumēto constat. Ex quibus etiam vides opus pistoriū, & panificiū idē esse.

39 ¶ Cæterum sunt & Pistores dulciarij, qui crustula, iucunculos, hamos, lacertulos, & alia sci-
tamenta millita conficiunt, vt videre est apud Apuleium lib. 10. Asini aurei. Et de huiusmodi
Pistore est distichon Martialis lib. 14. epig. 222. cui titulus præponitur, Pistor dulciarius,

Mille tibi dulces operum manus ista figuras
Extruet, huic vni parca laborat apis.

Heliogabalus autem apud Lampridium, Dulciarios, inquit, habuit, qui de dulcibus exhibe-
rent, quæcunque coqui de diuersis eduliis exhibuissent. Vbi vides dulciarium simpliciter, &
sine adiectione Pistoris significari concinnatorem edulium mellitorum, & operis Pistorij dul
cedine conditi, esséque substantiuum. At hos dulciarios Vegetius lib. 1. de re mil. c. 7. à militia
& castris abigendos esse censuit.

40 ¶ Fabri quoque simpliciter inter viles nominantur ab Eccles. c. 38. & Accursio in §. quod au- *Fabri.*
tem. in verbo, mechanicis, in Authen. de non alie. reb. eccles. & Luciano in Fugitiuo. Quan- *Lignarij.*
quam vt omnino non existimemus illos despiciendos, Homer. lib. 5. Iliados cum honore me-
minit Harmonidæ τέκτονος, id est, fabri lignarij. nam τέκτων, vt scribit Valla, proprie significat
fabrum lignarium. Et licet Suidas eam vocem communem esse & lapidariis, & lignariis affir
met tamen ex sequentibus verbis Homeri satis constat illum fuisse lignarium, quod scilicet
Paridi naues fabricasset. Sed & apud eundem Homerum lib. 23. Odyssez Vlysses, quem & i-
pse, & alij inter primos Græciæ Reges ponunt, profitetur se suum coniugalem lectum fabri-
casse, & alium præterea neminem, & quatuor versibus interiectis,

Ἐν λέχει ἀσκητῷ· τὸ δ' ἐγὼ κάμον, οὐδέ τις ἄλλος.

Κολλητὰς δ' ἐπέθηκα θύρας πυκινῶς ἀραρυίας.
Καὶ τότ' ἔπειτ' ἀπέκοψα κόμην τανυφύλλου ἐλαίης.
Κορμὸν δ' ἐκ ῥίζης προταμὼν, ἀμφέξεσα χαλκῷ.
Sed & lib.eiuſdem operis 5.idem Vlyſſes nauem ſibi manibus propriis fabricauit,vt pote qui
erat,vt ipſe dicit, ἐῢ εἰδὼς τεκτοσυνάων,id eſt,bene ſciens.ſiue peritus artis ſabrorum. quod & ex
eo annotauit Aelianus li.7.Variæ hiſtoriæ, vbi de ea te laudat. De Bachacare carpentario nō
ſine dignitate meminerunt ſacræ literæ 1.Paral.c.9.Et de Artemone Loripede, qui ob id lectica vehebatur,Plutarchus in Periele.Sunt autem qui hos Fabros lignarios Scandularios vocari volunt,& inter alios Nebriſſenſis in ſuo lexico,de quibus in l.vlt.in prin. ff. de iur. immu.
& apud Plin.lib.16.c.10.& Vitruuium lib.2.c.1. Vegetium lib.2.de re milit.c.23.
41 ¶ Quantum autem ad Fabrum ferrarium pertinet,potuiſſet videri non eſſe ſordidum,nec in-
Ferrarij. decorum:quando & hanc artem Vulcano Iouis & Iunonis,id eſt,maximorū Deorum,aut vt
alij dicūt,ſolius Iunonis,citra viri cōgreſſum filio peculiariter tribuunt Homerus, Virgilius,
poëtæ omniū celebratiſsimi,& cæteri omnes. Et alibi ſcilicet c.4.nu. 7. & vt ad imperatores,
oſtēdimus Mariū qui in imperio ſucceſsit Poſthumo & Lolliano, eā artē exercuiſſe. De quo
etiā admodū gloriabatur,vt inibi videre poteris. Tradit autē Plutarchus Theopompi authoritate Demoſthenē cognominatū fuiſſe Macheropiū,quod filius eſſet Demoſthenis,viri quidē boni & honeſti,ſed gladiorū fabri.quod & Suidas ſcribit.Homer. lib.7. Iliad.nō ſine honore meminit Tichij fabri,qui ſcutū Aiacis fabricauit.De quo etiā Ouid.lib.3. Faſtor. ad fin.
Nec quiſquam iuncta faciet bene vincula planta,
Pallade ſit Tichio doctior ille licet. Quo in loco nonnulli legunt Titio.
42 ¶ Fabros autem aurarios,quos probatiſsimi quique ſcriptores,vt Plautus in Menæchmi,Cice-
Fabri au- ro in 6.in Verrem acti.& Plin. lib.33.c.5. & Apuleius ita Vulcanum appellans lib. 6. Metam.
rarij. & l.ſcribit.ff.de aur.& arg.leg.& l.1.C.de exc.artifi.lib.10.vno verbo aurifices appellant : Fir-
Aurifices. micus,quo loco ſtatim citabimus, inauratores, & bractearios vocat: alij Bracteatores appel-
Inaurato- lant,vtroſque à bracteis vt ſatis indicat Plin.vbi ſuprà.Græci χρυσοχόους vocāt. Hos, inquam,
res. inter honeſtos artifices ſeponit Firmicus lib.4.c.15.in Venere. Et certe Homerus Laërcem au-
Braltea- rificem non indignum putauit, quem memoraret lib.3.Odyſſeæ,
rij. Εἰς δὲ χρυσοχόον Λαέρκεα δεῦρο καλέσσαι
Ἐλθεῖν, ὄφρα βοὸς χρυσὸν κέρασιν περιχεύῃ.
Vnus ruſſus aurificem Laërcea huc iubeat
Venire, vt bouis aurum cornibus circunfundat.
Sed & idem alibi aperte docet hos non contemnendos, cum ſcribit eiuſdem operis lib.6.
Ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνὴρ
Ἴδρις, ὃν ἥφαιστος δέδαεν, καὶ παλλὰς ἀθήνη
Τέχνην παντοίην: χαρίεντα δ' ἔργα τελείει.
Sicut autem quando quis aurum circunfudit argento vir
Peritus,quem Vulcanus docuit,& Pallas Minerua
Artem omnigenam, gratioſa autem opera perficit.
Veruntamen moribus noſtris hæ artes mechanicæ reputantur.De Bractearijs vide tex. apud
nos in d.l.1.& ibi Alc.& Pyrrhium.C.de exc.ar. lib.10.
43 ¶ Quod autem ad fabros ærarios pertinet, tradit Theodoretus epiſcopus Cyrenenſis in Polymorpho, ſtatim in initio , quod Alexander ille faber ærarius cum nihil in ſe egregium & ſuſpiciendum haberet,non generis nobilitatem,non dicendi facultatem,non tegēdi populi artem,non ducendi exercitum ſcientiam,non rerum in bello fortiter geſtarum commendationem,& ſolummodo ſordidam & illiberalē artem exercere,ex ſua ſola aduerſus diuiniſsimum
Paulū notus extitit. Tanti autē fecerunt antiqui Romani fabrum ærarium,vt ſi quādo quid
ab illis factū eſt,nomē eorum ſcriptis infererēt.Sic Mamutium nominarunt, per quē multa
ancilia ſimilia ei quod è cœlo lapſum eſt , fecerunt, vt ſcribit Seruius in 7.Aeneid. in eū locū,
Læuáque ancile gerebat. Et feſtus Pompeius lib.11.
44 ¶ Tabernarios,Popinarios, vel Popinones, vt eos vocat Nonius Marcellus, Caupones, & vt
Taberna- vulgo vocamus Hoſpites illos publicos, nemo eſt qui non inter viliſsimos reponat , & inter
rij. cæteros Tullius in oratione pro L.Flacco,Opifices, inquit,& tabernarios , atque omnē illam
Popinarij. fæcem ciuitatum quid eſt negotij concitare. Et Iulius Firmicus lib. 4. Aſtronomicon. c.15. in
Caupones. Venere. Et eſt optimus tex.in l.humilem.C.de incæſt.nup.& in l.1.C.de nat.li.& in Clementina prima,de vita & honeſtate clericorū.& facit etiam tex. in c. nulli, 44. dist. Videmus autem plerunque tabernarias, & earum famulas pudicitiæ adeo proſtitutæ , vt non admodum
Taberna- differant ab his quæ in lupanaribus proſtant. Quod & ſatis inſinuat tex. in l.vlt.C.ſi mancip.
riæ & earū ita vene.ne proſti.& in l.Athletas.§.ait Prætor.ff.de his qui no.infa. & facit etiam tex.in l.quę
famulæ ple- adulterium.C. de adulte. In tabernis autem vinum vendi conſtat ex Suetonio in Claudio c.
runque me- 40.dum ſcribit. Deſcripſit abundantiam veterum tabernarum,vnde ſolitus eſſet vinum olim
retrices. & ipſe petere.Hos quoque vinarios appellare vt poſtea dicemus.

¶ Denique

45 ¶ Denique Aymo Crauetta consil .163. videndum est, columna prima, dicit per huiusmodi artem Cauponariam derogari nobilitati, etiamsi eam artem quis exerceat pro vẽdendo vino, quod ex suis viribus natum sit: si ad vlteriora processum sit, videlicet vendendo carnes & alia edulia, quæ ex suis prædiis non sint percepta. Et ita debere intelligi quod scribitur in c. eiciẽs 88. dist. & quod tradit Panor. consi. 6. casus super quo, in secundo dubio, lib. 1. quòd clericus vendens vinum ex suis vitibus collectum non dicitur negotiari, nec tenetur soluere gabellas vel datia, vt dicit probari in d. c. eiciens, & not. à Doct. in c. quanquam, de censi. lib. 6. & in cle. præsenti, eodem tit. & sequitur Philip. Deci. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. vlt. de constit. Sed tu hîc vide quæ scripsimus suprà c. 27. num. 8. sed & ad hanc.

46 ¶ AGITATORES tametsi infames non sunt, vt scribitur in d. l. Athletas, in prin. ff. de his qui not. infa. Tamen eos esse infimæ sortis, ac vilis pretij aperte ostẽdit Iurisconsul. in l. Titius. §. vlt. ff. de act. emp. Hi autem sunt, ne tu ignores, equorum curruúmque rectores, vt satis declarat Tullius ad Atticum lib. 13. Nec est melius quicquam, quàm vt Lucullus sustineat currum equósque, vt bonus sæpè agitator. Et Virgilius lib. Aeneid. 2. *Agitatores.*

Et equorum agitator Achillis,
Armiger Automedon.

De quibus & tu videre poteris Budæũ in annotationibus ff. in l. athletas, de his qui no. infa. *Campsores.*

47 ¶ CAMPSORES quos vulgò vocamus, id est, Trapezitas, Collybistas, Nummularios, Mensarios, aut vt etiam alij vocant, Argentarios inter viles reponunt nostræ leges, & earum interpretes, scilicet lex, si Cohortalis. C. de Cohor. li. 12. & Bal. in c. trãsmissam, col. 2. versi. secundũ Bar. de elec. & Alcia. in tract. Præsumptio. regula 1. præsump. 48. nu. 6. vbi negat esse nobiles. Quamuis Iulius Firmicus, Argentarios inter honestos artifices ponat lib. Astronomicôn. 4. c. 15. in Venere. Hósque muneribus personalibus eximunt nostræ leges, vt patet ex l. 1. C. de excus. arti. li. 10. Quid tamen intersit inter hos, & alios suprà nominatos, intelliges ex Alcia. lib. 4. Dispunctionum, ca. 22. Alibi autem diximus Augusto fuisse obiectum auum argentarium, vt videre licet suprà c. 4. nu. 7. in prin. *Trapezitæ.*

48 ¶ PRAECONVM munus ignobile fuisse videri potest Ciceroni Episto. famil. lib. 6. ad Leptam, epistola incip. Simul accepi, quam scribit authoritate Ampij Balbi Iurisconsulti, eos qui præconium facerent, lege vetari esse in Decurionibus. Et Horatio scribenti lib. 1. Ser. Saty. 6. *Præcones.*

Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret olim,
Si præco paruas, aut vt fuit ipse, coactor.
Mercedes sequerer. Nam & hoc quoque visum est Alciato, in l. mercis, la 2. in fi. ff. de verbo. signifi. vbi in id citat in margine, vt sui moris est, l. eos. ff. de Decur. quæ tamen de alijs non loquitur. At hi, inquit, simpliciter musicam non profitentur, sed voce & clamore populum alloquuntur, Iuuenalis Saty. 3.

Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ
Perpetui comites, notæque per oppida buccæ.

49 ¶ Veruntamen Homerus lib. 2. Odysseæ, haud multò post princ. Pisenoris præconis non sine honore meminit,

Σκῆπτρον δέ οἱ ἔμβαλε χειρὶ
Κῆρυξ πεισήνωρ πεπνυμένα μήδεα εἰδώς.

Sceptrum autem sibi iniecit manu
Præco Pisenor prudentia consilia sciens.

Idem lib. 1. Iliad. meminit etiam honorificè Thaltybij & Eurybatis Præconum.

Ἀλλ' ὅγε ταλθύβιόν τε καὶ εὐρυβάτην προσέειπε
Τώ οἱ ἔσαν κήρυκε καὶ ὀτρηρὼ θεράποντε.

Sed hic Talthybiúmque, & Eurybatem affatus est,
Hi ipsi erant præcones, & fortes ministri.

Et paulò post eos vocat Iouis & virorum nuncios, cùm dicit,

Καὶ σὺ κήρυκες διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.

Et Demetrij quoque præconis honorificè meminit Plutarchus in Timoleone, in fin. & Lei Agnusij idem author in Theseo. Et alibi quoque Cicero non omnino contẽnendos esse præcones declarat, cum in oratione pro Cn. Plancio de Granio præcone loquitur, quid scilicet aliquando responderit P. Nasicæ Consuli aliquid interroganti medio in foro. Quid item M. Druso Tribuno plebis homini potentissimo. Mercurius autem κῆρυξ θεῶν, præco Deorum dictus est, vt tradit Diodorus Siculus libro sexto, Bibliotheces capite decimoquinto, & Phurnutus. Vnde vt opinor huic Deo præcones & præconia attribuũtur, vt tradit ipse Diodorus vbi suprà. Præconum duo genera esse tradit Demosthenis Scholiastes, vt apud eum videre licet. Horum autem ars non admodum quęstuosa fuit, vt patet ex illo Horatij loco suprà citato, mediocrem tamen eam re fuisse testatur Martialis lib. 5. epigram. 57.

Artes discere vult pecuniosas?
Fac discat citharœdus, aut choraules.

Quos versus suprà attulimus, sed quod ad hunc locum pertinet, subiungit Martialis,

Si duri puer ingeny videtur,
Praeconem facias, vel architectum.

Cui adstipulatur Quintilianus cum dicit, Præco plus debet voci suæ quàm orator.

Scriba.

50 ¶SCRIBAS apud Græcos in bonore fuisse, non ita apud Romanos satis constat ex eo quod scribit Probus Aemilius in vita Eumenis, quẽ dicit Philippum Amyntæ filium babuisse ad manũ scribæ loco, quod multò, inquit, apud Græcos honorificentius est, quàm apud Roma. Nã apud nos re vera sicut sunt mercenarij, scribæ æstimantur. At apud illos è contrario nemo ad id officiũ admittitur, nisi honesto loco, & fide, & industria cognita: quòd necesse est omniũ cõsiliorum esse participem. Plutarchus autem in vita eiusdem illum dicit fuisse Archigrammateum, id est, principem scribam Alexandri Magni. Sed & constat apud Clusinos Scribã secundum locum à Rege tenuisse ex Liuio lib. 2. ab vrb. cond. vbi loquens de Mutio Scęuola, Abdito, inquit, intra vestem ferro proficiscitur. vbi eò venit, in confertissima turba prope regium tribunal constitit: ibi cùm stipendium fortè militibus daretur, & scriba cum Rege sedens pari ferè ornatu multa ageret: cum milites vulgò adirent, timens sciscitari vter Porsena esset ne ignorando Regem semet ipse aperiret, quis esset, quò temere traxit fortuna facinus, scribam pro Rege obtruncat, & cætera quæ sequuntur.

51 ¶Apud Hebræos quoque scribæ erant inter præcipuos Regis comites, & principes & consiliorum participes, vt patet ex 2. Reg. c. 8. & 20. & alibi sæpè in libris Reg. & Paralip. 1. c. 18. ad fi. & 1. Esdr. 7. & Hieremiæ 36. Nam & ij apud eosdẽ de rebus ambiguis solebãt consuli, & ex oraculis sacratum literarum respondebãt, vt etiã patet ex c. 2. 13. & 23. Matthæi & 12. Marci, & 1. ad Cor. 1. & alibi infinitè. Et apud Persas quoq;, quod vel hinc intelligi potest, ꝙ Alexãder Magnus Amenidẽ priùs Darij scribã, eo mortuo Euergetis præfuit, vt tradit Q. Curtius li. 7

52 ¶Sed vt redeamus ad Ro. scribit Valerius Maximus li. 2. cap. 1. Cn. Flauium libertino patre natum & scribam, cum ingenti nobilitatis indignatione Aedilem Curulem factum, Ius ciuile vulgasse, eũmq; cùm ad visendum ægrũ collegam suũ veniret, neque à nobilibus quorũ frequẽtia cubiculum erat completum, sedendi loco reciperetur, sellam Curulem afferri iussisse, & in ea honoris pariter atque cõtemptus sui vindicem consedisse, id quod etiam retulit Liuius 1. deca. lib. 9. ad fi. vbi & ipse tradit, quòd cum se à tribubus ædilẽ nominari se videret, nec eius nomen recipi, ꝙ scriptum faceret, tabulam posuisse, & iurasse se scriptum non facturum. De qua re etiã Pomponius noster in l. 2. §. postea cùm Appius. ff. de orig. iur. hũc quoq; scribam & libertini filium fuisse dicit, & ob id quòd Ius ciuile populo tradidisset, Tribunum plebis, & Senatorem, & Aedilẽ curulẽ factũ fuisse. Ex quibus planè intelligis scribas apud Romanos nõ in magna dignatione fuisse. Quanquã, ne illud omittamus, apud Valeriũ Maximũ li. 4. c. 5. legimus aliquando prætoriis comitiis Cn. Scipionem Africani superioris filiũ, & scribam Cicereium in campum descendisse, Cicereiũmque omnibus sententiis antelatũ fuisse, quod videns Cicereius abiecta cãdida toga competitoris sui suffragatorẽ agere cœpit, vt scilicet Præturam meliùs Africani memoriæ concederet, quàm sibi vendicaret. Ex quibus facilè intelligis scribas apud Romanos non fuisse vetitos Præturam petere. Dionysius libr. 4. Antiquit. & Iulius Capitolinus tradunt scribas rerum gestarum summam complecti.

Amanuenses. *Amanu, ad manum.*

53 ¶Hos Amanuenses esse satis ostendit id quod ex Probo Aemilio adduximus, de quibus Suetonius in Nerone, c. quadragesimoquarto. Quos & à manu vocare possumus, vti etiã vocat idem Suetonius in Iulio Cæsare, c. 74. Qui & ad manũ dicuntur Ciceroni lib. 3. de Oratore, & Aemilio vbi suprà, Græci γραμματεῖς vocant: quo nomine veluti contumelioso Demosthenes subinde vocat Aeschinem, vt hinc intelligas id nomen non semper fuisse honorificum apud Græcos. Festus Pompeius scribit antiquos proprio nomine & librarios & poëtas vocasse. Nunc autem scribas dici librarios, qui rationes publicas scribunt in tabulis. Et hac voce vtitur Cicero lib. 5. Epistolarum ad Rufum epistola 20. incip. Quoquo. & in 7. in Verrem actione. Et hos putarim esse quos nunc vulgari Franciæ vocabulo Secretarios vocamus. De scribis Quæstoriis loquitur Suetonius vbi suprà, & in Domitiano, c. 9. & Plutarchus in Catone. Nunc scribas dicimus graffarios, qui scilicet acta iudiciaria scribunt.

Gynæciarij *Locus codicis.*

54 ¶GYNAECIARIOS inter viles artifices poni certum est ex l. ingenuæ. C. de muril. libr. 11. vbi dicitur ingenuas mulieres quæ se his matrimonio copulant, præferentes splendorem generis vtilitati, vt vulgo scribitur, & vt malo legere, vilitati contuberniorum, conditionẽ mariorum sequi. Qui autem hi sint. videbis apud Alciatum, & Pyrrhum in rub. C. de Murileg. & gynæc. li. 11. & nos quoque diximus in Legibus connubialibus, in l. 10. nu. 17. de huiusmodi. vbi videre poteris.

Monetarij

55 ¶MONETARIOS quoque viles esse satis declarat l. edicimus. C. eodẽ titu. de murileg. li. 11. quę dicit mulieres quæ his nubunt, nobilitatem perdere, atque etiam l. ne quis. C. de dignit. li. 12 vbi hi arcentur à dignitatibus, veluti abiecti. Et hi quidem sunt qui monetam cudunt, vt vox ipsa ostendit, & voluerunt etiam Accursius, & cæteri in l. 1. illo titu. de murileg. & satis ostendit tex. in l. 2. C. quib. ex cau. seru. pro præm. liber. accipiunt. & leg. 1. in princ. C. de fals. mone.

Quanquam

Quanquam Aleiat. in rub. illius tit. de murile. aliter eos ibi accipi contendit, vt ibi videre poteris. De rebellione autem Monetariorum, quicunque hi fuerunt, videbis apud Aurelium Victorem, & Flauium Vopiscum vtrunque in vita Aureliani.

41 ¶ ARENARIOS nemo est qui dubitet sordidissimos ignominiosissimósque esse. Et id certè videre licet ex l. in arenam. C. de inoffi. testa. & l. 1. C. de naturali. lib. & l. humilé. C. de incæst. nupti. Qui autem hi sunt declarat d. l. in arenam, ne longius significationem petamus. vti etiam l. hæ demum. ff. de oper. liber. *Arenarij.*

42 ¶ SERVIENTES, quos vulgò vocamus, nuncios appellare possumus ex Cicerone, in 6. in Verrem actione, & vulgò quoque ita vocamus. Et Apparitores ex eodem Cicerone in quinta in eundem Verrem, & lib. 3. de legibus & D. Hieronymo ad Saluiná. & ex l. Diuus. ff. de ser. fug. & l. si pignora. ff. de euict. Et Viatores ex ipso Cicerone, in Catone maiore, & in oratione in Vatinium, & Liuio lib. 8. ab vrb. condi. Plinio lib. 18. cap. 3. & Iurisconsulto in l. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eor. De his, inquam, nihil dubitandum est quin inter viles numerádi sint, ex Fed. Senen. consi. 119. nulli, col. vlt. Bal. in l. vlt. col. pen. in 8. q. C. de edic. diui Adr. tollen. & in l. si vt proponis, in prin. C. de exec. rei iud. Vt omittam & alia quæ in eam rem faciunt, à me quoque scripta in tract. Retractuum, li. 1. §. 8. gl. 9. in verbo, *deux recors*, nu. 1. & 2. *Seruientes. Nuncij. Apparitores. Viatores.*

43 ¶ VNGVENTARIOS, quos Græci Myropolas, & Myrepsos vocant, inter sordidos ponit Tullius lib. 1. Offic. post alios eius notæ nominatos, Adde, inquit, vnguentarios, & cætera. quã eius verba integra posuimus suprà in Saltatoribus. & Plutarchus in Pericle, post priu. & Firmicus Maternus lib. 4. c. 15. in Venere. Et Plinius Iunior lib. 2. epist. ad Arrianú, ipse præterea accepisse sestertium decem millia fœdissimo quidem tit. nomine vnguentarij, & c. Et alicubi legimus August. exprobratum fuisse proauum habuisse qui tabernam vnguentariá exercuisset. Hos à Lacedæmoniis vrbe pulsos tradit Seneca non admodú ante finé li. 4. Naturalium qu. & Athenæus. Vulgò hos vocamus Apothecarios. Sed vix crediderim illos ita posse vocari. quandoquidé Apotheca, à quo Apothecarij dicútur, iis qui rectè & propriè locuti sunt, cella vinaria dicitur, vt patet ex l. cúm res. §. sed si id, ff. de le. 1. & l. quæsitú. §. sed si fundus, vers. sed si qua. ff. de fund. instr. & l. 1. C. de verb. sign. & ex Columella lib. 1. c. 6. Apothecæ rectè superponátur his locis vnde plerúq; fumus corii exoritur, quoniá vina celerius vetuscescút. Pli. li. 14. c. item 14. Apothecas fuisse, & diffundi solita vina, &c. & iterum eiusdé li. c. 18. Vina in apotheca canis ortu mutantur quædá. Et li. 23. c. 1. Vinú si sit fumo inueteratum, insaluberrimum est. mágones ista in apothecis excogitauere. Quanquá scio & ad alia trahi. Sed quicquid sit, illud scio Apothecariis, quicunq; ij sint, priuatim interdici dignitatibus. l. si cohortalis. C. de cohor. li. 12. quod & ex eo annotat Alcia. in l. merces, la 2. ff. de verb. signi. Pharmacopolas Græci vocát eos, quos nos vulgò Apothecarios vocamus. qui à myropolis, in eo distant, q hi vnguéta, vt diximus, conficiút: illi medicaméta, quod lógè honestius est. Scribit autem Aelianus lib. 5. Variæ Historiæ, Aristotelem Pharmacopolam aliquando fuisse. Theophrastus li. 9. Plantarum c. 19. memorat Aristophilum, Plataicú insignem Pharmacopolam. *Vnguẽtarij Myropolæ.*

44 ¶ ADDE & his vilibus & sordidis artificibus, Pigmentarios, Fusores, Architectos, Figulos ex Ecclesiastico. c. 38. Quáquam quod ad laudem Figulorú nónihil pertinet, Numa Pompilius religiosissimus atque optimus Rex collegium Figulorum instituit, vt tradit Plinius lib. 35. c. 12. vbi & ipse scribit multas gentes oppida & nationes hac arte nobilitatas fuisse, videlicet Samon, Arretiú, Surrentum, Astam, Pollentiam, Saguntú, Pergamú, Tralleas, Mutiná, Rhegium, Cumas, inibiq; alia multa in laudé figulinæ artis cóperies. Et quod Agathocles Siciliæ rex figulo patre natus est, id quod palàm testabatur, vt videre licet ex hoc quod suprà scripsimus c. 4. nu. 8. incipi. & vt de aliis. Et quod denique D. Paulus ad Romanos c. 9. veluti cóparat Deú figulo qui alia vasa effingit ad honorem, alia ad contumeliá: quod & ante illum fecerat Esaias c. 45. & Hieremias c. 18. & quisquis est qui Sapiétiæ librú scripsit c. 15. & repetitur in c. incómutabilis 22. q. 4. Stationarios ex l. ne quis. C. de digni. vbi Accursius, Bar. & alij declarát qui hi sunt: Véditores salis, & olei, & cęparum, ex gl. & Io. Plat. in eadé l. Pellipatios, vt nostri vocant, Pelliones meliùs vocabimus, à concinnendis pellibus, quos vulgò *peletiers*, vocamus ex gl. in §. quod autem, in verbo, mechanicis. in Auth. de nó alie. reb. eccle. Spec. tit. de eler. cóiu. c. r. ver. sed quá dices. Bal. in auth. habita. C. ne fili. pro pat. & Alcia. in tract. pręsump. in 48. præsump. Lenones, ex l. 1. C. de natur. lib. & l. humilem. C. de incœ. nupt. Coriarios. Solearij, soleatú confectores siue sutores. apud Plautum in Aulularia, Linteones qui linteamina texunt conficiendarum vestium causa, apud ipsum Plautú in Lampridiú in Alexádro Seuero. & Seruium in 7. Aeneid. Manulearij manicarum cófectores apud Plautú in eodé loco, & de quibus etiá diximus in ll. Connub. lib. 3. nu. 27. in manicis, Flámearij flammeorum confectores apud ipsum Plautum in eodé loco, & diximus etiam vbi suprà in Flammeo. Plaustrarij Plaustrorú confectores. Vitrarij, aut vt alij legunt, Citrarij, & Palliones, aut vt alij etiá legunt pelliones apud Lampridium in Alexandro Seuero, Vinarij, Lupinarij, Caligarij, apud eundem in eiusdem vita, Braccharij à Bracchis conficiundis apud eundem Alexandrum: Vinarij autem sunt vini venditores, quorú etiam meminit Suetonius in Claudio c. 40. Fullones qui scilicet *Pigmentarij. Architecti Fusores.*

qui ſcilicet curanda poliẽdáque veſtiméta accipiunt,de quibus in l.item quæritur.§.ſi fullo.ff.locat.& l.itaque fullo,in prin.ff.de furt.Ex quo & illud eſt Fauſti Syllę filij apud Macrobiũ lib.2.Satur.c.2.Nam cùm ſoror eius eodẽ tempore duos mœchos haberet,Fuluium fullonis filium,& Pompeium cognomine Maculam: Miror inquit,ſororem meam habere maculam, cùm fullonem habeat. Et quod tamen ad eius artis laudem pertinet,inter eos qui ſub Diocletiano martyrium paſsi ſunt,fuit Anaſtaſius Aquilienſis,qui eam artẽ priùs exercebat.Lanarios,ex Luciano in Fugitiuo,& Iulio Firmico lib.3.c.9.in 7.loco,& iterum c.12.in 6.loco in fi.vbi etiam addit Caligarios.Inſtitores mercium,ex d.l.ſi cohortalis.C.de Cohor.lib.12.Statuarios,& Marmorarios ex Seneca ad Luciliũ.epiſ.88.Cetarios,Lanios,Farctores,Piſcatores ex Tullio lib.1.Officiorum,& prætereà ipſos Lanios ex tex.in cle.1.de vit.& honeſt.cler. qui hos Macellarios, quod tamẽ generalius nomẽ eſt,vocat.De quibus Columella li.3.de re ruſtica & Suetonius in Veſpaſiano c.19.& hos quoque iuriſconſultus Laniones vocat à laniãdis carnibus,in l.cùm de lanionis in prin.ff.de fun.inſt.& inſtr.leg.vulgus noſtrũ *Bouchiers* appellat à boum carnibus quæ frequentius laniant,& vendunt.De taberna autẽ Macellaria, vt de ſordidiſsima loquitur Valerius lib.3.c.4.vbi de Varrone loquitur.Sed & de eodẽ Varrone loquens Liuius 3.decad.li.2.Loco inquit,nõ humili ſolùm,ſed etiam ſordido ortus,patrem lanium fuiſſe ferunt.Ipſos Piſcatores ex Platone ad fin.lib.7.de legibus,Plutarcho, iis eſt,in libro de induſtria animalium,& Firmico,vbi nuper citauimus.Venatores, & aucupes,

Venatores. nam & id opus ſeruorũ erat,qui in ea arte dominis ſeruiebant,ex l.ſeruis vrbanis.§.1.ff.de l.

Piſcatores. 3.vide tamen quæ dicam infrà c.37.nu.138.incipi.Galliæ nobilea,& multis ſeq.Saltuarios,id eſt,ſaltuum,ſyluarum & paſcuorũ cuſtodes,vt interpretatur Valla in Raudẽſem, de quibus in l.ſi ita.ff.de vſu & habit.& in l.cùm quæreretur.ff.de lega.3.& in l.inſtrumenta.ff.de fun.inſtru.& l.quæſitum.§.ſaltuarium,eo.tit.ex Io.Plat.in d.l.ne quis.C.de dignita.lib.12.Tonſores,quos vulgò barbitonſores vocamus,ex Fran.Ripa lib.2.Reſpon.c.16.Allobrogum,col.2.Vnde & Iuuenalis & Martialis ægrè ferunt vitum quempiam tonſorem ad tantas opes perueniſſe,vt opibus certaret cum patriciis, & tandem ad equeſtrem ordinem perueniſſe. Verſus Iuuenalis ij ſunt ex Saty.1.poſt prin.

Patricios omnes opibus cum prouocet vnus,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba ſonabat. Martialis autem ex lib.7.epig.63.
Qui tonſor fueras tota notiſsimus vrbe
Et poſt hac domina munere factus eques. Et cætera quæ ſequuntur.

Adde & Sarcinatores,de quibus in l.fullo.§.fullo,in prin.ff.de furt.& in l.& ancillarum , in prin.ff.de pecul.Hi ſunt,qui teſte Nonio Marcello,pannos ſiue veſtes ex pannis conſuũt. Et cerdones dictos à verbo Græco,κέρδος,quod lucrum dicitur,quos latini Luctiones vocant, de quibus tanquam de vilibus loquitur Iuuenalis Saty. 8.

At vos Troiugena vobis ignoſcitis,& quæ
Turpia cerdoni Voleſos Brutoſque decebunt.

Suetonius in Vitellio c.2.veteramentarios vocat ſcilicet ſutores veterum calceorum.Capſarios qui ſeruanda in balneis mercede veſtimenta ſuſcipiunt,de quibus in l.nam ſalutẽ §.vlt.ff.de offic.præf.vigil.Aliàs autem Capſarij dicuntur,qui puerorum libros portant in l.ſi collectaneus.ff.de manumiſ.vind.& apud Suetonium in Nerone c.36.Scoparios qui ſcilicet pauimenta ſcopis deuerrũt,de quibus in l.inſtruméta.ff.de fund.inſtruc.Lecticarios,qui lecticã deferunt,de quibus in l.ſcire debemus.§.ſtipulationem.ff.de verb.oblig.& in l.legatis ſeruis §.1.& §.2.& l.ſeruis vrbanis.§.ſeruus lecticarus.ff.de lega.3.& l.quæſitum.§.Celſus.ff.de fundo inſtruct.ex quibus patet id munus ſeruorum fuiſſe. Nam & hos in ordinem ſordidorum artificũ collocat Cicero in oratione pro Roſcio Amerino.Molitores,de quibus in d.l.quæſitum eſt.§.Trebatius.ff.de fund.inſtruc.Cellarios,Oſtiarios,Muliones,de quibus in eadem l.§.cellarium & in d.l.ſeruis vrbanis.§.1.ff.de lega.3. Quanquam legimus Veſpaſianum Imperatorem ante imperium adeptum mangonicam artem exercuiſſe,ſed id neceſſaria ſuſtinẽdæ dignitatis cauſa,ob idque vulgo mulio vocabatur,vt in eius vita teſtis eſt Suetonius c.4. Et Ventidium Baſſum antea mulionem,poſtea conſulẽ factũ,& de Parthis triũphaſſe vt & nos ſcripſimus ſupra c.4.nu.10.Opiliones qui non longè ab illis differunt, (hi enim fuerunt ouium cuſtodes,veluti ouilliones)Plautus in Aſinaria,E nam opilio qui paſcit inter alienas oues &c.Et de quibus in l.cùm quæreretur.§.vlt.ff.de leg.3.& in l.fundi.§.vlt. ff. de fun. inſtruc.vbi ouilio appellatur.Ne tamen neſcias Maximum Imperatorem Ro.opilionem fuiſſe vt tradit Herodianus li.6.paulò ante fi.Et Dauid quoque Iudæorum regem vt patet ex 1.Re. c.16.Ciniflones,ſiue cinerarios,de quibus diximus in noſtris ll.Connubialibus l.3. inter ornamenta muliebria, vbi de calamiſtro.Et proxenetas de quibus & nos quoque diximus in noſtris Retractibus tit.1.§.29.gloſſ.4.nu.8.Crepidarios ſutores,de quibus Gellius lib.13.cap.21.authoritate Sempronij Aſcellionis lib.rerum geſtarũ 14.Textores quos inter ſeruos ponit iuriſc.in d.l.ſeruis legatis.§.ſi vnus.ff.de lega.3.Tinctores,ſiue infectores veſtium,quam artẽ nunquam inter liberales fuiſſe ſatis conſtat ex Pli.lib.22.cap.2.& Plutarcho in vita Periclis,

poſt

post princ. Propolæ, qui res minoris emunt. vt postea pluris distrahant, de quibus Plautus in Aulularia quo loco statim citabimus, & Tullius in oratione contra Pisonem, & Lampridius in Commodo. Et alios plerosque quos sigillatim nominat cum nónullis ex his quos iam suprà attigimus. Plautus in Aulularia his verbis,

Stat fullo, Phrygio, Aurifex, Lanarius,
Caupones (aut vt alij legunt) Ciniflones, Patagiarij, Indusiarij,
Flammearij, violarij, carinarij,
Aut manulearij, aut Myrobrecharij,
Propola, Linteones, calceolarij,
Sedentarij, Sutates, Diabathrarij,
Solearij astant: astant Molochinarij,
Petunt Fullones, Sarcinatores petunt:
Strophiarij astant, Semizonarij.
Trecenti constant phylacista in atriis.
Textores, Limbolarij, Arcularij.

Et alios quoque multos, quos latè & speciatim declaratós videbis apud Angelum Politianũ in ea prælectione, cui nomen fecit Panestimeron.

45 ¶ Denique opifices omnes ex Tullio in oratione pro L. Flacco, Mercenarios omnes quorum vt dicit ipse Cicero in d. li. 1. Offic. opera, non quorum artes emuntur. Est enim vt subdit, in illis ipsa merces authoramentum seruitutis. Ideóq; apud Lacedæmonios non erat fas ingenuis discere, aut exercere vlla opificia, sed hæc per Helotas, quod seruorum genus erat, exercebãtur. Quibus è diuerso etiam nefas erat vllam artem liberalẽ discere, vel exercere. Id quod acceperũt ab Aegyptiis, Scythis, Persis, Lydis, qui vt refert Herodotus li. 2. pro ignobilioribus ciuibus eos habebãt, qui artificia discebant. & eorũ liberos. Generosiores autem eos qui à manuariis operibus abstinebant. Quod cùm cæteri, inquit, Græci, tum præcipuè Lacedæmonij didicerunt. Corinthiiq;, vt & idem subdit, minimi fecerũt opifices. Ex iis autem opificibus & manuariis videbis plerosque descriptos à Spec. in d. titul. de cleri. coniuga. & Alciato in d. l. merces, & plenissimè Io. Rebuf. in repe. auth. habita, in verbo, & vilissimis sæpe hominibus. C. ne fil. pro pat. & ex externis Antonio Codro Ser. j. ex quibus accipere poteris; quæ voles.

Opifices. Mercenarij. Et alij multi.

An nobilis per exercitium artium sordidarum præiudicet nobilitati filiorum. CAP. XXXV.

1 SED n quæstionis est, An pater qui per exercitium huiusmodi vilium & sordidarum artium amiserit nobilitatem, suis quoque liberis præiudicet, quò minus gaudeant priuilegio nobilitatis? De qua re ex facto consultus Aymo Crauetta con. 165. videndum est, num. 4. respondit præiudicari, quia cùm pater ipse nobilitatem perdiderit, non eam potest ad posteros trãsmittere: quia nemo dat quod non habet. l. traditio. ff. de acqui. rer. domi. Ideo videmus, inquit quòd hæreditas repudiata trãsmitti non potest. l. 3. in verbo, recusauit. C. de his qui ante aper. tab. Nec potest filius inniti nobilitate aui, & aliorum maiorum, quia persona patris tanquam proxima & immediata inspici debet. l. socium qui in eo. ff. pro socio. & l. penul. ff. de condict. ob turp. can. cum si. Hæc ille.

An pater per exercitiũ sordidarum artiũ præiudicet nobilitati filiorum.

2 ¶ Cui adde text. in l. diuo Marco. C. de quæst. vbi priuilegium eius leg. transit ad pronepotes, nisi is qui priori gradu est, vitæ turpitudine inspersus sit. nam tunc nec ipse, nec sequentes eo priuilegio potientur, tanquam scilicet patris dedecus & impedimentum obsit liberis ipsius. Ideo Io. Fab. ibi, ex eo not. liberos eius qui nobilitatem perdidit per infamiam, non censeri nobiles, de quo nos diximus in tractatu præcedenti de nobilitate, c. 24. nu. 4. amplia. Cui adde quæ & nos diximus in præceden. ca. nu. vlt. Aegyptios Scythas, Persas, Lydos eos pro ignobilibus habuisse, qui artificia discebant, & eorum liberos.

3 ¶ Verùm Pet. Anc. in c. j. de natis ex lib. vent. vbi hanc quæstionem nuncupatim adscripsit an scilicet si pater sit priuatus nobilitate, id obsit filiis, an verò ex persona aui se nobiles dicere possint. Aut quæris, inquit, verũ filius nepos quo ad auum vti possit priuilegio vel dignitate ex persona aui, maxime in his quæ à genere procedunt. l. 1. ff. de interd. & rel. secundo casu, nó, le. 1. §. si quis. ff. vnde cog. si verò quæris an ex persona patris sui hæc posset, tunc aut filius est cóceptus ante maculam patris, & non nocet. l. emancipatum. ff. de Senat. Aut pòst, & tunc ei nocet. d. l. diuo Marco. Quod est verum, vt subiungit quantùm ad id vt non possit vti priuilegio ex persona patris, sed aui poterit. Et ita distinguit Bar. in l. si quis. ff. de Senat. Et hæc dicit facere ad no. in l. diuus, & ibi gl. ff. de iure patro. Quibus adde quantum ad distinctionem natiuitatis, ante vel post maculam patris quæ dixi suprà c. 15. nu. 7. incip extende tertiò, & seq. & quæ dicam in tractatu Primigeniorum in 31. q. per totum.

4 ¶ Et ego certé si quis primus sibi nobilitatẽ quæsiuerit, & postea amiserit, crederem & posteros quoque amittere. At si non eam quæsiuit, sed accepit à genere, non facile irem in eam sententiam, vt liberis præiudicet, ob id quod scribitur in l. eum qui, quæ est tertia. ff. de interd. & releg.

Quid si pater nobilitate accepit à genere.

releg. Cuius verba quoniam in id sunt optima & elegantissima, subiiciam, Eum qui ciuitaté amisit, nihil aliud iuris adimere liberis, nisi quod ab ipso peruenturum esset ad eos, si intestatus in ciuitate moreretur, hoc est, hæreditaté eius, & libertos: & si quid aliud in hoc genere reperiri potest. Quæ verò non à patre, sed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. Itaq; & fratres fratribus fore legitimos hæredes: & agnatorũ tutelas & hæreditates habituros: nõ enim hæc patré, sed maiores eius eis dedisse. Et eius l. ar. & aliis quoq; rationibus dicit Bal. in auth. si quas ruinas, col. 2. & seq. C. de sac. eccl. tenuit, filiũ posse retinere emphyteusim quæ ex genere est, & repudiare hæreditaté patris. Et per eã scribit Alb. in proœ. ff. §. discipuli, co. 2. nõ posse partẽ priuare filiũ regno, cùm id habeat à genere, de quo nos latiùs dicemus in tract. Primigeniorũ. Quod & tu cõfirmare poteris ex his quę diximus in tract. Retractuum, tit. 1. §. 11. gl. 6. in verbo, *S'il est plus proche*. nu. 25. & §. 32. gl. 1. nu. 2.

Quid si princeps eam illi & suis liberis concesserit.

5 ¶ Sed & si princeps nobilitaté cuipiã & suis liberis concesserit, nõ putaré ipsum patrem posse præiudicare nobilitati liberorũ, quã ab eo non habent, sed à principis liberalitate & prouisione: vt & dicimus de emphyteusi, aut feudo concesso cuipiam & suis filiis, neq; enim potest pater illi renũciare in præiudiciũ filiorũ, quibus id dominus cõcessit, ex senté ia Dyn. Ray. Salic. Flo. Raph. Com. Pau. Cast. Imo. Alex. & recẽtiorũ in l. apud Iulianum §. si quis alicui. ff. de le. 1. De quo & tu latissimè videbis per Ias. in l. vlti. in vlt. qu. C. de iure emphy. Ex quo intelliges id hauddubie procedere, cùm id quæsitum est mero concedentis beneficio & liberalitate, vti etiam voluit Bal. in l. 1. ad fi. C. per quas perso. nobis acquir.

6 ¶ Nam & id quoque retinent filij repudiata patris hæreditate, vt voluerũt Iac. But. in lege, si non sortem. §. libertus. ff. de condic. indeb. Bar. in lege, vt iurisiurandi. § 1. post prin. ff. de ope. lib. Salyce. in l. 2. col. 7. vers. quæro. 18. C. de iure emphy. cũ concord. ibi adductis à Iasone, col. 62. versi. tertiò quærit, quos ibi videre poteris, ne hic diutiùs immorer. Nec etiam aliter fieri potest vt res nõ veniat ad filios, quibus ita prouisum est. vt videre etiam licet ex Pau. Cast. con. 164. in præsenti causa, col. 6. versi. sed nos loquimur, li. 2. & Philip. Deci. con. 468. superiori anno, col. pen. versi. & ad confirmationem, & consi. 498. viso casu, col. 3. versi. eiusdem initij. Solent tamen in hoc regno filij horum qui nobilitatem ob artes sordidas perdiderunt, restitutionem à principe impetrare, ne id sibi fraudi sit. Sed tamen interim vide quæ dicam infrà in tractatu Primigeniorum, in 23. qu. nu. 18. & 2. seq.

An furore amittatur nobilitas. CAP. XXXVI.

1 ILLVD denique quæsierim, An furor superueniens tollat nobilitatem? Qua in re breuiter dicendum putamus non tollere, secuti sententiam Bar. id expressim tenentis in le. 1. col. 5. ver. sciendũ est ergo. C. de dign. & Lauren. Calca. qui illam nuncupatim refert & sequitur con. 8. cuius c. est, in causa pendente corã reuerẽdissimo, col. 7. vers. & ex supradictis, & vtrq; per tex. in lege cœcus, & l. cũ furiosus. ff. de iud. Quibus adde quæ diximus suprà c. 6. nu. 34. ex quibus etiã, vbi tractaui, an princeps possit nobilitare furiosos: & iterum c. 15. nu. 4. exiẽde vbi etiã tractaui, an nobilitas parentum descẽdat in filios furiosos, & quæ itẽ dicemus infra in tracta. Primigeniorum, in 23. quæst. qua differemus an furiosus succedat in iure primogenituræ, neque enim hic diutiùs immorandum ducimus in re minimè ambigua.

Miscellanea ac confusanea quædam, atque etiam prætermissa. CAPUT XXXVII.

1 ET quanquam non pauca diximus in superioribus capitibus: fieri tamen non potest, quin alia multa prætermissa sint. Ex quibus nonnulla, atque alia quoq; quæ nõ rectè, neque appositè collocari sub illis potuissent, sub hoc caput subiicere constituimus. Cui ob id hunc titulum præfixi Miscellanea, confusanea, prætermissa. Et cum hoc titulo finem huic priori parti nostri operis faciemus.

Sententia lata in causa nobilitatis facit ius inter omnes.

2 ¶ SENTENTIA Lata in causa nobilitatis, qua videlicet quis est declaratus nobilis vel ignobilis, facit ius inter alias personas, tanquam lata in causa status, vt sing. dicit Ioan. Fab. in §. præiudiciales, col. vlt. versi. sed quid in causa nobilitatis, Inst. de actio. Nã sentẽtia lata super statu vel conditione personæ pro veritate habetur, & facit ius vbique & inter omnes absentes, & non vocatos, per l. ingenuum. ff. de stat. homi. quã quidé generaliter in omni casu, vbi est quæstio de statu vel iure cohærente personæ intelligunt Cy. Bal. & Angel. ibi, idé. Bald. & Saly. in l. 2. C. quib. res iud. non noc. Auro. & Panot. in c. pe. de re iud. Pet. Ane. consi. 336. cuius hoc caput est, prætermitto quòd sententia, post princip. vbi in hoc multa congerit. Imo. in l. sæpè, quę est pen. & ibi Alex. qui affert concord. col. 15. versi. quod est verum, & iterum col. 17. versi. aliam fallentiã assignauit, rursũmque col. 19. vers. iuxta hoc quæro. ff. de re iud. Quibus & tu adde quę nos diximus supra c. 17. num. 3. & pro hoc.

Nisi detegatur collusio.

3 ¶ Sed hoc tamen multis modis intelligendum. Primo vt procedat, nisi detegeretur collusio eorum inter quos huiusmodi sentẽtia lata est. Nam tunc ea nihil obesset cęteris nõ vocatis, quin possent rem ex integro defendere, per l. j. ff. de iure aure. annu. & l. j. & 2. fermè per totũ

ff. de

ff.de collus.de teg.& l.j.C.eo.tit.& l.3. ff.de præuar.& l.si perlusorio.ff.de appel. & l. quod & lex.§.pe.ff.de lib.hom.exhi.& l.eum qui.§.in popularib.ff.de iureiur.& voluit gl.in d. l. 2. & ibi Bal.post Bu.col.2.vers.quarto.secundum Bu.& Sal.in 5.oppo.C.quibus res iud. non noc.

4 ¶Secundo intellige procedere, si sententia fuerit lata cum iusto & legitimo contradictore, alias perinde erit inefficax, atque si nulla res iudicata extitisset.l.cum non iusto.ff.de collu.det. & l.qui repudiantis.ff.de inoffi.test.gl.in l.j.ff.si libert.ing.esse dicat. quæ secundum hoc intelligit eum tex.& l.patronum,eo.tit. Et voluit etiam Inn.in c.causam, le 2.col.1.in fi.qui fil.sunt leg.Bar.in d.l.ingenuũ.ff.de stat.hom.& in l.j.col.2.vers.op.sententia.C.quorum bon. Bal.& Salyce. in d.l.2. C. quib. res iud.non no.& Pan.in d.c.pe.col.9.ver.sextus.casus,de re iud.

Si fuerit lata cum legitimo cõtra dictore.

5 ¶Intelligo autem iustum contradictorem, ne tu lector in hoc decipiaris, eum cuius primo ac principaliter interest, vt declarat gl.in d.l.cum non iusto,& apertius Bal.& Salyc.in d.l.2. C. quib.res iud.non no.idem Bal.in c.quamuis,col.2.vers.deinde scias,extra de sent. & re iudic. Ant.in d.c.causam,le 2.extra qui filij sunt legit.Imo & Alex.in d.l.pen.ff. de re iud.

Quis iustus cõtra dictor.

6 ¶Sed quod tamen ita procedit, vt sufficiat, quod quis veniat tanquam ille, cuius principaliter interest, licet vere is non sit, per l.j.§.si quis ex his.ff.de lib.agn.secundum Ant.in d.c. causam,& Alex.in d.l.pe.col.18.vers.& sufficit in prædictis, qui tamen hoc intelligit, quando ille qui litigauit, tanquã ille cuius principaliter interest, obtinuit: secus si succubuit, quia nõ esset æquũ quod alteri cuius vere principaliter interest, qui tamen nõ fuit in iudicio, ea sentẽtia noceat obtenta cõtra nõ iustũ contradictorẽ.per no.per Inn.& Io.And.in c.in nostra, de procu.

Quid si cuius principaliter interfit, sed talem se dicit.

7 ¶ 3. Intellige vt ea sententia faciat ius inter omnes quorum non æque principaliter interest: non autem inter eos qui habent ius æque principale, secundum Iac. Ray.& Cyn. in d.l. ingenuum, Bal.in d.l.2.col.2.vers.sententia lata.C.quib.res iud.non nocet, Ant.in d.c. causam, & in d.c.pe.& ibi quoque Imo.& Fel.de re iud.eundem Imo.in d.l.pe.& ibi Alex.col.17.vers.putat tamen.ff.eo.Ita quoque intelligentes d. l.j.& d.l.pe.& ibi Alex.col.17.ver.putat tamen. ff. eo.Ita quoque intelligentes d.l.j.& d.l.patronum.ff. si liber.ing. esse dic. Et hoc generale est, quod vbi sententia facit ius, quod ad alios, non nocet tamen habenti ius æquè principale, per l.cum duob. C.de inof. test.iunct.l.Papinianus.§.si ex causa.ff.eo. tit. Quod vt facilius in nostro casu intelligas, hoc tibi lector exemplum proposuimus. Ex tribus fratribus duo litigant, videlicet primogenitus, qui prætendit duas partes hæreditatis paternæ, ex nostra consuetudine Pictonum, quæ inter nobiles defert duas partes primogenitis. Et secundus frater, qui dicit patrem eorum communem fuisse ignobilem, & quod propterea debet æqualiter succedere. Tandem primogenitus obtinuit sententiam, qua pater & ipse fuerunt nobiles pronunciati, fuerúntque ipsi primogenito adiudicatæ duæ partes. Postea autem tertius frater qui nõ erat in illa lite prima, vult æqualiter succedere, tanquam inter ignobiles. Certe illi non obestit prima sententia lata contra fratrẽ, cũ eius æquè intersit, ac illius secundo geniti, qui victus est.

Quid si aliorum æque principaliter intersit.

8 ¶ 4. Intellige non procedere, quando huiusmodi sententia esset lata contra aliquem, cuius priuatim tantum interest, vt in casu quem in præcedenti limitatione posuimus. Nam ea sententia non præiudicabit aliis prætendentibus interesse publice, cum hic mutetur finis, vt voluit sub dubio Ant.in d.c.pe.col.item pe.vers.quintus casus, extra de re iud. per l. cũ quæritur, cum duabus ll.seq.ff.de excep.rei iud. verbi gratia, Sis is qui similem sententiam, cuiusmodi in iam dicto exemplo dicimus, qua scilicet fuit declaratus filius nobilis, obtinuit: vult promoueri ad quosdam honores nobilibus solum permissos ex consuetudine, vel statuto. Et aliquis contra eũ opponit, quòd est filius patris ignobilis,& ipse quoq; propterea ignobilis. Nihil ei obstabit illa sentẽtia lata respectu interesse priuati. At si nũc in hac postrema causa pronũciaretur nobilis, ea sentẽtia faceret ius cõtra omnes, qui in simili causa vellent illũ dicere ignobilẽ, per tex.in ratione sui, in l.eũ qui.§.in popularib.ff.de iureiur.& in l.si cui.§.isdẽ.ff.de accu.

Quid si partis priuatim tantũ interest.

9 ¶Tamen contra hanc limitationem tenuit ipsemet Antonius, sibi contrarius, in d.c.causam, le 2. ad fi.extra qui filij sunt legit.cum dicit, quod si quis fuerit cum iusto cõtradictore, cuius scilicet, vt suprà diximus, principaliter interest, pronuntiatus filius legitimus: hæc sententia non nocebit aliis eius cognationis volentibus (hoc repulso) succedere, & quorum propterea æque principaliter interest. Tamen aliis & etiam istis, qui hoc tantum agerent, vt ille tanquam spurius repelleretur ab honoribus secundum l.generaliter.§.spurios. ff. de Decur. obstaret ea sententia. Sed & illam quoque limitationem nuncupatim reprehendit Alex. in d. l. pe.col.16.vers.addit Do.Ant.ff.de re iud.tanquam nimis violentam, vt ipse dicit, cum d.l.ingenuum, loquatur indistincte, nec debet ex eo restringi, quod mutatur finis, vt dicebat Ant. per d.l.cum quæritur: quia sola mutatio finis non facit quod sententia lata in vno iudicio ad vnum finem agitato non noceat in alio iudicio ad alium finem agitato.

10 ¶Quin videmus quod sententia absolutoria in causa ciuili, in qua agitur de priuato tantum interesse, nocet in criminali, in quo versatur publicum interesse per l.præses,& ibi glo. C.ad leg.Fan.de plag.& voluit Dy.in c.nullus plurib.de reg.iur.li.6.& Cy.in l.j.C.quãdo ciui.act. cri.præiu.& Bar.in l.2.§.1.ff.vi bon.rapt. Can.in c.de his, de accus. Et bene faciũt no. per Bar. in l.qui Romæ.§.duo fratres, in 5.oppo.ff.de verb.oblig. dum alleg.l.j.cum gl. C.de ord.iud.

Quid si de statu persona incidenter tãtum sit actum.

11 ¶ Quioto intellige procedere, dummodo fuerit principaliter actum super statu, & non incidenter. & plene fuit discussum, vt voluerunt Iac. Bu. Bal. Sal. & Flor. in d. l. 2. C. quib. res iud. non no. Ang. Are. in d. §. præiudiciales, col. 4. vers. in ea gl. ibi, ingenuum, Instit. de act.

Quid si cõtra absentẽ lata sit.

12 ¶ Sexto intellige vt procedat si contra præsentem lata sit: secus si cootra abseotem & contumacem, quia tunc magis censeretur fuisse lata sententia ex cõtumacia illius, quàm quod habuisset malam causam. ideo cæteris non obesset, vt voluit Bal. in d. l. 2. col. 2. ver. quero, secuodum Bu. ibi, secundum est necessariũ, & ibi quoque Sal. in 11. opp. C. quib. res iud. non no. per l. qui repudiantis. §. com contra. qui est j. ff. de inof. test. Id que generale est ac perpetuum in omnibus sententiis quæ aliis nocent, vt probat d. §. cũ contra. iuncta gl. & ibi Bar. & l. si ideo. ff. de euict. & l. vlt. in prin. & ibi gl. in verbo, cominimus. C. de legib. & l. præses, & ibi gl. in verbo præscriptiooe. C. de pig. & c. vlt. de empt. & vend. & Bar. in l. sæpe, col. 1. in vlt. oppo. ff. de re iud. vbi & alia iura allegat, & Panor. in c. in causis, ad vlt vers. sed ego vltra. extra eo. tit. & Roma cons. 329. præsens consultatio col. 3. vers. est omnis iuris regula. Sed id tamen quomodo intelligi debeat, vide Bar. in l. si superatus. ff. de pign. & Panor. in d. c. in causis.

Quid si cõtra consentientem.

13 ¶ Septimo intellige vt etiam procedat, si lata est sententia aduersus iouitum, vt iudicium reddi solet in inuitum ioribus vulgatis. Secus si aduersus volentem & consentientem, siue liti spoote renunciantem. tunc enim minime oocceret cæteris, per l. si te. C. de ingeno. manu. Et facit. l. diui fratres. §. 1. ibi nec enim peouria. ff. de lib. cau. Et voluit expresse Bal. qui dicit notandũ in d. l. 2. col. 3. ver. quæro ounquid, & ibi quoq; Sal. paulo ante fi. C. quib. res iud. nõ no.

An & huiusmodi sententia etiam aliis prosit.

14 ¶ Nec tantum senteotia in causa nobilitatis lata nocet aliis nõ vocatis, sed & prodest quoque aliis, verbi gratia, Per senteotiã fuit proounciatũ aliquẽ esse nobilẽ, tanquã ex genere nobili. Certe huiusmodi seotentia prodest cæteris fratribus ex eodẽ patre oatis, vt expressim voluit Matth. Afflic. in const. Siciliæ inci. prosequẽtes, col. 6. ver. 7. quæro, ibi, etsi per sentẽtiã, per id ꝙ voluit An. io §. ad hoc, io fi. per illũ tex. in aut. vt liceat ma. & au. Quod si sint plures fratres ex eod. patre, quorũ vous fuerit per sentẽtiã pronũciatus ciuis Perusinus, intelligũtur quoq; & cæteri fratres pronũciati ciues Perusini, & faciet huiusmodi seotẽtia fidẽ pro eis. Et generaliter ꝙ sentẽtia lata io causa status vt nocet, ita prodest aliis, expresse voluit P. An. in d. cõ. 336.

An statuẽtes pro bono publico possint imponere pœnam nobilibus brigã faciẽtibus.

15 ¶ Habẽtes potestatẽ statuẽdi pro bono publico, possunt statuere vt nobiles faciẽtes brigã, vt nostri loquũtur, id est, seditiosi, factiosi, tali pœna puniãtur, vt voluit Imo. in l. 1. & ibi quoque Alex. col. pe. ver. iuxta hæc incidẽter tãgit. & Mãtua Bonauitus col. antepe. ver. sumpta prætera occasione. ff. sol. ma. ar. eius quod voluit Bar. in l. ambitiosa, in 3. reg. ff. de decr. ab ord. fac. videlicet ob publicas seditiones vitãdas, ar. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. & l. ad rẽ nobilẽ. ff. de proc.

Nobiles possunt esse tutores ignobilium & ẽ diuerso.

16 ¶ Nobiles possuot esse tutores ignobilium, & ẽ diuerso ignobiles nobilium. Id enim magna authoritate coofirmat is quem non immerito antistitem nostrorum interpretum vocare possumus (iam ex hoc tit. intelligis esse Bar.) in l. & qui nõ sunt. ff. de tut. & cur. dat. ab his, per eam. l. qua scribitur, eos qui non sunt Consiliarij vel Senatores, Consiliariorum vel Senatorum filiis autores dari posse, sicuti & Consiliarios & Senatores his qui non suot ex Consiliariis vel Senatoribus. Cui concordat l. spadonem §. scire oportet. ff. de excus. tut.

Sed an ad id possunt cogi nobiles.

17 ¶ Sed quæstionis est, an nobilis cogi possit assumere tutelam ignobilis. Et sane Nic. Neap. & Bal. post Iac. Are. in l. j. in prin. ff. de excu. tut. no. ex eo tex. quod nobiles interdum assumun vel inuiti ad ignobilium obsequia, videlicet ob aliarum personarum penuriam. Nam io illo tex. in vers. libertinus, scribitur ingeouum ad suscipiendam tutelam liberti noo cogendum, oisi ob aliorum peouriam: vti ẽ diuerso, inquiunt, ignobiles & infames ad dignitates & obsequia nobilium assumuntur, si aliorum sit peouria. l. generaliter. §. spurios. ff. de Decurio. & l. bonor. §. vlt. ff. de muneri. & honori. Et hos sequitur D. Benedic. in repe. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 666. in fi. de testa.

Matrimonium nobilium an requirat instrumẽtũ.

18 ¶ Matrimonium oobilium ooo potest probari, nisi per instrumẽtum, vt post Pet. voluit Bal. qui tameo nihil allegat, in l. si qua per calumoiam, in fi. C. de epi. & cler. & sequitur Hippo. Marsil. qui & ad hoc nihil quoque allegat, in repe. rub. C. de prob. col. 7. Ad quod bene facit tex. io §. illud quoque melius, in Aoth. qui. mo. nat. effi. leg. per quem hoc idem voluit Matt. Afflict. in const. Siciliæ inci. sancimus, io 1. notab. Facit etiam oonoibil tex. in §. si quis autem, io Auth. vt lib. de cætero. Nota tamen quod illi tex. loquuntur in casibus in quibus est suspicio fraudis & simulatioois ipsius matrimonij, ad quam quidem suspicionem tollendam statutum est, coofici instrumentum. sed alias nulla lex est quæ id sanciat. Nisi forte ad id faciat l. 1. §. sed & si quis, ibi, & maxime in personas oobi[illegible] fieri solet. C. de Lat. lib. tol. Ex quo not. Bal. quod inter nobiles consueuerunt interuenire inst[illegible]menta dotalia.

19 ¶ Sed & hoc confirmat tex. in auth. maxime. C. de nupt. & io §. quia vero legem, le. j. in auth. vt lic. mat. & auiæ, vbi maximis dignitatibus decorati vsque ad illustres non possunt contrahere matrimonium sine instrumentis dotalibus. Et in hanc sententiam Bal. in c. ex parte, ante finem, extra de consuet. quærit vtrum valeat statutum, quod matrimonium contractum in feruore amoris carnalis non valeat, nisi ioteruenaiaot instrumenta dotalia: & dicit primũ videri valere, præcipue quando oobilis contrahit cum ignobili. Subdit tamen Arch. negare huiusmodi

iusmodi statutú valere, in c. Osius. 56. di. Sed tu hic omnino vide Ang. Are. in §. vlt. col. 2. ver. in gl. instrumétis, Insti. de nupt. & Fran. Pur. in l. 1. col. 19. nu. 146. ff. de offi. eius cui ma. est iurisd.

20 ¶ Simplicitaté nobiliú esse propriá, ac peculiaré videri voluit Ouid. cú lib. 2. Fastorú de Fabiis loquens Romanorum antiquorú nobilissimis, hæc scribit quæ nos alibi ad aliud retulimus,

Quo ruitis generosa domus? male creditis hosti:
Simplex nobilitas perfida tela caue.

Et in libro de Ponto ad Fabium Maximum,

Conueniens animo genus est tibi, nobile namque
Pectus, & Herculeæ simplicitatis habes.

Sed nescio quonam pacto huiuscemodi simplicitas à nostris nobilibus huiusce tempestatis tam procul abiit. Nihil enim hodie minus sunt quàm simplices: sed eam simplicitatem alioqui sibi natiuam & genuinam verterunt in ascititiam nescio quam calliditatem, asperitatem, superbiam, vt alibi diximus.

Simplicitas nobilitatis propria.

21 ¶ Raram nobilitatem vocat Macrob. lib. 7. Satur. c. 1. nec id quidem immerito: cum eæ res ex quibus nobilitas præcipua producitur, virtus scilicet, scientia, ars militaris, diuitiæ, & alia id genus, de quibus suprà diximus, rara sint admodum, & in paucis conspiciantur, vt nec abs re quoque Cleopatra apud Luc. lib. 8. veluti dubitare videatur, sit'ne aliqua nobilitas, hæc dicés,

—Si qua est, ò maxime Cæsar,
Nobilitas.

Sed proh hominum fidem, videmus hodie tot passim homines, qui se nobiles supercilìose dicunt, profitentur, agunt, vt veluti apum aut formicarum examina, illos refertim congestos conspicias: cum nihil minus sint quàm nobiles: nec aliis verbis, gestis, actisque nobilitatem præ se ferant, quàm quod fidem gentilis hominis vbique testantur, superbos se & minitabundos in inopes, rusticos, humiles exhibent, D.O.M. & Diuos execrabiliter blasphemant. Plusquam Panicis terroribus omnia complent: debiles, & infirmos atque etiam mulieres, si quippiam illis quantumuis modeste denegent, verberibus & colaphis cædút, in eósque plusquam viros se præstant, cum in hostes aut alios paulo animosiores, & se ad defensionem præparantes minus sint quàm fœminæ: scilicet crocodilos ad amussim imitantes, id est, terribiles in fugaces: fugaces contra insequentes, vt scribit Plin. lib. 8. c. 25. Et vt denique finiam, Leones in pace, in prælio cerui, iuxta Prouerbium Tertulliani in lib. de corona militis, statim post prin. Sed hæc dicta sint non pro veris nobilibus ab huiusmodi moribus longe alienis, qui profecto rari sunt: sed pro iis qui tales cum non sint, haberi tamen & videri volunt, qui certe innumeri sunt, ita vt si eos inter nobiles annumeres, Macrobium mendacem efficient, qui raram nobilitatem appellauit, ea enim contra erit frequentissima & numerosissima, & de qua poteris illud Horatianum merito dicere,

Nos numeri sumus, & fruges consumere nati.

Rara nobilitas.

22 ¶ Hic autem tantus est numerus eorum qui se nobiles profitentur nobilitatem ipsam quæ alioquin admirabilis & maxime suspicienda colendáque esset, cótemptibilem aspernabilémque facit, ac vilem quoque efficit: nam raritas res omnes commendat, frequétia & numerus contra. quod plane intellexit Arist. lib. 3. Rhetoricorum ad Theodectem καὶ τὸ σπάνιον τίμιον τοῦ ἀφθόνου, οἷον χρυσὸς σιδήρου ἀχρηστότερος ὤν· μεῖζον γὰρ ἡ κτῆσις διὰ τὸ χαλεπωτέραν εἶναι. Cicero in lib. de amicitia. Et quidem omnia præclara rara. Notum quoque est illud Iuuenalis satyr. 11.

—Voluptates commendat rarior vsus.

Vnde scribitur in c. si officia. in fi. 93. dist. rarum est omne quod magnum est. & in c. legimus 93. di. omne quod rarum est plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere preciosius est. Diacones paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. quæ sunt verba Hieronymi ad Euagrium. Qui & ipse in Vigilantium scribit, ardentius appeti quicquid est rarius. Et facit c. quamuis. in prin. de pœn. di. 3. & diximus plenius in nostris Legibus Connubialibus in 15. lege nu. 69. inci. nec hoc incommodum. Ex quo intelligis falsos istos nobiles numerosissimos, nobilitatis verum titulum dedecorare, vilémque & contemptibilem efficere.

23 ¶ Homines præsertim nobiles & in dignitate constituti anxij sunt admodum & solliciti, ne principalis eorum domus extra suam familiam alienetur, vt patet ex l. pater §. Iulius: aut vt alij legunt, Iulianus Agrippa. ff. de leg. 3. quæ loquitur de Primipilari quopiam, qui vetuit domum suam maiorem alienari: tanquam de cæteris non adeo curaret. Et id quidem præbet quoddam argumentum ad statuta & consuetudines, quæ relinquunt primogenitis domum principalé suæ successionis personarú nobilium. Cuiusmodi sunt in multis partibus Fráciæ.

Nobiles cupiút suam principalé domú manere in familia.

24 ¶ Populi appellatione non tantum ignobiles, sed & nobiles quoque comprehendútur. Plebs autem ignobiles tantum vtrunque enim probatur ex. §. plebs. Instit. de iure nat. gen. & ciuicuius verba postea subiiciemus. Et de priori quoque probatur in c. lex est, vbi & id no. Domi. 2. di. & voluit etiam Archi. in c. fundamenta, de elec. lib. 6. & in c. quamuis, de preb. eo. lib. 6. Ray. in c. omnes populi, col. 1. ff. de iustitia & iure. & in l. 1. §. quies. ff. de offic. Præfec. vrb. Ex quo illud est quod appellatione populi cóprehenduntur Senatores, vt scribit Inn. in c. sedes, in verbo, minores, in fi. de rescrip. & Lucas Pe. in l. Senatorum, post prin. C. de dig. lib. 12. Tametsi Senatores nobiles sunt, vt late diximus suprà c. 6. nu. 20. præterea princeps

Populi appellatione veniunt nobiles.

25 ¶ Et id quoque satis patet ex eo quod scribit Plin.lib. 22.c.3. Corona quidem nulla fuit graminea nobilior in maiestate populi terrarum principis. Nam ibi de populo Rom. loquitur, quem dicit fuisse terrarum principem. Virg.lib.1. Aeneidos de eodem loquens ita infit,

Hunc populum late regem, belloque superbum
Venturum excidio Lybiae. Sicque rector populorum dicitur, quisquis est caput totius populi, in quo omnes continentur & nobiles & ignobiles, Ouid.lib.7.Meta.

Dicta refert rector populorum talia centum.

Quae est imitatio Homeri, qui saepissime Agamemnonem vocat ποιμένα λαῶν, id est, pastorem populorum, in qua appellatione & caeteri Reges continebantur. Differentiam quoque hanc esse inter populum & plebem aperte significat Liuius, 1.dec.lib. 2. Consul Appius negare ius esse tribuno in quenquam, nisi in plebeiũ: non etiam populi, sed plebis eum magistratũ esse.

Popularis qui dicatur.

26 ¶ Quanquam popularis pro vili, humili, & abiecto nonnunquam accipiatur. nam Donatus ita eam dictionem interpretatur in enarratione illius loci Terentiani, in Phormione, Amicus summus meus & popularis Geta. In qua etiam significatione ponitur in illo loco Plauti à me alibi ad aliud relato,

Praestat diuitem esse ac popularem, quàm nobilem & mendicum.

Illic enim popularis ignobili opponitur. vti etiam apud Ciceronem in 7. in Verrem actione, Homines populares, aut nobiles, supplicio aut exilio leuarentur. Nam & illic supplicium refert ad populares, id est, ignobiles: & exilium ad nobiles, quia plerunque ex quo crimine supplicio plectuntur ignobiles, ex eodem nobiles exilio tantum mulctantur, vt ex his patet quae diximus suprà.c.20.nu.140.nobiles vt & alij, & seq. Idem autem Cicero in oratione de Aruspicum responsis. P. Clodius est factus repente popularis, id est, plebeius. Nam vt alibi diximus ipse Clodius, vt Tribunus plebis fieret, qui magistratus non nisi plebeis tribuebatur, in adoptionem se dedit patri plebeio, & ita factus est popularis. Et dicit Bar.in d.l.j.col. 10. vers. sed hic potest dubitari, & col.seq.ver.ex istis manifeste.C.de dign.lib.12.ex communi vsu loquendi, appellatione populi plebeios & ignobiles tantum cõtineri. Et postremo loco subdit, Nam nostris legibus id nomen popularis interdum accipi, prout à nobili distinguitur. vt in l.capitalium.§.solent.ff.de poenis, & l.si constat. ff.de app. quae leges loquuntur de acclamationibus & vocibus popularium. quod tamen non solum de plebeis, sed & de caeteris quoque intelligi potest. Illud autem certum, quod si ita ferat vsus communis loquendi. vt hae dictiones populi & popularis de plebeis tantum intelligantur, is omnino sequendus est, vt dicit Raym.in d.l.omnes populi. Sed & illud scio, aliter populares accipi à Nannio Alcmariano Miscellaneorum lib.2.de quo & tu vide Cataneum in Plinij Epistolas lib.1.epi.2.Beroaldum in Apuleium lib.7.in prin.& eos quidem omnes ex optimis authoribus.

Plebis appellatione nobiles non contineri.

27 ¶ Quod autem attinet ad plebis appellationem, haud dubie non in ea continentur nobiles vt diximus, & probat tex.in d.c.lex est, iuncta glo.2.dist.nam tex.ibi ita loquitur, maiores natu cum plebibus. gl.autem exponit maiores nobilitate, antiquitate, dignitate, sciẽtia. Et id quoque voluit Bar.in d.l.j.col.2.vers.2.quaero.C.de dig.lib.12.& Bal.in l.cum seruus, col.2.C.de cõdict.cau.data.& vterque per tex.in d.§.plebs. Cuius haec verba sunt, Plebs à populo differt, quod species à genere. Nam appellatione populi vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam Patriciis & Senatoribus: plebis autem appellatione, sine Patriciis & Senatoribus caeteri ciues significantur. Quibus conciuit quod Capito apud Aulum Gellium lib.10.c.20. Plebem seorsum à populo diuisit, quoniam in populo omnis pars ciuitatis, omnesque eius ordines continentur. Plebs vero ea dicitur, in qua gentes ciuium Patriciae non insunt. Ex quo etiam illud Lampridij in vita Commodi. Quos aeque ex plebe ac nobilitate collegerat.

28 ¶ Hinc illud Horatij in Epistolis,

Si quadringentis sex septem millia desunt,
Plebs eris. Illúdque Statij lib.Syluarum 3. Sylua 2. alibi ad aliud citatum,

Non te series inhonora parentum.
Obscurum proauis, & priscae lucis egentem,
Plebeia de stirpe tulit. Et Martialis lib.5.epig.28.in fictum quendam equitem,

Ingenium studiúmque tibi, moresque, genúsque
Sunt equitis, fateor: caetera plebis habes.

Et illud quoque Ouidij in epistola Paridis ad Helenam,

Forma vigórque animi, quamuis de plebe videbar,
Iudicium tecta nobilitatis erat.

Illic enim vides plebem nobilitati opponi. Illúdque eiusdem in Ibim,

Vos quoque plebs superum Fauni, Satyrique, Laresque.

Ita enim vocat infimos illos & ignobiles superos, tanquam scilicet vt inter homines sunt nobiles & ignobiles: ita & inter Deos quoque. Sed nemo est qui magis ad viuum exprimat eam plebis significationem, quàm Virgilius lib.9. Aeneidos cum dicit,

Ac multam in medio sine nomine plebem.

Nam

Nam suprà in 2.c.nu.7.& hinc quoque docuimus ignobiles Græcis *ἀνωνύμους*,id est, sine nomine dici. Sed & Lucanus hoc clare exprimit,cum scribit lib.2.

Nobilitas cum plebe perit. Et Cornelius Tacitus lib. 12. Aduersus dominationem Gotarzis nobilitati plebique iuxta intolerandam,& Liuius 1.dec.lib.6.ad fi.Concessúmque ab nobilitate plebi,de consule plebeio: à plebe nobilitati de prætorio viro.

29 ¶ Proptereáque etiam infima plebs dicitur Ciceroni lib. Epistolarum ad Atticum 4.epist.70. *Infima*
Ab infima(inquit)plebe compleri gradus templorum. atque etiam Liuio li.10.ab vrb.Cond, *plebs.*
& iterum lib.4.belli Punici.& Plinio lib.19.c.4. & Cornelio Tacito lib. 18. mox è plebe infima C. Marius & nobilium sæuissimus L. Sylla victam armis libertatem in dominationem verterunt. vbi vides infimam plebem & nobiles veluti opponi. & rursum eod. lib. Omnem infimæ plebis rumorem in theatro vt spectaret in circo,vt fauior affectauit.& Q. Curtio li.10.Quidam ignotus ex infima plebe,& alius à nobis citatus suprà c.2.nu.24.incip.sed & de infimo.Et ima Iuuenali Satyr.8.

—Tamen ima plebe Quiritem
Facundum inuenies. Et humilis plebs Claudiano lib.2.in Eutropium.
Pars humili de plebe duces. Et sordida Cornelio Tacito lib.17.

Quæ omnia epitheta ignobilitatem significant,vt etiam diximus in d.c.2.nu.20.& sequen.

30 ¶ Vnde etiam vbique plebeij ignobiles dicuntur tam apud nostros Iurisconsultos,quàm cæteros.Nam l.3.§.pœna.ff.de cri.stelli.iubet plebeios grauius puniri,quàm in dignitate consti- *Plebeij pro*
tutos.Et in c.1.post prin.tit.de pace tenen.vbi id expendunt And.Iser.& Iac.Alua.col.j.& vo- *ignobilibus*
luit etiam glo. in c. plebiscita.2.di.dum loquitur de discordia nobilium & plebeiorum. Et ex externis scriptoribus Plautus in Pœnulo,

Heus tu,quanquam nos videmur tibi plebeij & pauperes,
Si nêc rectè dicis nobis diues de summo loco.

Et ex hoc quoque plebitatem pro ignobilitate antiquitas vsurpauit, vt authoritate Catonis *Plebitas*
in oratione pro Vecturio.& Heminæ in Annalibus probat Nonius Marcellus. *pro ignobilitate.*

31 ¶ Vulgi quoque appellatione ignobiles,non etiam nobiles cõtineri, ex hoc liquido apparet,
quod vulgus proprio peculiarique epitheto ignobile dicitur Virgilio lib. 1. Aeneid. *Vulgi appellatione ignobiles tantũ contineri.*

Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio,sæuitque animis ignobile vulgus. Et Claudianus in Eutropium lib. 1.
Notus ad ineptos ignobile reppulit horror
Vulgus.

Et Apuleio lib. 4.Asini aurei,& D.Hieremia.c.26.ad fi.dũ loquitur de sepulchris vulgi ignobilis.quod & nos ex eo alibi ad aliud attulimus.Et humile quoque Plinio in docta sua præfatione,quod non aliud significat quàm ignobile,vt ostendimus suprà.ca. 2. nu.20.Et vulgus seruorum dicitur Terentio,in Andria.Et alibi etiam appellatur vulgus indoctum Ouid.li.5. Meta.Rude,& expers artis,eidem lib.2.Fast.Et imperitum ipsi Plin.lib.8.c.25.quæ omnia nõ conueniunt nobilibus.Et hinc vulgare pro vili & contemptibili.Hor.lib.2.Ser. Saty.2.

Ieiunus stomachus raro vulgaria temnit.

Nam & Cicero vtrunque coniungit in oratione pro Roscio Amerino, Denique nihil tam vile.neque tam vulgare est,cuius partem vllam reliquerint.Et vulgares artes pro mechanicis, sordidis,& illiberalibus in eadem oratione,Mitto hasce artes vulgares,coquos,pistores,lecticarios.Et vulgaris generatio de ignobilibus,apud Plin.li.7.c.14.Et vsque ad lxxxv.apud ignobiles vulgaris reperitur generatio.Et hinc vulgandi verbum , cum superior ad inferioris gradum & humilitatem deprimitur,Liuius lib.3.ab vrb.cond. Nimium in ordinem seipsum cogere,& vulgari cum priuatis.Nam & idem li. seq. dum loquens de matrimonio Plebeiorum cum Patricijs ita loquitur,Nisi vt ferarum prope ritu, vulgentur concubitus plebis, patrúmque. Quanquam Salustius posset videri sub nomine vulgi nobiles & ignobiles comprehendisse,cum scribit in Catilinario,Cæteri omnes strenui,tam nobiles, atque ignobiles, vulgus fuimus sine gratia,sine authoritate. Sed ibi Catilina loquitur in inuidiam eorum qui Rempublicam gubernabant,tanquam alios nobiles & ignobiles eodem in loco haberent.

32 ¶ Magnates in multis locis vocantur nobiles,vt Florentiæ,teste Bart.in l.4.col.vlt.C.de dign. lib.12.Quo vocabulo nullus,ni fallor memoria,antiquiorum vsus est. Et nescio an alius vllus locus sit in nostris legibus qui eo vtatur,præter c.ex multa.§.secundo quæsiuisti, extra de voto,quod vtrosque simul iungit ita,scilicet nobiles & magnates.Scio autem Græcis *μεγιστᾶνες* vocari quos Latini vocant Summates,Optimates,Primates,Proceres.D.Marcus c.6.*καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου, ὅτε Ἡρώδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν*, id est, vt interpretatur nostra vulgata æditio, Et cum dies opportunus accidisset , Herodes natalis sui cœnam facit principibus. Erasmus autem vertit Primatibus. Nam & *μέγιστος* dicitur maximus , primus, amplissimus. vnde *μεγιστᾶνες* dicti sunt. lib. 15. Qua voce etiam vsus est Suetonius in Caio Caligula.c.5.& Cornelius Tacitus , lib.15. vbi scribit, Et Megistanes Armenios, qui primi à nobis defecerant,pepulit sedibus.id est,Proceres & Optimates Armeniorum. Et Iulius quo-

que Frontinus Stratagematum lib.3.c.9. Domitius (ait) Corbulo, cū Tygranocertā obsideret, & Armonij pertinaciter viderētur tolerare obsidionē, in quendā ex Megistanis, quos ceperat, animaduertit, &c. Neq; enim ea voce populi significātur, vt qui nusquā memorētor. Ammianus quoq; Marcellinus tradit, apud Persas neminē consiliorū esse cōsciū prӕter Megistaoas.

33 ¶ Sed quod ad illam Magnatum appellationem vulgarem pertinet, illud te scire oportet, non omnes nobiles hoc vocabulo contineri ex communi vsu loquendi (neque enim alium sumere possumus, cum, vt iam diximus, verbum sit vulgare, & minime cognitum antiquis scriptoribus) sed eos tantum nobiles intelligi, qui in aliquo potentatu, siue Baronia, vel qui aliqua regalia possident, quos vulgo Barones vocant. Ita enim voluit Bal. loquens de priuilegio, vt quis possit legitimare filios magnatum, vt hi scilicet quos diximus, tantum comprehendantur, in c. innotuit, paulo ante fi. extra de electi. Quis autem Baro dicatur, videbis plene in nostris consuetudinibus Pictonum, tit.1.§.1.

Iterum de magnatū appellatione.

34 ¶ Proceres quoque, & optimates, & primates siue primores, & summates. proceres hos appellare possumus, vocibus quidem non adeo insolentibus: Nam prӕter quàm quod procerum fit mentio, in l. humanum. C. de leg. & in c.j. tit. de proh. feu. alie. per Lothar & in c.j. tit. de proh. feu. alie. per Fed. quibus satis probatur, ita dici nobiles non vulgares, sed inter cӕteros eminentes, vti etiam dicit Matth. Afflict. in d.c.j. col.4. nu.42. de proh. feud. alien. per Loth. & ante eum Varro, & Seruius eius authoritate in Virgilium, quo loco statim citabimus. Nam & ipse Virgilius eorum meminit lib.1. Aeneidos,

Tum Bitia dedit increpitans, ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro,
Post alij proceres. Et lib.3.
Delectos populi ad proceres primúmque parentem
Monstra Dei refero. Et rursum lib.10.
Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiӕ. Lucanus lib.7.
Hoc tot pro meritis solum te Magne precatur,
Vti si fortuna velis procerésque tuorum
Castrorum, regésque tui, &c. Silius Italicus, lib.11.
Paulúmque idem inter prӕlia, & idem
Flaminium proceres rerum dimiserit vmbris. Martialis lib.12. epig.6.
Contigit Ausoniis Procerum mitissimus aula
Nerua. Et iterum epig.8.
Parthorum Proceres ducésque Serum.

Liuius lib.1. ab vrbe condita, Cum consensum, inquit, deósque consociatos laudaret mire Seruius proceres Latinorum, &c. & Plin. lib.11. c.53. Sed sibi proceres medētur grano Assyrij mali, cuius est suauitas prӕcipua. Et lib.19. c.4. Pane procerum alio volgi. Ex quo loco vides proceres vulgo oppositos, quod quidem vulgus, ignobilem significat, vt nuper diximus nu.31. Et Cornelius Tacitus lib.2. Proceres plebémque iuxta deuinxerat. Idémque de moribus Germanorum. Nec vlli, inquit, auspicio maior fides apud plebem, sed apud proceres. Quibus locis etiā vides proceres veluti plebi opponi. Hinc q; metaph. proceres gulӕ dicti ipsi Plin. li. 9.c.17.

35 ¶ Optimates, quam vocem in nostris legibus quod meminerim nō inueni, sed eam frequentem video omnes apud cӕteros bonos authores, prӕsertim vero Ciceronē. Nam in lib. 2. de legibus, Continet etiā Reip. consilio & authoritate Optimatium semper populum indigere. Et in Oratione pro Sextio. Duo, ait, genera semper in hac ciuitate fuerunt eorum qui versari in Repub. atque in ea se excellentius gerere studuerunt, quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates & haberi se & esse voluerūt, &c. Quib. verbis aperte intelligis, optimates & populares esse veluti oppositos, vt alibi nobiles & populares apud eundē 7. act. in Verrem, vt ex eo citauimus suprà nu.26. Et eadem quoque voce in ea significatione vtitur idem Cicero in oratione de Aruspicum responsis in quatuor locis, & alibi sӕpe, sed mihi satis fuit ea loca afferre quibus maxime intelligi potest, qui optimates sint. Cui tamen addam illud Liuij 3. deca. lib. 2. ad fi. Alterum de agro viritim diuidundo duas faces nouantibus res ad plebem in optimates accēdendam. Et lib.4. Apud infimӕ plebis homines crimina ferebant in optimates. Illúdque probi Aemilij in Phocibus, Erant eo tempore Athenis duӕ factiones, quarum vna populi causam agebat, altera optimatum. Et paulo infrà, Populares Polyperconti fauebant. Optimates cum Pisandro sentiebant. Et illud Suetonij in Iulio Cӕsare c.j. Satis constat Syllam cū deprecantibus amicissimis & ornatissimis viris aliquandiu denegasset: atque illi pertinacissime contenderent, expugnatum tandem proclamasse siue diuinitus, siue aliqua coniectura, vincerent, ac sibi haberent, dummodò scirent, eum quem incolumem cuperent, quandoque optimatum partibus quas secum simul defendissent, exitio futurū. Nam Cӕsari multos Marios inesse. Ex quo loco & tu facile potes intelligere, illos optimates pro nobilib. sumi. nā certū est, eam fuisse inter Scyllā & Mariū perpetuā & pertinacē contentionē, quod Scylla

pat riciorum

patriciorum & nobilium, Marius plebeiorum partes defenderet, vt videre licet ex Plutarcho, Sallustio, & aliis scriptoribus. Atque illud Cornelij Taciti lib. 4. Plebis & Optimatum certamina libero egresso memorabor. Suprà auté docuimus Plebis appellatione ignobiles significari. Cæterùm Priscianus scribit lib. 5. Optimates esse qui defendunt Senatores: populares qui defendunt populum. Sed ex c. 5. Hieremiæ facilè intelliges Optimates dici respectu humiliorum. Et ex c. 7. Nehemiæ intelliges quoque Optimates dici respectu vulgi.

36 ¶ Primates memorat l. sciendum. §. ordine. ff. de leg. vbi tamen nonnulli legunt primores. & *Primates.*
l. qui sub prætextu. C. de sacrosan. eccle. & l. addictos. C. de epis. aud. & l. vlti. C. de offi. diuer. iudic. vbi de primatibus officiorum, & l. Iudæorum, quæ est pen. C. de Iudæ. & l. j. C. de monopol. & l. 2. in duobus locis. C. de his qui lat. oc. vbi de Primatibus possessionũ, militum, & numerorum, & l. duos C. de suscep. lib. 10. & in rub. C. de Alex. prima & l. j. de specta. lib. 11. & c. 1. in prin. ti. de pac. iura. fir. ibi, Primatibus & plebeis, quibus verbis iã satis vides, Primates à plebeis diuidi. atque in eo loco Andr. Iser. primũ in prin. deinde in seq. & Matth. Afflic. col. 2. & 3. nõ semel declarant, qui hi sunt, scilicet qui alios vel authoritate vel dignitate vel ætate anteeũt, qui scilicet tenẽt primũ locũ. De primatibus autem officiorũ fit mentio in d. l. 2. de his qui latro. oc. & in l. j. C. de priua. carce. At ius canonicũ ipsum nomẽ primatis accipit pro specie dignitatis ecclesiasticæ, quæ & cum Patriarcha eadé est. c. duo simul, & ibi gl. in verbo, Patriarchas, de offi. ord. & c. sanè, de foro cõp. & c. 2. & ibi Host. in fi. de accusa. & in summa & in c. 1. & 2. 99. dist. At primatus frequenter legitur pro dignitate, loco & honore vt apud Varronem lib. Rei Rusticæ 1. c. 7. Pliniũ lib. 8. c. 5. & lib. 13. cap. 12. Primatiam autem vocat ius ipsum canonicum, dignitatem ipsius primatis in c. vlt. de dila.

37 ¶ Primores verò qui eundem etymum habent, sæpe reperimus apud probatos authores in *Primores.*
eadem significatione. Nam Virgilius lib. 9. Aeneidos,

Pretinus armati incedunt, quos omnis euntes
Primorum manus ad portas iuuenúmque senúmque
Prosequitur votis.

Quo in loco Seruius primores ait, dicuntur, sicut proceres. Horatius lib. Ser. 2. Saty. 1.

Primores populi arripuit populúmque tributim.

Ibi enim vides primores opponi populo. Silius statim in initio lib. 13.

Hic modò primores sociùm, modo iussa deorum,
Nunc sese increpitat.

Et Liuius libr. 1. ab vrb. cond. Restitere Romani tanquam cœlesti voce iussi, ipse ad Primores Romulus præuolat. Et alibi eod. lib. Ciuitatem dare plebi, primores in patres legere. Vides enim ibi Plebem à Primoribus decerni. Et lib. 2. Plebi, cui ad eam diem summa ope inseruitũ erat, iniuriæ à Primoribus fieri cœpere. Et lib. 3. statim post prin. Id verò si fieret non vulgari modo cum infimis, sed prorsus auferri à primoribus ad plebem summum imperiũ credebãt. Ex quibus verbis constat primores opponi plebi, quia voce ignobiles designãtur, vt diximus. Et Cornelius Tacitus lib. 3. primores ciuitatis quibus claritudo sua obsequiis protegéda erat. Nã supra c. 2. nu. 11. docuimus claritudinẽ & nobilitaté idem esse. Et idẽ Tacitus libr. 5. Nam cunctas nationes & vrbes populus aut primores aut singuli regunt. Sed & idẽ lib. 18. Gratum primoribus ciuitatis etiam plebs approbauit, quibus verbis apertè intelligis primores & plebem disseparari. Plebs autem ignobiles significat, vt nuper docuimus.

38 ¶ Summates & Plautus vsurpauit in eadem significatione in Cistellaria, *Summates*

Vbi istas videas summo genere natas
Summates matronas.

Ex quo loco planè intelligis, Summates vocari, qui summo genere nati sunt, id est nobilissimo, vt & nos annotauimus suprà cap. 2. nu. 22. Sed & idem in Pseudolo. 11.

Nunc tibi & ego sequar delitia summatum virûm.

Et hac quoque voce vsa est l. quinque. C. de Decu. lib. 10. Et hinc summatus apud Lucretiũ lib. v. pro dignitate summatûm. Et vt primatus primatum, vt diximus suprà nume. ab hinc 2. versus autem Lucretij hic est,

Imperium sibi cùm, ac summatum quisque petebat.

Sed & huic quoque summo loco nati, de quibus & nos diximus d. nu. 22. c. 2.

39 ¶ NOBILES præ cæteris libertatem rerum omnium desyderant, vt quotidie videmus, & vi *Nobiles li-*
derat Bal. qui id scripsit cõ. 327. pridie, col. 4. ver. videtur igitur de 1. lib. 1. Cùm tamen, si verè *bertatem*
sint nobiles, minùs eis liceat, aut licere debeat, quàm cæteris: neque eis liberum sit multa face *desiderant.*
re, quæ cæteris planè libera sunt. Id quod satis ostendit Euripides in Iphigenia in Aulide,

Ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον.
Καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει,
Ἅπαντά τ' εἰπεῖν τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν
Ἄνολβα ταῦτα. προστάτην γε τὸν βίον
Τὸν ὄγκον ἔχομεν, τῷ τ' ὄχλῳ δουλεύομεν.

Si quidem ipsa ignobilitas, vt habet aliquid commodum.
Etenim lacrymare ipsius liberum est,
Miseráque loqui. Sed nobili natura
Omnia hæc non licent. arbitrum nanque vitæ
Populum habemus, & multitudini seruimus.

Nam & hæc minima quæq; vitia solent notari in illis, tanquam eis nec in illa quidem incurrere eis liceat, quæ cæteris facilè condonãtur. Plutarchus in fi. eius lib. cui titulũ fecit, In principe requiri doctrinã. Minima (ait) etiã nobiliũ & illustriũ delicta calũniantur homines. Cimoni vinũ obiiciebatur, Scipioni somnus. Lucull⁹ ob cœnas sumptuosiores malè audit. Hęc ille. Ex quibus intelligis hic illud obtinere, quod vulgò dicimus, peccata venialia tn cæteris, mortalia esse in nobilibus. Et vide hic quæ dicam, infrà, nu. 103. nec desunt aliorum.

Nobilitatis propria liberalitas.

40 ¶ NOBILITATIS propria est & peculiaris liberalitas & munificentia, per tex. literis aureis, aut si quid auro est preciosius, scribendũ, in c. 1. de donat. cuius hæc verba sunt: Hãc sibi quodã modo nobilitas legem imponit, vt debere se quod spõte tribuit existimet: & nisi in beneficiis creuerit, nihil se præstitisse putet. Et ibi Collec. & Panor. no. propriũ esse nobilium donare. Quod & ipsum voluit idẽ Panor. con. 12. casus talis est magnificus, col. 4. & iterum pe. lib. 1. vbi ad hoc allegat not. in c. grãdi, de supp. negli. præla. lib. 6. vbi Inn. Io. Mo. Archi. & Io. And. hoc ipsum no. de regibus tamen loquentes, & Lucas Pe. in l. vlt. col. 18. ver. 29. C. de loca. pręd. ciuil. lib. 11. & Barb. qui Inn. vbi supra citat consi. 18. præclarè scribitur, post prin. lib. 2.

41 ¶ Et bene facit optimus tex. in l. filiusf. ibi, nonnunquã etiã ex persona. ff. de dona. vbi pater nobilis concedens filio liberam peculij administrationẽ videtur illi permittere, vt possit donare, licèt alias donare nõ possit, neq; libera cõceditur bonorũ administratio. Et ad hoc illũ tex. no. Ro. ibi, & sing. 646. nobilitas est, & Doc. in d. c. grandi. Et ex eo dicit Iason in l. cõtra. §. si filius, col. 5. ff. de pact. quòd licet filiusfa. etiã habens liberã administrationem donare nõ possit, per tex. ibi: fallit tamẽ in filiis regũ, principũ, vel baronum. Sed & ex eo scribit Signo. con. 26. quæstio talis est vtrũ donatio, col. 3. ver. præterea propter nobilitatem, quòd ob nobilitatẽ dantis valet donatio quæ aliàs non valeret. Quinetiam per eum text. dicit Andr. Barul. & post eum Matth Afflic. in consti. Siciliæ inci. minoribus, col. 4. ver. tertiò quærit, quòd filiusfa. nobilis potest donare de bonis patris, non etiam ignobilis.

42 ¶ Mirum esset si Bal. illum text. non annotasset, qui nihil rerum omniũ prætermisit. Is igitur in l. si filius. C. de donat. limitat tex. ibi, quo cauetur filiũ non posse res patris donare suæ spõsæ, vt non procedat in patre nobili, quem decet donare sponsæ filij, per illum tex. Et idem in l. prima, circa mediũ. C. de legat. tradit, quòd licet aliàs ex legato in genere facto, vel aliàs obscurè debeatur nõ quod maius est, sed quod minus, aut certè mediocre est l. qui lancem. ff. de aur. & arg. leg. Tamen hoc intelligitur, nisi propter eximiam nobilitatem testatoris amplius præsumatur, ar. d. l. filius fa & l. vxori, in fi. ff. de leg. 2. Et idẽ in repe. l. 2. col. 38. versic. sed iuxta præmissa quæritur. ff. de iureiu. per d. l. filiusfa. dicit quòd liberalitas & largitio decet reges, & principes. Hincq; eorũ largitates, vt ipse appellat, esse multùm fauorabiles leg. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. & l. 1. C. si liber. impera. soci. lib. 10. Idem in c. vlt. col. 3. versic. scias quòd propter, de consuet. tradit ecclesiæ permitti donare, propter nobilitatem ipsius ecclesiæ plusquam aliàs permitteretur, per illum tex. in d. §. filiusf. Idémq; in l. & in legatis, in fin. C. ad legem Falcid. scribit principem ex honestate non debere detrahere falcidiam, quia donare cõsueuit. proprium enim principis esse, vt sit liberalis & gratiosus, per l. vlt. C. de Cadu. tollen. & l. si quis rogatus. §. vlt. ff. ad Trebellia.

Tutor principis donare potest.

Cardinales donare possunt ex bonis Cardinalatus causa quæsitis.

43 ¶ Facit item & alius tex. in l. cùm plures. §. cùm tutor. ff. de admini. tuto. per quem dicũt Inn. Io. Mo. Io. And. & Archi. in d. c. grandi, quòd licet alius tutor donare non possit, potest tamen tutor principis. & sequitur Collect. in d. c. 1. de dona. & Barb. qui id dicit sing. in tract. de præstand. Card. in 3. q. 1. partis, col. 6. vbi etiam dicit per illum tex. in d. §. cùm tutor, quòd Cardinales considerata illorum dignitate possunt liberalitatem exercere ex bonis intuitu Cardinalatus quæsitis. & idem Barb. in d. c. 1. de dona. & in c. nisi specialis, col. 31. de offic. deleg. & in c. cùm sit generale, col. 2. de foro compe.

Nobiles nõ adeò vsuris studere debere.

44 ¶ Húcq; spectant & alij tex. ad hoc à nonnullis citati, videlicet in l. eos. §. super. C. de vsur. quæ statuit modum exigendarum vsurarum: nobilibúsq; tertiam partem centesimę tantùm concessit, cæteris maiorem, tãquam scilicet indecorum sit nobilibus magis quàm cęteris fœnus præsertim graue exercere, cùm illos magis deceat liberalitas. Et etiã tex. in l. 2. C. de Cõsuli. lib. 12. & in §. hoc amplius, Inst. de rerũ diui. Hos enim tex. ad hoc citant An. Baru. in d. constitu. Siciliæ incip. minoribus, & ibi post eum Matt. Afflic. vbi suprà. Ob id puto, quòd loquũtur de missilibus quæ Cõsules & Pręrores in vulgus spargere solebant. vti etiã facit tex. in §. hæc itaq; in authẽ. de consuli. Id quod etiã (vt id obiter dicam) fecisse Augustum scribit Dion in vita illius. Et Caium Caligulam, qui omnium prodigorum ingenia superauit, Suetonius tradidit in vita illius c. 38. & ipse Dion etiã in vita illius, & Iosephus lib. 19. c. 1. Et Neronẽ ipse Suetonius in vita illius. c. 11. Et Domitianũ idẽ in vita itẽ illius. c. 4. Et Heliogabalũ

Aelius

Aelius Lampridius etiam in vita illius,& Herodianus lib.5. vbi scribit illum è turribus missilia sparsisse aurea & argentea pocula,vestésque & lintea genus omne. Et Populum Rom.Sp. Posthumio,& Q. Martio Consulibus. Plinius lib.33.c.10.& Tudicanus,qui ob id insanus existimatus est, Valerius Maximus lib.7.c.8.statim post prin.& ante eum Cicero in 3.Philip. vbi hunc dicit fuisse auum Antonij. Et Belisarium Iustiniani ducem apud Syracusas. Procopius lib.1.de bello Gothorum. Quanquam hæc consuetudo pecunias spargendi nostris legibus damnata est,vt patet ex l.2.C.de consuet.& non spar.ab his pecu. lib.12.

45 ¶ Nec omittendus alius textus, huc quoque pertinens,scilicet in l.2.C.de Præpo.agen.in reb. lib.12.in illis verbis,cùm per absurdum,pérque temerarium sit hanc nostrę liberalitatem pietatis,quenquam astuta interpretatione,non ad augmentum anteriorum priuilegiorum, sed diminutionem conuertere cócedi.Cuius & aliorum iurium suprà citatorú ar.Alberi.in l.vlt. col.5.ver.alij autem distinguunt.C.de iurisd.om.iud.dicit,in ea quæstione, an in generali donatione castri vel ciuitatis veniat merum,vel mixtum imperium,nonnullos distinguere, an princeps donauerit,& venit:an inferior,& tunc nó ita indistinctè. Adde & tu c.sedes apostolica,extrà de resc. vbi,ita scribitur statim in prin.ipsius.c.Sedes apostolica cósueuit se exhibere petentibus liberalem.Cuius rationem reddunt Panor.& Philip,Decius ibi,in 1.no.quoniam principú (inter quos summus pótifex annumerandus est,& is quidé primus & summus) proprium est liberalitas,per d.c.1.de dona.& ibi quoque Barb.multa effundit in principum auaritiam. Et hoc quoque nonnihil spectat quod tradit Bal.cósi.149.præmissis verbis,col.j. ver. item etiam in honorem,in fi.eius ver. lib. 2. & quæ etiam scripsimus in repe.l.si vnquam, in verbo,donatione largitus.nu.84.illud item.& seq.C.de reuo.donati.

46 ¶ Sed vis audire aliorum meam nobilium liberalitatem testimonium: Homerus, quem omnibus scriptoribus ethnicis facilè anteposuerim li.17.Odysseæ ita facit Vlyssem alloqui Antinoum Phæacum regem, *De eadē re ex aliorum testimonio.*

Ἐπεὶ βασιλῆϊ ἔοικας,
Τῷ σε χρὴ δόμεναι καὶ λώϊον ἠέπερ ἄλλοι.

Quoniam regi similis es,
Ex quo te conuenit dare,& meliùs quàm alij.

Tullius qui & primas inter Latinos scriptores tenet, in oratione pro Rege Deiotaro, inter laudes regias, illas reponit. Largum esse,beneficum,liberalē. Vide quot epithetis in idem recidentibus Reges decorari dicit,vt eos magis in id incitet. Et eum locum è nostris retulerunt Io.Andr.Domi.& recentiores in c.grandi,de supp.negli. præla.lib.6. Idē Tullius scribit nihil principem magis decere,quá diuitias & opes,ad benignitatem liberalitatémque conferendá. Idē ad Appiú Pulchrum lib.3.epistolarum familiarium,epi.8. Liberalitas (ait) tua vt hominis nobilissimi latiùs in prouincia patuit. Suetonius, Eusebius Chronographus, & Eutropius prodiderunt Titum Imperatorem recordatú super cœná,quòd nihil cuipiá toto illo die præstitisset, memorabilem illam mentiq; recondendam vocem ædidisse, Amici, hunc diem perdidi.quod & è nostris quoque retulit Oldra.con.94.eleganter, in fin. ex hoc insinuans proprium Regum esse donare. sed in meo codice ipsius Oldra.loco Titi, Tiberius perperam legitur. Nuper Romæ in monte Quirinali & foro Traiani inuenta sunt multa marmoris frusta variis signis cælata. In quorú vno est hic titulus, POTENTISSIMA DOS IN PRINCIPE LIBERALITAS ET CLEMENTIA. vt retulit Barptolomæus Marlianus in Topographia vrbis Romæ, lib.4.ca. 22. Nec theologi huic sententiæ defuerunt, è quibus Anto. Florē.in 2.parte suæ summæ,tit.4.c.item 4.inter signa nobilitatis liberalitatem reposuit. quē citat & sequitur Matthæ.Afflic.in c.j.col.7.ver.signa autem,tit.quis dica.dux.

47 ¶ Ex his autem,præter ea quæ suprà diximus,& alia multa prodierunt. Primum quòd licet donatio non præsumatur, per l.cùm de indebito.ff.de prob.cum aliis multis si. & concord. à me collectis in repe.l.si vnquam,in verbo,donatione largitus, nu.168.in dubio,& seq. Fallit tamen in nobilibus,vt voluit gl.in l.vxori suæ.§.vlt.& ibi Bar.ff.de le.3.& idem Bal.qui tamē eam gl.non allegat, in l.si paterno.C.de neg.gest.ar.d.l.si filiusfa.& idem Bal.in l.2.co.2.ver. circa primam quæstioné.C.de iure doti.& in l.j.col.vlt.C.ad S.C. Velleia.in l.quæ dotis, col. 8.ver.vltimò ad prædicta.ff.sol.matri.& in tract.de duobus fratribus,in fi.& in c.vlt.in fi. in addi.tit.qui feud.da.pos.& in c.iurauit,col. vlt.de probat.Ro.sing.646.nobilitas inducit. Cepola in tract.de Imp.mili.delig.in materia nobilitatis,col.8.Barb.locis suprà citatis,& pręterea in d.c.sedes,col.2.de rescrip. Corne.con.81.primus consultationis articulus,col.j.lib. 1. Ias. in l.cùm quid,in 1.lec.col.4.ver.eodem modo.ff.si cert.peta.& in l.cótra iuris.§.j.col.j.ff de pact.& con.45.factú sic se habet.serenissimus,col.3.li.1.Matt.Afflict.in dicta cóstitutione minoribus,col.4.Ant.Corset,in repeti.dicti capit.grádi,col.12.Io.Lup.in repe.rub.de dona. inter vir.& vxo.§.8.incipien.limitabis tamen pędicta & §.10.versi.& hinc est. Et ad id quoq; facit quod voluit glo.& post eam Bal.in l.Lucius.§.idem respondit.ff.de milit. testam. quòd miles magis præsumitur liberalis, quam priuatus,per text.ibi iunctis aliis. *Donatio in nobilibus præsumitur.*

48 ¶ Et quod voluit Iac.Bel.in d.§.vlt.qui feu.dar.pos.quòd donatio quæ fit à nobili debet esse

mera &

Donatio nobilis nullū pramiū sperat.

mera & liberalis, sine vlla spe cuiuspiam remunerationis pecuniariæ. Donatio autem quę fit à vili & ignobili, habet semper remunerationē annexā. Hincq; fieri arbitratur, vt feudū emi possit ab ignobili domino, non etiā à nobili: Et propterea à domino poterit, non item vassallo. Et sequitur Nicol. Neapo. in c.1.tit. de benefi. frat. Bal. verò in d.§. vlt. in fi. dicit quòd etiā nobilis nedum ignobilis pecuniā potest recipere pro feudo, sed non ita illum decet. Sed tu de hoc vide latiùs apud Iāt. Alua. & Cardi. Alex. in d. c. i. tit. de benefi. frat.

Nobilis nō potest petere salariū sui laboris.

49 ¶ Quibus concinit quod scribit ipse Bal. in c. grauis, col. 2. ver. sed nunquid nobilis, iuncto eo quod prius dixerat in ver. sed an rusticus, de resti. spol. quòd nobilis nō potest petere salariū, siue precium suæ solicitudinis, vel laboris, ad colligendos fructus impensi, & alia id genus: quia non consueuit huiusmodi operas locare: ideóq; non referuntur ad æstimationem pecuniariam, per l. naturalis. §. j. ff. de præscript. verb. vers. quæ quantum ad id faciat, cæterorum esto iudiciū. Rusticus autem, vt antè dixerat, potest petere operæ precium per l. cum duobus. §. si in coëunda pro socio. Et id dictum Bal. sequitur Io. Lup. in d. repe. rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 9. col. 2. nu. 7. Et ex hoc fit quod alibi dicit idem Bal. in l. si pecuniam, col. 1. in 1. oppo. ff. de cond. ob cau. quòd si operarius non consueuit operas suas locare vt nobilis, tunc si data fuit pecunia pro opera illius, nō dicitur locatio, sed contractus innominatus: & locus erit pœnitentiæ, licèt secus sit in rusticis & ignobilibus, quorū proprij sunt huiusmodi labores, eorúmque præmia. Nam vt est Euripidis sententia statim ad fi. suæ Helenæ,

Τῶν δ' ἀναριθμήτων μᾶλλον εἰσὶν οἱ πόνοι.

Quā significatur ignobilium labores magis esse, quàm nobilium. de nobilibus enim locutus fuerat in versu præcedenti.

Nobiles se putāt pauca donare cùm multa donant.

50 ¶ In hanc quoque sententiam Accursius noster in l. sed & si susceperit. §. 1. in verbo, modica. ff. de iudi. refert Comitem Matildam cùm ecclesiæ 30. terræ miliaria donaret, his verbis vsam Ecclesiæ aliquantulum terræ concedo: veluti principes parua ac modica se concedere putent etiam si multa magnáque largiantur. Cuius rei arg. Bal. consil. 107. quòd ista donatio, paulò ante fi. lib. 2. dicit, quòd ex dignitate donatarij præsumitur donatio in potiorem & pleniorem intellectū. Et Pau. Ca. consi. 187. notandū est, col. 1. vers. & ex qualitate, lib. 2. rēspōdit pleniùs interpretandam esse donationem à nobili factam propter illā nobilitatis qualitatem, per illā gl. Nā vt cōsuluit Alex. c. 17. quātis, col. 2. li. 6. donationes principū latissimè sunt interpretādæ, sicuti & alia eorum beneficia. l. vlt. ff. de cōstit. prin. & l. si quando. C. de bonis vac. lib. 10. & c. cùm dilecti, & ibi Inno. & alij de dona. & c. olim tibi, & ibi glo. & doc. de verb. signi.

Donatio inter principē & vxorem illius valet.

51 ¶ Ex quo etiam fortè illud fit, vt valeat donatio inter principem & vxorem illius, licèt non valeat inter cæteros coniuges. l. pen. C. de donat. inter vir. & vxo. Et similiter donatio facta à principe, filio suo in potestate ipsius constituto. Oldra. consi. 231. vt eius de quo quæritur, & Bal. in c. 1. §. item sacramenta, col. pen. versi. secundò vtrùm Rex, tit. de pace iura. fir. Ro. in l. si verò. §. de viro, in 4. fal. versic. 10. ff. sol. mat. & in authen. ex testamento, col. 3. & ibi Alex. col. 2. C. de collat. dum allegat Bal. vbi suprà, Corne. col. mē 2. Ias. qui id dicit sing. col. 3. vers. quintò limita. & Philip. Deci. col. 3. vers. infertur etiā. C. de colla. Alex. in l. quā quā, col. j. C. de testa. mill. & in l. Centurio, col. 5. vers. tertio iuxta. ff. de vulg. & pupil. & consi. 11. perspectis, col. 2. li. 6 Barb. in tract. de præstā. Cardi. in vi. quæ. 1. partis, in 5. arg. Soci. consi. 66. frustra, col. 2. in prin. li. 1. Fely. in c. cùm nō liceat, col. 4. vers. de istis dicit, de præscrip. Ias. qui & id dicit sing. in præludiis feud. col. 7. vers. nota etiā in prędicta, & in l. frater à fratre, col. 23. vers. adde sextā fallētiā ff. de condi. inde. & l. ex imperfecto, col. 1. vers. hinc videmus. C. de testa. Iacob. à S. Georg. in tract. feu. in verbo princeps Pedemontium, col. vlt. versi. 64. Anto. Corset. in tract. de pote. & excel. regia, in 6. qu. Catel. Cota in memor. incip. donatio facta. à prin. & Fran. Purpu. in l. j. col. 35. nu. 293. ff. de offi. eius cui mand. est iuris. Nec vllus, quod sciam, dubitauit præter Mar. Mantua. in repe. d. l. frater à fratre, col. 81. nu. 348. sed rursus & quintò, propterea quod eandē putat esse rationem priuati, & regis in ea re.

Donatio facta à principe suæ concubinæ valet, licet is miles sit.

52 ¶ Similiter licèt donatio facta à milite suæ concubinæ non valeat l. 2. C. de donat. inter. vir. & vxo. Valet tamē facta à principe, licet is miles sit, cùm cæteros milites cōmilitones vocet in l. j. ff. de mili. testa. quæ loquitur de Traiano Imperatore. Nā & id quoque fecisse Iulium Cæsarē tradit Sextus Aurelius Victor, & Eutropius. Claudiū Albinū & Ipsum Imperatorem, Iulius Capitolinus non semel: Opilium Macrinū Lampridius in vita Diadumeni: Alexādrum Seuerum idem author in vita illius: Maximinū Capitolinus in Gordianis, & iterū in vita illius Saturninum Trebellius Pollio: Tacitum & Martium, Flauius Vopiscus: Constantinum Ammianus Marcellinus li. 24. & Iulianum idem scriptor libro 16. & 21. Id quod faciendū suadet Dion ille Cassius, cognomēto Cocceius, philosophus & historic⁹ nobilissimus, in libris quos de Principe scripsit. Quod tamē non placebat Augusto, si credimus Suetonio, Aurelio, & Eutropio. Sed vt redeamus, quod diximus, valere donationem principis factā suę cōcubinæ, voluit Bal. nō vno in loco, scilicet cōsil. 248. quæritur vtrùm donatio, li. 1. & consi. 262. recolo, in 1. dubio, eo. lib. 1. & consi. 267. ad euidentiam, col. 2. versi. ex his satis apparet, eod. libr. 1. & Io. Lup. in d. repet. rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 30. col. 3. vers. ex prædictis infertur, cum seq.

¶ Et huc

53 ¶ Et hoc quoque spectat, quod donationes à principe factæ non egent insinuatione, Bal.cõsi. 300.incipi.tex.li.2.vbi id dicit Bart.consuluisse, & allegat tex.in d.l.pe.C.de don.inter vir. & vxo. Sed est tex. melior, & is quidem expressius, in l.sancimus, vers. Exceptus, vbi idipsum notat ipse Bal.C.de donat. Et hoc quoque ante illũ voluit Old.d.consi.231.& Io.And.in add. Spec. tit.de instr.edi.§.porrò, in vlt.addi.& ea magna. & Alberi.qui tamen dubitat, in l.illud, col.2. vers.quæro vtrùm donatio.C.de sacrosan.eccl. Bened.Plum.in l.si arrogatur.§.consul.ff.de man.vindic.& idem Mantua.in repe.l.frater à fratre. vbi suprà, vers.ab hinc 2.in fi. sequitur Imo.in c.cùm cõtingat, ebar.pen.de iureiur.& Ro.in l.Modestinus.ff.de donat.& cõsi.59.ad discutiendum, in 5.dubio. Alex.in l.Centurio.col.5.vers.cõprobo dictum.ff.de vulg.& pupil. substi.vbi alios citat.& Iason in d.l.ex imperfecto, vbi suprà.C.de test. Quasi scilicet nullę donationes à principe factæ immensæ videri debeant: aut liberalitas principis nullis huiuscemodi frenis & cãcellis coërceri debeat, vt etiã dicit Marcus Mãt.cõs.1.vers.titiut, col.2.nu.15.per d.l.sancimus.§.exceptus, & d.l.pe.C.de do.inter vir.& vxo.& l.vl.C.de Præpo.agẽ.in reb.li.12

Donationes principum non egent insinuatione.

54 ¶ Et illud itẽ quòd licet in contractibus, siue aliis actibus inter viuos ius accrescendi locum non habeat.l.si mihi & Titio.ff.de verb.oblig. Fallit tamẽ in donationibus principum.l.j.& ibi Bart.in 1.opp.Bald.in 2.opposi.& Io.Plat.C.si libe.prin.soci li.10.quam & in id ponderat idem Bart.in d.l.si mihi & Titio.statim post prin.& ibi quoque Raph.Co.qui ita dicit se cõsuluisse, Pau.Castr.col.1.versi.item fallit, Alex.qui id dicit sing.col.2.in 3.fal.& Ias.col.3.vers. tertiò fallit.ff.de verb.oblig.& Bal.in l.1.§.in primo, col.pe.versic.vnum scias.C.de cadu.toll. vbi dicit quòd licèt ius accrescendi non habeat locum in feud.c.1.§.cùm verò, ti.qui feud.da.pos.& c.1.tit.de gradi.succes.in feudo: fallit tamen in feudo concesso à principe, & idem Bal. in d.l.2.co.1.in 1.lect.ff.de consti.prin.& Bal.in l.si qua mulier, circa mediũ.C.ad SC.Tertu. vbi & illud dicit de feudi concessione, & in l.1.col.9.versic.venio ad 11.quæstionem.C.quan. non peten.part.& in d.c.1.§.& quia vidimus, col.3.vers.item hæc est regula, ti.qui feu.da.pos. & in c.1.& ibi Aluar.& Cardi.Alex.tit.de fratri.de no.bene.inuesti.& idem Bal.in c.1.tit.de duo.fratri.à cap.inuest.& in c.1.tit.an agna.vel fili.& in c.1.col.2.vers.quæro nunquid vasallus poterit feudũ, tit.de prohi feu.ali.per Fre.vbi ex hoc dicit, vasallũ posse suo conuasallo vẽdere suam partem feudi à principe concessi: non si ab alio fuisset cõcessum.& cõs.346.Impe. paulò ante fi.li.1.& cõsi.50.in primis, col.1.lib.4.Alex.cõsi.30.quoniã, col.3.vers.2.dato, li.1.& con.24.ponderatis col.3.vers.quandoque conceditur, li.5.Barb.in c.2.col.5.vers.quod limita, nisi feud.de feu.Frã.Cur.Senior.cõsi.49.memoriæ, col.12.vers.6.probatur.Soci.consi.66.visa donatione, col.5.vers.prima ratio est, lib.3.Iacob.à S.Geor.in tract.feud.in verbo, princeps Pedemõtiũ, col.6.vers.51.Iason in l.re coniuncti, ebar.pe.nu.223.& seq.ff.de lega.1.& cõs.1.in ista quęstione col.4.vers.tertium principale, li.3.& cõs.117.in causa, col.6.vers.& tenendo, lib.4.Io.Crot.in repe.rub.de rescrip.col.2.lib.6.Ludo.Gozad.consi.26.in causa illustrissimorũ, col.6.nu.34. Et hæc est communior, receptiórque op.quam consulendo & iudicãdo sequi debemus, vt dicit Ias.d.cons.117.lib.4. Nã sunt nonnulli qui contrarium tenent, vt videre licet apud ipsos Alex.& Ias.in d.l.si mihi & Titio, & eundem Iaso.in d.l.re coniuncti.& Mol.in addi.Alex.d.cons.30.lib.1. Ex illa autem l.1.C.si liber.prin.soci.dicit Bal.in repet.l.2.col.33.in 9.quæst.versi.prætereà & hoc regie.ff.de iureiuran.largitiones principum multùm esse fauorabiles.ad quod etiam allegat l.prohibere.§.planè.ff.quod vi aut clam.

In contractibus inter viuos non est locus iuri accrescẽdi, nisi in donationibus principum.

55 ¶ Ex eodem quoque fonte & illud manat, quòd licèt in alternatiuis sit electio debitoris.l.plerũque, in fi.ff.de iur.dot.& c.in alternatiuis, de reg.iur.lib.6.& ibi concor. Tamen si princeps tibi vnum ex duobus aut tribus concesserit, id est, vnum aut alterum alternatiuè, nõ eius qui debet, sed tua erit electio, vtrũ ex illis malueris: poterisq; optimum si tibi libuerit, eligere, vt colligitur ex l.2.iuncta gloss.C.de Castren.& Ministe.lib.12.quam ad hoc expendit Bal.omnium rerum vberrimus fons in d.l.2.col.1.ff.de cõstit.prin.in priori lec. Quod tibi in primis notandum moneo, quia vix alibi reperies.

In alternatiuis cõcessionibus principis electio est donatarij.

56 ¶ Huius item monetæ est, quòd licet cùm duobus separatim res quæpiam vẽdita, donata, vel aliter concessa est, is potior erit cui primùm res ipsa tradita fuerit, etiam si sit posterior titul.l. quoties.C.de rei vend. Id tamen non procedit in donatione aut concessione facta à principe. Nã is semper præfertur cui primùm donata est, vt donatio principis sit amplior & efficacior, quam priuati, vt ex facto interrogatus respondit Ro.cõs.298.circa præmissam, per multa quæ ibi allegat. Et sequitur Ias.cõs.27.ad eruendũ.in prin.lib.1.& Card.Alex.in c.si facta, col.2.ti. si de feud.fue.contro.inter do.& agna.& latè Iacob.à S.Georg.qui id tamen declarat in tract. feud.in d.verbo, princeps Pedemontium, col.antepen.vers.52.& ante hos Bal.à nullo illorum citatus in c.licèt causam, col.7.vers.sed quæro quid si duo, de probat.vbi id dicit no.in §.his igitur, in Auth.vt exac.instan.dot.& idem Bal.in c.1.versi.ampliùs consueuerũt, super verbo in detrimentum, tit.de pac.Constan.

In donationibus principis is semper præfertur, cui primũ donatũ est, etiam si alij priores possessionẽ acceperint.

57 ¶ Nam ex huiusmodi donationibus, priuilegiis, concessionibus principũ, transfertur dominium sine traditione vel apprehensione possessionis, vt voluit Io.And.in c.olim, de verb.sig. And.Iser.in c.2.& ibi Bal.col.vl.tit.de noua for.fidel.& vterq; in c.1.titul.quid sit inue. idem Bald.in

In donationibus & priuilegiis principũ dominiũ & ius trãsfertur sine possessione.

Bal.in præl ud.feud.col.7.versi.dixi sextò,& in c.ad audientiã,col.j.versi. & ex priuilegio, de rescrip.Aug.in l.officium,ad fi.ff.de rei vend.Alex.consi.187.in hac causa,col.vlt. versi.quòd autem ista,li.2.& consi.3.ex his quæ in themate,col.2.vers.7.lib.5.repetito cõsi.11.lib. 6. & idẽ Alex.consi.203.perspectis his,col.pen.vers.septimo,non potuit,eo.lib.6.Ias.in l.ciuitas, col.3. vers.adde etiam quod per istam.ff.si cer.pet.& consi.145.circa primam dubitationem, col.6. vers.decimò & fortius,lib.2.& consi.128.videretur in præsenti dubio,col.6.vers.itẽ princeps, lib.4.Caro.Rui.consi.32.viso themate,col.2.nu.4.lib.1.& consi.40.pro euidentia,col.9.nu.13 eo.lib.1.& consi.208.præmittendum,col.6.nu.12.eodem lib.1.Ludo.Goza.consi.14.prima facie,col.4.versi.quibus tamen non obstan.& Pau.Pari.consi.11.castrum,col.7.nu.58.& seq. lib.1.& Maria.Soci.Iuniorem,consi.65.cùm in præsenti casu.col.3.nu.5.lib.1.Vide tamen omnino Iaso.in d.l.quoties,col.2.versic.secundò infero,& seq.C.de rei vendi. vbi id tractat amplissimè,& in l.traditionibus,col.1.& 2.C.de pactis.& Philip.Deci.in l.certi condictio.§. deposui,col.2.versi.& est speciale,& seq.ff.si cert. pet.

Feuda à principibus concessa sunt perpetua.

58 ¶Huc pertinet quod feuda concessa à principibus & aliis maioribus, videlicet Capitaneis regiis,regníque Valuasoribus sunt perpetua,nec reuocari possunt.A minoribus autem concessa possunt liberè reuocari,per c.vlt.tit.qui feud.dar.pos.vbi Iacob.Bel.Bal.Iacob.Aluar.id dicunt hinc procedere,quoniam non esset honestum nobiliores suum beneficium reuocare, arg.l.vlt.C.de anno.ciuil.lib.11.& §.illud,in Auth.Constit.quæ de digni.Ex quo apud nos in Gallia,Officia à Rege concessa,quæ scilicet Regia vocamus,sunt perpetua,nec reuocari possunt.de qua re est regia ordinatio,quam vocamus. Quæ verò ab aliis inferioribus concessa sunt,liberè & sine causa reuocari possunt ab iis qui concesserunt,vt not.Bal.in l.iudicium soluitur.ff.de indi.de quo nos latè diximus in nostris consuetudi.Pictonum, nisi in certis casibus,quos ibi declarauimus.

Concessio principis realis præsumitur,licet de aliis sumitur.

59 ¶Sed & huius notæ est,quòd licèt alias admodum dubium sit,an concessio sit realis,an personalis,& vtra potiùs esse præsumatur, vt videre licet apud Bart.& alios,in l.j.ff.de constit. prin.& in l.quia tale.ff.sol.mat.& in l.pater,quæ est pe.ff.de serui.leg.gl.& Doct.in c.cùm venissent,de instit.cum simi.Tamen si concessio fuerit facta à principe,hoc minimè dubiũ est. nam ea potiùs habẽda est pro reali quàm pro personali:atq; ita trãsit ad successores, ex Spec. sententia in ti.de instr.edi.§.nunc autem videndum,versi.si autem dubium est. Ibi enim loquitur de priuilegio concesso à principe,vt patet ex præcedentibus.& Bart.in d.l.pater.ff.de seruit.le.Bald.loquens de Barone concedente in d.l.1.§.excepto,col.2.ver.quid si aliquis.C de cad.toll.& Iason d.consi.27.ad emendum,col.2.versi.huic conclusioni,lib.1.

Emphyteuta principis non cadit ob cessationẽ.

60 ¶Denique nec illud prætermittendum ducimus,quod à D.Ioanne Igneo præside ornatissimo scriptum est in l.1.§.cùm omnes,nu.201.iterúmque nu.25.ff.de S.C.Silla.quòd qui emphyteusim accepit à principe,non cadit emphyteusi ob cessationem solutionis pensionis per triennium,per tex.in l.fundi.C.de fund.patri.li.11.Id'q; assignat Ign.liberalitati principũ.Sed illud tamen in hac re notandum,gl.aliter eũ text.intellexisse,vt patet ex gl.vlt.atq; etiã Bar & Lucã Pen.& Io.Plat.qui hoc intelligunt,quando expressè fuit pactũ appositum,ne res ob huiusmodi cessationẽ committeretur,trahúntq; ad ecclesiam ,vt scilicet possit dare in emphyteusim cum eo pacto.Sed vt dicam quod sentio,nõ videtur posse sumi ex eo text. huiusmodi pactum fuisse appositum.Tu autem ad omnia superiora adde quæ de nobilium liberalitate diximus in repe.l.si vnquam,in verbo,donatione largitus,nu.73.illud autem, & seq.

Nobili an sit necesse facere mẽtionem nobilitatis in impetratione beneficij.

61 ¶NOBILI impetranti beneficium necesse est mentionẽ fieri suæ nobilitatis:aliàs non valet impetratio,si credimus Host.in c.ad aures.per illum text.de rescrip.quem sequitur Bar. ibi motus,quia faciliùs vitiãtur literæ ad beneficia,quàm ad lites.c.ad audientiã, le 2.eod.ti.In literis autẽ ad lites debet fieri mentio nobilitatis,per c.significantibus ,de offi.dele. Igitur & in literis ad beneficia.Sed cõtrarium tenet Io.And.in d.c.ad aures,in verbo,dignitatis, & ibi quoque Panor.col.j.& alij,inter quos id latè disputãt Fely.in priu.& Philip.Deci.col.2.vers. successiuè quæritur,vt ibi omnibus videre licet.Et hinc quoq; capta occasione Fran.Rip.ibi, col.7.vers.secundo quæro.tenet ꝙ etiam è diuerso non necessarium est facere mentionẽ ignobilitatis,per c.pe.de præben. Quinetiam illud de nobilitate tenet ipse Panor. in c. postulasti, col.pe.de rescri.Sed horum diffinitio ex his pendet quæ suprà latè disseruimus.c.29.num.10. neque solùm,& multis seq.vsque ad nu.19.inclu.Et vide interim Pet.Anca. consi.131. ad exclusionem,col.1.versi.vlteriùs aduertendum.

Nobiles nõ patiuntur sua nomina inscribi in instrumentis.

62 ¶NON patiuntur nobiles sua nomina inscribi in instrumentis,tanquã id eis foret indecorũ,vt probatur in l.pupillus.§.pupillus,vers.sanè si quidã emit ff.de aut.tut.& est etiã bonus tex.in l.optimã,ibi fortè propter personas dignitate excelsas.C.de contra.& commit.stip.vbi & gl.no.huiusmodi personas non pati sua nomina apponi in instrumentis.Et hoc quoq; de nobilibus nũcupatim voluit Cepola in d.tract.de Imp.mil.delig.in 13.priuilegio nobilitatis.

Nobilis statim ex aspectu apparet

63 ¶QVISQVIS verè nobilis est,is statim ex cõspectu huiuscemodi apparet.Sicuti è diuerso qui ignobilis est,talem mox ex vultu,incessu,cæterisque corporis notis se exhibet,quantumlibet nobilitatem mẽtiri conetur.Tantum habent viuũ vultus speciésque,ac gestus corporis,

vt non

vt non mores hominum solum, quod leges nostræ insinuant in l. obseruandum. ff. de off. Præsid. & l. de minore. ff. de quæst. Sed & generis quoque nobilitatem aut ignobilitatem ad viuum referant. Euripides in Hecuba,

Δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς
Ἐσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
Τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖσιν ἀξίοις. Quos versus sic traduxit Erasmus,
Inest in homine mira & euidens nota
Probis satum esse: generis illustrat decus
Quisquis celebribus dignus est natalibus. Et in Ione,
Γενναιότης σοι, καὶ τρόπων τεκμήριον,
Τὸ σχῆμ' ἔχεις τόδ', ἥτις εἶ ποτ' ὦ γύναι.
Γνοίη δ' ἂν, ὡς τὰ πολλά γ' ἀνθρώπου πέρι,
Τὸ σχῆμ' ἰδών τις, εἰ πέφυκεν εὐγενής. Id est, ex traductione Dorothei Camilli,
Generositas tibi, & morum indicium,
Eam formam habes, quæcunque es ô mulier.
Vtinam cognosceret, quoniam multa homini accidunt,
Formam videns quis, an esset generosus.

64 ¶ Et huc alludit illud Ouidij lib. 2. Fastorum de Romulo & Remo loquentis,
Si genus arguitur vultu, nisi fallit imago,
Nescio quem è vobis suspicer esse Deum. Et lib. 4. eiusdem operis,
Nec facies impar nobilitate fuit. Et lib. quoque 6.
Martia sacrifico deductum nomen ab Anco,
In qua par facies nobilitate fuit. Aut vt alij legunt,
In quo par formæ nobilitate sua est. Et subdit,
Par animo quoque forma suo respondet in illa,
Et genus, & facies, ingeniúmque simul.
Et in epistola Paridis ad Helenam, quod alibi ad aliud propositum citauimus.
Forma vigórque animi, quamuis de plebe videbar,
Indicium tectæ nobilitatis erat.
Quo plane significatur, nobilitatem vel de industria tectam & dissimulatam sese gestu, & vultu prodere. Porro Iulius Capitolinus tradit Antoninum Pium nobilé fuisse vultu. Apud Quintilianũ lib. 6. c. 4. cum Longus Sulpitius vultu admodum fœdus eum contra quem liberali iudicio aderat, dixisset, ne faciē quidē habere liberi hominis: ei respōdēs Domitius Afer, qui cōtra huic aderat, Tu inquis ex animi sententia Longe. Qui malā faciē habet, liber nō est.

65 ¶ Atque vt ad exempla eius rei veniamus. Sic apud Homerum lib. 4. Odyssex, Menelaus statim visis Telemacho Vlyssis & Pisistrato Nestoris filio, ex eorum tantum occursu, sine alia eorum notitia aut cognitione, eos nobiles esse, & ex Regibus ortos prædixit,
Ἀλλ' ἀνδρῶν γένος ἐστὲ διοτρεφέων βασιλήων
Σκηπτούχων, ἐπεὶ οὔ κε κακοὶ τοιούσδε τέκοιεν.
Sed virorum genus estis nobilium Regum
Sceptrigerorum, quia nequaquam mali tales genuissent.
Sic apud alterum scriptorem Græcum Heliodorum Phœniceum, lib. Historiæ Aethiopicæ 5. Cybele ex vultu & gestu Theagenis & Chariclex eos cognouit nobili genere ortos esse. Sic apud Virgilium post initium lib. 4. Aeneidos, Dido Aeneam ex ore coniecit esse genus deorū,
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?
Quàm sese ore ferens, quàm forti pectore & armis?
Credo equidem (nec vana fides) genus esse Deorum.
Apud eundem lib. eiusdem operis 1. de Venere,
Et vera incessu patuit dea.
Quod tamen ad id referri potest, quod nonnulli aliter deos, quàm homines incedere dicunt, ex eóque etiam solo facile dignosci deos ab hominibus. Ea enim fuit sententia ipsius Heliodori eiusdem illius operis lib. 3. autoritate Homeri de Neptuno loquentis lib. Iliados 13.
Ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἠδὲ κνημάων
Ῥεῖ' ἔγνων ἀπιόντος, ἀρίγνωτοι δὲ θεοί περ.
Quod animaduersum non fuit ab interpretibus Virgilij. Sed & apud Apuleium lib. 1. Asini aurei, non multo ante fi. Milo de corporis ipsius Apuleij speciosa habitudine, déque virginali eiusdem verecundia, generosa illum stirpe proditum coniecit.

66 ¶ Quanquam contra supradicta facit, quod sicuti mores vultu plerunque tegūtur, ob ídque conclamarit Iuuenalis Sat. 2. post prin. Fronti nulla fides: Ita quoque & genus. Nam vt dicit Iurisconf. in l. quia difficile ff. de contrab. empt. difficile dignosci potest liber homo à seruo. Et sane videas hominum plerosque ignobilissimos, qui vultu, gestu, incessu, gradu, pretiosis vestibus, ore & lingua grādiloqua, verbis magnificis, & cęteris id genus adeo nobilitaté effin-

gunt, vt ipsi nobiles omnibus vel prudentissimis esse videantur. Id quod Sclerias intelligens apud Stob. Ser. 2. & Ant. Monachum Melissæ lib. 2. Ser. 79. & Maximum Ser. 64. hæc scribit,

Πολλοῖσι θνητῶν ἡ μὲν ὄψις εὐγενὴς,
Ὁ νοῦς δ' αὐτῶν δυσγενὴς εὑρίσκεται.
Multi mortalium præ se ferunt nobilitatem in vultu,
Quorum tamen mens ignobilis reperitur.
Euripides autem in Medea,
Ὦ Ζεῦ τί δὴ, χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ᾖ,
Τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ·
Ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι
Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι;
O Iupiter, quidnam de auro, quod an adulterinum sit,
Indicia hominibus præbuisti manifesta:
Viroru autem quo oporteat malum manifestari,
Nullus character insitus est corpori?

Momique querela aduersus fabricā humani corporis.

Id'que est quod Momus querebatur de compositione corporis, quæ talis esset, vt in exterioribus interiora non appareret: quod cum multi, tum etiam Lucianus tradidit in Hermotimo.

Nobilitatis gradus esse.

67 ¶Sunt quidam nobiles simplicis (vt est in vulgari nostrorum Prouerbio) figuræ, id est, infimi ordinis, qui dum maxime ex nobilitate sua, quæ forsan nulla est, gloriari volunt, dicūt se tam nobiles esse quàm Rex est (*Ie suis aussi noble que le Roy*) tanquam scilicet qui nobilis est, non magis nobilis esse possit. Sed hi admodum falluntur: nam vt cæterarum dignitatum & honorum sunt gradus alij minores, & inferiores, alij maiores, & superiores. l. vt gradatim, in princ. de mun. & hon. & plene not. à nostris in l. 1. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. & Cano. in rub. & in cap. statuimus, de maior. & obed. Ita & nobilitatis quoque, vt aperte probat tex. in c. 1. tit. de matr. contract. ad morg. vbi ita scribitur, Quidam habens filium ex nobili coniuge, post mortem eius non valens continere, aliam minus nobilem duxit. Vides enim ibi duas nobiles, sed alteram altera nobiliorem. Nam in cæteris rebus videmus bono esse melius. l. vbi autem in prin. ff. de verb. oblig. æquo æquius, honesto honestius, vtili vtilius, & alia infinita quæ tibi colligemus in tract. *Le mort saisist le vif*, in præfat. declar. 7. nu. 6. incip. ego vero, cum seq.

68 ¶Sed quod de nobilitate diximus, id quoque satis ostendit quod scribunt Iac. Alua. & Card. Alex. in c. 1. vterque col. 2. tit. quis dic. dux, comes, mar. illum esse magis nobilem qui à principe nobilitatur, quàm qui ab inferiore habente facultatem nobilitandi, cum aliis multis concordant. à me congestis suprà ca. 6. nu. 7. fateor tamen, & seq. Sed & omnes propemodum loquentes de feudis nobilibus & ignobilibus, quæ scilicet suos possessores nobilitant, aut non nobilitant, ponunt tres ordines nobilium. Alia enim pure nobilia esse, alia minus nobilia, alia aliquatenus nobilia, vt late diximus, suprà c. 7. nu. 6. verum Iac. Et ita de ea re loquūtur, vt velint homines qui ea possident, aut pure nobilitari, aut minus, aut quadantenus, vt etiam satis probat tex. in dicto c. 1. §. 1. & §. cæteri, tit. quis dic. dux. Et si id non traherent ad nobilitatem hominum, tamen satis esset ad probandum homines esse plus aut minus nobiles, cum valeat argumentum de rebus ad personas, & è diuerso. l. qui furere, & ibi Bald. & Albet. ff. de statu hominum. glo. & Doct. in l. cum quid. ff. si certum peta. cum simil.

69 ¶Porro Bart. in l. 1. col. pen. vers. sed quæro qualiter fiat. C. de dign. lib. 12. palam & in aperto nobilitatem aliam alia esse maiorem, & inter eas vnam quam infimam appellat. Nam & ipse ibi, col. 3. vers. istum intellectum, dicit alicubi Imperatorem vocatum fuisse nobilissimū, scilicet in l. quarto. ff. de na. test. Et sic, inquit, in superlatiuo gradu, vt eius ostenderetur maxima omnium esse nobilitas. Et facit etiam text. in l. tam dementis. C. de epi. audi. & in l. si furiosi. C. de nup. dū vtrobique l. iubet vocari, qui ex eo genere sunt cæteris nobiliores. vt hinc quoque possis colligere etiam ex eodem genere alios aliis esse nobiliores. quod expressim annotauit Sal. in posteriore loco, in 2. not. vbi addit rationem, quia quidam habent nobilitatem à genere tantum quidam à moribus & scientia, quidā ab vtroque, & hi sunt cæteris nobiliores, de quo & nos alibi diximus. Cicero autem in oratione in Vatinium cuiuspiam excellentē nobilitatem vocat, ita declarans aliam alia esse præstantiorē: vti & ipse in oratione pro Cn. Plancio summā nobilitatē L. Philippi. Quem in hoc secutus Valerius Maximus lib. 6. c. 3. Viguit, inquit, in nostra ciuitate Tiberij & Caij Gracchorum summa nobilitas. Qui & ipse alibi eximiā nobilitatē appellat li. 7. c. 11. eodēmq; vlt. vbi de Alcibiade & li. 9. c. 15. vbi de Corn. Scipione. Deniq; Plin. lib. 34. c. 8. Mirum, inquit, in hac arte est, quod nobiles veros, nobiliores fecit.

Eiusdem etiam generis alius alio nobilior

Infamia gradus.

70 ¶Nam vt dignitatis, honoris, & nobilitatis sunt gradus: ita è diuerso infamiæ horum contrariæ, vt contrariorum eadem solet esse disciplina. Nam alius alio est infamior, ignominiosior, vt scribit Bal. in l. sed & m. lites. §. 1. quem legit cum prin. illius l. ff. de exc. tut. per eum tex. qui huiusmodi erat in eius codice, qui nimium ignominiose dimissi sunt. nam ex illo verbo nimium, not. id quod diximus, in infamia esse gradus, vt in virtute & fama. hæc enim sunt verba illius, Sed in aliis codicibus aliter legitur. alibi enim legitur, qui nimirum ignominiose dimissi sunt:

missi sunt:alibi. qui de numero ignominiose dimissi sunt. At Antonius Augustinus ita eum locum è Græco vertit, Plane ignominiose missi. Tamen illud certum, infamiam aliam alia maiorem, vt delicta ex quibus infamia fit, alia aliis sunt grauiora. Et videmus infamiam iuris maiorem esse infamia facti, vt disces ex gl. in §. potro, in verbo, infamia. 3. q. 7. & Panor. in c. 1. de purg. can. cum simil. & tamen vtraque infamia est.

71 ¶ Sunt & quidam, qui titulo ampulloso se vocant in instrumentis nobiles & potentes. Id'que faciunt plerunque Barones & id genus similes, veluti assumentes illum potentiæ titulum supra inferiores nobiles. Et certe diuersos esse nobiles & potentes ostendit illud Terentij in Adelphis alibi à nobis adductum,

Nobiles & potentes.

Potentes, dites, fortunati, nobiles. Et in Heauton.

Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis.

Et illud Ciceronis in oratione pro P. Quintio, Poteutes, diserti, nobiles omnes aduocandi suut. & in oratione pro Rabirio Posthumo, vbi vocat M. Drusum potentissimum & nobilissimum Tribunum plebis. Et Flauius Vopiscus in Tacito. Nam & limitem trans Rhenum Germani rupisse dicuntur, occupasse vrbes validas, nobiles, diuites, & potentes. Illúdque D. Pauli prioris ad Cor. c. 1. Non multi potentes, non multi nobiles. Vt etiam potentiam, & nobilitatem, in c. super eo, le 2. de testibus cum dicitur, Potentia, nobilitate, honore. Ex quo illa quæstio Cano. an in sacerdotiis conferendis, consideranda sit magis potentia, an nobilitas, de quo per Cano. in c. constitutis, le 2. de appel. & Ioan. Sel. in tract. de benefi. in 3. parte. q. 7.

72 ¶ Plerunque tamen hæc simul iuncta reperimus, ita vt aliquando potens præcedat, nobilis sequatur: aliquando quoque vice versa nobilis & potens. Prioris habes exemplum apud Tullium lib. Epist. fam. 2. alias 1. epist. 18. ad Q. Thermum, Si adolescens potens & nobilis à te ignominia affectus esset. Et sæpe apud Firmicum, vt lib. 3. c. 6. in 7. loco Solis: & lib. 4. c. 2. ver. 4. lib. 5. c. 2. in finibus Veneris: & c. 6. in Capricorno. Alterius, apud Liuium 1. dec. lib. 8. ad fin. Vir nobilis poténsque erat. Et iterum 3. dec. lib. 6. post princ. quod vrbs tam nobilis ac potens sicut defectione sua traxerat aliquot populos &c. Et rursum 5. Dec. lib. 2. Ismenias vir nobilis ac potens. Et Aelium Spartianum in Didio Iuliano, quia multos iam Senatores occiderat, & quidem potentes & nobiles. & in c. 1. in prin. de his quæ vi metúsve cau. fiunt, vbi ita scribitur, Quidam nobilis & potens. Ex quo not. Ant. ibi, in no. & Panorm. in 2. no. illud no. non quisquis est nobilis, continuo esse potentem: & quod ad incutiendum metum non sufficit nobilitas, nisi adsit potentia. Quibus addes illud Quintiliani lib. 11. c. 1. Nobilis obscurum, potens infirmum. Atque illud Plinij lib. 6. c. 19. Sed omnium in India prope potentiam claritatémque antecedunt Prasij. Claritas autem nobilitas est, vt diximus suprà c. 2. nu. 9. & seq. Nec interim omittam quod Cicero lib. 3. Officiorum, vocat Pyrrhum regem generosum, id est, nobilem (vt diximus suprà c. 2. nu. 47. verum prius) & potentem. Cuique, inquit, de imperio certamen esset, cum rege generoso & potenti.

73 ¶ Nobilitas igitur, vt ex prædictis patet, & satis constat ex verborum ipsorum proprietate, ad genus refertur. Potentia ad vires & facultates & diuitiarum, & hominum subditorum, & aliorum id genus. Vnde apud Cornelium Tacitum li. 18. potens & inops ponuntur vt diuersi. Et prout, inquit, potens vel inops reus inciderat, &c. Et paulo ante dixerat, Vibius Crispus pecunia, potentia, ingenio inter claros magis quàm inter bonos. Terentius autem in Eunucho satis ostendit potentem de diuite intelligi cum scribit,

Quis est tam potens cum tanto munere hoc?

Apuleius verò vtrunque coniunxit lib. 9. Meta. Vicinus potens, & diues.

74 ¶ Statutum est in quibusdam locis, vt nobiles non possint intrare palatium, nisi tempore concilij. Si nobilis accusatus fuerit quod intrauit palatium in mense Maio, ipse autem allegauerit & probauerit factum fuisse concilium eo mense, sed dubium est an cum intrauit, tenebat concilium nécne: videbatur illum esse condemnandum, quia reus non clare probauit suam exceptionem, vti actor succumbit, qui non clare probat suam intétionem. l. 1. & l. in exceptionibus. ff. de probat. & videtur expressum in l. matrem. C. eo. tit. vbi Bal. ita tenuit, ad hoc quoque allegans l. ab ea parte. ff. eo. tit. Et quia etiam huiusmodi exceptio non recte opponitur, nisi cum tempore licito. ergo id tempus debet probari per c. abbate. de re iud. lib. 6.

Quæstio in statuto loquente de nobilibus.

75 ¶ Verum contrarium expresse & in hac specie tenuit Bar. in l. non solum. §. sed vt probari, col. 5. vers. vel pone statutum. ff. de ope. no. nunc. Nam in delictis, inquit, in dubio, debemus intelligere factum tempore licito, vt sic quis à delicto excusetur. l. merito. ff. pro socio. & l. interpretatione. ff. de pœnis. & quod dicimus de teste reducendo ad concordiam, ne incidat in falsum c. cum tu. de testib. Et dicit id expressum in l. 2. C. de pet. hær. vbi quis fundata intentione aduersarij sui excipiebat de titulo suæ emptionis, sed dubitabatur an dicta cessio præcesserat, vel secuta fuerat litem. & dicit glo. ibi, præsumi eam præcessisse, nisi probetur contrarium: alias præsumeretur delictum, scilicet vitium litigiosi. Alias autem si loqueremur in aliis rebus quàm in delictis, succumberet reus clare non probans, per d. l. matrem, & c. auditis, de præscript. & quod voluit gl. in cle. vlt. de rescrip. & facit l. Titiæ textores. ff. de leg. 1.

76 ¶ Hæc propemodum Bart. Quem sequuntur Ro. Alex. qui id dicit sequi totum mundum & Ias. ibi, qui eum §. legunt sub §. sciendum, & Sal. in d. l. matrem, ad fi. Pet. Anc. in c. in præsentia, col. 2. nu. 13. & ibi Pan. id dicens valde sing. col. 4. vers. si auté præsumeretur, & late Philip. Dec. num. 12. de probat. idem Panot. in d. c. audiuis, col. pen. vers. sed quando contingit, & ibi late Fel. char. vlt. vers. inquantum Ab. de præscrip. Alex. con. 52. viso themate illustrissimi, col. 1. lib. 3. & cons. 30. ex allegatis, col. 2. vers. & pro hoc etiam, lib. 7. Augnst. Ari. in addi. Ang. Are. in tracta. malefic. in verbo, de anno præsenti, col. 6. apud quos plenissime videbis hanc opi. multis aliis rationibus fundatam & defensam aduersus rationes Bal. & alias ab ipso Ias. adductas. Sed tu tamen omnino vide Pet. Anch. declarantem op. Bar. in c. cum dilecti, per eum tex. in col. 2. vers. Item per istud, & ibi quoque post eum Io. And. col. 2. & Fran. Arc. in 7. not. & Fel. etiam in 7. no. de accus. & eundem Fel. in c. 1. col. 4. vers. tamen factum, de re iud.

Alia quæstio super eodem statuto.

77 ¶ Sed super illo ipso statuto aliud dubium fuit hinc ortum, quod medicus quispiam nobilis ingressus fuerat palatium extra tempus concilij, curandi cuiuspiam causa. quærebatur an incidisset in pœnam statuti. De qua specie loquens Bal. in auth. ingressi, col. 2. vers. & est arg. ad statutum. C. de sacro. eccle. respondit, illum non teneri, cum id non ex contemptu statuti, sed ex causa rationabili fecerit, arg. glos. 1. ibi, dum loquitur de eo qui ingressus est monasterium orandi causa, & l. quamuis. ff. de in ius vocand. quibus probatur verba simpliciter prolata restringi ad id quod rationis est. Quam sententiam aliis quibusdam similibus confirmat Iason in d. auth. ingressi, col. 4. vers. ista glos. diuiditur, & in d. l. quamuis, in nu. 5.

De statuto prohibente nobiles conducere datia.

78 ¶ Sunt in Italia quædam statuta prohibentia nobiles conducere datia quæ vocant sub certa pœna. Quæsitum est an soluta ea pœna valeat contractus conductionis factæ à nobili. quod videtur. Nam cum lex prohibitiua imponit pœnam extrinsecam, si fiat cótra prohibitionem, non censetur actum contra prohibitionem factum annullare. l. vlt. ff. de diuor. Debemus enim esse contenti pœna à statuto indicta, arg. l. stipulatio ista. §. alteri, & l. doli clausula. ff. de verb. oblig. & c. in causis, de offic. deleg. In cótrarium quoque videtur, per l. Iubemus. §. sane. C. de sacro. eccle. vbi pœna imponitur facienti contra prohibitionem, & tamen actus manet nullus. Et facit etiam l. 1. C. quæ res expor. pos. & l. 2. ff. de his quæ pro non script. & l. si clericus, & ibi no. C. de epi. aud. & l. j. C. de sepul. vio.

79 ¶ Super quo dubio Cy. in l. nó dubium, in fi. C. de legib. dicit quod si imponitur pœna actui prohibito de iure communi, actus non valet: secus si de iure speciali. & ita procedit d. l. vlt. Sed tu de hac re, ne te diutius detineam, vide multo latius apud Bal. in d. l. non dubium, col. pen. vers. venio, & ibi quoque Sal. col. quoque pen. vers. quæro vt membrum. C. de leg. & Bar. in l. Prætor ait, in princ. ff. de ope. no. nunc. & Paul. Cast. cons. 62. quod dicta conuentio, lib. 2. vbi nuncupatum loquitur de hac nostra quæstione, & concludit hunc contractum nullum esse.

Nobilitas amabilis.

80 ¶ Nobilitas ex his est quæ amorem fauorémque conciliare solent, vel testimonio Virgilij, cuius illud est statim in initio lib. 4. Aeneidos, describentis ea quæ Didonem in amorem Aeneæ incitarunt, pellexerunt, inflammarunt,

Multa viri virtus animo, multúsque recursat
Gentis honos.

Quo in loco Christophorus Ládinus id annotauit. Cui adstipulatur illud Tullij in oratione pro P. Sextio alibi à nobis ad aliud citatum, Erat enim hominum opinione nobilitate ista blanda conciliatricula commendatus. Omnes boni semper nobilitati fauemus, &c. Et illud quoque eiusdem in oratione pro Cn. Plancio. Nunquam enim nobilitas, integra præsertim atque innocens, à populo Romano supplex repudiata fuit. Et nonnihil etiam diximus suprà cap. 20. num. 193. incip. & vt generalius. Quanquam Propertius huic quod de amore diximus non accedit, scribens lib. 1. Elegia. 5.

An deceat nobiles esse emphyteutas aut conductores.

Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti.
Nescit amor priscis cedere imaginibus.

Quod & nos alibi quoque ad aliud citauimus.

Miles quis intelligatur iure Canonum.

Quid si ad vsum proprium, non quæstus caussa.

81 ¶ Non indecorú est nobiles esse emphyteutas, aut rerum emphyteuticarum, siue etiam aliarum conductores. Primum probat tex. in c. literæ, de dilat. quod loquitur de quibusdam nobilibus qui cessauerant triennio & vltra, soluere pensionem rerum emphyteuticarum. Secundum, alius tex. in c. ex literis, de iure patro. quod & ipsum loquitur de milite (qua voce Ius Canonicum intelligit eum qui Equestri dignitate insignitus est, quem vulgus nostrum *Cheualier* appellat, de quo alibi diximus) qui ad Firmam, vt ipse loquitur, quod apud nos cóductionem significat, quasdam res tenebat. Tamen moribus nostris non admodum est honestum nobilibus res alienas conducere. Súntque in id quædam nostrorum principum edicta.

Quid si postea vendat fructus cóductos.

82 ¶ Crederem tamen, si nobilis ad vsum sui victus & domus, agros aut fundos, quorum fructus sunt sibi necessarij, conduceret: non quæstus, & negotiationis causa, non ob id illum nobilitati præiudicare, non magis, quàm si fructus ipsos sibi necessarios ad vsum suum emeret, ar. l. vniuersi, & ibi Doct. C. de vectig. cum sim. Etiam si eos postea ex superueniente caussa, id est, è re nata venderet: vt in simili voluerunt Guil. Cu. & Bar. & recentiores in l. cætera. §. sed si

separauit,

separauit.ff.de leg.1.Alb.& Bal.in l.1.§.vnde quærit Offilius,per illum tex.ff.de exer.act.Alb. in prima parte statutorum, q.79.item quæro,statuto cauetur.& in 2.parte, q.206.prædicta etiã faciunt. Bal.in c.1.§.si quis de manso,col.vlt.tit.de contro.inue.Pau.Ca. in l.2.in prin.ff. si cer.pe.cũ aliis multis conc.à me collectis in trac. Retractuũ,tit. 1.in præfat.nu.77.hæc tamẽ.

83 ¶ Nobilium, & Nobiliorum cognomina, familiis quibusdam Romanorum fuerunt. Nam quantum ad primũ, Plin. lib.8.c.40.scribit Volcatiũ Nobilem qui Cesseliũ Ius Ciuile docuit, è suburbano redeuntem, cum aduesperasset, canem à grassatore defendisse. Fuerúntque & apud alios nonnulli eo cognomento insigniti, & inter cæteros Alexander Antiochi filius, vt patet ex lib.1.Mach.c.10. Et ipsemet, aut aliusve eius nominis qui Eupatoris pater fuit, eiusdem operis lib.2.c.item 2.& iterum c.4.& c.10. Fuit & Valerius Nobilis Tribunus militũ, ex gẽte Valeria, in quem Cotta Consul in Sicilia virgis animaduertit. apud Frontinum lib. 4. Strategematon c.1.& Honorius Nobilis, qui Cõsul fuit cum Euodio sub Theodosio & Arcadio. *Nobilium cognomina apud Romanos & alios.*

84 ¶ Quantum autem ad secundum, Notus est multorum scriptorum monumẽtis Marcus Fuluius Nobilior, qui primũ Prætor fuit, deinde Consul, postremo Censor: eique Consuli Aetolia sorte contigit. vt hæc omnia videre poteris apud Liuium, belli Macedonici lib.4. & 6.non semel, atque etiam 7.non semel, & lib.9.& 10. Ex eóque lib. 9. intelliges illũ fuisse plebeium. quo magis mirum sit, illum Nobiliorem fuisse cognominatum. Huius quoque meminerũt Tullius lib.1.Tusculanarum q. & Plin.lib.35.c.10.haud multo post prin. Paterculus lib.1.Historiæ Romanæ, & Iulius Frontinus lib.Stratagematon 1.c.6.in prin.& iterum c.11. & Iulius Florus Epitomes lib.2.c.9.& Aulus Gellius lib.5.c.6.& Macrobius lib.1. Satur.c.12.vbi illum dicit scripsisse Fastos, quos in æde Herculis Musarũ posuit.& Eumenius orator, aut quisquis is fuit, qui orationẽ illã de instaurãdis scholis habuit. & Festus Põpeius li.16.in verbo, Retricib. Fuit & alter M.Fuluius Nobilior lõgo post tẽpore, ex Equestri ordine, inter comites Catilinę nominatus à Salust. Et Q. Fuluius Nobilior memoratus Floro in Epitome Liuij. l.1.49.

85 ¶ Nam & Clarorum quoque (quæ quidem dictio idem significat vt Nobilium, vt late diximus & probauimus supra c.2. nu.8. sed & hinc, & seq.) cognomen fuit Romanæ cuiuspiam familiæ. Erucij enim Clari Præfecti vrbis, & bis Consulis meminit Aulus Gellius lib. Noctium Atticarum 13.c. 16. Nam & eum reperimus primum fuisse consulem cum Seuero sub Antonino Pio. Cuius meminit Spartianus in vita Seueri, cum in principio, tum postea. inter nobiles quos occidi iussit Seuerus, & iterum cum Cethego sub Antonino Philosopho. Et adhuc scripsit Antoninus, apud Iulianum Iurisconsultum in l.nam salutem.ff.de offic. præfec.vigil. Alterius quoque nisi idem sit, meminit Plin lib.2.epist. ad Apollinarem, quem vocat virum sanctum antiquum, disertum. Et Septicij Clari Præfecti Prætorij Aelius Spartianus in vita Hadriani non semel. Et ad hunc aut alium eius nominis scribit Plin.lib.1.epist.15. Cassiodorus autem in Romanis Consulibus memorat Falconem & Clarum consules sub Pertinace. Sed & Antonini Clari meminit Iurisconsultus in l.viæ.ff.de priuil. vetera. Virgilius autem lib.10.Aeneidos alterum filium Sarpedonis Clarum vocat,

—Hos Germani Sarpedonis ambo
Et Clarus & Hæmon Lycia comitantur ab alta.

Sed & Didij Iuliani Imperatoris Didia filia Clara vocata est, apud Aelium Spartianum in vita ipsius Iuliani. Meminit & Apuleius Apologia 2. cuiuspiam Sicinij Clari.

86 ¶ Est statutum alicubi, vt pœna homicidij sit mille librarum, nisi si nobilis occiderit popularem, tunc enim pœnam fore capitis. Iudex autem condemnauit nobilem pœna mille librarum, adiecta hac clausula, vt si sententia esset contra, vel præter formam statuti, eam reducit ad formam ipsius. Quæsitum fuit an hic nobilis sit decapitandus. Hanc quæstionem disputauit Iac. But.cuius rationes in vtranque partem retulit Bal. in c. cum M. Ferrariensis, col.2. vers. nota hic quod protestatio, de constit. & ibi concludit primum caput sententiæ valere, tanquam certum: reseruationem autem non valere.& sequitur Corn.cons.161.subtilis, col.3. ver.nec etiã obstat, lib.4.eámque aliis rationib.cõfirmat. Tu illos, si ita tibi libitũ sit, videbis. *Quæstio in statuto loquẽte de nobili.*

87 ¶ Est quoque statutum, vt borum nobilium qui popularem occiderint, omnia bona deuastentur. Quæsitum item est an bona eorum aliis obligata deuastabuntur. quod videtur, arg. text. in l.1.§.seruus. ff.de Senatuscon.Silla. vbi seruus pignoratus & torquetur, & supplicium patitur. Nam & domus illa pignorata manet in dominio debitoris.l.pignus. C.de pign.act. & l.rescriptum, in prin.ff.de distrac.pign.cum simil. Et huius opinionis fuere Iac.Aret.in dicto §.seruus.& Cyn.Alber.& Ang.in dicta l.pignus.Sed ex eo, inquiunt, quod reliquum erit ex deuastatione satisfiet creditori. *An bona aliis obligata deuastari possint ex statuto iubente deuastari bona nobiliũ.*

88 ¶ Contrarium tamen voluerunt Bar.& Ro.in l.1.§.seruus.ff.de Senatusc.Silla.& Saly.in d.l. pignus.Ang.in l.Lucius.in fi.ff.de euictio.& Ro.con.128.prout ex tenore. quæ opin.est æquior & iustior. Nam creditores præferuntur pœnis publicis & fiscalibus.l.placuit.ff.de iur. fisci. & l.1.C.de pœn.fiscal.lib.10. Et habet creditor actionem contra destruentem pignus.l.qui occidit.ff.ad leg.Aquil.& l.seruum quem.ff.de pig. Præterea si pignus ad fiscum perueniret, creditor haberet contra eum actionem.l.recusare.§.si fisco. ff.ad Senatusc.Trebel.& l.cum fisco.

ff.de Senatusc.Silla.& l.1.C.ad leg.Iul.de vi pub.Ergo multo magis habet exceptionem contra fiscum volentem destruere pignus ipsum.l.inuitum.§.si eui damus.ff.de reg.iur.Denique de hac re videtur tex.apertissimus in l.res quę.§.res autem. ff.de iur.fisc.vbi fiscus non potest ius creditorum lędere,nec prius res aliis pignoratas distrahere quàm illis satisfiat.Nec obstat d.§.seruus,quia loquitur in seruo,qui delinquendo potest priuare dominum ipsius dominio. l.1.§.quoties.ff.de vi & vi arm.& cõsequenter creditorẽ iure quod in eo habet. Hic autẽ loquimur de delicto debitoris,qui creditorib. præiudicare nõ potest.Nec itẽ obst. ꝙ pignus manet in dominio creditoris,q͞a id verũ est,sed cũ onere pignoris.vide omnino Io.Igne.in d.§.seru⁹.

An nobilis rapiens è manu popularis, vel eius vestem dilacerans offendat in p̄sona.

89 ¶ Statutum est Florentiæ, quod nobili offendente popularem in personam, ipse aliique de domo eius puniuntur. Quid igitur si nobilis quicquam rapuerit ex manibus popularis, vel eius vestes laniarit:an sit locus statuto? Bart.in l.licitatio.§.quod illicite,paulo ante fin. ff. de public.& Petr.Ancha.in c.nuper,col.2.vers.& prædicta inducit,de sent.excom.& in c. si clericos,col.vlt.in vers.eiusdem initij, eod.tit.lib.6. dicunt locum esse statuto, quantum ad ipsum nobilem offendentem, vt scilicet dicatur offendisse in personam. Non autem quantum ad alios,scilicet illius domesticos:cum sit odium irrationabile,vt teneantur pro delicto alterius. Ideo non tenentur, nisi si corpus ipsum proprie læsum sit.

Alia quæstio in statuto loquente de nobilibus.

90 ¶ Perusij statutum est vt nobilis condemnetur in quadruplum eius, in quod popularis condemnaretur. Est'que aliud statutum, vt pœnæ criminum nocturnorũ duplicẽtur. Nobilis nocte deliquit. Quærebatur an nobilis esset condemnandus in quadruplum pœnæ simplicis, qua condemnatus fuisset popularis,si die deliquisset:an pœnæ duplicis, quam sustinuisset si noctu deliquisset.De qua re videbis Bart.in l.sanctio.col.4.ver.quæro ergo pone.ff.de pœ.& Bal.in l.si cũ exceptione.§.1.ver.sed pone quod statutũ.ff.quod met.cau.apud quos videre poteris.neq;enim amplius hæc & alia huiuscemodi tractare decreuimus,loca designasse cõtẽti.

Alia in alio statuto loquẽte de nobilibus.

91 ¶ Anconæ statutum est, vt nullus nobilis possit facere accusationem, denuntiationem, vel querelam de iure eius ciuitatis,vel episcopatus Anconæ,vel aliunde: nisi pro iniuria in se vel in res suas, & à se possessas, facta. Quidam autem nobilis denuntiationem fecerat aduersus nonnullos, qui dicebantur quicquam delicti perpetrasse,non circa personam ipsius nobilis, sed circa res ab eodem non possessas. fuerúntque dicti denunciati tanquam contumaces condemnati. Quæsitum est an huiusmodi processus esset nullus. Id quod Iac.A te.disputauit,& de eadem re interrogatus Bal.multis magnísque rationibus vtrinque adductis tandem concludit processum nullum esse,vt videre poteris cons.335.statuto,li.3.quod repetitur cons.426.li.5.

De statuto vt sufficiat fama quælibet ad probãdum contra nobiles, & de ratione illius.

Statutum potest facere ex insufficienti probatione sufficientem.

92 ¶ In multis locis statutum est, vt contra nobiles in criminalibus caussis sufficiat probatio ex fama,vt patebit ex iis quæ mox subiiciam. Quæ autem ratio mouerit statuentes, non satis video. Nisi si ea sit,vt reprimantur feroces nobilium animi,qui non verentur delinquere, metum terrorémque interim præsentibus incutientes:ita vt malint quidam subire periurium,quàm veritatem testificari,ne postea ab ipsis nobilibus aut eorum consanguineis male mulctentur. Et ne dubites de validitate huius statuti,id planum est valere statutũ,vt in aliquo casu fama faciat plenam probationem,vt colligitur ex Angelo loquente de alio quopiam statuto Bononiensi in l.2.§.dum autem.ff.quemadmodum test. aper.& ante eum ex no.per Bar.in l.de minore.§.plurimum,ad fi.ff.de q.& Philip.Dec.loquente de hoc nostro statuto,cons.37.in caussa rigorosæ accusationis,col.1.& præsupponunt omnes quos postea citabimus. Nam & alias valet statutum & consuetudo,vt probatio imperfecta pro legitima & plena habeatur,vt probatur in c.cũ dilectus,& ibi Pan.post alios in vlt.not.de fid.instr.Old.cons.105. videtur dicendum,Io.And.in addit.Spec.tit.de instr.edit.§.compendiose.vers.sed nunquid.Bal. in rub.C. de fid.instr.col.pe.vers.septimum supplementum.Ro.in l.admonendi,col.10.vers.& ex prædictis.ff.de iureiuran. cum aliis concordantiis adductis per Dec. vbi suprà. Licet contrarium teneat ipse Rom.in l.lege Cornelia, col.2.ver.an autem ex statuto.ff.de Senatusc.Silla.

Quid si probata sit fama contraria.

93 ¶ Super eo autem statuto multa dubia è re nata orta sunt. Bal.enim in l.sacrosanctæ,in fi.C. de episc.& cler.quærit,an si probata est fama contraria,huiusmodi fama probet contra nobilem. Et dicit non probare, quia cum sit elisa per probationem contrariam, de ea non constat, per eum tex.probãtem tum demum voluntatem priuilegiatam,cuiusmodi est hæc probatio, eam esse quæ vere cognita est,id est, de qua constat per legitimas probationes. Id enim quod non apparet,non potest esse priuilegiatũ.l.Diuus.ff.de mil.test.Ex quo Raph.Fulg.ibi etiam in fi.dicit authoritate ipsius Bal.quod quando datur priuilegium alicui rei, intelligitur si res sit legitima. Et ideo, inquit, cum in partibus Tusciæ, vbi multum puniuntur nobiles,statutum sit vt fama sit sufficiens probatio aduersus nobiles,procedet si fama sit legitima.

Quid si probatum fuerit contrarium.

94 ¶ Idem quoque Bal.in l.si tutor petitus,in fi.C.de pet.tut. dicit in casu huius statuti posse famam reprobari,quia fama reprobata non est fama,nec apparet de ea:ideo non potest esse priuilegiata, ar.d.l.diuus.ff.de mil.test. Et facit, inquit, quod not. Azo,in summa C. ad l. Aquil. circa medium,quod dicit bene notandum. In eo autem loco Azo scribit nunquã censeri exclusam probationem,quæ fit per rei euidentiã,& eum secuti multi, quos tibi cõgessi in tract. Retractuum,tit.1.§.4.gl.1.nu.36.has autẽ. Sed & in illa eadẽ gl.nu.1.& multis seq.ostẽdimus

probationem

probationem à lege, aut statuto introductam semper admittere contrariam probationẽ. Etiã si lex ipsa, aut statutum dicat quippiam haberi pro plena, aut plenaria probatione, siue etiam plenissimam vel omnimodam fidem cuipiã rei adhiberi, aut etiã ei standũ esse, vt ibi videbis.

95 ¶ Et id in casu de quo loquimur, adeo verum est, vt satis sit probare contrarium per famam contrariam, vt satis videntur voluisse Bal. & Fulg. in locis suprà allegatis, & expressius idem Bal. qui id statutum dicit esse Florentiæ, in d. l. di[...]s, versi. quartò est argumentum, & ibi post eum Angel. ff. de test. mil. per illum ipsum tex. vbi & id dicit notandũ, & quòd ita tenẽt assessores, & aduocati. & idem Bal. in l. qui accusare, col. 2. ver. vltimò not. C. de eden. & in l. in pecuniariis, quæ est vlt. col. 4. ver. ex hoc deciditur. ff. de ser. vbi & ad huc prętereà alleg. l. nõ solũ §. de vno, qui est 1. ff. de rit. nup. dicitq; ita seruari in practica. & rursus idẽ Bal. in l. ea quidem, col. pe. versi. itẽ quæro, dicit statutũ. C. de accu. Petr. Ancar. in repet. c. 1. de constit. li. 6. Panor. in c. cùm in tua, col. 1. in 2. not. de sponsa. Alex. cõsi. 16. in causa & lite, col. 2. versi. prætereà statutũ, lib. 5. Barb. in tract. de præstã. Card. in 2. q. vlt. partis, col. 2. & in c. cũ contingat, col. 3. nu. 14. & ibi Fely. col. 1. de rescrip. Philip. Dec. d. cõs. 37. col. 5. vers. quintò statutũ, & Catel. Cota. memo. incip. qualiscunq; probatio, col. 2. versi. sed an contrà. An autem possunt esse simul duæ famę contrariæ, vide Bart. Bal. & Roma. in l. is potest repudiare. ff. de acquir. hære.

Iterum de fama contraria.

96 ¶ De eodem quoque statuto loquens Angel. in l. 1. C. sent. rescin. non poss. & rursum in l. sub specie. C. de re iud. dicit sententiam latam per huiusmodi famæ probationem aduersus nobilem, retractari citra appellationem per instrumẽta de nouo reperta, aut aliàs veritate cõperta. & idem quoq; dixerat ipse Angel. in dicta l. diuus, versi. adde quod vbicunque, de testa. milit. & vbique dicit id esse de mente Innocen. rectè illum intelligendo in c. tua nos, col. 2. de cohabita. cleric. & mulie. Et sic inquit Angel. in d. l. sub specie, intelligo l. admonendi, quę no. est & subtilis ff. de iureiu. Et sequuntur Franc. Curt. Senior in repet. ipsius l. admonendi. col. 4.

Quid si post sententiam aliter veritas appareat.

97 ¶ Bald. item de eodem statuto loquens in dicto c. tua nos, col. 1. versi. quid si statuto, scribit in casu huius statuti non sufficere probare nudam famam nullis indiciis suffultam, vt dicit notari à Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionib. quod dictũ, inquit, est satis æquũ. Sed aduerte ne erres. Nã Bar. in d. §. tormenta, nihil de hac re dicit: sed in §. plurimũ, qui continuò sequitur, in quo latè tractat materiam famæ, paulò ante finẽ dicit, in casu quo ex statuto sufficit probare maleficium per famam, id intelligi de fama, quæ traxit originem ex probabilibus causis, quæ inducũt populũ vt ita credat: alias nõ esset fama, sed magis vana vox populi, quę exaudiri non debet. l. Decurionum. C. de pœn. Ideo, inquit, sit cautus iudex, vt intelligat non satis esse probare per famã simpliciter, sed per famã legitimã. Et id quoq; dictũ Bart. retulit, & secutus est ipse Bal. in c. veritatis, col. 2. versi. quærit Bar. an fama de dolo & contu. vbi id elegans dicit. & rursum in c. veniens, le 2. col. 2. versi. quærit gloss. & ibi Panor. col. 2. versi. quęro nunquid, & Fely. col. 6. versi. quinta conclusio, & Philip. Deci. col. 5. versic. tertia conclusio, & iterum versi. vltimo debet, vbi alios allegat, ext. de testib. & idem Bald. in c. suborta, circa med. de re iudi. vbi ex hoc dicit nudam famam non poni inter genera probationis. & allegat etiam c. sicut. §. verùm. eo. ti. & iterũ ipse Bal. in l. diffamari, col. 1. vers. itẽ not. quod. C. de inge. man. & in l. proprietatis, ver. itẽ fama. C. de prob. & Phili. Dec. qui alios citat d. cõs. 37. col. 3. ver. 3. prin.

Quid si fama nuda sit, & sine aliis indiciis.

98 ¶ Quid autem si statutum sit, vt contra nobilem sufficiat qualiscunque probatio. nam & talia sunt quædam statuta in Italia. Et de his loquens idem Bal. in l. 2. §. & filius. ff. qui satisd. cog. dicit talem debere esse probationem, quæ de iure valeat, nec sit remota per reprobationem cõtrarij, arg. d. l. diuus. ff. de mil. testa. Et sequitur Hippo. Marsi. consi. 81. salus omnium, col. pe. versi. quia dico, & consi. 89. summi Dei, col. 2. Et id bene notãdum dicit Iason in l. quodcũq;, in prin. in 2. not. ff. de verbo. oblig. qui dicit eundem Bal. idem quoque voluisse, vti certè voluit in l. 1. versi. per hoc determinatur. C. de fid. instr. Sed tamen ipse Ias. vbi suprà, continuò subdit esse cauendum. Nam isto, inquit, modo statutum esset omnino superfluũ, & nihil operaretur contra ius commune, si non nisi probatio de iure valida sufficeret: quod tamen esse non debet, vt per Bar. & alios in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infec. cum simil. At Catel. Cota. in d. memo. qualiscunque probatio, in prin. quædam dicit, vt sustineat dictum Bald. quæ non admodum mihi satisfaciunt, tu ibi videre poteris.

Quid si ex statuto sufficiat qualiscunque probatio cõtra nobilẽ.

99 ¶ Si statutum sit ne liceat magnatibus, vel nobilibus portare, siue tenere picta arma, siue insignia suorum consortium: in idque sufficiat probatio vnius testis de visu, & duorum de fama publica, & absque redditione causæ, cuiusmodi statutum est Florentiæ, vt scribit Philip. Deci. d. consi. 37. qui interrogatus an si testes rationem reddiderunt, sed malam, locus sit statuto. Et videbatur locum esse: nam cùm valeat eorum depositio sine redditione rationis, valet & si malã reddiderint, vt in simili dicitur in l. 1. in prin. C. de rei vxo. act. & quod not. glo. de libello inepto, in l. vinum, & ibi Doct. ff. si cer. pet. & in §. multis, in verbo, trãsitu, Institu. de liber. & Bal. in l. qui testamento. §. per contrariũ. ff. de testa. & alibi latissimè diximus.

Si ex statuto sufficiat testimoniũ cõtra nobilẽ sine redditione rationis: quid si reddita fuerit, sed mala.

100 ¶ Respondit tamen Decius contrarium. Nam statutum loquitur quando testes nullam rationem reddunt. Ergo non habet locum, cùm reddunt malam: quia cùm sit contra ius cõmune restringitur vt intelligatur in illis ipsis terminis, in quibus loquitur, nec ad alios extẽditur,

Statutum vt credatur testibus malam rationem reddentibus nō valet.

l.si verò.§.de viro.ff.sol.mat.gl.Bart.& alijs in auth.quas actiones.C.de sacrosan.eccl.Et ita in alio statuto,vt fama pro plena probatione habeatur,argumētatus est Pet.Anc.cōs.189.tribus de causis,col.vlt.versicu.primò quòd licet.Et præsertim in casu isto,quia statutum sola voluntate statuentium innititur:quo casu nō trahitur ad similia.Bal.in l.3.col.2.vers.ex quo no. q statutum.C.de iure dot.Imò verò si statutum expressè diceret credendum testibus malam rationem reddentibus,non ei standum esse,vt expressim voluit Bal.in l.si non speciali.ad fi. C.de testa.Et bene facit quod idē scribit in l.solā,ad fi.versi.nūquid quādo iudex.C.de testi.

Responsio ad contraria.

101 ¶ Nec obstat quod dictum est pro contraria parte,quia illud respondeti potest quod dicit gl. in cle.constitutionem,in verbo,de nouo,in fi.de elec.plus nocere malam & ineptā locutionem,quàm taciturnitatem.quod & probatur in l.expressa.ff.de reg.iur.cum concord.ibi adductis.Ideóq; licet valeat libellus generalis sine expressione causæ,parte non opponente.l. vlt.C.de anna.excep.& c.abbate sanè,de re iud.lib.6.Si tamē causa inepta exprimatur,vitiatur,vt voluit gl.in l.1.in princ.& ibi Bar.& alij.ff.de eden.vt quāuis iudex nō teneatur causam in sententia exprimere.c.sicut,de re iud.si tamē ineptā expresserit vitiatur,vt tradit Inn. in c.in præsentia,de renunc.Et quod idem quoq; in simili voluit idem Inuoc. in c. vlt.& ibi Pan.col.2.de procur.Et optima huius rei est ratio,quia cùm testes nullā rationē reddiderūt, est quędā præsumptio eos iusta ratione motos fuisse.Sed cùm malā reddiderunt,ea præsumptio cessat.nam in certis & claris non est locus coniecturis.l.continuus.§.cùm ita. ff.de ver. obl.Hæc & alia multa ad interpretationem & declarationem huius statuti Dec. dicto consi. 37.quem tu videre poteris si tibi opus sit.

Quæstio super alio statuto loquente de nobilibus.

102 ¶ Paduæ statutum est quòd si qui de magnatibus,siue nobilibus inferebant iniuriam cuipiā populari,qui esset de frataleis seu societatibus,simplici sacramento popularis crederetur, & illi magnates contra quos sic iurabatur,describebantur in quodam libro Communis,qui vocabatur liber potētum Malcablatorum:& alio statuto cauebatur vt nullus de dictis societatibus quas frataleas vocabant,posset describi in dicto lib.Quidam autem magnates faciebāt inscribi in matricula dictarum societatum & tabernariorum, vel bacariorum : & tamen id officium non exercebant.Id q; faciebant ne possent describi in dicto libro Malcablatorum, quia ita descripti multis pœnis & periculis subiiciebantur.Et respondit Albert. vbi suprà id non impedire quò minus in eo libro describerentur,arg.illius text.& l.scriniarios. C.de test. mil.vbi idem Albert. aliud quippiam simile dicit, de quo mox dicemus,in versi. seq.& leg. quidam.C.de Decur.lib.10.& l.1.C.de Collegi.lib.11.

Alia quæstio super alio statuto etiā loquēte de nobilibus.

103 ¶ Species autem quam tractat Albert. in d.l.scriniarios,atque etiam in tractatu statutorum parte 1.q.137.ex statuto,hæc est.Statuto Florentię nobilibus & magnatibus multa prohibētur & imponuntur,quæ minimè prohibentur & imponuntur popularibus.Hinc orta quęst. est quoniam domus Cyprianorum reperiebatur scripta in quodam libro securitatum, quæ à nobilibus fiebant.Cuius quidē libri titulus hic erat,Infrascriptæ sunt domus nobilium & potentum,quæ debent securitatē facere pro nobilibus & magnatibus de festo. S. Pangratij, domus de Ameritis,& de Cyprianis.Reperiebant etiam duos eiusdem domus Cyprianorū quinquēnio ante dictū statutum fecisse eam securitatem, & post dictū statutū omnes eiusdē domus,excepto vno qui se excusauerat per ætatē 70.annorū.Illi autem Cypriani dicebant se esse populares à natura,allegabántque aliud statutū limitās certo modo domus nobilium & magnatum.De qua re consultus Dy.consi.omnium 1.respondit pro illis Cyprianis,multis rationibus relatis ab ipso Alberico,prǽsertim in d.q.137.quem si tibi libitū fuerit videre poteris.

Si cessio certa nobili sit nulla ob defectū solennitatis, an cadat in pœnā statuti.

104 ¶ Perusij statutum est ne liceat sub certa quadā pœna nobili recipere vel in se transferre aliquam actionem vel cessionem quocūq; titulo aduersum popularē,cedē sq; cadat iure suo quod fortè non sine ratione statutum est,arg.eorum quę no.in l.1.& 2.C.ne lice.poten.Super cuius statuti intellectu multa dubia occurrerūt.Primum an si huiusmodi cessio nulla fuerit, quia omissa fortè est solennitas quæ in cōtractibus interuenire debuit,vel aliter,sit locus pœnæ huiusce statuti.Et dicit Bal.locū esse in l.quid ergo.§.cùm autem,ad fin.ff.de his qui. no. infa.per illū tex.& l.si quis legatum.ff.de falsis.Contrarium tenuit Bart.in l.filium.§.si quis bonorum.per illū text.& alios.ff.de legat.præstan.& in l.non putauit.§.nō quæuis,etiam per eū text.ff.de bono.pos.contra tabu.Roma.in l.si verò.§.de viro,in 33.fal.ff.solu.matr.& in l.si quis in graui.§.si autem,in fi.ff.de S.Silla.Guid.Pap.consi.192.ex facti narratione,col.2.vers. ad secundum quæsitum:& Fely.in c.ex tenore,col.5.versi.ad quod facit,de rescrip.Iaso.in l.s. §.1.in 5.no.ff.quod quisque iur.& in l.3.col.ante pe.versi.22.C.de iure emphy.Firmia.in tract. Gabel.in 3.parte 8.partis prin.quæst.32.vers.item sequitur quòd cedens.Franc.Rip.in l.4.§.

An statutum prohibens cedi nobili habeat locum in ecclesia vel clerico.

condemnatum,col.1.nu.4.ff.de re iudic.Sed huius rei veritatem intelliges ex his quæ scripsimus in nostris Legibus connubialibus in d.gloss.6.in 24.quæst.& in nostro tractatu Retractuum tit.1.§.1.in glosa.10 verbo, *a vendu*,nu.5.sed hic scire,cum multis seq.

105 ¶ Quæsitū quoque est an huiusmodi statutum habeat locum in ecclesia,vel clerico cedēte nobili.Et an cùm cessio facta est nobili clerico.De quibus tu vide Fed.Senē.consi.83,quod statutū editum,& consi.84.in puncto mihi transmisso,& consi.85.statuto ciuitatis Perusing : & Cardi.

Cardi.Flo.in repet.c.perpendimus,col.15.versic.quæro de quæstione facti, de sentent. exco. Panor.in c.ecclesia sanctæ Mariæ,col.pen.versi.& iuxta hoc statutum.de constit.& in c.quod clericis,col.6.versi.facit quod in simili,& ibi Barb.col.14.num.78.de foro comp. Domi.dum allegat Fed.in c.vlt.& ibi expresśiùs Philip Frau.circa medium,de immu.eccle. lib. 6. Alex. consi.93.visis & ponderatis,col.2.versic.& puto quòd dictum statutum,lib 2.& Corne.consi. 94.consuluit.col.3.versi.comprobatur, libr.3.& Rochum Curt.in repet.c.vlt.char.34.col 2. versi.quartò limita,de consuet.& Philip Dec.in c.ecclesia Mariæ col.pen.versi.& hoc etiã habet locum de constit.

106 ¶Sed & est quæsitum in casu dicti statuti,si nobilis iure hæreditario succesśit in aliqua actione contra popularem,an incidat in statutum. Et dicit Bar.in l.1.§.sed si iure, per eum tex.ff.ad leg.Corne.de fal.non incidere.& sequitur Panor.in c.1.col. 2.versic.item vide gloss. ne cleri. vel mona.& Barba.in l.si ex legati causa,col.6.ff.de verb oblig.& consi. 14. clementissimi, col.3.lib.2.consi.c.magnus,col.17.versi præterea adduco,lib.3.& consil.60.in medium, col. 6. eod.libr. 3. Quod tu confirmare potes ex multis quæ nos diximus in nostro tractatu Retractuum,tit.1.§.1.gloss.9.nu.166.sed huius postremi,& sequẽ.vbi inter cætera cito Ciceronem, qui in oratione pro L.Flacco constantissimè defendit Consules,Prætores, & cæteros magistratus,quibus non erat ius quicquam acquirere in sua prouincia: posse tamen hæreditates, quę sibi obuenerãt,recipere.& quę irẽ diximus in §.26.gloss.1.nu.4.sed si id recipias,& 3. seq.

Quid si nobilis succedat in actione contra popularem

107 ¶Quid autem si popularis qui habebat actionẽ cõtra popularem,constituat nobilẽ procuratorem cum pacto, vt constituens ab eo non petat rationẽ eius quod à debitore exiget, & agat nobilis non quidem vt cesśionarius,sed vt procurator:an is sit audiendus, an verò posśit repelli ex huiusmodi statuto? Et eum non admittendum,tanquam id factum sit in fraudẽ statuti,censuerũt Bal.Angel.Paul.Castr.& Iacobus à.S.Geor.in l.iuris gentium. §. Prætor ait, per gloss.ibi,in verbo,edicta.ff.de pactis. Ad quod facit quod dicam in 2.seq.versi.

Quæstio in casu illius statuti.

108 ¶Sed quid si stante huiusmodi statuto popularis cedat actionem suam forensi,quod non est prohibitum,cùm forensis non comprahendatur sub statuto.iste autem forensis postea cedit nobili,an valeat? Et dicit Bart.in l.si qui orthodoxæ.C.de hære. nõ valere. Vult enim, inquit, statutum,vt nullo modo perueniat actio ad nobiles,arg.d.l.& l.3.C.de natur.liber. Et id dicit tangi per Iacob.Bel.in Auth.vt de cæter. non fiant commut.eccl.re ad fi. Et bene facit quod dictum est numero præcedenti, & quod dicam in seq.

Alia quæstio.

109 ¶Est enim alicubi statutum,ne liceat nobili siue magnati emere possesśionem in Cluso, ita, vt opinor,vocant Itali oppidum & suburbia. Quid si nobilis non emat per se, sed per famulum,aut aliam interpositam personam,quæ sit de popularibus,valebitne contractus? Et dicit Bal.nuncupatim de hac specie loquens,non valere,in l.nõ dubium,col.4.versi.ex hoc infertur.C.de legib.& sequitur Pet.Anc.in repet.c.1.col.versi.iuxta prædicta congruè, de constit. & Barb.qui dicit sing.in tract.de præstan.Cardi.in 3.q.1.partis,col.5.versi.facit sing.& Catel. Cotta in memor.qualiscunque probatio,col.2.versi.secundò circa prædicta.

Quid si nobilis prohibitus emere emat per famulum, aut alium.

110 ¶Nobilium facta dictáq; aliis nota esse præsumuntur, vt dicit Panor.in c.tuam, in prin.per illum tex.de ordi.cogni. Vnde,inquit,in hoc casu non facilè admittitur allegatio ignorantię, per cap.ex illorum,de senten.excom. Et sequitur Ias.in l.si res obligata,col.pen.versic.3.limita ff.de leg.1.vbi ad id dicit facere gl.in l.si tutor petitus.C.de peri.tut. quæ dicit esse præsumptionem scientię eorum,quæ publicè sciuntur.

Nobiliũ facta ac dicta omnibus nota.

111 ¶Et ita certè natura comparatum est,vt quò quisque maiore dignitatis loco ornatus sit, eò conspectiora sint illius facta dictáque. Nõ possunt (inquit Diuus Chrysostomus libro tertio de Sacerdotio) episcoporum vitia dissimulari,sed vel statim parua,& exigua manifesta fiũt. Et paulò pòst. Qui priuatim hanc & quietã vitam viuunt, solitudinem habent suorum vitiorum tanquam velamen quoddam: iidem rursus cùm in medium prodierint, solitudinem illam sicut vestem exuere,ac per externos aduentitiósque motus, suos ipsorum animos omnibus nudos exhibere coguntur. Et iterum postea, Nam vulgarium hominum delicta velut in tenebris commissa auctores suos solos perdunt, cæterùm hominum illustrium & vulgò cognitorum delictum commune omnibus damnum adfert.

112 ¶Ad quod etiam referri potest illud Iuuenalis alibi ad aliud relatum,

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet,quantò qui peccat maior habetur.
Sed propiùs accedit illud eiusdem Saty. 9.
O Corydon Corydon secretum diuitis vllum
Esse putas? serui vt taceant,iumenta loquentur,
Et canis,& postes,& marmora:claude fenestras,
Vela tegant rimas,iunge bostia,tollito lumen,
Et medio clament omnes. At aute illum Ouidius ad Liuiam,
Ad te oculos aurésque trabis,tua facta notamus,
Nec vox missa potest principe vere tegi.

Sed

Sed & Claudianus quoque in Panegyrico.4. Consulatus Honorij,
Hoc te prætereà crebro sermone monebo,
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoscas, cunctis tua gentibus esse
Facta palam, nec posse dari Regalibus vsquam
Secretum vitiis. Nam lux altissima fati
Occultum nil esse sinit, latebrásque per omnes
Intrat, & obtrusos implorat fama recessus.
Et è poëtis Græcis Pindarus Pythiorum Ode 1. Hieroni Regi dicata,
Εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσ
σει, μέγα τοὶ φέρεται
Πὰρ σέθεν. πολλῶν ταμίας
Ἐσσί, πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις πιστοί.
Quibus ipsum Hieronem veluti monet, si quid inhonesti ab eo dictum fuerit, circumferri vndique. Multorum enim illum regem esse, multósque vtrisq; testes fideles esse.

113 ¶ Nec desunt aliorũ testimonia, Tullius in oratione pro Sexto Roscio Amerino statim post princip. Cæterorum, ait, neque dictum obscurum potest esse propter nobilitatem. Et lib. 2. Officiorum de nobilibus loquens, Nullum obscurum potest nec dictum eorum esse, nec factum. Sallustius in Catilinario, Qui, inquit, demissi in obscuro agunt, si quid iracundia deliquêre, pauci sciunt: fama atque fortuna eorum pareæ sunt (aut si mauis legere pares.) tanquam dicat, fama eorum æquè ac fortuna parua est, nec admodum nota. quanquam & parcæ non ab hoc sensu admodum distat. Subdit autem Salustius, Qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouere. Ita in maxima fortuna minima licentia est. Cui sententiæ maximè conuenit quod diximus suprà eodem capite, numero tricesimotertio, nobiles præ cæteris. Idem Salustius in Iugurtha ita facit Marium loquẽtem de nobilibus, Quantò vita eorum præclarior est, tantò horum socordia flagitiosior. Et profectò ita se res habet, maiorum gloria quasi posteris lumen est, neque bona neque mala eorum in occulto patitur. Herodianus lib. Imperatorum quarto, Principum, inquit, res latere nullo modo possunt.

114 ¶ Sed de hac re latiùs Plutarchus in libro Politicorum ad Traianum, Quisque, ait, sibi vitam & mores pulcherrimè excolere debet, quo prorsus omni nota, vituperationéq; careat: quãdo præsertim eorum qui Reipublicæ præsunt, non modò singula verba, nec res tãtùm publicitus gestæ animaduerti notaríque solent, sed virtus quoque, ioci simul & seria quoq; domus, ipsa familia, vxor, cubile curiosiùs conquiruntur. Quid hoc loco commemorare Alcibiadem attinet? què circa rem communem administrandam solertissimum habitum, atque inuictũ compertum Imperatorem, viuendi licentia atque animi ferocia perdidit: cuius cætera virtus ob immodicos sumptus, & vitæ luxuriam parum Reipublicæ visa est profuisse. Quãdo Athenienses Cimoni vinum, populus Romanus Scipioni somnolentiam soliti exprobare tradũtur: quippe qui nihil præterea aliud, quod illis obiectari posset, haberent. Verùm in Cneum Pompeium inimicos cauillatos accepimus, vnico digito scalpere depræhensum. Quemadmodum enim indignius ferri, maioríque haberi solent dedecori verrucæ, sicúsve in facie, quàm notæ, næui, atque mutilationes in reliquo corpore: sic etiam ob eam opinionem quæ plerosque omnes de principibus atque ciuilibus magistratibus tenet, vtpote de re magna atque dignissima, quæ omni facinore atque temeritate vacare debeat, minima quæque principum & magistratuũ errata notantur, & pro magnis habentur. Et paulò post Vulgus igitur mores, vitam, actiones, consilia omnia eorum qui Reipublicæ præsunt, curiosissimè rimari atque introspicere solet: etiam si hæc altè admodum obtegas, & tanquam velamentus obuubas & abdas. Hæc ille. quæ & tu addere potes ad illa quæ diximus suprà eodem c. numer. 39. incip. nobiles præ cæteris.

Leuiora errata deprehensa & reprehensa in nobilibus.

115 ¶ Et hæc quidem longè verissima esse arbitror, quanquam Lucas Pen. aliud voluisse videatur in l. mulieres, col. 4. in 20. priuilegio nobilitatis. C. de digni. dum scribit nobilium crimina faciliùs occultari, per l. ad splendidioris. C. de diuers. offic. lib. 12. dum ibi scribitur, vt velut in meliori fortuna positi, aut ea scelera quæ priùs commisisse doceantur, occultent: aut alia deinceps possint impunè cõmittere. Et ibi certè Accurs. notat ex eo text. delicta maiorum celari & non puniri, quod, inquit, sæpe contingit: licèt iustitiæ claues errent. Ex quo Bartol. ibi, aut quisquis is est, Nota, inquit, quòd clauis ecclesiæ multum errat in hoc, quòd delicta maiorum celantur. quod & repetit Ioan. Plat. ibi. Sed ex his satis intelligis eum text. loqui de delictis præteritis, de quibus atq; etiã præsentibus obtẽtu dignitatis impunitatẽ sibi promittũt.

De eadem re.

116 ¶ Matres magno ardent desiderio filias suas nobilibus nuptui tradendi, vt satis probat text. in c. super eo, le 2. de testib. & historia relata à Liuio, li. 4. ab vrbe cond. Virginẽ Ardeatem plebeij generis à duobus in matrimonium fuisse expetitam: quorũ alter virgini genere, par erat, alter nobilis: quem mater virginis præferebat, quæ quàm splendidissimis nuptiis puellã iũgi volebat

Matres cupiunt filias suas nobilibus viris collocari.

volebat: sed tutores qui è corpore plebeiorum erant, partium memores, plebeium anteponebant. Verùm magistratus Ardeatium secundum parentis arbitrium ius nuptiarum dedit. quæ res Ardeam propè ad internecionem adduxisset, nisi Romani mature succurrissent. Quam rem tu notabis ad l. si pater. C. de sponf. & l. 1. & l. in copulandis, & l. in coniunctione. C. de nupt.

117 ¶ Supra in capite 7. nu. 16. qua in re, & nu. seq. diximus dominũ non teneri inuestire de feud. ignobilem, qui à nobili emit. Quibus adde primum quod voluit Pau. Cast. cõsi. 335. cuius initium est, laudatio & inuestitura, col. 1. lib. 1. quòd vasallus nobilis cui à domino facta est potestas alienandi feudum, non id poterit alienare in ignobilem, per text. in c. similiter, titu. de leg. Corra. vbi vasallus miles non nisi militi dare in feudum poterit feudum domini. Sicut nec dominus potest eo inuito alienare feudum in inferiorem.

Vasallus cui facta est potestas alienãdi, nõ potest alienare in ignobilem.

118 ¶ Adde, inquam, quod & ipse Paulus tradit in illo eodem consil. versic. quartò probatur, quòd ignobilis est incapax feudi nobilis, nisi dominus expressè consentiat, arg. l. apud Iulianum. §. vlt. & l. seq. & ibi not. ff. de leg. 1. & l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de lega. 3. Ideóq;, inquit, procurator constitutus à domino ad laudandum & approbandum alienationes feudorum, non potest laudare alienationem feudi nobilis in ignobilem: cùm censeatur fuisse constitutus secundùm naturam rei, ad quam constitutus est, c. cùm olim abbas, de offic. deleg. Et illa conditio videtur inesse ipsi procuratorio, arg. l. 1. §. sub cõditione. ff. de leg. nomi. & l. si stipulatus. ff. de vsur. & l. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis caut. & l. cùm quis decedẽs, in prin. ff. de leg. 3. Nec videtur cõstitutus sensisse de incapace, ar. l. Lucius. §. Lucius Titius Damã. ff. de leg. 2.

Ignobilis incapax feudi nobilis sine consensu domini.

119 ¶ Subditorum autem interest habere dominos nobiles potius quàm ignobiles & plebeios: & potentiores, quàm inferiores. vt voluerunt And. Iser. Iacob. Aluar. & Cardi. Alex. in c. 1. §. ex eadem tit. de le. Corn. & Franc. Rip. lib. 2. Respon. c. 25. id in effectu, col. 4. vbi allegat Aegidiũ Ro. in lib. 1. de regimine principum, dicẽtem eos esse infelices, quibus pauper vel rusticus dominatur. Nam vt dicunt Docto. suprà allegati, tutiùs & securius viuimus sub potentiori domino, per tex. optimum, quem ipse Ripa citat, in §. audiant, in auth. de defen. ciuit. vbi scribitur, Omnem gentem sub maiori constitutam iudice, maiorem sentire prouidentiam.

Subditorũ interest habere dominos nobiles.

120 ¶ Latißime disseruimus supra cap. 29. An aduocati munus præiudicet nobilitati: & tandem conclusimus non præiudicare. Quanquam valet statutum prohibens nobiles patrocinari, vt à nonnullis dicitur voluisse Bar. in l. 1. in fin. C. de frum. Alex. lib. 11. Verùm illud ibi nõ dicit, sed aliud, videlicet valere statutum prohibens nobiles, aduocatos, & similes à quibusdam officiis publicis, vt prædæ auferatur occasio, vt ibi dicit text. loquens de Curialibus. Eidem quoque dicit Ioan. Plato. Quasi sentiant nobiles & aduocatos prędæ auidiores quàm cæteros.

An valeat statutum prohibens nobiles patrocinari.

121 ¶ Pistorij statutum est, ne nobiles possint esse arbitri inter populares, nec è diuerso populares inter nobiles. Dubitatũ est, quid si lis est inter nobilem & popularem. An nobiles vel populares poterunt esse arbitri in huiusmodi causa? Quam rem copiosißimè disputauit Salyce. & in vtranque partem 11. rationes adduxit. Et tandem tenuit non posse. nam cùm contingit ista mixtura personarum, prohibita persona inficit actum cum ea gestum ab alia persona habili & permissa. l. non distinguemus. §. si seruus. ff. de arbitr. & c. cùm super, de offi. delega. Sufficit enim impedimentum vnius ad remotionem alterius, qui aliàs iure suo posset eum actum gerere. l. præcipimus, ad fi. C. de appel. Item ista verba inter nobiles, vel inter populares, in altero tantùm verificantur. l. videamus. §. curatores. ff. de in lit. iuran. nam ibi verbum, inter ipsas verificatur, vbi aliquis maior est 25. annis, ita vt non sit pupillus vel adultus. Deinde verò tenet, quòd poterunt eligi in huiusmodi causa nobilis & popularis simul. quia suspicio quæ obtinet cùm vnus tantùm ex illis est, tollitur propter adiunctũ ar. l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de edend. Et facit l. 2. si aduer. liber. vbi iudex accumulatur secundùm diuersitatem litigãtium. & d. l. præcipimus, & l. iurisperitos. §. cùm oriundus. ff. de excu. tuto. & cap. cùm illorũ, de sentent. excom. & quod no. Cy. in l. presbyteros. C. de episc. & cleri. Hæc fermè Saly. quem refert & sequitur Petr. Anc. in repe. c. 1. in 14. quæstio. princ. versi. quarto vlteriùs de tali quæstione, de constit.

An prohibens nobiles ab officiis publicis.

Quæstio in statuto loquente de nobilibus.

122 ¶ Si nobili sit relictus vsusfructus, aut aliud quippiam annuum vice alimẽtorum, potest fieri transactio super eo relicto, sine Prætore. Non etiam si ignobili id relictum fuerit. tex. est secũdùm vnam lect. in l. cùm hi. §. si in annos, ibi, homini honestioris loci. iuncta gloss. 1. ante fi. ff. de transac. Tu tamen super intellectu illius tex. vide Docto. ibi.

Nobilis potest liberè transigere super relicto annuo pro alimẽtis.

123 ¶ Honor & dignitas familiarum per masculos conseruatur, vt scribit Cy. in l. 1. C. de adul. & pleríque omnes hanc rationem reddentes, statutorum excludentium fœminas existentibus masculis, quos nos alibi latè congessimus. Idque potissimum obtinet in familiis nobiliũ, vt nũcupatim scribit Bal. in c. in præsentia, col. 3. versi. item fauor ciuilis. de prob. & Alber. qui id factũ dicit ad cõseruationem ipsius nobilitatis, in rub. ff. de vul. & pupil. substit. col. 64. versi. sed certum est quòd quo ad testatorẽ. Ex quo illud manasse videri potest, quòd generali propemodũ Frãciæ consuetudine inter nobiles tantùm, & in rebus quoq; nobilibus tãtùm, non etiam inter ignobiles, nec in rebus ignobilibus masculi præferuntur fœminis, & primogenitus cæte

Inter nobiles præsertim conseruatur familia per masculos.

tus cæteris, vt non sine ratione coniunxerimus in hoc nostro opere ius Primigeniorum nobilitati. Et facit etiam quod scribit Marcus Mantua, consi. 117. cùm alias, in fine.

Nobiles in vtranque partem & virtutis & vitiorum ignobiles vincunt.

124 ¶NOBILES in vtranque partem & virtutum & vitiorum ignobiles longè superant. Cuius rei clarum testimonium nobis præbet & quotidiana experientia. Et Tullius, cui probè cogniti sunt vtrorunque mores, dum in oratione pro Publio Quintio, Dolabella, inquit, quémadmodum solent homines nobiles seu rectè seu perperam facere cœperunt, ita in vtroque excellũt, vt nemo nostro loco natus assequi posset: Iniuriam facere fortissimè perseuerat, & cætera. Quod nos alibi ad aliud retulimus, Et huc pertinet quod de Atheniensibus, gente quidem & antiquissima, vt alibi diximus, & nobilissima, scribit Plutarchus in vita Dionis ad fi. excellentissimos virtute eos esse viros, quos ciuitas illa pertulerit: & viros scelestissimos quos & eadem ediderit.

Nobiles decere iurisprudentiã.

125 ¶DOCTRINAM nobiles & principes, si quid aliud, decere ostendimus suprà capite quinto nu. 10. sed si verum, & seq. Illud autem hic adiicere voluimus, Iuris legúmque peritiam maximè illos honestare: contrà imperitiam dehonestare, vel testimonio loci inibi citati ex l. 2. § Seruius autem. ff. de orig. iur. vbi Q. Mutius Seruium Sulpitium ita obiurgauit. Turpe est Patricio, & nobili viro, & causas orãti ius in quo versatur ignorare. Nec enim otiosa sunt illa verba, & nobili viro. quibus apertè insinuabat Mutius viros nobiles iuri ciuili operam dare oportere. Plutarchus autem lib. Politicorum ad Traianũ monet principes, vt Ius ciuile ediscant. Et in libello cui titulus est, In principe requiri doctrinam, ex quo & illum in eo loco citauimus, monet itẽ principes vt leges quoq; ediscãt, iustitiámque obseruent. Sed quod dolẽdũ est, rarò video principes legum peritos, vt etiam è nostris dicit And. Iser. in cap. 1. titu. quis succes. tene. & Matthæ. Afflic. in c. 1. col. 2. nu. 12. titu. de probi. feud. alie. per Lotha.

Nobilium iusiurandũ cuiusmodi esse solet.

126 ¶IVSSVRANDVM nobilium vbique huiuscemodi esset solet, Per fidem mei corporis, vt retulit Guid. Pap. consi. 31. vlso ad plenum processu, in 2. dubio, versi. quinta ratio. Quod quidẽ valet, vt is subdit. Nam in præstatione iuramẽti inspiciẽdus est mos regionis, vt videri potest ex gl. in cle. j. versi. porrò, in verbo, tacta, in fin. de hæreti. & Iac. Bu. in auth. sacramenta puberum, col. j. C. si aduers. vendi. Hodie autem nostri nobiles passim ita iurant, Per fidem gẽtilis viri, id est, vt loquũtur, *Foy de gentil'home*, quod peræque est ac si diceret, nobilis viri. Nã vulgò apud nos gentiles vocamus nobiles, vt diximus suprà c. 2. nu. 50. illud præterea. Ita enim hi ostentant & venditant suam nobilitatem, quæ nulla multis eorum est. Sed ita ferũt mores nostri, vt plerique omnes malint videri existimarique, quàm esse nobiles.

Nobilium clementia & placabilitas in victos & alios id genus.

127 ¶Quò quis nobilior est, eò clementior, mãsuetior, placabilior in victos, imbelles, prostratos, profligatos, inimicos: vt non aliunde magis, quàm ex ea virtute nobilitatem hominũ cognoscas: aut ex contraria natura ignobilitatem. Ferarũ, inquit Seneca lib. 1. de Clemẽtia, nec generosarum quidẽ præmordere, & vrgere proiectos. Elephantes leonésque transeunt quem impulerũt. Ignobilis bestiæ pertinacia est. Non decet Regem sæua, nec inexorabilis ira. Ouidius vsus quoque est leonis similitudine de Tristibus lib. 3. Eleg. 5.

Quò quisque est maior, magis est placabilis ira,
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
Pugna suum finem, cùm cadit hostis, habet.
At lupus, & turpes instant morientibus vrsi,
Et quæcunque minor nobilitate fera est.

Sed & de Leonum clementia Plin. lib. 8. c. 16. Leoni tantùm ex feris clementia in supplices, prostratis parcit, & vbi sæuit, in viros prius quàm in fœminas fremit: in infantes non nisi magna fame. In leonibus autem esse & generositatem & nobilitatem ostendit ipse Plinius in eo. c. sæpius. Sed & de clementia elephantorum beluarum nobilissimarum Plinius li. 8. c. 7. Ipsius, inquit, animalis tanta narratur clementia contra minus valida, vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueat, ne quod obterat imprudens: nec nisi lacessiti noceãt. Aristoteles quoque lib. 2. Rhetoricorum ad Theodecten, idem de canibus, quod Ouidius & Plinius vbi suprà scribunt, vt scilicet prostratos non mordeant. Cæterum princeps ille oratorum & philosophorum Romanorum Tullius lib. Officiorum 1. scribit, non audiendos eos esse qui grauiter inimicis irascendum putent, idque magnanimi, & fortis viri esse censeant. Nihil enim laudabilius, nihil magno ac præclaro viro dignius placabilitate & clementia.

Ad idem.

128 ¶Sed vt redeamus ad Senecam, is libro primo, de Ira, tradit iram ventosam esse & inanem: tantúmque abesse à magnitudine animi, quantùm à fortitudine, audacia: à fiducia, insolentia: ab austeritate, tristitia: à seueritate, crudelitas. Multúmque interesse inter sublimẽ animũ & superbum. Iracundiam nihil amplum, decorúmq; moliri, & quæ sequuntur. Et ad calcem eiusdem libri. Nihil in ira, ne cùm videtur quidẽ vehemens & deos & homines despiciens, magnum, nihil nobile est. Et libro secundo eiusdem operis, M. inquit, Catonem in balneo quidam percussit imprudens. Quis enim illi sciens faceret iniuriã? Postea satisfacienti Cato, Non memini, inquit, percussum me. Melius putauit non agnoscere, quàm vindicare. Nihil, inquis,

in quis,

inquis, illi post tantam petulantiam mali factum est? Imo multum boni, cœpit Catonē nosse. Magni animi est iniurias despicere. Vltionis contumeliosum genus est, non esse visum dignum, ex quo peteretur vltio. Multi leues iniurias altius sibi demisere, dum vindicant. Ille magnus & nobilis est, qui more magnæ feræ latratus minutorum canum securus obaudit. Et paulo post. Pusilli hominis & miseri est repetere mordentem, vt mures & formicę, ad quas si manum admoueas, ora conuertunt. Imbecilla se lædi putant, si tanguntur.

129 ¶ Est autem apud nos tex. in c. parains, ad fin. 23. q. 1. Regem debere esse benignum erga suos subditos, atque etiam hostes, vt ex eo. no. Matth. Afflic. in præludiis feudorum. col. 10. vers. 6. quæro. sed is tex. id mihi probare non videtur, sed in eam rem nullis opus est nec textibus nec testibus, quando satis per se pateat. Sed ita tamen, vt non omittam quod Anton. Flor. illustris theologus in 2. parte summæ, tit. 4. c. quoque 4. inter signa nobilitatis posuit mansuetum esse, & post eum Matth. Afflic. in c. 1. col. 7. vers. signa autem nobilis, tit. quis dica. dux. Scribit autem Polybius Megalopolitanus lib. 4. tantum mansuetudinem atque benignitatem principum posse, vt non solum cum sunt præsentes, sed etiam maximo interuallo disiuncti, quosdam quasi fomites amoris, & beneuolentiæ erga se pectoribus hominum relinquant. Scribit & Plin. lib. 6. c. 22. eos qui Taprobanem insulam incolunt, regem eligere clementia insignem. Qui autem de apibus scripserunt, tradunt regem eorum aculeum non habere: aut si habet, illo non vti, quod inter cæteros prodidit Plinius lib. 11. c. 17. magna quidem principum admonitione ne aculeum aduersus subditos exerant. Suprà autem eodem c. nu. 46. diximus potentissimam dotem in principe liberalitatem, & clementiam esse. Et hæc quidem vera sunt, verum ea est nostrorum nobilium veluti insita natura, vt sint iræ implacabilis, licet se ignoscere fingant vt diximus suprà c. 23. nu. item 23. eodémque vlt.

130 ¶ Si statutum dat aliquem præcipuum fauorem popularibus siue plebeiis, iste fauor includit etiam aduenas ibi commorantes. Ita vt si ibi contrahunt, vel delinquunt, eo ipso se faciunt populares, & tanquam tales sunt iudicandi: licet in sua natione essent nobiles. ita scribit Bal. in c. cum ab ecclesiarum, col. 2. vers. vnde si statutum, de offic. ordi. Id quod aliquatenus ex eo dependet quod suprà diximus c. 10. nobilitatem pendere ex hominum nationúmque opinione, vt qui vno in loco est nobilis, alio est ignobilis, pertinétque etiam nonnihil ad id quod dicemus infrà, nu. 143. domi nobilis, & seq.

Nobiles aduena vtuntur priuilegiis popularium.

131 ¶ Solent nobiles habere duo domicilia, vnum æstatis, alterum hyemis, ad euitandam aëris malitiam, vt dicit Bal. c. dilectus, post medium, de rescrip. per l. 1. §. ęstate. ff. de aqua quotid. & ęsti. Nam & quis, inquit, potest habere quatuor domicilia, secundum quatuor anni tempora, arg. l. 3. §. saltus. ff. de acqui. poss. vbi scribitur, Saltus hybernos æstiuósque animo possidemus, quamuis temporibus eos relinquamus. Nam & alibi, vt id illi addas, Iurisprudentibus placuit duobus locis posse aliquem habere domicilium. l. assumptio. §. Iurisprudentibus. ff. ad Municip. Et illud certe scio, nostros Franciæ nobiles paulo locupletiores maxima ex parte illud obseruare, quod Bal. dicit, vt scilicet æstate vnum domicilium habeant, hyeme alterum: nisi si forte in oppidis habitant, quod rarum est apud nos, vt alibi diximus.

Nobiles solent habere duo domicilia.

132 ¶ Si pauper nobilis habet magnum quoppiam palatium euersum, vel destructum, quod per paupertatem ei reficere non liceat, potest cogi ad vendendum, ne ciuitas huiusmodi ruinis deformetur, vt expressim voluit Ro. sing. 780. pauper nobilis. Et id dicit voluisse Specul. tit. de satisdat. §. est quoque, ver. circa hoc quæritur, per l. lege, in prin. ff. de SC. Silla. & l. j. C. qui. ex caus. ser. pro præ. liber. accip. Sed aduerte quod Specul. nec de nobili loquitur, nec de hoc casu, sed alio diuerso, vt ibi videre poteris.

Pauper nobilis qui palatium reficere non potest, cogitur illud vendere.

133 ¶ Si quid à populo impetrare desideras, prius in tuam sententiam nobiles adducere tentabis. Nam facilius cæteros in eandem trahes illorum authoritate, vt scribit Archi. in c. commessationes, in verbo, monebuntur. 44. dist. per eum text. cuius in fine hęc verba sunt, Itaque prius monebuntur spirituales, aut his proximi, quorum authoritate & lenissimis quidē & instantissimis admonitionibus cætera multitudo frangatur. Ex quo etiam Domi. post Hugo. dicit prius incipiendum à maioribus, quàm à minoribus, cum quid persuadere populo volumus: quia inferiores postea facilius attrahentur. Sed & in id Archi. citat, & sequitur Matth. Afflic. in c. 1. col. 2. nu. 20. tit. de pac. iur. fir. Id quod probe intellexit Isocrates in tertia ad Philip. epist. cum scripsit, Græcè quidem, sed in hanc sententiam, Tum enim suadebam & hortabar vt compositis nostræ vrbis & Lacedæmoniorum & Thebanorum & Argiuorum controuersiis Græcos in concordiam redigeres, existimans si id à Principibus ciuitatibus impetrasses, quàm primum reliquas quoque secuturas.

Nobiles primi in nostram sententiam adducendi.

134 ¶ In c. 23. nu. 9. obiter diximus nobiles teneri de facinoribus suorum famulorū, illícque nonnullos è nostris citauimus. Quibus addendum putamus tex. in c. constitutis, le 2. & ibi glos. in verbo verisimile, de testib. & in cle. ne in agro. §. porro, & ibi gl. in verbo familiaribus, de stat. mon. & gl. in c. cum ad sedem, in verbo, interdictum, vers. sed nónne ex eo, & ibi late Anto. in vers. nuper, col. 2. vers. opponis quod etiam interdum de resti. spol. & Alb. in prima parte statutorum, q. 50. item an valere. Et quod de ea re scribit Alc. in l. pronunciatio. §. sermentium. ff.

Nobiles an teneantur de facinoribus famulorum.

de verb.sign. Nobiles, inquit, qui in famulitium suum sicarios, lenones, idque genus improbos retinent, ex eorum delictis arbitratu iudicis puniendi sunt. Præsumuntur enim eorum conditionem notam habuisse, nec eis licuit detestabiles hosce domi habere, & fauoribus prosequi. Et ideo etiam si dolo careant, culpa non carēt. Et Tullius in quarta in Verrem actione. Cum Verres ipse se defenderet, quod pecuniam quampiā, quæ male & iniuste ablata fuerat, nō accepisset, sed Volcatius, qui à comitibus eius erat: Comites, inquit, illi tui delecti, manus erant tuæ, quo quisque te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur. Cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm si centum cohortes fugitiuorū fuissent, tua manus sine controuersia fuit. Quicquid ab horū quopiam captū est, id nō modo tibi datū, sed tua manu numeratū iudicari necesse est. Nam si hāc defensionē probabitis, non accepit ipse: nemo vnquam tam reus, tam nocens adducetur, qui ista defensione non possit vti. Et paulo post. Si enim innocentes existimari volumus, non solum nos abstinentes, sed etiam nostros comites præstare debemus. Primum omniū opera tanta danda est, vt eos nobiscū ducamus, qui nostræ famæ capitisque consulant. Deinde si in hominibus elegendis nos spes amicitiæ fefellerit, vt vindicemus, missos faciamus, semper ita viuamus, vt rationem reddendam nobis arbitremur. Et post pauca, Sed tu cum & tuos amicos in prouinciā quasi in prædam inuitabas, ac cum illis, ac per eos prędabare: nō statuebas tibi non solū de te, sed etiā de illorū factis rationē esse reddendā. Et alia quoque multa in eā sententiā.

Amasis Aegyptiorum rex plebeia gentis.

135 ¶ In cap. 4. nu. 8. & vt de aliis, multos reges adduximus humili genere natos. Quibus addendum duximus Amasim sapientissimum Aegyptiorum Regem, quem Aegyptij inter initia contemnebant, nec vllius sane momenti ducebant, quod plebeius fuisset, nec insigni familia ortus. Sed hos Amasis ad se solertia, non asperitate perduxit. Erant ei cum alia bona infinita, tum vero peluis aurea, in qua tam ipse quam omnes conuiuæ semper abluebant. Hanc ille confregit, ex eáque dæmonis statuam fecit, & in appositissimo vrbis loco statuit. Aegyptij simulacrum adeuntes magnopere venerabantur. Quod Amasis resciens conuocatis Aegyptiis aperuit, ex illa pelui in qua primo Aegyptij euomere immingeréque, & pedes abluere consuessent, factum esse simulacrum, quod tunc tantopere venerabantur. Itaque se aiebat perinde atque peluim esse factum, qui si antea fuisset plebeius, impræsentiarum tamen Rex esset. Atque sic Aegyptios ad se traduxit, vt æquum censerent ei seruire. Quod Herodotus recensuit haud multo ante fi. lib. 2. & nonnihil tetigit Aristoteles lib. 1. Politicon c. vlt. cum loquitur de Amasi, qui de pelui sermonem habuit. & Plutarchus in conuiuio septem sapientum. Quæ loca vix intelliges sine illa Herodoti historia.

Reges ignobiles à subditis contemni.

136 ¶ Quod & nos hinc quoque adducere voluimus, vt illud preterea intelligeres, Reges ignobiles contemni solere à subditis, nisi solerter prudentérque eos ad se veluti trahant. Non quod Rex quisquis est, sit ignobilis, vt & nos docuimus supra c. 25. nu. 7. præterea quis dicit, vbi de Euandro Arcadum Rege locuti sumus. Nam & eo ipso quod Rex fit, is & nobilis fit, vt plene etiam ostendimus c. 7. Sed intelligimus de eo, qui ante adeptum regnum erat ignobilis: vt & de eo qui etiam ante regnum erat nobilis intelligitur illud Eccles. 10. Beata terra, cuius Rex nobilis est, quod iam sæpius ad alia quædam adduximus. Quod autem diximus de regno ignobili, aliò pertinet. Et vt illud item hinc intelligas non omnino verum esse, quod nos suprà c. 6. nu. 4. diximus ex Diodoro Siculo, Aegyptios omnes æqualiter nobiles existimare. Quod etiam ostendit quod scribit Lucianus in Nauigio, Comam prolixam insigne nobilitatis fuisse apud Aegyptios.

Nobiles nō possūt suis subditis imponere angarias.

137 ¶ Non possunt nobiles suis subditis imponere, siue imperare angarias, & perangarias, & alia huiuscemodi quæ sunt publici iuris: nisi ex consuetudine vel conuentione. Seruitia enim terminata, suis terminis & finibus sunt contenta. l. cum scimus. §. caueat. C. de agri. & censit. & c. dilecto, de offi. Archid. Quæ autem dicantur Angariæ & Perangariæ, ne id prætermittam, disces ex Suida in verbo ἀγγαρεία, & Vegetio lib. 2. non semel. Alciato in l. neminem. C. de sacro. eccl. hinc occasione sumpta, quod illic fit mentio de vtrisque, & in rub. C. de præpo. sacri. cub. lib. 12. Budæo in Comment. Græcæ linguæ: Erasmo in suis Annotat. in Matthæum, c. 7. Cælio Rhodigino Lectionum antiquarum lib. 18. c. 8. vltimæ æditionis.

Nobiles Galliæ venationi deditj.

138 ¶ Galliæ nobiles in primis venatione gaudent ac se exercent, vt tradit Gagninus huius nationis historicus lib. 2. in prin. de Clotario Rege loquens, Móxque, ait, vt est Galliæ nobilitatis vana consuetudo, ad feras venatu deprehendendas se conuertit. Et lib. 3. Dagobertus autem postquam sibi per ætatem licuit, feras indagare & venari, vt Gallis mos est, pergit. Et lib. 4. de Carolo Magno, frequentissimis venationibus, Gallorum more, delectabatur, exercebatúrque. Nam & de eodem loquens Eginhartus eiusdem Cancellarius in vita illius, cum venationi fuisse deditissimum ex more, inquit, & consuetudine Gallorum: cui nationi, vt ipse addit, nulla alia in eo studio cōparanda. Et Baptista Mantuanus in D. Dionysio de Gallis loquens,

Venatu, aucupio campos, montana, lacúsque
Sollicitant.

Quibus attestatur c. quorundam. 34. di. Cuius hæc verba sunt, Lanfredus episcopus, qui & iuuenis dicitur, venationi sit deditus, quod vitium plurimos

etiam

etiam de clericali genere duntaxat Germanos & Gallos treuerentes implicat.

139 ¶ Et certe venatio videtur esse propria ac peculiaris regum, principum, heroum, nobilium. *Venatio*
Nam Pollux in Onomastico ad Commodum, quo loco de origine purpuræ disserit, ita de *propria re-*
Hercule scribit, ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους καὶ κύων κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον. εἴδασι γὰρ ὅτι τοῖς ἥρωσι συνεισέβαινον *gum & no-*
μέχρι τῆς ἐκκλησίας οἱ κύνες. Sectabatur autem Herculem canis, vt erat mos antiquus. Nosti enim *bilium.*
quod simul cum heroibus canes in concionem ingrederentur. Quod sumptum videtur ex
Homero, qui statim post prin. libr. 4. Odysseæ inducit Telemachum in concionem Achiuorum centum duobus canibus comitatum,

Βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ἀγορὴν. παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος,
οὐκ οἶος, ἅμα τῷ γε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο.

Sic & Virgilius lib. 8. Aeneid. facit canes comitari Euaudrum Regem nobilissimum.

Gressúmque canes comitantur herilem.

Quo in loco Seruius aduocat & illud Salustij in Romana historia, Syphax inter duos canes stans Scipionem appellauit.

140 ¶ Idem autem Virgilius lib. 9. eiusdem operis inducit Numanum cognomento Remulum hæc gloriabundum de Italis iactantem,

Venatu inuigilant pueri, syluásque fatigant. Et lib. 7.
Et te montosa misere in prælia Nursa,
Vfens, insignem fama, & fœlicibus armis,
Horrida præcipue cui gens, assuetáque multo
Venatu nemorum. Et eod. lib. 9. de Niso,
Vidimus obscuris primam sub vallibus vrbem
Venatu assiduo, Et lib. 5. de Helymo & Panope comitibus regis Acestæ,
Tum duo Trinacrij iuuenes Helymos Panopésque
Assueti syluis comites senioris Acestæ. Et lib. 5. de Lauso Mezencij regis filio,
Lausus equûm domitor, debellatórque ferarum. Et lib. 9. de Amyco,
—Inde ferarum
Vastatorem Amycum, quo non felicior alter
Vngere tela manu, ferrúmque armare veneno. Ex quo vides Virgilium scribere

quos maxime laudare voluit, huic studio admodum sese dedisse.

141 ¶ Nam optimi principes, vt docet Dion, venationem exercent, vt rem optimam atque salu- *Venatio-*
berrimam, vnde corpus robustius, & anima fortior efficitur, in qua bellica omnia exercentur. *nis commo-*
Nam & in ea equitare, & currere, & atroces feras excipere, & æstum frigúsque perferre, sæpe *da.*
famem pati necesse est. Cyrus authore Xenophonte, suos non prius ad prandiũ siue cœnam ire sinebat, quàm sudassent. Itaque in venationem educebat, qua sudor maxime euocatur. Damnabat autem ocium & desidiam perinde ac rem pestiferam, & corporibus valde detrimentosam. Idem lib. 1. Pædiæ, statim post prin. laudat Persas, quod publice operam debant venationi, & sicuti Rex in bello se ducem iis præstat: ita & ipsa tum venatur, tum vt alij venentur diligentiam adhibet, quod hæc eis verissima videtur meditatio rerum bellicarum. Nam diluculo assuescunt assurgere, frigoráque & calores tolerare. Necessarium est etiam sagitta bestiam ferire, ac iaculo petere: atque animus sæpe cogitur concalescere, vbi ferox aliqua bestia contra sese obiecerit, & irruentem obseruare: vt vix in venatione eorum quicquam abesse videatur quæ inter bellandum accidunt. Et lib. 8. eiusdem operis de ipso Cyro loquens, Bellicæ, inquit, exercitationis gratia eos ad venationem educebat, quibus hæc exercenda existimabat. Hanc exercitationem rerum bellicarum esse omnino ratus optimam, equestris autem verissimam. Hæc enim in omnifariam locis equitantes maxime ostendit, quoniam insequi oporteat feras fugientes: & hæc item reddit ab equis maxime agiles ad efficiendum opus, quoniam capiantur & cupiditate & honoris studio.

142 ¶ Idem autem Xenophon venationis imprimis studiosus, vt tradit Laërtius, atque eam tanti *Venatio*
fecit, vt ei nũcupatim librum dedicarit, hoc titulo κυνηγετικὸς, in cuius princ. dicit venationem *Deorum in-*
Deorum inuentionem esse, Apollinis scilicet, & Dianæ: eáque exercuisse Chironem, qui & *uentum.*
eam docuit Cephalum, Aesculapium, Melanionem, Nestorem, Theseum, Hippolytum, Pa- *Heroes qui*
lamedem, Vlyssem, Mnestheum, Diomedem, Castorem, Pollucem, Machaonẽ, Podalirium, *venationi*
Antilochum, Aeneam, Achillem, qui per id tempus chari Diis fuere. Adde & Menelaum & *studuerũt.*
Leomatum, ex Aeliano lib. 9. de varia historia. Sed vt redeamus ad Xenophontem, is multas laudes in venationem congessit, cum per totum eum librum, tum vero præcipue ad finem illius, quæ illic omnibus sunt obuia.

143 ¶ Nec solus Xenophon de venatione scripsit (vt id in transcursu dicam) Nam & Oppianus *Scriptores*
Cilix de eadem libros quinque ædidit, ex quibus quatuor etiamnum supersunt. Et Gratius *venatio-*
poëta, qui sub Augusto Cæsare floruit. Cuius & hodie liber vnus de ea quoque extat. De *nis.*
quo est illud Ouidij de Ponto elegia vltima.

Tityrus antiquas, & erat qui pasceret herbas,

Aptáque venanti Gratius arma daret.
Quod sumpium videtur ex ipsius Gratij poëmate, vbi ita cecinit,
Carmine & arma dabo. & venandi prosequar artes.
Et Callisthenes, quem ex li.3.de venatione citat Plutarchus in lib.de fluuiis. Sostratus, quem & es lib.2.de venatione citat Stobæus in Ser. 62. quo Venerem improbat. Marcus Aurelius Olympius Nemesianus poëta, cuius etiamnum extat de venatione liber. Belisarius Aquiuiuus Aragoneus Neritiorum, qui & fere ex Oppiano librum de venatione scripsit. Ioannes Elius qui de vocabulis venatoris scripsit, in libro de scientia scribarum publicorum. Et nouissime Michaël Angelus Blondus, qui nuper ad Franciscum regem nostrum librum eiusdem materiæ scripsit. Et Adrianus Cardinalis qui carmine phalecio de venatione ad Ascanium Sfortiam Cardinalem scripsit. Et Angelus Bargæus, qui & ipse libros de venatione scripsit. Ante hos omnes vtpote ante natum Christum anno 270. Dornadilla Scotorum rex scripsit de venatoriis legibus librum: nam & ipse venationem venatoriósque canes ob corporis exercitationem post cibos & sacra in magnis habebat delitiis, vt scriptum reliquit Balæus Sudonolcas in illustribus maioris Britaniæ scriptoribus.

144 ¶ Sed vt ad alia pergamus, Plato lib.6.de Legibus monet adolescentes alendis canibus, & reliquæ venationi dare operam. Et lib. 7. paulo ante fi. scribit optimam esse quadrupedum venationem, quæ equis, canibus, corporis viribus agitur. Nam quibuscunque diuina curæ est fortitudo, ij quadrupedes omnes cursu, vulneribus, telísque manu propria venando vincere debent. Et paulo post, Sacros hos venatores vbicunque venari velint, nemo prohibeat. Et Cicero lib.1. Officiorum, Suppeditant, inquit, & campus Martius, & studia venandi, honesta exercitia. Diogenes Synopeus teste Laërtio in vita illius, pueros quos instruendos habebat ad venationem educat. Apud Cretenses ἀγελάτης is erat, qui puerorum gregibus siue cohortibus præerat, ex lege eos ad venandum educebat, author Heraclides in politia Cretensium. Sed & Lacedæmonij ex legibus Lycurgi studia circa venationes per omne tempus agebant, nisi forte militiæ vacarent, vt scribit Plutarchus in vita ipsius Lycurgi.

Aliorum testimonia.

145 ¶ Alexander ille magnus post prandium sæpe diem venatu consumebat, vt tradit Plutarchus in vita illius. Pelopidas Thebanus vir animi virtute & corporis robore præcellens, primam militiæ suæ institutionem à venationis meditatione accepit, vt tradit idem author in vita illius. Philopœmenes Acheorum dux insignis quoties ab armis ocium nactus esset, venationi operam dabat, vt qui opinaretur eam rei militaris comitem esse, vt idem author est in vita ipsius. Pompeius Magnus cum Numidiam victor peragraret, venationibus leonum & elephantorum aliquot diebus operam dedit. Plinius Secundus studiis animum, venatu corpus exercebat, vt ipse profitetur lib.5. Epistolarum ad Apollinarem. Idem alibi libr.1. ad Cornelium Tacitum scribit se crebro venationibus interesse, adiiciens hæc verba, Mirum est vt animus hac cogitatione motúque corporis excitetur. nam vndique syluæ & solitudo, ipsúmque illud silentium quod venationi datur, magna cogitationis inuitamenta sunt.

Alij viri celebres qui venatui operam dederunt. Imperatores.

146 ¶ Traianus Imperator laudatissimus, quem tanti fecit Gregorius ille Magnus, vt eum lõgo tempore post eius mortem suscitarit, vt nonnulli Theologi scholastici tradiderunt, venationes frequentes cum amicis & familiaribus exercebat, vt tradit Dion Cassius. Et Hadrianus illius in imperio successor, venandi studio vsque ad periculum tenebatur. Nam inter venandum diffracto humero & crus pene contriuit, vt idem author prodit. Et de eo quoque Spartianus, Venandi, ait, vsque ad reprehensionem studiosus. Antoninus Pius & illius successor laudatissimus, venando se multum oblectauit, vt scribit Iulius Capitolinus. Marcus quoque Antoninus philosophus, qui mox in imperio successit, & quem Spartianus dicit sanctitate vitæ omnibus retro principibus antecelluisse, venationi item operã dedit, teste Capitolino. Atq; etiam Alexander Seuerus Imperator laudatissimus, vt tradit Aelius Lãpridius in vita illius. Et vt de aliis recentioribus principibus loquar, Albertus & ipse Imperator Ro. dicebat venationẽ esse exercitationẽ virilẽ: saltationẽ muliebrẽ, vt alibi diximus, suprà c. 37. nu. 18. Seneca.

Traianus. Hadrianus.

147 ¶ Achilles ille bellatorum maximus præludia armorum & venationes recensens, apud Statium lib.2. Achilleidos, ita infit,

Achilles.

Quid nunc tibi prælia dicam
Syluarum, & vacuos sæuo iam murmure saltus?
Nunquam ille imbelles Ossæa per auia lynces
Sectari, aut timido passu me cuspide damas
Sternere, sed tristes turbare cubilibus vrsas,
Fulmineósque sues, & sicubi maxima tygris,
Aut subducta iugis fœta spelunca leæna,
Ipse sedens, &c.

Nam & illum venationem à Chirone didicisse suprà diximus. Horatius autem, ne à poëtis discedam, lib. Epist.1. epist.18. ad Lollium, de venatione loquens laudat,

Venatio salubris.

Pulmenta laboribus empta

Romanis

Romanis solenne viris,opus vtile famæ,
Vita'que & membris.

Et ante hos Homerus non multo post priu.5. Iliados. Scamandrium laudat tanquam ἐσθλὸν θηρητῆρα,id est,bonum venatorem à Diana edoctum.

148 ¶ Quod si quispiam obiiciat Decreta Canonica venationem clericis interdicentia d. c. quorundam.74.di.&c.qui venatoribus,& multis seq. 86. di. vbi & eam artem nequissimam appellant: & aliis quoque seq.& per totum tit.extra,de cler.venat. Huic ita respondendum esse censeo,multa esse suapte natura & vtilia & honesta, quæ ex tempore & persona sunt illicita. Ideo multa clericis prohiberi,quæ cæteris sunt permissa. Licet igitur clericis prohibeatur venatio,cæteris tamen permittitur,vt no.gl.& omnes Doc.in c.1.de cler.vena.& in d.c.qui venatoribus. Et propterea quod ibi dicitur, venationis ars nequissima, intelligitur quantum ad clericos.Sed & illud intelligitur,si causa voluptatis id faciant, non si recreationis vel salubritatis gratia(nam eam salubrem esse suprà diximus)vt voluerunt Doc.in d.c.1. Inno. in c.dudum le 2.& ibi Panor.de elec.Fel.qui id commendat in c.auditis,col.pe.de præscrip.

Decreta canonica venationes abhorrent.

149 ¶ Sed & omnia quæ suprà diximus in laudem venationis ita velim intelligas,modo ne sit nimium atque immodicum venandi studium, cuiusmodi est nonnullis principibus, ac omnibus prope nobilibus nostræ Galliæ,qui ad insaniam vsque eo studio tenētur,aliarum rerum & publicarum & priuatarum obliti. Antiochus ille qui iterum aduersus Parthos exercitum duxit,eum in venatione quadam studio persequendi feram ab amicis & seruis aberrasset, in casam inopum quorundam virorum ignotus intrauit, ac inter cœnandum cum de Rege sermonem iniecisset,audiuit aliàs quidem bonum esse,sed amicis flagitiosis vtenté plurima negligere,sæpéque illa quæ necessaria erant nihil curare,quod venationis nimium esset studiosus. At tūc quidē tacuit, sed posteaquā satellites simul cū die ad casam illā venerūt, cognitus, allata purpura & diademate,Nimirū.inquit.ex quo die vos sumpsi, heri primū vera de meipso verba audiui. Author Plutarchus in Apophthegmatis Imperatorū. Et nos ipsi quosdā nobiles nouimus in venationē bona sua misere prodegisse. Interim tamen vicinorū agros miserius deuastantes. In quo sunt admodū vituperandi. Cicero li.2.Offic. prodigos eos vocat, qui venationū apparatu pecunias profundūt. Notáque est fabula Actæonis venationis omnium hominū studiosissimi,qui in ceruum mutatus à suis canibus dilaniatus est. quod nō ob aliud finxisse poëtas nōnullis placet,quàm quod omnia bona sua in canes & venationē insumpserat,quod quidem inter cæteros scribit Fulgentius,ex Anaximenis autoritate. Suprà autem diximus Hadrianum Imp.ob nimium venandi studiū fuisse reprehensum. E nostris,Paris Put. in tract.de Sindicatu,char.3.incessit principes qui omnem operam curámque in venationibus reponunt. Nec tamen facile accesserim Salustio,qui de venatione ita loquitur, tanquam bonum ocium conterat,sit'que veluti inter seruilia officia numeranda: nisi forte de immodica intelligat. Ita enim loquitur in procemio Catil. Non fuit consilium socordia atque desidia bonum ocium conterere: neque verò venando, seruilibúsve officiis intentum ætatem agere.

Venatio immodica non laudanda.

150 ¶ Igitur vt id caput finiam,nobiles honeste possunt venationibus modeste operam dare, modo id fiat citra agrorum alienorum populationem. Nec tamen eam subditis prohibere possunt,vt voluerunt Hosti.Io.And.Car.Flor.& Ant.in c.non est,de dec.& late Phil. Dec. con. 197. in casu inquisitionis, vbi & illud dicit, ius venandi non esse è numero iurium Regalium, nec soli principi competere, neque ideo ab eo legitime interdici posse,cum sit Iuris gentium. quod & idem propemodum repetit con.271.in casu mihi transmisso,in prin. & Bened.in repe.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelasiam,nu.898.& multis seq.vbi ex hoc improbat quasdam nostrorum Regum ordinationes, quas vocant, prohibentes subditis venationes,vt ibi videre poteris.Sed proh dolor. Nunc enim simplices, vt ita loquar, atque infimi nobiles id sibi ius vendicant,immo verius vsurpant,scilicet venandi vbi libet, & suis subditis prohibendi,& quod deterrimum est,morte mulctant eos qui venationi illis inscius aliquando vacauerunt, Latrunculatoribus nostris id muneris illis præstantibus, conniuentibus aut, quod potius crediderim, ignorantibus nostris principibus. Non quod nesciam principes id ex iusta'quapiam caussa subditis prohibere posse. Quid enim si agricolæ, mercatores, artifices, & cæteri id genus homines præ nimia venandi opera agriculturam, mercaturam, artificium suum derelinquant? aut alia quæuis caussa intercesserit quæ iure eos moueat?

Nobiles an possunt suis subditis venationes prohibere.

151 ¶ Sunt & alia plurima quæ de venatione dici possunt, quæ poteris videre apud Io.Fabr. in §. feræ,Instit.de rer. diui.Imo.& Fran.Arc.post Iac.Arc.in l.4.§. Nerua. ff. de acquir. pos. Mart. Laud.& Car.Alex.in c.nemo,tit.de pac.ten.eundem Car.in c.ius naturale,j.di. Cep. in tract. rust præd.tit.de Aucupatione,qui est. at. Guido Pa. dec. Delphi. 318. non est licitum. Philip. Dec.in 2.consiu præc.vers.citatus,& præterea cons.quod siue nu.sequitur.illud cons.271. hoc initio,superiori anno,& iterum cons.302. cuius superscriptio incipit, an & quando cessionarius,col. 6. vers. nec ob. quod testes.Iac. à S.Geor.in suo tract.feud. in verbo,& cum venationibus. Matth.Afflict.in constit.Siciliæ incip. scire volumus,in fi.

Alia de venatione.

152 ¶ Statutum est Florentiæ vt magnates siue nobiles teneantur præstare satisdationem de

Quæstio super statuto loquente de nobilibus.

nó offendendo populares. & quod huiusmodi satisdatio comprehendat etiam liberos eorum. Fuit quæsitum an si filius spurius cuiuspiam nobilis offenderet popularem, committatur hæc stipulatio? Et respondit Alb. non cómitti, in l. cum pat. §. mater. ff. de leg. 2. & itetú in tractatu statutorú parte 1. q. 61. ité quæro si statuto ciuitatis, vbi videbis quib. ipse rationib. moueatur.

153 ¶ Scripsimus suprà c. 20. nu. 104. nobiles vt & alij, & multis seq. nobiles non tam grauiter pu-

Decapitationis pœna aliarum honestissima.

niendos esse, quàm ignobiles pœna corporali. Ideóque, vt dictum est nu. 107. leges, ex quo crimine ignobiles laqueo suspenduntur, quod ignominiosissimum mortis genus est, nobiles esse decapitandos, quæ mors non tam infamis est. Et id certe præter ea quæ ibi diximus, osten dit Xenophon ille Socraticus lib. 2. eius operis cui titulum fecit κύρου ἀναβάσεως, de Cyri ascen su siue expeditione, vbi de Menone loqués viro flagitiosissimo, ita scribit, ἀποθανόντων δὲ τῶν στρατηγῶν, ὅτι ἐστράτευσαν ἐπὶ βασιλέα σὺν κύρῳ, τὰ αὐτὰ πεποιηκὼς οὐκ ἀπέθανε. μετὰ δὲ τὸν τῶν ἄλλων θάνατον στρατηγῶν, τιμωρηθεὶς ὑπὸ βασιλέως ἀπέθανεν, οὐχ ὥσπερ κλέαρχος καὶ ἄλλοι στρατηγοὶ ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς (ὅπερ κάλλιστον θάνατον ἔδοξεν εἶναι) ἀλλὰ ζῶν αἰκισθεὶς ἐνιαυτὸν ὡς πονηρὸς λέγεται τελευτῆς τυχεῖν. Quibus significatur, interfectis Prætoribus, ob id quod Cyrum minoré cótra Regem iuuissent, cum eiusdem criminis esset damnatus ipse Menon, non statim tamen, neq; eodé mortis genere sublatus est. Non enim ei, vt Clearcho & cæteris Prætoribus, caput est à ceruicibus abscissum (quod supplicij genus honestissimum habetur) sed quod eius sceleribus dignú fuit, Regis iussu multis corporis cruciatibus laceratus vix anno exacto expirauit. Quo etiá spectat, quod tradit Valerius Max. li. 2. c. 2. Africanú superioré deuicta Carthagine, cum omnes qui ex exercitibus Ro. ad Pœnos transierant in suam potestatem redegisset, grauius in Romanos quàm in Latinos trásfugas animaduertisse. Hos enim tanquá patriæ fugitiuos cru cibus affixisse: illos aút táquá perfidos socios securi percussisse. Hæc aút pœna decapitatio est.

154 ¶ Domi nobilis plerunque Ciceroni dicitur, & alijs quoque scriptoribus. Nam ipse Cicero

Domi nobilis quid significet.

in 1. in Verrem actione, Eubulides est Grosphus Centuripinus homo cum virtute & nobilitate domi suæ, tum etiam pecuniæ princeps. quod & nos alibi ad aliud citauimus. Et in 3. in eundem actione, Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri iussit: ibi hominem ingenuum, domi nobilem populi Romani socium atque amicú fumo excruciatum semiuiuum reliquit. Et in quarta in eundem actione, Heraclius est Hieronis filius Syracusanus, homo in primis domi suæ nobilis. Et actione 5. Itaque cum Pillenus Herbitensis, homo & disertus, & prudens, & domi nobilis. Et actione 6. Melitensis Diodorus homo & domi nobilis, & apud eos, quo se contulit propter virtutem splendidus. quem locum etiam alibi ad aliud citauimus. Et actione quoque 7. Alter parés ex altera parte erat Herbitensis Eubulida, domi suæ clarus & nobilis. Et iterú, Erat eius honoris cupidus Artbenio quidá Climachias cognomine, homo sane locuples & domi nobilis. Et in oratione pro Cluentio Habito, Quas liberas A. Aurius vir fortis & experiens, & domi nobilis, &c. Et lib. Epist. ad Q. Fratré secun do, epist. 12. M. Orfium Equitem Ro. tibi cómendo maiorem in modum, hominé domi splen didum, gratiosum etiam extra domum. Nam quod hic splendidú dicit, peræquè est ac si nobilé diceret, vt patet ex iis quæ diximus suprà c. 2. nu. 17. Et Salustius in Catilina. Ad hæc multi ex colonijs municipiis domi nobiles. Et Hircius Autopius in bello Alexandrino, Sub id tempus, inquit, Mithridates Perpagenus magnæ nobilitatis domi, &c. Et Q. Curtius lib. 3. ad fi. Perilippus & Onomastorides cum Omaio & Callicratide, ij quidem domi nobiles. Et Apuleius Apologia 1. Crates vir domi inter Thebanos nobilis. Et Iustinus lib. 5. Erat inter exules Thrasybulus vir strenuus, & domi nobilis. Id quod Erasmus Chil. quartæ centuria 9. c. 49. adagij formam habere voluit, de eo qui non opibus tantum aut potentia clarus, sed ex nobilibus nobilis prognatus est. Et de eo quoque qui suis virtutibus magnus & clarus est.

155 ¶ Sed quod pace tanti viri dixerim, aliud his verbis significari puto, vel ex eo loco Tullij ad Q. Fratrem supra citato, quo videri potest domi nobilem, extra domum eundem non esse. Huius ergo rei sensum petendum esse censeo ex Aristotele lib. Politicon j. c. 4. qui primum loquens de his qui in bello capti, vt ex nonnullorum sententia serui nec dici nec existimari debeant, quoniam interdum accidit caussam belli iustam non esse: & neminem tam abhorrere à veritate, vt confirmet seruum esse, quem seruire indignum est. Alioquin accidit nobilissimos quosque seruos esse. Ideo hos nó seruos, sed barbaros appellare volút. Nihil enim aliud quærunt, quàm lege naturæ seruos. Tales igitur quosdam vbique seruos esse, alios verò nusquam. Confestim subdit, eandem esse nobilitatis rationem. Nam hos non solum apud seipsos siue suos, sed vbique apud quoscunque nobiles existimant. Barbaris non alibi quam domi nobilitaté concedunt: quasi aliud sit ἁπλῶς, id est, absolute nobile & liberum: aliud nec absolute, nec simpliciter, & vt vulgo dicunt secundum quid, & vt ipse loquitur κατά τι. Ex quibus intelligis eos esse simpliciter atque vbique nobiles, qui legibus & moribus omnium gentium nobiles dicuntur, vt qui Regibus aut alias antiquo claróque ac nobili sanguine sunt prognati. Nulla enim gens est, quæ non hos nobiles existimet. Sed qui priuato peculiarisque suæ gentis more aut statuto nobiles sunt, quod fieri potest, vt diximus supra c. 10. hi certe domi, id est, apud suos sunt nobiles, apud externos minime: tametsi aliúde cómendabiles & gratiosi sunt, id est,

id est, gratia & fauore digni, quod satis apertè ostendit locus ille Ciceronis in 6. in Verrem actione, & ille alius ad Q. fratrem. Et vide etiam quæ dixi suprà eo.c.nu.119.

156 ¶ De qua re etiam loquens Hieronymus Osorius li.1.de nobilitate ciuili, c.4. Nobilis, ait, esse quisquam non potest in ciuitate clara ignotis parentibus ortus: nec in ignota clarus: quamuis genere sit in illa ciuitate præstantissimus: idcirco ij nobiles in suis tantùm sedibus, & à suis nuncupantur. Absoluta autem nobilitas nunquam loco dimouetur: & vbiuis gētium fuerit, semper altis defixa radicibus animis hæret, & eandem apud omnes nationes dignitatē habet. Et paulò infrà, Poterit igitur nobilitas ad hunc etiam modū diduci, vt alia sit omni ex parte absoluta: alia verò domi tantùm locum habeat. Hæc itaq; in solo tantùm patrio, & inter suos eminebit magis opinione vulgi, quàm veris dignitatis luminibus illustrata. Illa verò quæ & patriæ claritate, & virtute gentis exculta est, apud omnes homines splendorē retinebit. Hæc ille. quæ ab Aristotele accepit, licèt ipse subticeat. Et huc quoque spectat illud Ciceronis pro L. Flacco à nobis alibi ad aliud citatum, Cæteri homines apud nos noti, inter suos nobiles. Et in oratione de Aruspicum responsis, Quis Platonem ex Orestide, quæ pars Macedoniæ libera est, hominem in illis locis clarū ac nobilem legatum Thessalonicū ad nostrum, vt se ipse appellauit Imperatorem venisse nescit? Titus Liuius 3. decad. li.3. in prin. Cossanus erat Trebius, nobilis inter suos. Et quod Iulius Capitolinus de Clodio Albino loquens, Fuit inquit, Albinus Hadrumentinus, sed nobilis apud suos: Atque illud Liuij 1. decad. libr.8. Vitruuius Vaous Fundanus vir non domi solùm, sed etiam Romæ clarus. Nam suprà c.2.nu.9. ostendimus clarum & nobilem eiusdem significationis esse.

157 ¶ Sunt nonnulli qui nobilitatis & ignobilitatis discrimen statim ab orbis conditi exordio incipiunt, aut certè paulò pòst: nempe ab Abel & Cain, vt scilicet ille quandiu vixerit, patris nobilitatem retinuerit: hic ob perpetratum fratricidiū amiserit. quod & è nostris dicit Bar. in l. 1. col.4. versi. si ergo aliquis. C. de dignit. lib.12. Et cùm postea omnes homines diluuio perierunt, saluis tantùm Noë & tribus filiis eius, Sem & Iaphet maiorum virtutem & nobilitatem retinuerunt, & in posteros propagarunt: Cham ob nudum patrem ebrium derisum, eā decidit, audiuítque patrem hæc non sine bili pronunciantem, Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Imò sunt qui altius nobilitatē repetunt, nēpe ab Angelis & Astris. Angelos enim alios aliis ordine superiores. Astra quoque & sydera non ordine tantùm, sed & virtute & potentia inter se longè dissimilia. Ita vt alia quidem quasi imperium exerceant, & reliquis splendorem afferant & dignitatem.

Nobilitas ab origine orbis.

An in angelis.

In Astris & syderibus.

158 ¶ Ego quoque scio omnibus in rebus ordinem quendam esse, nihilque rerū omnium, in quo non quædam nobilitatis, & præstantiæ imago constituatur. Quis enim nunc nescit quò pertineat parabola illa D.N. Iesu Christi apud D. Matthæum, c.13. de fructu.100. & 60. & 30. diuis pro modo virtutum & meritorum constituto. Nec ignoro inter sordidos illos opifices & artifices longam esse differentiam, vti etiam attestatur Iurisconsultus, in l. inter artifices. ff. de solut. Imò verò & inter seruos infimum genus hominum eum ordinem constitui, vt alius alio sit superior, & vt maius quid dicā, nobilior. nam & id bonis testibus satis probauimus suprà cap.8. nu. 4. attende tamen. Est & inter animalia quædam nobilitatis & ignobilitatis effigies vt satis patet ex iis quæ suprà diximus eodem c. nu.117. doctrinam, & suprà quoque c.2. nu.25. ex his autem, & nu. 47. & sicuti, & seq. Ex quibus etiam intelliges & hæc trahi ad arbores & cæteras res etiam inanimatas. Sed hæc parum ad vulgarem nostram nobilitatem pertinent. Ideo ea tetigisse obiter & in transcursu tantùm mihi satis visum fuit.

An in sanctis.

159 ¶ Sunt quidā morbi, qui priuatim & peculiariter nobiles magis quàm ignobiles, & è diuerso inuadunt, & infestant. quod ex eo cōstat, quod scribit Plinius li.26. c.1. loquens de lichene siue mentagra. Non fuerat, inquit, hæc lues apud maiores patrésque nostros. Et primùm Tiberij Cæsaris principatu medio irrepsit in Italia, quodā Perusino equite Romano Quæstorio scriba, cùm in Asia apparuisset, inde contagionem eius importante. Nec sensēre id malū fœminæ, aut seruitia, plebsq; humilis, aut media, sed proceres veloci transitu osculi maximè. Hæc ille. Nec id quidem mirum est, cùm & aliàs sæpe morbi in certum genus hominum grassari soleant, vt videre licet apud eundem Pliniū lib.7. c.50. Namque, ait, & vniuersis gentibus, & generatim modò seruitiis, modò procerū ordini, aliísque per gradus. Et iterum lib.17. c.24. Aliquando & pestilentia per genera, sicut inter homines, nunc plebs vrbana, & rustica. Et Liuius 5. decad. li. 1. de pestilentia quadam loquens. Seruitia maximè moriebantur, eorum strages per omnes vias insepultorum erat. Agathias li.5. Historiarum Peregrinarum tradit Iustiniani tempore morbum pestilentem inuasisse Byzantium, quo ætas præcipuè pubescens & florida interiit, & in his mares quàm maximè: nam fœminas non admodum eo morbo affectas fuisse. sed id minus mirum est, cùm sint morbi peculiares adolescentum, alij seniorum, morbi item priuatim marium, alij fœminarum, vt experimento quotidie videmus, & passim ab omnibus medicis scribitur.

Morbi quidam nobilium peculiares.

Et seruorū

Et plebis.

160 ¶ Supra sæpe locuti sumus de insignibus nobilium, præsertim verò cap.6. nume. 12. sed & ex eo, & multis sequ. vsque ad 20. inclusiuè. Quibus illud addes olim apud plurimas gentes

Nobilium peculiaria insignia.

discrimen fuisse in habitu ornatúq; nobilium & ignobilium. atque etiam in cæteris rebus, quibus alij ab aliis discernerentur. Nam apud Romanos, vt ab iis incipiamus, bulla aurea insigne nobilium erat, lorum verò Plebeiorum, vt tradunt Asconius Pedianus in 3. in Verrem actione. & Plinius li. 33. c. 1. & Macrobius lib. 1. Satur. c. 6. Ex quo illud Iuuenalis Saty. 5.

Vel nodus tantum, aut signum de paupere loro. Nam ante scripserat,

Nec malè coniectat, quis enim tam nudus, vt illum
Bis ferat Hetruscum, puero si contigit aurum.

Id est, bulla illa aurea, quam Hetruscam vocat, quod ab Hetruscis à Tullo Hostilio debellatis hæc translata sunt. Et hæc bullarum mentio in memoriam renocat aliud bullarum genus quibus nobilium ostia decorabantur, scilicet scutulati claui, qui bullæ vocabantur. Plautus in Asinaria, actu 2.

Iussin' in splendorem dari bullas has foribus nostris? Nam & Cicero scribit Verrem bullas aureas ex valuis templi magnificentissimis abstulisse. Sed & apud eosdem Romanos patricij luuulas in pedibus deferebât, nobilitatis signum, vt scribit Plutarchus Probl. c. 10 ?. cuius
Lunula patriciorum insigne. rei rationem videbis apud Cælium Rhodiginum Lectionum Antiquarum lib. 20. c. 28. Et ad id alludens Statius Syluarum lib. 5. in Protreptico ad Crispinum.

—Genitum te curia sensit
Primáque Patricia clausit vestigia luna.

Et Iuuenalis Saty. 7.

Nobilis & generosus
Appositam nigra lunam subtexis aluta.

Et Martialis, lib. 1. epig. 17.

Lunata nusquam pellis, & nusquam toga.

Et phaleræ Quin etiam apud ipsos Romanos, phaleris vtebantur nobiles, vnde illud Persij Saty. 3.

Ad populum phaleras. Illúdq; D. Hieronymi, Noli aspicere ad phaleras. Cæterū Liuius 1.
Et aurei annuli. decad. li. 9. ad fin scribit Comitia Aedilitia Flauij scribæ tantum habuisse indignitatis, vt plerique nobilium anuulos aureos & phaleras deponerent. Ex quo etiā intelligis aureos annulos fuisse apud eos insigne nobilitatis, quod & satis côstat ex Plinio loquente de eadem re li.
Purpura nobilium. 33. c. 1. Sed quod ad phaleras priuatim attinet Cicero in 6. in Verrem acti. eas nobiles vocat, quod & alibi annotauimus. Præterea apud eosdem Romanos purpura vtebantur Patricij, nō etiam cæteri. Plinius enim lib. 9. c. 36. Purpura inquit, distinguit ab equite curiā. Quod tamē abusu abolitum fuisse conqueritur Iuuenalis Satyr. 3.

Aequales habitus illic, similémque videbis
Orchestram & populum. Per orchestram enim intelligit Senatores, qui in orchestra sedebant, vt tradit Vitruuius lib. 5. c. 6. Denique apud eosdem prætexta erat nobiliorum, toga viliorum, vt prodit Asconius Pædianus in 3. in Verrem actio. Hineque Iuuenalis Satyr. 8. plebem togatam appellat, quam paulò antè imam plebem vocarat. Sed id posterioribus temporibus, nam priscis toga communis erat omnium Romanorum, nullo delectu nobilium aut ignobilium. Ex quo Virg. lib. 1. Aeneid. eos gentem togatam vocat.

161 ¶ Et vt Romanos relinquamus, apud Indos byssum nō nisi nobilis induebat, vt testis est Phi
Indorum nobilitatis insigne. lostratus in vita Apollonij li. 2. quod & nos alibi diximus. Apud Parthos nobiles anaxyridem triplam induebāt, & manicatam tunicam. Plebs autem erat in tunicis sine manicis. Et apud eosdem nobiles equo vehebantur, ignobiles minimè, vt tradit Iustinus lib. 41. & nos quoque suprà diximus c. 20. nu. 77. incip. quemadmodum. Apud Germanos viri nobiles non fluctuāte veste, sed stricta, & singulos artus exprimēte vtebantur: cęteri sagis cum fibula, testimonio Cornelij Taciti in lib. de moribus Germanorum. vbi & idē dicit de Sarmatis, & Parthis. Côtrà Lybiorum principes sagis vtebantur: vulgus aūt bestiarū pellibus amiciebātur. vt scribit Pōponius Mela lib. 1. quo loco Cyrenaicam describit. Ipsis Indis. Persis Atheniēsibus in auribus aurum ferre nobilitatem designabat, vt de Indis tradunt Q. Curtius, & Arrianus Nicomedensis, vterque lib. 8. de rebus gestis Alexādri. De Persis omnes qui de illorum moribus scripserunt, de Atheniensibus Apuleius li. 1. de Dogmate Platonis: Qui aurū, inquit, tantū reliquit, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestauit. Thracibus pūctos esse in facie nobiles significabat: non punctos, ignobiles, ex Herodoto lib. 5. post prin. Britannis, Gelonis, & Agathyrsis nobiliores cæruleo pingebantur: non pingi ignobilitatis signū erat, vt nonnulli ex recentioribus scribunt. Scio autem Cæsarem lib. 5. de bello Gallico, scribere Britannos solere se glasto inficere, quod cærulum colorem efficiat. de quo nos diximus in nostris Legibus Connubialibus, l. 3. nu. 11. Gelonos autem pictos vocat Virgilius lib. 2. Georgic.

Eoásque domos Arabum, pictósque Gelonos.

Et de his Solinus c. 25. Gelonis, inquit, Agathyrsi collimitantur cæruleo picti colore, fucatis in cæruleū crinibus. nec hoc sine differentia. nā quanto quis altero præstat, tanto propensiore nota tingitur, vt sit indicium humilitatis minùs pingi. Ex quo intelligis Agathyrsos ęquè ac Gelonos pingi solitos. Hincq; ipse Virgilius li. 4. Aeneidos,

Cretésque

Cretésque Dryopésque fremunt, pictique Agathyrsi.

Er Pomponius Mela lib.2. Agarchyrsi, inqoir, ora artúsque pingunt, vr quique maioribus præstant, ita magis vel minùs pinguntur. Apud Soeuos ingenui crinem obliquabãt, & nodo substringebant. Serui fluxa coma, & crinibus incedebant, vt testis est Coroelius Tacitus de moribus Germanorum. Apud Aegyptios coma prolixa signum nobilitatis erat, vt scribit Lucianus in Nauigio, quod & nos suprà alibi ad aliod diximus. Similiter apod Lacones nobiles & ingenui comam alebant, serui & humiles tondebantur, Ex quo Aristophanes in Auibus, *Suevorum.* *Aegyptiorum.* *Laconum.*

Ἔπειτα δ' ὄντα δοῦλον οὐ κόμην ἔχεις.

Ac dein seruus cùm sies, portes comam.

De quo & tu vide Plutarchum in Lysandro, in prin. & in Apophtheg. Imperatorum, in Lycurgo, & iterom in Charillo, & in Apophtheg. Laconicis in Nicandro. Denique Gallis nobilibus tinctas vestes deferre, aut saga hirsuta virgata mos erat, ex Strabone lib.4. *Gallorum.*

162 ¶ Cum alias ex artibus socialibus præsumitur tacitè contracta societas, vt videre licet apod Iacob. Aretinum, Old. Ricard. Mal. Bart. Raph. Co. & alios in l. Titium & Mæuium. §. altero ff. de administr. tut. Cy. Bart. Bal. Ioã. Fabr. Salyc. Rapha. Fulgo. & Paol. Castr. in l. si patruus C. commu. vtriusque iud. cum aliis propè infinitis concord. à me collectis in commentariis consuet. Picta. tit. 24. *qui est de contracter compagnie.* §.2. gloss. 6. in verbo, *contractent taisiblement compagnie.* Posset tamen videri id non obtinere in nobilibus, ex eo qood scribit Bart. in d. §. altero, col.3. versi. ex prædictis tamen, & rursum in l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro soc. & in d. l si patruus, & ibi quoque Raph. Fulg. & Paul. Cast. Ex cohabitatione fratrum, & collatione suorom fructuum non præsumi tacitam societatem, nisi & ipsi simul negotientur, quod in nobiles cadere non potest, quibos negociationes sunt interdictæ, vt latè diximus suprà ca. 13. Et in id quoqoe facit quod scribit idẽ Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actũq; pri. dum de hac societate tacita loquens nuncuparim loqoitur de artificibus. Ex qoo ortum videri posset, quòd apud nonnullas nostras gentes inter nobiles non cadit tacita societas, vt apud Pictauienses d. §. 2. illius vicesimiquarti tito. qui quidem §. omnium consuetudinum. 283. & Engolismenses cap. 41. Et quod apod alias facilius dissoluitur societas aut ei renunciatur inter nobiles, vt apud Parisienses. cap. 115. & seq. Aurelienses. c. 184. *Societas tacita ex artibus socialibus.*

163 ¶ Quanquam sunt plurimi qui etiam sine communi negotiatione, & nulla distinctione artificum aut aliorum tenent tacitam societatem contrahi ex aliis actibus socialibus ex quibus verisimile fiat partes tacitè id voluisse facere, & in his socialem affectum fuisse, & inter cæteros Bal. loquens noncupatim de nobilibus, & Bart. in hoc repræhẽdens in d. l. si patruos. col. vlt. ver. sed ego dico in primo, vbi & id dicit tenere Iac. Are. Richar. Mal. & Odofre & rursum idem Bal. iisdem propemodum verbis loquens in tracta. de duob. frat. col. 4. versi. sed ego dico & idem quoque voluisse videtur in l. 1. col. 2. ver. extrà quærit hic. C. qui testa. fac. poss. & Petr. Ancha. qui & expresse de nobilibus loquitur, consi. 302. materia de qua quæritur. col. 2. versi. quò ad primum. Alex. consi. 49. maturè ponderatis, col. 2. versi. & ista societas lib. 1. quod paucis immutatis repetitor consi. 37. consideratis his quæ in processu, libro quarto, vbi dicit nullam in hoc esse differentiam eorum qoi negotiantur, & eorum qui non negotiantur, & Barb. qui & ipse de nobilibus loqoitur, consi. 22. scripsit propheta, col. 2. li. 1. & consi. 37. scribitor sapienter, col. 6. versic. cùm ergo ista, libro 2. & consi. 60. illod in mediom, col. 7. in prin. li. 3. Sed to de hoc vide latè per Iaso. in d. l. 1. C. qoi testa. face. pos. & quæ dicam latissimè in d. consuet. Picta. *De eadẽ re.*

164 ¶ A me nuper qoæsitum fuit, an equites Romani qui veluti medium locum tenebant inter Patricios & plebeios, censetentur esse nobiles, an plebei siue ignobiles. Et certè Hirtius, aut vt alij malunt, Opius in bellis ciuilibos appellaoit splendidos & illustres. Cecidere, inquit, eo prælio splendidi ac illustres viri nonnolli equites Romani. Tacitus res Claudij describit etiã illustres, & Plinius Iunior lib. epistolarum 5. epist. 1. & iterum lib. 6. epi. 25. splendidos. & ante illum Cicero lib. 2. de finibus, qoæ dictiones peræquè valent ac nobilis, vt suprà diximus c. 2. Alexander Seuerus Imperator apud Lampridium in eius vita consueuit appellare equestrẽ locum Senatorum seminarium. Lege autem Roscia ius sedendi in XIIII. theatri habebant, Et hi quoque gerendorum aureorum annulorum autoritatẽ tenebant, vt videre licet ex Plin libro. tricesimo, capite primo & secundo. Cæterùm Martialis eos à plebe separat libro 5. epigram. 18. *Equites Romani nobilésne essent, an ignobiles.*

Ingenium studiúmque tibi moresque genúsque
Sunt equitis, fateor, cætera plebis habes.
Bis septem tibi iam non sunt subsellia tanti,
Vt sedeas viso pallidus oceano.

Quos duos postremos intelligis ex eo quod diximus de iure sedendi in XIIII. Sed & idem lib. 4. epig. 2.

Cùm plebs, & minor ordo, maximúsque
Sancto cum duce candidus sederet.

Nam

Nam ibi minorem ordinem vocat equestrem,& maximum patricium,& senatorium:tanquã scilicet equester medius esset inter equestrẽ & patricium,quod iam diximus.Sed alibi Martialis queritur quòd Gellia proauos atque atauos proferret tãquam ordo equestris esset sordidus,lib.5.epigramma.17.

Dum proauos atauósque refers,& nomina magna,
Dum tibi noster eques sordida conditio est.

Est autem apud nos rubr.de equestri dignit.lib.12. C. cuius l.vnica huiusmodi est, Equites Romanos secundum gradum post clarissimatus dignitatem obtinere iubemus.Horum sunt veluti vestigia,hi quos milites auratos vocamus vulgo *cheualiers,* de quibus locuti sumus, suprà cap.8.num.13. illud autem.

De quodã statuto Perusino.

165 ¶ Statutũ est Perusij, quòd præter nobiles ciuitatis Perusij omnes artifices possunt esse priores.Quæsitum fuit an artifices comitatus possint esse priores. Et videbatur quòd non: quia locus exceptionis arctat locum regulæ.l.nam quod liquidè.§.si cui.ff.de pec.lega.In contrarium videtur per l.hæc oratio.ff.si ingen.esse dic.quicquid enim non excipitur remanet sub iudicio regulæ l. Titiæ textores.ff.de leg.1.Hæc Bal.in l.omnes populi,col.antepen.versic. sed pone statuto.ff.de iusti.& iur.

Nobilium tria nomina.

166 ¶ Apud Romanos nobilibus erant tria nomina, Cæteris duo tantùm, vt mulieribus. Ausonius in Gryphoternarij numeri,

Tres equitum turmæ,tria nomina nobiliorum.

Et Iuuenalis Saty.5.

Tanquam habeas tria nomina.

Ideo Quintilianus lib.Oratoriarum Insti.7.liberos tantùm tria nomina habuisse.
Ex hócque etiam est illud Horatij Ser.li.2.

Quinte puta,aut Publi(gaudent prænomine molles
Auricula)tibi me virtus tua fecit amicum.

Quod autem suprà de mulieribus diximus,ne id intactum relinquamus, attestatur Plutarchus in vita Marij,in princip.& Proble.cap.102.in fin.Pausanias in Achaicis.Quanquam id non fuisse perpetuum,testis est Festus Pompeius lib.14.dum inquit,Prænominibus fœminas esse appellatas testimonio sunt Recilia, & Tertatia, quæ ambæ Caiæ solitæ sint appellari, pari modo Lucia, & Titia.

FINIS.

ANDREAE TIRAQVELLI REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS COMMENTARII,

De iure primigeniorum.

PRAEFATIO.

POSTERA quæ de nobilitate, quę est prior pars tituli nostri operis, diximus, consequens est vt de altera, quæ de iure Primigeniorum est scribamus. Cur autem Primigenia nobilitati cōiungimus, diximus suprà in parte priore, c. postremo, nu. 125. honor. Primigenia igitur appellamus ius illud præcipuum, quod primigenij filij ante cæteros fratres accipiūt. Nā primigenios hic vocamus, quos sacrarū literarum interpretes primogenitos vocant. Sic enim Valla primus, vt reor, omniū, Alphōsum primigeniū, id est, ex filiis natu maximū vocauit. Ob quā rem cùm repræhenderetur à Bartolemæo Facio, quòd voce insolenti & parum vsitata vteretur, primū ostendit id verbum minimè nouum esse: deinde primogenitum non rectè dici. Nam Latina nomina cùm componuntur, non o, quod Græcum est, sed i, volunt. Vt enim illi dicunt Discophorus, Theologus, Sarcophagus, Protomartyr, & id genus alia, ita Latini armiger, penniger, corniger, lucifer, auricomus, lapicida, & quę huic de quo agimus cognata sunt, Primipilus antiquum sanè nomen, & Primicerius nouum quidem, & à D. Hieronymo primùm, vt reor, in Chronicis Eusebij, Vegetio lib. 2. Ammiano Marcellino lib. 18. & Cassiodoro lib. 6. Epistol. vsurpatum. Atque etiam Athalarico Gothorum Rege in quadam epistola ad Senatores vrbis Romæ, & Renato Frigirilo in historia Honorij & Theodosij & ipso Theodosio Imp. in l. Primicerius. C. de offi. pręf. vrb. & Iustin. in l. 2. C. de dom. & protec. lib. 12. & Zenone Imp. in l. 2. C. de Primic. lib. 12. & alio quisquis is fuit, in l. Primiceriū C. de fabri. lib. 12. & Suida & Zonara, & Isidoro apud Decreta Can. in §. ad Primicerium. 25. dist. Sed quo necessariò vtimur: nō vt vnigenitus durante adhuc vetusto. vnicus: nō primopilus, primocerius, vnigenitus. Ideóq; primigenitus potiùs dicere deberemus, quàm primogenitus. quā vocē vno tantùm in loco legimus, nisi me fallat memoria, scilicet in monumento antiquo, quod reperitur in ecclesia, vt vocant, cathedrali Veronæ, vti refert Torellus Sarayna in monumentis antiquis vrbis & agri Veronēsis, CRESCANS SIBI ET AVFILLANAE PRIMIGENITAE LIB. Sed aliud est quod sic prohibet rectè dici. Nā huiusmodi cōposita non gaudent participiis, vt cælicola, agricola, publicola: non cælicolens, agricolens, publicolens. Item phæbigena, non phæbigenitus: nubigena, non nubigenitus: alienigena, nō alienigenitus: indigena, non indigenitus. Qualia sunt apud Græcos Hermogenes, Diogenes Protogenes. Ex quo apparet durè componi primogenitus. Nā primogenitus videtur potiùs non componi, cuius fons Græcus est πρωτόγονος, quod suauiùs iucundiúsque transfertur primigenius, quàm primogenitus. Nam & primigenius tam adiectiuè quàm substantiuè apud antiquiores scriptores reperitur. Varro enim lib. 1. Rei rusticæ, cap. 40. primigenia semina vocat tanquam sidicas primordialia, siue primaria, id est, [illegible]. Et lib. 2. c. 1. primigenia pecuariæ, siue vt alij legunt, Primigeniam pecuariam. Et lib. 2. aut vt alij computāt, quinto, de lingua Latina, primigenia verba, quæ scilicet ab alio non sunt declinata. Et lib. 1. de vita Pop. Rom. Primigeniam consuetudinem victus, apud Nonium Marcellum de mutata declinatione, id est priscam, & veterem, & veluti omnium primam. Et Festus Pompeius primigeniū sulcum, qui scilicet, vt ille dicit, in condenda noua vrbe: tauro & vacca designationis causa imprimitur. Tullius & Liuius fortunā primigeniam, quibus locis designabimus infrà nu. 76. vt in iterim. Arnobius lib. 1. aduersus gētes, primigeniā naturā. Idémque lib. 2. nō semel primigenios ortus. Sed & idē lib. 5. primigenios flores. & lib. 6. primigenium corpus. & Ammianus Marcellinus lib. 14. primigenios seminis fontes. Et Ausonius episto. 4. ad Pontiū Paulinum primigenias voces. Et Apuleius lib. 11. eodémq; vl. Meta. Primigenios Phryges, ea scilicet ratione, quam attigimus suprà in Comment. Nobilitatis. c. 19. nu. 28. incip. denique huc perti

Cur primigenia nobilitati author iunxerit.

Primigenius adiectiuè & substantiuè.

huc pertinet. Hyginus autem Fabularum cap.30. scribit Herculem infantem dracones duos duabus manibus necasse, quos Iuno miserat. Hincq; illum primigenium esse dictum. A. Lucretius primigenum dici dicit lib.2. qui scilicet primus omnium creatus est,

Multaque post mundi tempus geniale diémque,
Primigenum maris & terra.

Nam & eadem forma Tullius in lib. de Vniuersitate, mundum vnigeram, aut vt alij dicunt, vnigenum, siue vnigenium vocat. Vt hic (inquit) mundus animanti absoluto simillimus, hoc ipso quòd solus atque vnus esset, idcirco singularem Deus hunc mundum atque vnigenam procreauit. Et Catullus in Argonauticis Palladem item vnigenam vocat.

Vnigenámque simul cultricem montibus Ida, &c.

Quòd scilicet vna soláque è Iouis cerebro nata sit.

Ius primigenii apud Hebraos quo nomine dicebatur.

2 ¶ Primigenia igitur, vt ad nostrum titulum redeam, voco ius illud præcipuum primogeniti siue primogenituræ, vt vulgo loquimur. Quod quidem ius Hebræi בכורה non semel vocāt Genes.25. iterúmque 27. & rursum c.43. & ad Hebræos duodecimo. Nam & apud eos בכור primogenitus appellatur. Græci autem ius illud vocant πρωτοτοκία, siue πρωτοτόκεια. Ita enim illa duo priora loca Genes. verterunt septuaginta Interpretes: & illū D. Pauli locū, quisquis ex Hebræo in Græcum traduxit. Nam & primogenitus Græcis nō solùm πρωτόγονος vocatur quod iam diximus, sed & πρωτότοκος. hoc enim vocabulo passim vtūtur septuaginta Interpretes pro primogenito. Vnde & πρωτοτοκία primigenia illa, quæ & ipsi πρεσβεῖα appellāt. Πρεσβεῖον enim dicunt ætatem senilem, & legatum præcipuum quod pater maximo filio dedit, atq; etiā ius illud præcipuum, quod legibus aut moribus ipsi filio seniori tribuitur. Primogenita pluraliter vocauit Genes. & Deu. iam longo tempore receptus interpres, siue is fuit D. Hieronymus, quod putat Augustinus Eugubinus, siue Theodotion, aut Aquila, vt Paulus Sépronienis, & Sebastianus Mū sterus autumāt. Nam in illo primo loco scilicet, ca.25. Genes. ita scribitur, Vende mihi primogenita tua: In altero scilicet 27.c. Primogenita mea antetulit. In tertio scilicet. c.43. eiusdem operis, Sederūt coram eo, primogeniti iuxta primogenita sua, &c. In 4. scilicet, Deutero.21. Huic debentur primogenita. At primitiua appellauit interpres Latinus illius loci D. Pauli, Propter vnā escā vendidit mihi primitiua sua. Siquidem primitiui appellatione vsus est Columella in li. de arboribus, qui est postremus omnium, c.23. & Marcellus Burdigalensis medicus, c. item 23. Erasmus autem vertitius primogeniti. Et in annotationibus eiusdem loci dicit vocari posse primogenitalia, Vt ita, inquit, docēdi causa loquar, veluti

Primogenitalia.
Aetatis prarogatiua.

ea noua dictione vti non audeat. At Sebastianus Castalio eum locum Genes.25. ætatis prerogatiuam vertit. Nos autem posthac & primogeniti, & primogenituræ appellatione vti minimè grauabimur post D. Hieronymum, & alios ecclesiasticós, & nostros quoq; scriptores. Sed ea volui dicere quæ maximè pertinent ad nostri tituli declarationē. Nec tamē prætermittēdū ducimus, nonnullos esse, quibus differunt πρωτότοκος & πρωτόγονος, siue πρωτογενής. Illum enim dici respectu matris, veluti quē mater primum omnium peperit. τίκτειν enim parere est, quod fœminarum est. Hunc respectu patris, veluti ab eo primùm genitum, vti etiam annotatum est à D. August. lib.4. Genes. quæst.23. vbi tamen dicit apud Latinos indiscriminatim vtrosque dici primogenitos, atque etiam primogenita pro iure illo ætatis respectu vtrorumq; vt & idem declarat lib. quæst. in Num.4.c.32.

Gallos praferre primogenitos in successionibus.

3 ¶ Est autem ferè generalis nostræ Galliæ consuetudo, præsertim inter nobiles, vt in successionibus sit longè melior cōditio primogenitorum, quàm cæterorum vt & ex legum Interpretibus retulit Old. cōsi.224. istæ sunt allegationes, in prin. And. Iser. in c.1. §. sed & res, ti. per quos fiat inue. & Bal. in l. cūctos populos, col.8. ver. sed quæro de effectu. C. de sum. trini. & in l. cùm antiquioríb. col.6. ver.1. sic, licèt possesio. C. de iu. delib. Pet. Iac. qui probè nouit Frācorū cōsuetudines, in tit. de success. reg. Frā. col.3. ver. sed quare nō venit. Iac. Bel. Alua. & Card. Alex. in præfat. feu. in 10. diui. & ibi Ioā. Ray. in 6. diuisi. Ias. col.33. ver. circa quintam diuisionē. Iac. Bel. in c.1. & ibi Mat. Laud. in vlt. diuisione, tit. qui feud. dar. poss. Iac. Bel. & Mat. Laud. in §. & quia vidimus, d. tit. qui feu. dar. poss. Alb. in rub. C. quę sit long. cons. col.15. ver. sed an in libello sit opus; vbi dicit hoc esse adeò notorium, vt non sit opus in libello proponi. & idē Alb. in l. vlt. col.1. C. ad Senatus. Maced. & in l. cùm quis, in prin. C. de nat. lib. & in prima parte statutorū. q.23. quærit etiam Dyn. vbi & hoc dicit esse notorium, Angel. consi.287. pro clariori, col.5. versi. quinimo & in talibus. Iac. Alua. in c.1. §. & quia, col.6. & ibi quoq; Card. Alex. col.4. tit. de his qui feu. dar. poss. Mat. Laud. in c.1. §. sed & res, col. pe. titu. quid sit inue. Pau. Cast. consi.164. in præsenti causa, in prin. li.2. Nicol. Peru. aduocatus consistorialis in tract. success. ab intest. in prima parte prin. in sexta specie filiorum, versi. & propterea si est consuetudo, qui est in col.40. Et hoc cauetur in cōstit. Siciliæ incip. comitibus, & in cōsti. in successionibus, & aliis cōpluribus. Ex quo fit, vt si dicatur, vt viuant vel succedāt in Frāc. intelligatur vt primogenitus tātùm succedat, vt scribit And. Iser. in c.1. §. præterea ducatus, in prin. ti. de prohi. feu. ali. per Fed. & in c.1. §. hoc quoque, col.2. ti. de success. feu. & in c.1. § omnes filij, col. pe. tit. si de feu. fue. cōtro. inter do. & agn. Phili. Dec. cōsi.445. in casu, col.2. ver. & secūdum tenorē, Matt.

Afflict.

Affiict.dec.Neapo.119.vtrum dispositio, col. 1. Pau.Par. consf.72.ad veram , col.vlti. libro 4.

4 ¶ Quod & obseruatur in Hispania.vt colligitur ex Old.loquente de regno Arragoniæ, cons. 94.eleganter circa negotium,col.vlt.& cons.seq.ex forma istius: col.2. & cons. 232. vt eius de quo quæritur.& Alb.in l.donationes quas.post prin.C.de don. inter vir. & vxor. & in prima parte statu. q.144. de statuto Regis,in multis locis, vbi etiam loquitur de regno Arragoniæ. Pet.And.qui & de eodé regno loquitur,cons.339.pro maiori intelligentia.Pau.C.d.con.164. vbi simpliciter loquitur de Hispania.Panot.cons.85.in præsenti q.lib.j. vbi loquitur de regno Castellæ. Barb.cons.10.sapienter scribitur,col.2.& iterum col.7.li.2.vbi loquitur de tota Hispania,quod & reperit cons.28.clementissimi,in prin.eo.lib.2.vbi tamen ab eo quod vniuersaliter dixerat de tota Hispania,excipit insulam Maioricarum.& Car.Alex.in c.ius naturale, col.3.prima dist.& Phip.Dec.con.397.viso puncto,col.2.ver.2. prin. vbi ex hoc consulit in pulchro casu.Et in Lusitania quoque(Portugaliam hodie appellãt)id obtinere satis cõstat ex c. grãdi,& ibi no.de suppl.neglig.præl.& ex Phil.Dec.con.443.in casu ad me trãsmisso,in prin. *Et Hispanos Arragonenses.*

5 ¶ Item in Anglia vt testatur Pet.à Bella Pert.in §.vlt.Inst.de iur.nat.& in d.l.cunctos populos,col.vlt.& ibi Iac.Are.Guil.Cun.in 2.not.Cy.col.vlt.vers.iuxta hoc quæritur.Bar.col.13.in 7.q.ad fi.& Sal.col.5. vers postquam vidimus.Idem Cy.in l.rescripta,in 3.q.in fi.C.de precib. Imper.offer.& in l.Barbarius,col.1.ff.de offic.Præt.& in l.2.colum.5. vers.expediti sumus de prima principali q.C.quæ sit lõg.consue.Iac.Bel. in decima diuisione feud. & Mart. Laud. etiam in d.vlti.diuis.Ioan.And.in tract. consuetudinis,quem posuit post tit.de consuet.in 4. membro principali,vers.sed quæro an agens de consuet. vbi hoc dicit esse notorium. & in ca. Ioannes,col.3.vers.collige exempla,extra de cler.coniug. & in c. ex insinuatione , & ibi etiam Paner.de iure patr.Bal.in l.ex hoc iure,col.2.vers.6.quæritur.ff.de iustit.& iure.& in d.l.cum antiquioribus,quo loco suprà citauimus.C.de iure delib.& in l.liberti libertæ'que,col.4.ver. item secundum membrum.C.de oper.liber.& con.273.incip.quod pro regula in feudo traditur,col.3.vers.item non debet,lib.2.& in §.ex non scripto.quem legit cum §.constat autem ius nostrum,col.7.Inst.de iur.nat.gen.& ciuili,vbi loquitur de Britannia ea,quam nunc Angliam vocamus,nisi is forte de minori Britannia intellexerit. Alber.in d.rub.C.quæ sit long. consue.quo loco suprà citauimus,& in d.l.cum quis,de nat.lib.& in d.q.23.primæ p..tis statutorum,vbi & id quoque dicit notorium.Ray.For.in sua disputatione,cuius est initium,consuetudo est in regno Angliæ, in prin.Collect.in c.1.col.2.ver.quid si consue.& ibi Pet.And.in rep.in 12.q.prin.vers.& per ista soluitur,quęstio extra de const.Gasp.Cal.con.17.statuto, eod. tit.de constitut.Pet.Anch.in cap. quamuis,ad fi.de rescrip.lib.6.& cons.163.visis & diligenter inspectis,col.1.Pet.Ferra.in tit.forma libelli quo petit.hæred.ex test.in verbo, vallatum, vers.vltra quæritur.Pan.in c.cũ seculum,extra de iur.patr.Pau.Ca.dicto cons.164 in princ. lib.2.Alex.cons.44.videretur prima facie,col.2.ver.sed præmissis non obstantibus,lib.5.Cor. cons.85.plura dubia,col.4.lib.3. *Et Anglos.*

6 ¶ Præterea Vngaros(ij sunt qui Pannoniam inhabitant) hactenus ea lege vixisse testimonio est Pontifex in decretali, licet de voto, quam ad Andream cognomento Hierosolymitanum filium natu maiorem Belæ tertij Vngariæ Regis conscripsit:& memorabili exemplo historico comprobatur. Ladislaus vit morum sanctimonia quàm regno Vngariæ memorabilior, cum sine liberis decederet,essentque illi ex Geysa fratre duo nepotes, Colomanus ille quidé ætate superior,sed luscus,claudus,gibbosus,lingua blesus,ore improbo,statura breuis,& episcopus Barodinẽsis auguratus:& Almus Iunior nulla deformitate insignitus:hũc Ladislaus successorẽ sibi destinauit. Verum Colomano ad regnum obtinendum non obfuit corporis deformitas,nec(quod mirandum est magis) sacerdotium. Neque almo profuit Ladislai sanctitudo,quin Vngari ætatis prærogatiua in regium fastigium Colomanum euexerunt,à Romano pontifice resecatũ,& vxorẽ eius indulgentia habere permissum.testis Michaël Ritius. *Et Vngaros.*

7 ¶ Sed & in Apulia quoq; id locũ obtinere,satis aperte ꝓbatur ex eo ꝙ à Bal.nostro scriptũ est d.con.275.cuius est exordiũ,quod ꝓ regula in feudis traditur,col.3.ver.itẽ quia nõ debet,li.2. *Et Apulos.*

8 ¶ In regno item Siciliæ primogenitus solus ex pacto succedit, vt retulit And.Iser.in c.1.ad fi. tit.de eo qui sibi & hæred.suis.Bal.in l.cum antiquioribus,col.4.vers.& quia tales transmissiones.C.de iure delib.& in c.1.in fi.vbi etiã Mart.Laud.& Car.Alex.tit.de filio nat.ex matr. ad mor.Et Ias.in l.quoties,col.antepe.vers.illud etiam.C.de rei vend.Quibus adde quę dicam infrà in 3.prin.q.Nec id nouum in Sicilia fuit ex eo pacto quod illi retulerunt.Legimus enim apud Iustinum statim in initio lib.21.Mortuo Dionysio Siciliæ aut Rege, aut tyranno, in locum eius milites maximum natu ex filiis eius nomine Dionysium suffecisse,& maturam (vt subdit) eius ætatem secutos , & quod arbitrarentur regnum firmius futurum,si penes vnum remansisset. quàm si portionibus inter plures filios diuideretur. Sed & Gelone Syracusarum (ea est Siciliæ caput) rege mortuo ei in regno successit Hiero,cæteris fratribus natu maior,vt tradit Diodorus Siculus lib. 11. *Et Siculos.*

9 ¶ Allobroges quoque eo iure ab antiquis temporibus vsos fuisse satis constat ex historia à Liuio relata lib.1.secundi belli Punici,sub aduentum Hannibalis in Italiam Allobrogum gen- *Et Allobroges.*

tem discordem fuisse. Nam regni certamine ambigebant fratres. Maior enim Brancus nomine à fratre minore, & cœtu iuniorum, qui iure minus, vt plus poterat pellebatur. Huius controuersiæ disceptatio, cum ad Hannibalem reiecta esset, arbiter regni factus, quod erat senatus principúmque sententia futurum, imperium maiori restituit. Et hodie quoque obseruari apud ipsos Allobroges quos nunc Sabaudienses vocamus, tradit Aut. Rub. cons. 133. viso casu, col. 4. vers. tertio principaliter.

Et Insubres.

10 ¶ Apud Insubres quoq; is principatū obtinet, qui est natu maximus, vt tradit Franc. Cremē. sing. 50. hoc initio, vidi pulchrā disputationem. Et satis etiā constat ex eo quod refert Barb. cons. 20. illud adferam in medium quod Deo supremo, col. 5. lib. 5. quod cum aliquando Io. Galeacius (is est, qui dux Mediolani primus est appellatus) coram conspiceret filios suos Io. scilicet natu maiorem, & Philip. Mariam eum quidē iuniorē, sed qui moderādo principatui foret idoneior, ꝓclamauit iniquā esse cōsuetudinē quæ primogenito regnū omnino deferret.

Tudertinos.

11 ¶ Quin & alij plerique Italiæ populi & ciuitates eodem iure vtuntur. In quam rem est nuncupatim statutum Tudertinum, sicuti refert Pet. Anc. in rep. c. canonum statuta, in 12. q. prin. vers. quæro iuxta prædicta de quæstione tali, extra de constit.

Iudaos. Primogenitus apud eos cuncta habet duplicia.

12 ¶ Sed vt de antiquioribus illis populis loquar: Constat & apud Iudæos (vt ab vetustissimis omnium incipiam) eum cuncta ex bonis parentū habuisse duplicia, qui natu esset maximus, vt in Deut. scribitur, in c. 21. & repetit Iosephus de antiquitatib. lib. 4. c. 6. & è nostris recenset Io. And. Ant. Car. Flor. & Pan. in c. licet, ext. de voto, & Lucas Pen. in l. 1. col. 10. vers. ad octauū. C. de priuil. eor. qui in sac. pal. li. 12. & Alex. cons. 162. incip. examinatis iuribus, lib. 2. vbi quærit etiam an hoc hodie obseruetur inter Iudæos, & an possit pater minuere, non tamen soluit. & Soc. con. 47. facti narratione, col. 2. lib. 3. & Bened. in repe. c. Raynucius, in verbo, in eodem testamento relinquens. l. 1. nu. 157. de test. Glos. autem in c. quàm periculosum. 7. q. 1. loquitur tantū de cibis duplicatis, non etiam de cæteris rebus, & quidem perperam, vt etiam dicit Lucas Pen. vbi suprà. Nisi dixeris quod cibos duplicatos haberent primogeniti etiam in vita parentum, cætera vero duplicia post mortem. Nam & ea glos. alia quædam enumerat primogenitorum priuilegia, quæ etiam viuentibus parentibus illis competebant. Nam primogenitura, ait, erat quasi quoddam priuilegium, prærogatiua, atque dignitas, vt natu maximus cæteris esset honoratior, vt qui præ cæteris in festis sacrificia offerebat, sedebátque ad dexteram patris. quam gl. etiam sequuntur Ioan. And. Ant. Car. Flor. & Pan. in d. c. licet, & eam dicit sing. Barb. cons. 18. præclare scriptum est, col. 6. lib. 2.

Primogenitus regis ad dextram eius sedere debet.

13 ¶ Et per illam dicit Bal. in l. decernimus, in 2. no. C. de sacrosan. eccle. quod cum honor consistat in sedendo ante alios, digniórque debeat sedere à dextris, & inferior à sinistris: ideo filius primogenitus Regis debet semper sedere à dextris Regis. ita inquit Bal. dicit glo. decreti. Cuius etsi locum non exprimat, voluit tamen intelligere de d. glo. cum nulla alia hoc ipsum dicat. Sed & ipse Bal. eandem ad hoc in specie citauit. in l. liberti libertæ'que, col. 5. vers. item secundum membrum. C. de oper. lib. & l. ex hoc iure, col. 2. vers. 6. quæritur. ff. de iust. & iure. Et illud dictum Bal. in d. l. decernimus, sequitur Franc. Curt. senior, cons. 74. super memorata facti narratione, col. 1. in fi. Car. Alex. in c. episcopos. 17. dist. Soc. d. cons. 47. lib. 3. & Bened. d. nu. 157. & Fel. in rub. de maio. & obed. col. 4. vers. nota etiam quod qui sedet, & Geor. Nat. in rep. c. quamuis, col. 3. vers. 5. fallit, de pactis lib. 6. & Gaspar Valesc. Portugalensis doctor eximius in rep. l. imperium, col. 2. in 3. no. ff. de iurisd. omn. iud. vbi illud dictum facit sing. Sed id quomodo intelligatur videbis apud D. Mol. in Consue. Paris. tit. 1. §. 8. gl. 5. in 1. quæst.

Christus à dextris dei patris.

14 ¶ Illis autem subscribit illud Psal. 109. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, quod repetitur Matth. 22. Marci 12. ad Hebræos 10. Facit item quod scribitur Matth. 25. beatos sessuros ad dexteram Dei, reprobos ad sinistram. & iterum Matt. 26. Amodo videbitis filium hominis sedentem ad dexteram virtutis Dei. & Acto. 7. Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Et Paulus ad Col. 3. Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextra Dei sedens. Et ad Heb. 1. Sedet ad dexterā maiestatis in excelsis. Et ad Ephe. 1. Ipse constitutus est ad dexterā patris in cœlestibus. Quódque habetur in c. solitæ. vers. hæc autem. in his verbis, iuxta scabellum pedum tuorū in sinistra parte sedere, ext. de mai. & obed. vbi no. Host. Io. And. & Pan. dexteram esse nobiliorem honoratiorémque. Et facit specialius quod scribitur Gen. 48. Quemadmodū Ioseph conatus manum dextram patris Israël, quam super caput Effraim iunioris posuerat transferre super caput Manasse primogeniti, ad patrē dixit, Nō ita conuenit pater, quia hic est primogenitus. Pone dextrā tuam super caput illius.

Dextra pars validior & præstantior.

15 ¶ Et sane constat apud rerum naturæ scriptores dexteram corporis partem validiorem esse. Ideóque minus spei ad sanitatē esse, cum & ipsa ægritudini succumbit, sicuti afferit Apuleius Apologia Magiæ prima, in id citans Aristotelem, qui in Problematis scriptum reliquit, quibus æque caducis à dextro morbus occipiat, eorum esse difficiliorem medelam. quam rem in problematis quæ extant legisse me non memini. Scio autem plurima loca in illis esse, quibus affirmat dexteram partem esse sinistra præstantiorem, validiorem, efficaciorem, nobiliorem, videlicet lib. eius operis 31. c. 12. & seq. & iterum 19. & 25. & li. 32. c. 7. vbi & illud dicit. dextram

partem

partem esse masculam, sinistram autem fœmellam. & rursum lib. de historia animaliú 1.c.15. & de partibus animal. lib.3.c.3. ad fi. & iterú c.9. atque etiam lib.4.c.8. Quod & astruit id quod tradút & medici & philosophi, fœtus mares in dextris fieri, fœminas in sinistris, vt iate docuimus io Legib. nostris connubialib. leg.9.nu.122. hinc itē: & patet ex Aristotele lib. de generatione animal. 4.c.1. Ex quo Artemidorus Daldianus in Somniorú interpretatione lib. 1. c.28. scribit dextrú oculú io filiis significare filiú: sinistrú, filiá. Et si cui sunt duo filij aut filiæ, dextrú oculú significare filiú aut filiá seniorē: sinistrú iuniorē. Et c.33. eiusdē lib. tradit dētes dextros in somniis viros significare, sinistros fœminas. nisi si quis viros tantú habeat, aut mulieres. in his enim dextros dētes seniores significare: sinistros, iuniores. Sed & idem li. 27. dicit in vniuersum dextras partes ad viros aut seniores: sinistras ad fœminas aut iuniores, tú mares, tú fęminas esse referēdas. Mac. aúr li.7. Sa.c. 4. scribit ideo oēs dextras partes validiores esse, & debiliores sinistras, q̃a has regit calor visceris sui, illę cōtagiōe frigoris sinistra obtinētis hebetāt.

16 ¶ Cæterum dextram partem alias semper esse augustiorem, religiosiorem, fœliciorem ex aliis multis constat: nam dextrum pro felici & propitio poni solitum affirmat Nonius Marcellus autoritate Virgilij lib.8. Aeneid.

Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.

Vbi & Seruius ita interpretatur. Et tumultuantem multitudinem dextra compescere aut indicere silentium, & pacem afferre antiqui solebant. Ex quo & Principum statuas pedestres & equestres dextera porrecta videmus. & Marius cum in Romanos sæuiret quos seruare voluit dextra porrecta incolumes fecit: Et si quid data fide futurum pollicebantur, dextram porrigebant, vt videre licet apud Liuium 1.dec.li.3. & Plin. lib.11.c.45. Ex quo Virg. lib.3. Aeneid.

Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus
Dat iuueni.

Vbi & id Seruius annotat. Et alibi lib.3. eiusdem operis,

Iungimus hospitio dextras, ac tecta subimus.

Nam & apud Priscos si quid firmum & illibatum esse volebant, illud dextra sanciebant, vt tradit Probus Aemilius in Datami. De quo & nos amplius dicemus in Alexandrum ab Alexandro lib. Genialium dierum 2.c.19.

17 ¶ Illam autē gl. in d. c. quàm periculosum, vt eam velut postliminio repetam, in omnibus sequuntur Host. Io. And. Pan. & alij in d.c. licet. Arch. Dom. & Car. Ales. in d.c. quàm periculosum, vbi & præterea addunt ex aliorum antiquorú autoritate, primogenitos habuisse vestem quandam specialem, aut, vt in quibusdam codicibus legitur, spiritualem, quam in sacrificiis tantum induebant: eósque in solennitatibus & conuiuiis benedicere solitos fratribus natu minoribus, recepturos tandem parentum benedictionem. Quæ omnia ferme tradunt etiam Io. And. & Pan in d.c. licet, de voto. Bal. in d.l. cum antiquioribus, col.4. vers. modo quæritur. & ibi etiam Iac. à San. Geor. C. de iure del. vbi ad hoc alleg. Bal. historiam scholasticam, & latius Mart. Laud. in eo tract. quem de primogenitura ædidit, in prio. Barb. d. cons.100. col.5. li.2. & rursum inter con. Fran. Curt. Sen. cons.67. sapienter optimus, col.10. ver. capio altum articulum. & Bened. in d.c. Ray. vbi suprà. Sed & id quod de veste dictum est, ante Petrum Comestorem conditorem historiæ scholasticæ affirmat D. Hieron. autoritate Hebræorum scriptorum, póstque eum, gl. ord. & Nicol. Lyran. non omnino malus Bibliorum interpres, enarrantes illud Gen.27. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat, induit eum, ex quo loco hoc excerpserunt Hebræi scriptores.

Primogeniti habebāt vestem peculiarem.

Benedicebāt fratribus minoribus.

18 ¶ Adiiciunt Hieronymus, gl. ord. & Lyran. huiusmodi vestes quæ pretiosæ erant & odoriferę, vt dicit Lyr. fuisse sacerdotales, quas induti primogeniti victimas Deo offerebant, quoniam ante legem à Moyse datam, quo tempore Aaron ad sacerdotium assumptus est, primogeniti fungebantur officio sacerdotum, quod postremum scilicet de sacerdotio & illi ipsi asserunt, illud exponentes quod Gen. 14. scribitur de Melchisedech. & rursum idem Hieronymus in epistola ad Onagrium, cuius initium est, Misisti volumen. & in Genesim, dum enarrat illud. Ruben primogenitus meus, quod est in 49.c. & gl. item ord. Isidorum testem citans Gen. 26. in enarratione illius loci, Vende mihi primogenita. Et iterum in epist. Pauli ad Heb. c. 12. & ibi etiam Nicol. Lyr. super eum locum, Propter vnam escam vendidit primitiua sua: & ipse Lyr. Num.3. enarrans illud. Ego tuli Leuitas, &c. Quod & infrà nu.21. in fi. de Aegyptiis dicā.

Primogeniti fungebātur officio sacerdotū.

19 ¶ Addit autē Hieronymus, quo loco proxime citauimus, quod & regnum quoque primogenitis debebatur. Id quod probatur ex eo quod scribitur 2. Paral. c.21. Regnú autē tradidit Iorá, quod esset primogenitus, & quod à Iosepho traditum est, lib. Antiq.14.c.1. iniquum à multis fuisse existimatum Aristobolum Alexandri Regis Iudæorum filium iuniorē regnare: & Hircanum maiorem, cui propter ætatem imperium debebatur, priuatum manere. Quam etiam rationē corā Pompeio Hircanū ipsum aferentē recenset c. seq. Sed Aristobulú eā ita refellentem, quod Hircanus sponte cessisset imperio, propter suá naturalem & inefficacē segniciem.

Regnū primogenitis debebatur.

20 ¶ Sed & addit Mart. Laud. vbi suprà, & Barb. d. cons.67. & Soc. d. con.47. quod primogenitus, pecorum primogenita solus suscipiebat. Ad quam sententiá referri potest, licet nihil ad hoc

Et primogenita pecorum.

alleget, quod scribitur Deut. 21. Iste est principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. Et hoc videtur voluisse gl. interli. super illud Gen. 25. vende mihi primogenita, supà alleg. inquiens primogenita specialiter deberi primogenitis.

21 *Primogeniti domini fratrum.* ¶ Nec silentio prætereundum est id quod suprà diximus, primogenitos fuisse cæteris honoratiores, aperte probari Gen. 27. vbi Isaac benedicens filium Iacob, qui Dei ordinatione primogenitus erat, cuique ius ipsum primogenituræ diuenditum fuerat: Esto, inquit, dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Ex quo aperte colligitur quanto honore præcederet primogenitus cæteros fratres, vt & annotauit Ioan. And. in d. c. licet, de voto. & Pan. cons. 3. incip. nitar in præsenti causa, col. 3. lib. 2. Et de hac re dicam postea latius.

22 *Apud Aegyptios.* ¶ Apud Aegyptios quoque, qui multa à Iudæis mutuati sunt, hunc etiam morem fuisse, vt primogenitus cæteris anteponeretur, liquido significatur ex eo quod scriptum est Exod. 11. Media nocte ingrediar in Aegyptum, & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius vsque ad primogenitum ancillæ, &c. vbi & ad hoc eum locum annotat Lyr. vt non immerito scripserit Trogus, & qui eius Epitomen fecit Iustinus lib. 16. Ptolemæum, cui Aegyptus Africæque & Arabię pars post Alexandri mortem cessit, contra ius gentium minimo natu ex filiis regnum Aegypti tradidisse. Sed & idē li. 39. scriptum reliquit quod cum Ptolemæus Rex quoque Aegypti (is est cui Physconi cognomen tum fuit) regnum vxori Cleopatræ, & alteri filio quem illa deligeret, reliquisset: materque pronior in iuniorem filium esset, à populo compellitur maiorē eligere, qui & Ptolemæus Lathirus vocatus est. Quam rem aliter recenset Pausanias lib. 1. sed ita vt huic loco non minus conueniat. Nam Cleopatra, inquit, Ptolemæi mater, quē Philomatora ridiculi causa ob matris odium appellarunt, Alexandrum natu minorem ad Regiam euexit dignitatem, qui mox matre mortua ab Aegyptiis est expulsus. Ptolemæo verò natu maiori regnum est traditum. L. autem Florus Epitome Liuij li. 46. scribit, Ptolemæus Aegyptiorū rex a minore fratre regno pulsus fuisset, missis ad senatū legatis restitutus est. Sed & ex Heliodoro Phœniceo lib. 1. iterúmq; 7. videre licet primogenitū filium Pontificis Maximi vrbis Memphitis, quæ prima & præcipua erat totius Aegypti, in ea dignitate succedere solitum. Et vide quæ dicā infrà nu. 55.

23 *Moabitas.* ¶ Moabitas item quorum frequēs est mentio in sacris nostris literis, eo iure vsos vt primogeniti in regno succederent: testis est lib. Regum 4. c. 3. ad finem, loquens de Edom rege illius gentis. Arripiénsque, ait, filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum, & facta est indignatio magna in Israël.

24 *Albanos.* ¶ Quin apud Albanos illos patres Romanorum satis constat maiorem natu filiorū in regno successisse, authore Liuio, qui post initium lib. 1. ab vrbe cond. scribit Procam regem, Numitorem atque Amulium procreasse, Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum legasse: plus tamen valuisse vim, quàm voluntatem patris, aut verecundiā ætatis. Pulso enim fratre Amuliū regnasse. In quā etiā sententiā Dionysius Halicarnassæus li. 1. Procas, inquit, annos regnauit tres & viginti. Deinde Amulius haud iure regnū occupās, cū Numitori deberet fratri seniori.

25 *Græcos.* ¶ Græci itē qui & ipsi multa ab Aegyptiis ad suos mores traduxerūt, quos primum genuerūt, cæteris anteferebāt. Cum autem in Græcia fuerint non parū multæ præclaræque gentes, & vrbes optimis legibus ac moribus institutæ: satis erit si vnā omnium nobilissimam in præsentia ostenderim illud obseruasse. Apud Lacedæmonios, qui diu Græciæ imperium tenuerunt, quibúsque sublatis Græciam μονόφθαλμον, id est, vnoculam, siue luscam fururā dicebat Leptines apud Arist. lib. Rhetori. 3. c. 10. in quo de vrbanis disserit, tanquā Lacedæmon alter esset Græciæ oculus, quod etiam Iustinus tradit li. 5. dū Spartā, & Athenas duos Græciæ oculos vocat: Apud Lacedæmonios, inquam, tradit Herodotus in Terpsichore, filium ex lege in regno succedere, qui maximus natu esset: atque ob id Cleomenē Anaxādridis Regis primogenitum mentis quidem inopem, Dorieo fratri natu minori, qui virtute omnibus æqualibus præstabat, fuisse præpositum. Cuius etiam legis Lacedæmoniorū meminerunt Probus Aemilius, & Plutarchus, vterque in vita Agesilai, in prin. & constat quoque ex eodem in vita Agidis, atque etiam ipso Herodoto in Polymnia, vbi de Leonida loquitur Spartanorum rege.

26 *Athenienses.* ¶ Vt tamen silentio non præterierim alterum Græciæ oculum, Athenienses dico, apud quos quamdiu sub regibus vixerunt filius primigenius regnum obtinebat. quod ex eo videre licet, quod à Pausania scriptum est lib. 1. quo Attica tractat, quod cum Cecrops Iunior cum filiis à Metionidis regno pulsus esset, diémque suum obiisset. Postea vero eius filij eiectis ipsis Metionidis Athenas reuersi fuissent, Aegeus horum maximus natu regnum obtinuit. Sicuti & apud Rhodios qui & ipsi ex Græcorum numero sunt, si quando à regibus gubernarentur primogenitus regnum tenebat, vel teste Diodoro Siculo lib. Bibliotheces 6. c. 13. vbi refert, quod Ochimius Solis filiorum natu maximus regnum post patrem ipsum tenuit.

27 *Macedones.* ¶ Macedoniam præterea multæ quondam partis Europæ, maioris Asiæ imperio potitam hoc quoq; instituto vsam esse palā ostēdit, quod apud Liuiū 4. dec. li. 10. Perseus Philippi Macedonū Regis filius dicit iure gētiū, & vetusto Macedonū more, & ordine naturę maiorē natu filiorū in regno succedere. Quin apud Diodorū Siculū eo. li. quo gesta Philippi Regis Macedonum describit,

describit,qui liber totius operis eius autoris est 16. statim post principiú. legimus post obitum Amyntæ ipsius Philippi patris Regis Macedonũ in regnũ primo loco succeßisse Alex. filiũ illius,& Philippi fratrẽ qui natu omnium fratrũ esset maximus. Quod & Iustinus tradit lib.7.

Troianos.

28 ¶ Id quoque à Troianis obseruatum fuisse aperte indicat id quod in Euterpe scribit Herodotus Græcè quidem,sed in hunc sensum, Neque vero regnum ad Alexandrum erat peruenturum,vt iam sub eo res essent seniore Priamo,cũ Hector & natu maior,& virtute præstantior, quàm ille,regnum esset defuncto Priamo suscepturus. Illud quoque Virgilianũ li. 1. Aeneid.

Praeterea sceptrum Ilione quod gesserat olim
Maxima natarum Priami.

In cuius loci enarratione Donatus, Solent, inquit, religiosi parentes quæ habent optima, filiis deferre maioribus. Et post eum Seruius Maurus, Antiquitus,ait, fœminę regnabant,pręsertim primogenitæ. Sed quod apertius id quod diximus probat, tradit Messala Coruinus in eo libello quem ad Octauianum Augustum scripsit de ipsius Augusti progenie, Troium illum Troianorum Regem,à quo & Troia dicta est,duos filios habuisse, Ilum scilicet,& Assaracum. At Ilum defuncto patre,quod maior natu esset,regnum obtinuisse. Dares autẽ Phrygius,si is est,in eo libro, cui titulus est, de excidio Troiæ, tradit Priamum commonefecisse filios,quos multos habebat,vt maiores natu minoribus imperarent.

Persas.

29 ¶ Sed & apud Persas quibus etiam orbis imperium diutius fuit, id quoque video fuisse vsurpatum Platonis testimonio,qui idipsum asserit in lib. quem Alcibiadæ de natura hominis dicauit,& Plutarch in vita Artaxerxis, paulo ante fi. & Procopij lib.1. de bello Persico, vbi dicit legem Persarum maiorem natu ad regnum vocare. quod & comprobat controuersia filiorum Darij ab Herodoto relata in Polymnia,& Iustino lib. 2. quam adscribemus infrà q.31. Et alia Artaxerxis & Cyri, cuius meminit Plutarchus in Artaxerxe. Ideóque Cyrus Persarum rex, quíque primus in eos à Medis imperium transtulit, moribundus apud Xenophontem ita regnum suum instituit,vt Cambysi filio primogenito regnum, Tanaxaridi vero alteri filio alia quædam minutiora reliquerit.

Aqua aurea qua Rex & primogenitus eius tantũ bibit.

30 ¶ Apud eos autem aqua fuit cognomento aurea, ex qua Rex tantum potabat, ac ex filiis eius natu maximus: cæteris autem ex ea bibere erat capitale, vt retulit Agathocles,& ab eo Athenæus. Erat forte ex amne Euleo,qui circuit arcẽ Susarum, ac Dianæ templũ augustißimum, qui vt scribit Plinius lib.6.c.27. in magna ceremonia fuit. Siquidem Reges Persarum non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant. Hunc arbitror esse quem Herodotus lib. 1. vocat Choaspem, qui, vt dicitur, circa Susas fluit, eóque vno ex omnibus fluuiis rex potat. Nam aquam illius decoctam, & in argentea vasa diffusam ferentes permultę carrucæ quatuor rotarum mulis trahentibus assiduè comitantur, quocunque ille proficiscitur. Quod & ex Plutarcho in lib. de exilio,& Aeliano videre licet lib.12. Variæ Historiæ, vbi de Xerxe loquitur. Sed & tamen Ausonius Medorum regi tribuit in vrbium catalogo, vbi de Burdigala loquitur,

Hunc cuperes rex Mede tuis coniungere castris,
Flumina consumpto cum defecere meatu,
Huius fontis aquas peregrinas ferre per vrbes,
Vnum per cunctas solitus portare Choaspem.

Nisi dicas Choaspem & Euleum diuersos amnes esse, ex quibus tantum Parthorum Reges bibere scribit ipse Plin. lib.31.c.3. Quanquam sunt qui Choaspem eum esse dicant, ex quo Persarum reges Euleum, ex quo Arabum reges etiam tantum habebant.

Apud Syros.

31 ¶ In Syria etiam quæ & Assyria dicitur, vt Herodoto lib.7. placuit, quæ item Phœnicia & Palæstina,& Mesopotamia, vt patet ex Plin. lib.5.c.12. & Eusebio lib. de præparatione Euangelica 10. & aliis scriptoribus, hoc ipsum fuisse factitatum, testimonio est quod Iustinus lib. 34. memoria prodidit, Demetrium ab Antiocho fratre natu maiore Rege Syrię obsidem Romanis datum, cognita morte ipsius Antiochi, à Senatu petiuisse, vt ad regnum capescendum dimitteretur, id æquũ esse dicentẽ: quoniam sicut iure gentiũ maiori fratri cesserat, ita nũc sibi qui filiũ fratris ætate antecedebat, regnũ deberi. Cuius etiam rei meminit L. Florus lib. 46.

Parthos.

32 ¶ Parthos quoque qui tantæ virtutis fuere, vt à Romanis trinis bellis per maximos duces florentißimis temporibus lacesiti, soli ex omnibus gentibus non solum pares, verum etiam victores fuere, huiusmodi institutũ obseruasse, author est idem Iustinus, qui lib. 41. Hic, inquit de Pãpacio loquẽs, actis in regno 12. annis decessit relictis duobus filiis Mithridate & Pharnace, quorũ maior Pharnaces more gẽtis hæres regni, Mardos validã gentẽ bello perdomuit.

Germanos.

33 ¶ Apud Germanos itẽ illos, qui quinque simul Consulares exercitus populi Ro. fuderũt, attriuerunt, & debellarunt, maximus natu liberorũ omnia iura succeßionũ solus excipiebat, præter equos, quos quidẽ excipiebat filius, nõ vt cętera maximus natu, sed prout ferox erat & melior, vt scribit Cornelius Tacitus in li. quẽ elegãtißime de moribus Germanorũ scripsit.

Numidas.

34 ¶ Numidæ tantum ætati in succeßione tribuebant, vt nõ modo primogenitum Regis filium cæteris filiis, sed & fratrem Regis, si quis esset natu maior filiis ipsius Regis anteponerent, vt videre licet ex Liuio lib.9. secundi belli Punici, quo loco differit de varia Masinissæ fortuna

in amittendo recuperandóque regno. Cuius hæc verba sunt, Militante eo pro Carthaginiensibus in Hispania pater eius moritur (Gabç nomen erat) regnum ad fratrem Regis Desalcem pergrandem natu (mos ita apud Numidas est) peruenit.

Apud omnes gentes in vniuersum.

35 ¶ Dies iam me deficiet, si omnes sigillatim recensere & persequi velim qui hoc iure vsi sunt. Quando apud vniuersos homines, si verum dicit Herodotus in Polymnia, institutum fuit, vt maximus natu liberorũ obtineret principatũ. Id quod etiá tradit è nostris Bal. in l. ex hoc iure. col. 2. vers. quarto quæritur. ff. de iust. & iur. Semper, par inquiens, fuit, & semper erit, quod primogenitus succedit in regno. hæc ille. Et sane nostris quoque tẽporibus apud omnes gentes cõsuetudo est, & ea quidem à iure approbata, vt in his quæ sunt dignitatis, primogenitus cæteris præferatur, vt no. in c. licet, vbi gl. Host. Ioan. And. Pan. & alij de voto. & voluit etiam Old. cons. 94. incip. eleganter, col. 4. & cons. 237. perlectis & diligenter attentis, in 1. dubio, vbi loquitur de Baroniis. Pet. Iac. tit. de cau. ex quib. vasal. deb. amit. feud. col. 3. Bal. in l. vt intestato. C. de suis & leg. & cons. 275. quod pro regula, lib. 2. & cons. 389. consuetudo est col. 3. ver. in contrarium omnes gentes, eod. lib. 2. vbi & ob id dicit id esse iuris gentium. Alb. in proœ. ff. §. discipuli, col. 2. & in l. in successione, in fi. C. de suis & legit. hæred. Ang. cons. 287. pro clariori decisione, col. v. vers. quinimo, & in talibus dignitaribus. Car. Flor. cons. 137. redemptoris. &c. ad primum, col. 2. Pet. Anc. cons. 339. pro maiori intelligentia, col. 1. in fi. & iterum antepe. etiam in fi. Pan. in c. prudentiam, col. 4. vers. adnette tamen diligenter. & ibi etiam Fel. col. 2. vers. & ista limitatio, de offi. deleg. & idem Pan. in c. dilecti, col. 4. super 3. gl. de arb. & cons. 12. casus talis est, magnificus dominus, col. 3. vers. sed est dubium, lib. 1. & cons. 3. omnium quæ fecit pulcherrimo, incip. nitar in præsenti, col. 3. vers. sed his non obstantibus, & iterum col. 4. vers. ex his infertur, lib. 2. Pau. Cast. in l. maximum vitium. post mediũ. C. de li præter. & con. 179. in caussa quam magnificus dominus, col. 3. vers. vel melius potest dici, lib. 1. Ant. Rosel. in tract. legitimationum, in caussa finali, col. 5. vers. vlterius & nunc intro tertium. Mar. Laud. in c. 1. §. & quia vidimus, col. 2. ver. tertio quæritur, tit. qui feud. da. pos. & in suo tract. de primogenitura, col. 4. vers. quæro an ius primogenituræ. Alex. cons. 25. attentis narratis, col. 4. vers. præterea dicit, & iterum col. pen. vers. sic etiam videmus, in fi. lib 5. Baib. inter eon. Fran. Curt. Senioris, cons. 67. col. 10. vers. capio alium articulum. Guido Pap. Dec. Delph. 476. vitum legitima, & cons. 60. ad dubia, in fi. Car. Alex. in c. 1. §. & quia, post prin. tit. de his qui feud. dare pos. & in c. qualiter, tit. si de feu. fue. cont. inter do. & ag. Phil. Fran. in rub. de test. lib. 6. col. 33. ver. 25. & in c. grandi, in 2. no. de sup. negl. præl. Iac. à S. Geor. in tract. feud. in princ. col. 3. vers. idem est. Iason in l. 1. col. pen. ff. de const. prin. & in l. nemo potest, col. 1. ff. de leg. 1. Philip. Dec. cons. 225. in caussa quæ quondam, col. 2. & cons. 289. vita longa serie, col. 3. Caro. Rui. cons. 25. dubitabilis, col. 5. nu. 14. lib. 1. Ant. Corl. in tract. de pot. & excel. reg. q. 9. Matt. Afflic. in consti. Siciliæ, incip. speciale, col. 2. & Gaspar. Valesc. in repet. l. imperium, char. 8. col. 3. vers. & est notandum. ff. de iurisd. omn. iud. Alc. in l. obuenire. ff. de verbor. sign.

Et id iuris est.

Princeps significat primũ, & qui principatũ obtinet.

36 ¶ Et id quidem iuris est, vt dicit Card. Flor. cons. 129. dubia principalia, col. vlt. per l. imperialem. §. præterea ducatus, tit. de prohib. feud. alien. per Feder. Vt non abs re qui nomina rebus imposuerunt, principis vocabulo, & eum qui regnum, imperium, potestatem, principatũ obtinet, & primum significare voluerunt. Primum clarius est, quàm vt probatione indigeat. Alterum illo Tullij testimonio apertissimum est ex 7. in Verrem actione, Vt quisque in fuga postremus, ita periculo princeps. Et lib. 10. Epist. familiar. epist. incip. Antonius, ad omnia pericula princeps esse non recusabit. Et lib. 3. Officiorum, dum appellat Cratippum principem huius memoriç Philosophum, & ex aliis prope infinitis locis eiusdem, & Liuij 1. dec. li. 10. Sabinum aduenam principem nobilitatis Appium Clausum, &c. Et 3. dec. lib. 1. de Hannibale. Princeps prælium inibat, vltimus conferto prælio recedebat, & aliorum optimorum authorum. Ex quibus non prætermittam illud Virgilij lib. 5. Aeneid. in id expressissimum,

Princeps ante omnes densum Palinurus agebat
Agmen.

Nam illic de primo loquitur. ideo & Seruius ibi vnum, inquit, vocat. Et quem ibi Virgilius principem ante omnes dicit eundem ipse alibi primum ante omnes dicit, lib. scilicet 2.

Primus ibi ante omnes magna comitante caterua.

Columella autem lib. 11. c. 2. haud multo post principium appellat Ianuarium principem mensem, id est, primum. Et id quidem Græcorum imitatione, quibus ἀρχὴ principatum quoque & principium significat, vel testimonio Aristotelis lib. 3. Rhetoric. c. 11. aut vt alij secant. 16. Nam & ante omnes Hebrçi hoc vocabulo משׁלה & principium & potestatem intellexerunt. Tanquam scilicet apud omnes gentes is qui primus est liberorum, idem & principatum ante cæteros obtinere debeat.

Parentes impensius amant primogenitos.

37 ¶ Qui mos tam late patens, & veluti vno omnium populorum gentiúmque ac nationum consensu institutus, à natura ipsa rerũ omnium magistra manasse videtur, quç homines primigeniorum amantiores, quàm cæterorũ efficit, vt omnibus exploratum est, qui filios genuerũt. & è nostris asserit Old. nominatim loquens de huiusmodi consuetudine prçferente primogenitos, cons. 94. eleganter circa negotiũ, col. 4. ver. hoc etiá suadet dilectio. & Alb. in proœ. ff. §. discipuli.

discipuli.& in l.pe.col.2.versi.hoc etiã suadet.C.de don.inter vir.& vxor.& Cardi.Floren.d. consi.137.col.2.& Corne.consi.244.videtur prima facie dicendum,col.6.lib.2.& Benedic.in repet.c.Raynutius,in verbo,in eodem testamento,le 1.nu.172.& Anto.Corse.in tract.de pot. & excel.reg.q.74.Steph.Bert.consi.1.quamuis donatio,col.2.nu.8.li.4.Quod & probat illud Zachariæ 12.cap.Et dolebunt super eum,vt doleri solet in morte primogeniti.Et illud 2.Re. 13.c.Et noluit contristari spiritum Ammon filij sui,quoniam diligebat eum,quia primogenitus erat ei.Ideóque Francis Are.cuius omnifaria eruditio passim ab omnibus extollitur,in consil.14.viso & diligenter considerato,col.10.versi.venio nunc ad tertium,dicit l.isti quidẽ. §.vlt.ff.quod met.cau.loquentem de filiis,habere locum maximè in primogenitis. quod & non obscurè voluerat Card.Flor.d.consi.137.vbi suprà.

38 ¶Hinc quoque asserunt scriptores Ecclesiastici vltimam Aegyptiorum plagam, qua primogenita omnia mortua sunt,quæ memoratur Exo.11.c.& in Decrens Canonicis in §.item peccato Aegyptiorũ.1.q.3.fuisse cæteris multò acerbiorẽ,grauioremq;,ob id quòd sui quibusq; primogeniti sunt cæteris liberis multò chariores,sint'q; apud parentes in maiori pretio natu maximi.quod annotauit Lyr.in d.c.11.& ante eũ Augustinus in eo sermone quẽ de septẽ plagis cõscripsit dicẽs.cùm de ipsa vltima plaga loqueretur, Nihil est in hæredibus charius primogenito.Cuius etiã remẽtio fit in §.his itaque respondetur,versi.animalia Aegyptiorum. 1.q.4.Et de hac quoq; re loquens D.Chrysostomus in Genesim Homil.51.Apud veteres summus honos erat primogenituræ.& quod ita sit,hoc argumẽto collige,Cùm Deus Israëlitarũ gentẽ ex Aegypto liberare,& iuxta promissionem patriarchę factã à tyrãnide Pharaonis asserere vellet,obluctante & detinere volẽte tunc Aegyptio:post varias plagas etiã hãc postremã intulit,quasi faciens vt Aegyptij suis manibus extruderẽt Israëlitarũ genus.Nã simul omnia Aegyptiorũ primogenita occidi fecit,vidissẽsq; in singulis domib. eiulatus & lacrymas,&c.

Vltima Aegyptiorum plaga qua primogeniti mortui sunt omniũ grauissima

39 ¶In quam sententiam refert Herodotus in Erato,quòd cùm Lacedæmonij oraculũ aliquãdo accepissent,quo monerẽtur,vt geminos Aristodemi & Aeginæ filios Reges constituerent, primogenitũ autem magis honorarent:essentque ignari, vter eorũ esset maior natu (mater enim & nutrix hoc ipsum dissimulabãt)illi monitu cuiusdã Messenij nomine Panitis obseruarũt,vtrum puerorum mater priorem lauaret & cibaret:depræhenderũtq; illam primigenium alteri præferentem,tum cibando,tum lauando,cui nomen Euristhenem imposuerũt: iuniori autẽ Proclem. Quam etiã historiam strictim memorauit Mamertinus, aut quisquis alius is fuit,Panegyrico ad Maximianum scripto,cuius initium est,cũ omnibus festis.Quod mater ergo de industria occultabat,id natura prodidit,quæ natu maximos renitentibus etiã parentibus cæteris bonore antepo suit.Nam & Diuus Chrysostomus in 5. aduersus Iudæos Homil.Primogenitos,inquit,posteriùs genitis honorabiliores esse oportet.

Natura docet primogenitos esse magis honorãdos.

40 ¶Idcirco Gregorius Nazianzenus Vitalianum quendã increpat,quòd primogenitos tãtùm filios(quod parentibus est maximũ)odio haberet,extráque domũ abigeret huius carmẽ est,

Πρωτογόνους υἱέας, ὃ πατράσιν ἐστὶ μέγιστον,
Τέκνων ἀπεχθαίρεις, καὶ δώματος ἐκτὸς ἐλαύνεις.

Sed & hoc vice Prouerbij celebratũ fuisse author est Lucianus in dialogo περὶ παρασίτου, id est, de parasito,cuius hæc verba sunt in fine dialogi, καί σοι δεῖ μὲν ὅπως ἐν παιδὶ ἀφίξομαι, καὶ ἕωθεν καὶ μετ᾽ ἄριστον, μαθησόμενος τὴν τέχνην. σὺ δέ με αὐτὴν δίκαιος δὲ διδάσκειν ἀφθόνως, ἐπεὶ καὶ πρῶτος μαθητής σου γίγνομαι. φασὶ δὲ καὶ μητέρας τὰ πρῶτα φιλεῖν τῶν τέκνων. Id est, Tibique posthac manè, & post prandium puerorum more auscultaturus, artémq; hanc percepturus veniam. Tu verò meipsum citra inuidiam,vt par est,edocebis. Nimirum qui omnium hominum primus tibi discipulus fio. Aiunt autem & matres primos fœtus præ cæteris diligere. Huc quoque alludit illud Virgilij.lib.7.Aeneid.

Hic iuuenis primam ante aciem stridente sagitta
Sternitur.

Mouet enim parbos,vt scienter annotauit Donatus eum locum edisserens, & quòd Tyrrhi filius,& quòd maximus natu.Illúdque Catulli in Argonauticis,ad fi.

Optauit genitor primæui funera nati.
Liber vt innupta potiretur flore nouerca.

Addit enim primæui,vt augeret atrocitatem sceleris.Hinc quoq; Deus Opt. Max. populum Israël, quamuis non primus esset ætate,vt dicit Amb.in lib.2.de Cain & Abel.c.2.tamen illũ primogenitum appellauit Exo.c.4.Primogenitus meus Israel.Quoniam videlicet illum pręcæteris diligebat.

41 ¶Et cùm id in vtroque parente procedat,tum verò maximè in matribus, vt satis constat ex illo Luciani loco.Cuius rei peculiares quasdam rationes affert Antonius Ludouicus Olysiponensis Problematôn li.2.sec.3.c.2.Cur,inquit,matres primos natos ardẽtiùs & impatientiùs amant? An quoniam ea lõgiùs amore prosequimur,quæ pluris constiterunt? primi autẽ liberi primùm genitalia vincula claustráque ruperunt,& Lucinam doloribus inuocari fecerũt.An quia matres tum primùm dici,& inuocari incipiunt,quod magnæ cuiusdã reuerẽtiæ

Matres cur primogenitos ardentiùs amant.

putatur? An quia pignus quoddam & veluti arrabonem accipiunt, quo viri coniugibus firmiori copula adhæreant? Hinc igitur à matribus pueri impensiùs diliguntur, quia longiori tempore labores & enitendi, partúsque difficultates pertulerunt. Quod verò in sene ætate peperetunt, ideo etiam amare ægriùs & affectuosius solent, vel quia cæteris grandioribus iam factis adhuc sunt paruuli, vel vt fructum Veneris posttemum, quem vltra fœcundari desierunt, vel quia parentibus imbecillis præ senio iam redditæ, scipionem quendam & baculum quo imbecillis & inualida eorum senectus fulciatur, sustulisse videntur. Hæc ille, quorum multa & ad partes quoque pertinent.

Nonnullos eos magis diligere quos in senectute genuerunt.

42 ¶Scio autem illud nonnullos, filios suos nouissimos, præsertim in senecta generatos præ cæteris diligere. Cuius rei exemplũ nobis præbet Iacob ille patriarcha, qui vt scribitur Genes. 37. c. circa initiũ, diligebat Ioseph super omnes filios, eò quod in senectute eũ genuisset. Et Priamus qui Polydorum nouissimũ filiorũ charissimũ quoq; omniũ habebat, apud Homer. li. 20. Ilia.

Οὕνεκά οἱ μετὰ παισὶ νεώτατος ἔσκε γόνοιο,
Καί οἱ φίλτατος ἔσκε.

Quoniam ei inter filios nouissimus erat generatione,
Et ei charissimus erat.

Idem autem lib. 16. Odysseę hanc comparationem huc pertinentem posuit,

Ὡς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἀγαπάζει
Ἐλθόντ' ἐξ ἀπίης γαίης δεκάτῳ ἐνιαυτῷ,
Μοῦνον τηλύγετον.

Sicut autem pater suum filium amicabilis amplectitur
Venientem ex longinqua terra decimo anno,
Solum vnicúmque et in senectute genitum. Et 9. Iliad.

Καί με φίλησ', ὡσεί τε πατὴρ ὃν παῖδα φιλήσῃ
Μοῦνον, τηλύγετον πολλοῖσιν ἐπὶ κτεάτεσσι. In quam etiam sententiam est illud Euandri Virgiliani lib. 8. Aeneidos, loquentis de Pallante filio,

Dum te chare puer, mea sola, & sera voluptas,
Complexu teneo. His enim verbis, & sera voluptas, ostendit illum in senectute genuisse. Libanius autem sophista ad Eumorphum scribit liberos senioribus parentibus natos solere gratiores esse, quàm quos iuniores genuerũt. Sed vt satis videmus, nõ ob id hos magis diligimus quòd nouissimi sunt: sed quòd eos in senectute veluti præter spem genuimus, nobis ob eam rem placentes, quasi præter vires naturæ peculiari ac propria quadam virtute id fecerimus. Nec id tamẽ perpetuum est, sed cùm id contigit à scriptoribus annotatum.

Animalia bruta primigenitorũ fœtuũ amãtiora.

43 ¶Sed vt redeamus ad idquod generalius est, non homines tantũ, sed & cætera quoque animantia rationis expertia, & quæ solo ferũtur naturali appetitu (vt id magis ab arcano quodã naturæ sensu profectum, quàm ab humana sapientia esse intelligas) fœtus primogenitos chariùs amant. Quod mirè expressit certissimus ille naturæ explorator Homerus. cùm describit in exordio li. 17. Iliad. Menelaum per medios bellatores fulgentibus armis irrumpentem pro Patroclo pugnate, quemadmodum & facit mater querula pro vitula, quã primùm enixa fuerat. Huius in eam rem carmen est,

Οὐδ' ἔλαθ' Ἀτρέος υἱὸν ἀρηΐφιλον Μενέλαον
Πάτροκλος Τρώεσσι δαμεὶς ἐν δηϊοτῆτι
Βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ,
Ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ βαῖν' ὥς τις περὶ πόρτακι μήτηρ
Πρωτοτόκος κινυρὴ οὐ πρὶν εἰδυῖα τόκοιο.

Sus primã mammam primo fœtui præbet.

44 ¶Et huc quoque pertinere videtur, quod ab antiquis obseruatum est, & scriptum ab Aristotele lib. 6. Historiæ animalium, c. 18. scrofam cùm peperit, primam mammam porco qui primus in lucẽ prodiit, præbere, tanquam scilicet omnium sibi charissimo. Cuius rei etiã aliud memorat Plin. lib. 11. c. 40. cùm scribit, Primogenitis, aut vt alij legũt, primis genitis in quoq; partu sues primas præbent (eæ sunt faucibus proximæ, scilicet mammæ) nam de his loquitur subdítque, Vt suam quisque nouit in fœtu quo genitus est ordine, eáque alitur nec alia. Et idẽ quoque scribit Albertus Magnus lib. de anima lib. 6. tract. 3. c. 1. ad fi. Et quod tradit Aelianus li. 3. de natura animalium, canes maximo natu catulo ius primigeniũ tribuere. Canis, inquit, etsi permultos ex sese parit catulos, horum tamẽ è numero primus in lucẽ productus patrẽ refert, omninóq; similitudinẽ speciémq; illius gerit: cęteri vt casus tulerit nascuntur. quod studio & prouidẽtia naturę fieri videtur, & matri patrẽ anteferẽtis, & cęteris primigenitũ lõgè anteponẽtis. Pli. autẽ li. 8. c. 40. scribit optimũ ex canibus in fœtu esse, quẽ primùm fert in cubile fœta. Et de his duobus scilicet sue, & cane Tzetzes Historiarum Chilia. 4. c. 126.

Ὁ κύων χερσαῖος δὲ τὸ τέκνον τιμᾷ τὸ πρῶτον,
Πρῶτον δὲ χοίρου γέννημα, πρῶτον μαστὸν θηλάζει,
Καὶ καθεξῆς τὰ λοιπὰ κατὰ βαθμὸν ἐκεῖνον. Id est, ad verbum,

Canis autem terrestris catulum honorat primum.

Primus

Primus verò proceri natus primam mammam sugit,
Et deinceps cæteri secundùm gradum suum.

Idem Aelianus, vt ad eum reuertamur, einsdem operis lib. 15. c. 15. Iusticiam, inquit, mater hirundo in filios suos seruat in distributione cibariorum, suã cuique tribuens dignitatem. non enim vnica tãtùm distributione omnes pascit (neque enim posset, cũ ea quæ afferret, pusilla & pauxillula sint) primũ in lucem æditum primò pascit, deinde ab illo secundum, tertium tertio loco partum alit, sic'que deinceps vsque ad quintum progreditur. neque verò amplius quinque ferre in vtero solet.

45 ¶ Cuius rei duas comperio potissimum rationes, & ipsas ab imis naturæ præcordiis depromptas. Primũ quòd primogeniti sunt veluti parentibus coniunctiores, ad eósque propiùs accedere videntur. Id quod licet facilè ex eo deprehẽdere, quòd asserunt syderalis scientiæ scriptores, quòd cùm parentum facta, & euentus ex filiorum etiam natiuitate dignoscantur, cui rei quarta domus assignatur, habet in eam rem primogenitorum natiuitas plus virĩũ, quàm cæterorũ, vt testis est locupletissimus Almãsor in lib. qui capitulorũ, siue propositionum, siue etiã Aphorismorũ inscribitur, ad Saracenorũ Regẽ, scribens c. 95. primogenitũ fortiorẽ esse significatorem vitæ parentum, quàm alios. In qua etiam sententia fuit Aomar, & eius autoritate Bonatus Foroliuiẽsis vir astrorũ peritissimus in 11. tracta. in quo differit de natiuitatibus & earum accidentibus, parte vlt. in quarta domo c. 1. Quinimo Hermes ille Trimegistus, cui multarum rerum & artium scientia hoc cognomen imposuit, in Centiloquio ca. 20. videtur voluisse solos primogenitos, non etiam reliquos eã vim habere, inquiens: Tribus modis præsciuntur hominum accidentia, ex natiuitate propria, item primogeniti filij, postremò ex interrogatione cum affectu, & sollicitudine cognita.

Rationes prædictorum.

46 ¶ Nam & sacræ literæ primogenitũ filiũ dicũt esse primitias, siue principiũ virtutis patris, vt Psal. 78. ראשית אונים &c. id est vt vertit Munsterus, Percussitque omne primogenitũ in Aegypto, primitias scilicet virtutis eorum. Propriè autem (vt ille dicit) textus habet, principiũ virtutum. vocatur enim primogenitus principiũ virtutis & vigorum patris. Vulgata autẽ editio ita habet, Et percussit omne primogenitũ in terra Aegypti primitias omnis laboris eorũ. Castalio autem sic vertit, Omniáque in Aegypto primogenita, primordia virilitatis in Chameis domicilijs occiderat. Ad quod etiam referri potest & illud Genes. c. 49. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principiũ doloris mei. Et illud Deute. 21. Filiũ odiosæ agnoscet primogenitũ, dabítque ei de his quæ habuerit cũcta duplicia. Iste est enim ראשית אונו, id est, principium fortitudinis eius, & vt vertit interpres noster, liberorum eius.

Primogenitus principium virtutis.

47 ¶ Et ex hac quidem arctiori primogenitorum coniunctione & illud quoque manasse videri potest, quod legimus fuisse antiquitus passim obseruatũ, vt primogeniti nomine parentum vocarentur, vt nonnulli multi nominis asserunt, in id referentes illud Lucæ 1. & vocabant eũ nomine patris, quẽ locum enarrans Lyr. hoc annotauit, ac tradidit hodie frequenter obseruari. Quid autem, si Dijs placet, parẽtes aut alios mouet, impellit, suadet, vt primogenitus magis quàm cæteris parentũ nomẽ imponãt, nisi natura ipsa rerũ omniũ dux ac magistra illius arctioris propiorísq; necessitudinis conscia, quę hominibus rebúsq; nomina imponit, nõ fortuna, nõ casus, vt sciẽter tradit, multísq; exẽplis cõprobat ille à secretis cõsilijsq; naturæ Plato in eo lib. cui tit. est Cratylus, & ex Romanis scriptoribus Gellius ex autoritate Nigidij libr. Noctiũ Atticarũ 9. c. 4. quanquam Bal. noster contrarium videtur voluisse in rub. de maio. & obed.

Primogenitos nomine parentum vocari solitos.

48 ¶ Secundum, quoniam meliores sunt primigenij fœtus: deteriores verò siue inutiliores qui nascuntur nouissimi, vt eruditi autumant, ad id referentes illud Virgilij Aeneidos lib. 4. de fama loquentis,

Extremam, vt perhibent, Cœo, Enceladóque sororem
Progenuit. Quo in loco Seruius hoc ipsum annotauit, & extremam pro pessimam exposuit. Nam qui, inquit, de medicina tractant, dicunt inutiliores esse qui nascuntur vltimi. Cui sententiæ accedere videtur Homerus, qui in catalogo loquens de Protesilao & Philacide eius fratre, vtrunque laudat. At ille, inquit, vt maior natu erat, ita & melior. huius carmen est ciusmodi,

Primigenij fœtus meliores. Nouissimi deteriores.

Αὐτοκασίγνητος μεγαθύμου πρωτεσιλάου
ὁπλότερος γενεῇ ὁ δ' ἄρα πρότερος καὶ ἀρείων
ἥρως πρωτεσίλαος.

Et idem dicit lib. Odysseæ 18. loquens de Idomeneo Rege, & eius fratre iuniore Aethone. Et apud eundem lib. 4. Iliados gloriatur Iuno Saturni se esse filiam natu maiorem,

Καί με πρεσβυτάτην τίκετο κρόνος ἀγκυλομήτης.

Ouidius li. 6. Fast. ipsam Iunonem ita facit loquentem,

Est aliquid nupsisse Ioui, Iouis esse sororem,
Fratre magis dubito glorier, ánne viro.
Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem
Feci, Saturni sors ego prima fui.

Nam

Nam Homerus li.14.eiusdem operis vocat Iunonem filiam natu maximam magni Saturni,
Ἥρη πρέσβα θεὰ θύγατερ μεγάλοιο κρόνοιο.
Apud Euripidem in Iphigenia in Aulide, ipsa Iphigenia quò se commendatiorem chariorémq; patri Agamemnoni redderet, illum sic alloquitur.
Πρώτη σ' ἐκάλεσα πατέρα, καὶ σὺ παῖδ' ἐμέ.
Πρώτη δὲ γούνασι σοῖσι σῶμα δοῦσ' ἐμὸν,
Φίλας χάριτας ἔδωκα, κἀντεδεξάμην.
Prima te vocaui patrem, & tu filiam me,
Prima vero tuis genubus corpus dans meum,
Gratas gratias exhibui, & vicissim accepi.

Telegonus filius Vlyssis & Circes. Vlysses à Telegono filio necatus.

49 ¶ Et hucquoque alludens Plinius Iunior li. Epist.3.ad Caniniũ ita de Silio Italico loquitur. Beatus & fœlix, nisi quod minorem è liberis duobus amisit, sed maiorem & meliorem florẽtem atque etiam Consularem reliquit. Hinc Telegonus proprium viri nomen filij Vlyssis ex Circe, quod quidem Latinè nouissimo loco natum significat, pro humili, inglorio ac veluti deterrimo ponitur. Nam is patrem Vlyssem occidisse fertur. Ex quo illud Horatij lib.3. Carminum Ode 29.
Telegoni iuga patricida. Vbi Acron & Porphirion interpretes id scripserunt, vti etiam Lucianus li.2. Verarum historiarum, & ante omnes Dictys Cretensis qui eiusdem temporis fuit, Belli Troiani lib.6. eodémq; vlt. in fi. Et nonnihil Aristoteles in lib. de poëtica & Cheræmon antiquus poeta Tragœdus apud Athenæum lib.13.

Priora posterioribus natura esse pretiosiora.

50 ¶ Quibus accedit quod sacræ literæ statim post conditi orbis principiũ tradunt Abel iustum quidem virum obtulisse Deo de primogenitis gregis, veluti de melioribus. Ideóque & quia alacri animo offerebat, vt ibi exponunt interpretes, respexit Deus, vt confestim subiungitur, ad Abel & munera eius. Dionysius autem Halycarnasseus, hanc in vniuersum sententiã profert lib.1. Antiquitatum Romanarum, Preciosiora (inquit) natura sunt priora posterioribus. Quò fit vt magis mirer, quod tradit Didymus apud authorem τῶν γεωπονικῶν lib.18.c.3. in fin. Primogenitus partus ouium abstrahendos, vtpote ineptos qui conseruentur.

Filiabus vltimo genitis ancillaria officia demandantur.

51 ¶ Vt tamen interim non omittam solere ancillaria atque vilia officia demandari filiabus vltimò genitis ex Homero, lib. 3. Odysseæ,
Τόφρα δὲ τηλέμαχον λοῦσεν καλὴ πολυκάστη
Νέστορος ὁπλοτάτη θυγάτηρ νηληϊάδαο.
Interim autem Telemachum lauit pulchra Polycasta
Nestoris postrema filia Neleïdæ.
Id enim esse munus ancillare docet idem Homerus li.4. eiusdem operis,
Τοὺς δ' ἐπεὶ οὖν δμωαὶ λοῦσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ.
Hos autem postquam ancillæ lauerunt, & vnxerunt oleo. Sed Apud Apollonium Rhodium Argonauticôn lib.4. boues Solis pascebat Phaëtusa eius filia natu minima.
Καὶ τὰ μὲν ἠελίοιο κατὰ δρία ποιμαίνεσκεν
Ὁπλοτέρη φαέθουσα θυγατρῶν ἠελίοιο.

Primogenita & prima quæque efficaciora ad medicamenta & magica remedia.

52 ¶ Quid quod in medicamentis, incantationibus, magicis remediis, & id genus aliis quæ ex animalibus conficiũtur plus habere viriũ & ponderis credũtur primogenita, & prima queq; cætera: quin & interdum ea solũ in eas res prodesse, nõ etiã alia: vt in his quoq; rebus intelligas primogenita esse meliora? Nam & Palladius Rutilius rei rusticæ scriptor laudatissimus li.5.c.39. de apibus loquens. Credũtur, inquit, non fugere, si stercus primogeniti vituli adlinamus oribus vasculorũ. Et idem quoq; scribit Constãtinus Cæsar, aut vt alij malunt, Cassius Dionysius Vticẽsis, aut quiuis alius author nõ contẽnendus li. γεωπονικῶν, id est, agriculturæ, 15.c.3. ex Didymo, οὐκ ἂν δὲ φύγοιεν αἱ μέλισσαι, εἰ βοὸς πρωτοτόκου ἀφοδεύματι χρίσειας τὰ στόμια τῶν φατνῶν. Miror autem cur Cornarius πρωτοτόκου vertit, recèns nati, non primogeniti. Nam omnino dicendum fuit primogeniti vituli, aut vaccæ quæ primùm peperit, siue enixa est. Nã πρωτότοκος accentu in antepenultima primogenitum significat: accentu autẽ in penul. primò enixam. In genitiuo, quo vtitur ille liber, accentus semper in penultima est, siue sit genitiuus prioris, siue posterioris, propter vltimam longam. Ideóque vtrumque potuit significare. Sed authoritas Palladij in ea re mihi sufficit, vt primogenitum intelligamus, quãquam & in alia significatione hucquoque pertinere posset.

Ouis primo partu genita.

53 ¶ Plinius li.28.c.8. Cor, inquit, crocodili annexũ in lana ouis nigrę, cui nullus alius color incursauerit, & quæ primo partu genita sit, quartanas abigere dicitur. Et paulò pòst, Cor chamæleontis aduersus quartanas, illigatũ nigra lana primæ tonsuræ. Idem eo. li.c.10. aut vt alij secant, 13. tradit lienosis dari asinini pulli fimũ, quod primũ ædidit, in aceto mulso. Rursúmq; eiusdem li.c.16. scribit fimũ asinini pulli, quod primũ ędidit, à partu datũ fabæ magnitudine è vino, mederi morbo regio intra diẽ tertium. Dioscorides quoq; maximæ apud Gal. & alios authoritatis li.2. Materiæ medicæ.c.60. aut vt alij secãt, 48. χελιδόνος (inquit) νεοσσοὺς τοὺς ἐκ τῆς πρώτης νεοσσοποιΐας αὐξομένης τῆς σελήνης ἀνατεμὼν, εὑρήσεις ἐν τῇ γαστρὶ λιθίδια, ἐξ ὧν δύο λαβὼν &c. Id est,

est, dissectis crescente luna pullis hirūdinis, qui primo partu exclusi sunt, in ventre eorum lapillos offendes, ex quibus duos alterum versicolorē, alterū concolorē eximes. ij priusquam terrā attigerint in δαμάλαις, id est, iuuēcæ, siue bucculæ, vel iunicis, vt vertit Hermolaus, corio, aut ceruina pelle, brachio aut collo adalligati, comitialibus proderūt, & sæpè eos prorsus ad sanitatem restituent. Quod & repetit Galenus, si is est in li. cui titulus est de incantatione: & Constantinus Africanus in li. eiusdem tituli, vbi nuncupatim loquitur de primogenitis.

54 ¶ Et hinc quoq; lac fœminarum ex primo partu in eas res efficacius esse nō negabit is, qui legerit eundem Dioscoridem scribentem li. 2. c. 63. aut ex aliorum diuisione. 78. ad fi. Primiparæ canis lacte inunctum caput glabrescere: idémq; lac potum letalibus venenis aduersari, & mortuos fœtus ex vtero pellere, ex quibus etiam primum affert Plinius lib. 30. c. 14. ad fi. Idē Plinius lib. 11. ca. 37. scribit vuluam primiparæ suis esse optimam, nec nouellarum suum prætetquam primiparatum probari. Quod & ipsum tradiderat Hipparchus, & eius authoritate Athenæus. Quibus concinens Martialis hæc scribit, *Lac fœminarum ex primo partu.*

Te fortasse magis capiet de virgine porca,
Me materna graui de sue vulua capit.

Theocritus autem Idyllio quinto satis ostendit lac primiparæ capræ vtilius esse, quàm cæterarum,

Τίς δ' ἐ παρεύνας
Αἰγὸς πρωτοτόκοιο κακὰν κύνα βδέλλ' ἀμέλγειν; id est,
Sed quis primipara, cùm possit lactea capra
Vbera, degenerem cupiat mulsisse catellam?

Plinius li. 8. c. 40. scripsit, ab ea cane, quæ fœmina sit ex primipara genita faunos cerni. Marcellus autem Burdegalensis in lib. Medicament. c. 8. Mulieris (inquit) primiparæ puræ, & nitidæ saliua ieiunis instillata, oculis liuorē suffusionémq; quālibet cruentā efficaciter adimit.

55 ¶ Idem eodem c. tradit stercus infantis quod primum dimittit statim ex lacte mulieris, quæ puerum allectat, mirificè prodesse ad albuginem oculorum detergendam. Quod & idē scribit Rasis in lib. de animalibus, c. 56. eodémq; vlt. Quò etiam spectat illud Sereni Sammonici de dentitione infantium loquentis c. 58. *Primū infantis stercus.*

Collo igitur molli dentes nectentur equini,
Qui primi fuerint pullo crescente caduci.

Id quod ante eum scripserat Plinius lib. 28. c. 19. Dentes, inquit, qui equis primùm cadunt, facilem dētitionem præstant infantibus adalligati, efficaciùs si terram non attigere. Sed & idē priùs, scilicet eiusdem lib. c. 4. Pueri, ait, qui primus ceciderit dens, vt terram non attingat, inclusus in armillam, & assiduè in brachio habitus, muliebriū locorū dolores prohibet. Sextus autem Platonicus. c. 16. de medicina animalium tradit remediū dētis dolentis esse, si equi dētes, qui primū nati fuerint, dentē ipsum qui dolet, tetigerint. Idē c. 17. Pueri, inquit, primi capilli à natiuitate, si pedibus dolētibus impositi fuerint, sanabūtur. De qua re etiā Plin. illo c. 4. li. 28. Capillus puerorū qui primùm decisus est, podagræ impetus dicitur leuare circūligatus Sed & idem Plin. lib. 30. c. 10. scribit, quòd si pullus hirundinis detur incipienti in cibo, quem primū pepererit, cùm quis primùm tentatus sit morbo comitiali, liberatur eo malo.

56 ¶ Sed & videmus colostrū, id est, primū lac à partu in omnibus animalibus, vt declarat Plin. lib. 11. c. 41. & li. 28. c. 9. ad prin. & Nonius Marcellus & Martialis lib. 13. xenio 38. illo versu, *Primū lac à partu.*

De primo matrum lacte colostra damus.

Id, inquam, colostrum nescio quid habere virium, quod non habet aliud lac, vt videre licet ex Columella lib. 7. c. 3. & Aëtio Tetrabi. primo, Ser. secundo, cap. 99. vbi & id ipsum πρωτογάλακτον vocat, Quod & non obscurè ostendit Plautus in Pænulo,

Meum cor, mea colostra, meus mollicidus caseus.

Nam & colostrum neutro, & colostra fœminino genere dicitur.

57 ¶ Nec in animantibus tantum. & quæ ex iis sunt, id cōspicimus, sed in virgultis & arboribus, quādo Dioscorides li. 2. c. 62. aut vt alij diuidūt, 75. hæc scribit, αἱ γὰρ αἶγες νεμόμεναι τοῦ λευκοῦ ἐλλεβόρου τὰ φύλλα, κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν αὐτοῦ ἐμοῦσι, καὶ τὸ γάλα ἀνατρεπτικὸν στομάχου καὶ ναυτίας γίνεται. Id est, Capræ hellebori albi pascentes folia ex primo eius partu ipsæ quidem vomitum patiuntur, & lac earum stomachum euertit, & nauseam ciet. Sed & idem lib. 1. c. 106. aut vt alij distingunt, 111. scripsit Pilulas foliorum populi albæ, quæ primo foliorum partu exiliūt illitas cum melle, oculorum hebetudini mederi, τὰ δὲ κατὰ τὴν ἐκβλάστησιν τῶν φύλλων σφαιρία λεῖα μετὰ μέλιτος ἐγχριόμενα, ἀμβλυωπίας θεραπεύει. Et rursum c. 102. aut aliorū sectione 113. tradit humorē vlmi in folliculis enascentem prima germinis eruptione cuti illitū, nitorem inducere, faciémque splendidiorem præstare. Hæc enim sunt verba illius τὸ δὲ ἐν ταῖς φύσαις κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν εὑρισκόμενον ὑγρὸν, στίλβει πρόσωπον ἐπιχριόμενον. Et lib. 2. c. 101. scribit Asparagum raporum in prima germinatione ciendæ vrinę esse vtilem. Et lib. 4. ca. 195. tradit caules vitis albę, quę primo germinū partu erumpunt, vrinas ciere, menses pellere, lienem absumere, vertiginosis, comitialibus, neruorū resolutione tentatis prodesse. Hęc ipsius verba sunt, καὶ τὰ πρῶτα καυλία κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν λαχανεύονται. ἐσθίεται καὶ οὐρητικοὶ καὶ καταμηνίων ἀγωγοί. *Ellebori folia ex primo partu.*

¶ Galenus

Primogenita Punica. Cytini.

58 ¶ Galenus lib. 6. Pharmac. κατὰ τόπους, c. 1. quo loco de medicorum Pharmacorum compositione tractat, primogenita Punica, quæ Græci Cytinos vocant ad stomatica medicamenta esse admodum vtilia. Ante eum autem Plin. lib. 23. c. 6. Primus, inquit, pomi huius (de punico loquitur) partus florere incipientis, Cytinus vocatur à Græcis, miræ obseruationis multorum experimento. Subiungitque multa ac miranda, quibus opitulátur, vt ibi videre poteris. Ante vtrunque Nicander in Alexipharmacis huiusmodi Cytinos, atque etiam Cypri flores recèns germinantes aduersus λιθάργυρον, id est, argenti spumam, maximè valere scribit. Quibus etiã simile est quod scribit Marcellus ille Burdegalẽsis c. 33. porri primitiui, id est, primùm producti (vt constat ex his quæ suprà in prin. diximus) sectiui succum expressum, & aceto pari mensura immixtum absorptúmque sæpius à lienoso, prodesse.

Prototomi caules.

59 ¶ Quin & ex ipsis medicis & aliis scriptoribus didicimus πρωτοτόμους prototomos caules, ita scilicet dictos à prima cæsura, quos Marcellus Burdegalensis c. 20. Haplosiles à teneritudine, Galenus lib. 2. alimentorum asparagos appellauit, ad medicamenta atque etiam ad ciborum vsum esse accommodatiora, vt videre licet ex eo loco Marcelli, & ex Galeno lib. 10. Pharmac. κατὰ τόπους c. 1. ex. Archigene lib. 2. Pharma. κατὰ γένη. De hísque est illud Columellæ lib. 10.

Sed iam prototomos tempus decidere caules.

Et Martialis lib. 10. epig. 48.

Et faba fabrorum, prototomique rudes.

Et lib. 14. epig. 101.

Cùm mihi boleti dederint tam nobile nomen,
Prototomis, pudet heu, seruio coliculis.

Hos autem prototomos Plinius Cymas fœminino genere appellat li. 19. c. 8. cũ scribit, Brassica toto anno seritur, quoniam & toto secatur, vtilissimè tamẽ ab æquinoctio autumni trãsfertur, cùm quinque foliorũ est. Cymas à prima sectione præstat proximo vere. Hic est quidẽ ipsorum caulium delicatior teneriórq; cauliculus. At hic primæ sectionis caulísque Theophrasto & Dioscoridi non Cyma fœminino genere, sed κύημα neutro genere dicitur, veluti fœtura, aut fœtus, siue partus. Ille enim lib. 7. ὅτι τὸ κύημα, καὶ ἐν ᾧ τὸ ἄνθος, ἢ καὶ ὁ καρπός. i. quod est cyema, & in quo flos aut semen. Hic lib. 2. c. 109. de brassica loquens, τὸ δὲ ἐξ αὐτῆς κύημα εὐστομαχώτερον μὲν, δριμύτερον δὲ καὶ οὐρητικώτερον. i. Brassicæ cyema stomacho vtilior quidem est, verùm acrior & vrinam magis ciens. Quidam autẽm cyma dicere malunt, quæ vox Galeno videtur per synæresim ex trisyllabo κύημα contracta. Nam & Columella ipse,

Tunc quoque conseritur, toto quæ plurima terræ
Orbe virens pariter plebi regique superbo,
Frigoribus caules & veris cymata metit.

Quæ omnia apertè ostendunt huiusmodi primam brassicarum cæsuram, siue fœturam plus habere virium & voluptatis, quàm cætera omnia ex eadem.

Primigenia palma.

60 ¶ Adde quòd Euripides in Hecuba de Delo insula ita loquitur, vbi primigenia palma laurúsq; sacros edidere ramos charæ Latonæ, diuini monumẽtum partus. Eius enim hæc verba sunt.

Ἔνθα πρωτόγονός τε φοῖνιξ
Δάφνα θ' ἱεροὺς ἀνέσχε
Πόρθους Λατοῖ φίλᾳ
Ὠδῖνος ἄγαλμα δίας.

Nam & ἐλάτη, quam Hesychius interpretatur τ̃ φοίνικος πρώτην ἔκφυσιν, id est, primam ipsius palmæ germinationem, ad plura multò prodest, quàm reliquum ipsius corpus, vt videre licet ex Theophrasto lib. 3. Plantarum, Dioscoride lib. 1. c. 45. aut vt alij diuidunt 53. & iterum c. 130. aut, vt alij secant 136. aut vt alij 152. aut item vt alij 160. Plin. lib. 12. c. 28. Paulo Aegineta lib. 6. ex quibus tamen cognosces, elatẽ aliud quoque significare. De quo & tu vide omnino Marcellum Virgilium in d. c. 136. lib. 1. Dioscoridis, & Manardum eundẽ locum enarrantem Epistolarum medicinalium lib. 8. epist. 1. Nam & Plin. sentit elaten esse vnam palmarum speciem lib. 23. c. 5. idem autem Plin. lib. 15. c. 1. scribit Oleæ primam vndam ex prelo esse laudatissimam.

Lixiuium primariũ.

61 ¶ Sed quid quòd cùm lixiuiũ sit multo vsui in arte medicinæ, vt cui caput priuatim dedicauit Galen. li. 6. Simplic. med. c. quod de Conia est, id est, Lixiuio. & iterum lib. 9. eiusdẽ operis, simili c. Tamen vtilius est quod primarium est. i. quod fit ex cinere, qui primus distillauerit, quod à Græcis πρωτοστακτὸν dicitur (quanquã scio quosdã esse, qui ea voce aliud significari volunt, id scilicet quod cinere, adiecta calce fit) Id igitur primariũ lixiuium, vt repetam, cæteris est multò vtilius atque efficacius, vt videre licet ex Paulo Aegineta lib. 7. c. 3. quo loco & ipse de Conia scribit, & Alexandro Tralliano li. 3. c. 10. in medicamento diasericos. Plin. autẽ lib. 24. c. 9. statim post prin. tradit cinerem corticis salicis ex primis ramis aqua mixta sanare clauum & callum. vt hinc & ex aliis quæ diximus intelligas prima quæq; cæteris sequentibus esse multò præstantiora & efficaciora.

Primi concubitus.

62 ¶ Nã & hinc videmus primos concubitus, primósque fœminarum menses, plerunque comitiales morbos, & alios plurimos curare, vt videre licet apud Celsum lib. 3. c. 23. & Plin. lib. 28. c. 4. & Paulum Aeginetam lib. 3. c. 13. & Alexandrum Trallianum libr. 11. vbi de podagra. Idẽ quoq; Plin. lib. 2. c. 52. scribit priuata portenta non vltra decem annos portendere, præterquã

aut

aut primo matrimonio facta, aut die natali. Idem li. 18. c. 13. Ferunt inquit, subtili obseruatione. quota luna præcedente hyeme nix primo ceciderit, si totidem luminum die intra prædictum temporis spacium rapæ serantur, mire prouenire. Homerus autem haud multo post initium lib. 3. Iliados scribit ἀεὶ στῖχα πρώμον ἔμμεναι, id est, optimum primum esse. Quibus accedit quod scribit Ouidius lib. 1 Fastorum,

Tum Deus incumbens baculo quem dextra gerebat,
Omnia principiis, inquit, inesse solent.
Ad primam vocem timidas aduertimus aures,
Et primam visam consulit augur auem.

63 ¶ Nam & hinc est, vt opinor, vt prima pro optimis à probatissimis autoribus ponantur: Cato Rei rusticæ c. 1. Prædium, quod primum siet, si me rogabis, sic dicã. &c. & Primum, id est, præcipuum atque optimum omnium. Terentius in Heauton. *Prima pro optimis.*

Et suauia in præsentia
Quæ essent, prima habere.

Vbi Calpburnius interpres id annotat. Idem Terentius in Adelphis,

Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Vbi Donatus alter interpres. Prima (inquit) id est, ante alia eligenda, quæ & primo loco ponenda, ac per hoc optima. Salustius in Catili. Domi ocium, atque diuitiæ, quæ prima mortales putant, affluerent, &c. Et Virgilius.

—Primos iuuenum tot miserit orco.

Húcque etiam refert Donatus illud ipsius Terentij in Eunucho,

Nihil prius, neque fortius.

64 ¶ Húcque spectat quod tradit Iurisc. noster in l. 1. ff. de orig. iur. cuiusque rei potissimam partem principium esse. Quod accepisse videtur ab Aristotele lib. Problematon 10. c. 15. vbi dicit principium cuiusque rei esse maximum, additque, quippe quod rei dimidium sit. Quæ posterior pars est & Platonis eius præceptoris lib. 6. de legibus. ἀρχὴ γὰρ λέγεται ἥμισυ παντός. & ipsius Aristotelis lib. Moralium 6. c. 7. in fi. & Politicorum lib. 5. ca. 4. & Senecæ ad Lucillium epistola 34. & Luciani in somnio. & Marini cuiuspiam apud Suidam. Quod & à Latinis scriptoribus vsurpatum est. Horatius lib. epist. 1. epist. 2. *Principiũ potissima pars.*

Dimidium facti qui cœpit habet, sapere aude.

Cuius versus principium citat Accursius, in d. l. 1. in verbo, principium, de orig. iur. sed non vt est apud Horatium, sed aliter mutata sententia, ita scilicet,

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet. Sed & Ausonius ex Græco,

Incipe, dimidium facti est cœpisse, superfit
Dimidium, hoc rursus incipe, & efficies. Et alibi in monosyllabis,

Incipe, quicquid agis, pro toto est prima operis pars.

65 ¶ Cúmque nutricatio maxima sit amicitiæ, & affinitatis, beneuolentię portio, vt patet ex multis quæ late collegimus in rep. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, nu. 43. ex his item quę diximus, & seq. C. de reuo. don. Tum vero maxime prima illa lactis exhibitio, quæ fit puero recẽs nato, vt satis cõstat ex eo quod apud Terent. in Adelphis Syrus vt à Mitione impetraret libertatem, Phrygiæ vxori suæ illud pro magna ratione, faciliorique impetratione dicit, *Nutricatio amicitia parens.*

Et quidem tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammam dedit hæc.

Cui ilico subiunxit Demea frater ipsius Mitionis,

Hercle vero serio.
Siquidem prima dedit, haud dubium, quin emitti æquum siet.

66 ¶ Ex quibus satis constat, prima quæque esse nouissimis meliora. quod tamen non omnino perpetuum est. Nam ficus nouissimas salubriores esse, quàm primas tradit Plin. lib. 23. ca. 7. Quod eo volui dicere, vt hinc intelligas nullam regulam tam generalem, quæ non recipiat exceptionem ex Aristotelis sententia. Illud autem minime dubium est prima quæque magis delectare vt nos quotidie experimur. & suo testimonio confirmat Martialis lib. 10. epig. 93.

Vt rosa delectat metitur quæ pollice primo,
Sic noua, nec mento sordida, charta iuuat.

67 ¶ Nec meliora tantum primogenita, sed & pulchriora atque robustiora fere sunt. Pulchriora quidem plane declarat illud Deut. 33. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, vt non inscienter scripserit Bal. in 1. const. ff. §. itaque, col. 2. cum dubitatur vter geminorũ sit primogenitus, præsumendũ formosiorẽ ac robustiorẽ prius fuisse natũ, vt ex hoc quoq; intelligas robustiora esse primogenita. Id quod etiã insinuat Hom. qui lib. Iliad. 15. Ita facit Iouẽ loquẽtẽ, *Primogenita pulchriora & robustiora.*

Ἐπεὶ ἕο φημὶ βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι
Καὶ γενεῇ πρότερος.

Quasi videlicet sentiat Homerus eum fere inter fratres esse robustiorem, qui est primogenitus. Ad quod etiam referunt scriptores Hebræi illud Gen. 49. Ruben primogenitus meus, tu

fortitudo mea. Nempe cum per robur primum, & radicem sobolis totius primogenitum intelligunt, tanquam sentiant hunc cæteris solere esse robustiorem.

Pulchriora & meliora Deo offerenda.

68 ¶ Quæ cum ita sint, velitque Dominus Optimus Max. sibi meliora pulchrioráque ac robustiora offerri: non cæca, non clauda, non languida, non debilia, vt scribitur Deut. 15. & 17. & Malach. 1. non semel, & alibi sæpe. Quod & Ethnici externíque intelligebant, ex quibus Euripides in Iphigenia ἐν ταύροις tradit Agamemnonem vouisse Dianæ se immolaturum quicquid pulcherrimum annuus prouentus produxisset,

Ὅ τι γὰρ ἐνιαυτὸς τέκοι
Κάλλιστον, ηὔξω φωσφόρῳ θύσειν θεᾷ.

Primogenita Deo offerenda.

Aristoteles in Symposio, Nihil (ait Græcè, sed in hunc sensum) mutilum ac diminutum Diis offerimus, sed integra omnia atque absoluta. Quod & retulit Athenæus de coronis disserens, & Porphyrius lib. 2. de abstinentia ab esu carnium. Ex quo & Solon Philosophus dicere solebat ἱμμητρα ἀφελῆ. Ideo dominus ipse sæpissime præcepit sanctificari sibi omne primogenitum, tam ex hominibus, quàm ex iumentis, Meum (inquiens) esse omne primogenitum, vt scribitur Exod. c. 13. in prin. & 22. & 34. & Leuit. 27. Num. 3. & iterum 8. rursúmque 18. Deut. 12. & 15. Neemiæ 10. & Luc. 2. & repetitur, in c. magnæ, extra de voto: & in c. nec is qui. 15. q. 2. vt iam non leue videri debeat, quod adeo frequenter in sacris literis præceptum reperitur. Id quod Homerum non latuisse videri potest, qui lib. 23. Iliados scribit Apollinem cupere sibi agnos primogenitos sacrificari,

Οὐδ' ἠπείλησεν ἄνακτι
Ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην.

Neque promisit regi
Agnorum primogenitorum sacrificare inclytam Hecatomben.

Ob quod, vt subdit, iratus Apollo fecit sagittam illius oberrare. Et cum alter eidem huiusmodi sacrificium vouisset horum primogenitorũ agnorum, ei victoriam dedit. Ideo & apud eundem lib. 4. eiusdem operis Pandarus monitu Palladis vouit sacrificium se Apollini ex primogenitis facturum, si domum redierit,

Εὔχετο δ' Ἀπόλλωνι λυκηγενέϊ, κλυτοτόξῳ
Ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην.

Quod & mox fecit.

Primitiæ frugũ Deo offerenda.

69 ¶ Sed & sacræ quoque literæ, vt ad eas redeamus, primitias frugum Deo offerri iubent Exod. 22. & iterum 25. rursúmque 34. & seq. Num. 31. Deut. 12. & 18. & 26. Prouerb. 3. Ecclesi. 7. & 35. & Hierem. c. 2. Id quod etiam Ethnici faciebant. Nam apud ipsum Homerum li. 14. Odysseæ Eumeus ἄργματα θῦσε θεοῖς αἰειγενέτῃσιν, id est, primitias sacrificauit diis sempiternis. Cuius loci autoritate Iulianus ille Imp. literis insit Arsacio pontifici Galatiæ docere paganos offerre Diis primitias frugum, nam & Homerum probauisse Eumeum hæc ipsa facientem. Cuius rei testis est Sozomenes apud Cassiodorum in Historia Tripertita lib. 6. c. 29. Sed & ipse Homerus lib. 9. Iliad. scribit Dianam succensuisse Oeneo, quod ei primitias agri nõ sacrificasset.

Καὶ γὰρ τοῖσι κακὸν χρυσόθρονος Ἄρτεμις ὦρσε
Χωσαμένη, ὅ οἱ οὔτι θαλύσια γουνῷ ἀλωῆς
Οἰνεὺς ῥέξ', ἄλλοι, &c.

70 ¶ Liuius quoque lib. 6. secundi belli Punici scribit Capenates ad lucum Feroniæ primitias frugum portare. Tradunt & Pomponius Mela. lib. 3. & Plin. lib. 4. c. 12. ad fi. & Solinus c. 26. Hyperboreos gentem felicem frugum primitias Apollini mittere solitos. Nam & Pausanias lib. 10. testatur primitias ipsi Apollini offerri solitas. Idem Plinius Romanorum religionem commendans lib. 18. c. 2. Non degustabant (inquit) nouas fruges aut vina, antequam sacerdotes primitias libassent. Ouidius quoque huc alludens in lib. de Nuce,

Tunc domini memores sertis ornare solebant
Agricolæ, fructu proueniente Deos.

Vbi Erasmus eum locum huc quoque refert. Sed & idem lib. 2. Fastorum autor est priscos Romanos primitias Cereri dare solitos,

Farra tamen veteres iaciebant, farra metebant,
Primitias Cereri farra resecta dabant.

Idem lib. 10. Meta. aperte insinuat & frugum primitias Cereri quotannis offerri solitas illis versibus,

Festa piæ Cereris celebrabant annua matres,
Illa quibus niuea velatæ corpora veste
Primitias frugum dant, &c.

Ex quo & illud Calphurnij Egloga 4.

Ille dat vt primas Cereri dare cultor aristas
Possit.

71 ¶ Id quod etiam Græcos ipsos factitare solitos videre licet apud Theocritum, qui Idyllio 7. hæc scribit,

ἦς γὰρ ἑταῖροι

Ἀνέρος

ἀνέρες εὐπέπλῳ Δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι
ὄλβω ἀπαρχόμενοι. Id est, vt traducit Eobanus Hessus,
Hoc solenne viri curabunt munus amici.
Iustáque honorata Cereri conniuia ponent.
Primitiísque dabunt opulenter.
Idem idyllio 17. laudat Ptolemæum quòd primitias Diis solueret,
αἰὲν ἀπαρχομένοισι, &c. Sed & Hesychius scribit morem fuisse Græcis, vt Vestæ primitias offerrent, vnde natum prouerbium ἀφ' ἑστίας ἀρχόμενος, A vesta incipiens. vide tamen Erasmum Adagiorũ Chil.1.cent.6.c.83. Plutarchus in Theseo scribit Troezenos Neptuno, quem summa religione colunt, primitias fructuum deligere. Idem in lib. de Iside & Osiride tradit Harpocrati primitias leguminum offerri solitas. Apuleius lib.11. Meta. non multo post prin. scribit sacerdotes Isidis ei deæ primitias commeatus libare solitos. Numa autem Pompilius suis legibus statuit fructuum primitias Deo Termino sacrificari. Veteres quoque Diis laribus primitias frugum & vuarum, vt scribit autoritate Aristocratis interpres Aristophanis in ὄρνισιν, & videre licet ex illis Tibulli versibus lib.1. Eleg. item 1.
Vos quoque fœlicis quondam, nunc pauperis agri
Custodes, fertis munera vestra lares. Et alibi de Laribus quoque loquens,
Hic placatus erat, seu quis libauerat vuam,
Seu dederant sancta spicea serta comæ.
Denique Apuleius apologia 2. Aemilianum impietatis accusans, hoc inter cætera illi obiicit, quod segetis, aut vitis, aut gregis nullas Diis primitias imparriret.

72 ¶ Nec tantum primitias animalium & frugum diis offerebant, sed & spoliorum ex hostibus captorum, vt videre licet ex Herodoto lib. 8. & Heliodoro lib. Historiæ Aethiopicæ 9. haud multo post prin. & lib.10. Ex Pindaro Olympiorum Ode 2. statim post princ. *Primitia spoliorum ex hostibus.*
Ὀλυμπιάδα δ' ἔστασεν Ἡρακλέης,
ἀκροθίνια πολέμου. Et satis ostendit Virgilius, apud quem lib. 11. Aeneidos circa principium Aeneas Marti offert primitias Regis Mezentij,
Hæc sunt spolia, & de rege superbo
Primitiæ. Ad quod etiam referri potest illud Ouidij lib.3. Fastorum,
Te memorant, Gange totóque oriente subacto,
Primitias magno supposuisse Ioui. Hinc prima opima spolia possent videri dicta quæ Romulus Ioui statuit Acrone Cecrinensium duce interempto apud Dionysium Halycarnasseum li.2. Liuium lib. ab vrb. cond. 1. & Plutarchum in vita illius. Nam & sunt secunda & tertia opima, de quibus Seruius in lib. 6. Aeneid. illud enarrans,
Tertiáque arma patri suspendet capta Quirino.
De quibus & nos dicemus in Alexandro ab Alexandro lib.1. Genialium dierum. c.14.

73 ¶ Nec harum tantum rerum, sed & aliarũ quoq; primitias diis offerebant. Nam & Romanorum vxores Pythio Apollini muliebrẽ mundũ primitias dono dederunt. vnde aureus crater Delphos missus est, vt scribit Plutarchus in lib. Quod non oporteat fœnerari, non adeo post prin. Qui & ipse in vita Thesei tradit eundem Theseum comæ suæ primitias Apollini Delphico consecrasse. Eumque fuisse Athenis morem. Ex quo Mar. lib. 1. epig. 88. *Primitia mundi muliebris.*
Hos tibi, Phœbe, vouet totos à vertice crines
Encolpus, domini Centurionis amor.
Grata pudens meriti tulerit cum præmia pili,
Quamprimum longas, Phœbe, recide comas.
Dum nulla teneri sordent lanugine vultus,
Dúmque decent fusa lactea colla iuba:
Vtque tuis longum, dominúsque, puérque fruatur
Muneribus: tonsum fac cito, sero virum.
Et idem lib. 9. epig. 17. de coma Earini Domitiani liberti Aesculapio consecrata,
Consilium formæ speculum, dulcésque capillos
Pergameo posuit dona sacrata Deo, &c.
De quo etiam Statius Papinius syluarum lib. 3. Sylua 4.
Accipe laudatos iuuenis Phœbeie crines,
Quos tibi Cæsareus donat puer.
Et cætera quæ sequuntur. Nam tota ea sylua ei comæ dedicatur. Et lib. 6. Thebaidos in planctu Lycurgi de morte Artemidori filij,
Iuppiter hunc crimen voti reus ante dicatam
Si pariter virides nati libare dedisses
Ad tua templa genas.
Suetonius autem in Nerone c. 12. scribit ipsum Neronem barbam suam primam cõditam in auream pyxidem & preciosissimis margaritis adornatam Ioui Capitolino consecrasse. Cæ-

terum Ambratiæ primum capillum puerilem demptum, & cirros ad Apollinem ponere solebant, vt refert Cato in lib. de liberis educandis apud Nonium Marcellum, quo loco de Ciris loquitur. Quinetiam apud Megarenses mos erat puellis ante nuptias ad Iphinoes tumulum primitias crinium deponere, vt etiam Deliorum filias in honorem Hegargeæ, vt tradit Pausanias in Atticis, qui est liber primus. Cæterum Philostratus in Heroicis scribit Aiacem Telamonium Illisso Attico flumini comam nutriuisse.

Filius vnicus vnice diligitur.

74 ¶ Nec de nihilo est quod sacræ literæ Christum vnicum Dei, atque Mariæ filium, vtriusque tamen primogenitum tam sæpe vocitant, vt studiose, vigilanter, industriose fecisse videantur, quasi vnicum dixisse non sufficiat, quod per se tamen multum est, nisi & primogenitus, ex aliqua (vt quisque emunctę naris subolere potest) latente caussa diceretur. Nam primo loco vnicum per se multũ esse ostendit illud Helenæ Homericæ li.3. Iliad. Agamemnonẽ alloquẽtis,

Υἱέι σῷ ἑπόμην, θάλαμον, γνωτούς τε λιποῦσα,
Παῖδά τε τηλυγέτην, καὶ ὁμηλικίην ἐρατεινήν.

Filium tuum sequebar, thalamum, fratrésque relinquens,
Filiámque vnicam, & coætaneam amabilem.

Illúdque ipsius Agamemnonis eiusdem operis lib.9.

Τίσω δέ μιν ἶσον Ὀρέστῃ,
Ὅς μοι τηλύγετος τρέφεται θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ.

Honorabo autem ipsum æqualiter Oresti,
Qui mihi vnicus nutritur delitiis in multis.

Atque illud Phœnicis & ipsius Homerici eodem lib.9.

Καί με φίλησ', ὡσεί τε πατὴρ ὃν παῖδα φιλήσῃ,
Μοῦνον, τηλύγετον πολλοῖσιν ἐπὶ κτεάτεσσι.

Et me dilexit, tanquam pater suum filium diligit
Solum, vnicum in multis possessionibus.

Et eiusdem Homeri, statim post prin. lib.16. Odysseæ, suprà à nobis ad aliud relatum,

Ὡς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἀγαπάζει,
Ἐλθόντ' ἐξ ἀπίης γαίης δεκάτῳ ἐνιαυτῷ
Μοῦνον.

Sicut autem pater suum filium amicabilis amplectitur
Venientem ex longinqua terra decimo anno
Vnicum.

Illud quoque Hesiodi,

Μουνογενὴς δὲ παῖς σώζει πατρώϊον οἶκον.

Et illud alterius poëtæ sed Latini, Plauti scilicet in Asinaria, statim in prin.

Sicut tuum vis vnicum gnatum tua
Superesse vita sospitem & superstitem, &c.

Et Virgilij in lib. cui Cyris titulus est,

Quod si non alia poteris ratione parentem
Flectere, sed poteris. quid enim non vnica possis?

Illud item Dauidis horũ multo antiquioris 2. Reg. 1. c. Sicut mater amat vnicũ filium suum, ita ego te diligebam. de Ionata loquitur. Atque illud Hierem. c.6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Illud denique Amos prophetæ c.8. Et ponam eam quasi luctum vnigeniti. Et Tullij Philip.9. Est autem ita affectus, vt nemo vnquam vnici filij mortem magis doluerit, quàm ille mœror patris. In oratione pro Sexto Roscio Amerino, Quæ tanta vicia fuerint in vnico filio, quare is patri displiceret. Tradũt autẽ Græci Hecaten solam filiã natã esse suis parẽtibus ideóque *μονογενὴς* ab Hesiodo in Theogonia, & Apollonio in tertio Argonauticon vocatur, quoniã vnigeniti sine fratribus plus honoris assequuntur, vt scribit ipsius Hesiodi Scholiastes. Vnde & vnice amare & diligere apud Plautũ in Asinaria, & in Truculẽto: & Ciceronẽ in oratore, & lib.6. epist. fam. epist.1. & epist.13. & lib.11. epi.21. & lib.13. epist.59. & iterũ epi.vl. & li.15. epist.7. & li.5. de finib. & in oratione 3. in Catilinã, & in oratione pro Cn. Plãco, & Suetoniũ in Nerone c.35. & alibi apud eosdẽ autores, & alios ꝓbatissimos quosq; sępissime.

Christus Dei filius primogenitus.

75 ¶ Quod autem diximus (eò enim redeundum est) Christum alias vnicũ Dei & Mariæ filium, primogenitum tamẽ vtriusque sæpius vocitatum fuisse, si quis authoritatem forte desideret: Primum de Deo probatur Psal.88. vbi Deus pater loquẽs, Ego primogenitum ponam illum excelsum præ Regibus terræ. Et Ecclesi.38. Quem coëquasti primogenito tuo. Et ad Rom.8. Nam quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quem locum enarrans D. Ambrosius ostendit Christum dei primogenitum multiplieiter, vt illic omnibus videre licet. Et ad Colos.1. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus. Et ad Heb.1. Introduxit primogenitum in orbem terræ. Ex quibus aliquot congessit D. Cyprianus aduersus Iudæos lib.2. in prin. vt probaret Christum primogenitum esse, &c. Diuus quoque Ignatius, qui & Theophorus dictus est, in epi.7. quæ est ad ecclesiam Smyrnensem, In Domino, inquit, Iesu Christo filio Dei primogenito, &c. Philo quoque in

lib.de

lib.de Agricultura apud Eusebium Cæsariensem lib.7.de præparatione Euangelica,c.5.hæc ait. Omnia ducit ac gubernat aptissime pastor & Rex Deus, præfecto, tanquã lege recta, verbo suo & primogenito filio, qui hanc ordinis sacri administrationem, tanquam summi regis magistratus sustinet. ταῦτα δὴ πάντα ὡς ποιμὴν καὶ βασιλεὺς θεὸς ἄγει κατὰ δίκην, καὶ νόμον προστησάμενος τὸν ὀρθὸν, τὸν αὐτοῦ λόγον, καὶ πρωτόγονον υἱὸν, ὃς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἱερᾶς ταύτης τάξεως, οἷά τις μεγάλου βασιλέως ὕπαρχος διαδέχεται. Idem in eodem lib. quẽ inscripsit, Quòd peiora soleant melioribus insultare: Et si nondum (inquit) aliquis filius Dei appellari dignus est, studeat tamẽ ad primogenitum eius verbum angelis omnibus antiquis, & quasi principẽ Angelorũ in vltionẽ sequi. Quod & repetit ipse Eusebius, li.11.c.10. D. Hippolytus Episc. & Martyr in oratione, quam fecit in illud, Dominus pascit me. Dic inquit, mihi ô beata Maria, quid erat quod erat in tuo vtero conceptum? & quid erat quod à te in virginali matrice gestabatur? Sermo erat Dei primogenitus, de cœlis ad te descendẽs, & homo primogenitus in vtero formatus, vt primogenitus sermo Dei homini primogenito coniunctus ostenderetur. quod & ex eo repetit Theodoritus in Eraniste seu Polymarcho, dialo.1. At Basilides ille catalogo Hæreticorũ ascriptus, dicebat ingenitũ Deũ primogenitũ mẽtẽ suã misisse, quã Christũ appellãt. vt eos seruaret qui vellẽt credere, vt tradit idẽ Theodoritus Hæreticarũ fabularũ li.1. Et his quoq; D. Iustinus philosophus & Martyr in defensione Christianorũ ad Senatũ Ro. in multis locis. De Maria autẽ manifestũ est testimoniũ Luc.2.post prin. & Matt.1.c.in fi.cum dicitur, donec peperit filiũ suum primogenitũ. quod & repetitur in c.Ioseph.extra de verb.sign. Quare autem dicatur & primogenitus & vnigenitus Dei filius, vt id obiter dicã, disces ex D. Augustino in libello de fide & symbolo, c.5. & iterũ in libello expositionis quarundã præpositionũ ex epist. ad Ro. Et ante eũ D. Athanasio in libello de assumptione hominis cõtra Marcellionẽ, ad fin.

76 ¶ Vt ne interim omittam testimonium Orphei poëtarum vetustissimi qui Deum ipsum simpliciter πρωτόγονον, id est, primogenitum appellat, vti recenset Lactantius lib.1. qui de falsa religione est, c.5. carmen ipsius est, *Deus primogenitus.*

Πρωτόγονος Φαέθων περιμήκεος ἠέρος υἱός.

Sed & idem Orpheus Priapum Deum πρωτόγονον quoque vocat, id est, primigenitum, in Hymno πρωτογόνου. Pausanias autem in Atticis inter multas Deorum aras reponit, & aram Proserpinæ πρωτογόνης, id est, primogenitæ, siue malis dicere primigenitæ. P. Sempronius Consul Ro. ædem fortunæ primigeniæ vouit, si Hannibalem cum quo bellaturus erat, vicisset, compósque eius voti fuit, vt retulit Liuius 2. belli Punici lib.9. Eámque aliquanto post Cn. Domitius in colle Quirinali dedicauit. Testis idem Liuius belli Macedonici lib. 4. Plutarchus autem in lib. de fortuna Romanorum tradit, Fortunæ ipsius primigeniæ templum in Capitolio à Seruio Tullio Rege Romano fuisse extructum. quod & ipse repetit in Problematis, c.74. & iterum 106. Sed & eius meminit Tullius lib.2. de legibus. vbi & rationem huius nominis tradit. Et idem Liuius lib.3.5.dec.

77 ¶ Adde quod apud Ecclesi.c.24. Sapientia profitetur se primogenitã ex ore altissimi ante omnem creaturam prodiuisse. Cui subscribens Apollo Milesius à Polyte quodam consultus, moreretur ne anima post mortem, an vero resolueretur: Græcis versibus respondit à Lactantio Firmiano transcriptis, in lib. de diuino præmio, c.13. quibus diuinam πρόνοιαν, id est, prouidẽtiam siue prudentiam πρωτόγονον, id est, primogenitam appellat, *Sapientia primogenita. Prouidentia primogenita.*

Πρωτόγονος γὰρ τοῦτο θεοῦ δὲ τάξις ἐρίσσα.

Claudianus autem in 2. panegyrico, statim in initio dicit Clementiam esse natu maximam Cælicolum. E diuerso Polycarpus ille Ioannis apostoli discipulus sanctimonia & eruditione insignis, Marcioni hæresiarchæ aliquando obuiam factus & quærenti an se agnosceret, Agnosco, inquit, primogenitum Sathanæ. authores Irenæus 3. lib. aduersus hæreses, c.3. & Eusebius lib.4. Historiæ Ecclesi.c.13. & D. Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum. Polycarpum secutus Felix põtifex Romanus in epist. ad Zenonem Imperatorem vocat Petrum Antiochiæ episcopum, & ipsum hæresiarcham primogenitum filium diaboli. Dominus autem noster, Exod. 4. vocat populum Israël filium suum primogenitum, quod & nos alibi diximus. Ex quibus vel cæcis apparet multũ certe ponderis & momenti in ipsa inesse primogenitura, latereque inibi reconditius quippiam, quàm vt vulgus possit intelligere. Porro Erasmus in suis annotationibus in 1.c. Matth. asserit aliquid mysterij subesse in primogeniti vocabulo, nec tamen aliter aperit.

78 ¶ Sed his confestim occurret aliquis, dicétque Deum ipsum hominum vltimo genitos ferè magis dilexisse charioresque habuisse, quàm primogenitos. Dilexit enim Deus Abel magis quàm Cain: Isaac, quàm Ismaëlem. Dilexit & Iacob, Esau odio habuit. Phares electus, reprobatus Zaram: electus Effraim, reprobatus Manasse. Electus Iuda, in quem benedictio seminis Christi transferretur, reprobatus Ruben. Dauid inter octo fratres minimus electus præ cæteris. Moyses magis, quàm Aaron dilectus, vt ex his plerosque collegit D. Hieronymus in Esaiam. c.10. Sed tantum abest, vt hoc primogenitis refragari possit, vt illis etiam cõtra suffragari non modicũ videatur, modo nõ cæcutiamus, sed paulo solertius rem ipsam introspiciamus. Nã Deus Opt. Max. nouissimos primos fecit, ipsiusmet testimonio, Matth.19. in fi. & iterum c.seq. Marc.10. Lucæ 13. Abiectáque & infirma, cõtemptibilia, ignobilia, & nouissima *Secundogeniti plerunque à Deo magis dilecti.*

mundi delegit, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius, vt scribit Paulus in 1. ad Cor. catholica epi.c.1. Et vt grauiter pronũciauit Artabanus Persa, apud Herod.li.7. Gaudet Deus eminentissima quæq; deprimere. Vt etiã ex his possis colligere primogenitos esse naturaliter anteponẽdos vltimogenitis, quos proinde eligit deus, ne primogeniti naturã superiores in superbiã & elationẽ ob id veluti præcipites trahãtur, nisi frenũ hoc illis dederit deus, q oẽs vult saluos fieri, vt scribit 1. ad Tim.2. quo se summissiores agãt. Vel etiã dici potest id fuisse factũ in typũ Synagogæ & ecclesię, testimonio D. Hieronymi hoc ipsum affirmãtis in Ezech.c.27.

Seniores in multis, iunioribus præferẽdi. Seniores honoratiores ex legibus. Et aliis scriptoribus.

79 ¶ Sunt & alia quæ primogenitos suadent cęteris anteponendos legum nostrarum autoritate, quæ adeo ætati tribuunt, vt seniores in multis solius ætatis ratione præferant iunioribus. Ex quibus nonnulla haud grauatim adscribemus. Primum habes tex. memorabilem id probantẽ quod suprà diximus, maiores natu esse cæteris honoratiores, in l. semper. ff. de iure immu. in hæc verba. Sẽper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit. Námque maiores nostri eundem honorem senibus, quem magistratibus tribuebant. Quem textum multum commendat Panor. in c. statuimus, in secundo notab. de maior. & obed.

80 ¶ Et ei quidem subscribit Iuuenalis de antiquis Romanis loquens Satyra 13.

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis vetulo non assurrexerat, etsi
Barbato cuicunque puer: licet ipse videret
Plura domi farra, & maiores glandis aceruos.
Tam venerabile erat præcedere quattuor annis.
Primáque par adeo sacra lanugo senectæ.

Et Ouidius lib. Fastorum 5.

Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,
In que suo pretio ruga senilis erat.

Valerius Maximus lib.2. de institutis antiquis, loquens etiã de veteribus Romanis, hæc scribit. Senectuti iuuentus ita cumulatum & circunspectum honorem reddebat, tanquam maiores natu adolescentium communes partes essent. Quocirca iuuenes Senatus die vtique aliquem ex Patribus Consulibus, aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam deducebant, affixíque valuis expectabant, donec reducẽdi officio etiam fungerentur. Et paulo post. Inuitati ad cœnam diligenter quærebant, quinam ei conuiuio essent interfuturi, ne seniores aduentum discubitu præcurrerent, sublataque mensa priores cõsurgere & abire patiebãtur. Gellius lib. Noctium Atticarũ 2.c.14. apud antiquissimos Rom. neque generi neque pecunię præstantior honos tribui, quàm ætati solitus: maioresque natu à minoribus colebãtur ad deũ prope & parentũ vicẽ, atque omni in loco, inque omni specie honoris priores potioresque habiti. Et subdit. A conuiuio quoque, vt scriptũ est in antiquitatibus, seniores à minoribus domum reducebãtur, eúmque morem accepisse à Lacedæmoniis traditũ est, apud quos Lycurgi legibus maior rerum omnium honos maiori ætati habebatur. Hæc ille. Valerius Publicola Bruto collega mortuo post aliquantum temporis collegã sibi Lucretium patrẽ Lucretiæ subrogauit. Eique quòd esset senior, primo loco cedẽs fasces tradidit, qui honor ab eo primo obseruatus, semper postea senibus est habitus, vt prodidit Plutarchus in vita ipsius Publicolę. & Valerius Maximus lib.4.c.1. Hoc loco placuit verba Cornelij Taciti ex li.3. Historiarũ subnectere. Domitius, inquit, Corbulo pętura functus, de L. Sulla nobili iuuene questus est apud Senatũ, q sibi inter spectacula gladiatorum loco nõ decessisset. Pro Corbulone ætas, patrius mos, studia seniorũ erãt. Cõtra Mamercus Scaur⁹ & Lucius Arrũtius aliiq; Sullę propinqui nitebãtur, certabãntq; orationibus: & memorabãtur exẽpla maiorũ qui iuuẽtutis irreuerẽtiã grauib. decretis notauissẽt: donec Drusus apta tẽperãdis animis disseruit, & satisfactũ Corbuloni p Mamercũ, q patru⁹ simul ac vitric⁹ Sullæ, & oratorũ ętate vberrim⁹ erat. Hacten⁹ ille.

Lacedæmoniorũ mos honorando rum seniorum.

81 ¶ Huic autem quod de Lycurgo & Lacedæmoniis dictum est, subscribit Iustinus lib.3. Lycurgus maximũ honorẽ non diuitum & potentum, sed pro gradu ætatis senũ esse voluit. Nec sane vlquã terrarum locum honoratiorẽ senectus habet. In quã sententiã refert Plutarchus in Apoph. quod cum senex quidã Atheniẽsis in Panathenæis spectaculis à nullo sessum reciperetur, tandem à Lacedæmoniis cum maximo plausu populari receptus est: tunc quendam Lacona dixisse, Athenienses scire quæ honesta sunt, non tamen facere. Similiter in Olympiis ludis cum quidam senex, vbi sederet nõ haberet, ad multos quoque profectus exploderetur ab omnibus: tandem cum ad Lacedæmonios venisset, pueri omnes Laconici assurrexere, virique complusculi locum cesserunt. quod cum cæteri Græci plausu & admiratione efferrent, ille mouens caput & lacrymabundus, Heu me miserum, inquit, vt Græci omnes nouerunt quæ honesta sunt, sed his soli vtuntur Lacedæmonij. Id quod etiam retulit Tullius in Catone maiore, & Valerius Maximus lib.4.c.5. in fin. & è nostris Ioan. And. in c. quanto, est. de translat. prælat. Cæterum Cicero, vbi suprà scribit Lysandrum Lacedæmonium dicere solitum, Lacedæmoniis esse honestissimum domicilium senectutis. Nusquam enim tantũ tribuitur ætati, nusquã etiã senectus honoratior. Et paulo ante sigillatim referens honores præstari solitos senioribus. Fructus, inquit, autoritatis capit extremos superior ætas. Hæc enim ipsa sunt honorabilia: quæ

lia, quę videntur leuia atq; cõmunia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, cõsuli: quę & apud nos, & in aliis ciuitatibus, vt quæque optimè morata, ita diligentissimè obseruantur. Et vt redeamus ad Plutarchũ: Is præterea narrat, ꝙ cùm Lacedæmona quis venisset, honore inspecto quem iuniores senioribus pręstabãt, ἐν σπάρτῃ (inquit) μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν. In Sparta sola expedit senescere. Apud eundẽ quoq; in Apophtheg. Laconicis interrogatus Telecrus aut vt alij legũt, Teleclus, cur apud Spartiatas consuetudo esset vt iuniores assurgerent senioribus: Vt in iis (inquit) qui nihil attinẽt, honorandis ita se gerentes, magis honorent parentes.

82 ¶ Apud Aegyptios quoque iuniores maioribus natu obuij cedũt via ac deflectunt, aduenientibúsque è sedili assurgunt, vt retulit Herodotus in Euterpe, qui subdit hac in re Aegyptios cum solis Græcorum Lacedæmoniis conuenire. Albani item, vt tradit Strabo, lib. 11. senectutẽ non tantùm parentum, sed & cæterorũ quoque pręcipuè venerãtur. Sed & Pharisęi, vt à Philone proditum est, maiores natu venerãtur, ita vt nec contrarium quidem alicui aliquando respondeant, vt etiam retulit Iosephus de antiquitatibus li. 17. cap. 1. Quin generalis erat lex apud Iudæos iubens omnibus senioribus iuuenes honorem exhibere. quin cunctorũ senior Deus est, vt etiam retulit Iosephus contra Appionem, c. 7. Scribunt Aelianus in Varia Historia, & Philostratus in vita Apollonij post initium li. 5. apud Gades templum senectuti dicatũ, quod vt subdit Aelianus, maximè ætatem rerum magistram venerentur. Tartesij adeo senectutem venerabantur, vt non liceret minori contra maiorem natu testimonium dicere, vt ex Nicolao ἐθῶν tradit Stobęus c. 42. *Et Aegyptiorum.*

83 ¶ Tullius in lib. de amicitia refert Scipionem, Q. Maximum fratrem nequaquam sibi parẽ, quòd is anteibat ætate, tanquam superiorem coluisse. Apud Homerum lib. 13. Iliados, Neptunus Iouis ex vtroque parente frater ipsum Iouem reuereretur, neque audet illi palàm obsistere, quoniam esset maior natu. Apud eundem li. 23 eiusdem operis Antilochus seniori cedendũ dicit. Et paulò post idem immortales Deos homines natu maiores venerari testatur, *Rursum de honore senum.*

Ἀθάνατοι τιμῶσι παλαιοτέρους ἀνθρώπους.

Et lib. 15. Odysseæ & seq. vtrobique circa initia inducit ipse Homerus Telemachum subulcũ seniorem ipsius famulum honoris causa patrem vocitare. Sic & Amphinomus Vlyssem, qui senex admodum videbatur, patrem vocat, quamuis habitu & specie esset mẽdicus, li. 18. Odysseæ, χαῖρε πάτερ ὦ ξεῖνε, &c. In quam etiam sententiã Diuus Io. in sua 2. epist. c. 2. patres eos, ad quos scribit, vocat honoris gratia, quoniam essent seniores, vt & annotat Diuus Hieronymus in Esaiam, c. 3. Similitérq; Imperator Vlpianum parentẽ appellat, in l. ex diui. C. loca. quoniã erat illo senior, vt ibi dicit gl. & Cepol. in tract. de Imper. mili. delig. in priuilegiis senectutis, versi. 46. Sic & Iustinianus Theodorũ in §. vlt. in Auth. de litig. Est enim pater nomẽ honoris ac dignitatis, vt dicit Arch. in c. præsens. 20. q. 3. & Fran. Purp. in l. vlt. in prin. C. de eden. Neq; enim etiam ex nostris licet seniores fratres appellare. quin punitur qui id facere præsumit, per l. singuli. C. de offi. diuer. iud. quã ad hoc nuncupatim not. Rom. in rep. l. si verò, §. de viro, in 53 fal. versi. 8. defertur. ff. sol. matr. & Ferdin. Loaz, qui illius non meminit in repe. rub. de iust. & iu. col. 9. nu. 92. Nã & D. Paulus 1. ad Tim. 5. pręcipit iuuenes honorare seniores vt parẽtes nostros, cùm scribit, Seniorẽ ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, auũ, & matrẽ. Id quod olim obseruabãt Athenienses, qui vt Isocrates scribit in Areopagitico, senioribus aduersari aut maledicere grauius esse putabant, quàm in parentes delinquere. Sed vt ad Homerũ redeamus, is circa initia lib. 23. eiusdem operis facit Penelopem sic Eurycliam famulam alloquentem.

Σὲ δ' αὖ τοῦτό γε γῆρας ὀνήσει. Quasi velit dicere se illam senectæ gratia reuereri, vt proinde aduersus eam non irascatur, vti aduersus aliam fecisset, quæ sibi talia nunciasset. Quasi famulos etiam nostros ob senectam venerari reuererique debeamus. Latinus quoque Homerus hanc sententiam grauiter pronunciat, Eglo. 5.

Tu maior, tibi me est æquum parere Menalca.

Quem citat ex nostris Iason in l. cùm quid, in 2. lect. ante fi. ff. si cert. peta.

84 ¶ Plato lib. 9. de legibus, Seniorem (inquit) non paruo interuallo iunioribus præponendũ esse & apud Deos, & apud homines qui fœliciter victuri sunt. Et paulò pòst, Qui licèt (inquit) seniorem & re & verbo colat. At si viginti annis maior est, quasi patrem si vir fuerit: aut matrẽ si mulier reuereatur. Idem li. 4. de Repub. iubet iuniores cedere locũ senioribus & assurgere. Pythagoras authore Laërtio dicebat seniores honorandos. Nempe quod tempore præcederet, id honorabilius existimandum, sicuti occasu ortum, in seculo principium fine, in vita autem generationem corruptione. Sententia est & Chilonis vnius ex septem sapientibus, aut vt alij malunt, Periandri, qui & vnus ex septem, πρεσβύτερον αἰσχύνου, id est, Seniorem venerare. Altera Phocylidis præcipientis senes venerari, illisque cedere & sede & aliis honoribus, haud dissimiliter ac nobilibus, *De iisdem rebus.*

Αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, εἴκειν δὲ γέρουσιν
Ἕδρης καὶ γεράων πάντων γενεῇ δ' ἀτάλαντον.

Rursúmque præcipit senem patris coëtaneum æquis honoribus venerari,

Πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς ἴσαις τιμαῖς γέραιρε.

Concilium Carthaginense quartum, c.84. iubet pauperes & senes præ cæteris honorandos. Cicero quoq; lib. 1. Officiorum, Est, ait, adolescentium maiores natu vereri ex hisque eligere optimos & probatissimos, quorum consilio atque autoritate nitantur. Ineuntis enim ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentia est. Plinius Secundus li. Epist. 8. ad Maximum, dicit senectutem in homine venerabilem, in vrbibus sacram esse. propterea illum monet, vt sit apud ipsum honor antiquitatis. Et hinc illud Ouidij lib. 8. Metamor.

Inter honoratos medio de vertice canos. Illud quoque Claudiani,

Mansura verendus
Scribit iura senex.

De eadē re. ex testimonio sacrarū literarum.

85 ¶ Et vt de sacris diuinisque scriptoribus aliquid afferamus, Scribitur Leuitici 19. c. Corā cano capite consurge, & honora personam senis. Quam sententiam citat è nostris Albert. in l. veluti, col. 2. ff. de iusti. & iure. & Lucas Pen. in l. 1. in verbo, prior. C. de Consuli. libr. 12. Et Diuus Petrus in 1. Epist. catholica, c. 5. Adolescentes subditi estote senioribus. Et vt redeamus ad nostra iura: in eam rem facit text. in l. 2. §. quæ omnia, versi. tanta. C. de vete. iur. enucl. vbi scribitur in hæc verba, Tanta autē à nobis antiquitati habita est reuerētia &c. & in Auth. de Quæstore. §. si verò vitæ. Ex quo not. gl. in rub. eiusdem tit. venerandam esse caniciē. Decreta autē Canonica præcipiunt clericis, vt debitam senioribus præbeant obedientiam, in c. his igitur. 23. dist. Alibi dicitur, veneranda vetustatis autoritas, in §. illud. 2. q. 6. qui sumitur ad verbum ex §. illud, in Auth. de app. & int. quæ temp. Ex quibus fortè dicitur in c. quanto, de trāsla. epi. quòd Decreta primùm sanxerunt reuerentiā antiquitati exhibendā. quod & idem scribitur in c. conquestus, 9. q. 3. & in c. cōtra statuta, 25. q. 1. & facit text. in ca. priscis, in princ. 55. dist. Et hoc, videlicet vt honor & reuerentia senioribus exhibeatur, dicunt Rayn. & Ange. in l. sed si hac. §. sed si per pœnam. ff. de in ius voc. procedere à iure gentium: & sequitur Ias. consi. 192. exorta est, col. 2. versic. ex præmissis apparet, lib. 2. & in l. cùm quid, in 2. le. col. vlt. ff. si cert. pe. vbi allegat text. in c. est ordo, 33. q. 5. Et Aristotelem, qui scribit lib. Politicôn 2. naturaliter seniores iunioribus dominari. sicuti & eum allegat Alb. in suo Dictionario, in verbo, senex.

Antiquius dicitur quod potius & venerabilius.

86 ¶ Ex hoc autem honore senioribus omnium gentium consensu impendi solito fortè manauit, vt antiquius id dicamus, non solùm quod vetustius est, sed & quod potius ac venerabilius & melius est, vt cùm Iurisconsultus noster Paulus scribit in l. postliminium. §. filius. ff. de capti. & postli. reuer. Disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum, vbi & hoc annotat Budæus. Tullius lib. 1 de Inuentione, Quid hunc tanta Thebanorum gloria, tam claro atque exornato trophæo carius atque antiquius habere conuenit? Et ad Atticum lib. 12. Sanctius & antiquius est hoc mihi. & in libro de Repub. 1. Sed quoniā plurima beneficia cōtinet patria, & est antiquior parens, quàm si quis vt aiunt, caruerit, maior ei profectò quam parēti debetur gratia. & Lucilius li. 4. Quin potius vitā degat sedatus quietam, quam tu antiquius quàm facere hoc fecisse videatur. quæ duo postrema loca in id citat Nonius Marcellus de dictionum differentiis. Quintilianus li. 4. Vt in armorū ratione antiquior cauendi, quàm ictum inferendi cura. & alibi sæpissime apud probatissimos autores.

Senectus cur γῆρας. γέρας.

87 ¶ Sed & hinc quoque fieri potest, vt senectus γῆρας diceretur, tanquam γέρας, quo nomine & illis vocatur honor, & præmium. Id autem à natura profectum docet quod scribitur ab Aeliano lib. 1. de natura animalium, Græcè quidē, sed in hūc sensum, Ex omnibus legibus humanissimā iudico, qua Lycurgus præcipit natu grādibus iuniores cùm vel de sedibus vel de via decedere debere. tū verò eosdem reuerentia aduersus ætatē, quā vt assequātur omnes expetūt, assurgere oportere. Elephantorum genus à principio hoc idē solo naturæ ductu sine Lycurgi, aut Solonis, aut Zaleuci, Charondæ ve præceptione sanctissimè obseruant. Aetate affectis nimirū iuniores de legitimo cibo cedunt, eosdémque summa & obseruantia colunt, & à periculis seruāt. In fossam delapsos iniectis fruticum fascibus subtrahūt, quibus tanquam scalis senectute graues ascendentes liberātur. Cui & tu adde quod dicā infrà, nu. 216. sed quid plura.

Superiora intelligenda si senes moribus & prudentia sint superiores.

88 ¶ Sed hoc tamē intelligendum est, modò seniores non ætate tātùm, sed & prudentia quoque & moribus sint superiores, ex sententia Salomonis, aut potius Philonis Sapientiæ 4. dicentis, Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autē sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Nam & idem quoque Salomon Ecclesiastes c. 4. prætulit puerum pauperem & sapientē regi seni & stulto, quod nos alibi ad aliud citauimus. Prouerb. c. 16. cùm dixisset, Corona dignitatis senectus, ne de omniū senectute dixisse videretur, addit, quæ in viis iustitiæ reperietur. Cui accedens Philo,

Αἱ πολιαὶ σὺν τῷ γεραιτέρῳ, καὶ γὰρ ἄτερ νοῦ
μᾶλλον τῶν πολλῶν εἰσὶν ὄνειδος ἐτῶν. Idest, ad verbum,

Canicies cum mente honorabiliores. Quæ enim sine mente,
Magis multorum sunt vituperium annorum.

Cicero quo loco nuper citauimus, scribit miseram esse senectutem, quæ se oratione defendit. Non enim canos, non rugas repentè autoritatem afferre, sed honestè actam superiorē ætatē. Esaias autem. 65. puerum centum annorum vocat senem, qui moribus est puer: propterea

non

non magis honorandus, quàm si verè puer esset. Cuius etiam rei fit mentio in decretis canonicis in c. Paulus, & in §. quibus ergo. 2. q. 7. Notus est ille versus,

Stultitia est, qua te non sinis esse senem.

Quem citant glos. & Hostien. in c. cùm in iuuentute, in verbo, frequentiùs, de præsump. Qui versus partim sumptus est ex Ouidio lib. 1. Fastorum cùm scribit,

Nequitia est, quæ te non sinit esse senem.

Sed vt redeamus, Ecclesiasticus c. 25. inter tria quæ præcipuè odit, senem fatuum reponit. Ambrosius in Lucam c. 1. Iuxta (ait) animæ & corporis numerantur ætates, non pro ratione temporis, sed pro qualitate virtutis: vt vir perfectus ille dicatur, qui careat errore pueritiæ, & lubricum adolescentis animi maturitate non sentiat. Idem ad Valerianũ, Non canicies cómẽdata est annorum, sed morum. Idem in epistola contra Symmachum, Nõ annorũ, inquit, canicies est laudãda, sed morũ. Et Chrysostomus in epist. Pauli ad Hebræos, Serm. 7. Canicies tunc est venerabilis, quando ea gerit quæ caniciẽ decent. Cùm verò iuueniliter senex cõuersatur, plus iuuenibus ridiculus erit. Gregorius quoque lib. 30. Moralium, Iuuenes dici solent, qui nulla consilij grauitate deprimuntur. Senes verò non eos sacra scriptura vocare cõsueuit, qui sola temporum quantitate, sed qui morum grauitate maturi sunt. Indi ætati senũ nullã prærogatiuam tribuunt, nisi prudentia excellant. testis Strabo libro 15.

98 ¶ Verum & Secundo in dubio præsumendũ est, prudentiam atque sapientiam, & in vniuersum animi virtutes viresq; cum ætate crescere. vt quò quisq; senior est, eò præsumatur prudentior, & animi virtutibus superior, vel testimonio antiquissimi illius scriptoris Iob c. 12. dicentis, In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. quẽ citant Imo. & Alex. in l. Gallus, in prin. ff. de lib. & posth. Et rursum idẽ Iob 32. c. Annorũ (inquit) multitudo docet sapientiã. Et Ecclesiasticus c. 25. Quàm speciosa veteranis sapiẽtia, & gloriosus intellectus. Prętereà & de Christo legitur Lucę 2. q proficiebat sapiẽtia & ætate. In quã sentẽtiã Homerus li. Odyss. 2. inducit Telemachũ, dũ Antinoum cæterósque procos alloqueretur, hæc dicentẽ, *Prudentia maior præsumitur in senibus.*

Ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα,
Νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας εἰμὶ, καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούων
Πυνθάνομαι, καὶ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός. Id est ad verbum,

Ego autem adhuc paruus eram,
Nunc autem quando iam magnus sum, & aliorum verborum audiens
Sapio, & iam mihi augetur intus animus.

Cui adstipulatur & illud Euripidis in Andromacha,

Πολλῶν νέων γὰρ κἂν γέρων εὔψυχος ᾖ κρείσσων. Id est,
Gnauus senex & iuuenibus compluribus præstat.

Erut scribit è nostris Bal. in c. 1. in princ. per illum text. extrà de renun. Pluris valet vmbra senis quàm arma iuuenis. Plautus autem in Trinummo. Sapientiæ (inquit) ætas condimentũ est. Sapiens ætati cibus est. Themistocles cùm expletis 107. annis se mori cerneret, dixisse fertur, vt retulit Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum, se dolere q tũc egrederetur è vita, quando sapere cœpisset. Idem Hieronymus in eodem loco, Omnes (inquit) penè virtutes corporis mutantur in senibus: & crescente sola sapientia, decrescunt cæteræ virtutes. Et paulo pòst, Senectus ætate fit doctior, vsu tritior, processu temporis sapientior. Socratis est sententia ab Alcibiade in Platonis Symposio relata, ἥ τοι τῆς διανοίας ὄψις ἄρχεται ὀξὺ βλέπειν ὅταν ἡ τῶν ὀμμάτων τῆς ἀκμῆς λήγειν ἐπιοῦ. Id est, Tunc mentis oculus acutè incipit cernere, cùm primùm corporis oculus deflorescit. Tullius lib. de senectute, Temeritas est florescentis ætatis, prudentia senectutis. Quintilianus auus declama. 317. Itaque Hercule militẽ legimus iuuenẽ, Imperatorẽ facimus senem. In illis enim vis corporum & manus sola spectatur, in his consilium gratiæ, quæ bona præcedentis ætatis in locum virium subeunt. Et ne longè testimonia repetamus, text. habemus hoc quoque probantem in c. viduas l. 1. ibi, quæ perfectioris ætatis, & maturioris sapientiæ & consilij existũt 27. q. 1. & alibi tex. in c. vlt. 84. dist. enarrans illud Prouerb. 20. Dignitas senum canicies, interpretatur caniciem pro sapientia, de qua (inquit) scriptum est (videlicet sapien. 4.) canicies hominum prudentia est. *Ita legitur apud Plat. Sed corruptus locus: legendúmque λήγει ἐπιχειρῶν.*

99 ¶ Aristoteles alicubi scribit vires pollere in iuuenibus, prudentiam in senioribus. vti etiam retulit Bal. in repe. l. 1. col. 4. versi. sed pone robustus. C. vnde vi. Idem lib. circularium quæstionũ 30. c. 3. Cur (inquit) seniores ampliùs mente valemus? Quia natura parens & autor omniũ instrumẽta duo nobis inseruit, quorũ operâ instrumẽtis extraneis vti valeremus: Manũ, inquã, corpori dedit, animæ mentem. Est enim mens quoque rebus à natura nobis impartitis annumerãda, vicẽ sanè gerens instrumenti. Cæteræ omnes sciẽtiæ artésq; nostra opera sunt: mẽtẽ ipsam opus esse naturæ fatendum est. Vt inde manu non iam inde ab ortu naturæ vti possimus, sed cùm eam natura absoluit perfecitque (procedẽte nãque ætate manus suũ opus maxime efficere potest) Ita etiam mens quæ res naturalis est, nõ protinus, sed in senectute maximè nobis contingit: atque tunc potissimum cõsummatur atque absoluitur, nisi detrimento aliquo laccra lęsaque sit, quemadmodũ cętera quoque opera naturę. Posterior verò mens quã *Ratio præcedentium ex Aristotele.*

manuum

manuum facultas accedit: quoniam instrumenta etiam mentis posteriora sunt, quàm manuum instrumenta. Est enim mentis instrumentum scientia: menti nanq; vtilis scientia est, vt tibicini tibia. Manuum instrumẽta, res pleræque naturales sunt: natura autem ipsa eiusq; res omnes priores sunt quàm scientia. Quorũ autẽ instrumenta priora sunt, facultates quoq; eorũ priùs contingere congruum est. his enim crebrò vtentes conficere habitum solemus, & ista sic reciprocantur, vt quam vicem hæc inter se gerunt quorum instrumenta sunt, eandem instrumenta quoque ipsa inter se habeant. hæc Aristoteles. Cui & illud adijcere potes ex magistro ipsius Platone in Timæo, Animã ab initio cùm mortalis corporis vinculis includitur, amentem effici. At postquã nutritionis & augmẽti riuus leniùs minúsq; fluit, animæq; circuitus trãquilliore motu iter suum peragũt, processúq; tẽporis sedatiores fiũt, & in figuram naturæ suæ congruam restituuntur: tunc singulorum circulorum directæ cõuersiones eiusdem & alterius naturã probe discernunt, hominémque sic institutum prudentem efficiunt.

Alia ex re ipsa. Prudentiã non nisi per multã rerũ experientiam quæri

91 ¶ Adde & tu aliam quoque rationem crassiorem quidem illam, sed non minùs fortè efficacẽ videlicet prudentiam, nisi per multam rerum experiẽtiam, neminem assequi posse. Proinde opus esse & longo tempore, & rerum in vtranque fortunam multiplicium & variarũ vsu, ac pertractatione. Quod Homerus ille animaduertens Vlyssem suum, sub cuius nomine sapientem virum intelligi voluit, terra mariq; diutius iactari fecit. Cuius exemplo, longâ experientia & vsu informandum esse sapientem virum præcipit. Ita enim Odysseam inchoat,

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε,
Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.

Id est, vt Horatius duobus versibus traducit.

Dic mihi Musa virum captæ post tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.

Quod imitatus Maro noster Aeneam suum per diuersa quoque terrarum spacia circũduxit. Constat autem quò seniores sumus eò plus habere nos experiẽtiæ & vsus, vt est tex. in c. sciẽdum. 26. q. 4. Et vt inquit Pan apud Apuleium li. 5. de Asino aureo, Sum quidem rusticanus & opilio, sed senectutis prolixæ beneficio multis experimentis instructus. Et Homerus, vt ad eum redeamus, circa initia lib. secundi Odysseæ de heroë quodam Aegyptio ita loquitur,

Ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην, καὶ μυρία ᾔδη. Id est, Qui iam senecta incuruus erat, & multa rerũ experientia sapiens. Et apud eundem lib. Iliad. 19. Vlysses dicit se Achilli non parum sapientia præstare, quoniam senior esset, & plura nosset,

Ἐγὼ δέ κε σεῖο νοήματί κεν προβαλοίμην
Πολλὸν, ἐπεὶ πρότερος γενόμην, καὶ πλείονα οἶδα.

Quæ etiam postrema verba apud eundem eiusdem operis lib. 21. protulit Neptunus Apollinem alloquens. Lib. autem Iliados 13. de Ioue & Neptuno loquens,

Ἦ μὰν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος, ἠδ' ἴα πάτρη.
Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει, καὶ πλείονα ᾔδει. Id est,

Verè quidem vtrisque vnum genus & vna patria,
Sed Iuppiter prior generatus erat, ac plura norat.

Euripides quoque in Phœnissis inducit Iocastem auum Eteoclem filium adulescentem in hæc verba alloquentem,

Ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ
Ἐτεόκλεες πρόσεστιν, ἀλλ' ἡμπειρία
Ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον. Id est,

O gnate Eteocles, cuncta nequaquam mala
Adsunt senectæ: nam per experientiam
Vsúmque rerum haud nihil rudi
Potest iuuenta melius ac prudentius.

Siue mâlis ad verbum,

O fili, non omnia senectuti mala,
Eteocles, adsunt, sed ipsa experientia
Potest aliquid dicere iuuenibus prudentius.

Sed & eiusdem est ea sententia,

Τὸ γῆρας ὦ παῖ τῆς νεότητος φρενῶν
Σοφώτερον πέφυκε, κ' ἀσφαλέστερον.

Senectus ô fili iuuenilibus animis
Sapientior est, atque tutior.

A quo Ouidius potest videri mutuatus fuisse illos versus lib. 6. Meta.

Non omnia grandior ætas
Quæ fugiamus, habet: seris venit vsus ab annis.

Sed & in eandem sententiam est quod Affranius poëta apud Gellium lib. 13. c. 8. Sapientiam

dicit

dicit filiam esse Vsus. versus ipsius ij sunt,

Vsus me genuit, mater peperit memoria.
Σοφίαν vocant me Graij, vos sapientiam.

Cui subscribens autor allegoriarum in Hesiodum ob id tradit Palladem dici natam ex Iouis vertice, quoniam ab experientia sæpe prudétia oritur: illa verò ex sensibus, quæ in capitis ambitu visuntur. Nam & Isocratis sententia est in epistola ad Iasonis liberos, Experientiam & rerum multarum vsum senes erudire: atq; efficere, vt quid expediat, acutiùs quàm alij perspicere posse videantur. Et hinc certè fluit maxima pars eorum, quæ ætati tribuimus, & præcipuè quæ proximè dicemus.

92 ¶ Ex quo item & illud fit, vt seniores non facilè dolis & artibus decipiantur: nempe propter multam longámque rerum experientiam, quæ eos prudentiores, astutiores, callidiores, cautiores reddidit. Hincq; Senarius ille prouerbialis,

Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ.

Senex vulpes non prehenditur laqueo. *Senex vulpes non capitur laqueo.*

Illíque non absimilis apud Laertium in Heraclide Pontico, ex Dionysio Metathemeno, aut vt alij malunt, Spinthаro,

Γέρων πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ.

Senex simia non prehenditur laqueo.

Mox tamen subiungitur,

Ἁλίσκεται μὲν, μετὰ χρόνον δ᾽ ἁλίσκεται.

Prehenditur tamen, sed post tempus prehenditur.

93 ¶ Igitur & Tertio in consiliis quærendis, causisque dubiis decidendis antiquiores iunioribus præferuntur c. de quibus, 20. dist. vbi hæc verba scribuntur, Quod si omnibus his inspectis huius quæstionis qualitas non lucidè inuestigatur, seniores prouinciæ congregate, & eos interrogate. Faciliùs nanque inuenitur quod à pluribus senioribus quæritur. & not. Domi. & Cardi. Alex. ibi. Ex eóque infert Domin. in dubio standum esse magis op. antiquorum Doctorum, quàm iuniorũ, & Archi. in c. domino sancto. 50. dist. & in c. diffinimus. 18. q. 3. Barb. cõsi. 23. scripsit propheta, col. penul. lib. 1. & consi. 26. illud afferam, col. 3. libro 2. & Ferdi. Loaz. in repet. rub. de iusti. & iure. col. 10. num. 78. Et facit quod in simili dicitur in d. c. domino sancto in fi. 50. dist. cùm dicitur, quòd illius consilij sententia magis teneatur, cuius antiquior & potior extat autoritas, & est similis text. in c. hoc ipsum, 33. q. 2. *Seniores in consiliis præferuntur iunioribus.*

94 ¶ Homerus enim lib. Iliados 3. cùm de Vcalegone & Antenore loqueretur, eos dicit arte militari ob senium desuetos, sed in curia ac senatu dicendáque sententia vtilissimos,

Γήραϊ δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι, ἀλλ᾽ ἀγορηταὶ
Ἐσθλοί.

Idem lib. 4. hæc facit Nestorem dicentem,

Κελεύσω
Βουλῇ καὶ μύθοισι, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων.

Id est.

Iubeo
Consilio & sermonibus, hoc enim munus est senum.

Sed & li. 23. grauiter pronũciauit animũ iuuenibus esse promptiorem, sed imbecillius cõsiliũ,

Οἶσθ᾽ οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσι,
Κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

95 ¶ Et huc alludens Homerus Latinus per omnia Græci imitator, dandis semper consiliis natu maiores destinat. Nam lib. 5. Aeneid.

Hic vna in multis quæ maxima natu
Virgo tot Priami natorum regia nutrix,
Non Beroe vobis, &c.

Et paulò pòst,

Tum senior Nautes, vnum Tritonia Pallas
Quem docuit, multáque insignem reddidit arte,
Hac responsa dabat.

Quo in loco & Donatus & Seruius istud quod diximus, annotarunt. Nec iniuriâ, quando & bis posteà idem vates de eodem loquens, & ætatem seniorem inculcat,

Talibus accensus dictis senioris amici,

Item,

Consilijs paret quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat senior.

Et Ouidius lib. 5. Fastorum,

Martis opus iuuenes animosáque bella gerebant,
Et pro Dijs aderant in statione suis.
Viribus illa minor nec habendis vtilis armis,
Consilio patriæ sæpe ferebat opem.

Et apud eundem Oenone ad Paridem,

Consului (neque enim modicè terrebar) anúsque,
Longæuósque senes, constitit esse nefas.

Et in eadem epistola,

Quid grauis Antenor, Priamus quid suadeat ipse,

Consule

Consule, quis aetas longa magistra fuit. Et Lucretius lib. 3.
Inde vbi robustis adoleuit viribus aetas,
Consilium quoque maius, & auctior est animi vis.
Quibus & concinit illud Claudiani de victoria Stiliconis contra Alaricum,
Primósque suorum
Consultare iubet bellis annisque verendos.

96 ¶ Sed & Euripides, vt ad autores Grecos redeamus, in Menalippe apud Stobaeum, Ser. 114.
Παλαιὸς αἶνος, ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.
Dictum est vetustum, facta iuuenum, caeterùm
Magis valent consilia natu grandium.
Idem quoque in Bellorophonte apud eundem Stobaeum in eodem loco.
Ὦ παῖ, νέων τοι δρᾶν μὲν εὔτονοι χεῖρες,
Γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων.
O fili, iuuenum manus ad agendum robustae sunt,
Sententiae autem sunt meliores seniorum.
Quem posteriorem versum nonnulli etiam Menandro tribuunt.
Subdit autem Euripides,
Ὁ γὰρ χρόνος δίδαγμα ποικιλώτατον.
Nam tempus multam & variam doctrinam parit.
Id quod etiam pertinet ad ea quę diximus suprà nu. 87. incip. adde & in. Plutarchus quoque in commentario cui titulus est, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον πολιτευτικόν, scribit maximè seruari ciuitatem, vbi consilia senum, & iuuenum lanceae praecellunt. Cicero autem in Catone Non (inquit) viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnae geruntur, sed consilio autoritate, sententia: quibus non modò orbari, sed etiam augeri senectus solet. quam sententiam citat è nostris Lucas Pen. in l. 3. col. 2. C. de Consul. lib. 12. & Barb. d. consi. 23. col. pen. li. 1. Idem in oratione ad Pontifices pro domo sua, Opus (inquit) erat scientia, quam etsi omnes consecuti sunt, tamen certè peritiores vetustas facit.

97 ¶ Scribitur 3. Reg. 12. Salomonem Regem omnium mortalium sapientissimũ seniores quosdam sibi delegisse, quibus suum ipsius regnũ gubernaretur. Quorum consilio cùm non acquieuisset Roboam, sed iuniorum potiùs, regnum amisit. de quo nonnihil habetur in c. ecclesia. 16. q. 1. & per gl. in c. 184. dist. & Specul. tit. de aduo. §. nunc tractamus, vers. habito igitur. Salomonem autẽ secutus Lycurgus ille, qui Lacedaemoniis leges scripsit, illud omniũ primũ instituit, vt octo & viginti seniores Regibus Laconum semper assisterent, vti in eius vita recẽset Plutarc. Nã & vt è nostris scitè prudẽterq. scripserũt Angel. & Ias. in 2. le. in fi. ind. l. cùm quid. ff. si cert. peta. melius saniúsque est consilium seniorũ, quàm iuuenum. alleg. Ias. tex qui tamen parũ facit, in c. ex multa, de voto. Per quẽ tamen idem quoq; voluit ipse Ias. in l. gallus in prin. in 1. lec. col. 13. versi. in tertia parte. ff. de lib. & postbu. vbi & ad hoc allegat illud Hieronymi ad Augustinum, Bos lassus fortiùs figit pedem. quod & citat idẽ Ias. in l. si seruũ. §. sequitur. ff. de verb. obli. Et huc quoq; alludens Ezechiel. 7. c. Lex peribit à sacerdote. & cõsiliũ à Senioribus. Scribitur Iudic. ca. 2. Nabucbodonosor regẽ vocasse maiores natu, & cũ eis habuisse mysteriũ sui cõsilij. Sed & huc referri potest, quod dicit Bal. in c. 1. per illũ tex. de renun. quòd plus valet vmbra senis, quàm ensis & arma iuuenis. quod & idẽ dicit per illũ text. ipsemet Bal. in l. senium, in prin. C. qui testa. fac. pos. & Io. Plat. qui nullã Bal. mentionẽ facit in l. vlti. C. qui aetat. se excus. lib. 10. & Barba. d. consi. 23. Propiùs tamen ad hoc accedit quod voluerũt Host. & Io. Andr. in c. 1. in versi. verùm vnctionis, extrà de sacra vncti. quod opinionibus antiquorum deferendum est, per c. literas, de tempo. ordi. & c. literas de restit. spol.

Roboam cõsilio iuniorum regnũ amisit.

98 ¶ Subdunt tamen ipsi Host. & Io. And. vnum non contemnendum, quod & nos obiter dicere volumus, id procedere, nisi seniores in errore deprehenderẽtur. Nã tũc reprehẽdi possunt per text. ibi, & in l. 1. §. si vsus fructus. ff. ad l. Falcid. & c. noli, & c. negare, & c. neque, 19. dist. Sicuti etiã no. Barb. in repet. rub. C. qui admit. col. 8. & seq. & Iason in l. si seruum. §. sequitur. in vlt. no. ff. de verbo. oblig. & Bolog. in disput. vter sit praeferendus, doctor an miles, col. 9. Nec propterea fit illis iniuria, per text. in l. potioris. C. de offic. rect. prouin. quam ad rẽ ferè similem annotat gloss. in l. 3. §. si quis quasi statuliber, in verbo posses. ff. de condic. ob cau.

Senes errãtes reprehẽdi possunt.

99 ¶ Imò verò non debet senior dedignari sequi sententiam iunioris, per tex. in d. l. si seruũ Stichum. §. sequitur, ibi, Celsus adolescens scribit, iũctis seq. ff. de verbo. oblig. quã ibi sequũtur Imo. Alex. Frãc. Are. & Ias. D. antẽ Augustinus in c. si habes, 24. q. 3. Senex, ait, à iuuene episcopus tot annorũ, à collega nondum anniculo paratus sum doceri. Et scribitur in c. vlt. 38. dist. Nullus episcopus propter opprobriũ senectutis: vel nobilitatem generis à paruulis vel minimis, si quid fortè est vtilitatis aut salutis, inquirere negligat. Ideóq; Dauid aliàs Ionatha prudentior atque etiam senior, ipsius tamẽ Ionathae cõsiliis libẽter acquiescebat. vt licet videre 1. Regũ c. 20. & alibi saepe, & annotauit Diuus Ambrosius li. Officiorũ 1. c. 18. Et apud Homerũ

Nec grauatẽ senes debent sententiae iuniorũ accedere.

lib. 14. Iliados Agamemnou & Græcorum princeps, & iam ætate maturus nou dedignatur iunioris potiorem ſententiam. Sed exiſtat (inquit) aliquis qui melioreu mea ſenteutiam dicat, ſeu grandior, ſeu minor, cum mea bona gratia dicturus.

100 ¶ Nam vt & idem Homerus apette oſtendit lib. Iliados 9. Iuniores intetdum ſeniores vincũt conſilio. Inducit enim Neſtorem (cuius quo ætas prudentiáque maiór erat, eo quoque teſtimonium certius crędibiliúſque etiam fuit) huiuſmodi teſtimonium de Diomede perbibuiſſe, quod ſicut inter omnes Argiuos reges erat natu minimus, ita quoque conſilio maximus. Pindarus quoque Pythiorum Ode 4. de Demopbilo loquens,

Iuniores nõnunquã ſeniores vincunt conſilio.

Κεῖνος γὰρ ἐν παισὶν νέος,
Ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς, ἐγκύρ-
σαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ.

Quibus ſignificat illum inter pueros iuuenem, in couſiliis verò ſenem peræquè ac ſi centum annorum eſſet. Apud Liuium lib. 4. ab vtbe cond. Ap. Claudius nepos eius qui Decemuit fuerat, iuuenis ac minimus natu, ex Patrum conſilio optimam omnium ſenteutiam in re admodum perplexa dixit, quam cæteri omnes ſecuti ſunt.

101 ¶ Sunt enim quibus ingenium & rerum prudentia velox an[...]los venit, vt à Perſio ſatyt. 4. ſcriptum eſt. Nam & Papinianus noſter, quem iuris aſylum, & doctrinæ legalis theſaurũ vocat Spartianus in Seuero, quíque fuit vir prudentiſsimus l. cum virum. C. de fideicom. acutiſſimi ingenij, & merito ante alios excellens l. eum acutiſsimi. C. eo. item ſummi ingenij. l. cum Papi. C. de ſent. Papinianus, inquã, vir tantus mortuus eſt annos tantum natus 37. vt è noſtris retulit Soc. in rep. l. cum auus, col. 1. ff. de cond. & dem. Quo tamen autore neſcio. Nam Spartianus ſolus ex paulo antiquioribus, quos tamen hactenus legimus, tum in eo loco quẽ nuper citauimus, tum quoque in Nigro, & in Caracalla, & in Geta, multa de illo ſcripſit, præſertim autem de morte ipſius, nihil tamẽ de ætate adſcripſit. At Catellianus Cota in ſuis memorabilibus, quo loco Iuriſconſultorũ ordinem declarat, ſcribit Romæ inuentam eſſe ipſius Papiniani vrnã argenteam, cum hac inſcriptione. Aemilio Paulo Papiniano Præfecto Prætorio Iuriſconſulto, qui vixit annos 36. dies 10. menſes 3. Et nos certe hanc inſcriptionem cõperimus inter epigrãmata antiquæ vrbis collecta à Iacobo Mazochio Romanę academię bibliopola.

Prudentia ante pilos.

102 ¶ Et quod magis mirandum eſt, Nerua filius decimo & ſeptimo anno publicè de iure reſpondit, Vlpiano teſte locupletiſsimo in l. 1. §. initium. ff. de poſtul. quo in loco Angel. tradit Bar. id quoque ipſum feciſſe. & Baldus fratrem in decimoquinto anno repetiiſſe. l. centum Capuę. ff. de eo quod certo loco, vt intelligas fabuloſum eſſe quod vulgo dicitur Bald. ad legum ſtudium in quadrageſimo anno acceſsiſſe, eíque Bar. dixiſſe, Tarde veniſti Balde: hunc autem reſpondiſſe, Citius recedam Barthole. Subiungit Ang. ſe anno viceſimo poſtulaſſe, & viceſimoquarto doctorem fuiſſe. At Bar. non ſibi tribuit quod Ang. de eo dicit. Nam in l. quidam cum filium. in fi. ff. de verb. oblig. dicit ſe anno viceſimo publice repetendo & diſputando de iure reſpondiſſe, & anno viceſimoprimo Doctoratum aſſecutum fuiſſe. Pau. Caſt. in l. ante, quæ eſt pe. C. quorum appel. non recip. tradit Specul. diuinum illud opus, quod Speculum vocãt, vnde et Speculatoris appellatio data eſt, in iuuentute feciſſe. Ipſe autem Specul. tit. de appel. §. breuiter, verſ. ſed iuxta, aſſerit ſe tum cum ea ſcriberet, ætatis eſſe 34. annorum.

Nerua filius 17. anno publice de iure reſpondit.

103 ¶ Sed vt redeamus ad antiquiores illos, Celſus ille noſtrorum iuriſconſultorum nõ infimus, ſæpius à cæteris adoleſcens appellatur, quod ſcilicet ea ætate ius ciuile fuiſſet interpretatus. nam & inter plurima alia loca ita vocatur in d. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. oblig. vbi Iulianus & Paulus eum ſecuti ſunt. Ex quo Imo. & Fran. Are. no. vt ſuprà diximus, quòd doctor antiquus debet ſequi iuniorem bene ſentientẽ, & allegat ipſe Are. d. c. ſi habes 24. q. 3. Cornelius Tacitus in lib. de oratoribus ſcribit L. Craſſum decimonono ætatis anno Caium Carbonem accuſaſſe: Cæſarem vno & viceſimo Dolabellam: Aſinium Pollionem altero & viceſimo Catonem, Caluum non multo ætate antecedentem, Vatinium. Et iis quidem orationibus quas dicit cum admiratione legi, Tullius admodum iuuenis Sextum Roſcium fœliciter defendit, cuius orationem & omnes quoque admirantur. Auguſtus Cæſar, vt prodidit Suetonius, duodecimum annum agens, auiam Iuliam defunctam pro concione laudauit.

Celſus adoleſcens.

104 ¶ Eupolis ille Athenienſis priſcæ comœdiæ poëta celeberrimus ſeptemdecim natus annos totidem comœdias agendas populo exhibuit, ſeptiéſque vicit, vt tradit Suidas. Plinius Secundus 14. annos natus comœdiam Græcam compoſuit, vt ipſe ſcribit lib. 7. epiſtolarum ad Pontium. Idem adoleſcentulus dicere in foro cœpit, vt & ipſe teſtatur lib. 1. eiuſdem operis ad Suetonium. Alibi in eodem lib. ad Capitonem dicit eum fuiſſe ætatis vndeuiceſimo anno, cum in foro cœpit dicere. Sed & idem lib. 9. ad Quadratum, ſcriptum reliquit, quòd cùm Veiento ſenex cauſidicus videret ſe ab ipſo Plinio ſuperari, Homerico illo verſu queſtus eſt,

Eupolis 17. annorum totidem comœdias exhibuit.

ὦ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.

O ſenex ſaue multum iam te iuuenes premunt milites.

Quem etiam verſum, vt obiter dicam, tradit Sozomenes ſcriptor hiſtorię eccleſ. apud Caſsiodorum Tripartitæ Hiſtoriæ lib. 1. c. 8. vatem, aut vt ipſe loquitur, dæmonem Apollinem vſurpaſſe, cum reſponſum daret Licinio conſulenti, quod aduerſus Conſtantium parabat. Verba

autem ſunt Diomedis ad Neſtorem lib.8.Iliados. Seuerus Imp.cuius reſcripta ſæpe à noſtris Iuriſc.citãtur,18.anno publice declamauit,vt tradit Spartianus in vita illius. Andreas Alci.in proœ.lib.6.Paradoxorũ,ſcribit in patriæ ſuæ monumento C.Valeriũ Petronianũ.qui annos tres & viginti natus diuina humanáq; iura calluerit, nihilominus medicinã, politiámque profeſſus,legationéq; vrbica & peregrina quinquies defunctus.quapropter Græca appellatione ὠκύδρομος dictus,ꝙ breui multa percurriſſet.Sèque inibi dicit Alc.cũ illud opus Paradoxorũ(admirandũ certe mihi ſemper viſum)æderet,fuiſſe eius ætatis, vt vix veniã ætatis impetrare potuiſſet.ꝙ perinde eſt ac ſi dixiſſet ſe nõdũ ętatẽ 20.ann.attigiſſe,vt docet l.2. C.de his qui ven.æta.imp.Et hic quoq; vide quę ſcribã infrà,nu.173.illud aũt nõ ignotũ.& multis ſeq.

105 *Seniorum autoritas.* ¶ Quarto maior eſt ſeniorum authoritas,per tex.in §.illud etiam,in prin.vetuſtatis autoritas, in auth.de appel. & intra quæ temp.& ibi gl.in verbo,autoritatis, dicit ea verba eſſe notanda pro antiquitate.& ad idem tex.in c.domino ſancto.50.diſt.& in §.illud,in prin.2.q.6.Et ſcribit Cicero de Senectute,res magnas geri conſilio,autoritate,ſentẽtia,quibus ſenectus augeri ſolet.Et alibi in eodem lib. ſuperiorem ætatem fructus extremos præbere autoritati. Sed & alibi eodem in lib. Habet ſenectus honorata præſertim tantam autoritatem , vt ea pluris ſit, quàm omnes adoleſcentiæ voluptates.Et paulo ante de Valerio Coruino loquens,dicit extremam ipſius ætatem in hoc beatiorem fuiſſe,quàm mediam,quod autoritatis plus habebat,laboris minus.Apicem aũt ſenectutis eſſe autoritatẽ.quam ſentẽtiam retulit ex noſtris Cepola in tract.de imp.mil.delig.in materia antiquitatis:ea tamẽ iura non allegat. Sed & idem Cicero in Topicis,Autoritatẽ(inquit)aut natura,aut tempus affert. Et poſtea ætatẽ ponit in his quæ tempore autoritatẽ afferunt.Et idem in Oratore,Habet(inquit)vt in ætatibus autoritatem ſenectus:ſic & in exemplis antiquitas.Et in lib.de Partitio.orator. Vterque,inquit, ad augendũ habeat exemplorũ aut recentiũ quo notiora ſint, aut veterum quo plus autoritatis habeant,copiã.Sed & ex eiuſdẽ ſententia in oratione,quã habuit ad Põtifices pro domo ſua,Auget ætas dignitatẽ.Quintilianus li.12.c.4.Senſibus, inquit, autoritas maior eſt, ꝙ plura noſſe & vidiſſe creduntur.quod Homerus frequentiſsime teſtatur. Et D. ille Baſilius non tantum cognomento,ſed & virtutibus & eruditione Magnus in inſtitutione vitę religioſorũ,cẽſet collegio ipſorũ religioſorũ principẽ inſtitui vita & moribus & ętate grauẽ,cũ in vita antiquitas, & ſenilis autoritas ſit longe venerabilior.Diodorus autem Siculus lib. Bibliothecæ 17.ſcribit apud Spartanos,in omnibus quæ gerenda eſſent præcipuam fuiſſe ſenectuti autoritatem.

106 *Autoritatis seniorũ exempla.* ¶ Sed ecce tibi ex multis exempla aliquot ſenilis autoritatis proferam.Solon Atheniẽſium legiſlator cum ex eo aliquando Piſiſtratus quæreret, qua tandem ſpe fretus ſibi tam audacter obſiſteret:Senectute,reſpondit.autor Tullius in eo lib.quem nuper citauimus de Senectute, & Plutarchus in lib.an ſeni ſit gerẽda reſpublica,& Laërtius,qui id fuſius deſcribit. Marcus Caſtricius dũ Placẽtiæ magiſtratũ gereret,Cn.Carbone Cõſule iubẽte decretũ fieri quo ſibi obſides à Placẽtinis darẽtur, nec ſummo eius imperio obtẽperauit, nec maximis viribus ceſſit.Atq; etiã dicenti multos ſe gladios habere,reſpõdit,& ego annos.Aulus quoque Ceſelius, vir iuris ciuilis ſciẽtia clarus,cũ multa de temporibus Cęſaris liberius loqueretur, amicíque, ne id faceret,monerẽt:duas res quæ hominibus amariſsimæ videntur magnam ſibi licentiam præbere reſpondit,Senectutẽ & orbitatẽ.Horum teſtis Valerius lib.6.c.2.quo de liberè dictis diſſerit.Apud Liuium lib.5.2.belli Macedonici,cum Aetolorũ maxima pars,ne admittendos quidẽ in conſilium Romanos cenſerẽt, principũ ſeniores autoritate obtinuere,vt daretur iis cõſiliũ.Et li.8.eiuſdẽ belli, Autoritas ſeniorũ voluit vt Cn.Manlio triumphus decerneretur.

107 *Vetuſtas vim probationis habet.* ¶ Tanta eſt autem vetuſtatis autoritas,& id pro Quinto erit, vt ea vicem probationis obtineat,vel teſte Ouidio lib.4.Faſtorum,

Pro magno teſte vetuſtas
Creditur. Et lib.1.Meta.
Saxa (quis hoc credat?niſi ſit pro teſte vetuſtas)
Ponere duritiam cœpere.

Fama antiqua probat dominium. Nam & hinc fama antiqua plene probat dominium,ſi credimus gl.in l.atqui natura.§. cum me abſente.ff.de neg.geſt.& ibi Ang.qui eam dicit ſing.& ita ſe obtinuiſſe,& idem Ang.in l. Titius.ff.quib.mod.pign.vel hyp.ſol.& in l.quidã in ſuo.ff.de cond.inſtit.& ibi quoq; Nicol. Neap.qui dicit aliã gl.eſſe ſimilẽ in l.litibus.C.de agr.& cenſ.lib.11.Ex quo Bal.in c.1.§.vaſallus ad fi.n.t.ſi de feud.fuer.contr. inter do.& ag. dicit huiuſmodi famã inducere præſumptionem iuris.Et conſ. 89. dominus Thomas col. 2. verſ.tertio præmittendum, lib.1.eam habere vim notorij,cũ aliis multis concord.à me late congeſtis in Cõſue.Picta.tit. de præſcriptione. §.1.Hincque Solon autoritate antiqui poëtæ Homeri ex lib. 2. Iliados in Catalago, probauit

Verba enũciatiua antiqua plene probant confinia. Salaminam à primordio iuris Athenienſium fuiſſe,contra quam Megarenſes contendebant,

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας.
Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

Vt ſcriptum reliquere Strabo lib.8.Geographiæ, vbi dicit nonnullos id feciſſe Piſiſtratum putaſſe,& Plutarchus & Diogenes Laërtius vterque in vita Solonis.Et hinc quoque.quòd verba enuncia-

ba enunciatiua antiqua plene probant confinia, & cætera huiusmodi, Bal. Alb. Sal. & recentiores in l. cum aliquis. C. de iure delib. Bal. cons. 112. quæritur qui intelligantur, col. vlt. lib. 1. Ant. in c. cum olim, de censib. & in c. vlt. de success. ab intest. cum aliis quoque multis concor. à me collectis in d. §. 1. de præscrip. vbi & alia multa similia videbis.

108 ¶ Sexto non debent senes in ius vocari sine venia, vt voluit gl. ord. in l. generaliter. ff. de in ius voc. per illum text. quo cauetur eas personas quibus reuerentia præstanda est, non esse in ius vocandas sine iussu prætoris. & hoc quoque allegatur è multis voluisse Spec. tit. de actore, ver. sed nunquid edictum, vbi tamen mihi videtur voluisse contrarium. Tamen eum ad id citat & sequitur, nulla facta mentione illius gl. Ferd. Loaz. in d. rub. de iustitia & iure, col. 9. nu. 83.

Senes in ius vocari non debent sine venia.

109 ¶ Septimo senes gaudēt priuilegio. l. ad egregias personas. ff. de iureiur. vt voluit gl. in ea ipsa l. per tex. in §. hinc nobis, in Auth. de hær. & falc. & sequuntur omnes in d. l. ad egregias, inter quos Ang. dicit hoc non seruari de consuetudine. sequitur item Ant. in c. quoniam frequenter, in prin. vt lit. nō contest. vbi dicit quod in hoc casu intelliguntur senes qui attigerunt 72. annum, & de hoc est bonus tex. in c. si quis testium. & ibi gl. & Doct. extra de testibus: quem & ad hoc ponderat Barb. d. cons. 20. col. 3. lib. 2.

Senes priuilegiis egregiarum personarū gaudent.

110 ¶ Octauo quo quis senior est, eo prior inscribi debet, cum multorum nomina inscribuntur, tex. est in l. 1. in prin. ff. de alb. inscrib. qui licet loquatur de ordinis antiquitate, non ætatis, & ita etiam debeat intelligi, & similia iura per gl. ord. in c. vlt. in verbo, antiquiores, & ibi Dom. in fi. prin. de consuet. lib. 6. & est bonus tex. in c. 1. vbi Pan. post alios ad hoc not. de paroch. facit tamen in arg. quod si eodem tempore fuerint aliqui recepti, ita vt nullus eorum possit dici aliis antiquior ordine: Certe antiquior ætate debet cæteros præcedere. quod expresse voluit Bart. in l. 1. ff. de obseq. à liber. præst. & in l. 2. §. prius, col. 2. vers. circa secundum. ff. de vulg. & pup. Id quod dictum & intellectum volumus in cæteris articulis, in quibus reperimus antiquiores ordine cæteros præcedere. Et vide infrà nu. 115. decimotertio, qui antiquior est. & iterum nu. 124. sed & hoc secundo, & 3. seq. & in 60. q. nu. 7. & id prope.

Seniorum nomina prius inscribi debent.

111 ¶ Nono simile est quod & seniores antē alios debent subscribere instrumentis, consiliis, & aliis huiusmodi, sicuti no. gl. in c. statuimus. 61. dist. Inn. Hostien. & alij in c. 1. de maio. & obed. Henr. in c. statuimus, eo. tit. Ro. in repe. l. si vero. §. de viro, in 53. fal. ver. nono defertur. ff. sol. mat. Cuius ratio est, quia qui dignior est, is quoque prior debet subscribere, per tex. in §. notandum. 57. dist. & voluit gl. in c. cum olim, extra de consuet. Sed iam suprà probatum est, & amplius postea probabimus, quo quisque senior est, eo quoque esse digniorem.

Seniores prius debēt subscribere.

112 ¶ Decimo seniores in dicendis sententiis præferuntur, vt videlicet priores & ante cæteros loquantur, & respondeant, per tex. in d. l. 1. §. in sententiis. ff. de alb. scrib. & in l. 2. ibi, decernēdi loquendíque facultas antiquior. C. de Præfect. Præt. lib. 12. & voluit gl. in l. 1. in verbo, anteire. C. de Consul. eo. lib. 12. & in dicto c. statuimus. 61. dist. & Inno. in d. c. 1. in prin. & ibi Bal. Pan. & alij, de maio. & obed. Iac. Bel. in §. ordinationē, in Auth. de mon. & Bal. in l. obseruare. §. antequā vero, ad fi. ff. de offi. Proc. qui & ad hoc citat illud Eccles. 32. Loquere maior natu. decet enim te primum verbum. Quod & citat idē Bal. in dicto c. 1. de maio. & obed. & in c. 1. in verbo, prius, tit. de cont. feu. apud par. termi. & Lucas Pen. in rub. C. de leg. col. 11. ver. 3. lib. 10. Ro. sing. 81. qui debeat primo loqui. vbi per hoc dicit quod in dandis cōsiliis debet senior prius loqui, & ad hoc dicit sing. tex. in c. 1. tit de cont. feu. inter pa. & eccle. credo quod voluit allegare d. c. 1. de cont. feud. apud par. tex. & Cep. in d. tract. de Imp. mil. delig. in 33. & iterū in 38. priuilegio antiquitatis. Illic enim plurima scribit antiquitatis priuilegia quę sæpe conculcat & repetit, vt quę in duo vel tria diuidit, eadē plerunq; sunt. Idē quoq;, vt redeamus, voluit ex recētiorib. Ias. in l. cum quid, in 2. lec. 2. col. vlt. ff. si cer. pet. & d. cons. 192. col. 2. vers. item in Ecclesiastico.

Seniores in dicendis sententiis præferēdi.

113 ¶ Propterea Homerus lib. 2. Odysseæ Aegyptium illum Heroem senem, de quo suprà locuti sumus, primo loco loquentem facit,

Τοῖσι δ᾽ ἔπειθ᾽ ἥρως αἰγύπτιος ἦρχ᾽ ἀγορεύειν.
ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην, καὶ μυρία ᾔδη. Id est, ad verbum,
Inter hos deinde Heros Aegyptius cœpit concionari,
Qui iam senectute incuruus erat, & multa sciebat.

Tradit Dionysius Halicarnassæus tum lib. 7. Antiquitatum Romanarū in duobus locis, tum quoque lib. 11. ex more Romanis fuisse, vt Senatores æuo maximi primo loco sententiam dicerent: Deinde qui media ætate erant, postremo iuuenes. quod & scribit Tullius in Catone. Multa sunt in nostro collegio præclara, sed hoc de quo agimus in primis, quod vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatū tenet. Demosthenes in oratione κατὰ λεπτίνου tradit Aphepsioni ὡς πρεσβυτέρῳ vt seniori concessam fuisse πρωτολογίαν, id est, primas loquendi partes, quod & interpres illius annotauit. Huius quoq; ratio est, quia dignior prius cæteris loqui debet, vt voluit gl. in c. bene, in verbo, Mediolanensis 96. dist. & est tex. in d. c. s. vbi hoc no. Bal. qui ad hoc citat illud Eccles. Aluar. Card. Alex. & alij recentiores tit. de cont. feud. apud par. ter.

Senatores ætate maximi priores sentētiam dicebant.

Senioresne an iuniores aduocati prius loqui debent.

114 ¶ Verum Spec. in tit. de aduoc. §. iam videndum est, vers. iuniores. dicit, quod licet alias seniores debeant prius loqui, tamen cum plures adsunt aduocati defendendæ causæ, debens iunio

res primo loco proponere, & seniores vltimo, vt eorum speciosas (inquit) ac efficaces rationes melius iudex memoriæ commodet. Nam quæ vltimo audiuntur, melius memoriæ commendantur, per tex. in c. liquido, de conse. dist. 2. vbi gl. & post eam Spec. vbi suprà, citant Tulliú, qui in Rhetoricis scribit validiora argumenta in fine esse reseruanda. Et ille certe, si is est, in lib. 3. Rhetoricorum ad Herennium, Quoniam (inquit) nuperrime dictum facile memoriæ mandatur, vtile est cum dicere desinamus, recentem aliquá relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem. Sed & idem Tullius in lib. 2. de oratore scribit ea quæ excellunt esse seruanda ad perorandum. Cuius etiam sententię fuit & Celsus, & ab eo Quintilianus lib. 5. tit. de vsu argumentorum, & rursum lib. 7. c. 1. Et ipse Spec. tit. de disputatione. 9. post hæc, in fi. Propterea peritiores, vt subdit Spec. in d. vers. iuniores, vltimo surgentes melius defendent proposita, & plenius respondebunt obiectis. Sed & hoc obseruant Rotę auditores, vt iuniores prius consulrent, vt refert Ro. d. sing. 81. Et hoc quoque aduocati Parlaméti Parisiensis imitantur in suis consultationibus, vt etiam refert Nicol. Lyren. qui & id dicit obseruandum, in Exod. c. 23. Et Doctores Veronenses, vt etiam retulit Cepol. vbi suprà in 23. priuilegio antiquitatis. Et de hoc quoque disputat Matth. Afflic. in decis. Neap. omnium 1. vbi & hanc postremam sententiam sequitur. Quanquam Theodorus tragœdiarum actor, neminem vnquam vel vilem histrionem ante se agere permisit, quòd eis quæ prima audiuntur spectatores facilius concilientur, vt retulit Aristoteles lib. 7. Politicorum c. 17. eodémque vltimo, vbi & illud subdit, idem vsu euenire & in hominum & rerum consuetudine, prima quæque charissima esse, & delectabiliora. Tullius lib. 10. epist. fam. epist. 12. Eo autem, inquit, die magna mihi fuit pro tua dignitate contentio cum Seruilio, qui cum gratia effecisset, vt sua senté[n]tia prima pronunciaretur, &c. Quæ & tu addes ad ea quæ diximus suprà nu. 37. qui mos, & multis seq.

Seniores primo loco sedere debent.

115 ¶ Vndecimo seniores primo loco sedere debét. l. 2. ibi, sit igitur sedes prior ante prouectis, &c. C. de Præfec. Præt. lib. 12. & in l. 1. C. de Præp. sacr. cub. eod. lib. 12. & in l. vlt. & ibi Bart. & Lucas Peo. C. de tyro. eod. lib. 12. & in l. vnicuique. C. de Prox. sacro. scri. lib. 12. & in c. placuit. 18. dist. & not. gl. in dicto c. statuimus. 61. dist. cum dicit, quod seniores in sessione debent iunioribus præferri, quod & voluit gl. in c. statuimus, & ibi Henr. de maior. & obed. Inno. & Host. & alij in c. 1. eo. tit. Bal. qui loquitur de antiquioribus clericis & doctoribus, in cap. cum olim, de consuet. Rom. in repet. d. §. de viro in 53. fal. & Fran. Aret. cons. 23. incip. in præsenti, in 3. dubio. Matth. Afflic. dec. Neap. 1. in fi. Et bene facit quod scribit Bart. in l. 1. ff. de obseq. à liber. præst. quod si eodem tempore duo doctoratus insignia ac dignitatem sunt consecuti, is debet pręcedere, qui ætate est grandior. Et quod primogenitus primo loco sedere debeat: & cæteri secundum ętatem, probat illud Gen. 43. ad fi. vbi ita scribitur, Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam.

Aut honoratiore quisquis is sit.

Medius locus apud quosdam honoratior

116 ¶ Hoc intellige quod de primo loco diximus, cum primus locus dignior est & honoratior. Nam satis constat ex mente esse & iurium, & doct. locum digniore deberi senioribus, quisquis is sit, siue primus, siue secundus, siue postremus. Est enim eius rei varia diuersaque gentium consuetudo: cum apud plerosque videamus medium locum fuisse honoratiorem. Homerus enim lib. Iliados postremo, Senem, vt ipse appellat, Priamum collocat mediú inter liberos

Οἱ δ' ἐν μέσσοισι γεραιός

Ἕστο ... ἐν χλαίνῃ κεκαλυμμένος.

Et à Virgilio imitatore dictum est lib. 1. Aeneid.

Aulaeis iam se regina superbis

Aurea composuit sponda, mediámque locauit.

Quo loco Donatus & Seruius annotant eum locum apud veteres fuisse potiorem, citántque illud Salustij in historia Romana, quæ temporum iniuria periit. Igitur discubuere (inquit) Sertorius inferior, in medio super eú T. Fabius Hispaniésis senator: ex proscriptis in summo Antonius. Hactenus ille, qui ita Sertorij conniuiú describit, vt ipsum quia dominus cóuiuij erat, collocarit in imo loco, Senatoré auté in medio. Et infrà, Scriba Sertorij Versius, & alter Scriba Mecœnas in imo: medius inter Tarquinium & Deacium Perpenna. Et idem Virgilius lib. 5. de Aenea loquens,

Ille è concilio multis cum millibus ibat

Ad tumulum magna medius comitante caterua. Et rursus in eodem lib. de eodem Aenea,

Quo se multis cum millibus Heros.

Consessu medium tulit. Et lib. 6.

Musaeum ante omnes medium, nam plurima turba

Hunc habet, atque humeris extantem suspicit altis. Et lib. 7. de Latino rege loquens,

Ille intra tecta vocari

Imperat, & solio medius consedit auito. Et lib. 10. loquens de Ioue,

Solio tum Iuppiter aureo.

Surgit, cælicolæ medium quem ad limina ducunt. Et lib. 11. de Latino item rege loquens,

Sedet in medius rex maximus aeuo.

Quem &

Quem & secutus Ouidius in Fastis priuatim loquens de loco seniorum lib.5.

Et medius iuuenum non indignantibus ipsis
Ibat,& interior si comes vnus erat.

117 ¶ Suetonius de Tiberio loquens, Medius (inquit) inter duos consules cum Augusto simul sedit. Idē de Claudio c.24. De maiore negotio acturus in curia medius inter Consulū sellas tribunitio subsellio sedebat. Salustius in Iugurtha scribit Hiempsalē dextrā ad Adherbalē assedisse, ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret. quod & retulit è nostris Lucas Pen. in d.l.2.C. de Præfec. Prçt. lib.12. Xenophon tradit Cyrum solitū fuisse mediū inter amicos honoratos discumbere. Extat apud Spartianum locus Adriani. Impe. dignus memoratu, Qui cum seruum suum inter duos Senatores mediū ambulare vidisset, misit qui ei colaphum daret. & diceret, noli inter eos ambulare, quorū potes adhuc esse seruus. Ex Niceno concilio sedere in medio presbyterorum non licet diacono, cùm multo sit inferior. c. peruenit 93. dist. Legitur autem Lucæ 2. Inuentum Iesum in medio doctorum. Sed & Dan. 13. scriptū est, Veni & sede in medio nostrū, & indica nobis, quia tibi dedit honorē senectutis.

Seniores priores debent incedere.

118 ¶ Duodecimo, vt primo loco debent seniores sedere, ita quoque in eundo debent cæteros præcedere, vt voluit gl. in d.l.1. in verbo, anteire. C. de Consuli. lib. 12. Quod intellige secundum ea quæ diximus in præcedenti capite. Nam si ex more sit dignius, vltimum vel medium cum cæteris ambulare, & eum quoque locum antiquiorem nancisci debere.

Senior collegij collegium conuocat.

119 ¶ Decimotertio qui antiquior est ex collegio, si præses desit, is poterit conuocare collegium, secundum Inn. quem sequuntur Host. Io. And. Bal. Ant. Imo. Pan. & recentiores in dicto c.1. de maio. & obed. sequitur etiam Bar. in l.j. ff. de alb. scrib. & in l.2. in 2. no. & ibi Io. Plat. in princ. C. de Decur. lib.10. Bal. & Flor. in l. vlt. ff. de fide inst. idem Bald. in rub. C. pro socio. col.1. vt iā multis citatur, sed ibi loquitur de digniore. & idem Bal. in c. quoniam contra. col. antep. vers. quid si iudex, extra de prob. & in c. imperialem. §. prçterea, col. vl. tit. de proh. feu. alie. per Fed. & in tit. de pact. const. in verbo, in nomine Christi. Ang. cons. 45. vacante, col.2. Ant. in c. cum nobis olim. col.6. & ibi Doct. col.6. & Pan. col. antepe. de elect. Imol. in l.1. §. fuit quçsitum. ff. ad Treb. & in c. cum omnes, col. vlt. & ibi late Fel. col. item pe. vers. sed dubium est, de consti. Car. Flo. post Lapum in c. licet. de elec. & in clem.1. §. abbate, in fi. Pan. in c. auditis, col. 2. vers. nota 3. de elec. & in c. cum caussa, col. 2. vers. quia canonici, de offi. deleg. & in c. quæ sunt, de his quæ fiunt à maio. par. cap. Ro. in rep. l. si vero. §. de viro, in 53. fal. vers. quarto probatur. ff. sol. ma. Pe. de Mōt. in sua monarchia, col.11. Barb. qui dicit sing. in cle. causam, col.17. ver. quid si appellatio, de elec. & d. cons.23. col. pe. li.2. & d. cons.20. col.3. li.2. & inter cons. Fran. Curt. senioris, cōs.67. sapiēter optimus, col.16. ver. itē licet regimē. Ias. in l. cū quid. in 2. lec. col. pe. ff. si cer. pet. & cons.192. exorta est, col. 2. vers. itē cōuocatio, lib.2. Ale. in lib. 1. de verb. sig. char.12.

Contra prædicta.

120 ¶ Verū idē Inn. in c.2. de op. no. nunc. videtur velle, ꝙ in hoc casu, cū videlicet abest præses collegij. debet maior pars cōgregare minorē, sequūtur ibi Io. And. col.2. & Pan. in fi. & id quoq; voluit Bar. sibi cōtrarius in l. oēs populi, col.6. ver. quæro secūdo principaliter. ff. de iust. & iur. & Lap. alleg. 131. cuius est initiū, nunquid maior. Cald. cons. 10. si vniuersitas, tit. de iur. pat. & Pan. sibi quoque contrarius, in c. in causis, col.4. vers. & nota de notabili quæst. de elect.

Concordia opi.

121 ¶ Sed pro concordia Fel. in d.c. cum omnes, col. vlt. extra de consti. dicit esse assumenda verba Pet. Anc. in rep. c.1. char.15. vers.20. quæro, eo. tit. vt videlicet prima op. procedat in collegiis Ecclesiasticis, in quibus antiquior, si desit præses, poterit congregare & conuocare collegiū. Secunda autē op. procedat in vniuersitate seculari, in qua deficiente magistratu, de quo in l.1. C. de coll. fun. pa. li.12. debēt cōuenire duæ partes, quæ aliā conuocēt. quā etiā distinctionē sequitur Lud. Bol. in rep. Auth. habita, char. antepe. vers. sed quid si vocat. C. ne fili. pro pat. Sed vt dicā quod sentio. nihil omnino video esse discriminis inter collegiū ecclesiasticū, & seculare, quātum ad eā rē pertinet. Ideo cogita vtra op. sit verior, & an alia ratione poteris eos concordare.

Seniores in legationibus præferendi.

122 ¶ Decimoquarto in legationibus sunt præferendi seniores, vt scilicet seniores potius mittantur legati, quam iuniores, vt voluit Lucas Pen. in rub. de leg. col.4. ver. octauo, li.10. vbi ad hoc multa allegat, inter cætera illud Salust. in Iugurtha, Legantur tamē in Africā maiores natu, nobiles, amplis honoribus vsi. quod & in eam rem aduocat Cæpol. in d. tract. de imper. mil. delig. in vlt. priuil. antiquitatis. Et huc quoque quadrat quod scribit Liuius 3. dec. lib.1. Romanos nūciato bello Punico in Africam misisse legatos maiores natu, Q. Fabium, M. Liuium, L. Aemilium, & alios. Et quod scribitur 2. Mach.6. Antiochum regem ad Iudæos legatum misisse senem quendā Antiochenū, qui Iudæos ad suam ipsius legem trāsferret. Quódq; multis ante sæculis Abrahā seruum seniorē domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat, mittit in Mesopotamiā veluti legatū, qui scilicet nuptias Isaac filij tractaret, vt scribitur Gen.c.24. & Balach Rex Moab seniores legatos misit ad Balaam qui eum accerserēt maledictum populo Israëlitico, Nu.22. Et apud Dionysium Halicarnasseum li.3. Originū, Etrusci ad Tarquiniū legatos miserunt æuo maximos ex quaq; vrbe, qui cū eo de pace agerēt. Et iterū li.8. Senatus Romanus decreuit mittendos ad Martiū Coriolanū legatos quinque ex æuo maximis. Apud Virg. lib.11. Rex Latinus misit ad Aeneam legatum Drancem seniorē. quod patet ex eo versu,

Tum senior sempérque odiis & crimine Drances
Infensus iuueni Turno,&c. Heraclides in Politiis tradit legem fuisse apud Chalcidenses, ne quis infra 50. annos legationem obiret.

Senior legatorũ verba legationis facere debet.

123 ¶ Decimoquinto, si plures legati mittantur, is verba legationis debet facere qui inter cæteros est senior, vt voluit Cæpol. in d. tra. in 35. priuilegio antiquitatis, vbi hoc dicit à Venetis obseruari, quos scribit optimorum morum, cõsuetudinúmque sanctissimarum esse sacratissimum domicilium. Ad quam sententiã referri potest illud quoque Salustij in Iugurtha de A. Manlio, & L. Sylla, cuius facundiæ non ætati à Manlio concessum est, pauca verba huiuscemodi locutus. Ex quibus verbis aperte colligitur seniorem in ea re præferri, nisi ratione facundiæ iuniori tribuantur, quod & idem Cæp. annotauerat in 33. priuilegio. Cui adde quod & Liuius scribit lib. 8. 2. belli Punici, ex legatis Saguntinorum in Senatum introductis, maximum natu verba legationis fecisse. Et iterum lib. 9. eiusdem belli. Maximus natu ex legatis Locrensium orationem ad Senatum habuit. Et rursum lib. 10. belli Macedonici, in eo fragmento quod recenter Mogontiæ repertum est, Ea legatis Celtiberorum ad Gracchum missis maximum natu legationem exposuisse. Sed & vide quæ dicam infrà in limitationibus.

Et alias semper.

124 ¶ Decimosexto, nõ in legationibus tantum, sed & aliàs semper, vbi vnus pro multis loquitur, seniori id loquendi munus concedendum est. Ad quam sententiam referri potest illud Ecclesiastici supra in 9. vers. citatum. Loquere maior natu, decet enim te. Nam quod sequitur primum verbum, videtur magis ad id referendum quod sequitur, videlicet diligenti scientiam, vt scilicet alia sit sententia in hæc verba, Primum verbum diligenti scientiam: alias ea verba, diligenti scientiam, stare non possent. Nam confestim sequitur, Et non impedias musicam: Paulo post autem ad eam sententiam scribitur, Adolescens loquere in causa tua, vix cum necesse fuerit: Et iterum statim, In medio magnatum loqui nõ præsumas. & vbi sunt senes, non multum loquaris. Quæ etiam citat Lucas Pen. in d. rub. de leg. d. ver. octauo, in fi. Sed & illud principium aduocat Bal. in l. obseruare. §. antequam. ff. de offic. Procon. & in c. 1. post prin. tit. de contr. feu. inter par. ter. Idem quoque Eccles. c. 11. In medio (inquit) seniorum ne adiicias loqui. In hanc autem sententiam Hom. lib. 7. Odyss.

Οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ,
Ὀψὲ δὲ δὴ μετέειπε γέρων ἥρως Ἐχένηος,
Ὃς δὴ Φαιήκων ἀνδρῶν προγενέστερος ἦεν,
Καὶ μύθοισι κέκαστο, παλαιά τε πολλά τε εἰδώς,
Ὅ σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν. Id est,

Cumq; omnes conticescerent, Echeneus heros qui Phæacum maximus & oratione & longa experientia, & summa prudentia multa norat, inquit, &c. Vides igitur vt Homerus omnium virtutum parens tacere facit iuniores omnes, solumque seniorem loqui. Plato quoque lib. 4. de Repub. præcepit iuniores tacere coram senioribus, in hæc verba, σιγάς τε τῶν νεωτέρων παρὰ πρεσβυτέροις ὡς πρέπει. Apud Liuium lib. 1. 3. dec. cum legati populi Ro. ad Volscianos venissent, iis maximus natu in concilio respondit. Sed & apud Dionysium Halicarnasseum lib. 3. Originum Ro. cum Oratij Trigemini à Tullio Rege interrogati num vellent cum Trigeminis illis Curiatiis de imperio certare, paululum secessissent deliberassentque se certaturos, Maximus fratrum verbis omnium respondit.

125 ¶ Tullius quoque in 6. in Verrẽ actione, tradit quod cum adiisset ad Senatum Syracusanum, incœpit loqui Diodorus Timarchides, qui & autoritate, & ætate, & vsu rerum antecedebat. Et paulo post, Mos est (inquit) Syracusis, vt qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur. & tamen vt quisque honore & ætate antecedit, ita primus solet sponte dicere, idque à cæteris eis conceditur. Et paulo post, vt quisque ætate & honore antecedebat, ita sententiam dicit ex ordine. Id quod etiam obseruatum fuisse apud Ro. planum est ex autoritate Ciceronis in eo loco quẽ statim vers. ab hinc 3. aduocabimus, atque etiam Dionysio Halicarnasseo, & Varrone apud Gellium li. 14. c. 7. Plinius Iunior in quadã epistola refert ante memoriam suam ita maiores natu solere dicere, ne nobilissimis quidem adolescentibus locus esset, nisi aliquo Consulari producente.

Apud seniorem cõmunia instrumenta deponẽda.

126 ¶ Decimoseptimo, in deponendis cõmunibus instrumentis senior ex fratribus, aut sociis præfertur, vt videlicet apud eum deponantur, per tex. in l. vlt. & ibi omnes Doct. ff. de fid. instr. & voluit Arch. in c. domino sancto. 50. dist. & in c. tanta, post prin. 86. dist. Bal. & Fran. Are. in l. procurator. C. de eden. Cepo. in d. tract. in 18. & iterũ 24. priuilegio antiquitatis, & Doc. sæpe.

Sed quid si iunior habeat maiorem partẽ.

127 ¶ Quod tamẽ primo intelligendũ est, secundum l. si quæ sunt cautiones. ff. fami. hercis. vt videlicet instrumenta sint apud eum deponenda, qui maiore ex parte hæres est: si autẽ omnes iisdem ex partibus hæredes sint, nec inter eos conueniat apud quem potius esse debeant, tunc senior cæteris anteponendus. At si eiusdem sint ætatis, debeant sortiri, aut ex consensu, &c. vt dicitur in d. l. si quæ sunt. vbi gl. in verbo consensu, dicit eam l. intelligi secundum d. l. vlt. quod & idem dicit Ro. in rep. l. si vero. §. de viro, in 53. fal. vers. tertio probatur. ff. sol. mat. Quod autẽ paribus per omnia partibus debeant instrumenta manere apud seniorẽ, ratio est in prõptu,

quia apud

quia apud digniorem deponi debent, per text. glo. & Doc. in d.l. vlt. & in d.l. procurator. C. de eden. Sed iam docuimus seniores esse cæteris digniores.

128 ¶ Sed & hoc ita secundò intelligitur per Soci. in d.l. procurator. vt si iunior sit constitutus in dignitate, non etiã senior: tamen non sit seniori in hac re iunior præferendus, vt scilicet primo loco sit consideranda ætas, deinde verò dignitas, per d.l. vlt. quæ primo loco posuit seniorem, secundò digniorem. Quam sententiam confirmat quod à Tullio traditum est in Catone maiore in hæc verba, Multa in nostro collegio præclara, sed hoc de quo agimus in primis, quod vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. Neque enim honore antecedentibus, sed iis etiam qui cum imperio sunt maiores natu augures anteponantur. Quibus verbis satis constat Romanis potiorem fuisse ætatem, quàm honorem aut imperium.

Quid item si iunior sit in dignitate, senior minimè.

129 ¶ Contrarium tamen vt scilicet primum sit dignior præferendus: & si dignitate sint pares, senior, tenuerunt Philip. Deci. & Frã. Purpur. in d.l. procurator. Nihil allegat Deci. Sed Purp. aduocat gl. in c. vlt. in verbo, antiquiores, de cõsue. li. 6. quę vt ipse asserit, voluit dignitatẽ ętati pręferri. Nec ordo (inquit) literę est necessariò attẽdẽd⁹, p l. 2. §. pri⁹, & ibi no. ff. de vul. & pup.

130 ¶ Ego certè vt mihi cum eo conueniat, vt in d.l. vlt. non sit attendendus is ordo quẽ ea l. adscribit: alioquin enim seniorem fœminam præferremus masculo iuniori, cùm d.l. mari supra fœminã tertiũ ordinem assignarit, cùm ætati primum, dignitati secũdum tribuisset, quod tamẽ nemo dixerit. Sic non statim in ipsius ac Decij sentẽtiam migrarim, cùm d.l. vlt. dicat semper præferendũ seniorem iuniori. Nam vt dicit gl. ibi, semper veneranda senectus, per l. semper. ff. de iur. immu. Semper igitur, id est, omni casu, vt interpretatur gl. in l. 1. in verbo, semper. ff. so. mat. Nisi dicas eam dictionem, semper, in d.l. vlt. censeri etiam appositam, aut repetitã cæteris casibus sequentibus, ac positus sub eadẽ oratione, ac vno illo verbo præferemus, quod ego credo. Verum nihil video, cur hoc casu dignior honore præferatur digniori ætate in re priuata vtriusque, & nihil aut minimùm ad dignitatem, quam vocant, pertinente. Nec glo. in d.c. vlt. id dicit, ad quod citat Purpu. antiquiorem illic intelligi non ætate, sed tempore, id est, receptione, vt etiam intelligit Domi. ibi, quod nihil huc facit, quoniam & ipse Pur. post eundẽ Soci. vbi suprà, affirmat hoc casu antiquiorem intelligi respectu ætatis, non administrationis domus. licèt aliter sumatur per Doct. in casu, c. 1. de paroch.

131 ¶ Quid quod aliás temporis siue ætatis prærogatiua præfertur prærogatiuæ dignitatis, siue honoris, aut nobilitatis, & facultatum, ex sententia Innoc. quem sequuntur Io. An. Ant. Imo. Panor. Domi. & recentiores in c. statuimus, de maio. & obedien. Imo. in c. vlt. de const. & ipse, Philip. Deci. in c. clerici, col. 2. de iudic. vbi & hinc dicit tẽpus præferri nobilitati. & in l. cum quid, col. 3. ff. si cert. pet. & consi. 161. pro domino præposito, col. 1. vers. 2. dominus, vbi ex hoc dicit seniorem præferri nobiliori aut ditiori. Sed tu vide quæ dixi suprà in tract. nobilitatis, c. 20. nu. 174. instrumẽta communia. & rursus nu. 188. verùm non adeo, & quæ dicam infrà nu. 147. intellige tertiò.

132 ¶ Sed hic quæri posset, quoniam ea ratione quam de dignitate diximus, si fiscus habeat instrumentum commune cum priuato, debet manere apud fiscum, vt apud digniorẽ, per d.l. procurator. Quid si cùm essent duo fratres quorum instrumenta communia erant apud seniorem, iuxta d.l. vlt. moritur iunior cui succedit fiscus, qui petit ea instrumẽta apud se deponi? Guil. Cu. & post eum Bar. Bal. & Ange. in d.l. procurator, dicit non id iustè fiscũ petere, quia in his quæ iam sunt ordinata, superueniens dignitas nihil operatur. l. vlt. C. de nup. & l. quę à patre. C. de testi. milit. & l. Decurio. ff. de Decur. & l. milites agrum. ff. de re mili. Præterea fiscus vtitur iure priuati, cui ipse succedit. l. cùm quidam. §. fiscus. ff. de vsur. & idem voluit Barb. inter consi. Fran. Cur. senioris, consi. 67. sapientes optimus, col. 16. versi. item licèt regimen.

Quid si iuniori succedat fiscus,

133 ¶ Verùm Saly. & post eum Flo. cum quibus communiter consentiunt recentiores, tenent cõtrarium in d.l. procurator, ea ratione, quia huiusmodi depositio instrumentorũ continet actũ successiuum. propterea priuilegium successoris secundum varietatem temporis, & personæ attendi debet, per d.l. cum quidam. §. si debitores. ff. de vsur. & l. fiscum, la j. ff. de iur. fisc. Item cessante caussa priuilegij, cessat ipsum priuilegiũ. l. Titia §. vsuras. ff. de le. 2. cum simil. Addit Ias. & hanc rationẽ, quando res nõ priuilegiati peruenit ad priuilegiatos, ea assumit priuilegium eorum. c. dilectus, de præben. & c. vnico. & ibi Ioan. And. in nouel. de iur. patro. lib. 6. & Panor. con. 9. hic cadunt quatuor, in j. dubio. li. j. Ergo idem quoque de personis debemus dicere, quando valet argumentum de rebus ad personas, per l. miles ita hæredem, in prin. ff. de test. mil. Et hanc opi. confirmat quod voluit idẽ Saly. in l. vlt. ff. de fid. inst. quòd si tabulę apud digniorem fuerint positæ, iuxta d.l. vlt. & postea alius factus sit dignior, debent priori auferri, & dari alteri, ar. eorũ quę no. in l. iubemus. C. de prob. & l. si quis es argentariis. §. 1. ff. de edẽ.

134 ¶ Cæterùm Alex. & post eum alij recentiores in d.l. procurator, ex mente Bald. in d. §. fiscus, huiusmodi opiniones concordant, vt videlicet prior op. intelligatur cùm instrumẽta fuerũt deposita apud vnũ ex hæredibus aut socius, ex conuẽtione ipsorũ: quia tunc nõ inspicitur persona successoris, per d.l. quę à patre. neque enim pactũ ex persona hæredis mutari debet. l. 2. § ex his. ff. de verbo. obli. Posterior verò op. procedat cùm nõ ex cõtractu, sed ob id tãtùm ꝙ esset

dignior,instruméta sunt apud illum deposita,per d.§.si debitores.Pro quo facit optimè quod
voluit ipse Bart.Bal.Angel.& Philip.Deci.post Guil.in d.l.procurator.quòd si qui prius erat di-
gnior,effectus est vilior,ab eo auferentur instrumenta,deponentúrq; apud alium,arg.l.cùm
quis,in prin.& l.Stichum.§.vsumfructum.ff.de solut.cum aliis iuribus à Bal.citatis.

An hæres iunior seniores idem ius habeat.

135 ¶ Ex quibus etiam illud assumitur quòd facultas custodiendi instrumenta cōpetens seniori
ex fratribus,non transit in hæredem iuniorem,sicuti etiam voluerunt Salyc.& Flor.in d.l.
procurator.C.de eden.Et And.Alciat.in l.2.§.ex his,col.1.ff.de verb.oblig.vbi per hoc dicit,
quòd in hoc præfertur patruus senior filio primogeniti.de qua re loquens Flo.in d.l.si quæ sunt
in fin.ff.famil.hercisc.primùm dicit videri auferéda esse instruméta hæredi iuniori,aut minùs
idoneo,vt dentur socio seniori,siue magis idoneo,arg.illius l.& l.vlti.ff.de fide instr. Deinde
dicit contrariú facere,quia initium videtur attendendum esse,& assignatio fuisse sortita effe-
ctum.Tandem cogitandum reliquit.Aliàs autem an & quando priuilegiatus succedit pri-
uato,quando & quomodo possit vti suo priuilegio aduersus alterum,vide Panor.cons.14.vi-
detur primò,col.1.li.2.Domi.post alios plurimos,in c.1.§.1.col.1.de iure patr.lib. 6.cum aliis
multis concord.aggregatis à Fely.in c.de quarta,col.15.versi.dum ponit.de præscrip.

Apud seniorem manere debet originale attestationū.

136 ¶ Decimooctauo,non hinc admodum dissidet,quod not.voluit Bald.in c.quoniam contra
falsam,col.8.versi.quid si iudex non confidens,ext.de probat.quòd si iudex commiserit exa-
minationem testium duobus notariis,originale attestationum debet manere apud seniorem
per d.l.vlti.de fide instr.& not.per Innoc.in d.c.1.de maio.& obed.Et eodem,inquit modo si
quæratur penes quem debeant stare codices rationum mercatorum. quod dictum multùm
commendat Fely.in d.c.1.col.vlt.& reputat no.Iaf.in l.cùm quòd,in 2.lec.col.pe.ff.si cert.pe.
& d.consi.195.exorta est,col.2.versi.item instrumenta,lib.2.

Seniori filio claues & annulus relinquendi.

137 ¶ Decimonono,non longè hinc quoque distat,quòd seniori ex liberis debet pater clauem &
annulum custodiæ causa tradere,per text.qui id morientē quempiam fecisse refert,in l.cùm
pater §.pater pluribus.ff.de leg.2.quem ad hoc ponderát Bar.& Ang.ibi.& Bald.in d.l.pro-
curator & ibi quoque Alex.Soci.Fran.Purpu.C.de eden.& idem Bal.in tract.schismatis,qué
posuit super rub.C.si quis aliq.test.prohi.col.9.& in c.si duo fratres,in vltimis verbis,secun-
dùm aliquas lect.tit.de frat.de no.ben.inue.Per ipsius Bal.frater loquens de sigillo,in tract.
de duobus fratribus,in 21.q.11.partis.Ro.in rep.d.l.si verò.§.de viro,in 53.falle.ver.tertiò pro-
batur.ff.sol.mat.Alex.cōsi.4.ponderatis verbis testamenti,col.2.li.4.Barb.d.consi.23.col.pe.
lib.1.vbi ad hoc dicit illum tex.elegantem,& d.consi.20.col.3.lib.2.& inter consi.Fran.Curtij
senioris,consi.67.quo loco nuperrimè citauimus.Cepo.in d.trac.in 19.& iterum in 24.priuilegio
antiquitatis.Iaf.in d.l.cùm quid,in 2.lectu.col.vlt.ff.si cer.pet.& d.consi.192.col.2.vers.item
claues,& seq.li.2.& Philip.Dec.consi.453.in casu ad me,col.4.versi.& ista cōclusio.& Caro.
Rui.consi.19.in hac controuersia,col.3.nu.8.lib.1.& Ferdi.Loaz.in repe.rub.de iust.& iur.col.
9.nu.80.Tamen Guil.Laud.Imo.& Card.in Cle.1.§.sanè,dicunt per eum text.quòd si sunt
plures domini vnius castri,tot debent fieri claues,quot sunt domini.

Insignia domus.

¶ Vicesimo,huic finitimum est,quòd insignia domus,quæ vulgò arma vocamus,vt alibi di-
138 ximus,debent remanere apud primogenitum,vt scribit Guil.Monferratus non indoctus iu-
rium interpres,in tracta.de successione Regum,tum in 1.q.char.3.tum in 3.q.etiam char.3.al-
legans in id quod pulchrè scribit Bal.in l.vlt.in fin.C.pro socio.quòd arma nobilium rema-
nent apud principalem domus,quia in ipso tanquam in capite stat splendor genituræ,argu.
l.cùm in diuersis.ff.de relig.& sump.fune.& l.cùm scimus. C.de agri.& censi.libr.11. Et hoc
iure in Gallia vtimur,vt soli primogeniti insignia plana atq; simplicia deferant.Cæteri verò
aliquid admisceant quò discrimen appareat.

Filia senior debet prior maritari.

¶ Vicesimoprimo,ex filiabus quæ ætate est grandior,ea veluti iure quodam primigeniorum
139 prior nuptui est collocanda.tex.est in §.item si quis promitteret,ibi,puta lege primogenitatú.
29.q.1.vbi gl.dicit & hanc fuisse consuetudinem,vt maxima filiarum primò nuptui tradere-
tur.Et hoc quidem depromptum est ex eo,quod scribitur Gene.29.in hæc verba,Non est in
loco nostro consuetudinis,vt minores antè tradamus ad nuptias.Ita enim Laban sese excusa-
uit Iacob,qui se delusum conquerebatur,quod loco Rachel iunioris,sibi Liam illius sororé
natu maiorem pro vxore supposuisset.Eámque excusationem Iacob boni consuluit,vt illic
videre licet.Et bene etiam facit tex.in l.Theopompus.ff.de dot.præle.

¶ Et id quidem satis accommodarè poteris addere ad rationes Ro.consi.408.incip.in propo-
140 sita quæstione,vbi consuluit legatum relictum pro prima filia nubenda intelligi de maiori
natu,non de iuniore,quæ prior nupsit.Et eum sequitur Fran.Curt.iunior in tract.feud.in 2.
parte,char.3.ver.18.Quanquam in eadem specie in qua consuluerat Ro.& inter easdé partes
contrariú consuluit Imo.cons.113.in causa quæ vertitur,& versa inter Antoniú:sed id quidé
aliis rationibus priuatim casum tangétibus,quæ hanc nostrá non impugnant,vt ibi videre
licet.Ego autē,cùm inter liberos duarum sororum contenderetur,vtri essent ex primogenita,
nec id aliter appareret propter temporis antiquitatem:essent tamen instruméta matrimonio-
rum illarum:super hoc consultus respondi,illá primogenitá fuisse videri indubio,quæ prior
nuptui

nuptui data fuerat à parentibus, cùm id fieri soleat & debeat. An autem dominus possit suis subditis, & vasallis collectã imponere pro maritãda primogenita filia, dicemus infrà in 69. q.

141 ¶ Vicesimosecundo, senioribus conceditur potestas corrigendorum plectendorûmque suorũ propinquorum, per tex. in l. 1. C. de emend. propin. & ibi Doct. inter quos no. Bal. quòd senior inueniens iuniorem coniunctum ludeotem, cum potest castigare, nec ex eo poterit accusari, aut puniri: Idem quoque in fratre seniore corrigente iuniorem, quia eadem est ratio. quod dictum sequitur Io. Ana. in c. 1. col. 5. de cleri. percus. & D. Ciriacus in tracta. primogenitura, lib. 2. q. 2. in 20. prærogatiua. Sed & ex eo text. no. gl. in l. nullus videtur, in princ. ff. de reg. iur. quòd si senex quispiam teatum sui consanguinei iunioris corrigat, videtur non id dolo facere sed ex pietate potius. Dicit quoque nota. per illum text. Bart. in tract. de tyrannide, col. 2. vers. quartò quæro, quòd maior siue antiquior domus habet quodammodo iurisdictioné in vxores, liberos, fratres, fratrum filios, seruos, & alios familiares. *Seniores ius habent corrigendorũ propinquorum.*

142 ¶ In quam sententiam Phocylides ille Milesius,

Ἤν δέ τι παῖς ἀλίθῃ, κολαζέτω ἥδε μήτηρ,
Ἢ καὶ πρεσβύτατοι φρενῶν, ἢ δημογέροντες. Id est,
Si verò quid puer peccet, coerceat filium mater,
Aut valde senes generis, aut populi seniores.

Sed & hoc generaliter etiam in non coniunctis voluit Angel. consi. 397. incip. quidam puer. ad fin. & sequitur Aymo Cravetta consil. 151. neminem existimare velim, col. 4. nu. 17. Quod & ex Lycorgi legibus erat. Nam qui se præsente peccantem iuniorem nõ reprehendisset, perinde ac si peccasset, ipse plectebatur: & qui obiurgati molestè tulisset, magna ignominia afficiebatur. autor Plutarchus in Lycurgo, & in apopht. Laconicis, vbi & illud posteà subdit ꝙ puer ab seniore aliquo castigatus, si apud patré questus fuisset, patri ipsi turpe erat posteaquã audiuisset, nisi & ipse rursus alias castigationes addidisset. Plato in suis legib⁹, li. 9. Decet ait, iuuené à seniore verberatum, id ob senectutis reuerentiam patienter ferre. Sed & antè scilicet li. 3. eiusdé operis, inter rationes imperãdi hanc tertiã ponit, vt iunioribus senes imperét.

143 ¶ Ex hac autem potestate seniorum in iuniores proficisci videtur, quod eleganter consuluit Fran. Are. consil. 24. incip. quatuor dubia, col. 2. versic. & circa primum, ꝙ vir metus reuerentialis præsumitur in filio aut vxore erga patrem, aut maritum, iuxta no. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum act. non dat. Ita quoque in fratre, aut sorore iuniore erga fratrem seniorem, cum quo habitat, & à quo gubernatur. Et sequitur Claudius Sey. in repet. l. vt vim. col. 15 in paruis, versi. & illud quod dicitur de patre. ff. de iure nat. gen. & ciuil. & Caro. Rui. cõsi. 98. visa renũtiatione, col. antep. nu. 24. li. 1. & cõs. 170. de tribus, col. 5. nu. 16. eod. lib. 1. vbi & idem dicit fuisse cõsultum à Ioann. Baptist. Cacia. & idem Rui. cons. 6. de re quidé ardua, col. 6. nu. 18. li. 3. vbi & idem dicit consuluisse Soci. & Docto. Senen. & Perusi. iterúmq; consi. 140. circa casum, col. 5. nu. 10. eod. lib. 3. Ad quod etiam optimè facit quod ex Bart. in tract. de tyran. diximus versi. ab hinc 2. Et quod in hanc sententiam Iris Homerica lib. Iliad. 15. Neptunum alloquens, dicit illum parere debere Ioui fratri seniori iubenti, & minitanti ei, nisi pareret. *Metus reuerentialis fratris iunioris erga seniorem.*

Ἠπείλει καὶ κεῖνος ἐναντίβιον πολεμίζων.
Ἐνθάδ' ἐλεύσεσθαι, σὲ δ' ὑπεξαλέασθαι ἄνωγε
Χεῖρας, ἐπεί σέο φησὶ βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι,
Καὶ γενεῇ πρότερος.

Et apud eundem lib. 13. eiusdem operis, ipse Neptunus ipsum Iouem reueretur, neque audet illi palam obsistere, quoniam esset maior natu, vt & alibi annotauimus.

144 ¶ Quod & ex eo confirmari potest, quod 1. Reg. c. 20. Ionathas excusat Dauidem apud Saulé Regem patrem, quòd non venisset, ob id quod vnus ex fratribus eius (is autem erat omnium minimus natu) eum accersiuerat ad solenne sacrificium Bethleem suæ ciuitatis, veluti illi maiori natu parere necesse habuisset. Quem locum audiui ad hoc scienter expendi à D. Adriano Dudracio Consiliario curiæ Parisiensis meritissimo, intimóque amico nostro, cum sententiam diceret doctissimè & elegantissimè, vt semper solet.

145 ¶ Tantùm autem abest, vt iunior debeat senioré plectere, si errauerit, vt nec increpare quidé illum debeat: sed modestè benignéq; admonere erroris. Nam Philippus Macedo apud Plutarchum, Alexandrum filium obiurgat, quòd natu maiores increparet. Et D. Paulus 1. ad Timoth. 5. Seniorem (inquit) ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. quod & repetitur in c. Paulus dicit, 2. q. 8. vbi tamen hoc ita intelligitur, cùm culpa senioris suo exemplo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem senior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districta increpatione feriendus est. Nam scriptum est Esaiæ 42. c. Laqueos iuuenum omnes vos. Et rursus, c. 66. Maledictus puer centum annorum. Ideo Daniel acriter increpat illos senes qui in Susannam falsum dixerant testimonium, eos inueteratos dierum malorũ appellãs vt legitur Daniel. 13. Christus quoq; seuerè à se reiicit seniores illos, interrogantes in qua potestate hæc facis, vt legitur Matt. 21. & Marc. 11. & Lucæ 20. Legimus auté filiũ patré correxisse in l. 3. §. si quis quasi statu li. ff. de cõd. ob cau. vt ex hoc quoq; intelligas nõ esse relinquẽdos seniores *Iunior ne seniorem increpet.*

niores in suis erroribus. Propterea & Aristo à veterũ opinione discessit in l.1.§.si vsusfruct.ff. ad l.Falci.Nõ enim omnia concedẽda sunt antiquitati, vt scribit Cicero li.4.Rhetoricæ nouę. Hãc autẽ seniorũ repræhensionem fieri vult cũ quadã reuerẽtia Host.in c.1.§.verũ vnctionis sacramentũ, extrà de sacra vn.arg.l.semper.ff.de iur.immu.Sed & ad hoc est optimus text. in c.neque ibi.salua bonorificentia.9.dist.vide quæ suprà in 2.priuil.antiq.diximus.

Seniorum consensus adhibẽdus vbi consensus aliorũ requiritur.

146 ¶ Vicesimotertio, vbi aliquorum consensus requiritur, antiquorũ potissimùm adhiberi debet per text.in c.factus, ibi, de sacerdotum antiquorum consensu.7.qu.1. Propterea Flori.in l.vlt. per illum text.ff.de fide instru.dicit quòd stante statuto, quòd mulier vel minor non possit contrahere sine consensu consanguineorum, huiusmodi statutũ debet intelligi, vt præferantur seniores consanguinei iunioribus. Et sequitur Ias.in d.l.cum quid, in 2.le.ff.si cer.pet.& d. con.192.col.2.versi.item stante statuto, li.2.neuter tamen eorum meminit illius text. in dicto cap.factus, qui ad hoc est expressus. Et adde quoque text.in l.j in verbo, & in consensu.C.de Præpo.sac.cub.libr.12.nisi illic sit mendum, vt videlicet pro consensu sit scribendum, consessu, quod magis puto.

Seniores in distribuẽdis eleemosynis præferendi.

147 ¶ Vigesimoquarto, in eleemosynis dandis & distribuendis præferuntur seniores iunioribus, per c.considerãda est, ibi, vt senibus plus largiaris.86.distinctio.& not.Archi.in cap. domino sancto.50.dist.& in c.tanta.86.dist. Iac.Bel.in c.ordinationem, in auth.de monach. & Lucas Pen.in l.vlt.col.1.C.de tyro.lib.12.& Cepola in 5.priuilegio antiquitatis. Cardi.Alexandr. in c.de quibus, col.1.21. dist.

Seniores testes præferendi.

148 ¶ Vigesimoquinto, testes seniores iunioribus præferuntur, per text.in c.quotiens, & ibi Pano. in 3.no.& in c.licèt ex quadam, ibi, antiquioribus quidem suis, & ibi quoque gl.in verbo, personæ, & Imo col.2.extrà de testib.& c.cùm in tus, ibi, qui antiquiores tempore, eo.tit.& in c. si quid verò.86.dist.& in c.1.35.q.6.& voluit gl.omnibus nota in d.l.cùm quid, & ibi Cy.Bar. Bal.Angel.Pau.Ca.Ales.Frã.Are.& alij recentiores.ff.si cer.pet.& Archi.in d.c.domino sancto.50.di.& in d.c.tanta.86.di.Specul.tit.de teste.§.postquam, vers.porrò Bal.in d.l.vlt.ff. de fide.instr.& in l.in albo.C.de Decuri.li.10.& in c.1.de maio.& obed.& con.420.verba principis, col.2.lib.1.& Luc.Pen.in l.decurio, col.1.C.de decur.libr.10.& in l.vlti.col.3.C. de tyro. lib.12.Rom.in repe.d.l.si. verò.§.de viro, in 53.fal.ff.sol.mat. vbi per hoc dicit sing.quòd licèt in pari numero testium sit pro reo ferenda sententia, fallit tamen si seniores sint pro actore. Alex.con.236. perspectis attestationibus, col.j.in fin.lib.6.& con.127.viso processu, col.vlt.li. 7. Cepola con.21.ego Barth.Cepola, col.4.Barb.qui d.glos.in d.l.cum quid, ad hoc dicit valde sing.d.con.23.col.pen.libr.1.& rursum d.con.20.col.3.libr.2.& rursum cons.64.incip.illud medium, colũ.9.versic. vigesimus secundus, libr.3.Et Franc.Cur.Senior in tract.de testi.in 8. conclus.Ias.con.192.exorta est, col.2.vers.itẽ in testimoniis, li.2.vbi id adducit inter prærogatiuas primogenituræ.Philip.Dec.ad idem quoque propositum cons.443.in casu ad me transmisso, col.4.nu.26.Ferdi.Loaz.in d.rub.de iusti.& iure.col.9.nu.Alciat.lib.1.de verbo.signi. char.12.Quibus accedit illud Danielis 13.Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus, id est, quoniam erant senes, & iudices.

Præterquã in testimonio visus.

149 ¶ Sed hoc multis modis intelligendum est. neque enim id omittendum ducimus. Primò vt non procedat in testimonio visus, in quo magis est credendum iuueni, quàm seni, secundùm Specul.d.tit.de teste.§.nunc tractandum est, vers. hoc quoque notandum.& sequitur Feli. in d.c.quoties, in 3.no.de testib.quoniam senium oculos hebetet, testimonio Aristotelis lib.1. de anima, & sacrarum literarum Genes.27.in prin.vbi scribitur, Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat. Et 1.Regum.4.Hali autem erat 98.annorum.& oculi eius caliganerãt, & videre non poterat. Et 3.Regum 14.At ille videre nõ poterat, quia caligauerant eius oculi præ senectute. Et id certè omnibus compertum est, vt id propterea intelligas quod suprà dictum est, cùm senes deponunt de visu suæ ætatis, non etiam si de visu florẽtis ætatis, qua is sensus erat integerrimus.pro quo vide quæ dicam in seq.limitatione.

Quid autẽ in actu recenti.

150 ¶ Intellige igitur secundo procedere, vt senioribus magis credatur in antiquis: secus in actu recenti, vt no.limitat Pan.in d.c.quoties, in 3.not.de testib.Nã iuuenes (inquit) habent sensus acutiores & velociores ad capiẽdum. Cui adde quod dicit gl.authoritate Prisciani in l.gallus, in prin.in verbo, si filius.ff.de libe.& postb.quod quantò sumus iuniores, tanto sumus perspicaciores. Subdit tamen Pan.hoc relinquendũ arbitrio iudicis, qui ex variis circunstãtiis alios aliis præferret, argu.c.in nostra, eo.tit.& l.3.ff.eo.quoque tit.Cui adde quod tradit Bald.con. 445.qualiter probentur, col.1.lib.5.quod in probandis finibus seniores sint testes credibiliores, vbi de rerum memoria agitur.l.1.in fi.ff.de aqua plu.arc.& l.si arbiter.ff.de probat.Sed & is in d.c.quoties, non not.simpliciter testibus senioribus esse magis credendum, sed cùm illa adiectione, in factis antiquis, quod & idem dicit ipse Bald.in ca.literas, versic. item dic quod in facto, de testib.

Quid si iuniores dignitate excellant.

151 ¶ Intellige tertio, vt procedat nisi testes iuniores excellerent dignitate, siue authoritate. Nã tum eis magis crederetur, quàm senioribus. vt voluerunt ipse Guil.Cu.Pau.Ca.& Alex. in d.l.cùm quid, per text.in §.vltim.in Auth.de mona.Et hoc quidem generale in omnibus

casibus, in quibus reperimus seniores cæteris præferri, vt semper intelligatur, nisi authoritate aut dignitate iuniores excellant, vt scilicet dignitas antiquitati præferatur, per text. in c. statuimus, & ibi Henri. de maio. & obe. & voluit gl. in §. Isidorus. 16. di. & in c. vlt. seq. dist. & glo. in c. vlti. in verbo, antiquiores. de consue. lib. 6. & Inno, & Hosti. in c. 1. eo. tit. per quędam iura quæ ibi allegat. Archi. post Gos. Lau. & Hug. in c. quoniam 16. di. Idem Arch. in c. vlt. 75. dist. Ro. in repe. d. §. de viro, in 53. fal. Fely. qui alios citat, in rub. de maio. & obed. col. 1. Tu tamē in hoc vide quæ dixi in simili, suprà nume. 124. sed & hoc secundò, & 3. sequ. & etiam in tracta. Nobilitatis, c. 20. nu. 174. instrumenta communia: & nu. 188. verùm non adeò.

152 ¶ Intellige quartò, vt procedat, nisi etiam iuniores vincant virtutibus, vt voluerunt Bal. Rom. Alex. in d. l. cùm quid, per d. §. vlt. de mona. ex quo no. Bal. mores præferri ætati, vti etiam ibi no. Iac. Bel. sed & ex illo text. no. Bald. in c. quoniā cōtra falsam, col. 9. vers. quid si iudex, extrà de probat. quòd virtus & bona fama præfertur ætati & dignitati. de quo etiam est bonus text. in l. vnicuique, & ibi no. Bart. C. de prox. sacr. scri. lib. 12. Hincq; dicit glo. in c. 1. 16. di. ꝙ melior est præferendus antiquiori, per multa iura quæ illic allegat. & idem voluit gl. in c. episcoporū 74. di. Inno. & Hosti. in c. 1. de maio. & obed. Henri. in c. statuimus, eo. tit. Rom. in repe. d. §. de viro, in 53. fal. ver. quartò probatur, & iterū versi. 11. defertur. Licet glo. videatur voluisse contrarium in c. vlt. 75. di. vide quæ dicam infrà in 33. priuilegio. vers. intellige secundò.

Quid si iuniores virtutibus excellant.

153 ¶ Tamen & vigesimosexto, pro senioribus semper præsumitur, vt videlicet virtutibus bonisque moribus vincant iuniores, per tex. in l. si vt certam. §. custodiam, & ibi gl. in verbo, est cōmendatius. ff. commo. & in §. cogitandum, in Auth. de mona. & in c. nisi cum pridem, vers. alia verò causa, ibi, moralis verò maturitas in senibus esse solet, & ibi Bal. de renun. & in c. cum in iuuentute, & ibi glo. in verbo, ad senilem, Host. & alij de præsum. & in c. fraternitatis. 34. di. & in c. diffinimus, in verbo, cum quadam vetula, & ibi Arch. 18. q. 2. Et voluit idē Arch. in d. c. domino sancto. 50. di. Hieronymus ad Rusticum, Non est (inquit) facilè malum de perfecta ætate credendum, quam præterita vita defendit, & honorat vocabulum dignitatis. quem citat Io. And. in d. c. cum in iuuentute. Cæterùm vsque adeò præsumuntur senes iuuenibus præstare bonis moribus, vt contrarium probari non possit, nisi per 15. testes. per tex. no. in l. vnicuiq;. C. de proxi. sacro. scrin. quem ad hoc dicit sing. Ro. in d. §. de viro fal. 53. vers. quarto probatur, in fi. & post eum Alex. in d. l. cùm quid, col. 2. ff. si cert. pet. & Fely. in rub. extra de maio. & obe. col. 1. in fi.

Seniores virtutibus præsumūtur excellere.

154 ¶ Nonnunquā tamē reperiuntur flagitiosissimi quidā senes, vt apertè probatur in c. tanta. 86 di. cuius initium est huiusmodi, Tanta nequitia ad aures nostras de senectute tua peruenit, vt &c. Et paulo post, Hortamur vt aliquādo resipiscas. miser senex, atq; à tanta leuitate morū & operum peruersitate compescere, & no. glo. in d. c. cùm in iuuētute, de præsump. & ibi post eū Host. & Io. And. qui & illud dicunt, ꝙ sæpe mentiuntur seniores. per c. vnicū, in fi. de sacra vnct. vbi est tex. optimus & expressus in verbo, sicut antiqui mentiuntur, quē & optimè ponderauit Host. ibi. & hoc probatur testimonio Danielis cap. 13. Cuius auctoritate scribit Lucas Pen. in l. j. col. 1. in verbo, prior. C. de Consul. lib. 12. quòd iniqui esse possunt senes.

Licèt nonnunquam aliter contingat.

155 ¶ Vigesimoseptimo, simile est quòd vbi necesse est peritos quosdam in arte rem quampiam attestari & ipsi de ea re non conueniant, videlicet an vulnus sit letale, & alia huiusmodi, in dubio senioribus peritis magis credendum est. Ita notabiliter recentérque voluit Andreas Alciā. vnus è multis legum interpretibus, quem antiquioribus Iurisconsultis iure quis annumerauerit, in l. 1. §. vlti. colum. 10. versi. sed consequenter quæritur. ff. de verbo. oblig. arg. no. in d. l. cùm quid. ff. si cer. pe. & in c. clerici. de iudi.

Senioribus peritis magis credendum.

156 ¶ Vigesimooctauo, non solùm in iis quæ diximus, sed & in electionibus, & aliis quoque rebus seniorum voces sunt aliis anteponēdæ, per text. in c. dudum ad audientiam, ibi, qui alios dignitate, ætate, & tempore præcedebant, & ibi Panor. in 4. & 5. no de elec. & voluit idem Panorm. in c. ecclesia. le 2. col. 7. vers. in glos fi. eo. tit. Iaso. d. con. 192. exorta est, col. j. vers. item in electionibus, li. 2. & Philip. Deci. in c. cùm omnes, in 2. lec. col. pe. de constit. Et ita intelligi potest quod dicit Io. Plat. Post And. Baru. in l. j. in fi. de Consuli. ꝙ antiquiores præferuntur in vocibus. Tamen Bal. in d. c. cùm omnes, col. 3. vers. ibi, iuniores, extrà de constit. dicit per illū tex. quòd non debet fieri differentia inter senem & iuuenem paria iura habentes: subdítque id esse argumento, quòd tantum valet vox iuuenis, quantum vox senis, etiam inter Cardinales: quod tamē falsum esse deprehenditur ex suprà dictis. Licèt sint qui Bal. sequantur, videlicet Barb. in d. c. cùm omnes. & ibi quoque Philip. Deci. in 2. lec. num. 5.

Seniorum voces in electionibus & aliàs praferenda.

157 ¶ Vigesimonono, cùm ferè testimonia & accusationes æquo iure censeantur. propterea etiam in instituendis accusationibus, vbi scilicet plures eundem accusare volunt, senior anteponēdus est cæteris, per tex. in l. si plures, in verbo, vel ætate. ff. de accusat. quem ad hoc no. Cepola. in d. tract. de imper. milit. delig. in 26. priuilegio antiquitatis. Et est etiam optimus text. quem is non allegat in l. vlt. §. si plures. ff. de collu. dete.

Seniores in accusationibus praferendi.

158 ¶ Trigesimo, non solùm in testimoniis, & accusationibus, sed aliàs semper in veritatis inquisitione senes præferuntur iunioribus, per text. in capit. si quid verò. 86. dist. in illis verbis,

Et in inquisitione veritatis.

præsenti

presentibus ecclesiæ ruæ senioribus diligenter veritas est perscrutanda. Et voluit Arcbi. in c. tanta.86.di.& Cepola in d. tract.col.2.vet.2. Id quod bifariam potest intelligi, aut quod seniores cautiùs veritatem rei inuestigant, ideóque in eam rem sunt adhibendi: aut quòd etiam fideliùs veritatem ipsam si resciuerint, patefaciant. ideóque ab his ea est inuestiganda.

Et in libris corrigẽdis.

159 ¶ Trigesimoprimo, in libris corrigendis præferũtur seniores, text. in c. vt veterũ.9. di. per quẽ ita voluit Arch. in d.c. domino sancto.50.dist.& Rom. in repe. d. §. de viro in 53.fal.vers.14.& Barb.d.con.23.col.vlt.li.1.& Cepol. in d.tract. in 4. priuilegio antiquit.

Seniores mitiùs puniendi.

160 ¶ Trigesimosecundo, mitiùs puniũtur leuiores in eodem genere delicti, per text. in le.2. ff. de termi.mo.& l.si quis in graui.§.ignoscitur.ff.de SC.Sylla.& l.fere in omnibus,& ibi glo. ff. de reg.iu.& d.c.tanta, vbi no.Archi.86.di.&c.tanta.1.q.7.& c.tẽpora.26.q.7.& no.gl. & doc. in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa.& in l.& si seuerior C.eo tit.gl.in c.pœnitentes.50.dis.Alb.Gand.in tracta.malefi.tit.de pœnis, colum.15.versi.item in sene.Bal.in c.1.de maio.& obe.Ro.in repe.l.si verò.§.de viro, in 53.fal.ff.sol.mat.lo.Plat.in l.vlt.C.qui ætate excu.lib.10. Et propterea dicit glo.in cle.1.in verbo, necessitate,& ibi Panor.de priui.l.quòd senectus est causa probabilis dispensandi cum aliquo super pœna delicti.

Ad idem ex Platone

161 ¶ Id quod etiam sanxit Plato suis legibus cùm alicubi scribit satis esse, si quid senex deliquerit vt damnum quod intulit simplex restituat, cætera illi remittantur. Sed & li.9. Senibus (inquit) peccantibus legislator leges præscribet, sed mitissimas omnium, plurimáque venia,& indulgentia dignas. Ex quo illud Claudiani de victoria Stiliconis,

Si non mentis inops, fraudatáque sensibus ætas
Praberet veniam, nunquam hac opprobria lingua
Turpia, Dannubius me sospite ferret inultus.

Diuus autem Benedictus in Regula monachorum c.37. tradit naturam ipsam quodã modo trahi ad senum misericordiam. Ideo statuit vt nullatenus illis districtio regulæ teneatur.

A iunioribus incipiẽda est quæstio.

162 ¶ Trigesimotertio, illi proximè accedit, quòd si plures eiusdem facinoris sint suspecti, incipiẽda est quæstio à iunioribus, quò te ex illis comperta cæteri seniores à quæstione vindicentur. l. vnius facinoris, in prin.ff.de quæstio. Et hoc certè inter priuilegia antiquitatis reponit Ro.in d.§.de viro, in d.53.fal.post prin. Verùm hoc non tam in fauorem senum statuitur, quàm quod faciliùs veritas à iunioribus sciri potest, cùm aliàs ab eo sit incipiendum, à quo facillimè verũ scire iudex crediderit, vt ibi satis declaratur.& in l.1.§.1.ff.eo.tit.& no.Dy.in tract.de qu. vers. quo ordine. Guido Suza.in eo.tract.col.4.versi.eiusdem initij. Albert.Gandi.in tract.maleficiorum, in rubr.de quæstio.& tormen.col.2.vers.nunc videndum est. Angel.in simili tract.in verbo, fama publica, col.24.vers.nunc videamus de tortura.

Seniores in regimine hospitalis præferendi.

163 ¶ Trigesimoquarto, quod pulchrè consuluit Bal.cons.165.cuius caput est.ordinatio testamẽti, in fin.li.4. Super iure patronatus & regimine cuiusdam hospitalis. nam testator qui illud construi mandarat, de patronatu & regimine ipsius quædam statuerat, ex quibus dubium orium erat, vter ex duobus id ius obtineret. concludit Bal.pro idoneiore. Et in dubio, inquit, senior ex duobus istis præferetur,& mas fœminæ, per d.l.vlt.ff.de fide instr.& no.per Inno.in c.1.de maio.& obedi.

Senex imperat. dux exercitus potius eligendus.

164 ¶ Trigesimoquinto, Imperatorem ducémve exercitus senẽ esse oportere dicebat L.Paulus, vt à Iulio Frontino scriptum est lib. Stratagematum postremo.c.item postremo, circa initium. Id quod & è nostris astruit multísq; comprobat Cæpola Vero.in d.tract.de imperatore militum deligendo, quo loco suprà sæpius citauimus. Nam & Aristoteles lib. primo Ethicorum. Nemo, inquit, eligit iuuenes duces. quod & ex eo reassumit Ioan.Andr.in c.indecorum, extrà de ætate & quali.ordi.Bal.in c.adhæc, quod est primum, col.3. ibi congrua, extrà, de postul. prælat. Iustinus autem li.11.scribit in exercitu Alexandri Magni neminem ordines, nisi sexagenarium duxisse. Quò etiam spectat illud Silij Italici haud multò post prin.li.15.dum tractaret Senatus de mittendo duce in Carthaginem,

Nec promptum teneris immania bella lacertis
Moliri, regiménque rudi deposcere in æuo.

Seniores in honoribus & dignitatibus præferendi.

165 ¶ Trigesimosexto, in cæteris quoque honoribus, officiis, dignitatibus secularibus, vt nostri appellant, præferuntur seniores, l.& qui originem.§.præses, ibi, secundũ ætates & dignitates ff.de muneri.& hono.& l.2.ibi.quæ longis prolixísque stipendiis defessa iã sibi pollicetur senectus. C.de Primic.lib.12. & l.sancimus, ibi, cũctis Consulũ honoribus & priuilegiis,& anteriori tẽpore. C.de Consuli.li.12.& voluit gl.& post eam Doc.in d.l.cùm quid.ff.si cer.pet.& gl.in l.vt gradatim, in prin.versi.& si lege.ff.de mun.& hon.& gl.in c.vlt.75.di.

166 ¶ Hincq; illud Ecclesiastes 10.c. Væ tibi terra cuius Rex est puer. quod è nostris citat Bal.qui id trahit ad primogenitorum prærogatiuã in l.cum antiquioribus, col.pe.versi.10. C. de iure delibe.& Saly.in l.per hanc. in prin. in 1.not. C.de tempo.appel. Et alibi minatur Dominus noster se daturum Regem puerũ veluti pro malo,& eo quidẽ maximo. Dabo (inquit Esaiæ 3.) pueros reges eorũ. Quibus concinens Falconius Nichomachus in ea oratione quã ad Senatũ habuit apud Flauium Vopiscum in Tacito, Dij, ait, auertant principes pueros. Et paulo antè,

cùm

cùm Senatus Tacitum ipsum imperatorem delegisset, huiusmodi acclamatio in Senatu facta, ac sępius repetita fuit. Quis melius quàm senex imperat? Apud Philostratum in vita Apollonij lib. 5. Vespasianus iam tum annum sextum & quinquagesimum natus, veritus tamē est ne forte iunior quàm deceret imperiū accipere videretur, idq; quātū maxime potest, excusat.

Ad idem exempla.

267 ¶ Cæterùm sunt infinita exempla, quibus clarissime patuit quanta regnis & imperiis incommoda veniant ex iunioribus principibus. Ex quibus vnū aut alterū satis erit prodidisse. vnum scilicet ex sacris historiis. 3. Reg. 12. c. vbi de Roboan Rege admodum iuuene, & qui item iuuenibus maluit credere, quàm senioribus: vnde ex duodecim regni partibus vna tantum salua sibi mansit. de quo & nos diximus suprà nu. 93. scribitur. Iustinus autem lib. 24. tradit Dardaniorū Regē, inclytū illud Macedoniæ Regnū immaturi iuuenis Ptolemæi Regis temeritate breui casurum prędixisse, & id statim euentū comprobasse. Nam & Claudiani ea sentētia est,

Tenero tractari pectore nescit
Publica maiestas.

Leges in eā rem annales Rom.

268 ¶ Et sane Romani ipsi in omni genere vitæ sapientissimi leges annales siue annarias scripserunt, quibus grandiorem ætatem ad Consulatum & cæteros magistratus constituebant, sicuti retulit Tullius in Philip. 5. & Liuius ab vrbe condita lib. 7. vbi differit de Consulatu superioris Africani & Titi Flaminij. & iterum lib. 10. belli Macedonici, vbi tradit rogationem latam ab L. Iulio Trib. Pleb. quot annos nati, quémque magistratum peterēt. vnde cognomentum familiæ vt Annales appellarentur. Latinus Pacatus in Panegyrico ad Theodosium scripto, cuius hæc verba sunt, Cuius quidem rei ita fuit cura maioribus, vt non solum in amplissimis magistratibus adipiscendis, sed in Præturis quoque aut Aedilitatibus capescendis ætas spectata sit petitorum. Nec quisquam tantum valuerit nobilitate, vel gratia, vel pecunia, qui annos Comitiali lege præscriptos festinatis honoribus occuparit. Et Lactantius Firmianus in libro de origine erroris. c. 7. & Iustinus lib. 43. & omnes rerum Romanarum scriptores, & è Poëtis Ouidius lib. 5. Fastorum.

Nec nisi post annos patuit tunc Curia seros.
Nomen & ætatis mite Senatus habet.
Iura dabat populo senior, finitáque certis
Legibus est ætas, vnde petatur honos.

Ex quibus versibus vides huic Senatui nomen inditum, quòd in eum cooptarentur seniores, vt etiam scribit Tullius in lib. de Senectute, Plutarchus in Romulo, Lucius Florus Gestorum Ro. lib. 1. c. itē 1. & è nostris Arch. in c. Senatusconsultū, di. 2. & Alb. in rub. ff. de Senato. Quinetiam legimus apud Plin. lib. 10. Epistolarum, cautum fuisse Pompeia lege, quæ Bithynis data est, ne quis caperet magistratum, néve esset in Senatu minor annorum 30. secutúmque denuo edictū D. Augusti, quo permisit minores magistratus ab annis duobus & viginti capere.

269 ¶ Nec in his tantum superioribus magistratibus leges annales locum habebant, sed & in simplicibus quoque iudicibus, vt videre licet ex eo quod scribit Suetonius in Augusto, c. 32. ipsum Augustum iudices à tricesimo ætatis anno allegisse, id est, vt subdit, quinquennio maturius quàm solebant. vt hinc aperte possis intelligere, non licuisse ante tricesimumquintum annum iudicandi munus gerere. De Quæstura autem est illud eiusdem Suetonij in Caligula c. 1. de Germanico, qui Quæsturam quinquennio ante quàm per leges liceret, gessit.

Apud Athenienses id quoque obseruatū.

270 ¶ Nec Romani tantū senioribus iuniores postponebant in magistratibus: sed & cæteri quoq; populi. Solon Atheniensium legislator lege sanxit, ne quis admodum iuuenis ad magistratum aut consultationes admitteretur, ἂν καὶ ἄριστα δοκῇ φρονεῖν, γνῶ μὴ ἔχειν. quod peræquè sonat ac si dicas, etiamsi maxime existimatissimus habeatur. Id quod Iunci testimonio tradit Stobęus Ser. 112. Et id quoque apud Lacedæmonios fuisse obseruatum, testis est Tullius in eo lib. de Senectute, cū dicit eos, qui amplissimū magistratum gerebant, senes fuisse appellatos. Nā & idem li. 1. de Diuinatione tradit apud eosdē Lacedæ. consiliū publicū Senes appellatos fuisse. Et Plutarchus in vita Cleomenis tradit tempore Lycurgi seniores quosdā Regibus Lacedæmoniorum adhibitos fuisse, atque eo pacto diu Remp. administratam nullo alio magistratu eguisse. Eum autem magistratum siue Senatum γερουσία dicebant à senibus, & γέροντες, qui participes illius forent, quasi Senes vocabant. Hinc γεραίον præmium virtutis quod dabatur illis magistratibus, vt etiam tradit Aristoteles lib. Politicorum 2. c. 7. Sed & γερουσία dicebatur Senaculum, is scilicet locus vbi Senatores ipsi considerent, autore Varrone lib. de lingua Latina 1. Tradit autem Plin. lib. 35. c. 14. Sardibus Regiam domū Crœsi gerusiam factam fuisse.

Et Carthaginenses.

271 ¶ Et vt de cæteris loquar, Carthaginenses quoque Senatum seniores vocabant, vt scribit Liuius belli Macedonici lib. 4. ad fi. vt hinc etiam intelligas non nisi seniores ab illis in eum ordinem fuisse delectos. Nam vt idem paulo ante dixerat, Seniores imperare oportet, iuniores subesse. Sed & qui Taprobanen insulam incolunt, Regem sibi eligunt non nobilitate præstantem, sed spectatum moribus & iam annis grauem, vt scribit Plin. lib. 6. c. 22. & Solinus. c. 66.

Arabes.

Apud Arabes qui in oceano sunt versus meridiem, cuiuslibet cœtus (nam in cœtus ipsi diuiduntur) senior tanquam Rex cui parent omnes, imperat, annis centum quinquaginta actis

seipsum vita & lege priuat. Post eũ senior principatũ accipit, vt autor est Diodotus Siculus ad

Persas.

fi. li. 3. Bibliothecæs. Persas autẽ laudat Xenophon in Pædia Cyri, quod apud eos seniores do-
mi manentes iudicant omnes causas & publicas & priuatas. Quin etiã Hippodamus Eury-
phontis filius, qui Milesiorum legislator fuit, lege statuit, vt prodit Aristoteles lib. Politicorũ
2. c. 6. vnum iudiciariũ forum principale, ad quod omnia quæ male iudicata viderentur, re-
uocarentur. Id' que constituit ex senioribus quibusdã delectis. Sed & lex erat apud Chalcidẽ-
ses, ne minor annis quinquaginta magistratum gereret, vt scribit Heraclides in li. de Politiis.

Hebræos.

172 ¶ Ante omnes Moyses iussu Domini septuaginta viros ex omni populo seniores delegit, qui
secum regerent iudicarẽntque populum, vt scribitur Num. 11. c. Et alibi videmus senioribus
iudicandi iusfuisse Deut. 21. Si genuerit homo filium & contumacem & proteruum, appre-
hendent eum, & ducẽt ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, & cætera quæ sequun
tur. Ex quo forte depromptum est, quod scribitur in l. si qua. C. de Iudæ. causas Iudæorum à
senioribus ipsorum iudicari, atque ita ex eodẽ tex. no. Io. Ana. in c. cum sit, extra eo. tit. & Bar.
cons. 15. clementissimi, col. 2. lib. 1. Quibus consonat quod scriptũ est Dan. 13. Iudæos sibi con-
stituisse duos senes iudices. Et illinc quoque posset videri Plato, qui vt plurimis placuit, sa-
cros Bibliorum libros & maxime Moysis legit, & maiori ex parte sectatus est, scripsisse lib. 3.
de Repub. Non iuuenem, sed senem esse oportet bonum iudicem. Nam & idem lib. 3. de legi-
bus inter rationes imperandi hanc tertiam collocat, vt iunioribus seniores imperent.

In re quoque rustica id obseruãdum.

173 ¶ Quid quòd Varro ille omnium rerum scientissimus & prudentissimus lib. 1. Rei rusticæ c.
20. monuit eos qui præsunt operarijs in villa, oportere esse ætate maiore, quã operarios ipsos.
Facilius enim his quàm iunioribus dicto sunt audientes. Et iterum lib. 2. eiusdem operis c. 17.
præcipit eum magistrum pecoris, cui cæteri pastores subsunt, sumendum esse, qui sit maior
natu, & peritior: quòd iis qui ætate & scientia præstant, animo æquiore reliqui parent.

Quid in muneribus quæ nõ tam animi quã corporis viribus gerũtur.

174 ¶ Hæc tamen intellige primo in officiis & muneribus quæ æquè explicari gerísque per senio
res possunt, atque per iuniores. Nam si quod munus per iuniores commodius idoneiúsque
tractari exercerique potest, quia forte magis constat robore viribúsq; corporis, quàm animi,
certe sunt ad id magis iuniores assumendi, quàm seniores, vt voluerũt Ric. Mal. Sal. & Fran.
Are. in d. l. cum quid. ff. si cert. pet. per tex. in l. cum prætor. §. pe. ff. de iud. & voluit etiã Floria.
in l. vlt. in fi. ff. de fide instr. vbi illud generalius dicit, quod si senex & iuuenis sint eiusdem fi-
dei, probitatis, is præfertur cuius ætas est magis apta & idonea negotio, de quo agitur, per l.
præcipiunt. ff. de ædil. edic. & l. ob carmen. §. vlt. ff. de test. Tullius autem in Catone maiore
tradit legibus vacare senectutem iis muneribus, quæ non possunt sine viribus sustineri.

Quid si iuniores sint idoneiòres.

175 ¶ Intellige secundo, quando vterque & iuuenis & senex est alias æquè dignus. Nam semper
dignior est alteri præferendus, siue iunior siue senior, vt probat tex. in l. honores, & ibi glo. &
Bar. ff. de Decur. & in l. vnicuique. C. de prox. sacr. scrini. lib. 12. ibi, nisi forte ab eo qui tẽpore
vincitur, laborũ cõparatione superetur. & in §. ordinationẽ, & ibi quoq; Bar. & Ang. in Auth.
de monach. & voluit Bar. in l. 2. §. prius, col. 2. ver. circa secundum, & ibi Fran. Aret. & Ias. ff. de
vulg. & pupil. & Alb. in d. l. cum quid, in vlt. char. vers. 10. gl. colligit. & ibi Alex. & Phil. Deci.
ff. si cer. pet. & idem Alb. in l. 2. C. de offi. mag. offi. & in l. 1. C. de offi. præfec. vib. Sal. in l. pro-
uidendum, per illum tex. C. de post. Pan. in c. clerici, col. 2. & ibi Phil. Dec. col. 5. ver. quarto re-
gula procedit, de iud. Cep. in d. trac. de imp. mil. delig. char. 11. vers. sed singulariter. Nam sem-
per dignitates & honores sunt cõferendi dignioribus atque idoneioribus. l. ad subeunda. C.
de Decur. lib. 10. cũ si. Quibus adde quæ diximus in 25. senectutis priuilegio, in 3. & 4. limita.

Quomodo sit illud intelligendũ.

176 ¶ Sed hæc tamen intelligit Franc. Are. in d. c. clerici, in fi. de iud. quando iunior longo inter-
uallo superat seniorem, per l. vnicuique, circa mediũ. C. de prox. sacr. scri. lib. 12. quod & idem
voluit ipse Aret. in d. l. 2. §. prius, & ibi quoque Alex. ff. de vulg. & pupil. per tex. sing. in l. sed &
reprobari. §. amplius. ff. de excus. tut. vbi probatur secundum Bal. ibi, quod propter excellen-
tem scientiam & doctrinam receditur à dispositione legis vel statuti. quem tex. ad hoc anno-
tat Ro. in rep. l. si verò. §. de viro, in 53. fal. ff. sol. mat. & Alex. in d. c. cum quid, & Bar. qui & il-
lum dicit sing. in tract. de præst. Car. in 1. parte q. 10. col. 15. vers. & si quispiam opponat. & Fel.
in rub. extra. de maio. & obed. & Philip. Dec. in d. c. clerici, qui tamen non exigit excellẽtiam,
vt minor præferatur antiquiori in honoribus deferendis, de quibus hic loquimur: sed tantum
in delatis, non quidem vt continuo etiam in his præferatur, sed vt cum eo dispensetur vt ita
fiat. Quoniam non statim est recedendum à statuto vel iure communi propter quancunque
hominis dignitatem, vt no. Bal. in c. 1. in fi. extra, vt lit. non conte.

Multi ante tẽpus legitimũ magistratibus præfecti.
Hieremias
Daniel.
Scipio Africanus.

177 ¶ Illud autẽ non ignotum, multos ante tempus adeo prudentia, virtute, & doctrina excel-
luisse, vt etiam ante tempus honoribus & magistratibus lege vel natura præscriptum, cæteris
multo senioribus antepositi fuerint. Quis enim nescit Hieremiam vel puerum à domino con
stitutum super gentes & regna, vt euelleret, destrueret, disperderet, dissiparet, ædificaret, plã-
taret. Hieremiæ 1. c. Danielem quoque puerum iudicem delectum, Dan. 13. ca. P. Cornelium
Scipionem, cui postea ex virtute Africano cognomẽ fuit, fretum virtutibus suis, quanquam
adolescentem, ante tempus Ædilitatem à populo petere non dubitasse. Cumque Tribunos
plebis

plebis ſibi obſiſtere videret, negantes rationem eius eſſe habendam, quod nondum ad petendum legitima ætas eſſet, dixiſſe, ſe ſatis annorum habere, ſi Quirites habilẽ facere voluerint. Neque enim fiduciã, neq; populũ qui Aedilem illum ob virtutem ſpémque rei bene gerẽdę creauit, fefelliſſe opinionem. Illum enim ita ſe geſsiſſe in Aedilitate, vt Quirites poſtea non pœnituerit tanto fauore ad ferenda ſuffragia in tribus ſuas diſcurriſſe. Cicero 5. Phil. multorum Romanorum, & inter cæteros huius Africani exempla commemorat, qui admodũ adoleſcentes ob magnam virtutis indolem, antequam per leges Annales liceret, adepti ſunt amplißimos magiſtratus, in quibus maximis rebus geſtis populi Ro. imperium auxerunt. Aliorúmque qui in adoleſcentia maximas & ipſi res geſſerunt. Eius hæc verba ſunt de Auguſto, qui primum C. Cæſaris, deinde Auguſti cognomen aſſumpſit, loquẽtis, Quid eſt enim P.C. cur eum non quamprimũ ampliſsimos honores capere cupiamus? Legibus enim Annalibus cum grandiorem ætatem ad Conſulatũ conſtituebant, adoleſcentię temeritatẽ verebãtur. C. Cæſar ineunte ætate docuit ab excellenti eximiáque virtute progreſſum, ætatis exſpectari nõ oportere. Itaque maiores noſtri veteres illi admodum antiqui leges Annales non habebant: quas multis poſt annis attulit ambitio, vt gradus eſſent petitionis inter æquales. Ita ſæpe magna indoles virtutis priuſquam Reip. prodeſſe potuiſſet, extincta fuit. At vero apud antiquos Rulli, Decij, Coruini, multique alij, recentiore autẽ memoria ſuperior Africanus, C. Flaminius admodum adoleſcentes Conſules facti, tantas res geſſerunt, vt populi Ro. imperium auxerint, nomen ornarint. Quid Macedo Alexander, cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nónne tertio & trigeſimo anno mortem obiit? quæ eſt ætas noſtris legibus decem annis minor, quàm Conſularis. Ex quo iudicari poteſt, virtutis eſſe quàm ætatis curſum celeriorem. Et Philippica 10. de eodem loquens. Alter, ait, virtutis robore firmior, quàm ætate, & Philip. 14. An vero quiſquam dubitabit appellare Cæſarem Imperatorem? ætas eius certe ab hac ſententia neminem deterrebit, quandoquidem virtute ſuperauit ætatem. *Auguſtus.*

178 ¶ Cui mire concinit quod de Tiberio ipſius Auguſti poſtea ſucceſſore ſcribit Ouidius lib. 1. *Tiberius.*
de Arte amandi,

Vltor abeſt primiſque ducem profitetur in annis,
Belláque non puero tractat agenda puer.
Parcite natales timidi numerare Deorum,
Cæſaribus virtus contigit ante diem.
Ingenium cœleſte ſuis velocius annis
Surgit, & ignauæ fert mala damna moræ.
Paruus erat, manibúſque ſuis Tirynthius angues
Preſſit, & in cunis iam Ioue dignus erat.
Nunc quoque qui puer es, tantus tum Bacche fuiſti,
Cum timuit Thyrſos India victa tuos.

Ante Ouidium Virgilius de Iulo loquens lib. 9. Aeneidos,

Ante annos animúmque gerens, curámque virilem.

Spartianus autem de Didio Iuliano Imperatore, Quæſtor (ait) ante annum quàm legitima ætas ſinebat, deſignatus eſt. *Iulus.* *Didius Iulianus.*

179 ¶ Et vt de exteris quoque loquar, M. Valerius Coruinus tres & viginti annos natus Conſul creatus maximas res geſsit, vt ſcribit Liuius lib. 7. ab vrbe condita, non ſemel. Germanicus à nemine non laudatus Quæſturam quinquennium antequam per leges liceret, & poſt eam Conſulatum ſtatim geſsit, in quibus magnas mirandáſque res geſsit, vt à Suetonio ſcriptum eſt in Caligula c. 1. Iuſtinus lib. 6. tradit, quòd poſteaquam Athenienſes à ſeruitute dominatúque Lacedæmoniorum ſe vindicarunt, exercitum contraxerunt, eúmque in auxiliũ Bœotiorum per Iphicratem viginti tantum annos natum, ſed magnæ indolis iuuenem duci iubent. Cuius ſupra ætatem virtus admirabilis fuit, nec vnquã ante eum Athenienſes inter tot tantóſque duces, aut ſpei maioris, aut indolis maturioris Imperatorẽ habuerunt. in quo non imperatoriæ tantum, verum etiam oratoriæ artes fuerunt. Tullius Quæſtor decedens de prouincia non dubitauit Celſum adoleſcentem propter eximiam eius indolem, vt veriſimile eſt, in ſuum locum prouinciæ præponere, vt ipſe Tullius ſcribit lib. Epiſt. famil. 2. epiſt. 15. *Valerius Coruinus.*

180 ¶ Sunt & alia id genus infinita exempla, quæ ex hiſtoricis & aliis ſcriptoribus videre licet, id ſatis confirmantia. Plautus ſcripſit in Trinummo: Non ætate, verum ingenio adipiſcitur ſapiẽtia. Et Varro in Aboriginibus apud Nonium Marcellum in verbo, Canitudo, Sed neque vitulus cantherius quàm nouellus melior, nec canitudini comes eſt virtus. Et Quintilianus lib. 2. in prin. Non id eſt æſtimandum cuius quiſque ſit ætatis, ſed quantum in ſtudiis iam effecerit. Cornelius Tacitus lib. 11. Apud maiores virtutis id præmiũ fuerat, cunctíſque ciuium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere Magiſtratus, ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin prima iuuenta Conſulatum ac Dictaturas inirent. Quæ mire congruunt iis quæ ſuprà ex Tullio diximus. D. Hieronymus ad Paulinum, Nolo frater chariſsime annorum æſtimare nos numero, nec canos ſapientiam reputare, Salomone teſtante: Cani hominis prudẽtia eius.

Nam & Moyses 70. presbyteros iubetur eligere, quos ipse sciret esse presbyteros vtique non æuo, sed prudentia iudicandos. Et Daniel adhuc puer longæuos iudicat, atque impudicos senes ætas lasciua condemnat, &c. quod & nos suprà retulimus.

181 ¶ Nec desunt nobis tex. legum id quoque probãtium. Nam in §. plane, in Auth. de monachis, scribitur non omnino esse honorandum tempus. Ex quo no. Accurs. arg. pro nouis Doctor. vt scilicet senioribus minus doctis præferri debeant. Quod & ipsum voluit Saly. in l. prouidendum. C. de postula. Quo in genere etiam est illud vice prouerbij à nostris celebratum, Maliciam siue prudentiam supplere ætatē. primum enim probatur in l. si alterius. C. si mi. se maio. dix. & in c. de illis. le 2. de despon. impub. & in c. 1. §. 1. eo. tit. lib. 6. Secundum in c. vlt. extra eo. tit. Etin id quoque alleg. 1. ff. de decr. ab ord. fac. & in l. omnes. C. de his qui ven. æta. impe. & in l. 1. C. de præp. sacro. scri. lib. 12. & in c. vlt. 77. di. & ibi gl. quæ alios tex. adsert. Et hęc omnia adde bis quæ diximus suprà in 3. priuilegio ætatis, nu. 95. imo vero non debet, & multis seq.

De eadem re.

182 ¶ Tricesimoseptimo, non in dignitatibus tantum & honoribus secularibus, sed & ecclesiasticis quoque & in beneficiis quæ vocant, id est, sacerdotiis & cæteris muneribus quæ ad religionem pertinent, seniores esse præferendos probat tex. in c. cum in cunctis, ibi, ętatis maturitas, de elect. & in c. ecclesia vestra. le 2. ibi, in ætate pati defectum, & ibi, ætatis maturę, eo. quoque tit. & per totum tit. de æta. & qual. ord. & c. episcopi, & ibi gl. & iterum c. quando. 24. di. & c. innouamus. 60. di. & c. miramur, ver. quid est cito, ibi, ante maturitatem ætatis. 61. di. & c. vlt. ibi, maturiores ætate. 74. di. & c. iuuéculas. 20. q. 1. & no. gl. in c. statuimus. 61. di. & in c. obeuntibus, ante fi. gl. magnæ, 63. di. quæ sing. dicit duobus pari numero suffragiorum electis in episcopum, cæteris paribus seniorem esse præferendum, & gl. in c. in verbo, singulorum 85. dist. Inn. & cæteri in d. c. t. de maio. & obed. Arch. in d. c. domino. 50. di. & in c. tanta. 86. di. & in d. c. diffinimus. 18. q. 2. Cy. in d. l. cum quid, in prin. ff. si cer. pe. Bal. con. 167. ordinatio testamenti, in fi. lib. 4. vbi loquitur de administratione hospitalis Bar. cons. 23. scripsit propheta, col. vlt. lib. 1. Car. Alex. in c. de quibus, col. 1. 2t. di. Rochus Curtius in tract. de iure patro. in verbo, honorificum, in 15. quæst. & Fran. Purp. in l. procurator, col. 2. C. de eden. & Card. Iacobatius in tract. de Concilio, lib. 1. vbi de Senibus loquitur. Rochus Curt. in tract. de iure patr. in verbo, honorificum, in 15. q. col. 2. vers. comprobo etiam, & in verbo, ecclesia, in 4. q. in fin. & Cæsar Lamberti in eod. tract. in 13. art. 5. q. prin. 3. partis 2. lib.

Seniores in sacerdotiis præferẽdi.

183 ¶ In quam sententiam D. Hieronymus lib. 1. in Iouinianum, ipsi Iouiniano respondens, qui contra laudem virginitatis obiecerat, ecclesiam non super Ioannem virginem, sed super Petrum vxori mancipatum fuisse fundatam, ita scribit, At dices Super Petrum fundatur ecclesia, licet idipsum alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claues regni cœlorum accipiant, & ex æquo super eos ecclesiæ fortitudo solidetur. Tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio. Sed cur nõ Ioannes electus est virgo? ætati delatum est, quia Petrus senior erat. Hæc ille. Quæ etiam illud admodum confirmat, quod sacerdos Græcè vocatur πρεσβύτερος, presbyter, vt hinc manifesto intelligi debeat, seniores in id muneris præ cęteris assumendos.

184 ¶ Sed & ethnici quoque id obseruarunt, vt his muneribus quę suas ipsorum religiones priuatim tangerent, seniores pręficerent, quod vel hinc percipi potest quod tradit Liuius lib. 9. secũdi belli Punici, Augurem creatum T. Sempronium Gracchum admodum adolescentem, quod tunc (ait) perrarum in mandandis sacerdotiis erat. Nam & Dionysius Halicarnasseus lib. 1. Antiquitatum Ro. id Romulo laudi assignat, quod sacerdotia non venalia nec sorte diuidenda fecit, sed cuiusque curię binos creauit supra annum quinquagesimum natos.

Etiã apud Ethnicos.

185 ¶ Sed id tamen iisdem illis duobus modis intellige quos diximus in muneribus secularibus: Primo si hęc munera sacerdotalia ęquè possunt applicari & sustineri à senioribus, vt à iunioribus. Nam alias iuniores senioribus essent pręferendi, iisdem illis modis & rationibus adductis supra vers. 170. hæc tamen intellige, quæ & hic locum habent. & pręterea tex. in id priuatim apertissimo in d. c. t. ibi, sed ita ætatis senio confectum, & ibi gl. in verbo, senio. 85. di. & in c. petisti. 7. q. 1. & in c. literas, & ibi gl. in verbo, senectutem. & Docto. & iterum in c. nisi. §. alia vero causa, extra de renuncia.

Quid si sacerdotia non æquè possint explicari à senioribus.

186 ¶ Item & secundo intelliges, modo vterque & senex & iuuenis sint æquè idonei ei sacerdotali muneri & officio. Nam aliàs semper dignior præferendus est, etiam si sit iunior, per ea quę diximus suprà cum de secularibus officiis loqueremur nu. 171. intellige secundo. Quibus addes quod scribit D. Chrysostomus in fi. lib. 2. de sacerdotio, de his disserens qui pręcęteris debent in episcopos assumi, asserit in eam rem non oportere prudentiam ętate metiri, neque senem canicie probare: neque iuuenem arcendum ab huiusmodi ministerio, sed neophytum nouiciúmque, maximum autem esse inter vtrunque discrimen. Et rursum in 3. lib. eiusdem operis, Neque vero (inquit) si quis vitę tempus perpetuum in extrema sacrarum functionum classe persistens consumpserit, ac sic demum ad vltimam vsque senectutem peruenerit, hunc protinus propter ętatis reuerentiam ad summum honorem perducemus. Quid enim vetat, quo minus ille idem vel id ętatis natus minus idoneus reperiri adhuc possit? Quod tamẽ sic

Quid si iuniores sint idoneiores.

à me dictum

à me dictum non est, quasi velim caniciem vituperare: verum illud eo nomine dixi, vt ostendam si senectus longæua satis esse posit, vt eum qui episcopatum obtinuerit, munere illo dignum efficiat. Certe vix hoc ipsum, &c. Liuius autem lib. 5. secu odi belli Punici non adeo longe post princ. tradit quòd cum comitia Pontifici Maximo creando essent habita, trésque ingenti certamine peterent: Fuluius Flaccus Consul. qui & ante bis Consul & Cẽsor fuerat, & T. Manlius Torquatus duobus quòque Cõsulatibus & Censura insignis: & Licinius Crassus, qui Aedilitatem Curulem petiturus erat, hic iuuenis senes honoratiósque deuicit.

187 ¶ Trigesimooctauo, antiquiores canonici possunt, si velint (neque enim coguntur) meliores præbendas, cum vacant, suis relictis optare, per tex. in c. cum in tua, quod est vlt. in princ. de consue. lib. 6. & no. Alb. in d. l. cum quid. char. vlt. vers. 10. gl. colligit. ff. si cert. pet. & Cepol. in d. tract. de impe. vers. 23. in materia antiquitatis. Sed aduerte quia d. c. cum in tua, loquitur de consuetudine cuiusdam ecclesiæ, & non de iure communi, vt etiam non prætermitit Cepol. vbi supra. Nec intelligitur de antiquioribus ætate, sed administratione, vt ibi dicit gl. & dicemus plenius infrà, in 60. q. nu. 6. si hanc opi. & seq. *Antiquiores canonici eligunt.*

188 ¶ Trigesimonono, in diuinarum literarum interpretatione antiquiores præferuntur iunioribus, per cap. de quibus, ibi, seniores prouinciæ congregatæ. 20. dist. & c. relatum ibi, non secundum traditionem, princ. 37. dist. & in cap. transferunt, ibi, terminos quos posuerunt patres eorum. 24. quæst. 3. *Seniores in verũ interpretatione preferẽdi.*

189 ¶ Quadragesimo, non in his tantum, sed & aliàs semper antiquorum dicta seruanda sunt. c. ita dominus, in illis verbis: & id quod accepit à veteribus non sequendo 19. dist. vbi & glo. hoc expresse ex eo tex. annotat. Et adstipulatur illud Ecclesiastici ca. 8. Non te prætereat narratio seniorum. ipsi enim didicerunt à patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum. *Antiquorum dicta seruanda.*

190 ¶ Quadragesimoprimo, non modo dicta sed & consuetudinem morémque antiquorum seruandum esse præcepit Imperator in l. testamẽta omnia. C. de test. Cuius hæc verba sunt, Mos nanque retinendus est fidelissimæ vetustatis. quem tex. in id ponderant Pau. Ca. Fran. Are. & Philip. Corn. qui eum tex. ob id dicit esse moralem. Et est etiam bonus tex. qui ad id solet allegari in c. ridiculum. 12. dist. & not. gl. in c. quanto. in verbo, antiquitas, de translat. prælat. & Arch. in d. c. domino sancto. 50. dist. Ro. in d. l. si vero. §. de viro, in 53. ial. ff. sol. mat. & Cepol. in d. tract. vbi supra vers. 7. *Antiquorum cõsuetudo et mos seruandus.*

191 ¶ Quibus concinit illud Ennij,

Moribus antiquis res stat Romana, virísque.

Quod vsurpatum est à Marco Antonino in quadam ipsius epistola à Vulcatio in vita Auidij Cassij relata, atque etiam à Tullio lib. 5. de Repub. vbi dicit eum versum, vel breuitate, vel veritate tanquam ex oraculo sibi quodam effatum videri, vt etiam refert D. Augustinus de ciuitate Dei lib. 2. c. 21. Scio autem, vt id in transcursu dicam, non nihil interesse inter morem & mores, sed ita tamen vt plerunque à doctis confundantur. Igitur huc quoque pertinet illud Plauti in laudem adolescentis in Captiuis, *Mos & mores an differant.*

Ille demum antiquis adolescens est moribus. Illud item eiusdem in Trinummo,

Moribus viuito antiquis. Et iterum in eadem Fabula,

Veteres mores veteris parsimoniæ potius maiori honori

Hic essent, quàm mores mali. Ex quo etiam loco potes intelligere, id verum esse quod nuper diximus de confusione moris & morum. Nam quod hic mores appellat, paulo post & morem dicit. & mores eadem oratione, cum dicit,

Morem maiorum scias, nam nunc mores nihil faciunt, &c.

Sed & huc quoque spectat illud Iuuenalis Sat. 6.

Quidquid & antiquis vxor de moribus illi

Quæritur. Illúdque Ausonij in laudem Mediolani,

Facunda virorum

Ingenia, antiqui mores.

192 ¶ Conuenit item illud Periandri Corinthij, aut vt aliis placet Ambraciotæ,

Τοῖς μὲν νόμοις παλαιοῖς χρῶ, τοῖς δ' ὄψοις προσφάτοις. Id est.

Moribus quidem antiquis vtere, cibis verò recentibus. Cui non dissimile est illud Phauorini apud Gellium lib. Noctium Atticarum 1. c. 10. Viue moribus præteritis, loquere verbis præsentibus. Sed & huc pertinet illud Virgilij lib. 3. Aeneid.

Ecquid in antiquam virtutem.

Atque edictum illud Censorium à Suetonio, si is fuit, asscriptum circa initia de claris Rhetoribus. Quæ præter consuetudinem & morem maiorum fiunt, neque placent, neque recta videntur. Cuius etiam meminit ipse Gellius lib. 15. c. 11. Apud eundem Gellium d. lib. 1. c. 10. laudatur antiquitas his epitheris, quod sit honesta, bona, sobria, modesta. Liuius in sua elegantissima præfatione satis aperte insinuat mores antiquos anteponendos recentibus. Cornelius Tacitus lib. Annalium 17. Piso, inquit, vultu habitúque moris antiqui, & æstimatione recta

ſeuerus. Apud eundem contentio eſt in Dialogo oratorum de antiquitate, quam Meſſala præfert, contradicente Axio: ſed tandem vincit antiquarius. Iſocrates ad regem Nicoclem, In iis inquit, quæ ad Deorum cultum pertinent, ita facito quemadmodum eſt à maioribus præceptum. Nouitatem ſemper horruerunt ſapientes. Hincque etiam illud Terentij in Adelphis. *Homo antiqua virtute ac fide.* Et Virgilij lib. 2. Georg.

Salue magna parens frugum Saturnia tellus,
Magna virum, tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior.

De eadem re ex ſacris ſcriptoribus.

193 ¶ Nec deſunt in eam rem Chriſti Domini noſtri, Diuorúmque teſtimonia. Primum enim Chriſtus Matth. c. 19. ad antiquitatem prouocat, cum iis qui de libello repudij ſciſcitabantur, dixit, Ab initio autem ſic non fuit, aperte indicans antiquiora eſſe meliora. Et D. Ioannes in epiſtola ad Electam c. 1. eodémque vnico. Nõ tanquam mandatum nouum ſcribo tibi, ſed quod habuimus ab initio. Hieremias deplorans ruinam Iudaicæ Reipub. illud in extremo ſeu epilogico verſu à Deo petiuit, vt reditum ad priſtinos mores concederet, dicens, Innoua dies noſtros ſicut ab antiquo. In Amos propheta c. 9. eodémque vltimo legitur, Promiſsio nõ de nouo templo extruendo, aut nouo alióve in loco, ſed de veteri, de collapſo, de diruto reſtituendo ac fulciẽdo. Et illud quoque adiicitur, Et reædificabo ipſum ſicut in diebus antiquis. Cæterum D. Chryſoſtomus, Antiquis (inquit) viris omnis vita operoſa, & viatorum inſtar. Nos omne tempus per negligentiam ducimus.

Senes etiã ruſtici audiendi.

194 ¶ Quadrageſimoſecundo, his optime reſpondet tex. elegans in l. ſi chorus. §. 1. ff. de lega. 3. vbi tradit Celſus, Proculum ſcribere, ſæpe audiuiſſe ſe ruſticos ſenes ita dicentes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe, peculium appellantes quod præſidij cauſa reponeretur. Quem tex. ponderans gl. ad laudem ſenectutis, & poſt eam Hoſt. in c. cum in iuuentute, in prin. de præſum. dicunt ex eo Iuriſperitum ex dictis ſenum ruſticorum fuiſſe argumentatum. Et illum quoque annotat gl. in l. licet ex quadam, in verbo, graues, in fi. de teſtib. & Ro. in d. §. de viro, in 53. fal. Bar b. d. conſ. 23. col. pen. lib. 1. & d. con. 20. col. 3. lib. 2. & Cepola vbi ſuprà, verſ. 25. Bar. autem, ne id omittam, in d. §. 1. eum tex. no. facere pro his, qui volũt probare communem vſum loquendi, vt ſufficiat dicere ſe hoc audiuiſſe à ſenibus.

Seniori vaſalli p omnibus fidelitas facienda.

195 ¶ Quadrageſimotertio, mortuo domino relictis pluribus liberis, debet vaſallus ſeniori pro omnibus fidelitatem facere, vt voluit Bal. in c. præterea ducatus, col. vlt. tit. de prohi. feu. alien. per Fe. arg. d. l. vlt. ff. de fid. inſtr. & not. per Inn. & alios in c. 1. de maio. & obed. & hoc quoque ante Bal. voluerat And. Iſer. ibi, quem ſequitur Mar. Laud. etiam ibi, in fin. primæ col. & hoc quoque ſequitur Ro. in repet. d. §. de viro in 53. fal. verſ. 4. principaliter defertur, & Fel. in d. c. 1. col. vlt. de maio. & obed. & D. Citierus de primogenitura, lib. 2. q. 2. in 16. prærogatiua. De qua re longe latéque diximus in Commentariis noſtrarum Conſuetud. Pictonum, titu. 9. §. item 9 in gloſſ. 2.

Antiquior ex dominis præferendus in ſeruitio vaſalli.

196 ¶ Quadrageſimoquarto, Si plures ſint domini beneficiarij ſeruitio clientis eodem tempore egentes, antiquior eſt præferendus per tex. in c. 1. §. vlt. tit. hic finit lex, & ibi Iac. Bel. Bal. Alua. Mar. Laud. & Car. Alex. & hoc quoque voluit Iac. Ard. in ſumma. tit. qui. mo. feu. amit. & Bal. in l. 1. §. ne autem. col. 4. verſ. habeo duo feuda. C. de cadu. tol. Ro. in d. §. de viro, in 53. fal. verſ. quarto principaliter, Bar b. d. con. 23. col. vlt. lib. 1. & con. 20. col. 3. lib. 2. Cepol. in d. tract. in materia antiquitatis, verſ. 45. Et eſt huius rei euidens ratio, quia cum alias qui prior eſt tempore, is iure quoque potior eſt l. potior. ff. qui pot. in pig. hab. tum maxime in operarum præſtatione locum obtinet, per l. in operis. ff. loca. vbi expreſſe Bald. illud ſcribit quod diximus de vaſallo duorum.

Et ætate ſenior ſi tempore ſunt pares.

197 ¶ Licet id poſſet videri pluribus intelligendum de antiquiori domino, non ætate quidem, ſed feudi conceſsione, quod & ego arbitror. Facit tamen (vt iam ſuprà diximus dicẽdum tamen eſt ſæpius) in argu. quod ſi domini ſint eiuſdem temporis in feudi conceſsione, ſit præferendus is, qui ætate eſt ſenior, vt expreſſe voluit Bal. à nemine hoc loco allegatus in l. 1. in 23. q. ff. de ter. diui. Non quod ille dicat quod neceſſario teneatur vaſallus ſeruire ſeniori alio omiſſo: ſed debet gratificari cui fratrum duorum ſeruire voluerit. verum bene facit ſi gratificetur ſeniori, per d. l. vlt. ff. ſi cer. pet. Ex quo plane conſtat, quod loquitur de pluribus dominis eiuſdem temporis, quo ad feudi conceſsionem. Propterea que intelligit de ſeniori ętate, tum quia loquitur de pluribus fratribus dominis, tum quia allegat d. l. vlt. Et in hac noſtra ſententia eſt D. Citierus, vbi ſuprà in præced. artic. in 19. prærogatiua.

Seniores magiſtri adoleſcentibus præficiendi.

198 ¶ Quadrageſimoquinto, Seniores magiſtros pueris & adoleſcentibus aſciſcere debemus, qui eos literis & moribus inſtruant, iuxta c. omnis ætas. 12. q. 1. cum dicitur, Deputati probatiſsimo ſeniori, quem & magiſtrum doctrinæ & teſtem vitæ habeant, & illum tex. ponderat Archid. in d. c. tanta. 86. diſt. ad hoc vt ſenioribus deferatur in morum & literarum inſtructione. Glo. autem in c. ſic viue. 16. q. 1. dicit arg. illius text. ſeniores magiſtros potius eſſe eligendos. quam ſequitur Iaſ. conſ. 192. exorta, col. 2. verſ. ſeniores, lib. 2.

199 ¶ In quam ſententiam Peleus apud Homer. li. 9. Iliados Achilli filio Phœnicem ſeniorẽ præ-

ceptorem

ceptorem tradit, qui illum dicere & facere doceret. Homeri carmen est huiusmodi, *Phœnix præceptor Achillis.*

Τοὔνεκά με προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα,
Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.
Propterea me præmisit docere hæc omnia,
Verborúmque rhetorem esse, factorémque operum.

Verba sunt eiusdem Phœnicis. Cuius loci autoritate Tullius lib. 3. de Oratore, Iidem (inquit) erant viuendi præceptores, atq; dicendi, vt ille apud Homerum Phœnix qui se à Peleo patre Achilli iuueni comitem esse datum dicit ad bellum, vt illum efficeret oratorem verborum, actorémque rerum. Et Fabius li. 2. Oratoriarum institutionū. c. 3. in fi. eiusdē loci Homerici autoritate monet daudum esse iunioribus præceptorē qui tam eloquentia quàm moribus sit præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere ac facere doceat. Plutarchus autem de educandis liberis de ea re ita scribit, Græcè quidem, sed in hunc sensum: Frugi verò pædagogum talem naturâ esse oportet, qualis Achillis pædagogus Phœnix erat, quē idcirco Peleus, vt est apud Homerum, Achillis curæ præfecisse dicitur, vt ei dicendi pariter ac faciēdi ductor foret ac magister. Xenophon lib. 1. Pędiæ Cyri, laudat Persas, quòd apud eos more gētis præsunt pueris, qui selecti ex senioribus eos videantur reddituri quàm optimos.

200 ¶ Sed vt ad institutum redeamus, non longè ab hoc capite distat illud Tullij à nobis suprà relatum. Est adolescētis maiores natu vereri, ex hísq; eligere optimos & probatissimos, quorū consilio atque autoritate nitatur. Et quod scribit Plin. lib. Epistolarum 8. ad Aristonē, Erat antiquitus institutum vt à maioribus natu, non auribus modò, verūetiam oculis disceremus quæ facienda: mox ipsi & per vices quasdam tradenda iunioribus haberemus. Et post pauca, Suus cuique parens pro magistro, aut cui parens non erat, maximus quisque & vetustissimus pro parente. Et huc quoque referri potest illud Nume. 11. c. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël, quos tu nosti quòd senes populi sint ac magistri.

201 ¶ Et huius ratio duplex ex his, quæ iam dicta sunt, facilè deprehenditur. Prima quę mores, altera quæ doctrinam respicit. Sunt enim senes probatioribus ferè moribus, quàm iuuenes, vt ex supradictis iam liquet. Assumunt autem celerrimè discipuli magistrorum mores, eósque tenacissimè retinēt. Cuius rei exēplū memorabile posteris tribuit Alexāder Macedo, quē vitia quædā quibus à Leonide pædagogo imbutus fuerat, robustū quoq; & maximū Regem ab illa institutione puerili sunt ꝓsecuta, vt autoritate Diogenis Babylonij scriptū reliquit Fabi' li. 1. Oratoriarum institutionū, c. 2. Propterea scriptū est in l. magistros. C. de professo. & med. lib. 10. Magistros studiorū excellere oportet moribus. Et est etiam bonus tex. in l. 1. ibi, si laudabilem in se probis moribus vitam esse monstrauerint. C. de profes. qui in vrb. Cōstan. li. 12. *Ratio prædictorum. Mores à præceptoribus sumuntur. Alexāder quædam vitia sui pædagogi retinuit.*

202 ¶ Quantùm autem ad doctrinam pertinet, satis constat studio & ætate illam comparari. nam senectus, vt ait Hieronymus à nobis supra ad aliā rem citatus, ætate fit doctior. & vt dicit glo. in c. cum ex literis, in verbo, instructus, arg. illius tex. ext. de in integ. restit. non potest quis modico tempore multum addiscere. Et Iuuenalis, Nemo repente fit summus. quod & in Decretis Canonicis reperitur in §. hæc quę de charitate, de pœn. dist. 2. Proptereáq; non debet quis à studiis ante 25. annum auocari, per tex. in l. 1. C. qui ætate vel profes. se exc. libr. 10. quo loco Bar. & Ang. dicunt post eam ætatem non esse idoneos studio, quod & idem voluit per illum tex. Alex. in addi. Bar. in l. 1. C. de dignit. libr. 12. Seneca autem epistol. ad Lucilium 36. scribit quemadmodum omnibus annis studere honestum est: ita non omnibus institui. Turpis & ridicula res est elementarius senex: iuueni parandum, seni vtendum. *Doctrina ætate comparatur.*

203 ¶ Quibus tamen omnino non facilè crediderim, cùm nulla ætas sera sit ad discendū. testimonio D. Augustini, qui in quadam ad Hieronymū epistola, Ad discendum (inquit) quod opus est, nulla mihi ætas sera videri potest, quia etsi senes magis decet docere quam discere, malo tamen discere, quam quid doceam ignorare. Propterea idē Augustinus, quod iam suprà diximus, paratum dicit se iam senem, & multorū annorum ab anniculo edoceri, in c. si habes. 24. q. 3. Nam & idem senex & episcopus ad Græcas literas puero sibi degustatas quidem, sed fastiditas reuersus est, vt & ipse testatur in libris (ni me fallit memoria) Confessionū. Et Pomponius Iurisconsultus in l. apud Iulianum. ff. de fideicom. lib. dicit se iam annos octo & septuaginta natum, discendi tamen cupiditate teneri, recensetque Iuliani dictum, Etsi alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere vellem. Et Decreta Canonica monent Episcopos, ne propter senectutem discere negligant, in c. nullus. 38. dist. *Nulla ætas sera addiscendum.*

204 ¶ Porrò Socrates ætate prouectus primùm dedit operā fidibus tractandis, vt referunt Cicero in Catone, & Quintilianus li. 1. quo loco de Musica disserit, vbi ita inquit, Socrates iam senex institui lyra nō erubescebat: & ante hos Plato, qui in Euthydemo inducit ipsum Socratē hæc loquentem, ἀλλ' ἐγὼ ἓν μόνον φοβοῦμαι, μὴ αὐτὸς ὄνειδος τοῖς ξένοις περιάψω, ὥσπερ κόννῳ τῷ μητροβίῳ τῷ κιθαριστῇ, ὃς ἐμὲ διδάσκει ὅτι καὶ νῦν κιθαρίζειν. ὁρῶντες οὖν οἱ παῖδες οἱ συμφοιτηταί μου, ἐμοῦ τε καταγελῶσι, καὶ τὸν κόννον καλοῦσι γεροντοδιδάσκαλον. Id est, Sed ego hoc vnum vereor, ne his duobus hospitibus sim dedecori, quemadmodum Conno Metrobij filio citharistæ, qui me etiam & nunc citharam pulsare docet. videntes igitur pueri condiscipuli mei, & me rident, & *Socrates senior dedit operā fidibus tractādis.*

Connou vocant ſenum præceptorem. De quo etiam Libanius in epiſtola ad Helpidij ſocios: Neque, inquit, te fugiat, Socratem Dei teſtimonio ſapientem, etiam in ſenio à diſcendo non vacaſſe, cùm ſemper diſcendi tempus eſſe duceret. Propterea & de eo fertur, quòd dicenti cuidam, iam ſenex diſcis, reſpondit κρεῖττον ὀψιμαθῆ εἶναι ἢ ἀμαθῆ. Id eſt, Præſtantiùs ſero doctum eſſe, quàm nunquam doctum.

205 ¶ Socratem Cato ille Cenſorius ſecutus iam ſenex Græcas literas nec erubuit Cẽſor, nec deſperauit ſenex diſcere, vt eſſet documento ea quoque percipi poſſe, quæ ſenes concupiſcunt, vt ſcribit Quintilia. in fi. propè Oratoriarum Inſtit. & meminit etiam Tullius in li. de Senectute non ſemel. & lib. Academicarum quęſtionum 4. & Probus Aemilius in vita ipſius, & D. Hieronymus ad Nepotianum, de vita clericorum, & iterum ad Demetriadem, de virginitate ſeruanda. Origenes quoque iam canus & ſenex ad Hebræas literas ſe cõtulit, autore D. Hieronymo in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum. Sed ipſemet Hieronymus iam cano capite, vt ipſe teſtatur ad Pammachium & Oceanum ſcribens, Alexandriam perrexit Didymum auditurus, à quo quidem quod neſciebat, vt & ipſe ingenuè fatetur, didicit. & quod ſciebat illo docente non perdidit. Sed & vt poſtea ſubdit, cùm putarent homines finem diſcendi ipſum feciſſe, rurſum venit Hieroſolymam & Bethleem, vt Barrabanum præceptorẽ audiret. Tullius in Catone tradit P. Licinium Craſſum, P. Scipionem Pontificem maximum, M. Cethegum illũ quẽ Ennius ſuadæ medullam vocauit, ſenes omnes ſtudio, illos quidẽ Pontificij & Ciuilis iuris, hunc dicendi ſtudio flagrantes exerceri ſolitos. Refert & Plutarchus in lib. de lib. educandis, in fi. Eurydicen Hyropolitanã ætate iam prouectã literas didiciſſe, vt liberos erudiret. Marcus autem Antoninus philoſophus, quem omnes miris laudibus extollunt, dũ ſenex eſſet & Imperator, ſcholam Sexti Cheronẽſis ipſius Plutarchi ex ſorore nepotis frequẽtabat: cui cũ ſemel occurriſſet Lucius ſapiens illum interrogauit, quònã iret, & ille Ad Sextũ reſpondit, percepturus quæ necdũ edidici, ſubiungens καλὸν καὶ γηράσκοντι τὸ μανθάνειν. Id eſt, Pulchrum etiam ſeneſcenti diſcere. Tunc Lucius prolata in cœlum manu, O Iupiter, ait, Romanorum Imperator iam appetente ſenio geſtans librum, qui pueris mos eſt, præceptorem adit. At meus Imperator Alexander annum ſecundum & triceſimum agens mortuus eſt.

Cato Cenſorius ſenex literas Græcas didicit.

206 ¶ Et vt de noſtris quoque Iuriſconſultis aliquid dicam, Seruius ille Sulpitius, qui facilè omnes ſuperioris ætatis Iuriſconſultos ſuperauit, tardiuſculè ad ſtudiũ iuris acceſsit, vt liquidò colligitur ex lib. Ciceronis, de claris Oratoribus, & ex l. 2. §. Seruius autem. ff. de orig. iur. vbi & hoc annotauit Zazius. Ex recentioribus autem Accurſius, cui omnes in legum interpretationibus primas tribuunt, iam quadragenarius huic ſciẽtiæ cœpit operam dare, vt refert Rapha. in d. l. cùm quid. ff. ſi cer. peta. Sed & adducerem quod de Bal. vulgò dicitur, illum iam ætate prouectum ad iuris ſtudium ſeſe conuertiſſe, vt etiã ipſe Zaſius vbi ſuprà ex Paulo Citadino recenſuit. Ideóq; Bar. illi ipſius ſcholam ingredienti dixiſſe, Tardè veniſti Balde: niſi ſcirem hęc eſſe commentitia, & prorſus fabuloſa, vt ex iis conſtat quæ ſuprà diximus.

Seru. Sulpitius tardius ad iuris ſtudiũ acceſsit.

207 ¶ Sed vt redeamus in eam ſanè ſententiam Plato in Lachete, ad fi. Si quis (ait) nos irriſerit quòd grandes natu præceptoris ludum ingredi ſtatuamus, Homeri eſt illud obiiciendum.

Αἰδὼς δ᾽ οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι.

Pudor autem non bonus indigenti viro ineſſe.

Qui locus eſt, vt id obiter dixerim, lib. 17. Odyſſeæ. Idem Plato in eo ipſo libro ex Solonis ſententia monet tandiu diſcendum quandiu viuimus, μανθάνειν ἕως περ ἂν ζῇ. Quam quidem ſententiam vice prouerbij fuiſſe celebratam teſtatur Seneca epiſtola ad Lucilium 76. ſcribens, Tandiu diſcendum eſt quandiu neſcias, & ſi prouerbio credas, quandiu viuas. Et id fortaſsis depromptum eſt ex illo ipſius Solonis Pentametro in ſuis Elegiis,

Γηράσκω δ᾽ αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Id eſt, ad verbum,

Seneſco autem ſemper multa addiſcens.

Cuius etiam meminit ipſe Plato in eodem libro atque etiam in dialogo ἐρασταὶ, ἢ περὶ φιλοσοφίας, id eſt. Amatores, ſiue de philoſophia, itémque in li. περὶ πολιτείας 6. & Cicero in Catone nõ ſemel & Plutarchus in ipſo Solone, & Valerius Maximus libro octauo, cap. 7.

Egeno non bonam verecũdiam. Tandiu diſcendum quandiu viuimus.

208 ¶ Non negauerim tamẽ iuuenes eſſe multò dociliores, vt teſtatur Iuriſconſul. in l. præcipiuę. ff. de ædil. edic. & Quintilianus li. Inſtit. 1. & Apuleius lib. Floridorum 2. Ex quo Theognis,

μή με δίδασκ᾽, οὔτοι τηλίκος εἰμὶ μαθεῖν, Aut vt alij pronuntiant,

Μή με δίδασκ᾽, οὔτοι τηλίκος εἰμὶ μαθεῖν. Ne me doce, quippe qui per ætatem minimè ſim idoneus. Et Plato veluti ſui oblitus li. 7. περὶ πολιτείας, ſcribit non eſſe Soloni credendum, hominem ſeneſcentem poſſe indies plurima diſcere, qui minùs id poteſt, quàm currere. Iuuenibus enim conuenire multos maximóſque labores. Accurſius in l. Gallus, in prin. ff. de li. & poſth. adfert Priſciani ſententiam. Quò quiſque iunior, eò quoque perſpicacior: quam ad hoc dicit ab omnibus reputari ſing. Bar. conſ. 1. magnus col. 31. ver. ſed in caſu noſtro, li. 3. & inter con. Alex. con. quod ponitur ſub con. 55. proſpect. col. 12. lib. 4. Ariſtoteles autem li. problematõn 30. c. 4. quærit cur ingenij celeritate efficaciáq; promptiores ſint iuuenes ſenioribus, eiúſq; rei reddit optimas rationes, quas inibi videre poteris. Et vt ſcribit Auſonius ad Paulinum,

Iuuenes dociores.

Non

Non quia mille annos viuit gangeticus ales,
Vincit centum oculos regia pauo tuos.
Cedimus ingenio, quantùm praecedimus aeuo, &c.

209 ¶Propterea´q; Iustinianus iunioribus veluti docilioribus atque ingeniosioribus suum Institutionum librum veluti dedicat. Cupidæ (inquiens) iuuentuti. Quem locú illic ad hoc expendés Io. Fab. post Iac. monet vt iuuenes ad legum scientiã accedamus. Quòd si videris (inquit) senem quempiam, tum primùm legibus incumbere, dic ei, amice tu eris aduocatus in alio seculo. & ibi quoque Petr. à Bel. Perti. citat in eam sententiam illud Prisciani suprà à nobis relatum. Quibus & tu adde text. in l. 1. ibi, per omnem ætatem. C. de athlet. lib. 10. Cuius autoritate subnixus Accursius, ibi, no. non posse quem perfectum in aliqua arte euadere, nisi à tenera ætate illi operam nauarit. Et adstipulatur titulus ille sæpius à Nonio Marcello ex fabulis Varronis citatus, Senis doctor, qui appositissimè in eum conuenit, qui in re sera atque intempestina frustra sumit operam: veluti is operam perdat, qui senem docere velit. Nam etiam in Prouerbio est, Senis mutare linguam, apud Hieronymum in procemio Euangelistarum, pro re admodum difficili & ardua.

Iustinianus iuuentuti suum librũ dedicat.

210 ¶Sed vt redeamus, licèt seniores non adeò sint dociles & idonei nouis studiis, tamen semper aliquid discentes antiquis adiiciunt, quo doctiores quotidie fiunt, vt non immeritò eos præceptores nobis adsciscere magis debeamus, quàm iuuenes nondú per ætatem dicendi peritos. Quanquam scio nonnullos esse, in quibus studij labor improbus atque ingenium, vt dicit gl. in d. c. tuis ex literis, de in integ. resti. supplet tempus sicuti & industria, per c. monachus. 77 distin. vbi & gl. illud quoque voluit, & adducit concord. veluti sit in istis cursus doctrinæ & eruditionis velocior quàm ætatis, quos non addubitem præferre senioribus non adeò eruditis, in his præsertim quę ad literas pertinẽt: quando & Accursius in §. ordinationẽ, in verbo, tẽpus, in Authent. de mona. anteponat nouos iuuenésq; Doctores antiquioribus, si sint doctiores. & sequuntur Iacob. Bel. Bar. & Ang. ibi. Ange. Ro. & Alex. in l. cùm quid. ff. si cer. pet. Saly. in l. prouidendũ, per illum tex. ex ordine literę. C. de postul. Ro. in d. §. de viro, in 53. fal. Alex. in addi. Batt. in l. 1. ff. de albo scrib. Fran. Are. in l. si seruum Stichum. §. sequitur, in 4. not. ff. de albo scrib. Fran. Are. in l. si seruũ Stichũ. §. sequitur, in 4. not. ff. de verb. oblig. Idẽ Are. & Fely. in c. clerici, de iudic. Et est similis glo. quam pauci annotarũt in §. audient. in verbo, iudice, in Authent. de defen. ciuit. & idem fermè voluit Spec. in tit. de aduocato. §. iam nunc videndũ, col. 2. Imò verò & simplex scholaris (vt cum nostris loquar) apprimè eruditus Doctori imperito est præferendus, vt voluit gl. in l. 1. C. de anno. ciuil. li. 11. quam sequitur Ioan. Pla. ibi, Ro. & Alex. locis suprà citatis. Barb. & Fely. in c. pastoralis, post prin. de offi. deleg. de quo tamen vide per Fely. d. rub. de maio. & obe. col. 2. vers. scholaris optimi intellectus.

Labor & ingenium tempus supplet.

211 ¶Quadragesimosexto, seniores à longis itineribus, cæteris necessariò obeundis, excusantur, vt patet primùm ex c. magnę, versi. verùm ætatis vitæ senescentis, ext. de voto. vbi ob senectutem commutatur votum transmarinum in alia quędam, ne senex quis cogatur adeò longum iter metiri. Item ex c. quanuis, de sentẽ. excom. vbi propter senectutem quis excusatur ne summum Pontificem adeat pro violenta manus iniectione in clericos. Denique ex c. placuit, le 2. 18. dist. vbi senes excusantur ne ad synodum personaliter accedant. Quæ multi ex his, qui de priuilegiis senectutis scripserunt, suum cuique versiculum separatum tribuerunt.

Seniores à longis itineribus excusandi.

212 ¶Quadragesimoseptimo, Excusantur senes ne cogantur ferre testimonium inuiti per text. in l. inuiti. ff. de testib. vbi Bald. dicit hoc esse priuilegium senectutis. & ibi gl. declarat, qui dicantur in hoc casu senes, quod etiam facit Innoc. in c. quoniá, in gl. hic dicũtur, & ibi quoq; post eum alij, ext. vt lite non contesta. Verùm hoc de consuetudine non obseruatur, nec etiam de iure Canonico obtinet, per tex. in c. si qui testium, ext. de testi. vbi hoc not. gl. & expressiùs Imo. & Fely. & etiam glos. in §. item inuiti. Verum est quod vt dicitur in d. l. si qui testium, & suprà etiam diximus, non coguntur senes venire laturi testimonium, sed ad eos mittendum est, & ita coguntur ferre testimonium.

Senes non coguntur inuiti ferre testimonium.

213 ¶Quod tamen intellige, cùm desunt alij testes, per quos fides haberi possit. Nam si sit aliorum testium copia, non sunt senes etiam de iure Canonico compellendi, non magis quàm cęteri priuilegiati, de quibus per Hosti. Io. And. & Panor. in c. 1. de testib. cogen. Archi. in ca. statuendum. 2. q. 6. Spec. in tit. de teste. §. de testium compulsione, in prin. Anto. in c. cùm nũtius, col. vlt. & iterum in c. cum à nobis, col. item vlt. ext. de testib. & in c. dilectorũ, & ibi Panor. de testib. cog. Imo. in c. 3. eo. tit. Et bene facit glo. in c. quanquam, in verbo, occultetur. 14. q. 2.

Declaratio sententiæ præcedentis

214 ¶Quadragesimooctauo, seniores à multis muneribus excusantur. l. 2. §. vlt. ff. de Decur. & l. & qui originem. §. quamuis. & §. circa frumenti. ff. de muner. & hono. & l. in honoribus, in princ. ff. de vaca. mune. & l. maiores, & l. semper, ex qua constat id fieri propter honorem senectutis. ff. de iure immuni. & l. excusantur. ff. de excus. tut. l. si vltrà. C. de Decur. lib. 10. & l. vlt. C. qui ætat. se excus. eo. lib. 10. vbi gl. hinc not. esse deferendum ætati. & l. 2. C. de his qui non imple. stipen. eod. lib. 10. & in §. item maior, Instit. de excus. tut.

Seniores à multis muneribus excusati.

215 ¶Quadragesimonono, ex duobus Doct. eadem die eo honore insignitis, is alteri præferendus est, qui est senior, vt dicit Batt. in l. 1. & ibi Alexander. in addi. ipsius. ff. de obse. à liber. pręst.

Senior doctor iuniori præferendus.

præst.& Lud.Bolo.in repe.auth.habita,col.20.versi.sed quid si plures sunt.C.ne fil. pro pat. quod intellige cæteris paribus,vt alibi suprà diximus.

Seniores magis priuilegiandi.

216 ¶ Quinquagesimo,non in his tantùm,sed in vniuersum senectuti defertur in priuilegiis,vt videlicet sint cumulatioribus priuilegiis donandi quàm iuuenes,per text.in l.sancimus,ibi, cunctis Consulum priuilegiis.C.de Consul.lib.12.& ita per illum tex.voluit Cæpola in dicto tracta.de Imper.mili.deligendo,in priuileg.antiquita.versi.48.

Semper seniores præferendos.

217 ¶ Nullus finis reperiri posset,si quis omnia describere vellet,in quibus ætati,& senectuti defertur,cùm vt scribit Ias.in l.cùm quid,in 2.lec.ff.si cer.pet.& iterum cons.192.exorta,col.2. vers.ex præmissis,lib.2.omni iure,& in omni materia præferuntur seniores iunioribus.Tamẽ vltra supradicta vide tex.no.in l.prouidendum.cùm dicitur in princ. meritum nobilissimos fecit,aut vetustas.C.de postul.Ex quo apertè probatur senectutẽ nobilitatem quandã esse. Vide prætereà tex.in l.Alexãdrinus.C.de Decur.li.10.& in auth.de Quæstor.§.si verò aliqui & ibi gl.in verbo,graues,& in c.ita,& ibi etiam gl.in verbo,à veteribus.19.dist. Et quod diuinus ille Plato lib.5.de legibus,inter septem rationes,quæ ad dignitatem imperandi faciũt tertiam senectutem posuit,vt videlicet iunioribus seniores imperent & dominentur. Cuius etiam meminit lib.seq. & in li.quoque 3.de republica, ὅτι μὲν πρεσβυτέρους τοὺς ἄρχοντας δεῖ εἶναι, νεωτέρους δὲ τοὺς ἀρχομένους, δῆλον. Id est,constat quidem quòd seniores imperare oportet,iuniores subesse.Et iterum lib.5.statuit seniorem præesse omnibus iunioribus,eósque corrigere,inquiens, πρεσβυτέρῳ μὲν νεωτέρων πάντων ἄρχειν τι, καὶ κολάζειν προστετάχθω. quod optimè facit ad id quod diximus suprà num.137.vicesimosecundò,& seq. Et hoc planè cõfirmat ipsius discipulus Aristoteles,qui lib.Politicôn 7.c.14.scribit naturaliter seniores iunioribus præesse quem ex nostris citat Oldra.pro consuetudine præferente primogenitum,cons.94.:inci. eleganter,col.4.& Alb.Rosa.in l.semper.ff.de iur.immu.& in proœ.ff.in §.discipuli,col.5.& in suo indice,in verbo,senex.& Cæpol.in vlt.priuilegio nobilitatis.& Ias.in d.l.cùm quid,in fi. ff.si cer.pet.vbi etiam adducit illud Virgilianum à nobis suprà citatum,

Tu maior,tibi me est æquum parere Menalca.

Adducítque tandem multas huius rei rationes,quas ibi videre in promptu est omnibus.

Apud Arabes natu grandior dominus.

218 ¶ Cæterùm Strabo maximus Geographiæ professor li.16.tradit in Aromatisfera regione(ea est Arabiæ pars)omnia esse omnibus consanguineis communia, natu tamen grandiorem esse dominũ. Et de hoc,vt opinor,loquitur Diodorus li.2.cùm scribit cõfestim post Arabiæ descriptionem in insula,quæ in oceano est versus meridiẽ,eum morẽ esse vt cuiuslibet cœtus senior aliis tanquam Rex,cui parent omnes,imperet:pótque eũ senior excipiat principatũ. Ex quo fit fortasse vt seniores interdũ pro dominis vsurpẽtur,vt in c.1.ext.de cẽsib. quemadmodũ interpretãtur gl.Ioã.An.Pan.& alij,ibi,& Luc.Pen.in l.Decurio fortunã,col.1.C.de Decu.li.10

Abraham seruum seniorem suis rebus præposuit.

219 ¶ Nec prætermittendum quod sacræ literæ perhibent Gene.24.in prin. Abraham illum omnibus virtutum numeris cumulatissimum,seruum seniorem domus suæ omnibus quæ habebat gubernandis præposuisse.Columella autem lib.Rei rusticæ 1.c.12.præcipit eligendum villicum,qui iam transcenderit ætatem primæ iuuẽtæ,necdum senectutis attigerit.Illa ne & autoritatem detrahat ad imperium,cùm maiores dedignẽtur parere adolescentulo,hæc ne laborioso succumbat operi.Idem lib.eiusdem operis 11.c.1. Villicum fundo familiæque præponi conuenit ætatis nec primæ,nec vltimæ.Nam seruitia sic tyrunculum contemnunt,vt senẽ: quoniam ille nondum nouit opera ruris,hic exequi iam non potest.

Bruta animalia imperium seniorũ agnoscunt.

220 ¶ Sed quid plura?cùm & id,à brutis animantibus obseruari videmus?Nam elephantorum ea est natura,vt gregatim semper ingrediantur,sed agmẽ ducat natu maximus,cogat ætate proximus,vt retulit eruditissimus ille Togatorũ Plin.li.8.Naturalis historiæ,ca.5.& Solinus qui vbiq; ex tacemis Plinij vindemiã sibi facit,c.38.Sed & Aelianus li.8.animaliũ scribit formicas cùm ad pabulandũ proficiscũtur,natu grãdiores similiter eas ac exercit⁹ duces ducere:vt hinc possis liquidò cognoscere id à mera natura ortũ,vt seniores imperent,& dominẽtur:iuniores subsint & obediant.Quæ tu addes ad ea quæ diximus suprà nu.83.sed & hinc quoque.

Sacra domestica filius primogenitus relinqui solita.

221 ¶ Finẽ huic veluti præfationi fecerim,modò illud priùs dixerim,moris fuisse apud antiquiores Græcos sacra domestica filiis natu maiorib⁹ relinquere,vt licet colligere ex Valerio Maximo li.2.tit.de institutis antiquis,quo loco describit morẽ Massiliensiũ in hauriẽda cicuta.

QVI DE PRIMOGENITVRA SCRIPSERVNT.

IAM tempus est,vt ad cætera progrediamur ad hãc primogenituræ materiam pertinentia,quam solus ex paulò superioribus legum interpretibus Mart.Lauden. dignam putauit cui priuãtim librum destinaret,in quo latiùs,quàm alius ante ea tempora eam rem pertractauit. At nostra tempestate Io.Lup.vt ipse dicit in repe. c.per vestras.§.26.col.penult.de donat. inter vir.& vxor.librum eiusdem tituli ædidit, quem tamen nondum vidi. Sed & D.Ioannes Ciriérus Senatus nostri Parisiensis Consiliarius meritissimus,librum iustæ magnitudinis in lucem de ea re nuncupatim emisit,in quo adeò rem ipsam copiosè luculentérque disseruit,vt non parum abfuerit,quin spongiam his superinduxerim

duxerim. At non permisit philautia illa suos liberos perire, nostris auribus illud Columellæ insusurrans: An Latiæ Musæ non solos adytis suis Accium & Virgilium recepére, sed eorum & proximis & proc[...]is secundis sacras concessére sedes? Nec Brutũ aut Cæliũ, Pollionémve cum Messala, & Catulo deterruere ab eloquentiæ studio fulmina illa Ciceronis. Nam neq; ille ipse Cicero territus cesserat tonantibus Demostheni Platonéque. Nec parens eloquentiæ Deus ille Mæonius vastissimis fluminibus fæcundiæ suæ posteritatis studia restinxerat. Ac ne minoris quidẽ famæ opifices per tot iam secula videmus laborem suũ destituisse, qui Protogenem, Apellémque cũ Parrhasio mirati sunt: nec pulchritudine Iouis Olympij Mineruęque Phidiacæ sequentis ætatis attonitos piguit experiri Bryaxim, Lysippum, Praxitelem, Polycletum quid efficere, aut quousque progredi possent. Sed in omni genere sciẽtiæ, & summis admiratio, veneratióq;, & inferioribus merita laus contingit. Illud quoq, Quintiliani in fin. Oratoriarum Institutionum. Si quis summa desperet (quod cur faciat, cui ingenium, valetudo facultas, præceptor non deerunt?) tamen est, vt Cicero ait, pulchrũ in secundis tertiísq; cõsistere. Neque, & cætera quæ sequuntur. Age igitur mi Tiraquelle, ne timeas nihil tibi laudis hoc tuum opus parere, tametsi huius minimè studiosus es. Ne timeas, inquam, existimẽt studiosi non id ex tua prodiisse officina: quando id palàm & stylus & materia coarguant. Vel si quicquam dixeris quod antè in illis Mart. & Ciric. libris dictũ est. id quod sæpius necessariò contingat necesse est, quando ex iisdem fontibus iisdémque riuulis, quę scripsistis, omnes hausistis. Non diffide tamen quin & alia quæ ab illis minimè dicta sunt, dixeris non contẽnenda, nec studiosis iniucunda.

PRIMA QVAESTIO.

1 IGITVR post ea quę de laudibus & primogenitures & ętatis veluti præfationis loco diximus, imprimis quęrendum censemus, Quis sit, dicatúrve primogenitus. Quod cùm intelliges, nequaquam posteà ingenium tuum excruciabis circa diffinitionem primogeniturę, in qua nimiùm fortassis laborandum esset, vt Logicorum dialecticorúmque subtilibus & acutis scrupulis satisfaceremus, qui adeò multa in bona diffinitione requirunt, vt vix vllã reperias, quę nõ aliqua ex parte deficiat. Propterea Vlpianus noster in l. omnis. ff. de reg. iu. Omnis (inquit) diffinitio periculosa, rarum est enim, vt non subuerti possit. Et Galenus lib. 4. de differentiis pulsuũ monet nę quis se cõiiciat in definitiones, de quibus nec inter ipsos Dialecticos satis cõuenit: & vt eas omnibus numeris absoluas, vsum tamẽ magnũ postulár. Ne dicam (inquit) nihil opus esse ad tradendas disciplinas definitione essentiali. Definitiones quas vocant notionis his qui rem iam cognoscunt, sunt superuacuę, ignorantibus non necessarię, &c. quæ sequuntur. Cicero autem 2. de Oratore tradit definitionem talem esse debere, vt vis eius rei quam definimus, sic exprimatur, vt neque quicquam absit, neque supersit.

Primogenitus quid sit. Diffinitionu difficultates & vsus.

2 ¶Sed non vereor ne intelligas quid sit primogenitura, cũ noueris quis sit primogenitus: non magis quã nõ intelligas, quid sit senect', si scias quis dicatur senex. Igitur reiecta tractatione & generis, & speciei, siue formę, quod magis Cicero probauit, & propriorũ, & differentiarũ, siue distantiũ, vt appellat ipse Tullius in Topicis, accidentium, & aliarum huiusmodi futilium argutiarũ, de quibus per gl. in l. nihil aliud est hęreditas, & iterũ in l. vlt. ff. de verb. sig. & in rub. extrà de sum. trini. & Cy. in l. 2. col. 2. ver. primò ergo quæro. C. quę sit lõ. cõsue. Bar. in l. 1. col. 1. ff. de test. & in l. j. §. dolũ. ff. de dol. & Bal. in l. cùm quis, col. 2. C. de iu. & fact. igno. & in rub. C. qui admit. col. 2. & in c. ex parte M. col. pe. extrà de appel. & Barb. in rub. de cõsti. col. antep. Deci. in d. l. omnis diffinitio. & Alcia. lib. 1. de verb. sign. char. 1. & 2. Nam nec Varroni illi Togatorum doctissimo negotium fuit, vt superstitiosè definiret. & legibus rationibúsq; omnibus definitionũ inseruiret, vt etiam scribit Gellius lib. 1. Noctium Atticarũ. c. 25.

Necessaria in bona diffinitione.

3 ¶Primogenitus igitur is dicitur, qui primus natus est, etiamsi nullus eum frater sequitur. Id est, non tantũ is post quẽ & alij, sed ante quem nullus est, vt scribit D. Hieronymus aduersus Heluidiũ, & in commentariis super Matthęũ: & repetitur in c. Ioseph, extrà de ver. sig. Id autẽ probat diuus Hieronymus authoritate illius loci Num. 18. Quicquid primùm erũpet è vulua cunctę carnis quam offerũt, domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita dũtaxat, vt pro hominis primogenito preciũ accipias. Nam illuc definiuit sermo domini, quid sit primogenitũ, cũ dicit quicquid pimũ erũpet è vulua. Sed & posteà subiũgitur. Cuius redemptio erit post vnũ mensem siclis argenti quinq;. Ex quo facilè colligitur nõ esse expectãdũ, an alij filij postea nascãtur, vt proinde sciatur, erit ne is qui primũ è vulua erupit, vnigenitus, sed post mẽsem est redimẽdus tanquã primogenitus, licet nondũ sint alij procreati. Et alia quoque multa in eam rem adducit D. Hieronymus, quæ quisq, videre poterit.

Primigenitus qui primus natus est. Etiam si nullus sequitur.

4 ¶Sed quibus illud addere poteris, non mirũ esse si primum etiã de vno dicatur, cũ è diuerso vnũ pro primo plerũq; ponatur. pręsertim apud Hebręos, quibus id propemodũ solenne est, vt cum Gen. 1. dicitur יום אחד, dies vnus, id est, primus, vt annotãt nonnulli interpretes & ante cæteros Iosephus Antiquitatum Iudaicarum lib. 1. c. 1. & clarè constat ex sequentibus. Et Num. c. 29. in prin. vbi D. Hieronymus sciẽter vertit, Mẽsis etiã septimi prima dies. quanquã 70. interpretes ita vertissent, ἐ τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ μιᾷ τοῦ μηνός. Et Aggei. j. ca. etiã in princ. vbi

Primus de vno. Vnus pro primo.

tamen

tamen vulgata æditio habet, in die vna mensis, Munsterus vertit die prima mensis. Id'q; etiã videre licet apud Euangelistas quorum Phrasis tota Hebraica est: vt cum scribitur Matth. 28. in prin. εἰς μίαν σαββάτων, in vnam sabbatorum. Et Lucæ 24. & Ioannis 2[illegible] vtrobique etiam in prin. μία τῶν σαββάτων, vna sabbatorũ, id est, prima sabbatorum, vt & Theophylactus ibi exponit. Et in 1. ad Corinth. epist. c. 16. post princ. κατὰ μίαν σαββάτων, vbi & ipse Theophylactus ita quoq; exponit, & his verbis intelligi tradit diem dominicũ: In quo etiam consentit D. Chrysostomus. Quanquã ipse quidem Chrysostomus & Hippolytus illud c. 1. Genes. enarrantes, aliter diem vnum interpretantur. Alibi autem Hebræi vnum pro quodã intelligũt, vt Matt. 21. συκῆν μίαν, quod nostra vulgata æditio vertit, fici arborem vnam. Et Luc. 20. in prin. καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ ἡμερῶν. Et factum est in vna dierum, & alibi sæpe, quod nos obiter dicere voluimus.

Vnus pro quodam.

5 ¶ Cardi. autem Floren. in d. c. Ioseph, ex eo dicit, quòd possumus. l. vnicam alicuius ti. allegare pro prima, non secus ac si essent plures. Sed & Panor. ibi hoc dicit facere ad quæstionem, quod si datur brauium primo venienti ad talem locũ, & vnus tãtùm venit, is certè debebit habere brauiũ, quasi primo venerit, licèt nemo secutus est, & sequitur Ant. Corset. in tract. de brauio in 6. quæ. Pro quo est optimus tex. licèt nõ allegent, in l. ex duobus, in prin. ff. de vulg. & pup. vbi primus dicitur non solùm is qui ante aliquem est, sed etiã is ante quẽ nemo sit: sicuti & è diuerso supremus, non is tantum, qui post aliquem est, sed etiam post quem nemo sit. Et text. etiã in l. qui duos, in prin. ff. de reb. dub. vbi quis primus decessisse dicitur, licet post eũ nemo decesserit: quemadmodũ & proximus dicitur, qui solus est, quiq; neminem antecedit, de quo etiam vltimo est text. in l. j. §. proximus, & in l. proximus, & iterũ in l. vulgari. ff. de verb. signi. Et in l. 2. §. legiti. ff. de suis & legi. hær. & in §. proximus, Inst. de legi. ag. suc. Sed & de eo, quod de primo dictum est, tex. est in c. Christus, in verbo, primam eucharistiam, iuncta gl. j. q. j. licèt in contrariũ esse videatur text. in §. his itaque respondetur, ver. item apostolus laborantẽ. Sed primas partes sequitur Virgilius, qui probè nominũ significationes nouit, cũ scribit Eclog. 1.

Lex vnica prima dicitur.

Primus venisse dicitur qui sequentẽ non habet.

Hic mihi responsum primus dedit ille petenti.

Et huc spectat, quòd primum decretum dicimus, etiã si secundũ nõ interueniat quemadmodũ scribit Spe. tit. de primo & secundo decreto. §. j. in fi. Quanquã quantum ad tex. in d. §. his itaq; respõdetur, pertinet, potest dici primum propriè eũ dici, qui sequẽtes habet, per tex. no. in l. j. §. æstas, iuncta gl. ff. ne quid in flu. publico, & ad hoc dicit no. illũ tex. Fran. Are. in l. qui filiabus. §. 1. col. 2. ff. de le. 1. vbi tamen dicit quòd propter saluandam dispositionem testatorũ communiter primum accipimus pro eo quem nullus antecedit, licèt nullus eum sequatur.

Primũ decretũ etiãsi secundum non interueniat.

6 ¶ Sed vt ad primogenitum redeamus, Bal. in l. 2. col. 1. C. de iure emphy. dicit primogenitũ eũ esse quem nemo antecedit. Idẽ in l. cũ antiquioribus, col. 4. vers. & primò præmitto. C. de iur. delib. dicit quod primogenitus idẽ est dicere, quòd primò natus, id est, qui primo vidit lucem, & totus ad orbẽ processit, & ad nullũ declinans monstrũ, vel prodigium. l. quod certatũ. C. de postbu. hære. instit. & prius & posterius in tempore consisti. l. Arretusa. ff. de stat. ho. & d. l. qui duos, in prin. ff. de reb. dub. Et id (inquit) patet ex diffinitione tẽporis: quia tempus est numerus motus secundũ prius & posterius. Et paulò post, hoc verbũ primogenitus secundũ naturã intelligi debet, id est, qui primo natus est, per d. c. Ioseph. Et propriè dicitur masculinũ, quod primo aperit vulnã. hæc ibi. Id quod etiã voluit Per. An. cõ. 82. dicta facti narratio, col. vl. ver. 2. Id autẽ quod postremo loco dictum est, eũ dici primogenitum qui primum vuluam aperuit, aperto probatur testimonio sacrarum literarũ, Exod. 13. & 34. Nume. 8. & 18. & iam suprà diximus Hieronymi testimonio, vt interim cæteros omittamus.

7 ¶ Cæterùm Bal. con. 273. quod pro regula, col. 4. libr. 2. dicit, quod primogenitus significat filium, secundo genitus nepotẽ: non annũ, vel mẽsem natiuitatis. intelligitur enim primogenitus, id est, primus in gradu naturæ. Idẽ quoq; con. 387. inci. consuetudo est, dicit quòd primogenitus est nomen naturæ, per l. tutelas. ff. de c. di. & nihil prætereà. Panor. autẽ cõ. 85. inci. in quæst. præsenti, co. 3. ver. 2. probatur, l. t. dicit quod primogenitus idem est, quod maior natura vel ætate. Et de his quoq; plura D. Cirier. in tractatu de iure primogenituræ lib. 1. q. 4.

Iterũ quis primogenitus dicatur

8 ¶ Sed illud tamen non omiserim, vt quis primogenitus dicatur ante aliũ eiusdem vteri, non satis esse vt prior manũ proferat, nisi & totus prior nascatur. quod probatur testimonio diuinæ scripturę Gen. 38. c. vbi cũ Thamar geminos pareret, Zera, aut vt alij appellãt Zerah, prior manũ extra vterũ protulit, in qua obstetrix, putans illũ priorẽ quoq; nasciturũ, coccinũ, id est, filũ rubedine coloratũ ligauit vt hinc dignosceretur. Sed aliter quàm ea putabat cõtigit. illo enim manum retrahẽte, Phares anteuertens prior exiit. Hincq; primogenitus habitus est. De qua re tamen loquens Diodorus animaduertendũ esse monet, Zarã natura fuisse primogenitum, qui prior manum protulerat, sed Deum Phares tribuisse principatũ, ex quo genus Regium processit, & Dauid, postremo etiam Dominus. Hæc illius verba sunt, ὅτι [illegible] ὅτι ἡ [illegible] φύσις ὁ Ζαρὰ πρωτότοκον ἐποίει, προεξενεγκόντα τὴν χεῖρα, ὁ δὲ θεὸς τῷ Φαρὲς παρέσχε τὸ ἀξίωμα, ἐξ οὗ τὸ βασιλικὸν γένος, καὶ ὁ Δαβίδ, καὶ ὁ κύριος.

An primogenitus dicatur qui manum primum protulit, etiãsi totus prior non nascatur.

9 ¶ Nec illud quoq; prætermittendũ, ex his quę diximus perspicuè videri, nisi cœcutiamus, Primogenitum eum dici qui primus natus est, etiam si non primus cõceptus sit, licèt alias pro nato

Natiuitas inspicitur nõ cõceptio

nato habeatur, qui conceptus est, quoties de commodis ipsius quæritur. l. qui in vtero. ff. de stat. ho. cum si. Hic enim natiuitatem inspicimus. Et ne frustra id dictũ putes: illud hic sciendum est, quod & si duo simul & vno impetu nasci nó posint, l. Arethusa. ff. de stat. ho. Tamẽ duos pluresve simul eadem seminis iaculatione concipi posse, & plerunque fieri solere cum plures cócipiuntur, in confesso est apud eos qui de rerum natura scripserunt, præsertim dum disserunt, quomodo gemini pluresve vno concubitu gignuntur, vt videre licet apud Plutarchum lib. de placitis philosophorum 5. c. 10. Censorinum de die natali. c. 5. & Auicennam. 21. Fe. 3. Ca. Quanquã vt & ex illis quoque intelligi potest, plures ex vno concubitu, nó vno ictu concipi etiam possunt, vtpote cum vno concubitu pluribus iaculationibus semen sæpe emittitur, hincque etiam plures nonnunquã concipiuntur pro numero iaculationum. Sed & illud item contingere potest, vt mulier post conceptum alio post concubitu superfœtet, autoritate Aristotelis lib. 7. de historia animal. c. 4. vbi & ita conceptos Herculẽ & Iphiclem ex diuersis parentibus scribit, vtrámque fuisse adulteram, quæ vno partu alterum marito similẽ, alterum adultero ędidit. Et iterum lib. de generatione animal. 4. c. 5. Et Plinij qui eadem prope recẽset lib. 7. c. 11. Solini. c. 4. & Auicennæ vbi suprà. Id'que astruere Iurisc. noster in l. antiqui libero. ff. si pars hær. pet. & in l. cum quidam. §. suum hæredem. ff. de acqui. hær. quibus in locis Accursius noster id expendit. Tametsi huic sententiæ assentiri nó videatur D. Aug. lib. de Ciuitate Dei. 5. c. 6. Quo in loco Ludouicus Viues eum excusans scribit illum ad id respexisse quod frequentissimum est, non quod rarissimum, vt etiam Io. Camers, in commentariis Solini vbi supra, qui ob id taxat Baptistã Pium, qui acerbe nimis taxauit ipsum Augustinũ, qui superfœtationem denegauerat. Pliu. autem lib. 10. c. 63. scribit Dasypodes & lepores superfœtare, eósque solos ex quadrupedibus, vt & inibi dicit in fi. Igitur vt redeamus, si forte deprehẽdi possit coniectura quadam certa (quod tamen difficillimũ est) ex geminis eum qui posterior exiuit ex vtero, priorẽ fuisse conceptum, is tamen ius primogenituræ non obtineret: sed alter qui prior natus est. Et ita quoque expresim voluit D. Cirier. in trac. primogenituræ. li. 1. q. 1. in fi.

10 ¶ Sed nec illud in hoc loco omittendum, quia de maiore locuti sumus, quod vbi fit mẽtio de maiore simpliciter, licet maior multis modis dicitur, vt per gl. in c. lex est. 2. di. & in c. sedes. de rescr. & in c. si pluribus, in verbo maiori, de præb. lib. 6. & Arch. in c. quanquam. 2. q. 7. & Pan. in c. statuimus, in 2. no. de ma. & obe. & in c. dudũ, le 1. in 4. no. de elec. & Barb. in trac. de præst. Car. parte 1. q. 1. partis, col. 15. ver. 10. Cardinales. & Cor. con. 303. videtur prima facie, col. 3. ver. his tamen non ob. lib. 3. & per Fel. in d. rub. de maio. & obed. & alibi forte dicemus. Tamen in dubio intelligendum est de maiore natu seu ætate, si ratio subiectæ materiæ aliam interpretationem non suadeat, vt consuluit Bal. quem refert & sequitur Pe. An. in rep. c. 1. in 4. q. prin. vers. consuluit etiam Bald. qualiter debet intelligi. de const. motus hac ratione: quia quando verba possunt intelligi de actu naturali & ciuili, debent in dubio intelligi de naturali, per l. vlt. vbi idem Bal. de his qui ven. ætat. impe. & l. ex ea parte. §. insulam. ff. de verb. obli. & l. Starius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci, & not. in l. fideicommissum. ff. de condit. & demon. & per gl. in c. susceptum, de rescr. lib. 6. & in c. placuit, le 2. in verbo, mortuus. 16. q. 1. — *Maior multis modis dicitur.*

11 ¶ Et hoc sequitur Alex. cons. 123. discussis, col. 1. lib. 1. & con. 4. ponderatis verbis testamenti, col. 1. lib. 4. vbi & hoc dicit probari in l. si pater. §. vlt. cum l. seq. ff. de adopt. & l. eum qui, in princ. ff. de interd. & releg. & l. semper, in princ. ff. de iure immu. & in c. quoties, de test. & in c. maior. 34. q. 1. Sequitur etiam Barb. in rep. l. cum acutissimi, col. 48. vers. & primo affero. C. de fideicom. & cons. 10. sapienter scribitur, col. vlt. lib. 2. vbi & de hoc dicit esse tex. in l. 1. ver. maiores. C. de impo. luc. descrip. lib. 10. & iterum con. 18. præclare scriptum est, col. 4. eod. lib. 2. & con. 30. sacro scriptum est Euangelio, col. 1. eo. lib. Bapt. Seuer. in rep. l. omnes populi, in ea q. Bar. an statuta recipiant interpretationem declaratiuam, in 19. q. ff. de iust. & iur. Soc. in l. procurator. C. de eden. & con. 252. inci. visis instrumentis. col. 3. ver. ex quibus verbis, & Fel. in d. rub. de ma. & obed. col. pe. & in c. super eo, le 2. col. pe. de testib. & Phil. Dec. in c. cum omnes, in 2. lec. in 5. no. de constit. & con. 453. in casu ad me transmisso, col. 3. vers. verba enim illa. Ias. con. 215. ex Valentia, col. 2. lib. 2. Philip. Dec. cons. 443. in casu ad me transmisso, col. 4. ver. verba enim illa. & Iac. de sancto Georg. in l. 1. col. 2. C. ne lice. poten. & Io. Crotus inter con. Ant. Rubei. con. 39. circa quæstionem, col. vlt. & D. Cirier. in eo. tract. primogenituræ lib. 1. q. 2. vbi alia multa ad eam rem dicit, quæ nos de industria omisimus, ibi si liber videre poteris, totam enim illam quæstionem huic rei deputauit. — *De eadem re.*

12 ¶ Hincque dicunt multi ex nostris maiorem & primogenitum idem significare, & inter cæteros Pan. cons. 85. hoc exordio. in præsenti quæstione, col. 2. vers. secundo probatur, li. 1. & Barb. cons. 10. cuius caput est sapienter scribitur, col. 8. vers. item est ponderandum, & seq. lib. 2. & nouissime Paulus Paris. qui & alios quoque multos citat con. 72. ad verã resolutionem, col. 9. vers. vlterius aduertendum, qui est in nu. 84. lib. 4. Nam & plerunque in nostris legibus maior & minor pro seniore & iuniore accipiuntur, in l. si paterfamili. §. vlt. in fi. cum dicitur, nec maiorem minor. ff. de adop. Súntque qui in id citant legem, eum qui. ff. de inter. & releg. & l. semper, in prin. ff. de iure immu. & c. maiores. 24. q. 1. Sed in his locis maiores in alio sensu ac- — *Maior & primogenitus idem.*

cipiuntur: scilicet pro iis qui ante nos fuerunt, vt per Vallam lib.6.c.55.

Hebræorũ mos in eam rem.

13 ¶ Porro illud scio Hebræorum morem esse, magnum siue maiorem referre ad ætatem magis quàm ad conditionem, aut aliam qualitatem. Quod secutus Latinus interpres Genes.c.19. Et ingressa est maior, dormiuítque cum patre. Et iterum cap. 27. Vocauit (inquit) Esau filium suum maiorem. Rursúmque c.29. Habebat Laban duas filias, nomẽ maioris Lia. Et in hunc quoque sensum quidam referunt illud Lucæ 9. Qui minor est inter vos, hic maior: quanquam ex præcedentibus satis constat, ea verba ad ætatem non respicere.

Aliorum authorum.

14 ¶ Apud alios quoque Latinos scriptores maior simpliciter pro maiore natu, siue ætate plerunque ponitur, vt apud Virgilium Egloga 5.

Tu maior, tibi me est æquum parere Menalca. Et Martialem lib.9. Epig.30.

Maior erat mensibus illa tribus.

Nec alias tamen sæpe reperies apud bonos autores, nisi cum ea adiectione, natu, vel ætate, vel simili, vti etiam ponitur in l. qui cum maior natu. ff. de ope. libe. & in §. minorem, Instit. de adopt. & in d. c. lex est. 2. di. cum si. Sed ex hac tamen significatione Hispani vulgò primogenitum maiorem, & ius primogenituræ Maioriam & Maioricatum, & Maioratum vocant, vt videre licet ex Paulo Car. cons. 165. in præsenti causa, lib.1. & Ro. cons.29. in causa maioriæ, & Car. Alex. in c. ius naturale, col.4. dist. 1. & Soc. cons. 47. facti narrationis, lib.3. & aliis multis.

SECVNDA QVAESTIO.

An sufficiat momẽto præcedere Et dicatur primogenitus.

1 SEcundo consequenter quæro: an vt primogenitus quis dicatur, sufficiat vt alterum præcedat ex momento: vt si ex eodem partu duo nascuntur, & quidem vnus confestim post alterum. Nam simul vtróque impetu non possunt, natura id non permittente, vt dicit tex. in l. Arethusa. ff. de statu hom. Certe is qui prior exiuit ex vtero dicetur primogenitus, & ius primogenituræ consequetur, vt expressim voluit Io. And. in addi. Spe. in rub. de feu. vers. hic interpone, dicens hoc declarare historiã Esau & Iac. Nam Esau prior egressus, & protinus nullo temporis interuallo secutus est Iacob illius plantam pedis manu tenens, vt scribitur Gen. 25. tamen ex illo solo temporis puncto consecutus fuisset Esau ius primogenituræ, nisi Iacob vendidisset, vt ibi quoq; scribitur, & ad Hebræos 12. & in c. quàm periculosum. 7. q. 1. hæc fere Io. And. quem sequitur Fran. Are. in l. ex duobus, col.1. ff. de vulg. & pup. vbi & hoc dicit satis declarasse Iurisc. in d. l. Arethusa. ff. de stat. ho. vbi certe est bonus tex. & etiam in l. sequenti.

Prius & posterius dicitur ratione vnius horæ.

2 ¶ Nam & alias ratione breuissimi temporis, vt puta vnius horæ, quid dicitur altero prius vel posterius: & ita præponitur, vel postponitur, vt probat tex in l. si quis eum. §. si suo testamento. ff. de vulg. & pup. & in l. si mulier, vbi id no. Soci. ff. de reb. dub. & glo. reputata sing. in l. si ex pluribus. §. vlt. in verbo, dic. ff. de sol. & alia in c. duobus, in verbo, si non appareat, de rescr. lib. 6. & alia in c. si eo tempore, in verbo, iam, de elec. eod. lib. 6. & alia item, in c. si à sede, in gl. 2. & ibi Phil. Fran. de præb. lib. 6. Bal. in l. Imperator, col. pe. ver. & nota quod dies. ff. de statu hom. & in l. de rebus, C. de don. ante nup. vbi etiam loquitur de prioritate puncti, & in l. cum proponas, in fi. C. de interd. matr. & in l. vlt. col.4. C. de edic. D. Adr. tol. & in c. pastoralis, in prin. & ibi etiam Panor. & Fel. col.3. & Dec. col.1. ver. 2. infertur, de rescr. & in c. capitulum. col.1. cod. tit. & in c. consuluit, & ibi etiam Fel. col.3. de offic. deleg. & in c. licet, & in c. quoniam contra falsam, de prob. & in c. ego enim, in prin. de iureiur. & in c.2. de confess. Io. Plat. in l.1. C. de iure fisci. lib.10. Barb. in repe. rub. de fide instru. col.28. vers. quid de hora. Soc. Dec. & Tho. Parp. in l.1. ff. sol. mat. Fel. in c.2. in 1. not. de offic. deleg. Ias. in l.1. §.1. in 2. not. ad fi. ff. de eden. Dec. in l. in ambiguis. ff. de reg. iur. & in c. clerici, col.4. vers.3. illam, de iudi. Catel. Cotta in memor. inci. actus ita debent interpretari, & iterum in memor. incip. hora. Si autem dubitatur vter ex duobus geminis prior exierit, quid agendum dicemus latissime inferius in 17.q.

TERTIA QVAESTIO.

Si primogenitus nõ succedat, an secundogenitus habeat ius primogenituræ.

1 TErtio quæro, si is qui verè primogenitus est, patris hæreditaté renuntiat, vel forte etiam incapax est illius, quia frater minor vel iam decesserat ante patrem: vel etiam post non adita apprehensáque hæreditate sine liberis: vel aliàs non succedit: an is qui illum proxime sequitur ex fratribus dicetur primogenitus, ita vt ius primogenituræ consequatur: an vero omnes fratres succedant æqualiter tanquam nullus sit primogenitus? Et videtur omnes succedere debere æqualiter inspecto iure communi, ex quo omnium filiorum æqua debet esse portio, nulla habita ratione ordinis genituræ, vt dicemus in seq. q. Nam consuetudo ius deferens primogenito, non potest hic habere locum, cum nullus sit primogenitus eorum, qui succedunt, vtpote fratre illorũ primogenito sublato vel excluso. Neque enim is qui illũ proxime sequitur, id est, secundogenitus, dici potest primogenitus, cum non sit primo natus, nec vuluam aperuerit, secundũ ea quę diximus in pręc. q. Neq; enim quod primũ est, aliquid ante se habere potest, in proœ. ff. ver. in reliqua vero anni parte, & no. Bal. in rub. C. de ser. fug. in fi.

De eadem re.

2 ¶ Et ideo idem Bal. in c.1. in fi. tit. de fili. nat. ex mat. ad morga. dicit quod cum regnum Siciliæ ex pacto deferatur primogenito, si ipse primogenitus moriatur sine liberis, non succedet secundogenitus, sed libere deuoluetur regnum ad papam. Sequuntur Marti. Laud. & Cardin. Alex. ibi & Geor. Na. qui hoc dicit singu. & perpetuo not. in tract. statutorum excludentium

fœminas

fœminas à successionibus, in 26. eadémque vlt. q. 2. q. prin. & Ias. qui & hoc reputat sing. & perpetuo notandum, & nunquam obliuiscendum, in l. quoties, col. antepe. vers. illud etiam. C. de rei vend. & Ioan. Lup. in repe. rub. de don. inter vir. & vxo. §. 69. col. pen. ver. ex istis dicebat, & iterum vers. reperio tamen.

De eadem re.

3 ¶ Sed Nicol. Perus. (vt hoc obiter dicam) in tract. successionum ab intestato, in prima parte principali, in sexta specie filiorum, vers. vnum dicit Bal. qui est in 4. col. dicit se de hoc dicto Baldi mirari, propter ea quæ scribit in l. cum antiquioribus, col. 4. vers. & quia tales transmissiones. C. de iure deliber. dum commemorat quasdam conuentiones initas inter papam Clementem, & Carolum Regem Siciliæ, anno 1305. quæ aliter sonant. quod & refert Iason in d. l. quoties, & nihil præterea dicit. & Benedictus in repe. c. Raynutius. in verbo, in eodem testamento relinquens, lect. 1. nu. 156. de test. qui item nihil aliud quàm quod distinguit inter pactum & statutum vel consuetudinem. Sed & hoc idem miratur Picus in l. quod te, in gl. 1. ff. si cer. peta. Verum dici potest quod potuerint diuersis temporibus variæ conuentiones fieri. Neque enim Bal. vno eodémque tempore scripsit super 6. lib. C. & super feudis, vt dicit excusans Bal. Catel. Cot. in memor. incip. primogenitus.

De eadem re.

4 ¶ Sed vtcunque sit de huiusmodi conuentioolbus, satis constat ex istorum sententia, quod si ea sit conuentio vt regnum, aut aliud quippiam deferatur primogenito, certe eo semoto non succedet secundogenitus: quod non ex alia causa est quàm quia primogenitus dici nô potest, etiam si qui illum præcedit, vel mortuus est, vel alias non succedit. Et cû verba côsuetudinis, aut statuti aliquid iuris primogenito deferentis deficiant, cum iam nullus sit primogenitus, deficit & ipsa consuetudo vel statutum, l. 2. §. toties, & ibi Paul. Cast. & recentiores. ff. de dam. infect. cum si. Ideóque res ipsa remanet in dispositione iuris communis. l. cômodissime. ff. de liber. & posth. cum si. præsertim cum statuta, & consuetudo sint strictissime intelligenda, vt cum iure communi conueniant l. 2. C. de nox. & c. cum dilectus, extra de consuet. cû simil. Et ita expresse in hoc casu voluit Io. Lup. in rep. d. c. per vestras. §. 23. in fi. de don. inter vir. & vxor. vbi & alios allegat, qui tamen hoc dixisse non videntur, & Zasius cons. 8. poterâ lib. 1. & Mol. loquens tamen in renuntiatione, vel abstentione primogeniti, in consuet. Paris. tit. 1. §. 3. in gl. 1. col. 3. in 3. q. & iterum in §. 8. gl. 1. in 4. & 5. q. rursúmque. §. 10. in 9. & 10. q. & ante hos omnes Goffred. Saligni. in l. & ideo, post prin. ff. de actu. rer. amo. Licet, inquit, secus esset, si coosuetudo loqueretur de antiquiore, vt est consuetudo Briraoniæ.

De eadem re.

5 ¶ Et hanc sententiam confirmat quod plerique voluerunt, quod si plures successiue sunt electi magistratus alicuius ciuitatis, & primus moriatur, vel recuset acceptare magistratum, non propterea admittetur secundus, per l. si legata. C. de leg. & l. tutoribus, & ibi Dyn. ff. de testa. tut. & l. 3. §. si quis Titio. ff. de adim. leg. & ar. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. ff. de min. & l. ex contrac. ff. de reg. iur. Et ita post Dyn. voluit Cy. in l. post aditam, & ibi quoque Bal. ver. deinde collige. & Salyc. vers. vlt. hæc lec. C. de impub. & aliis substi. Sed tu omoino vide illos & præterea Bar. & Imo. in l. cum sub hac. ff. de cond. & dem. Angel. & Inno. in l. quidam testator Proculum, eod. tit. Bal. in l. tutoribus. ff. de test. tut. Imo. in c. tuæ, in fi. de præb. Bart. in l. quandiu. ff. de acquir. vel ami. hæred. & in l. Publius. ff. de cond. & demon. & in l. absenti. ff. de don. Ang. & Imo. in l. quidam ex testamento. ff. de vulg. & pupil.

De eadem re.

6 ¶ Ego vero in nostra specie aliter sentio, secutus autoritatem And. Iser. in c. 1. §. præterea, col. pe. vers. sed quia ponitur, tit. quæ sit pri. cau. bene. amit. quod mortuo primogenito succedit secundogenitus, licet constitutio loquatur tantum de primogenito. & illum nuncupatim sequitur Matth. Afflic. reprehendens Bal. vbi suprà, in c. 1. in 4. no. nu. 7. tit. hic finit lex, & in d. c. 1. col. 1. vers. sexto not. tit. de fili. na. ex matr. cont. ad morg. Atque etiam Alb. qui in proœ. ff. §. discipuli, col. 4. vers. item certum est quarto, dicit quod si mortuo patre filius primogeoitus repudiat eius hæreditatem, regnum statim deuoluitur ad secundogenitum, per iura illic ab eo allegata: Quod & ipsum quoque voluit in l. donationes, col. 4. ver. item certum est. C. de don. inter vir. & vxo. Et ex eo quoque arg. motus, quod in hoc casu expressim voluit Bal. in l. 2. col. 1. ad fin. C. de iure emphy. quod is dicitur primogenitus qui tempore mortis patris alios antecedit, quia successio habet naturam relationis ad tempus mortis. & ideo inspicitur prioritas, quæ tunc in rerum natura versatur, per l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebel. & sequitur Alc. in l. proximus. ff. de verb. sig. Cui concinit quod scribit idem Bal. con. 275. quod pro regula, col. pe. li. 2. eum non esse primogenitum de iure, qui decessit ante feudum apertum, per d. l. ex facto. §. pe. ver. si quis autê suscepit. ff. ad Treb. Et deinde col. seq. dicit illû dici primogenitû, qui têpore quo feudum aperitur, in rerû natura est primus, per tex. in §. proximis, Inst. de leg. agn. suc.

De eadem re.

7 ¶ Et facit quod in simili voluerunt Iac. Are. Cy. Alb. & ipse Bal. in l. si quis prioris. §. talem. C. de secun. nupt. vbi hanc quæstionem adscripserunt. Consuetudo est vt primogenitus ex primo matrimonio succedat in Baronia. Quidam autem Baro tres vxores habuit, ex prima nullos liberos suscepit, ex aliis multos. Primogenitus secundi matrimonij dicit Barooiam ex statuto vel consuetudine ad se pertinere: alij negant, quia non sit primogenitus ex primo matrimonio, quod consuetudo exigit. Contrarium tamen illi statuunt, quia secundum matrimo-

nium respectu tertij dicitur primum, vt dicit gl. ibi, in verbo, ex secundo thoro. Et propterea is dicitur filius primogenitus primi matrimonij respectu sequentium. Et ita etiam potest dici in nostro casu, quod iste secundogenitus, cum primus deest, dicendus est primogenitus, & primo vuluam aperuisse respectu caeterorum sequentium.

De eadem re.

8 ¶ Propterea subdit Bal. vbi suprà, quod si ex omnibus matrimoniis sint liberi, sed is qui solus erat ex primo matrimonio repudiat Baroniam, vel efficitur frater minor: certe is qui illum sequitur, obtinebit Baroniam tanquam primogenitus. Nec enim obstat alius qui omnino est inhabilis. l. si post mortem. §. liberi. ff. de bon. pos. cont. tab. & ita dicit fuisse determinatum in regno Apuliae, cum Ludouicus Regis primogenitus sese sodalicio D. Francisci addicasset. De quo etiam meminit idem Bal. in l. Deo nobis, col. 4. vers. quarto no. C. de epis. & cler. Et illam Bal. dec. sequitur Alex. in addi. Bar. in l. 1. §. qui habebat. ff. de bono. pos. cont. tab. & in sua disputat. incip. Sigismundus, in 3. dubio, col. 1. dum allegat Bal. vbi supra, & Ant. Cors. in tract. de potest. & excel. reg. q. 10. quamuis Barb. in addi. Bal. in d. §. talem, ab eo dissentire videatur.

De eadem re.

9 ¶ Et fere concordat, quantum ad hanc rem pertinet, quod dicit ipse Bal. in d. l. cum antiquioribus, col. 6. vers. & primo praemitto. C. de iure delib. cum dicit, quod ius primogeniturae fuit ablatum Ruben primogenito, quoniam thorum patris violauerat, & datum fuit filiis Ioseph. Nam dignitas, inquit, quae recedit ab indigno, applicatur proximiori gradui, ar. l. 3. §. emancipati. ff. de bo. pos. cont. tab. & c. licet, de voto. Et quod dicit And. Iser. in §. denique, & post eum Car. Alex. in §. praedictis, col. 3. tit. quae fui. pri. cau. bene. amit. Quod si pater habet feudum, in quo ex cõsuetudine debet succedere primogenitus tantum, & primogenitus eius committit noxam in dominum viuo ipso patre: certe patre mortuo non succedet ipse primogenitus, sed secundogenitus. Et quod dicit Marti. Laud. in tract. de principibus, ver. 351. inci. si primogenitus, quod si primogenitus principis, ad quẽ principatus pertinebat, repudiat, secũdogenitus illum obtinebit, per c. 1. §. 1. tit. qui. mo. feu. amit. Id & quod ante illũ voluit Old. con. 94. eleganter, col. pe. vers. item certũ est, quem sequitur Cors. in d. tract. de pot. & excel. Regi. q. 74. in fi.

De eadem re.

10 ¶ Facit item quod pulchre consuluit Pe. Anch. cons. 27. non seruato ordine, colu. 3. vers. postquam igitur propter dictam repudiationem, in huiusmodi specie. Quispiam haerede instituto substituit duos antiquiores de domo & progenie sua: an ista substitutio restringatur ad duos primos antiquiores solummodo, an vero illis duobus exclusis deuoluatur ad sequentes duos antiquiores? Et concludit, quod deuoluitur, per multa quae illic allegat omnibus obuia. quem sequitur Ro. con. 438. in causa consultationis, in 4. dubio paulo ante fi. & Barb. con. 27. scripsit doctissimus, col. 10. vers. praeterea adduco vlterius, lib. 1. & con. 18. praeclare scriptum est, col. 6. ver. ex istis infertur, lib. 2. & Soc. con. 113. suprascripti. col. 3. vers. sed istae rationes, lib. 3. & Carol. Rui. dum citat Pet. Anc. vbi supra, con. 119. viso & bene ponderato, col. antepe. sub nu. 14. in fi. libri 2. & Steph. Bertran. cons. 23. ex themate, col. 3. nu. 9. lib. 4.

De eadem re.

11 ¶ Et quod scribit Aegidius Bellamera, con. 33. cuius est exordiũ, quod si ad personas. in princ. quod si ius patronatus pertineat ad primogenitum ex testatoris dispositione, & primogenitus religionem intrat, vel damnatur, & eius bona publicantur: tunc secundogenitus, qui iam in locũ illius successit, & proinde factus primus praesentabit. Et sequitur Rebuf. noster in commentariis Concordatorum papae & Regis tit. de pacifi. pos. nu. iij. sexta conc. Et quod in quibusdam casibus voluit Bal. in c. cum in magistrum, in fi. de elec. & in c. 1. in fi. tit. de succe. feu. & Pan. in c. licet, in 4. not. de voto, de quorum dictis videbis infrà aliis iu locis.

De eadem re.

12 ¶ Facit praeterea tex. no. in §. item opponitur. 22. quaest. 2. vbi secundogenitus dicitur & vocatur primogenitus cedente primogenito, & tn c. nam & ego. ext. de verb. sing. vbi vnigenitus dicitur, qui & fratrem habuit qui tamen est mortuus, quasi videlicet natus nõ videatur, qui nõ durauit. Per quem tex. dicit Iino. cons. 103. cuius hoc caput, iu causa quae vertitur, col. 2. vers. itẽ pro Peracina facit, quod primogenitus dicitur cuius frater maior natu mortuus est. Quod tamen intelligit vt ex quadam fictione is primogenitus dicatur: quod si verum esset, res haec magis dubia redderetur. Et huc vergit quod statutum repellens foeminas extantibus masculis, intelligitur cũ masculi ipsi possunt & volũt succedere. Nam si nõ possunt, quia forte religionẽ mendicantiũ sunt ingressi, aut nolũt, hauddubie admittuntur foeminae, per text. in l. 2. de qua re & nos alibi latissime dicemus, vbi videre poteris. Facit deniq; ꝙ scribit gl. in c. cũ Vintoniẽsis, in verbo, cõcurrebat, ante fi. extra de elec. ꝙ secũda electio dicit prima respectu tertij.

De eadem re ex astrologis.

13 ¶ Et huc spectat quod Astronomici scriptores prodiderunt, quod si Iupiter in primo cardine partiliter in parte horoscopi fuerit constitutus in iis praesertim signis, in quibus gaudet, vel in suis domiciliis, ac etiam in suis finibus, vel in altitudine sua: & per noctem in ipsius horoscopi parte fuerit inuentus: faciet primum nasci inter fratres vel qui ante ipsum natus fuerit interimet, vel in longinquis regionibus ac locis eum separabit ac constituet, vt ipse in paterna domo habeat principatum. Ita enim scribit Firmicus Maternus astrorum peritissimus Matheseos lib. 3. c. 4. Qui & paulo post: Semper (ait) Iupiter in cardinibus geniturę collocatus, aut primum nasci faciet, aut fratres eius maiores interimet, vt ipse in domo paterna habeat principatum. Nam ibi vides astra, mortuis aut absentibus primogenitis, principatum decernere

secundo-

secundogenitis tanquã primogenitis,ac si ij qui primogeniti erant nunquã fuissent. Et idem quoque author eo.lib.3.c.6.Sol,inquit, primo loco in omnibus cardinibus genituræ,maiores fratres omnes debilitabit,aut q sic habuerit, inter oẽs fratres primus nascetur ac eorũ maior.

14 ¶ Quæ cum ita se habeant,Rom.omnium primus,quos ego sciam,cons.98.cuius est initium, quo ad id de quo primo quæritur,col.2.vers.quod autem ad secundum, videtur dubitare,an vera sit illa Bal.sententia super regno Siciliæ,in d.c.1.tit.de fili.natis ex.mat. ad morg. quam suprà citauimus in vers. secundo huius quæstionis , vti etiam dubitat Ias. in l.is potest,col.6. vltra scribentes.ff.de acqui.hæred. dum dicit quod ea esset valde sing.si vera esset,nec sine ratione dubitant ex iis, quæ diximus.

De eadem re.

QVARTA QVAESTIO.

1 QVarto,quæro,an valeat statutum, aut consuetudo præferens primogenitos in successionibus,& an sit rationabilis & fauorabilis nécne. vtrunque enim eodem tenore expediam. Nam certum est,id esse contra ius commune,quod quidem filios æqualiter admittit ad successionem parentum,siue ius prætorum respicias, siue etiã Ciuile. De iure Prætorio est tex.in l.1.C.vnde libe.& l.si post mortem.§.vlt.ff.de bon.pos.cont.tab. De iure ciuili, in l. inter filios.C.fam.hercis. vbi Bal. ex hoc no.omnia statuta quæ inæqualiter admittunt liberos, esse contra ius commune,contráque naturalem æquitatem.& etiã in auth.in successione. C. de suis & legi. Ideo lex quantum potest,in id tendit,vt seruetur æqualitas inter liberos.l. pe.in fi.C.com.diuid.& l.vlt.C.com.vtriusque iud.& l. vt liberis, & l.illud.§.vlt.& fere per totum tit.C.de colla.ex quo quidem tit. facile apparet collationem ob id inductã, vt seruetur æqualitas inter liberos. Nam & aliàs quidem res quæ suapte natura non conferenda est,confertur tamen causa inæqualitatis vitandæ inter liberos,vt not.gl.vlt.in d.l.illud,per illum tex.& ibi magna pars Doc.C.eo.& Bal.con.37.quoniã re melius intellecta,col.3. vers.q. vertitur,lib.x.

An valeat statutũ vel cõsuetudo præferens primogenitos.

2 ¶ Et alibi quoque lex exhortatur parentes, vt æqualiter inter liberos testentur,in authen. de nup.§.illud quoque,qui est vlt.vbi Angel.dicit probari illud vulgare. Non debet pater vnum ex liberis facere filium,& alium priuignum. Propterea iurisc.interpretatur, quod substitutio inter liberos intelligatur fieri æqualiter,l.iam hoc iure.& l.Lucius.ff. de vulg.substit. & l.in testamento.C.de mil.test.& l.x.& l.quamuis. C.de impu.& ali.sub. Et adeo quidem lex ipsa amat æqualitatem inter fratres, vt propter eam sæpe amplier & restringat dispositionem testatoris,quo ad effectum ipsius l.cum pater.§.euictis.ff.de lega.2.& d.l.vlt.& quod ibi no.C. com.vtrius.iud. voluit Bal.qui ex supradictis nonnulla collegit,in l.1.col.2.C.de pac.& Fran. Are.cons.1.col.vlt.vers.in casu autem nostro.

3 ¶ Quibus & tu præterea adde,quod vt seruetur æqualitas inter liberos aliquid venit in legatum,quod alias nõ veniret l.quæsitum.§.sed & ipse.ff.de fund.instr.quem tex. dicit no. Fran. Are.in l.qui filiabus,in prin.col.vlt.ff.de lega.1.dicitque per illum text.quod vt euitetur inæqualitas inter liberos,verbum ambiguum recipit aliam interpretationem,quam non reciperet. Quinetiam per illum tex.dicunt Old. Iac. Are.& Bart.in l.si pater,in prin.ff.de don.quòd pater præsumitur filium adhibere ad stipulandum animo donandi,nisi numerus liberorũ & quãtitas patrimonij repugnaret:ne videlicet ex eo magna sequeretur inæqualitas, & sequitur Bal.in l.filiæ cuius,in 7.q.C.fam.hercis.& in tract.de duobus fratribus,& Fran.Are.d.con.1. col.vlt.ver.pro his optime facit,& cons.153.breuitate vtendum est,col.2.vers.confirmatur ista conclusio,& Soc.in l.hæredes mei.§.cum ita,col.5.vers.tertia ratio.ff.ad SC.Treb.& con.98. visis instrumentis diuisionum,ad fi.& Philip.Dec.con.41.in causa istorum,col.2.vers. 4. hoc suadetur.& cons.43.diuino implorato præsidio,&c.in fi.& con.319.preclarissime doc.col.vlt. Sed & vt seruetur æqualitas,interpretatur fideicommissaria substitutio,vbi alias interpretaretur directa,vt voluerunt Bal. Ang.& Sal.in l.in testamento.C.de testa.mil.& Corne.cons. 114.in hac consultatione,col.2.lib.3.

Aequalitatis ratione aliquid venit in legatum,quod alias non veniret.

4 ¶ Ad hæc priuilegia quæ conceduntur testantibus inter liberos vt in l. vlt. C.famil.hercis.& l. hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.& similia,ita demum competunt,si pater æqualiter filios instituat,aut illis aliter prouideat,vt pulchre consuluit Ro.con.179.amplissime doctor,col.5.vers.2.quod & posito,vbi hoc dicit voluisse Spec.in tit.de instr.edi.§.compendiose, vers.quid si pater habens tres filios.quod dictum pro sing.reassumit Phil. Dec.in l.1.in 2. no. C.vnde lib.& cons.349.consuluit excellentissimus,col.5.ver. sed tamen his non obstantibus. & etiam sequitur idem Dec.con.361.omissa longa serie,col.2.& cons.631.casus de quo quæritur,post prin.vbi id dicit no. Et bene facit quod & idem Ro.respondit con.385.in casu præmisso,quod per secundum testamentum in quo seruatur æqualitas inter liberos, reuocatur primum testamentum etiam factum inter liberos,sed non seruata æqualitate:nõ obstante auth. hoc inter liberos.C.de test.& inter cætera allegat Spec.vbi suprà. Et idem propemodum voluit Alex.cons.163.visis narratis,col.3.vers. nec huic fundamento,lib.6.

Priuilegia concessa testantibus inter liberos intelliguntur,si æqualiter sint instituti.

5 ¶ Et in dubio tenenda est opinio per quam fratres reducuntur ad æqualitatem, secundũ Soc. in repe.l.cum auus,col.20.ff.de cond.& demon.& con.108.casus Ser.Fran. in fi.lib.3.& Mariã patrem ipsius cons. 4. visis actis,etiam ad fi. Quibus adde quod pulchre consuluit Corn.

In dubio sequenda est opi.quæ facit æqualitatem inter liberos.

conf.309.multú,late,& seriose,lib.1.post Bal.& Bart.in hac specie, Testator cú haberet duos filios,vnum instituit hæredem in bonis & iuribus quæ habebat in Tuscia: alterum in bonis alibi sitis, sciens hoc modo illos fore æquales. Ille autem non potuit exigere quædam debita ob inopiam debitorum incognitam testatori. Certe concludit per multa quæ ibi allegat, istos fratres esse reducendos ad æqualitatem. Et quod tradit Pau. Cast. in authen. hoc inter liberos,col.1.vers. in contrarium facit. C. de testa.quod quando plura testamenta apparent condita inter liberos,ei standum est quod continet æqualitatem inter eos. & sequitur Paulus Parisius cons.24.licet,col.3. num. 13. lib.2.quod non longe abest ab eo quod diximus in præcedenti versi.

Fratres ficos indiuisas non relinquunt.

6 ¶ Quid quod fratres ipsi adeo pertinaciter æqualitatem sectantur & desiderant, vt vel ficos indiuisas non relinquant, ex vetere Græcorum prouerbio σῦκα μερίζειν, id est, ficos diuidere, tracto à fratribus bona diuidentibus, qui eo vsque minima quæque diuidi inter se postulant, vt ne ficos quidem non partiantur, de quo Martialis lib. 5. Epigrammaton in Calliodorum,

Calliodorus habet censum, quis nescit? equestrem,
Sexte, sed & fratrem Calliodorus habet.
Quadraginta secat qui dicit σῦκα μερίζειν,
Vno credis equo posse sedere duos?

Filij Iacob ægre tulerunt, tunicam donatam fuisse Ioseph.

Et quæ sequuntur. vt iam mirari desinas quod cæteri filij Iacob moleste tulerunt Ioseph fratrem fuisse tunica à patre donatum, Gen.37.de qua re loquens D.Ambrosius in lib.de Ioseph Patriarcha.c.2.Iungat (inquit) liberos æqualis gratia, quos iunxit æqualis natura. Lucrum pietas nescit pecuniæ,in quo pietatis dispendium est. Quid miraris si propter fundum aut domú oriútur inter fratres iurgia, quádo propter tunicá inter Iacob sancti filios exarsit inuidia?

7 ¶ Cui sententiæ maxime conueniunt verba Ang.con.287.incip.proclarioti decisione thematis,col.3.quæ ipsa,licet non admodum elegantia,libuit huc subnectere. Et hoc (inquit) potissimum vendicat locum in fratribus diuidentibus hæreditatem paternam,qui ex inuidia caussata à forma specifica plus solent contentari, quod extraneus etiam inimicus habeat de hæreditate paterna, quàm alter eorum plus altero vnum iota. Quod & idem pene dicit ipse Ang. con.364.Pierus fecit suum testamentum,col.vlt. Vt non mirum videatur quod veterum scriptorum monumentis traditú est, Chariclé Antiochúmq; fratres Ponticos cú paterna inter se bona diuiderét, poculum argenteum cócidisse, vestémque mediá abscidisse, vt neuter altero ditior opulétiórque abiret. Ex quo & illa tragica detestatio Plutarcho in Pyrrho memorata.

Fratrum Pòticorum diuisio.

Acuto ferro fratres diuidát domum.

Acuto ferro diuidant fratres domum.
θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τοὺς ἀδελφούς
Quod ex Euripide est in Phœnissis loquente de Eteocle & Polynice fratribus.

Fratrum concordia maxime seruanda.

8 ¶ Ea autem potissimum ratione æqualitas inter fratres & liberos seruáda est, quia cum alias semper concordia & pax atque amicitia,tum maxime inter illos seruanda est, atque præ cæteris quibusuis rebus expetenda.l.fratris,& quod ibi no.Bal.& l.de fideicommisso.C.de transac.& d.l.cum debet.§.sin autem,in fi.& c.iustum est.23.q.3.& quod voluerunt glo.Bar.& alij in d.§.euictis,& in l.cum rem alienam.C.de lega. Notum est illud filij Sydrach Eccles.25. In tribus(inquit)placitum est spiritui meo,quæ sunt probata coram Deo. & hominibus: Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentientes. Scribit Salomon sex esse quæ Deus odit: septimum autem, hoc est, eum qui seminat inter fratres discordias, detestari animam eius, Prouerbiorum 6. c. Et alibi sacra scriptura fratrum discordiam pessimum crimen vocat Genes.37.c.sicuti in eo loco tradunt interpretes.

Aequalitas amicitia est.

Aut certe amicitia parens.

Inæqualitas discordiarum.

9 ¶ Enimuero æqualitas(vt est Pythagoræ ex Platonis lib.6.de legibus, & Aristot. lib. Ethic. 9. c. 8. sententia) amicitia est, id est, vbi æqualitas,ibi quoque est amicitia. Est enim æqualitas amicitiæ parens & altrix. Contra inæqualitas discordiarú bellorúmque mater. Id quod elegáter extulit Euripides in illa eadé fabula introducés Iocastam Eteoclé filium ita alloquentem:

Κεῖνο κάλλιον, τέκνον,
Ἰσότητα τιμᾶν, ἣ φίλους ἀεὶ φίλοις,
Πόλεις τε πόλεσι, ξυμμάχους τε ξυμμάχοις
Συνδεῖ. τὸ γὰρ ἴσον, νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ.
Τῷ πλέονι δ', αἰεὶ πολέμιον καθίσταται
Τοὔλασσον, ἐχθρᾶς δ' ἡμέρας κατάρχεται.
Καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι καὶ μέρη σταθμῶν
Ἰσότης ἔταξε, κἀριθμὸν διώρισε.
Νυκτός τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον, ἡλίου τε φῶς
Ἴσον βαδίζει τὸν ἐνιαύσιον κύκλον,
Κ' οὐδέτερον αὐτοῖν φθόνον ἔχει νικώμενον.
Εἶθ' ἥλιος μὲν, νύξ τε δουλεύει βροτοῖς,
Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ δωμάτων ἔχων ἴσον,
Καὶ τῷδ' ἀπονεῖμαι; κᾆτα ποῦ 'στιν ἡ δίκη;

Id est.

Id est ad verbum, quantum fieri potest,
Illud pulchrius ô fili
Aequalitatem amplecti, quæ amicos semper amicis,
Vrbésque vrbibus, sociósque sociis
Connectit. Nam æqualitas legitima hominibus est.
Et verò quod plus est, semper aduersarium efficitur
Hoc quod minus, odúque statim initium fit.
Etenim mensuras hominibus & partes ponderum
Aequalitas constituit, & numerum definiuit:
Noctísque obscurum radium, solísque lumen
Aequalem ire annalem circulum.
Et neutrum ipsorum inuidiam habet superatum.
Ergo sol quidem nóxque seruit mortalibus:
Tu verò non sustinebis domorum habens æquas partes
Et huic distribuere? vbi verò esset iustitia?

Aristotel. quoque lib. Politicôn 5. c. 1. scribit vbique propter inæqualitatem oriri suspicionem, & c. seq. multa in eam rem affert, quæ sunt omnibus obuia. Quibus adinodum concinit text. in c. decimas, vers. has verò decimas. 16. q. 7. probans inæqualitatem esse fomitem discordiæ.

10 ¶ Et optimus text. id probans quod suprà nu. ab hinc 3. ex Angel. diximus, qui etiam illum allegat in l. cùm oportet, post princ. in illis verbis, vel ad extraneos, vel ad fratres suos. quod grauius multis esse videtur. C. de bo. quæ libe. Ex quibus verbis colligitur compertum esse, homines plerunque molestiùs ferre, si quæ ad se pertinent aut pertinere contendunt, ad fratres suos peruenerint, quàm ad extraneos, sicut etiam ex d. text. no. glo. in §. & quod sæpe, in verbo adducunt, in Auth. de tri. & semis. & in §. nec illud, in verbo, secundis. ibi, item propter. in Authen. de nupti. & ipse Angel. vltra locum suprà citatũ, in con. 364. visa facti narratione ad fi. & iterũ con. 394. cùm fratres ad diuisionem, etiam ante fin. vbi ad hoc adducit historiã Esau & Iacob descriptam Genes. 27. Sed & per illum text. plerique omnes passim asserunt ex inæqualitate oriri inter fratres discordiam, lites, inuidiam, sicut & inter cæteros gl. & Doc. in d. l. cùm pater. §. euictis. ff. de leg. 2. & Bal. in c. cùm accessissent, in prin. extrà de constit. & in c. cùm olim, circa medium, extrà de consue. cùm dicit no. in d. §. euictis, quòd dignitas sine excellentior gradus inuidiam generat, & scandalum seminat inter fratres. & rursum in c. Deus qui, extra de vit. & hon. cleri. Et Pau. Ca. con. 150. viso casu, col. 1. li. 1. vbi dicit quòd ex inæqualitate fratrum non solum generatur inuidia inter eos, sed etiam odium mortale, vt contigit in filiis Iacob. & Ro. cons. 385. in casu præmisso, & iterum con. 438. in causa consultationis, col. 2. & Maria. cons. 4. visis actis, col. 2. & Corne. con. 228. quod dictus Ser. col. 3. li. 4. & doc. alibi sæpe. Et ad hæc faciunt multa quę diximus in tract. de leg. connubialibus, in 5. leg. nume. 17. atqui æqualitas, & multis seq.

Grauius ferimus fratres, quàm extraneos nobis anteferri.

Ex inæqualitate discordia & inuidia.

11 ¶ Igitur vt redeamus, facilè ex iis apparet huiusmodi consuetudinem quę anteponit primogenitos cæteris, esse contra ius commune, & vt dicit Corne. cõsi. 199. hoc cap. in hac consultatione, col. 14. in litera, a. li. 2. exorbitantissimam à iure communi. Nunc restat vt sciamus id quod in quæstione iam deducimus, an valeat sitque rationabilis nécne ea consuetudo. in qua re cõperio nostros Iurium interpretes non omnino conuenire. Nam Pet. de Bel. Per. in §. vlt. Instit. de iure nat. in ea est sententia, vt si ex causa & ratione probabili fuerit huiusmodi consuetudo instituta, vt cùm bellum monetur, expedit vt terra vnius imperio gubernetur, & tunc valet consuetudo. Si autem sine causa fuerit introducta, nõ valet, sed magis dicenda est corruptela. Cy. in l. Barbarius, col. 3. de offi. Præto, asserit peccare primogenitum qui ex consuetudine totũ patrimonium retinet, si scit eam consuetudinem esse erroneam, prout est. Et si velit esse sine peccato, debet diuidere fratribus suis. Idẽ Cy. in l. rescripta. in 3. q. post Pe. C. de precib. Impe. offe. dicit ꝙ consuetudo disponens vt primogenitus totum habeat, est contra Apostolum dicentem, Filius ergo hæres: ideóq; peccat primogenitus si eam consuetudinem secutus totum capiat. Et hoc sequitur Bal. in l. sed ea. ff. de leg. 1. & Henr. Bo. in c. ex parte, l. 2. in fi. 1. col. extrà de offi. deleg. Et idem videtur voluisse idẽ Bal. in l. omnes populi, col. 7. versi. tertiò quęro quę sunt illa. ibi, itẽ, si statutum dicit quòd primogenitus. ff. de inst. & iure, dum dicit quòd statutum disponens vt primogenitus succedat excluso secundogenito, est odiosum & irrationabile, ea scilicet ratione, quoniam in natura pari non debent contraria constitui. Et sequitur Ale. cons. 128. consideratis verbis, col. 4. vers. & similiter statutum lib. 1. vbi & dicit fuisse ex mente Bar. in l. j. in fi. 7. q. C. de sum. tri. sequitur itẽ Fran. Are. con. 164. diligenter & maturè, col. 3. vers. confirmatur ista conclusio. & Soci. con. 252. visis instrumentis, col. 4. ver. septimò ad idẽ adducitur. Et simile est quod dicit Lucas Pen. in l. quicũq;. C. de prin. agen. in reb. li. 12. huiusmodi ius primogenitурę esse odiosum, cùm deprimat secundogenitum, quem sicut & primogenitum natura creauit, arg. l. vlt. C. de lib. præte. & l. lege. C. de legi. hær. Et idem dicit in l. j. col. 4. vers. primò quia constituto. C. de priu. eo. qui in sacro pala. mili. co. li. 12.

Consuetudo præferens primogenitos est contra ius commune.

An autem valeat & sit rationabilis, nécne.

12 ¶ Sed & idem Bal. in l. cùm lege, ante fi. C. de episc. & cler. dicit quòd huiusmodi statutum est omnino irrationabile. ideo non valeret, si in totum auferret legitimam. Sed si illam solum limitaret, valeret, nisi id factum esset in fraudem alimentorum. Sequitur Alex. cons. 134. æterni omnis, col. 8. vers. in hanc partem, & iterum col. vlt. vers. nõ obstat quod habetur, li. 6. Et ab hoc nõ lõgè distat, quod dicit ipse Bal. in d. l. j. col. 8. deinde quæro circa statuta. C. de sum. tri. eã demũ valere consuetudinem, si alij filij alimenta habeãt. Ipsa enim alimẽta solùm, nõ etiã reliqua quę ex successionibus proueniunt, esse de iure naturę. Id quod nuncupatim sequitur Ias. in l. quoties, col. antep. vers. & adde φ talis cõsuetudo. C. de rei vend. vbi ex hoc dicit quòd stante huiusmodi consuetudine potest primogenitus in foro consciẽtię totam hæreditatẽ retinere, quicquid super ea re dubitauit Iac. Are. & Cy. in d. l. Barbarius, & ibi etiam Alber. in r. col. vlt. e har. ff. de offi. Præto. de quorum in eo loco sententiis dicam posteà. Id quod videtur Iason intelligere secundum Bal. distinctionem in d. l. r. cui omnino ipse Iason innititur.

De eadem re.

13 ¶ Verùm Oldra. con. 94. eleganter circa negotium, col. 2. & 3. simpliciter tenere videtur valere consuetudinem præferentem primogenitum cæteris, eámque iure Diuino, Ciuili, & Canonico corroborat. In qua etiam sententia fuisse videtur Bart. in l. 2. in 24. q. & ibi expressim Raymundus de Sabauaco, in rep. vers. quęro quorũ cõsensus requiretur. C. quæ sit longa cõsuet. & Io. And. in c. sine culpa, io vlt. q. de reg. iu. lib. 6. in Mercu. vbi dicit φ talis consuetudo fundatur super æquitate, one videlicet tandẽ patrimonia per filiorum diuisiones attenuentur, exinaniantur, ad nihilum reducãtur, ar. c. maioribus, de præb. & c. ex literis, de pig. & c. vlt. de cens. præben. & l. ne in plures. ff. de exercit. & quia respub. appetit subiectos fore locupletes §. cogitatio in Auth. vt iud. sine quo. suf. Ex hócque concludit φ huiusmodi consuetudo ligat etiam priuilegiatos, scilicet clericos, minores, pupillos, & si qui sunt eiusdem generis, de quo tamen quantum ad clericos infrà plenius dicam. q. 43. Sed & Bal. ipse sibi (vt alias sæpe) contrarius con. 389. lib. 2. ita exorditur: Consuetudo est in nonnullis regnis, & est rationabilis & præscripta, φ primogenitus succedat, &c. Idem quoq; cons. 275. quod pro regula in feudis traditur, col. 2. vers. consuetudo igitur potuit, eo. li. 2. dicit quòd consuetudo potest disponere, vt solus succedat primogenitus, vt hoc videlicet priuilegiũ sibi vendicet primogenitura, per no. in c. licet. de voto, & in c. quàm periculosum. 7. q. 1. Et cons. 360. quantum ad punctum, eo. li. 2 dicit φ consuetudo aliquid insigne concedens primogenitis valet propter honorem familiarum & primogenituræ. Rursum idem in l. in quibus, col. 2. vers. pone consuetudo dictat. C. de secun. nup. quòd hæc consuetudo est approbata de iure Diuino. Quin etiam in c. cùm omnes, col. 2. de constit. dicit iure gentium statutum fuisse, vt primogenitus solus in regno succedat, ne regnum ipsum corrumpatur. quoniam nihil ita magnũ est, quod in partes diuisum non redigatur ad modicũ, vt in Authen. de natu. in cur. depu. & in Authent. de tri. & semis. in prin. Alibi item videlicet in c. primo. §. mulier, tit. si de feud. fue. contro. inter do. & agn. dicit etiam simpliciter, quòd talis consuetudo valet. quod etiam tenet And. Iser. in c. imperialem. §. præterea, col. 25. vers. quomodo probabitur, tit. de prohib. feu. ali. per Fe. Iac. Aluar. Marti. Laud. & Card. Alexand. in d. c. mulier, tit. si de feud. sue. contro. vbi ipsi Aluar. & Card. dicũt φ hęc cõsuetudo valet & est tenenda, licèt videatur dura. Idem Aluar. in ca. 1. §. & quia, col. 6. tit. de his qui feud. dar. pos. Cald. con. 17. statuto, tit. de consti. & Frã. Rampo. inter cons. illius cõs. 34. statuto Ferrariẽsi tit. de testa. Card. Flor. con. 137. redemptoris omniũ qui est Rex, col. 2. vers. & ex eadẽ causa Paoor. cons. 12. casus talis est magnificus, col. 3. vers. sed & dubium, li. 1. Flor. in disput. incipi. Baro. in 2. dubio, in prin. & Io. Bap. à Sancto Seuer. in c. r. col. 12. vers. 17. regula, tit. de feu. cogni. & Alex. sibi cõtrarius consi. 87. quãtùm ad primum, statim post prin. li. 6. Card. Ale. in c. per venerabilem. §. quod autẽ, col. 30. vers. postremo ad eandẽ materiã, extrà, qui sibi sunt leg. & in c. ius naturale, col. 3. dist. 1. & Benedic. in rep. c. Raynutius, in verbo, in eodẽ testamento relinquens. 1. nu. 158 & iterum 163. in fi. & nu. 168. & multis seq. de testa. & Guido Papa cons. 131. circa processum reuisionis, in 3. dubio. per multa quæ illic allegat. & Nicol. Perusi. in tract. de succes. ab inte. in 1. parte, in 6. specie filiorum, col. 5. ver. & propterea si est consuetudo Io. Lup. in repe. c. per vestras. §. 54. de donat. inter vir. & vxo. Iacobi à Sãcto Geor. in l. cùm antiquioribus, col. pe. vers. sed an valeat. C. de iu. delib. & Steph. Bertran. con. 78. viso consultationis themate, col. j. lib. 3. vbi dicit hanc consuetudinem honestam & rationabilẽ. Et ex Theologis Scotus celebratissimus Sententiarum interpres lib. 4. Senten. dist. 25. q. 2. in solutione argumentorum, cùm differit de muliere, quæ ex alieno viro filium suscepit, vbi satis apertè innuit hanc consuetudinem sibi videri bonam esse & æquam, dum illius simpliciter mentionẽ facit, in eáq; vt ita dicam, se fundat in quæstione, de qua ibi per eum.

Qui contra tenuerũt valere.

14 ¶ Et pro hac parte facit quod dicit Bal. in l. 2. col. j. versi. item an valeat pactum, & ibi Ias. col. 40. vers. secundò quærit Bal. C. de iure emphy. quòd valet pactum, vt emphyteusis ad primogenitum solũ perueniat. Et quod consuluit Pau. Ca. cõsi. 160. in causa quam magnificus dominus. col. 4. vers. quòd valet testamentum disponentis, quòd in feud. iurisdictionali castrorũ vel ciuitatũ præferatur primogenitus cæteris, & respõdet ad c. 1. ti. de succes. feu. vbi videtur dici contrarĩ. & sequitur Fely. in c. prudentiã, col. 3. extrà de offi. deleg. Quódq; latè differuit

Confirmatio posterioris sententiæ

Guido

Guido Papa deci.267.cuius est exordium,pactum factum est, quòd valet pactum initium in contractu matrimonij, vt primogenitus ex eo matrimonio præferatur cæteris in successione contrahentium matrimonium,quod & idem voluit Guido,deci.505.incip.factū est pactū.& Aufrer.in addi.deci.Tholo.q.452.cuius est prin.item fuit quæsitū an valeat, de quo dicemus latiùs infrà,in 6.quæst.Nam si huiusmodi pacta & testamēta valeant, multò magis cōsuetudo vel statutum,vt per gl.& Bar.in rub.C.de Decur.lib.10.& gl.in l.non impossibile,in fi. gl.magnæ.ff.de pact.& per text.in l.vlt.ad fi.& ibi Bal.C.de fideiuſ.cum fi.

15 ¶ Cæterùm Alber.Rosa,in d.l.Barbarius,col.7.vers.& prædicta faciunt. ff. de offic. Præto. post Iac.Ra.quærit an possit primogenitus in foro conscientiæ totam hæreditatem sibi à statuto vel consuetudine delatā retinere.Et primùm arguit quòd non,per quędam similia.Deinde dicit in oppositum facere,quòd primogenitus debet sibi formare conscientiam ex lege, quia non debet ea esse clementior,per tex.in Auth.de iudicib.§.oportet.& quædam etiam similia adfert,nec definit vtra pars sibi verior videatur,vt non abs re dixerit Iason,in d.l.quoties Albe in d.l.Barbarius,super hoc dubitasse.Verùm idem Alber.in alio loco, videlicet in proœmio ff.in §.discipuli,col.2.& 3.& iterum in d.l.ex hoc iu.ff.de iust.& iure,nō parū referre arbitratur:an in regno & aliis principatibus loquamur,an verò in cæteris rebus.Nā si primùm valet cōsuetudo,vt videlicet succedat solus primogenitus in regnis & principatibus,ea scilicet ratione quia humanum genus pacem appetit,& quietē,per l.vnic.in prin.& ibi no.C.de caduc. tol.& no.in c.fundamenta,de elec.lib.6.Sed pax & quies populi magis proficiscitur & cōseruatur ab vno principe,quàm à pluribus:quia principum multitudo mala,secundùm Philosophū vt ipse citat,de quo infrà dicemus:& Respub.melius per vnū consulitur.l.2.§.sed quia difficile.ff.de orig.iur.& ordine naturæ vnus debet esse princeps.c.in apibus. 7.q.1.

De eadē re

16 ¶ Hæc ferè sunt quæ ad hanc primam partē quæ ad principatus pertinet,adducit Alberi. minimè quidem naturę iurisque rationibus & institutis dissidentia.Naturæ enim ratio, vt elegantissimè disserit Patricius,edocet omnem multitudinem ab vno incipere. Agit enim in omnibus natura quod optimum est perfectúmque secundùm speciem singulorum,vt philosophi omnes tradunt,rēsque ipsa satis comprobat.Sed vnitas ipsa quæ à Græcis μονὰς dicitur, eiusmodi est,vt ex ea omnia fieri,omniaq; iterum in eam resolui veteres sapiētes putauerint. Cuius sententiæ autorē Laërtius circa initia eorum librorum quos de vitis sententiisq; philosophorum cōscripsit.fuisse tradit Musæum Atheniensem Eumolpi filiū,qui lōgo interuallo Homerū præcessit.Sic & Pythagoras Samius,principium omnium rerum [illegible],id est,vnitatem esse arbitratur,& ex ea infinitam dualitatem veluti materiam auctori vnitati pręberet, subiectámq; ei omnino esse,quemadmodū prodiderunt Plutarchus in eo li.quem de dogmatis philosophorum conscripsit,& Alexander in successionibus philosophorum , & Laërtius lib.8.eius operis quod nuper citauimus.Sed & vnitatem bonorum,dualitatem malorū exordium esse dicebat. Vnitatis enim natura inscia circunferētiæ,cęlo temperiem : animis virtutem: corporibus sanitatem:domibus,& ciuitatibus pacem & animorum gignit concordiam. At dualitas diuersa omnia:Aeri enim tempestatem tribuit:animis malitiam:ægritudines corporibus:ciuitatibus,& domibus seditiones & dissidia inducit:Omne siquidem malū ex dispari oritur voluntate.Proinde Homerus vnitatis naturam in boni quidem portione constituit,in mali verò dualitatem.Nam bonum [illegible] sæpe dicit,& [illegible] affectum huiusmodi.Cōtrario autem modo [illegible] vocat afflictionem ac vexationem.

Confirmatio partis quæ ad principatum pertinet.

Vnitas rerum principium.

Vnitatem bonorum exordium.

17 ¶ Moses autem scriptorū antiquissimus,cùm secundùm Hebraicam veritatem primo,tertio quarto,quinto,& sexto diebus expletis,confectisq; singulorū operibus dixisset,Et vidit Deus quia bonū est:in secundo tamen die hoc ipsum subticuit,insinuans nō esse bonū dualitatem quæ iam ab vnione discessit,vt à D.Hieronymo annotatum est lib.1.contra Iouinianum, & repetitū est in Decretis Canonicis,nomine tituloq; Diui Ambrosij in c.nuptiæ.32.di.1.Cui & assentiens Galenus medicorum princeps lib.de sanitate tuenda 6.scribit in omnium rerū genere quod optimum est,id vnicū esse,vitiosa verò plurima esse. Plato in Timæo omnia produci ab vno. In Philebo,omnia vno metitur. In Epinomido omnia reducit ad vnum.

Ad idem ex Hebræis

18 ¶ Sed & hoc à Mathematicis,qui numerorum rationē scrutantur,manifestè ostenditur,[illegible] enim dicitur ab illis mas eadem & fœmina,par & impar,nec per se numerus,sed fons & origo numerorum,initium finisque omnium,cùm ipsa principij & finis omnino expers sit, vt scriptum reliquit Macrobius de somnio Scipionis non semel,& è nostris intellexisse videtur Accursius in §.affinitatis,Inst.de nup.& in l.si quis ante,& ibi Bar.ff.de acqui.pos.& Bal.in c. cùm in iure,circa medium de elec. & Ange.con.56.quę reformatio,ante mediū. Itaq; monas ipsa,vt & dicit Macrobius,ad summū Deū refertur,eiúsque intellectum & sequentium rerū & potestatum numero sequestrat,nec in inferiore post Deum gradu frustra eā desideraueris. Hęc illa est mens,quæ,vt tradit Trismegistus,è summo nata Deo vices temporum nesciens, sed in vno semper,quod adest,æuo consistit.Sed & ad animam refertur.Anima enim aliena à contagione externæ materię,tantùm se autori suo ac sibi dedens simplicem sortita naturā, cùm se animandæ immensitati vniuersitatis infundat: nullum tamen init cum sua vnitate

Ad idē ex Mathematicis.

diuortium

diuortium. Vt igitur in vniuerso mundo omnia regit Deus: in partibus animi, mens: in membrorum multitudine, cor, aut cerebrum, quandoquidem omnis naturalis gubernatio ab vno manat: sic & consentaneum esse videtur, vt inter multos homines vnus imperet.

Feuda regulariter diuidua.

19 ¶ Ex quibus illud fieri autumo, vt quanquam feuda regulariter, vt ita dixerim, sint diuidua, vt est text. in c. 1. §. item si duo, & ibi An. Iser. Alua. & Card. Alex. tit. qui. mo. feud. amit. & in c. 1. §. omnes filij, tit. si de feud. fue. contro. inter dom. & agn. & in c. 1. tit. de nat. feu. & in §. prętereà ducatus. & ibi etiam And. Iser. Alua. & Card. tit. de prohib. feud. alie. per Fed. & in c. pe. tit. de prohi. feu. ali. per Lotha. & voluit Spec. tit. de feud. §. quoniam, vers. 34. tit. de feud. Io. An. in addi. ipsius, in rub. eiusdem tit. col. 3. vers. est quęstio in regno. Fed. Senen. consi. 227. factum tale est, duo fratres. Bald. in l. si plures, col. 2. ver. item nota quòd feud. C. de condi. inser. & in l. si familiæ, per glos. ibi, in versu, sed iuxta prædicta quæritur, & ibi clariùs Saly. C. fami. hercis. Bal. in l. voluntas, versi. quæritur de duobus feudatariis. C. de fideicōmis. & in c. imperialem, in prin. vers. quæro an vasallus, tit. de prohib. feud. ali. per Fed. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 10. q. de verbo. oblig. cùm loquendo de emphyteusi, allegat d. c. prætereà ducatus, & expresius in l. & ideo, & ibi Ang. ff. de condi. furt. & in l. cùm hi. §. si vni, & ibi Bald. Angel. & ferè omnes. ff. de transac. & in l. si domus. §. vlt. & ibi recentiores. ff. de legat. 1. & in l. arbor. §. vlt. ff. com. diuid. & in l. 1. in fin. prin. C. de impo. lucra. descript. lib. 10. Saly. in l. vlt. col. 7. C. de iur. emphy. Iuno. in c. prudentiam, in prin. extrà, de offi. deleg. Calde. consi. 12. tit. de fend. Iac. Ardi. in rub. vtrùm possit diuidi feud. iurisd. Panor. consi. 82. conditoris omnium col. pe. & ferè per totum, lib. 5. Fran. Curt. senior. consi. 69. dominus Ioānes, col. 3. vers. sed pręmissis non obstantibus. Soci. consi. 67. lib. 1. repetito cons. 165. lib. 2. visis inuestituris, col. 7. vers. his tamen non ob. & cons. 278. in quæstione vertenti, col. 1. & 2. eo. lib. 2. & cōs. 87. visis inuestitura, col. 3. lib. 3. Quod procedit etiam in feudo iurisdictionis secūdùm Spec. dicto tit. de feud. §. quoniam, versi. 34. & Bal. Aluar. Mar. & alios in d. c. prætereà ducatus, col. 1. Alex. consi. 7. in consultatione pręmissa, col. 2. lib. 5. quod tamen intellige vt Bal. & Alex. in d. locis.

Feudū vsuifructui cōparatur.

20 ¶ Quod & hinc probari potest, quòd vsuifructui, qui planè diuiditur, per l. 1. §. si vsusfructus ff. ad leg. Falcid. & not. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. oblig. æquiparatur feudum, secundùm Bald. Aluar. & Cardi. Alex. in d. §. prætereà ducatus, eundem Bald. in l. 1. §. excepto, & §. in primo, col. 4. C. de cadu. tol. & in l. cùm oportet, in prin. col. vlt. C. de bo. quę lib. & in c. 1. §. si quis de manso. col. 3. tit. de contro. inue. Et dicit idem Bal. in l. 1. col. 16. C. de confes. quòd feudatarius habet vsumfructum quendam anormaliter, qui non est casualis, nec formalis, sed singularis. & idem Bald. in l. 1. col. vlt. C. si plur. vna sen. dicit quòd feudatarius habet vsumfructum, id est, fruitionem quandam vtilem & plenam, non quòd ab eo exigatur vsufructuaria cautio, nec quòd perdat feudum per capitis diminutionem. Et facit text. in c. 1. §. vlt. tit. qui. mo. fed. amit. vbi vsusfructus ponitur in definitione feud.

Fallit tamē in feudis dignitatum.

21 ¶ Igitur vt repetam, licèt feuda regulariter sint diuidua, fallit tamen in feudis dignitatum, scilicet regni, ducatus, marchiæ, comitatus, & aliis huiusmodi, quæ sunt indiuidua, vt est text. in d. §. prætereà ducatus, & ibi not. Iac. Bel. And. Iser. Bal. Aluar. & omnes, ex quibus Bal. ipse aduocat Aristotelicam, vt ipse putat, sententiā ex 12. Metaphysicæ. Multos imperitare malū est, Rex vnicus esto. Quam tamen Aristoteles proculdubio sumpsit ex Homero, apud quem in 2. Iliados Rhapsodia, Vlysses Thersitem seditiosum ea sententia compescit,

Vnus rex esto.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω. Cuius apud Tranquillum primam partem vsurpauit Domitianus, alteram Caligula: vtranque apud Probum Aemilium Dion Syracusanus. Cui confinis est illa Euripidis sententia in Andromacha.

Ἑνὸς ἁ δύνασις ἀνά τε μέλαθρα,
Κατά τε πόλιας.
Vnius potestas sit & in re domestica,
Et in Republica.

Ad idem.

22 ¶ Tex. est item in c. licèt, & ibi gl. vlt. Hosti. Io. An. Anto. Panor. & alij, de voto, & voluit glo. in c. si hæredes, & ibi Doc. de test. & ipse Bal. in d. l. si plures, col. 2. C. de condi. inser. & in auth. hoc amplius, col. 2. C. de fideic. vbi & illam sententiam ex Aristotele quoque allegat, & in c. vno delegatorum, col. pen. de offi. deleg. & cons. 275. quod pro regula, col. 3. versic. nam si duo sunt, lib. 2. Omnes ferè in diuisionibus feudorum, videlicet Iac. Bel. in 8. diui. Aluar. & Cardi. in 9. diui. & Mart. Lauden. in tr. diui. Cy. in l. si viua. C. de bo. mater. & Specul. in d. tit. de feu. §. quoniam, versi. 34. Hosti. in summa eiusdem tit. §. vlt. versi. sed nunquid tenebitur iurare. Oldra. cons. 231. vt eius de quo quæritur, ante fin. & iterū cons. 237. perlectis. Bar. in l. inter tutores, ad fi. ff. de admi. tut. & cōs. 72. ex facto proponitur ꝙ nobiles, & consi. 89. primò quæritur, col. 2. versi. secūdò oportet. Albe. in l. communi diuidendo, in prin. ff. com. diuid. Ant. Imo. Panor. Fely. & Philip. Deci. in c. prudētiam, in prin. de offi. deleg. Io. Fab. in §. cùm filius, Inst. de hære. quæ ab inte. defe. Pe. An. consi. 339. pro maiori intelligentia, col. 5. & col. antepe. vbi & illam quoque sententiam ex Aristotele aduocat, multáque in eam rem adducit. Lucas Pen. in l. 3. col. 3. C. de vetera. lib. 12. Iac. Ardizo. in rub. vtrùm feudum diuidi possit. Pet. Iaco. in arbo. succes.

succes.Reg.Fran.col.4.versi.sed quid si dum decessit, & tit.de cau.ex quibus vasal.deb.amit. feud.col.2.vers.item excepto. Ang.cons.89.pro clariori decisione,col.3. Pan.in d.c.licet, col.3. de voto,& in d.c.vno delegatorum,de offi.deleg.& in c.intellecto,in 1.no.de iureiur.& consi. 12.casus talis est,magnificus dominus,col.3.in 3.dubio,lib.1.vbi item illam sententiam ex Aristotele citat.& consi.3.col.2.in fin.versi.sed his non obstantibus,li.2.vbi & eam quoque refert, dicitq; præterea istud quod dictum est,vt scilicet soli primogeniti succedant in principatus, fuisse introductum propter bonum publicum,& in fauorem & honorem imperij:vt principatus,& qui sub eo sunt integri perseuerent,arg.l.ne in plures.ff.de exerci.& c. significante, de pign.& c.maioribus,& c.dilecto,de præb.vbi dignitates non capiunt sectionem. Idē præterea voluit Domi.in c. 2.col.vlti.de arbit. lib.6.Fran.Are.cons.166.magnifici excelsi,col.pen. & Alex.consi.30.quoniam omne datum optimum,col.6.versi.nono per hoc,lib.1.quod & repetitur in cons.2.lib.5.& idem Alex.consi.18.visis capitulis,col.2.lib.2.& consi.6.visa inuestitura,eo.lib.5.& consi.seq.col.1.eo.lib.5.& consi.25.attentis narratis,fermè per totum,eo.lib.5. vbi & hinc fieri arbitratur,quòd in istis principatibus primogenitus tantum succedit. & cōsi. 87.quantùm ad primum,col.1.lib.6.& Barb.consi.14.clementissimi col.3.lib.4.vbi etiā citat illud Aristotelicum.& inter consi.Francis.Curt.senioris,consi.67.sapienter optimus,col.10. st.12.vbi & hanc in rē multa adducit.Corne.consi.199.in præsenti consultatione,col.18.vers. nam etiam obstat quod vltimo.lib.2.& Soc.consi.67.visis inuestituris,col.7.& iterum col.11. lib.1.& consi.165.simili initio,col.8.lib.2.Fely.in c.quæ in ecclesiarum,col.35.vers hanc declarationem limita,extrà de constit.Ias.in præfatione feudorum,col.pen.& Ludo. Bolog.cons. 62.Martinus,col.4.

23 ¶ Et huc vergit illud Euangelicum Lucæ 11. cap. Omne regnum in se diuisum desolabitur. quod & reperitur in c.si ea.25.q.2.& citat Zenzel.in extrauag.Io.22.incip.ad nostri apostolatus,in verbo,scissuris,tit.de priuil.qui ad hoc allegat d.§.præterea ducatus, vbi & Bal.hoc citat ad hoc propositum,& Barb.d.consi.13.lib.4.& iterum consilio vndecimo,illud afferam, col.3.lib.2.& Soci.d.con.suprà alleg.Ad quam etiam sententiam pertinet illud Lucani lib. 1.dum causas describit bellorum ciuilium, *Ad idem.*

—Nec vnquam
In turbam missi feralia fœdera regni.
O malè concordes,nimiáque cupidine cæci:
Quid miscere iuuat vires?orbémque tenere
In medio?dum terra fretum, terrámque leuabit
Aer,& longi voluent Titana labores:
Nóxque diem cælo totidem per signa sequetur:
Nulla fides regni sociis,omnisque potestas
Impatiens consortis erit:nec gentibus vllis
Credite,nec longè fatorum exempla petantur,
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Quorum versnum postremum aduocat gl.in l.vlt.ff.de acqui.rer.do.& in §.sanctæ quoque res.Instit.de rer.diui.Illum autem versum,Nulla fides regni, citat etiam Spec. tit. de iudi. §. sequitur in princ.Illud quoque,Omnisque potestas.&c.allegat Barb.d.con.14.col.3.lib.4.& consi.20.incip.illud afferam in medium,col.3.lib.2.& con.40.clementissimum,col.9.lib.4.& d.consi.67.quod est inter consi.Fran. Curt.

24 ¶ Hoc autem confirmant Cornelius Tacitus li.2.Historiæ Augustę,& Curtius lib.9.rerum gestarum Alexandri,scribentes insociabile regnū esse.Quibus subscribens Herodianus Alexandrinus qui Græcè imperatorum scripsit historiam,Incommunicabilis,ait lib.8. est natura potestatis.Seneca quoque Tragœdiographus in Thyeste,actu 3. *Ad idem.*

Non capit regnum duos.

Quem citat Imo.in l.ex duobus,in prin.ff.de vulg.& pupil.& Barb.omnibus ferè cōsi.suprà alleg.Nec hinc dissonat illud Statij Papinij lib.1.Thebaïdos,

Ambitus impatiens,& summo dulcius vnum
Stare loco,sociisque comes discordia regnis.

Quod & vsurpat glos.in cle.1.in verbo,ambitio,de regular.Illud quoque Ouidij li.2.de Arte amandi,

Non bene cum sociis regna Venúsque manent.

Verùm ante hos Ennius in Tragœdiis à Tullio lib.1.Officiorum relatus dixerat,

Nulla sancta societas,nec fides regni est.

Refert Plutarchus Cheroneus in Græcorum apoph.quod cùm à Dario talentûm permulta milia Alexandro offerrentur,peteretúrque vt Asiam ex æquo diuideret,diceretq; Parmenio: Equidem acciperem si Alexander essem. Et ego quoque,Alexāder inquit,si Parmenio essem. Dario aūt respondit,Neque terram duos soles,neque Asiā Reges duos tolerare. His suffragatur quod D.Augusti. scribit in c.quod autē.23.q.7.quis factu dominationis elatus desiderat habere consortē? Apud Herodotū in Thalia Megabysus sic infit.Propositis trib' statibus:&

his

his omnibus optimis, vt optimè imperét pauci, optimè vnus, inter hæc multo excellere vnius imperium sentio. Nam vnius viri qui optimus sit imperio nihil melius esse constat. Quod qui sentit, eum non immeritò statum popularem missum faciat, vt tacità sic præcipuè consilia in aduersarios trahi solere. Porrò in statu paucorum cùm plures virtuti incumbant in publicum, vehementiora priuatim odia excitari consueuerunt. Cùm enim quisq; princeps esse optet, & in sententia dicenda vincere, ad ingentia inter se odia euadunt. Ex quibus seditiones existunt, è seditionibus cædes, è cedibus ad vnius imperium deuenitur: vnde intelligi datur, quantò sit hnc illo præstantius. Hæc ille.

25 ¶ Sed & multi tam antiquiores, quàm recentiorea scriptores hanc vnius gubernationé, quàm multorum esse & potiorem & naturaliorem, infinitis propè rationibus ostenderunt, quas si hoc loco commemorare vellem, dies me deficeret. Satis enim erit si nonnullos ex recentioribus, qui hunc locum latiùs tractarunt, indicauero. hoc quidem multis comprobat Franciscus Patricius Senensis pontifex Caietanus in iis libris quos elegantissimè & copiosissimè de regno conscripsit, & Iouianus Pontanus in libris de obedientia, quos non minori elegantia, nescio an maiori composuit. & nouissimè Cælius Rhodiginus lib. lectionum 13 cap. 27. & ex nostris Lucas Pen. in l. vlti. post prin. C. de delat. lib. 10. & Alber. in proœ. ff. in §. discipuli, col. 3. Anto. Corset. in tract. de pot. & excel. Regi. in 74. qu. vbi & alios plerosque citat huius sententiæ assertores.

26 ¶ Nec refragantur iura Decretáque Canonica quibus monstrosum videtur, vt vna prouincia habeat duos Archiepiscopos, vna diœcesis duos episcopos, vna ecclesia duos sacerdotes. Itaque sanxerunt vt quæque diœcesis vnũ caput, & ecclesia Romana vnum pastoré habeant. c. peruenit. 101. di. & c. pen. 21. q. 2. & c. quoniam in plerisque, de offi. ordi. cum si. in eam rem congregatis, per Luc. Pen. in d. l. vlti. col. 1. C. de delat. lib. 10. & in l. in prouinciis, col. j. in verbo vsurpatione. C. de Num. li. 12. & in l. viros, col. 2. C. de diuer. offi. eo. li. 12. & in l. 2. col. pe. C. de exac. & execut. eo. lib. 12. Et vt dicit D. Paulus ad Ephes. 4. Vnum corpus, vnus spiritus, vnus dominus, vna fides, vnũ baptisma, vnus Deus pater omnium qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Et D. Hieronymus ad Rusticum, In apibus princeps vnus, & grues vnã sequuntur ordine literato. Imperator vnus, iudex vnus prouinciæ. Roma autem cõdita duos fratres simul Reges habere nõ potuit, & parricidio dedicatur. In Rebeccę verò vtero Esaü & Iacob bella gesserunt. Singuli ecclesiarum episcopi, singuli archiepiscopi, singuli archidiaconi, & omnis ordo ecclesiæ suis rectoribus nititur quæ verba repetuntur in d. c in apibus. 7. q. 1 Subdit autem Hieronymus, In naui vnus gubernator, in domo vnus dominus, in quouis grãdi exercitu vnũ signũ expectatur. Ante Hieronymũ auté Cyprianus, in eo libello, quẽ de idolorũ vanitate cõscripsit. Ad diuinũ, inquit, imperiũ de terris mutuemur exẽplũ. Quando vnquã regni societas aut cũ fide cœpit, aut sine cruore desiit? Sic Thebanorũ germanitas rupta & permanens rogis dissidẽtibus etiã in morte discordia. & Romanos geminos vnũ non capit regnũ, quos vnũ vteri cepit hospitiũ. Põpeius & Cæsar affines fuerũt, nec tamẽ necessitudinis fœdus in æmula potestate tenuerũt. Nec hîc tu de homine mireris, cùm in hoc omnis natura consentiat. Rex vnus est in apibus, & dux vnus in gregibus, & in armẽtis rector vnus.

27 ¶ Ex illis autem verbis Hieronymi aliisq; ex Herodoto, Lucano, & aliis supra aduocatis clarè constat communionem parere contẽtiones, discordias, lites, dissidia, seditiones inimicitiásq; excitare. Quibus attestatur text. in l. cũ pater. §. dulcissimis, & ibi Doc. ff. de leg. 2. & in l. in re communi, ibi, propter immeosas contentiones, vbi ad hoc no. Flor. & in l. sancimus. §. ne auté communione. C. de don. Hinc videmus (vt nõ nihil iterũ cũ Patricio loquamur) ciuitates quę à pluribus administrãtur, seditionibus & intestino odio plerũq; laborare. Illas autem quę ab vno regũtur concordes esse, vt quę iustè legitiméq; imperãti ęquo animo pareãt, vltróq; obsequãtur sine ęmulatione aut obtrectatione aliqua. Quibus quidẽ ex rebus perpetuę sunt, & bonis omnibus affatim semper abundant. Quinetiam ciuitates atque Respublicæ ipsæ cùm bellorum calamitatibus, aut maximis difficultatibus premũtur, ad vnius principis remedium se cõferunt, nulláq; ratione alia meliùs euadunt, quàm si res omnis ad vnius arbitriũ redigatur.

Communionem parere discordias.

¶ Romani, vt à plerisq; aliis relatũ est, & à Pomponio Iurisconsul. in l. 2. §. deinde in magnis
28 periculis, vt cùm crebra orirentur bella, & quidem acriora à finitimis inferrẽtur, Dictatorem vnum creabant, cui ad tempus summa potestas credebatur, vt etiã traditur in l. j. ff. de of. Pręt. cuiúsque imperio omnia permittebãt. Et idcirco sic appellatũ, vt Varro arbitratur, quòd illius dicto omnes auscultarẽt obsequerẽtúrque. Quanquã Plutarchus in Marcello à diuerso etymo deducit. Macer auté Licinius, qui multa diligentia de antiquitatibus scripsit huius magistratus exemplum atque nomen ipsum ab Albanis, à quibus magna ex parte originé ducebãt, sumpsisse retulit. Qui non longo post Amulij Numitorísque morté interuallo, deficiẽte Regia sobole annuos dictatores designabant, qui regiam potestatem habebant. primúsque apud eos Metius Suffetius Dictator fuisse inuenitur post morté Cecilijeorũ Regis. Tametsi & hunc creandi Dictatoris moré videri possunt Romani, vt alia pleraque, à Græcis accepisse, quos Theophrastus in libris quos de regno scripsit author est, in reb' difficillimis ad modicũ tempus

Dictatores cur creabãtur.

tempus eiusmodi magistratus instituisse, quos Aesymnetas vernaculo verbo appellabant. Qualem Mitylenæi elegerunt aliquando Pittacum illum ex septem sapientibus contra exules suos, quibus præerant Antimenides & Alcæus poëta, vti testatur Aristoteles lib. 3. Politicon. c. 10. & Dionysius Halicarnasseus lib. 5.

29 ¶ Id autem agebant Romani, quòd clare cognoscerent in vnius principatu maximam autoritatem esse, liberam sententiam, consilia non ambigua, iudicia in rebus ordinandis potiora, executiones promptiores alacrioresque. Hoc quidem pacto è multis periculis aliquãdo euaserunt, & pene victi victores extiterunt. In difficillimo contra Latinos bello Aulus Posthumius secundus Romanorum dictator (nam Titus Largius primus fuerat) ad Regillum Lacum in agro Tusculano agmini hostium occurrit, vt tradit Liuius lib. 2. & Plinius Secũdus, aut quisquis is fuit, in lib. de viris illustribus. Quintus quoque Cincinnatus Dictator factus, & ab aratro accersitus aduersus Equos re male gesta, apparatu, hostésque nuper victores quamprimum victos sub iugum misit, & ad optatum agellum rediit, testibus Liuio libro 4. Plin. in eodem lib. Eutropio lib. 1. de Ro. gestis. c. 11. Sic etiam, vt & illi ipsi inquiunt, Fidenates ante victores, Mamerco Aemilio Dictatore victi sunt, & Fidenæ captæ. Furius item Camillus Dictator, vt & refert Liuius lib. 5. ab vrb. cond. & Plutarchus in vita illius, & Eutropius quo loco suprà citauimus c. vlt. primus per annos decem Veios cepit. Rursúsque cum Galli Senones fusis Romanis ad Alliam fluuium, vrbem cepissent totam præter Capitoliũ, & coacti fame Romani mille auri pondo iam spopondissent, pecuniáque expenderetur: Camillus ipse Dictator creatus cum exul esset aduenit, Gallósque vrbe deturbauit atque trucidauit, & pristinam patriæ libertatem vindicauit, Romanúmque populum qui iam Veios migrare volebat, retinuit. Longo etiam post tempore cum tot cladibus à Pœno duce Hãnibale acceptis res Romana in vltimo discrimine versaretur, Dictatorem creari placuit: & Fabius Maximus designatus est, qui cunctando, vt inquit Ennius, restituit rem, viresque Hannibalis attriuit. Quibus exemplis intelligere possumus, Romanorum sententia, qui virtute & armis imperium omnium gentium quæsiuerunt, Rerumpub. status in magnis periculis & calamitatibus nulla alia ratione seruari posse, quàm vt ad vnius imperium redigantur.

Dictatores sæpe Ro. periculis maximis exemerunt.

30 ¶ Adde quod subditorum interest, ne plures dominos habeant, vt dicit Host. in c. dilecti, de maio. & obed. Zenze. in extrauag. Io. 21. incip. ecclesia Romanæ, in verbo, suorúmque fidelium, ar. d. c. præterea ducatus, vbi & hoc dicit Bal. in c. 1. §. si quis, tit. quo tempo. mil. inue. per. & in c. 1. §. secundo, de leg. Corra. & in l. 2. C. de don. Aluar. in c. omnes, tit. si de feu. fuc. cõtrou. Pan. d. cons. 82. conditoris omnium, col. pen. lib. 1. & Mart. Laud. in tract. de principibus, vers. 471. interest subditorum. Barb. d. cons. 11. col. 3. lib. 2. Idque potissimum duabus rationibus, Prima quia, vt satis constat ex iam dictis, expedit multitudini regi ab vno, vt est etiam tex. in l. 2. §. nouissime. ff. de orig. iur. per quem ita voluit Bal. in auth. hoc amplius, col. 2. C. de fideicom. Altera, quia nemo potest duobus dominis seruire, vt Deus Opt. Max. attestatur Matth. 6. c. & Lucæ 16. & repetitur in c. acutius. 26. dist. & in c. 1. 21. q. 2. & in c. tolle, de pœn. dist. 2. & hoc versu non ineleganter conclusit Iuuencus,

Nemo potest dominis æquè seruire duobus.

Subditorũ interest, ne plures dominos habeant.

31 ¶ Satis igitur probatũ est in huiusmodi regnis & principatibus satius esse vnum quàm plures succedere, vt is scilicet solus ea administret, subditos regat & moderetur. At æquitati rationique cõgruũ est, vt is potius sit natu maximus, quàm cæteri, vt dicit Old. de hac re nominatim loqués cons. 94. elegãter, col. 4. & Petr. Anch. qui & de hoc quoque nũcupatim loquitur, con. 339. pro maiori intelligẽtia, col. 2. per l. vlt. ff. de fide instr. & c. statuimus, de maio. & obed. & Alex. etiã de hoc speciatim loqués, con. 4. ponderatis verbis, col. 2. lib. 4. Nã quod vni (inquit) tantum defertur, debet antiquiori deferri, per eadẽ iura, & alia quæ allegat. Cuius rei duæ sunt potissimæ rationes. Prior est, quia primogenitus prudẽtius præsumitur regnũ administraturus, quod iã multis suprà probauimus: Altera, quia natura cõparatũ est, vt maiores natu imperẽt, præsint, dominẽtur: iuniores seruiãt, subsint, obediãt, vt etiam affatim suprà docuimus. Et id quidẽ adeo naturale est, vt vel inter bruta animãtia id quoq; obseruari testimonio sint Plin. & Solinus à nobis suprà etiã relati, in præfa. nu. 216. Propterea, vt cũ Alb. cõcludamus, nõ obscurũ est valere cõsuetudinẽ, vt primogenitus solus succedat in regnis & dignitatib. Regalibus.

Magis cõgruit seniorem principatum moderari quã iuniorem.

32 ¶ At si loquamur in cæteris rebus hæreditariis, dubitat Alb. ipse in d. prooœmio. ff. §. discipuli, an valeat talis consuetudo: imo, vt dicit, non videt huiusmodi consuetudinem posse defendi, quoniam tollit alimenta, & legitimam aliis filiis, quibus ea debentur iure naturæ. l. 1. §. huius studij. ibi, liberorum educatio. ff. de iure nat. gent. & l. cum ratio. ff. de bonis dam. & c. ius naturale. 1. dist. Car. autem Alex. in c. 1. col. 14. in respon. 8. arg. tit. de feud. march. dicit huiusmodi consuetudinem esse fauorabilem in dignitatibus, in cæteris autẽ esse odiosam, & propterea restringendam, sentiens per hoc semper esse validam. Quin expressius Mart. Laud. in d. trac. primogenituræ, col. 5. ver. an valeat consuetudo: & Guido Pap. cons. 131. circa processum reuisionis, in 3. dubio, postea quàm retulerunt Alb. vbi suprà, tradunt asseueranter valere hanc consuetudinem sine delectu atque discrimine principatuum & cæterarum rerum, per tex. in

Quid in cæteris rebus quàm in principatu

l.mulier si fuerit,tit.si de feud.fuerit contro.Quod & voluit And.Iser. in c. item si fuerint, & ibi Aluar.tit. quib. mod. feud. amit. dum dicunt quod feuda quæ non sunt dignitatum, diuiduntur inter hæredes, nisi ex lege municipali sit inductum, vt primogenitus solus succedat, quem sequitur Alex.cons. 7. in consultatione,col.1.lib.5. & Soc.cons.252.cuius est exordium, visis instrumentis concessionum,col.pen.ver. secundo dico.

Primogenitus tenetur fratribus alimenta præstare.

33 ¶ Nec obstat (inquiunt Mart.& Guid.Pap.) quod de alimentis dictum est. Nam licet consuetudo nullam omnino faciat eius rei mentionem, tenetur tamen primogenitus præstare cæteris fratribus alimenta, aut alia bona illis assignare, quibus possint honestam vitam ducere, habita personarum & facultatum ratione, vt & voluerunt Host. Io.And. & Pan. in d. c. licet, de voto, arg.l.1.ff.de tut.& ratio.distrah.& idem Io.And.in regula, sine culpa, de reg. iur.lib.6. in Merc.Pan.cons.12.casus talis est, magnificus dominus,col. 5.ver. septimum dubium, lib.1. & cons.3.nitar in præsenti, col.4. vers. dicunt tamen,lib.2.& ipse Guido Pap.dec.476.vtrum legitima,& iterum dec.487.pater in testamento,col.2.vers.quo vero ad regna.Car.Alex.in c. per venerabilem.§.quod autem,col.30.vers.postremo ad eandem materiam,extra qui fil.sunt legit.Soc.cons.47.facti narratione,col.2.lib.3.& Philip.Fran.in rub.de testa.char.ante pe.ver. as.prohibentur,lib.6.& Iac.à S.Georg.in l.cum antiquioribus,col.vlt.in 8.q. C.de iure delib. Et in simili dicit Bal.in l.alimenta. C. de nego. gest. quod si ex statuto aut aliàs masculus est hæres vniuersalis, tenetur alere sorores, per tex.in l.qui filium. ff.vbi pup.edu. deb. vbi & hoc idem dicit ipse Bal.& ipse quoque cons.465.statuto ciuitatis,in fi.lib.3.& Pan.cons. 75.primo videndum est,in vlt.dubio,lib.1.

Iosaphat primogenito regnum reliquit, cæteris filiis res quasdã minutiores.

34 ¶ Sapienter autem fecit Iudæorum rex Iosaphat, qui vt scribitur lib. 2. Paralip.21.Ioram filio primogenito regnum tradidit, cæteris filiis minutas quasdam ciuitates, aurúmque & argentum reliquit, quo possent honeste viuere. Id quod etiam fecit Cyrus, qui vt supra in præf. diximus, quo loco de Persis locuti sumus, Cambysi primo filio regnum, Tanaxzaridi alia quædam minutiora reliquit, vt testatur Xenophon qui vitam illius magis ad principum institutionem scripsit, quàm ad historiæ veritatem. Plato autem suis legibus lib.11. legem huiusmodi sanxit, Qui liberos habet & testamentum conscribit, primo hæredem de filiis vnum quem dignum putauerit constituat: deinde quemcunque aliorum adoptandum aliis dederit, conscribat: & si filiorum aliquis superest, nulla hæreditate munitus, quem secundum legem in Coloniam sperat profecturum, huic liceat patri de alia pecunia quantum velit, legare.

Quid si cæteri fratres habent vnde se alere possunt.

35 ¶ Sed vt redeamus, id quod dictum est suprà teneri primogenitũ alere cæteros fratres, etiam si statutum, aut consuetudo id aliter non exprimat (neque enim id omittendum fuit) intelligit Marti.Laud.in d.tract.primogenituræ,col.7.vers.vlt.quæro,an primogenitus, procedere, nisi postremi filij aliunde quicquam haberent, vnde ipsi se possent honeste alere. neque enim tunc primogenitum teneri eos alere, ar.l.si quis à liberis.§.sed & si filius.ff.de lib.agno. quem tamen locum corrupte allegat.

Tolerãtur quedã iniqua propter bonũ aliquod.

36 ¶ Sed & illud præterea dici potest, quòd licet non sit æquum, vt cæteri filij suo iure priuẽtur. l.2.§.1.ff.de his qui sunt sui vel ali.iur. debet tamen tolerari propter bonum quod inde sequitur, iuxta no.in l.1.ff.de iust.& iur. Nam & alias sępe contingit, vt quis sine culpa sua iure suo priuetur, sed non sine causa.c.antiqua,& ibi gl. de priuil.& per Dy.in c. sine culpa, de reg.iur. Quam rationem ad hunc casum adfert Pau. Cast.cons.179.incip.in causa quam magnificus dominus,col.3.ver.vel melius potest dici,lib.1.Potuissem huc præterea adducere, quòd legitima statuto, aut consuetudine tolli potest, vt multis placuit. Sed quia in hoc sunt diuersæ op.& alibi affatim remissiones de hac re congessimus, omittendum hic duximus.

Limitationes eius quod dictum est feuda dignitatũ esse indiuidua.

37 ¶ Verum antequã hinc discedamus, quod dictum est feuda dignitatũ esse indiuidua, propteréaque in his solos primogenitos succedere, id certe multis modis intelligendũ est. Primo vt procedat de cõmuni iure feudorũ. Verum ex cõsuetudine Alemaniæ atque Italiæ & aliarum multarum regionũ huiusmodi feuda diuiduntur, secundũ Host.Io. And.& Car.in c.licet extra de voto.Old.con.237.perlectis & diligenter attẽtis,& eius discipulũ Io.And.in addi. Spe. super rub.de feud.col.pe. And.Iser.in c.omnes filij,& ibi Alu.tit.si de feud.fue.cont.inter do. & ag.& in c.1.in fi.de feud.Marc.& in d.§.præterea ducatus,tit.de proh.feu.ali. per Fed.Aug. cons.286.pro clariori decisione.Soc.cons.165.visis instrumentis,col.7.vers. his tamen non obstantibus,& con.252.visis instrumentis concessionum,col.pe.ver.secundo dico.& con. 278.in q. vertenti,col.1.& Frañ.Curt.senior.con.69.dominus Io.col.10.ver. quarto principali fundamento.Alex. cons, 18.visis capitulis, col.2.lib.2.& cons.60.visis dubitationibus, in prin.lib.3. quod iterum repetitum est,con.30.lib.6.& eundem cons.25.attentis narratis.col.3.vers.fortificantur etiam prædicta,lib.5.& And.Barb.inter col.illius,post con.55.prospectis,col.vl.lib.4. & Soc.cons.467.visis inuestituris,col.7.vers.primo quia dispositioni, lib. 1. quod & repetitur cons.165.lib.2.& cons.252.visis instrumentis,col.pe.ver.secundo dico,co.lib.2. & con. 278.in q.col.1.eo.lib.2.& Philip.Dec.in c.prudentiam,col.5.vers.& notandum est,de offic. deleg. Et idem dicit obseruatum in partibus Citramontanis,Alb.in l.vlt.col.6.ver. alij dicunt merum. C.de iurisd.om.iud.& Iac.à S.Georg.in tract.statutorum,col.2.vers.quid sit Rex.

¶ Et huiusmo

38 ¶ Et huiusmodi quidem consuetudo valet & obseruanda est, secundum Host. & Car. in d.c. licet, de voto, Old. vbi supra, Bal. in d.c. præterea ducatus, col. 1. & ibi Aluar. col. 2. in 1. no. & ite rum in col. pe. Aluar. in d.c. omnes filij col. 5. Aegid. Bellamera. cons. 48. an comes. col. 1. vers. sed aliud dubium. Alex. d. con. 18. lib. 2. & Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le 1. nu. 185. de testa. & Ant. Rub. con. 132. viso casu, col. 2. vers. 4. facit. Et non obscurè sentiunt cęteri omnes quos suprà citauimus, dum eam consuetudinē simpliciter referunt, eique innituntur sine alia eius reprobatione. Nam & alias semper quantum ad successionē feudi Regalis seruanda est consuetudo, vt dicit Bal. in c. 1. de feud. Matt. per tex. in c. 1. in fi. tit. de alie. feu. quod dicit fixū cordi tenendū, quia frequens est mors regū & principū.

Qua consuetudo vales.

39 ¶ Quod tamen intellige duobus modis, Primo vt procedat, si talis consuetudo sit inducta & obseruata sciente, & patiēte superiore: aliàs secus, secundū Old. & Io. And. vbi suprà, And. Iser. Bal. Aluar. & Car. Alex. in d. §. præterea ducatus, & idem Aluar. in c. vlt. ad fi. tit. de alie. feud. Barb. inter con. Fran. Curt. senioris, con. 67. sapiēter, col. 12. & seq. Alex. cons. 6. cuius est initiū, visa inuestitura feudi, lib. 5. & Soc. d. con. 165. vbi supra, & Iac. à S. Geor. in trac. feud. col. 5. ver. quæro quia dixi. Et huius ratio est, quia ad inducendum consuetudinē legi contrariā sciētia principis requiritur, per no. in l. de quibus. ff. de legi. Et huiusmodi scientia nō præsumitur in principe vniuersali, per c. 1. de const. lib. 6. licet bene pręsumeretur in particulari in terris suis, vt per Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo, non obstantibus, ad finem.

Modo inducta sit sciente & patiente superiore.

40 ¶ Secundo modo intellige vt procedat, modo id obtentum fuerit in iudicio contradictorio. Neque enim sufficeret vt huiusmodi feuda ab vltroneis spontaneisque hæredibus fuerint diuisa, vt ex hoc inducatur consuetudo quæ alias adstringat, vt etiam voluerunt Old. & Alex. locis proxime allegatis, per multa quæ ad hoc allegant, quæ de industria prætermisimus. vide tamen quæ dicam infrà in 91. quæst.

Et obtentū sit in iudicio contradictorio.

41 ¶ Et quod diximus de consuetudine, idem intellige de statuto facto sciente & patiente principe, vt expresse in hoc casu voluit Aluar. in d. §. præterea ducatus, col. pen. vers. quæro an per statutum. Et ita debent intelligi quæ scribit Bal. & idem Alua. in c. 1. §. item si fuerit, tit. quib. mo. feud. amit. An autem valeat huiusmodi consuetudo priuata cuiuspiam familiæ, dicam latius infra in 16. q. Et id quod de statuto diximus, erit vice 2. limitationis.

Quid in statuto.

2. Limitatio.

42 ¶ Tertio igitur limita, vt procedat nisi omnes hæredes communi consensu diuisionem huiusmodi dignitatum fecissent, quia tunc licet id facere non possint sine consensu domini, vt voluit And. Iser. Bal. & omnes in d. §. præterea ducatus, vbi est bonus tex. recte intellectus pō derando aduersatiuam in vers. aliud autem. Voluit etiam Curt. cons. 69. dominus Io. col. 6. vers. capio secundam dubitationem, & Soc. con. 278. in q. vertenti, col. 2. Tamen tenentur ipsi hæredes, qui huiusmodi diuisionem fecerunt, quantum ad eos spectat, obseruare, vt dubitanter tamen voluit Alex. d. cons. 60. col. 1. vers. 2. potest responderi, lib. 3. Motus, quia non potest quis venire contra proprium factum, quod etiam de iure non valet, per l. si creditoribus, & ibi gl. C. de ser. pig. dat. manu. & l. cum profitearis. C. de reuo. don. & l. per fundum. ff. de ser. rust. præd. & no. per Bar. in l. post mortem. ff. de adop.

3. Limitatio.

Cur omnes hæredes cōsentiunt.

43 ¶ Quarto limita, vt patet ex præcedenti limitatione, vt procedat nisi dominus huiusmodi diuisioni consensum accommodarit, quia tunc valebit talis diuisio, vt not. And. Iser. in c. 1. in fi. de feud. March. & Alex. d. cons. 25. attentis narratis, col. 3. vers. fortificātur etiam prædicta, lib. 5. Soc. d. con. 67. repetito 165. col. 8. vers. quinto respondetur, sentit Bar. in l. inter tutores ad fin. ff. de admi. tuto. cum dicit quod ea feuda diuidi non possunt à seipsis: quasi diceret, sine permissione domini. Sentiūt etiam Ant. & Imo. in c. prudentiam, in prin. de offi. deleg. & Domi. in c. 2. de arbitr. lib. 6. Et illud quidem est, quod alibi dicunt, posse huiusmodi diuisionem fieri ex speciali priuilegio principis, vt voluit idem And. in d. §. præterea ducatus, & ibi Bald. & Aluar. in 1. not. & Car. etiam in 1. not. & idem Aluar. in c. omnes filij, in 3. col. vers. quæro quid si feuda dignitatum, tit. si de feu. fue. contr. & in c. vlt. in fi. tit. de ali. feud. & Soc. d. con. 67. lib. 1. repetito con s. 165. col. 8. vers. 5. respondetur.

4. Limitatio.

Cur dominus consentit.

Ex priuilegio principis.

44 ¶ Nisi intelligas istos intelligere de vniuersali omnium principe, etiam nō de domino primo & immediato, quod non crediderim. Neque enim posset princeps in præiudiciū domini concedere huiusmodi diuisionem non magis, quàm alienationem, cum esset contra mentē concedentis, per no. in l. vlt. C. si contra ius, cum si. Propterea de eadem re loquēs Fran. Cur. senior. d. con. 69. col. 9. ver. 3. in vnum veluti coniungit principem eundémque feudi dominum, allegátque quod in simili dicitur, quòd præbenda alioquin indiuisibilis, per c. tuæ, de pręb. potest tamen ex permissu papæ diuidi, c. maioribus, & ibi doct. eo. tit. Et hęc erūt loco 5. limitationis.

An princeps vniuersalis id possit concedere in præiudiciū domini.

5. Limitatio.

45 ¶ Et quia tempus cuius nō extat memoria habet vim priuilegij & consensus, per l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & l. 1. §. vlt. ff. de aqua plu. arc. etiā in regalibus, per c. super quibusdam, vbi no. Pan. extra de verb. sig. cum si. à me alibi abūdanter traditis. Ideo si feuda huiusmodi per tale tēpus cōsueuerunt diuidi, certe ex eo efficiuntur diuidua, vt voluit expresse And. Ise. in d.c. omnes filij, & ibi post eum Iac. Alua. in ver. quid si feuda dignitatum, & Car. Alex. in eo. ver. tit. si de feud. fue. contr. inter do. & agn. Et hoc erit loco 6. limitationis.

6. Limitatio.

Ex tempore immemoriali.

T 2

7. Limitatio. Cum in hereditate nō solus est principatus, sed alia

46 ¶ Sed & septimo limita, vt non procedat, quando in hęreditate esset comitatus, & alia feuda, siue bona allodialia, quia tūc ex diuisione posset comitatus vni assignari & alia alij, vt voluit Bal. post gl. in l. si familiæ, ver. sed & iuxta prædicta, & ibi quoque Sal. C. fam. ercis. Idem Bal. in l. 1. in 1. q. ff. de ret. diui. & in l. voluntas, vers. quæritur de duob. feudatarijs. C. de cond. inser. & in d. §. præterea ducatus, col. 2. vers. pone duo fratres. & ibi Aluar. & Car. vterque col. pe. & Mart. Laud. col. 2. Aluar. in d. c. omnes filij. tit. si de feu. fue. contr. inter do. & ag. Alex. d. con. 18. visis capitulis, col. vlt. lib. a & d. cons. 60. col. 1. vers. quinimo dicit, lib. 3. Soc. d. con. 67. col. 8. vers. tertio respondetur, lib. 1. repetito cons. 165. lib. 2. & d. cons. 278. col. 1. vers. tertio nam licet, lib. 2. Fran. Curt. Senior. d. cons. 96. dominus Io. col. a. & iterum col. 5. rursúmque col. 9. & Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, col. 19. ff. de verb. oblig. & cons. 236. an Rex Romanorum, col. pe. vers. pro eadem parte, lib. 2. & iterum cons. 107. in præsenti consultatione, col. 3. vers. ad idem bene facit, lib. 4. & Iac. à S. Georg. in tract. feud. col. 6. vers. quarto alterius Marchio. Et facit quod in simili voluit Io. And. in Addi. Spec. tit. de feud. §. quoniam, vers. 19.

Nisi fieret in fraudē domini.

47 ¶ Quod tamen intelligunt Aluar. & Car. post And. Iser. in d. §. præterea ducatus, procedere, nisi id fieret in fraudem domini, vt quia totum feudum ad illum ex diuisione perueniret qui habebat filios, bona autem allodialia ad eum qui nullos habebat, neque sperabat habere, & feudū erat nouum: ita quod ad dominū portio illius erat reuersura, per c. 1. tit. de benef. frat. q̄a tūc talis diuisio nō teneret, ar. §. callidis. tit. de prob. feu. ali. per sed. & l. 1. ff. quę in frau. cre.

8. Limitatio. Cū in principatu sunt plura loca habētia iurisdictionē separatam

48 ¶ Octauo limita procedere, quando conceditur feudū ducatus vel comitatus vnius solum iurisdictionis, secus si plura loca & castra concedautur in huiusmodi feudum ducatus vel comitatus, quæ quidem loca habent iurisdictionem separatam, quia tunc ea diuidi possunt, assignando vni vnam iurisdictionem, alij aliam, vt voluit Ray. in l. si viua. C. de bon. mater. vbi ita dicit se consuluisse, arg. gl. in l. si cum duorum. ff. de stip. ser. quem refert & sequitur Mart. Laud. in tract. de principibus, vers. 46 a. licet regnum. Et ita quoque cōsuluere Fran. de Rampo. & Gaspar Cal. inter con. ipsius Cal. cons. 3. in q. testamenti, seu diuisionis bonorum feudalium: quos refert, & sequitur Soc. d. con. 66. repetito in con. 165. col. 8. ver. quarto respondetur, & d. cons. 278. col. 1. vers. 4. procedit, lib. 2. & Franc. Cut. senior. d. con. 69. col. 5. & Carol. Ruinus, cons. 19. in hac controuersia, col. vlt. lib. 1. & cons. 29. plura, col. 9. nu. 17. lib. 5.

Sed an omnes erunt principes.

49 ¶ Verùm illud nequaquam prætereundū est, non omnes ex hoc esse duces, comites, marchiones, sed solum primogenitum, qui tenet caput ipsius ducatus, &c. vt voluit Bald. d. cons. 275. quod pro regula, col. 3. ver. & ad euidentiam, li. 2. & Io. Plat. de baronia loquens, in l. 2. col. vlt. C. vt dig. ord. ser. lib. 12. arg. l. peculium. §. quadrigæ. ff. de leg. 2. & l. cum quidam, & l. quæsitum. §. si quis. ff. de fun. instruct. & l. si in aliquam. ff. de offic. Procon. & l. qui commeatus. §. arma. ff. de re mil. & l. cum in diuersis. ff. de religio. Vide tamen super hoc quæ dicam infrà in 52. q. & vide etiam super hac limitatione quid dicam in seq. limita.

9. Limitatio. Quo ad administrationem.

50 ¶ Nono limita procedere quo ad iurisdictionem, & dignitatem. Nam quo ad administrationem, vsum. & exercitium ipsius iurisdictionis, bene potest diuidi, vt videlicet alternis annis administrent liberi: aut vnus in vno loco, alius in alio, ita dicit Bar. nominatim loquens in comitatu, in l. inter tutores, ante fi. & ibi etiam Bal. ff. de adm. tut. per illum tex. vbi licet ius aliquod sit indiuiduum, potest ipsius administratio diuidi: & ita dicit se consuluisse, sicuti verè consuluit, in con. 289. primo quæritur, in secundo dubio. Et idem voluit Bal. in c. vno delegatorum, de offi. deleg. Ang. in l. 2. §. ex his. ff. de verb. obli. arg. l. Lucio, in fi. ff. de aqua quoti. & æsti. Mart. Laud. in tract. de principibus, ver. 33. duo duces. Pau. Cast. in l. via. ff. de serui. Imo. Pan. & Fel. in c. prudentiam, de offi. deleg. Dom. in c. 2. in vlt. col. de arbi. lib. 6. Alex. con. 18. visis capitulis, col. 2. vers. ex his ergo videtur, lib. 2. & cons. 25. attentis narratis, col. 2. vers. fallit in feudis, lib. 5. & Fran. Cut. senior. d. cons. 69. col. 11. vers. quinto accidit. Ca. Alex. in c. 1. §. vlt. tit. qual. olim feu. ali. pot. Soc. d. con. 67. col. 8. vers. secundo principaliter, lib. 1. repetito cons. 165. lib. 2. vbi dicit ad hoc facere gl. in c. licet. 16. q. 3. & idem Soc. d. con. 278. col. 1. vers. 2. etiam dico, lib. 2. vbi & ad hoc alios allegat, qui dicunt exercitium iurisdictionis diuidi, licet ipsa iurisdictio non diuidatur. Iason quid id dicit sing. in l. stipulationes non diuiduntur, col. 5. vers. extra gl. ff. de verb. oblig. & D. Bened. in repe. c. Rayn. in verbo, in eodem testamento relinquens, le 1. nu. 185. de testa. Et Fel. in c. quæ in ecclesiarum, col. pen. vers. cæterum quamuis, de consti. & Carolus Ruin. d. cons. 16. col. vlt. lib. 1. & d. cons. 29. col. 9. nu. 16. lib. 5.

Qui contrarium tenent in feudis dignitatum.

51 ¶ Sed tu tamen aduerte, quod illud haud dubie procedit in simplicibus feudis, quæ videlicet non sunt dignitatum, quæ licet sint iurisdictionis, tamen diuiduntur, vt suprà diximus, non quod iurisdictio ipsa diuidatur. Nam cum sit res incorporalis, diuidi non potest, sed eius vsus & exercitium bene diuidi potest. At in feudis dignitatum, iurisdictionis exercitium non diuiditur, vt nec feudum ipsum ratione cuius competit, vt expressim voluit Bal. in d. §. præterea ducatus, col. 1. & ibi Aluar. col. 4. vers. quæro an iurisdictiones. Mart. Laud. col. 1. & Car. Alex. col. pe. vers. quæro an iurisdictiones, & idem Bal. in c. vno delegatorum, col. pen. vers. cum iurisdictio. de offi. deleg. & Pan. in d. c. prudentiam, col. 4. ver. aduerte tamen diligenter, eo. tit. & idem Alex. sibi contrarius, con. 7. in consultatione præmissa, col. 2. lib. 5. vbi dicit post Bald. in

d. §. præterea

d.§.præterea ducatus, quod illa Bar.decisio in d.l.inter tutores, non intelligitur in feudo Comitatus, Marchiæ, vel Ducatus, quod & expresse quoque voluit Panor. cons. 82. quanquam in his duobus, col.pen. lib.1.

52 ¶ Decimo limita, (& hæc quidem limitatio proxime accedit ad præcedentem) vt licet dignitas ipsa, siue nomen & titulus dignitatis non diuidatur, tamen commoditas cæteráque scilicet bona temporalia ipsius dignitatis diuiduntur inter hæredes, ita voluit Alb. Rosa. in suo indice, in verbo, feudum, vers. item quæro pulchram & subtilem quæstionem, col.eius, vers.2. ibi, & ratio diuersitatis, vbi ita dicit voluisse Rayn.Forli. & alios pleros que Doc. & in id allegat quod licet seruitus & iura incorporalia non diuidantur. l.vsus pars. ff.de vsu & habi.prædia tamen & alia ex quibus, vel quibus debentur, sunt diuidua quo ad commoditaté, l.ergo. cum seq.& l.rusticorum. §.1. ff. de seruit. rust. præd. Et similiter licet ius patronatus sit indiuiduum.c.1.de iure patro.lib.6.& voluit Gof.in summa eo.tit.§.in summa notandum, tamen liberti in se accipiunt assignationem, siue diuisionem, per totum tit.ff.& Inst.de assigna.liber. Sed quod specialius ad illud ius patronatus pertinet, habes text.in Cle.2.de iur.patr.probantem id ius quo ad commoditatem diuidi posse. Dicitque Alb. vt ad eum redeamus, quod ratio quare dignitas ipsa non diuiditur, cessat in bonis ad dignitatem pertinentibus.

10. Limitatio. Vt commoditas diuidi possit. Commoditas rerum indiuiduarum diuidi potest.

53 ¶ Et illum sequitur Fran.Cur.senior.d.con.69.col.9.ver.secundo principaliter, & idem tacito nomine Alb. voluit Alex.cons. 25.attentis, col.2.vers.fallit in feudis, & seq.lib.5.per id quod voluit Inn.in d.c.prudentiam, circa prin. magnæ gl.de offi.deleg. quod licet iurisdictio sit indiuidua quo ad habitum, potest tamen commoditas vsus diuidi, sicuti etiam voluit Paul.Ca. quem Alex.non allegat, cons.179.in causa quam magnificus dominus, col.vlt.vers.ex quibus patet, lib.1.Sed & adducit Alex.tex.in l.Lucius, cum gl.in verbo, patrimonium. ff. fam.hercis. & glo.in l.iubemus nulli, in prin.cum glo.in verbo, diuidere. C.de sacro. eccles. vbi habetur quod res quæ alias non potest diuidi, vt quia est minoris 25.annis, iuxta l. si pupillorum. ff.de reb.eorum, & in l.inter.C.de præd. minor. Tamen potest diuidi quo ad commoditatem fructuum. Et idem quoque voluit Fran.Are.in l.ex duobus, col.2. ff.de vulga.& pupilla.& idem videtur sensisse Bal.d.cons.275.incip.quod pro regula, col.3.vers.ad euidentiam, lib.2.vbi dicit quod comitatus est communicabilis, sed non partibilis. Et facit quod voluit ipse Bal. in l. communi diuidundo, in fi.prin.ff.commu.diui.intelligens gloss.ibi, quæ dicit quod feudum diuidi non potest, videlicet quo ad plenam diuisionem, sed fructus possunt inter eos diuidi, per tex.in ea ipsa l.§.cum de vsufructu, & in d.l.Lucius.

Ad idem.

54 ¶ Quibus adde quod licet seruitus aquæ ducendæ sit indiuidua, per l.stipulationes non diuiduntur.ff.de ver.obl.tamen commoditas talis aquæ potest inter plures diuidi temporibus & mēsuris, vt dicit tex.in l. Lucio, in fi.cum l.seq. ff.de aqua quoti.& æsti.& l.arbor.§.vlt.ff.com.diui.& voluit gl.in l.si partem.ff.de seruit.rust.præd. Et dicit Bar. in d.l.stipulationes non diuiduntur, in 2.oppo.ad fi.quod quælibet seruitus respectu commoditatis est diuidua, per tex. in l.via.§.1.ff.de seruit.Sed tu tamen cogita, quia & hoc non videtur procedere in huiusmodi feudis dignitatum, quæ sunt & dicūtur indiuidua simpliciter, nulla distinctione facta ipsius dignitatis & commoditatis. Et alias videretur lex posita magis verbis quàm rebus.

Ad idem

11. Limitatio. Cum principatus in principio pluribus cōceditur.

55 ¶ Vndecimo limita secundum Soc. d.cons.67.repetito cons.165.col.8.vers.quinto respondetur, vt procedat quando feudum comitatus in principio concessum fuit vni solum, qui decessit relictis pluribus hæredibus, qui non possunt huiusmodi feudum diuidere. Secus quando tale feudum concederetur pluribus, quia tunc (inquit) aut dicendum est concedentem noluisse concedere in feudum comitatus, quia esset impossibile. Quia, vt dicit Alua.in c.1.§.vlt. tit. de feud. alien.non potest à principio pluribus dari vna & eadem dignitas, quia esset monstrosum, esse duo capita in eodem corpore, per not.in l.1.C.de metro. Berit. lib.11. Aut dicendum est principem voluisse imponere naturam, vt ipse dicit, diuisibilem, concedendo pluribus simpliciter: proptereáque videtur vnicuique pro virili concessisse, per l.reos. §.cum in tabulis.ff.de duobus reis.& l.1. C.si plur.vna sen.

12. Limitatio. Cum principatus cōcessus est cuipiam & suis liberis & hæredibus.

56 ¶ Duodecimo limita procedere, nisi dominus huiusmodi feuda concesserit vasallo, & suis liberis & hæredibus. tunc enim ad omnes filios, seu descendentes æqualiter pertinebunt, vt verba important: nisi aliud exprimatur, vt voluit And.Iser.in d.§.præterea ducatus, qui ita illum text.limitat per d.l. reos. §.cum in tabulis.ff.de duo.reis.& in l.si mihi & Titio.ff.de ver. obl.&.l.vt iurisiurandi.§. si liberi. ff. de ope.liber.sequitur Alex.con.60.visis dubitationibus, col.1.lib.3.repetito cons.30.lib.6.Et idem voluere, nulla eorum mentione facta, Fran.Cur. senior, cons.69.dominus Io.col.7.per multa quæ illic allegat, & Soc.d.cons.252. visis instrumentis concessionum, col pen.vers.6.confirmatur, lib.a [illegible]

13. Limitatio. Cum huiusmodi feuda ita concessa sint vt habeant vim feudi paterni & antiqui.

57 ¶ Decimotertio limita procedere, nisi huiusmodi feuda ita fuerint concessa, vt habeant vim feudi paterni & antiqui. Nam cum feudum paternum, & antiquum transmittatur in hæredes, filios, & descendentes in infinitum, vt c.1.tit. de feu. succes. proptereáque sit diuisibile.d.c. omnes, tit. si de feud. fue.contro. Ideo & feuda dignitatum quæ ita conceduntur, vt illius vim habeant, sunt etiam diuisibilia: quia virtus termini ad quem fit æquiparatio, transfunditur in

terminum æquiparatum, per theoricam Iac. Aret. & Bar. in l. 1. ff. de leg. 1. pro qua est tex. in l. illud. ff. de don. cau. mor. & in l. 1. §. 1. ff. si quid in frau. pat. & in §. est & aliud, Insti. de donat. & voluit gl. in c. 1. extr. ne sed. vacan. Et maxime hoc procedit si dictum fuerit, quod in omnibus & per omnia talem vim habeant, per not. per Guil. & Bal. in l. omnia priuilegia. C. de epis. & cle. Et hanc limitationem expresse voluit Soc. d. cons. 66. repetito cons. 165. col. 9. vers. septimo respondetur, & d. cons. 278. col. 2. vers. quinto, quia eum tale, lib. 2.

58 ¶ Decimoquarto limita, vt non procedat si semel huiusmodi feuda fuerint inter aliquos diuisa, vel ex principis concessione, vel alio modo concesso, quia tūc postea semper & inter quoscunque efficiuntur diuisibilia, licet id expressum non fuerit, vt voluit Soc. d. cons. 67. lib. 1. repetito cons. 165. lib. 2. col. 8. vers. sexto respondetur, his rationibus motus, quod res quæ alienari non poterat, si semel fuerit facta alienabilis, eiusmodi durat in perpetuum, per l. patet. §. quindecim, cum ibi no. ff. de leg. 3. vbi no. Bart. quod causa alias non delegabilis, quia est meri, vel mixti imperij, tamen si princeps semel delegauerit, mutat naturam suam, & efficitur in perpetuum delegabilis. quod & voluit idem Bar. post Guil. in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. Glo. Bar. Bald. & Angel. in l. 1. per illum tex. C. qui pro sua iurisdict. Bald. in l. 2. C. de pena iud. qui male iud. Imo. in c. vlt. ff. de offic. deleg. Et similiter actio quæ suapte natura non transit ad hæredes: tamen si semel transierit, semper postea transit, per tex. quem ipse Soc. dicit sing. in l. videamus, cum ibi not. ff. quod me. cau.

14. Limitatio. Cum semel fuerint diuisa.

59 ¶ Decimoquinto limita procedere, quando huiusmodi feuda Ducatus, Marchiæ, Comitatus fuerunt proprie & simpliciter concessa in talia feuda Ducatus, &c. secus si improprie & secundum quid, secundum Soc. d. cons. 67. repetito cons. 165. col. 9. vers. 8. respondetur. Nam vt ipse dicit d. §. præterea Ducatus, quo cauetur ea feuda esse indiuidua, est exorbitans à regulis consuetudinum feudorū, ex quibus regulariter feuda sunt diuidua, vt suprà late diximus, etiam à regulis iuris communis, per l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. com. diuid. & l. vlt. C. eo. tit. Propterea est d. §. stricte interpretandus, vt quàm maxime fieri potest, reducatur ad communes regulas, per l. si serui vestri, & ibi no. C. de noxa. & not. in l. vlt. §. in cōputatione. C. de iur. delib. Ideóque intelligendus in bonis & rebus proprie datis, in huiusmodi feuda, per l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & l. quicquid astringendæ. ff. de ver. ob. cū si. At quod non est simpliciter, sed secundum quid, id improprium est, cum verba proprie debeant intelligi & simpliciter, & non secundum quid. l. Titiæ textores, ibi Bald. & alij. ff. de leg. 1. & l. hoc legatum. ff. de lega. 3. Sed & debent verba intelligi in potentiori significato. l. 1. §. qui in perpetuū. ff. si ager vect. hæc fere Soc. qui & idē propemodū dicit con. 252. visis instrumētis, col pe. ver. sed pmissis, li. 2.

15. Limitatio. Cum principatus cōcessus est secūdū quid.

60 ¶ Decimosexto limita vt procedat, nisi scandalum bellúmve immineret, nisi huiusmodi feuda diuiderentur. tunc enim sunt, vt iis obuiam eatur, diuidenda. ita voluit Alex. con. 7. in consultatione præmissa, col. 2. vers. sexto probatur, lib. 5. & Soc. d. cons. 67. repetito cons. 165. col. 9. vers. nono respondetur. Carol. Rui. d. cons. 29. col. pen. nu. 18. lib. 5. & Fran. Cur. d. con. 69. col. 13. vers. vlt. confirmantur. Et iis potissimum rationibus. Ea quæ suapte natura scindi, aut diuidi non possunt, vt præbenda, tamen ex causa probabili diuidi possunt. c. vacante, de præb. iuncto c. maioribus, & c. tuæ, & vtrobique not. eod. tit. Ergo similiter feuda dignitatum ex causa probabili debent diuidi, cum æquiparentur quantum ad huiusmodi diuisionem pertinet feudum dignitatis, & præbenda, per gl. ord. in c. hæredes, de testa. At nulla probabilior causa diuidendæ dignitatis videri potest, quàm vt bellum scandalúmque arceatur, propter quod & alias discedimus à regulis iuris communis, per no. in l. æquissimum, in prin. ff. de vsufr. cum si.

16. Limitatio. Cum scandalum aut bellum iminet.

61 ¶ Quin videmus quod si conuentum fuerit ne fiat alicuius rei communis diuisio ad certum tempus, tamen si immineat rixa, aut scandalum, ea res ante tempus conuentum diuidi debet, per l. si conuenerit, & ibi Bar. & alij. ff. pro socio. Et validum est argumentum de pacto ad statutum, per no. in rub. C. de Decur. lib. 10. & in l. non impossibile. ff. de pact. cum si. Præterea ratio non diuidendorum huiusmodi feudorū est, vt iam suprà diximus, vt in sua integritate conseruentur, quoniam regnum in se diuisum desolabitur. Igitur si ex diuerso integritas sine diuisione operetur discordiam, bellum, & sic quoque dignitatis destructionem: quia, vt scribit Salustius, Concordia res paruæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Sequitur potius esse faciendā diuisionem, quæ huiusmodi pericula tollat, vt sic magis rationē cōsideremus, quàm statutum. Nam sicuti licet argumentari à cessante expressa legis ratione: ita quoque à cessante tacita, & coniecturata, maxime cum sola est, vt casu nostro, per no. in l. quamuis. C. de fidei com. cum si. Denique omnia quæ tendunt ad finē iudicantur ex fine, per l. omnino. ff. de spon sal. Cuncta enim secundum finem moderari oportet, vt dicit Aristoteles, in 2. de anima, & in 1. Ethicorum. Finis autem omnium rerum est conseruatio, teste eodem in 1. Physicorū. Igitur vt huiusmodi feuda conseruentur, sunt omnino diuidenda, cum aliter conseruari nō possint.

Ob scandalum aut rixam fit diuisio, quæ alias non fieret.

QVINTA QVAESTIO.

1 QVinto quæro, quoniam diximus in prima quæstione primogenitum solum succedere in regno, comitatu, & aliis dignitatibus regalibus, An saltem in his debeatur legitima cæteris filiis? Nam de alimentis satis diximus in præcedenti quæstione. Pet. Iacob. tit. de succes.

An autem ex his digni

de succes. Regni Franciæ, colum. 4. in paruis, versic. sed qui dum decessit ille Carolus, ibi, nec quarta etiam debita, tenet non deberi, per c. licèt, de voto, quo in loco idem tenent gl. vlt. Inn. in verbo, successionem, Hosti. in verbo, ordine genituræ, in fi. Io. And. Card. Flo. qui eam glo. dicit sin g. col. 5. vers. tertiò soluit, Imo. & Panor. col. 2. vers. in gl. fi.

tatibus primogenito delatū debeatur legitima cæteris.

2 ¶ Et idem quoque voluit ipse Card. Flo. cons. 64. D. Nera sit audienda, col. vlt. vers. itē ex quo est. & idem Panor. consi. 12. vt clarè materia, in 3. dubio, lib. 1. & consi. 3. nitar in præsenti, in 2. & 3. dubio, lib. 2. Paul. Castr. consi. 179. in causa quam magnificus dominus, col. 2. vers. proponitur autem, lib. 1. Aegid. Bellame. cons. 48. an comes, col. 1. ver. sed aliud dubiū, Guid. pap. cons. 140. consiliū pro nobili, in 2. dubio, vers. quia videmus, & deci. Delph. 476. verùm legitima, vbi ita dicit consuluisse Christo. Caste. atque ita fuisse iudicatum. Sed id tamen ita intelligit, vt scilicet legitima nō debeatur de ipsa dignitate, sed debeat aliquid pecuniarū dari loco legitimæ. & iterum decis. 487. pater in testamento, vers. quò verò ad regna. Bened. in repeti. c. Raynutius. in verbo, in eodem testamento relinquens, le 1. nu. 145. D. Boeri. decis. 204. quęritur vtrùm pactum, col. 7. nu. 14. & Anto. Rube. consil. 34. præsupponitur, col. 3. vers. etsi iterū dicatur, vbi id declarat & Anto. Capyci. deci. Neapo. 2. in causa Iudeæ, col. 1.

De eadē re.

3 ¶ Mouentur omnes, quoniam huiusmodi dignitates sunt indiuisibiles, vt latè etiam diximus in præced. q. Igitur si ex his legitima deberetur cæteris fratribus, necesse esset eas diuidi cōtra earum naturam. Præterea huiusmodi dignitates & ex quidem integræ sunt legitima ipsius primogeniti, vt propè omnes illi voluerunt, & prætereà Ioan. And. in d. c. licèt, col. 2. vers. sed nūquid pater. And. Iser. in consti. Neap incip. dignum, col. 2. & Card. Alex. in c. per venerabilē §. quod autem. col. 31. vers. & nota quod vbi, qui filii sunt legit. Nemo autē dixerit ex legitima vnius ex filiis legitimam aliis deberi, cum tota ipsius sit, & ea quidem sine vllo onere, aut grauamine. l. quoniam. C. de inof. test. cum si. Et ad id quoque vide quæ dicam infrà, in 51. q. qua dissero an conferendum sit ius primogenituræ, & iterum in 55. quæst. qua etiam tracto, an secundogenitus excludatur à legitima totius hęreditatis à statuto delatæ primogenito, quæ res propemodum in idem recidunt. Et vide etiam quæ ex Bald. in l. cum l. ad fi. C. de epis. & cle. diximus in præcedenti quæst. nu. 2. sed & idem.

De eadem re.

4 ¶ Quanquam scio Frā. Rip. in iuris interpretem non contemnēdum in repe. l. in quartā, col. 25. nu. 133. & licet in regno. ff. ad l. Falci. scripsisse, quod licet in regno solus primogenitus succedat, est tamē pro legitima aliquid assignandū cæteris liberis, quod Apanagiū, inquit, Gallico sermone vocatur, à pane, vt dicit se scripsisse lib. 1. respon. c. 1. in quo quidē c. in 2. dubio, nu. 17. & seq. illud tradit, Apanagiū apud Gallos id dici solitū, quod filiis regū natu minoribus qui in regno non succedūt, assignatur veluti pro pane quotidiano, id est, pro vsu & alimentis, vt sonat, inquit. Idq; dicit tradi à Io. And. & Panor. in c. licet, de voto. qui tamen nullam Apanagij mentionem faciunt, sed alimentorum tantùm, de quibus etiam diximus in præcedenti q. nullus autem horum dicit legitimam deberi, sed contrarium dicit ipse Panor. vti diximus. De ea autem dictione Apanagium nihil certi reperi, quod ausim in medium proferre. Nec solus tamen fuit Fran. Rip. in ea opin. quandoquidem eius quoq; fuit Matt. Afflic. in c. 1. col. 1. nu. 8. tit. de fili. nat. ex matri. cont. ad morg. vbi citat Panor. vbi suprà, pro hac sententia.

De eadem re.

Apanagiū

SEXTA QVAESTIO.

1 SExtò, quoniam suprà in 3. q. locuti sumus de statuto, nunc de pacto dicendum est. Quęro igitur an valeat pactum, aut alia priuati hominis dispositio vt primogenitus succedat, aut aliis prorsus exclusis, aut non æqualiter succedentibus. Cuiusmodi quęst. quibusdā forte videbitur superuacua. Nam si id (inquient) statuto fieri potest, vt iam dictū est, consequens est & pacto quoq; posse, per tex. in l. nō impossibile, & ibi gl. Bar. Bal. Albe. Ang. Saly. & Paul. Ca. ff. de pact. Verū ista cōsequētia, quā vocāt, omnino falsa est. Nā licet quod potest pactū facere potest & statutū, vt voluit gl. ord. quæ ad hoc quotidie allegatur, in rub. C. de deci. Decur. li. 10. & ibi Bar. & alij, & est tex. expressus, in l. vlt. vbi & hoc no. Bal. C. de fideius. Non tamē cōtrà quicquid potest statutū, potest & pactū, vt no. probátq; Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. & in l. alia. §. elegāter. ff. sol. mat. & in auth. omnino. C. ne vxor pro mari. Bal. latè in l. de quibus. col. 2. ff. de le. cū multis simi. cōgestis à Nicol. Eueral. in locis legalibus. Licet igitur valeat statutū aut cōsuetudo, vt primogenitus succedat, nō hinc proptereà assumitur valere & pactū. Proinde nō frustrà hāc de pacto qu. ei subiecimus, quam de statuto & consuetudine disseruimus.

An valeat pactum vt primogenitus succedat.

2 ¶ Itaque vt ad speciem aliquam pacti, & eam quidem frequentiorem descendamus. Fac huiusmodi pactum adiectū fuisse in contractu matrimonij, vt videlicet qui primogenitus foret ex eo matrimonio, is integram coniugum hæreditatem, aut aliquam eius partem præcipuā successione excipiat, num id pactū valeat? Ex cuius speciei tractatione liquidò etiā constabit, quid & in aliis quoque pactis & hominum priuatorum dispositionibus dicendū sit. Sed hāc priuatim speciem tractare statuimus monitu viri per omnia consummatissimi Briandi a Valea regij apud Burdegalam Consiliarij, qui dū huc venisset, vnáque Almaricus Buchardus Sanctonum tunc suppræfectus, nunc verò magister libellorum Regis, vt nos inuiserent (tāta erant in nos humanitate) ac de communibus studiis multa præfati essemus, sortéque quadā

Quid si id pactū fiat in contractu matrimonij.

incidissemus in mentionem huius nostræ de primogenitura tractationis, testatus est Briãdus quæstionem hanc in Burdegalensi parlamento in iudicium venisse, concertatámque multis magnísque vtrinque argumentis & rationibus. Proinde rogauit ille, ne eam quęstionem quę sæpius ex facto contingit, prætermitterem, quod & eo libentius feci, quòd Philip. Deci. cons. 225. in causa quæ quondam, colu. 2. scribit huiusmodi pacta esse in frequenti vsu in Gallia, quamuis res sit admodum dubia, & quam in medio reliquerit Io. Fab. in l. vlt. C. de pact. & in l. 1. C. si mancip. ita ven. ne prostitu.

Rationes quæ probãt valere ex tex. feudorum.

3 ¶Igitur primo loco videtur huiusmodi pactũ valere multis rationibus. Primùm ex eo, quod in simili scribitur in c. 1. tit. de fili. nat. ex matri. ad morg. valere pactum eorum qui contrahũt matrimoniũ ea lege, vt liberi ex eo matrimonio nascituri non succedãt. Et licèt is tex. loquatur de nobili, qui primùm duxerat vxorem nobilem, ex qua liberos susceperat, quibus aliã minimè nobilem superinduxit, ea lege quam diximus: tamen illud ponitur gratia exempli, & habet locum in quibusuis nobilibus & ignobilibus, vt ibi expresse voluerunt Bal. Aluar. Mart. Laud. & Card. Alex.

Ratione incertitudinis.

4 ¶Præterea incertum est quis ex liberis futurus sit primogenitus, ideò propter illam incertitudinem, dubiũmq; eius rei euentum, videtur valere huiusmodi pactum, cum in his quæ depẽdent ex futuro euentu plerunque valeant pacta, quæ aliàs irrita essent, quando dubium est & incertum, ad cuius ex multis commodum res cessura sit, per text. in l. de fidei commisso. C. de transac. vbi si pater duos filios hæredes instituerit, superstitẽ autẽ alteri substituerit, possunt liberi sibi inuicem huiusmodi substitutionẽ remittere: nec propterea is lædi dicitur, qui fortè alteri superstes fuit, cùm incertum esset tempore remissionis, vter prior moriturus erat. Quẽ text. multùm commendant Doct. præsertim Pau. Cast. Alex. & recentiores, qui & ex eo not. ꝙ quando aliquid se habet ad damnum & ad lucrum æqualiter, licèt posteà damnum cõtingat, non tamẽ ex hoc quis lædi dicitur, nec potest restitui. Et ad hoc illum tex. reputat singul. Bal. in l. cùm Arthemidoram, col. 1. C. vt in poss. lega. sed similis est tex. & in l. si pater puellæ. C. de inoff. test. & in l. si ea lege. C. de vsur. de quo nos multò plura diximus in rep. l. si vnquã, in verbo, donatione largitus, nu. 108. quarto & principaliter, & multis seq.

Fratrum cõuentio vicissitudinaria vt eorũ bona ad superstitẽ perueniant.

5 ¶Et hinc valet conuentio inter fratres, vt altero decedente sine liberis bona ipsius ad alterũ perueniant. Oldr. cons. 139. ad habendam, in 1. dubio. Io. And. in addi. Specu. tit. de instr. edi. §. porrò, col. vlt. vers. fuit etiam alia quæstio. Alber. in d. l. vlt. col. 1. vers. sed quæro pulchram, & iterum col. 3. vers. item quæro duo fratres. & ibi quoque Saly. col. pen. vers. iuxta hanc quæro. & Ias. C. de pact. idem Albe. & Ang. non obscurè, in l. hęreditarium. ff. de bonis auto. ind. pos. & ipse Ange. in l. sancimus, post prin. C. de dona. sed latius & clarius, cons. 179. visis prædictis col. 1. 2. & 3. Masuer. tit. de societa. §. item quando in contractu. Imo. & Ro. in l. Atilius. ff. de donat. Alex. in l. licet, col. vlt. & ibi Ias. col. vlt. vers. secundo habes. Iac. à san. Geor. col. 1. vers. ex ista tamẽ. Philip. Deci. col. vlt. vers. in gl. ibi, propter vicissitudinem. C. de pact. idem Alex. cõ. 83. visa facti narratione, col. 2. vers. & in proposito, & seq. lib. 2. Guido. Pap. cons. 31. Iesu, &c. viso ad plenum, col. 2. vers. sed his non ob. & con. 214. circa materiam, col. 5. vers. & si dicatur, iunctis præcedentibus. Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta, col. 9. vers. secundo hoc prouenit. ff. de ver. obli. & cons. 211. inter quosdam, col. 5. vers. item ista conuentio, lib. 2. & con. 5. strenui, col. 4. vers. accedat ad prædictorũ, li. 3. & cons. 17. dominus Ioan. col. vlt. vers. accedat etiã, eo. lib. 3. & cons. 60. spectabiles, col. 1. eo. lib. 3. & cons. 173. circa primũ, col. 6. vers. tertio in terminis, li. 4. & Carol. Rui. cons. 126. primò videndũ, col. 3. vers. puto igitur, li. 1. Philip. Deci. cõs. 516. quoniã causa, col. 1. Steph. Bertran. con. 121. donatio, col. 2. li. 4. & D. Boër. qui alios allegat deci. 355. an pactum. Maria. Soci. cons. 143. in facto proponitur, col. 4. nu. 27. & seq. lib. 1. Et id satis voluisse videntur propè infiniti Docto. qui dicunt huiusmodi conuentionem non indigere insinuatione, quos tibi latè congessi in repe. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 109. Sed hic tamen vide quæ dicam infrà nu. 24. secundum.

Pactũ fratrũ vt existẽtibus masculis ex eis fœminæ nõ succedant.

6 ¶Quibus potes & illud addere quod latè tenuit & probauit Ioan. Campez. in tract. dotl. in vlt. parte, quęstio. 79. hoc initio, quia dictum est, valere pactum quod fratres inter se faciunt in diuisione bonorum, vt existentibus masculis ex eis fœminæ non succedant, nec ex testamento. nec ab intestato, vti etiam multis rationibus, cùm in ea specie interrogaretur, respondit Zasius cons. 1. cuius est exordium, illustres, num. 15. & multis seq. lib. 2.

Fauor & honor matrimonij.

7 ¶Item nõ parui momenti debet videri fauor honórque matrimonij, quod fortè contractum non fuisset, nisi eo pacto apposito, vt primogenitus succederet, sicuti in casu simili dicit Bald. in c. filij nati, tit. si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. Est enim matrimonium res admodũ fauorabilis, vt est tex. in c. vlt. vbi & hoc not. gl. de cõd. apposi. & in c. directæ. & ibi Dec. in vlt. not. extrà de appell. Ideóque sunt in fauorem illius multa specialia constituta, vt per glo. Io. Andr. & alios in c. 1. in prin. extrà vt lit. non contest. & per Doct. in l. 1. ff. sol. matr. Et cùm illi adhæreat huiusmodi conuentio, ea certè licet alias per se inefficax, trãsit in naturam eius rei cui adiungitur, valétque secundùm naturam actus cui adhæret & accedit, per l. si tibi rem. ff. de præscri. verb. & l. 1. C. de pact. cum simil.

¶Qua

8 ¶ Qua quidem ratione Masuer. vir apud Gallos magnæ in practica authoritatis, in tit. de societate. §. item licèt institutio testamentaria, illud dicit, quòd licet alias de consuetudine institutio testamentaria non valeat, nisi vsque ad certam partem, illa tamen quæ est incidens & conuentionalis valet in duobus casibus in solidum, videlicet in contractu societatis omnium bonorum, & etiam in contractu matrimonij, nempe propter cohærentiam, vt ipse dicit contractus, in quem huiusmodi pactum incidit. Et idem penè voluit, in tit. de successio. §. item vt dictum est superius, & sequitur D. Benedictus in repe. c. Raynutius, in verbo, duas habens filias, num. 198. vbi id dicit consuetudine probari.

Valere institutionem hæredis in contractu matrimonij.

9 ¶ Sed & aliàs quoquè videmus multa posse fieri incidenter, & in consequentiam, & accessoriè, quæ principaliter fieri non possunt, per l. 1. ff. de auth. tut. & l. in modicis. ff. de contract. emp. & vend. & l. quædã. ff. de acquir. rer. do. & no. in c. in literis, de iure patr. cũ similis & ferè infinitis similibus quæ collegi in Consuet. Picta. tit. 19. §. 20. in gl. 1. in prima limitatione.

Incidenter multa fiunt quæ aliter nõ fierent.

10 ¶ Hanc partem adiuuat quod voluit Bal. in l. 2. col. 1. vers. item an valeat pactum, & ibi quoq; post eum Ias. col. 40. vers. secundò quærit Bald. C. de iure emphy. quod valet pactum in emphyteusis constitutione appositum, vt ea ad primogenitum emphyteutæ tantum perueniat, cæteris liberis exclusis. Ergo nec absimili ratione debet valere pactum in nostro casu. Et quod etiam respondit Bart. cõ. 72. ex facto proponitur quòd nobiles, quòd valet pactũ inter fratres diuidentes hæreditatem, vt fœminæ eis non succedãt stantibus masculis: quod dictũ egregiũ dicit Ias. con. 5. strenui & generosi, col. 5. vers. tertiò pro ista parte, libr. 3. & ideo quoq; voluit Benedic. in repe. c. Raynutius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le 1. nu. 186. de testa.

Valet pactũ vt emphyteusis ad primogenitum perueniat.

11 ¶ Et quod propiùs ad nostram consuetudinem accedit, Guido pa. non paruæ apud nos authoritatis, sicut attestatur Philip. Deci. con. 318. in causa istorum nobilium, colum. 2. Ille (inquam) Guido deci. Delphi. 267. pactum factum, vt dicit valere pactum in contractu matrimonij factum, vt primus filius ex eo nasciturus succedat, in re quapiam. De quo dicit esse text. expressum, in l. diui, vers. pactis, C. de natur. libe. & in l. si inter. ff. de pac. dotal. Et ita dicit fuisse iudicatum in curia parlamenti Delphinatus. Sed & idem videtur voluisse ipse Guido deci. 505. factum est pactum, & deci. seq. in contractu, & sing. 523. quod est eiusdem initij, col. 2. ver. pactũ factum est, vbi monet no. tanquam sing. Et sequitur Steph. Bertran. cons. 299. aliàs cùm scriberem, in prin. lib. 1. & con. 1. Christi, &c. viso, nu. 10. & 11. li. 2. & con. 78. viso, per totum, libr. 3. vbi id latè & multis rationibus defendit, & Philip. Decius in l. pactum quod dotali, col. 2. ver. hinc conclusio supradicta. C. de pact. & cons. 245. in causa quæ iam diu, col. 2. & con. 488. viso consilio, col. 3. & Chasse. con. 53. ex facto, col. 2. vers. pro decisione. & Hiero. Cagno. in repe. l. vlt. char. pe. vers. secundò concludit. C. de pact.

Qui tenuerũt valere pactum factum in cõtractu matrimonij vt primogenitus ex eo succedat.

12 ¶ Et hæc maximè debent procedere in iis quæ sunt dignitatis vel iurisdictionis, per id quod no. & copiosè consuluit Pau. Cast. con. 179. in causa quã magnificus dominus, col. 3. & multis seq. lib. 3. quòd valet testamentum disponens quòd in castro quopiã aut iurisdictione præferatur primogenitus cæteris, siue id sit allodiale, siue etiam feudale. & respondet ad c. 1. tit. de success. feu. quod videtur dicere contrarium. Et sequitur Alex. con. 12. perspectis, ad fi. libr. 5. & Fely. in c. prudentiam, col. 3. de offi. & po. iud. deleg. & Ias. cons. 256. an Rex Romanorum, col. pen. vers. pro eadem parte, lib. 2.

Præsertim in iis quæ sunt dignitatis.

13 ¶ Hæc (inquam) maximè procedunt, cùm nõ disponitur de omnibus bonis in vniuersum, sed tantùm de certis quibusdã, vt de immobilibus tantùm, vel de certa re. tunc enim huiusmodi conuentiones valent, vt non obscurè senserunt Bar. & cæteri, in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. obli. & in d. l. vlt. C. de pact. & idem Bart. dicto cons. 72. col. 2. vers. in contrarium videtur. & apertè voluerunt Pau. Cast. cons. 324. super secundo puncto, in princ. lib. 1. Alex. consi. 28. ponderatis verbis instrumenti. col. vlt. vers. non ob. etiam id, libr. 3. & con. 29. perspectis, col. pe. vers. videtur etiam, lib. 5. Guid. pa. d. sing. 523. factum est pactum, in fi. primi vers. Ias. in d. l. stipulatio, col. 8. vers. tertio principaliter, vbi ita dicit se consuluisse, vt fecit, cõ. 211. præsens consultatio, col. 3. vers. circa ergo secundum, lib. 2. & con. 233. circa primum, col. 4. ver. 7. bene faciunt, lib. 2. quod reperitur inter con. Alber. Brun. cons. 8. vbi ex hoc scribit valere conuentiones D. à Scarampis, ne fœminæ succedant in bonis immobilibus. & idem Iason, con. 5. circa primum col. 6. ver. non ob. secundò, lib. 3. vbi id dicit procedere, etiam si contrahẽtes vtantur verbo contrahendi. & Philip. Deci. in d. l. pactum quod dotali, nu. 12. & ibi quoq; Lancelot. frater ipsius. C. de pact. idem Deci. con. 516. quoniam, col. 4. nu. 16. Fran. Curt. iunior con. 1. facti contingentia, col. 7. nu. 16. Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo, duas habens filias nu. 217. de testam. Chasse. con. 39. pro decisione, colu. 3. nu. 5. vbi & alios quoque citat. & Pau. Paris. consi. 72. ad veram, col. 2. nu. 16. & seq. li. 4. & Hiero. Gratus con. 19. dubitatur col. 2. vers. maturius, lib. 1.

Et maximè si non disponitur de omnibus bonis.

14 ¶ Illud etiam procedit, vt scilicet valeat huiusmodi conuentio, si certa res etiam per modum quotæ relinquatur, vt nuncupatim voluerunt Pet. Cy. Alber. & Bald. in d. l. vlt. C. de pactis, Ale. d. con. 83. lib. 3. & Stepha. Bertr. cons. 70. viso, col. 1. li. 3. & d. cons. 78. col. 3. num. 9. eod. li. 3 & Philip. Deci. consil. 578. viso consilio, colum. 3. num. 9. Sed hoc non ausim affirmare, quãdo contrarium

Etiãsi certæ res per modũ quotæ relinquatur.

contrarium etiã expressè tenuerint Io.Fab.& Alex.in d.l.vlt.Petr.Anch.& Imo.in rub. extrà de testa.vterq;col.vlt.Alex.in d.l.stipulatio,col.5.vers.item limitari potest,& Philip.Deci.sibi quoque contrarius,in d.l.pactũ quod dotali.d.nu.12.C.de pact.& d.cons.184.cùm in multis locis,tum maxime,col.4.versi.successiuè,& ver.seq.& Steph.Bert.sibi etiam contrarius,con. 292.num.4.li.1.& d.con.33.num.3.lib.2.& cons.4.visis hincinde,col.3.nu.5.lib.3.& consil.62. vrinã,col.1.eo.li.3.& d.cons.267.post prin.eo.li.3.& con.105.viso casu,in 6.dubio,li.4.Chasse. sibi item contrarius,cons.63.quidam minor,col.10. nu.36.

Pater in quærendis potest præiudicare filiis. Et filius patri. Et reus principalis fideiussori.

15 ¶ Denique pater filiis in quærendis præiudicare potest,per l.quoties.ff.sol.matr.quam ad hoc no.Thomas Parpal.in l.2.§.2.vers.cęterùm,col.1.ff.eo.Sicuti econtrario filius patri, vt voluit gl.in l.filius.C.de pactis,& Pau.C.in l.3.§.si is pro quo.ff.quod quisque iuris,vbi est etiam text.quòd reus principalis potest in quærendis,fideiussori præiudicare,licet non in quæsitis per l.vlt.ff.de pactis. Potéstq; similiter debitor fraudare creditorem in quærendis, licèt nó in quæsitis.l.qui autem,in princ.ff.quæ in frau.cred.cum multis similibus,quę abunde congessimus Pict.Cons.tit.2.§.11.in gl.4. At nihil liberis nõdum natis quæsitum videri potest.Ergo possunt parentes illis præiudicare.

Cõtra præcedentia. Hæreditas pacto relinqui non potest.

16 ¶ Contra videtur hoc pactũ non valere multis rationibus. Nam primum non potest hæreditas pacto aut conuentione inter viuos dari.l.hæreditas.C.de pact.conuen.& l. ex eo. C.de inutil.stipul.& l.vlt.ff.de suis & leg.cum si.Nec in fauorem quidem piæ causæ, vt voluerunt Angel.Fulg.& Pau.Ca.in l.tale pactum.§.vlt.ff.de pact.& idem Pau.Ro.Franc.Aret.& Ant. Alexand.in l.pactum.C.de colla.& Rom.in repe.authen.similiter,in 6.speciali contractuũ. C.ad leg.Fal.De quo tamen alibi diximus.

De eadẽ re

17 ¶ Hinc pactũ quod dotali instrumento comprehensum est,vt quæ matrimoniũ contrahit, ęqualiter patri succedat cum cæteris fratribus,iure est improbatũ,per d.l.pactũ quod dotali. C.de pact.vbi Bal.Saly.& recentiores per eam dicunt,eos decipi, qui matrimoniũ spe fauoréq; huius pacti contrahunt. Et vt dicit Bal.loquens in huiusmodi casu,in l.cùm Archimedo ram,col.2.vers.sed nunquid per consuetudinem.C.vt in poss.leg.stultus est qui sic contraxit.

Pactũ quærendæ futuræ hæreditatis non valet. Nec firmatur iuramento.

18 ¶ Et id quidem generale est vt quocunque modo non valeat pactum quærendæ futuræ successionis,per l.cum donatione.C.de transac.& l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb. obli.cum si. Id'q; adeo,vt etiam iuramento non firmetur,vt voluit gl.in l.si quando.§.illud, in verbo,grauari.C.de inof.test.& in l.pactum,& ibi Bal.in 5.oppo.Fulg.Ro.& Pau.Ca. C. de colla.Cy.Bar.Ang.Saly.Pau.Ca.Alex.qui hoc dicit communiter teneri, Ias.in d.l. pactũ quod dotali.C.de pactis.Bart.in l.vlt.& ibi etiam Angel.Pau.Ca.& alij,eo.ti.& idem Bar.in l.3.ff.de test.& in d.l.stipulatio hoc modo concepta,& ibi quoq; Alex.col.3.& idem Bart.in l. si quis pro eo,col.3.de fideius.& cons.8.factum tale proponitur,quidam nomine Thebaldus col.3.vers.sed dubium facit,& cons.212.promitto tibi,Bald.con.441. visis statutis , post princ. lib.5.& Anto.But.in c.cùm contingat,col.3.& ibi etiam Imo.in primo casu secundi membri principalis,extrà de iureiur.Domi.in c.quamuis,de pactis,lib.6.Iac.Alua.in c.moribus,col.2. vers.quęro ab extra,tit.si de feu.fue.contro.inter do.& ag.vbi reprehendit Bal.qui solus omniũ ibi tenet cõtrariũ,& Fulgo.con.73.paterfa.habens filiũ,col.3.Panor.in c.2.col.3.de cõcess. præben.& cõ.48.Augustinus,ad fi.lib.2.Pau.Cast.con.448.non est dubium,col.1.lib.1.& cõ. 419.viso puncto & aliis,in prin.li.2.Alex.cons.28.ponderatis verbis testamenti.col.3.vers.istã cõclusionẽ,li.3.& Philip.Deci.con.63.cuius superscriptio incipit,substitutio facta,in fi.& cõ. 184.an valeat pactum,col.3 ver.& tale pactum,& con.203.vt vera resolutio,col.1.& con. 236. nó parua,col.vlt.& con.494.quod suprà,col.1.nu.2.& con.608.diuino,ad fi.& Geor.Nat.in rep.c.quãuis,col.16.ver.4.fallit.de pact.li.6.Steph.Bertran.con.29.cum aliàs,post prin.li.1.& con.292.ponitur in facto,nu.4.eo.li.1.& cons.1.Christi.&c.viso cõsultationis themate,nu.88. lib.2.& con.33.prætensæ conuentiones,nu.3.eo.lib.2.& con.196.ex themate,colum.3.versi. ad quartum.lib.4.quem plurimi allegant pro 1.lib.& Ias.cons.87.in tertio dubio,lib.1.

Est enim contra bonos mores. Et inducit votum captandæ mortis.

19 ¶ Et horum quidem ratio est,quoniam huiusmodi pacta sunt contra bonos mores, per l.ex eo.C.de inutil.stipul.& d.l.stipulatio hoc modo concepta.vt pote quæ liberam testandi facultatẽ auferant,quæ nec restringi quidem potest,per text.in l.cùm duobus.§.idem respódit, societatem,in illis verbis,nec libertatem de supremis iudiciis quis coustringere poterit.ff.pro soc.Quod bene facit pro eorum op. qui dicunt nec quotam quidem hæreditatis ita reliquqi posse,vt suprà diximus numero abhinc 5.Sed & id pactum inducit votum captandæ mortis d.l.vlt.ibi,plenæ tristissimi euentus,& ibi gl.C.de pact.& l.de fidei commisso.C.de transac. & in simili dicitur,in c.ne captandę,& in c.detestanda,de concess.præben. lib.6.

Ideo nec valet huiusmodi pactũ etiam aliàs fanorabile ratione æqualitatis.

20 ¶ Confirmo duobus modis ex d.l.pactum.de pac.Primò,nam si pactũ id nó valeat in casu d.l.pactum,de pac.vbi in pactum deducebatur,id quod erat de iure cõmuni, videlicet quòd succederent filij æqualiter. quæ res admodum ęqua est & iuri communi concinens, quòd æquales facit liberos,vt latè diximus quoque in prin. quartæ quæstionis. Multò magis obtinet in pacto de quo agimus,quod prorsus est contra ius commune,& vt plerique existimát, odiosum,sicuti & illic diximus. Secundò,quia in d.l.pactum. atque etiam in d.l.hæreditas, de pac

de pac.conuẽ.aderat fauor matrimonij, sicuti & in nostro casu, vt proinde intelligas hic nihil facere hunc fauorem matrimonij, quò magis tale factum valeat. Et ideo no. Bal. Saly. & Ias. in d.l. pactum. C. de pact. fauorabiliorẽ esse causam liberi arbitrij, quàm matrimonij vel dotis. quod & idẽ dicit Bal. in d.l. pactum. C. de collat. Et ita quidem id obtinet, vt nullum remediũ competat ob id pactum non obseruatum, vt dicit Bal. in l. cùm Archimedorũ. col. vlt. versic. secuodò quæretur. C. vt in pos. l. per d.l. pactũ, vbi id dicit esse expressum. Sed & paulo pòst subdit, non posse agi ad interesse, quia stultus fuit qui sic contraxit, ideo sibi imputet.

Fauorabilior causa liberi arbitrij quam matrimonij

21 ¶ Adhæc non possunt parentes liberos sine causa priuare sua legitima, vt cõstat ex tit. ff. & C. de inof. test. & ff. de lib. & posthu. & C. de lib. præte. Et id obtinet in nascituris, nedum in iam natis, quando & qui post testameotum nascitur rumpit testamentum in quo præteritus est l. posthumus. ff. de lib. & posthu. & l. 1. & 3. ff. de iniust. test. & l. 1. 2. & 3. C. de posthu. hære. inst. cum si. Nec potest nondum natus exhæredari, cùm nulla subesse causa possit l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. Quinetiam donationes inofficiosas impugnat, qui post donationem nascitur. l. si totas. C. de inoffic. dona. vt non immeritò Iac. Aluar. & expressiùs Cardi. Alex. in c. si filij, tit. si de feu. fue. contro. int. do. & ag. dixerint non posse parentum pactum præiudicare filiis etiam nascituris. Sed ex huiusmodi pacto quo primogenitus debet in totum succedere, cæteri liberi priuarentur sua legitima, ergo noo valet.

Parentes non possunt filios priuare legitima

22 ¶ Postremò hanc partem in specie quæstionis nostræ tenuit Ioan. Corse. in deci. Tholo. d.q. 452. cuius hoc principium, item fuit quæsitum an valeat, vbi & ita dicit fuisse iudicatum, & etiam Philip. Deci. nulla Corse. mentione facta, consilio 225. incip. in causa quæ quondam iandiu agitara fuit. & voluisse videtur Ioan. Fab. in d.l. vlt. vers. item quid si pactum. C. de pactis, & in l. 1. C. si man. ita veni. ne prostit. dum se remittit, vt verbis nostrorum vtar, ad ea quæ dicit in priore loco. Et latissimè omnium Aegidius Bellamera cons. 17. contrahens matrimonium, per totum, quem omnino vide. Et hoc ego verius existimo quantùm ad ius commune pertinet, vt videlicet non valeat pactum vt succedat primogenitus, ne in minimam quidem hæreditatis portionem, quando & d.l. pactum, de pact. non loquatur (quod iam diximus) de vniuersa hæreditate, sed portione tantum, quæ erat ab intestato peruentura ad eum, in cuius fauorem fit id pactum. Nam si de totegra hæreditate pactum sit, multò minus valebit, cum eo cæteri filij legitima priuarentur.

Qui tenuerunt nostrũ pactum nõ valere.

23 ¶ Non obstant adducta ad priorem partem. Primum enim quod dicitur, in d.c. 1. ti. de fil. nat. ex mat. præterquam quòd continet magnam iniquitatẽ, vt dicũt ibi Iac. Bel. Bal. Mart. Lauden. & Card. Alex. per text. in § illud quoque, in Auth. de nupt. non procedit de iure cõmuni sed tantùm de consuetudine, & ea quidem non generali, sed tantùm Mediolanẽsium, vt declarat text. ibi, in fi. & no. Iac. Aluar. non semel, Mart. in fi. & Card. Alex. in princ. & iterum in fi. qui & hinc dicũt non id esse obseruãdum in aliis locis, in quibus nõ esset ea cõsuetudo. Sed & quod illud procedat ex cõsuetudine haud dubiè etiam declarat tex. loquens in eodem casu in c. filij nati, tit. si de feu. fue. contro. int. do. & ag. cùm dicitur, nã quãuis ratione improbetur talis cõditio, ex vsu tamẽ admittitur, & ibi hnc etiã no. Alua. & Car. qui expressè dicit, ꝙ vbi non esset talis cõsuetudo, nõ valeret pactum, de quo ibi agitur, & ante hos Bar. in d.l. pactum, & ibi quoq; alij recentiores. C. de colla. licẽ ibi est pactũ de non succedendo, hic autem de succedendo est, vt postea dicemus latiùs. An autem valeat consuetudo quòd parentes in matrimonio possint pacisci vt primogenitus succedat, inferiùs quoque tractabimus.

Respõsio ad contraria.

24 ¶ Secundũ quod dictum est de incertitudine futuri primogeniti, ita dilui potest, vt videlicet iura quæ in eam rem allegantur & similia procedant in pactis, & conuentionibus vicissitudinariis, eiusmodi non est pactum, de quo loquimur. Sed & illud item dici potest, ea procedere in pactis quę non respiciunt futuram successionem, vt patet ex iuribus, & deci. Doct. in id adduci solitis. At super futura successione non valent pacta etiam vicissitudinaria, vt scilicet ex duobus is qui superuixerit, alterius rebus potiatur, vt est text. apertè declarans ea nõ valere nisi inter milites, non etiam inter priuatos, in l. licèt, & ibi Bar. Bal. & alij, qui id multùm commendant. C. de pact. & Bar. d. cons. 212. promitto tibi. Alex. d. con. 28. col. vlt. vers. non obstat etiam id, lib. 3. Pet. Ferra. in for. libel. in cau. societa. col. 3. vers. quid autem si in hac generali. Guid. pap. sibi contrarius cons. 115. dominus Ioannes, in fi. & cons. 218. indubitãter, in 7. dubio, vers. tertiò quia dictum pactum, & cons. 234. non valuit, col. j. vers. nec etiam valuit. Ias. d. cõ. 87. vbi suprà, lib. 1. & cons. 146. præsupposito, ad fin. lib. 4. Philip. Deci. in d.l. pactum. colum. 2. vers. & ex his infertur. C. de colla. & cons. 63. cuius superscriptio incipit, substitutio, col. 2. vers. venio igitur, iuncto fin. eius con. & cons. 203. vt vera resolutio, col. j. & cons. 488. in causa & lite, col. vlt. & cons. 516. quoniam causa, col. j. Steph. Bertran. d. cons. 29. cùm alias, in princ. lib. 1. & cons. 33. prætensæ, nu. 4. lib. 2. Franc. Curt. Iunior, in d.l. licèt, col. 7. vers. septima dubitatio. C. de pact. & cons. 81. viso, colum. j. in fin. & seq. cons. 151. circa præmissam, columnæ secunda, vers. præmissis, cum seq.

Ad incertitudinẽ, & pacta vicissitudinaria.

25 ¶ Tertium quod innititur fauore matrimonij. nihil obstat, vt planè demonstrauimus suprà ex d.l. pactum. C. de pact. & d.l. hæreditas. C. de pac. conuen. in quibus non absimiliter pactũ

Ad fauorẽ matrimonij.

erat appositum io contractu matrimonij, nec propterea robur ex eo accepit, cùm vt iam diximos ex Bal. & Saly. fauorabilior sit causa liberi arbitrij, quàm matrimonij. Preterea licèt sine multa specialia & priuilegia io fauorem matrimonij concessa, ea tamen locum habent in casibus tantum expresßis, nec ad alios sunt extendenda noo specialiter priuilegiatos, sed in his ius commune obseruari debet, secundùm Bald. in l. io fraudem. §. vlt. per illũ text. ff. de testa. mili. cum infioitis si. & concord. à me collectis, in tract. Retractuum, titul. 1. §. 1. in gloss. 14. in verbo, *ou equipollent à vente*, nu. 96. ego verò, & multis scq.

Ad cohærentiam cõtractus.

26 ¶ Ex quibus etiam facilè intelligitur nihil hîc prodesse cohærentiam contractus validi, quia io d. l. pactum, & d. l. hæreditas, pactum fuit adiectum cootractui matrimonij: quod & si valeat, non tamen valet pactum ipsum, vt & plerunque aliàs videmos ratos manere actus principales, irritis reiectisque pactis adhærentibus, & clausulis iu iis appositis, vt oo. per Legistas in authe. ingreßi monasterium. C. de sacro. eccle. & in l. vbi ita douatur. ff. de dona. cau. mor. & per Canuoi. io c. vlt. extrà de condi. appo. & aliis locis inibi citatis.

Ad Masuery decisionem.

27 ¶ Nec adfert præiudicium illa Masuer. deci. quia ille ipse in secuodo loco alibi eam ita intelligit, vt procedat cùm nulli supersunt liberi. Et si aliqui (inquit) supersint, ooo possuot priuari legitima per quascuuque conditiooes appositas iu contractu matrimonij. Sed & ego uon video quonam pacto iostitutio hæredis poßit fieri in coutractu matrimonij, vtpote legibus resistentibus, per d. l. pactum, cum si. Ideo uon puto veram hanc Masuerij sententiam, etiam seruata legitima filiis. Nam iu d. l. pactum, optimè seruabatur legitima, cùm pactum esset de æquali liberorum succeßione, & tameo noo valet.

Ad id quod multa incidenter fieri possint quæ nõ principaliter.

28 ¶ Et eadem quoque ratiooe refellitur quod mox sequitur, multa fieri posse iocidenter, quæ non principaliter: quoniam vt patet ex d. l. pactum, id de quo loquimur uec priocipaliter, nec iucidenter fieri potest. Nã oec id quod de multis dicitur, ad omnia trahi oportet. Nemo enim dixerit hanc consequentiam valere, multa ita fieri possuot, ergo omoia.

Ad dictum Bal. de pacto, vt emphyteusis perueniat ad primogenitum.

29 ¶ Id autem quod dictum est ex Bal. in d. l. 2. C. de iu. emphy. valere pactum, vt emphyteosis ad primogeoitum perueniat, multùm differt à specie proposita, tũ quia illic à principio fuit liberum domino concedere aut noo concedere emphyteusim, ergo potuit eam legem quam voluit appouere. l. videamus. §. iurare. ff. de in lit. iorã. hic autem nihil tale est. Tum quia etiã si quis acceperit emphyteusim pro se & liberis, potest ex multorum seuteotia vni illorum prælegare. Et qui contrarium tenent, hac potißimum ratione ionituntur, quòd emphyteusis per huiusmodi conceßionem iam est quæsita saltem spe, si non re omoibus liberis, magis ex prouidentia & cooceßiooe domini, quàm patris, qui ob id nou potest illis nocere, vt plenè tractatur à Spec. tit. de loca. §. nuoc aliqua, vers. 78. & pleniòs ab Imo. in c. potuit, io vlt. chat. co. tit. plenißimè omniũ à Iasone in l. 2. col. 74. ver. 22. & vlt. C. de iure emph. Sed tu vide quos lõga serie citauimus in tract. Retractuũ, tit. 1. §. 2 t. gl. 6. in verbo, *s'il est plus proche*, nu. 23. 24. 25.

Si duobus fratribus cõcedatur emphy. vt maior natu alterutrius succedat.

30 ¶ Quid autem si io hoc casu de quo nunc loquimur, ita concedatur emphyteusis duobus fratribus, vt maior natu alterutrius succedat, verùm duo primogeniti vtriusq; fratris succedant, an alter eorum, qui videlicet est maior oatu tantùm, videbis postea io 67. quæ. principali, quã de hac re priuatim apponemus.

Ad deci. Guid. Pap. Nasciturus potest stipulari pater aut notarius.

31 ¶ At illæ Goid. Pap. deci. si de donatione facta in cootractu matrimouij primogenito nascituro intelligantur, nihil video, quid illis obstet, quo miuus valeat talis donatio, si interuenerit stipulatio notarij aut patris, vt dicit ipse Guid. quoniã & nascituris filiis potest pater stipulari. l. si quis operas, cum glo. in verbo, posthumos. ff de ope. lib. cum si. per illum allegatis, & præterea voluit Bart. in l. quod dicitur, ad fin. versi. sed quæro an pater, & ibi Imo. Ale. Ias. col. pen. & vlt. per text. in l. Paulus. §. Paulus, le 1. ff. de boois lib. & idem Bart. in l. item prætor. ff. de suis & legi. & Alb. iu rub. ff. de verb. obl. cul. j. nu. 2. Bal. in l. si in personam, col. vlt. C. de fideicom. & in l. qui se patris, col. vlt. q. C. vnde lib. & io l. 2. in 17. q. C. de iure emphy. Aegid. Bellamer. cons. 17. coutrahens, post prin. ipse Guid. cons. 54. cùm io facti, io si. & consi. 60. ad dubia elicita, iu 3. dubio, & consi. 176. pro diffinitiooe, in 4. dubio, & sing. 499. exceptio, versi. filio nascendo.

Vt etiã post mortẽ patris accipiant.

32 ¶ Nec id quidem tantùm procedit (vt id quoque addas Guido. pap.) vt filio nascituro qoid quæratur ex stipulatioue patris, in vita ipsius patris, sed etiam post mortem eiusdem, vt probatur in l. pater cum filiæ, & ibi Bald. qui id ouncupatim no. ff. de pact. dot. & l. quodcunque. ff. de verbo. oblig.

Donari potest inter viuos post mortem donantis.

33 ¶ Quin etiam potest (vt id item addas) titulo donationis inter viuos, ab extraneo aliqoid alteri dooari post mortem ipsius donantis. l. j. & seq. C. vt acti. ab hære. & l. hæreditariõ. ff. de bon. auth. iud. poss. & l. nã & si cùm moriar, & ibi Bar. in vlt. op. ff. de condi. indeb. & l. vl. C. de cõtra. & commit. stipul. & §. post mortem. Instit. de inutil. stipul. & oo. glos. in l. vl. in verbo, accõmodauerat, in fio. & ibi Doc. C. de pact. & glo. iu d. l. hæreditas, in verbo, ie nulla actione. C. de pactis conuen. & glo. j. io l. j. ff. de testa. Oldra. latè consi. 114. factum tale est, qoædã mulier & cons. 129. ad habendam, post prin. vbi ad hoc multa allegat. Io. And. in addi. Specul. tit. de instr. edi. §. porro, colum. vlt. versic. fuit etiam alia quæstio. Bart. d. cons. 212. Angel. cou. 179.

visis

visis prædictis.col.1.Pan.in c.2.col.3.de conces.præb.Alex.cons.83.visa,col.3.ver.& in proposito,lib.2.ipse Guid.Pap.cons.23.viso facto,col.2.vers.item videtur, & iterum cons.31. viso ad plenum, col.2.& seq.Ias.cons.6.exhibentur.col.3.ver.sed istud,lib.3.Steph.Bert.con.315.quoniam Andreas,nu.2. li.2.& con.266.etiam si non tantum,nu.2.& iterum nu.7.& 8.co.lib.2.& cons.70.Christi,&c.viso,nu. 2.lib.3.

34 ¶ Quod si intelligas illas Guid.Pap.dec.(vt ad eas tandem redeamus)vt aliquid relinquatur per modum (vt ita loquar cum nostris) successionis, id est, iure successionis, hæ certe sunt omnino falsæ,ex his quæ iam late diximus. Et ita scienter distinguit Bat. in d.cons. 212. promitto tibi.

Iterum ad dec.pap.

35 ¶ Ad Paul.Cast.d.cons.179.lib.1.in quo scribit valere testamentum disponentis, vt in feudo castri præferatur primogenitus,facile est quod respondeatur. Nam is, vt aperte constat, non loquitur de pacto futuræ successionis,sed de testamento,in quo potest pater primogenito aut alteri relinquere præcipuum quippiã, seruata aliis liberis & hæredibus sua legitima. Et cum hoc quoque expresse tenet contra illum Iacob.à S.Georg.in tract.feud. in verbo,& cum pacto,quod de ipso feudo,&c.col.5.vers.vlterius quæro.

Ad Pauli responsum.

36 ¶ Quod autem nouissime pro contraria parte dictum est,in quærendis posse patrẽ filio præiudicare, licet non in quæsitis, non procedit in hoc casu,quando liquido comprobatum est, non posse patrem filium nasciturum priuare legitima. Nec de futura successione quicquam inter viuos disponere. Ad id autem quod diximus posse disponi inter viuos de certis quibusdam bonis etiam per modum quotæ: id non expeditum est, quando multi teneant contrarium,vt etiam ibi diximus.

Ad id q̃ de quærendis dictum est.

SEPTIMA QVAESTIO.

1 SEd quæstionis est, & hæc septimæ locum obtinebit, An saltem possit id pactum de quo quærimus consuetudine,aut statuto confirmari,id est,an possint statutum aut consuetudo facere, vt valeat id pactum. Et primo quidem ingressu multis videbitur non esse dubium, quin vere possint,per tex.in d.c.mulier,tit.de fil.nat.ex mat.& in d.c.filij nati,tit.si de feu.fue.cont.int.do.& ag.vbi Bal.Alua.& Car.not. istiusmodi pacta, de quibus in illis locis, licet de iure non valeant,ex consuetudine tamen admitti & approbari. Et idem dicit Bar.in d. l. pactum,& ibi quoque idem Bal.in 2.oppo.Sal.col.vlt.vers.quæro primo.Ang.Pau.Ca.col.2. & Corn.col.3.C.de collat.& idem Bar.cons.72.col.2.vers.præterea per statutum. & Bal. in l.de quibus.col.2.vers.item non valet pactum.ff.de legib.& in l.cum Archimedoram,col.vlt. ver.sed nunquid per consuetudinem.C.vt in pos.leg.Ange.cons.66.visis,col.vlt.Aluar.in c. mulier,col.2.vers.nota quod licet pactum,tit.si de feud.fue.cont.Imol.in l.ille autem,in fin.ff.de hære. instit.Steph.Aufre.d.dec.Tholo.452.Philip.Dec.in d.l. pactum quod dotali, col.1. in 1. no.& latius,col. 2. hinc conclusio supradicta. C. de pactis, & cons. 516.quoniam causa,col.2. vers.non obstat quod Ales.& seq.& cons.578.viso cons.col.3.nu.9.& nouissime Viglius Phrysius in §. accessit,in verbo libripendæ, in fi.Inst.de test.ord.Nec obstat (inquit) Bal.in d.l.cum Archimedoram, quod ea pacta videantur esse contra bonos mores, quia istud est ex quadam suspicione, non autem ex necessitate legis,per l.2.C. de pactis.

An saltem illud pactũ possit consuetudine aut statuto cõfirmari.

2 ¶ Sed aduerte quod illi tex.quos allegant Doc. vbi supra, loquuntur in pacto de non succedendo,sicuti etiam expresse loquuntur,& declarant magna eorum pars, quos citauimus, vt videlicet possit statutum dare robur huiusmodi pacto de nõ succedendo. Et si id expresse non dicerent,sed id tantum simpliciter,vt pactum de futura successione robur ex statuto aut consuetudine accipiat, per d.tex. deberent tamen intelligi de pacto de non succedendo, de quibus loquuntur tex.quos allegant iuxta doctrinam Bar.in l.non solum.§.si liberationis. ff.de liber. legat. cum si. Nullus autem eorum expresse aut tacite dicit quod possit statutum confirmare pactum de succedendo, præter Deci. de quo postea dicemus, & Bald. in d. l. Archimedoram, vbi nuncupatim loquitur in casu l.pactum. C. de pactis, quæ loquitur de pacto de succedendo.

De eadem re.

3 ¶ Sed idem Bal.in huiusmodi pacto contrarium tenuit, vt videlicet non possit statuto confirmari,in l. 2.col.2.vers.item in pacto,de futura successione. C. quæ sit long. consuet.quem sequitur Alex.in addi.eiusdem in d.l.Archimedoram.& in d.l.pactum,col. 2.vers. fallit tamen hæc regula.& ibi quoque Ias.col.2.C.de pact.& idem Alex.in l.vlt.paulo ante fi.eod.tit.& in d.l.pactum,col.1.vers.vtrum autem sit,& ibi etiam Ias.col. 2.in 4.limitatione.& Iac.à S.Geor. post prin.C.de colla.& idem Alex. in l.stipulatio hoc modo concepta,col.3.vers. an autẽ possit,& ibi etiam Ias.col.2.in vlt.no.ff.de verb.oblig.& ipse Ias.in l.de quibus, col. 17. vers. & an consuetudine.ff.de leg.& cons.87.consultus,col.vlt.lib.1.& Philip. Deci.d.cons.225.nuncupatim loquens de pacto opposito in matrimonio,vt primogenitus succedat,& cons. 236. non parua,col.vlt.& Geor.Nata.in repe.c.quamuis,col.15.vers. ex his regulam habes, de pac. lib. 6.& Steph.Bertran.d.cons.29.cum alias scriberem,col.1.lib.1.& cons.1.Christi,&c. viso consultationis themate,nu.92.lib.2.& cons.267.si pactum,col.1.lib.3. vbi hanc dicit esse communem,nec ab ea recedendum in iudicando & consulendo,& Ias. d.cons. 87.col.vlt.lib.1.

De eadem re.

De eadem re.

4 ¶ Mouetur Alex. quique eum secuti sunt, quoniam, vbi aliquid prohibetur fieri per pactum, ob id quod sit contra bonos mores, nec per statutum quoque fieri potest, vt no. Bar. in l. omnes populi, in 3. q. prin. & ibi Ang. & alij. ff. de iust. & iur. & idem Bar. in l. non impossibile, in fi. ff. de pact. Sed hæc pacta de succedendo ob id prohibentur, quod sint contra bonos mores, per d. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. & l. ex eo. C. de inutil. stipulatio. & diximus in præcedenti quæstio. Igitur per statutum non potest robur accipere. Pactum autem de non succedendo de quo loquuntur iura contraria, & Doctor. pro priori parte allegati, vt diximus, non est contra bonos mores, vt no. omnes in d. l. pactum. C. de collat. Alioquin enim non confirmaretur iuramento, per d. c. quamuis, de pact. lib. 6. quoniam quod cõtra bonos mores est, iuramento confirmari non potest, c. non est obligatorium, & ibi Dyn. de reg. iur. lib. 6.

De eadem re.

5 ¶ Verum Philip. Dec. in d. l. pactum quod dotali, col. 2. vbi suprà. C. de pac. sibi in hoc expressim contrarius, contrariam partem tenet. Nam licet, inquit, tex. in d. c. filij, videatur loqui in pacto negatiuo de non succedendo, dum ibi dicitur, filios natos ex tali matrimonio non succedere, tamen videtur in se tacite continere pactum affirmatiuum de succedendo, pro filiis alterius matrimonij, vt etiam Bal. in eo loco expendit. Et idem dici potest de d. c. 1. de filiis natis ex mat. ad mor. contract. Ad id autem quod dictum est, non valere statutum vbi non valet pactum, quia est contra bonos mores, responderi posse, illud intelligi, quando continet turpitudinem, & ita loquitur Bar. in d. l. omnes populi. Secus si non agatur de turpitudine, sed tantum de prohibitione iuris, quia licet nõ valeat pactum, valet tamẽ statutũ, vt dicit Bar. ibi. Et ita videtur in hoc casu, quia facultas testandi est de Iure Ciuili, vt no. Ang. in §. 1. in Auth. vt factæ nouæ constit. Et dato quod substantia testamẽti esset de iure gentiũ, tamẽ adiectiones sunt de Iure Ciuili, vt dicit Bar. in l. interdũ. ff. de cond. indeb. vnde ista facultas libertatis, quæ in testamẽto requiritur, videtur à Iure Ciuili introducta. l. j. C. de sacr. eccl. & d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. obl. & d. l. ex eo. C. de inutil. stipul. Et ideo per statutũ mutari potest. §. vlt. Inst. de iur. nat. gen. Præterea ad iudicandũ an sit aliquid cõtra bonos mores, inspicitur locus ciuitatis in qua de hoc agitur. l. itẽ apud Labeonẽ, in prin. & in vers. sed adiicitur, ibi, nõ videri esse contra bonos mores illius loci ff. de iniuriis, vnde cũ à statuto hoc permittatur, non videtur esse contra bonos mores ciuitatis. Et idem propemodum dicit ipse Dec. d. cons. 516.

De eadem re.

6 ¶ Adde & tu sd Dec. ex Soc. in d. l. pactum quod dotali, de pactis, illam Bart. dec. in d. l. omnes populi, procedere quando sunt mali mores, qui per legem boni non possunt fieri, repugnante lege naturali aut diuina, cui lex ciuilis aduersari non potest, vt not. in l. vlt. C. si contra ius vel vti. publi. Secus si effici possunt boni, remota prohibitione ipsius legis, vt in nostro casu, quo lex ipsa id concedit inter milites. d. l. licet, de pactis, ergo & inter alios quoque concedere potest. Et ita vt subdit Soc. declarat illud Bar. dictum elegantem doc. Franc. de Alber. in addi. Quod si quis obiiciat tex. in l. ex facto, in prin. ibi, est enim iniquum. ff. de vulg. & pupil. Ex quo no. Pau. Ca. ibi, quod per priuilegium, vel statutum tolli non potest libera testandi facultas. Certe in promptu responsio est ex Alex. eo. in loco, quod ibi princeps concessisse non videtur, non tamen dicitur, quod non possit. Et ego semper in ea opi. fui, vt statutum vel consuetudo id pactum confirmare possit: atque ita aliquando censui in causa magni ponderis huius nostræ Curiæ, in qua inter multos audiui duos nostræ Decuriæ Præsides D. Io. De Gouy, & Iacobum Spifamum nunc episcopum Niuerniensem laudatissimum multas magnásque reconditioris doctrinæ rationes & argumenta adducere.

Authoris sententia.

De eadem re.

7 ¶ Sed vtrumcunque sit verius, illud tamen in multis huius regni partibus obseruamus, vt huiusmodi pactum in contractu matrimonij factum præsertim inter nobiles teneat, maxime si iuramentum interuenerit, vt retulit Aufrerius in dec. Tholo. dec. 452. vbi ita dicit fuisse diiudicatum multis arrestis. & Bened. in repe. c. Rayn. in verbo, duas habens filias, nu. 197. & multis seq. extra de test. vbi multa adducit vt hanc partem tueatur, quæ sunt illic omnibus obuia: & ita quoque iudicatum fuisse in Burdegalensi parlamento asseruit Briandus à Vallea, cum de hac re sermo incidisset, vt in principio huius quæstionis recensuimus. Sed hoc semper intelligo seruata legitima cæteris liberis, per ea quæ suprà diximus iunctis no. per Car. in d. c. 1. tit. de fil. nat. ex mat. ad morg. qui ita intelligit consuetudinem, de qua tex. ibi loquitur.

QVAESTIO OCTAVA.

An parentes possunt huiusmodi pactum reuocare.

1 AT illud dubium, & octauo vertitur, An parentes qui in contractu matrimonij huiusmodi pactum apposuerunt, postea poterunt id pactum reuocare & filios ad suam successionem æqualiter admittere. Sane Iacob. Aluar. & Cardin. Alexand. in d. cap. filij, in fin. tit. si de feud. fue. contro. loquentes in casu illius cap. dicunt posse contrahentes postea mutare voluntatem, & per contrarium pactum conuenire, vt succedant filij, quos in ipso contractu matrimonij à sua successione repulerunt, per no. per gloss. 1. in §. si facta, eod. tit. & in l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem verso. Quod & confirmatur, quod quando alicui quæsitum est ius ex meo contractu facto cum alio, possum id ius mea pœnitentia reuocare. l. 3. & ibi Bart. ff. de seruis expor. & l. qui Romæ. §. Flauius, & ibi Bar. & alij. ff. de verb. oblig. & l. 1. & ibi Bald. C. si mancip. ita fuc. alien. cum si.

¶ Item quia

2 ¶ Item quia huiusmodi pactum est veluti quædam dispositio à coniugibus facta supremi iudicij dispositionem præueniens, & inde naturam mutabilem assumens, per l. si filia. §. Papinianus. ff. fam. hercis. & l. parentibus. C. de in of. testa. & l. vlt. C. de pac. Qua ratione Old. con. 231. incip. vt eius de quo quæritur, post princ. respondit quod si rex diuisionem fecerit inter filios, eam tenere iurantes, & ita vni regnum vnum assignet, alteri alterum, potest Rex ipse si velit huiusmodi diuisionem reuocare, & sequitur Bald. §. item sacramenta, col. pen. vers. quæ fuit de facto, tit. de pac. iur. fir. *De eadem re.*

3 ¶ Et hanc partem expresse tenuit Cors. in dec. T bolo. q. 453. incip. item fuit quæsitum præsup positio quod tale pactum. Quo etiam in loco Aufre. in addi. dicit hoc de iure esse verius. Contrarium tamen dicit in Francia obseruari, & in hoc fuisse lata plurima arresta parlamenti, hincque occasione sumpta mulias rationes adfert, quibus hæc posterior pars defendi posset, quas subscribere supersedeo, cum illic obuia sint omnibus, & idé nouissime tenuit D. Boër. dec. 204. quæritur vtrum valeat, col. 7. vers. & hoc probant, vbi & alios multos citat in aliis tamen casibus loquentes, vt comperies, si tibi vacet illos videre. *De eadem re.*

4 ¶ Priorem autem sententiam confirmat quod Bal. in hac specie interrogatus respondit cons. 383. quod domina Agatella, lib. 2. Quispiam enim alteri donauerat, ea lege vt si donatarius decederet sine liberis, res donata ad alium deueniret. quærebatur an donans posset huiusmodi donationem reuocare in præiudicium illius ad quem bona debebant peruenire post mortem donatarij, si sine liberis decederet. Et respondit posse, per d. l. 3. de ser. expor. & l. si pecuniam. §. si seruum. ff. de cond. ob caus. & not. per Bar. in d. §. Flauius. Nam & hæc videtur esse quædam mortis donatio, vel mortis causa capio, quantum ad posteriorem donatarium, per l. nec fratris. C. de don. caus. mor. Ideo habet locum pœnitentia. l. non omnis. ff. si cer. pet. & l. Senatus. ff. de don. cau. mortis. & alia quoque multa circa id dicit quæ tu videre poteris. *De eadem re.*

5 ¶ Et si tu hâc partem sequaris quæ mihi iustior esse videtur, eam intellige procedere, nisi alius quispiam futuris coniugibus aut etiam iam maritatis (nihil enim iam inter vtrunque interest) rem aliquam donauerit ea lege, vt eorum primogenitus in ea tantum succedat. Nam tûc non esset liberum solis ipsis parentibus alios filios ad eius rei successionem admittere in præiudicium primogeniti, cui id ius quæsitum est ex prouisione & pacto donantis, ar. l. si post mortem. §. vlt. ff. de bo. pos. cont. tab. & c. 1. & ibi per Doc. tit. de succes. feud. & no. per Bal. in auth. si quas ruinas. C. de sacro. eccles. & in l. 1. ad fi. C. per quas perso. no. acqui. cum si. *Declaratio præcedentium.*

6 ¶ Et ita nuncupatim in hac specie respondit Pau. Ca. con. 164. in præsenti causa, col. 6. ver. sed nos loquimur, lib. 2. Neque enim, ait, alter ex contrahentibus potest legem contractui vel donationi appositam immutare. l. aliud. ff. de solut. iuncta l. legem. C. de pact. Et hinc quoque dicit donantem solum sine donatario reuocare non posse. Et sequitur Philip. Dec. cons. 468. superiori anno, col. pe. vers. & ad confirmationem, & iterum, cons. 498. viso casu, col. 3. vers. qui similiter incipit, & ad confirmationem. Et vide quæ dicam infrà in 68. q. *De eadem re.*

7 ¶ Et idem dicas si vir & vxor principis autoritate maioricatum, siue maioriam quam vocant, constituissent, ita vocant Hispani, præsertim Hispalenses, ius primogenitæ in omnibus aut certis quibusdam suis bonis, vt diximus suprà in 1. q. in fi. Tûc enim nec alter sine altero nec vterque sine consensu principis reuocare poterunt huiusmodi maioricatum, vt nuncupatim & in hac specie interrogatus respondit Ludo. Bolo. cons. 62. Martinus & Maria. in 1. dubio, multis rationibus illic adductis, quas videre poteris. Et ita quoque intelligi potest quod scribit Pau. Ca. d. cons. 164. quo loco citauimus in præced. num. *Quid si principis autoritate vterque maioricatum constituerit.*

NONA QVAESTIO.

1 NOno principaliter quæro, an consuetudo vel statutum præferens primogenitum in successione patris, nulla matris mentione facta, trahatur ad ipsius matris successioné, Bal. de hac ipsa re nuncupatim loquens in l. diuturna, in prima lectu. ff. de legib. asseueranter & intrepide asserit non esse trahendum huiusmodi statutum vel consuetudinem de successione patris tantum loquentem ad successionem matris. Motus, quia est contra ius commune, ideo nó esse extendendam etiam si subsit eadem ratio, per l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri. Nisi forte, inquit, illud in successione feudi disponeret, quia tunc esset præter ius commune, iuxta no. in l. de quibus. ff. eo. de leg. Nec hinc longe abest quod consuluit Philip. Cornes. cons. 150. de duabus, col. 1. lib. 2. quod statutum repellens fœminas à successione patris, non obtinet in successione matris, cuius mentionem non facit. Quódque etiam cõsuluit Bened. Cap. cons. 62. punctus Andreas, in quarto dubio, statutum excludens à successione fratris non extendi ad successionem sororis. *An statutum præferens primogenitum in successione patris trahatur ad successioné matris.* *Statutum excludens*

2 ¶ Et quod ante hos è diuerso voluit Arch. in c. si quis suadente, col. 3. 17. q. 4. statutum excludens matrem à successione filij, non excludere à successione filiæ. quod & voluit Alber. in l. 1. nu. 4. ff. de verb. sign. Imo in l. si ita sit scriptum filiabus. ff. de leg. 2. Dom. in c. generali, col. 4. vers. & per hoc infertur, lib. 6. & Alex. cons. 234. puto, col. 1. lib. 6. & cons. 45. habita pro viribus, col. 2. vers. secundo principaliter, lib. 7. vbi id dicit not. & Georg. Nata. qui hoc sing. dicit in tract. de statutis excludentibus fœminas à successione in 9. q. 3. q. princ. *matrem à successione filij non excludit à successione filiæ.*

3 ¶ Contrarium in hoc nostro casu, vt scilicet statutum loquens de successione patris, ad matris successionem trahatur, tenuit Bal. sibi contrarius loquens tamen sub dubio, forte, in c. 1. tit. de succes. feud. nam hæc consuetudo, inquit, est præter ius commune, & illum ita refert & sequitur Math. Afflic. ibi, col. 1. vers. sed quarto quid si dicat, vbi id monet menti tenendum. Et idem in simili voluit ipse Bal. in l. de quibus. ff. de leg. quod scilicet consuetudo vt filij succedāt patri in feudo, habeat etiam locum in successione matris. quia ratio diuersitatis reddi nō potest. Et ita quoque illum citat & sequitur ipse Math. vbi supra, ver. quarto fallit. Veruntamē illa dicta nō reperi in meo codice Bal. & vix credo illū ita dixisse in primo illo dicto, cū nemo neget hāc cōsuetudinem esse cōtra ius cōmune, vt late diximus suprà in 4. q. At tu hic vide quæ nos latissime tractauimus de cōceptione fœminę in masculo, in nostro tract. Retractuū tit. 1. gl. 9. in verbo, *au lignagier*. nu. 177. vsq; ad nu. 244. ex quib. facile intelliges, qd hic dicēdū sit.

DECIMA QVAESTIO.

An statutum preferens primogenitū comprehendat primogenitam.

1 DEcimo quæro, an consuetudo pręferens primogenitum in successionibus, comprehendat primogenitam filiam. Ad quam rem multa faciunt quæ diximus in præcedēti quęstione, sed & alia sunt huc priuatim pertinentia. Nam primum illud sciēdum est, an filiæ sint capaces regni, ducatus, comitatus, & aliorum id genus in quibus potissimum primogenitura locum obtinet. Nam si in iis non succedant, frustra quæritur an appellatione primogeniti contineatur filia. Cum masculinum nunquam concipiat fœmininum in iis quæ nō possunt adaptari, siue non conueniunt fœminis, per l. vlt. ff. de tut. coniuncta l. fœminæ. ff. de reg. iur. & voluit Bar. in l. j. & ibi Alex. ff. de verb. sign. & l. si quis in tantam. C. vnde vi. & Bal. in l. seruus. C. com. de succes. cum aliis multis concord. à me collectis in d. tract. Retractuum vbi suprà, in fin. præcedentis quæstionis. Præsertim vero nu. 195. & hæc certe, vbi intelliges & hoc quoque procedere, etiam si statutum esset, vt masculinum conciperet fœmininum.

Fœminas succedere in dignitatibus regalibus.

2 ¶ Igitur vtrem hanc primo loco differamus, Multis id videbitur carere omni scrupulo, cum tex. habeamus probantem in huiusmodi dignitatibus regalibus fœminas succedere, easque sicuti & viros moderari & gubernare, videlicet c. significauit. in prin. de rescr. multósque alios mentionem facientes reginarū, & comitissarum, vt cum nostris loquar, videlicet in c. dilecti. de arb. & in c. dilecto, de testib. & in c. vlt. de conces. præb. & in c. peruenit, de cens. in superscri. & in c. ex parte, le 3. vbi fit mentio de regina Anglorum, & in c. seq. in superscri. de verb. sign. & in c. cum deuotissimam, in superscri. & in c. seq. 12. q. 2. & in c. si quis. 14. q. 4.

Fœminas in regnis successisse.

3 ¶ Et videmus abusque multis temporibus fœminas successisse in multis regnis, vt de regno Nauarræ attestantur Pet. Iac. tit. de eau. ex qui vas. Et in regno Apuliæ, Bald. in l. cum prætor. ff. de iud. & in l. quoties. C. de suis & legit. & in §. hoc quoque, col. 4. tit. de succes. feud. vbi dicit regnasse Ioannam reginam, & quidem adeo prudenter, vt non sederit in cathedra regali similis ei gratia & virtutibus. Et in regno Hierusalem & Siciliæ, Bart. in l. j. col. 2. vers. item mulieribus. C. de muli. & in quo loco, lib. 10. Et ita quidem in regno Siciliæ, vt etiam masculus ei non obsit, quo minus succedat, vt retulit And. Iser. in c. 1. tit. de his qui sibi & hær. suis, & in c. 1. §. & quia vidimus, tit. qui feud. da. pos. Sed longe ante hæc tempora legimus Amalasintam Theodorici filiam patri successisse in regno Neapolitano, quod & inter cæteros scripsit Pandolphus Collenutius in historia Neapolitana lib. 2. quod accepisse videtur à Procopio.

Et Austri.

4 ¶ Et vt de antiquioribus loquar, legimus in sacris literis de regina Austri, quæ audita fama Salomonis, ab extremis finibus terræ Hierusalem venit vt illum inuiseret, vt scribitur 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9. & Matth. 12. & Lucæ 11. & repetitur in Decretis Canonicis in c. vereor. 8. q. 1. De Candace quoque regina Aethiopum Act. 8. c. quem locum enarrans Beda, vir humanarum literarum non ignarus, scribit moris fuisse illi nationi semper fœminis regi, easque Candaces appellare. quod & ante illū retulit Eusebius in Historia Eccles. lib. 2. c. 1. ante vtrúque Plin. li. 6. c. 29. ad calcem. & ante hunc Candaces reginæ Aethiopum meminit Strabo li. 17. vbi eam dicit fuisse suis temporibus. Sed & ipse Plin. illo eo. lib. 6. c. 30. scribit Sebritas sub regina esse, quod & ante eum scripsit Strabo statim post initium lib. 17. Vt interim omittam apud Assyrios Semiramim, apud Massagetas Thomirim, apud Aegyptios Cleopatram, aliásque propè infinitas alibi regnasse. Ex quo & illud ipsius Cleopatræ apud Lucanum lib. 10.

Et Aethiopia. Candaces.

—Non vrbes prima tenebo.
Fœmina Niliaco nullo discrimine sexus
Reginam scit ferre Pharos.

Pharos enim primùm erat in Pelago, quæ postea Aegypto cohæsit, vt scribit Strabo lib. 12. Cæterum Diodorus Siculus lib. 2. Bibliotheces c. 1. non multo post princ. tradit apud Priscos illos Aegyptios quinque mulieres regnasse. Sed & lib. 3. memorat Tarinā Sacarum Reginā.

Indorum qui Pandē incolunt.

5 ¶ Quódque scribit Plinius lib. 6. c. 20. gentem Pandeam solam Indorum regnatam fœminis. Vnam enim Herculi huiusmodi sexus genitam fuisse. ob ídque gratiorem regno donatam præcipuo. Cuius rei quoque mentionem facit Solinus in Collectaneis c. 65. Pandea, inquit, gens à fœminis regitur. cui reginam primam assignant Herculis filiam. Sed & nōnihil meminit Diodorus lib. 3. Bibliothecæ: & Arrianus ille Historicus, idémque, vt quidam existimant,

mant, Iurisconsultus lib. 8. gestorum Alexandri, qui & ipse tradit lib. 1. apud Cariæ populos consuetudinem esse ab vsque Semiramide profectam, qua uon masculis tantum, sed & fœminis quoque regnare liceat. Nam & ipse Diodorus lib. 17. quo & eiusdem Alexandri historiam describit, tradit eundem Adam quampiam fœminam regno Cariæ præfecisse, quod in eo regno succedere debetet. Cæterum Polyænus lib. Stratagematum 8. meminit Artemisiæ Cariæ reginæ. Sed & idem illo 3. scribit Regiuam Cæli filiain post obitum patris communii populorum fratrúmque consensu tegnum Athlantiadum adhuc virginem cepisse.

6 ¶ Claudianus quoque lib. 1. iu Eutropiú cecinit plutima esse regna quibus fœminæ imperát, *Medorum Sabaorum*

—Medis, leuibúsque Sabæis
Imperat hic sexus, reginarúmque sub armis
Barbariæ pars magna iacet.

Et quod de Medis dicit Claudianus fulcit quod scribit Iustinus, lib. 1. Harpagum qui man datum ab Astyage Medorum Rege acceperat, de occidendo eo infante qui postea Cytus dictus est, veritum si ad filiam Astyagis, cuius is infans erat, mortuo Rege venisset imperium, quoniam nullum Astyages vitilis sexus genuerat, ne illa necati infantis vltionem à se exigeret, ideo puerum pastori exponendum tradidisse. Ex quo palam colligere potes, apud Medos fœminas regnasse, cum masculi ex Rege deerant. Sed & apud Illyrios vel testimonio Plinij *Illyriorum* qui lib. 34. c. 6. mentionem facit Tericæ entum reginæ quæ P. Iunium & T. Coruncanum interfecit. *Sitonum.* Et apud Sitones, qui iuxta Sueuos & Germanos sunt, vetusto more non vit sed fœmina regnabat, vt tradunt Cornelius Tacitus & Strabo. *Parthorũ.* Parthi quoque Erato fœminam in reginam sibi delegerunt apud eundem Tacitum, statim post prin. lib. 2.

7 ¶ Apud Latinos item fœmiuas regnasse si masculi deerant, indicio est illud Virgiliauum lib. 7. Aeneidos, *Latinorũ.*

Filius huic fato diuum, proléque virilis
Nulla fuit, primáque oriens erepta iuuenta est.
Sola domum, & tantas seruabat filia sedes.

Britannos etiam illos priscos id obseruasse auctor est Cornelius Tacitus in vita Iulij Agricolæ. *Britannorum.* Cuius hæc verba sunt loquentis de Britannis, His atque talibus inuicem instructi Voadica generis Regij fœmina duce (neque enim sexum in imperiis discernunt) sumpsere vniuersi bellum. *Asia.* In Asia quoque olim regnasse fœminas tradit Curtius lib. 9. *Bohemia. Vngaria.* in Bohemia item & Vngaria, Aeneas prodidit in descriptione Asiæ c. 20. & Albertus Krantzius Vuandalicarum rerum lib. 1. c. 17. *Adiabenorum.* Helenæ quoque Adiabenorum reginæ meminit Iosephus lib. 20. Antiquitatum, c. 2. Et Eusebius Cæsariensis Historiæ Ecclesiasticæ lib. 2. c. 12. *Saracenorum.* Et Mauuiæ Saracenorum reginæ idem Eusebius lib. Historiæ Ecclesiasticæ 11. c. 6. *Tenesiorũ.* Strabo lib. 16. tradit eos qui habitant Tenesim, imperio fœminæ parere.

8 ¶ Idcirco, vt haoc partem concludamus, Pe. An. con. 339. pro maiori intelligentia, minime dubitat, quin fœmina in regno succedat, etiam exclusis masculis remotioris gradus. *Arragonia.* ídque dicit obseruari in regnis Arragoniæ, Hierusalem, Siciliæ, Vngariæ. Verum Imo. & post eum Domi. & Philip. Fran. in c. grandi, de suppl. negl. præl. lib. 6. in his distinguit: aut enim ex dignitates sunt feudales, & non succedunt in eis fœminæ, nisi aliud inducat feudi conuentio, regni consuetudo, aut priuilegium, per c. 1. §. hoc autem notandum, tit. qui feud. dar. pos. *Distinctio feudalium, & non feudalium.* Aut non suot feudales, & tunc quoque de iure non succedunt fœminæ, nisi etiam aliud habeat consuetudo aut priuilegium. Et ita voluit iu vtroque casu nunquã succedere fœminas, nisi ex consuetudine, priuilegio, aut cóuentione. quod & ante illos voluit Vinc. in d. c. significauit de rescri.

9 ¶ Atqui Host. Io. And. Bal. Ant. Panor. & plerique omnes ibi. id tantum concedunt, cum huiusmodi dignitates sunt feudales, vt videlicet tunc non succedant fœminæ, uisi in casibus in quibus alias in feudis succedunt. *Ad idem.* Quod si non sunt feudales, censent in illis fœminas succedere. Quod intelligit Bal. masculis non extantibus instar feudorum fœmineorum, quæ videlicet conceduntut vasallo suísque hæredibus masculis & fœminis, per c. 1. tit. de eo qui sibi & suis hæred. Cui etiam dicit consentire rationem uatutalem, quia officia virilis sunt animi. l. cuius bonis. ff. de cur. fur. Neque enim consilium reperitur apud fœminam.

10 ¶ Hæc ferme Bal. cum quo fere conueniens Panor. in d. c. dilecti, col. 3. de arbit. hanc rem paulo latius tractat. *Alia distinctio.* Nam, aut res (inquit) est feudalis, & tunc fœmina non succedit, etiam masculis nou extantibus, nisi in concessione feudi dictum fuerit, quod etiam fœmina posit succedere: quo etiam casu debet intelligi propter naturam feudi ordine, vt admittatur fœmina masculis non extantibus, per tex. in c. 1. tit. de succes. feud. At si feudum est fœmineum, tunc etiam succedit fœmina masculis non extantibus, licet in concessione uon fuerit expresse dictum quod fœmina succederet, per c. 1. tit. de benef. fœm. Aut res non est feudalis, & tunc si est dignitas, puta regnum, ducatus, comitatus, vel aliud simile, tunc ex communi consuetudine iure approbata succedunt tantum masculi, & ex iis quidem solus primogenitus: & eo decedente siue filius, secundogenitus, per no. in c. licet, de voto. Masculis autem non extantibus, succedit quoque fœmina, per d. c. significauit. Si vero nou sit dignitas, & tunc cessante cou-

suetudine masculus & fœmina pariter succedunt vti in cæteris bonis, cum de iure nulla sit in successionibus differentia maris & fœminæ, per l. maximum vitium. C. de lib. præteri.

De eadem re.

11 ¶ Verum Mart. Laud. in d. tract. de primoge. col. 5. vers. quæro nunquid fœmina, dum vult tractare hanc nostram principalem q. An videlicet fœmina succedat in iure primogenituræ, allegat Pan. in d. c. dilecti, tanquam de ea ipsa quæstione differentem, eúmque reprehendit quasi dixerit fœminam succedere in iure primogenituræ non extantibus masculis. Cuius rei nullam omnino facit mentionem, sed id tantum scripsit quod supra retulimus. Quibus autem rationibus moueatur Mart. dicam statim in nostra principali quæstione.

Mulier in dignitatibus succedit ex consuetudine.

12 ¶ Illud tantum dixerim, vt huic rei finem faciam, omnes in hoc conuenire, vt posit fœmina in istis dignitatibus succedere ex consuetudine. Ita enim volunt omnes in d. c. significauit, inter quos Vincen. loquitur de consuetudine Gallicana, & Bal. cons. 275. incip. quod pro regula. col. 2. vers. sed quæritur verum consuetudo, lib. 2. vbi etiam loquitur de cõsuetudine Gallicana, & Phil. Dec. con. 85. cuius superscriptio incipit, de gradib. col. pe. Et Iac. à S. Geor. in l. cũ antiquiorib. col. vl. ver. an aũt filia. C. de iure deli. vbi nũcupatim loquitur de iure primoge.

Natura non dedit imperare feminis.

13 ¶ Ex quibus plane constat & mulieres nonnunquã in regnis succedere, licet ex Græco versic. Γυναιξὶ δ' ἄρχειν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις. Id est,

Natura non dedit imperare fœminis.

Prouerbiũ

Ex quo & ortum est prouerbium cum alicui negotium aliquod committitur cui penitus est ineptus, γυνὴ στρατηγεῖ, καὶ γυνὴ στρατεύεται. Id est, Mulier imperat, & mulier militat. Propterea que apud multos populos fœminæ ad regni successionem non admittebantur. Scribit enim Plutarchus, quod cum Polydectes frater Lycurgi natu maior, ob id Lacedæmoniorum Rex, mortem obiisset: regnauit Lycurgus tantisper dum ignorabatur vxorem fratris prægnantem esse. Sed de hac re certior factus, regnum declarauit pueri esse, si mas foret. Enixa autem vxore puerũ cui nomen Charilaus fuit, ei regnũ cessit. Ex quo illud facile declaratur apud Spartanos fœminas nõ regnasse. Sed nec etiã apud Indos, ex eo liquet quod suprà diximus ex Plut. gentem Pandæ solam Indorũ regnatam fœminis. Qui mos quoque & in regno Franciæ seruatur, & id quidẽ ex rationabili consuetudine, vt dicit Bal. in l. j. ff. de Senat. vbi eo nomine accusat Regem Anglorum, quod titulo fœminæ ius in eo regno sibi arroget. In eámque rẽ habemus legẽ Salicã in tit. de alod. ne videlicet fœminæ Francorũ regnũ hæreditariũ nanciscãtur.

Apud Lacedæmonios fœminæ non succedunt in regno.

Nec apud Indos.

Nec apud Gallos.

14 ¶ Sed & Lucas Pen. in l. pe. C. de profes. & medic. lib. 10. multa in eam sententiam adfert, vt videlicet mulieri regnare non conueniat, & inter cætera duos versus inelegantes quidem illos, sed lepidos & ridiculos,

Versus ridiculi.

Regna regunt vulua, clamat gens tota simul, veh
Destructio regni à muliere regi.

Vel vt ab aliis pronuntiatum audiuimus,

Nam turpe est Regi de muliere regi.

At Pandolphus Collenutius lib. 5. Historiæ Neapolitanæ ita hos versus adscripsit,

Regna regunt vulua, gens tota clamat simul, oh veh,
Interitus regni est à muliere regi. Quos ita in sermonem Italicum traduxit,

Se vulua regge, oime, gridan le lingue,
Il feminil gouerno il regno estingue.

Hercules cur Amazones deleuit.

Diodorus Siculus lib. Bibliothecæ 4. tradit ab Hercule Amazones fuisse deletas, indignam rem existimante, cum pro communi salute hominum pugnaret, quibusdam gentibus fœminas imperare. Est autem Euripidis sententia,

Domus columna, liberi sunt masculi.

Quam citat & probat Artemidorus Daldianus lib. 2. de Somniorum interpretatione, c. 10.

Accedit ad principalem quæstionẽ. Statutum loquens de primogenito non intelligitur de fœmina.

15 ¶ Nunc autem tempus vt accedamus ad nostram principalem quæstionem. An videlicet filia primogenita succedat in iure primogenituræ ex statuto vel consuetudine huiusmodi ius primogenito deferente. Marti. Laud. vbi supra, concludit simpliciter quod non, nisi id statuto vel consuetudine exprimatur. Rationem adducit, quæ tantum dignitates respicit, quia de iure, inquit, fœmina non succedit in regno, vt dicit velle gl. & Arch. in d. c. cum deuotissimam. 12. q. 2. vbi tamen hoc non dicunt, sed id tantum, quod fœmina non potest iudicare, nisi ex consuetudine, vel dignitate cui annexa est iurisdictio, de quo nos alibi latissime diximus in consuet. Picta. lib. j. §. j. Adfert & Mart. vt ad eum redeamus aliam rationem, quia officia publica sunt fœminis interdicta. l. fœminæ. ff. de reg. iur. sed esse Reginam, Ducissam, cum omni regali iurisdictione, est habere officium publicum, per l. j. §. ius publicum. ff. de iust. & iur. Ergo, inquit, fœmina non succedit in regno, neque in ducatu, hæc ille. Et idem voluit Iac. à S. Geor. in l. cum antiquioribus, col. pen. vers. an autem filia. C. de iure delib.

De eadem re.

16 ¶ Sed Bal. hanc rem generalius absoluens, in l. in multis, in prin. ff. de stat. bo. & rursum in l. omnes populi, col. 7. vers. 3. quæro quæ sunt illa, & c. ibi item si statutum dicit quod primogenitus. ff. de iust. & iur. dicit quod consuetudo loquens de primogenito, nõ trahitur ad primogenitam, addit rationem in postremo loco, quia huiusmodi consuetudo est odiosa & irrationabilis,

nabilis,& in odiosis non fit conceptio personarum.l.j.§.quarum.ff.de ven.in pos.mit.allegare voluit §.sed & si incertum sit,vers.quare,vbi exhæredatio filij masculini non comprehendit filiam.quia in odiosis,vt dicit ibi gl.masculinum non concipit fœmininum.Illam autem Bal.decisionem nuncupatim secutus est Per.An.in repet.c.j.in 14.q.princip.ver.circa primũ, vtrùm scilicet extendatur.extrà de const.Ro.cons.98.quo ad id,de quo primò quæritur,col.2 & Fulg.cons 203.visis,& Bal.de Bar.inter cons.Philip.Cor.cons.11.stantibus dictis statutis. col.j.lib.j.& ipse Corne.cons.335.primum consultationis articulum,col.2.ver.in materia autẽ differenti,& iterum col.4.vers.ad id optimè facit,eo.lib.j.& iterum cons.94.circa primum dubium,col.j.lib.2.& cons.224.nunc sequendo ordinem,col.4.vers.sed interpretatio,eo.lib.2. & Franc.Aret.cons.164.diligenter & maturè.col.3.vers.confirmatur ista conclusio.& Maria. cons.30.quamuis ex iis,col.8.vers.nec obstat quod allegat,& eius filius Bartol.Soci.cons.252. visis instrumentis,col.4.vers.septimò ad idem,& Lud.Gozad.cons.43.videtur,col.j.Paul.Paris.cons.72.ad veram,nu.168.& multis seq.lib.4.Et faciunt quę diximus in pręcedenti q.

Apud Hebræos primogenitura maribus tantum cõueniebat.

17 ¶Hanc Bald.& sequacium sententiam adiuuat,quòd ex legibus atque institutis Hebræorũ, ex quibus primum iuris primogenituræ vestigium ortũ esse satis constat,primogenitura ipsa masculis tantùm conueniebat,non etiam fœminis.Quod hinc probatur,quòd licet Exodi 13 scriptum sit generaliter,& nulla sexus differentia.Sanctifica mihi omne primogenitũ,quod aperit vuluam in filiis Israël,tam de hominibus quàm de iumentis. Mea enim sunt omnia. Et Leuit.vlt.c.Primogenita quæ ad Deum pertinent,nemo sanctificare poterit & vouere. Et Num.3.Ego tuli Leuitas à filiis Israël pro omni primogenito,qui aperit vuluã in filiis Israel, eruntque Leuitæ mei.Meum enim est omne primogenitum,Ex quo percussi primogenitos in terra Aegypti.sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israël. Et idem fermè scribitur eiusdem lib.c.8.Sed & c.18.Quicquid primùm erumpet e vulua cunctæ carnis, quam offerũt Domino,siue ex hominibus,siue de pecoribus fuerit,tui iuris erunt. Et in aliis quoq; locis.Ex quibus potuisset videri non solùm primogenita masculini sexus, sed & fœminini quoq; cõpræhendi.Tamen ex aliis locis apertè declaratur de maribus tantùm intelligi,cùm scribitur Exodi illo ipso c.13.quibusdam interiectis,Immola Domino omne quod aperit vuluam masculini sexus.Et paulò ante scriptum est,Quicquid habueris masculini sexus cõsecrabis Domino.Et eiusdem lib.c.34.Omne quod aperit vuluam generis masculini, meum erit. Et Deut.15.De primogenitis quæ nascũtur in armẽtis & ouibus tuis,quicquid est sexus masculini,sanctificabis Domino tuo.Et Lucę 2.Omne masculum adaperiens vuluam, sanctũ Domino vocabitur.Propterea Bal.in l.cum antiquioribus,col.6.vers.& primò præmitto.C. de iure delibe.post multa quę dicit super diffinitione primogeniti,illud postremo loco adijcit,primogenitum propriè dici masculinum,quod primò aperit vuluam.

Quid si nõ extent masculi.

18 ¶Est igitur firma constansque sententia,quòd statutum vel consuetudo præferens primogenitum in successione,non intelligitur in fœmina.Quod tamen intelligẽdum est,si extat masculus,vt videlicet illi etiam postremo genito non præferatur filia primogenita, sed qui ex masculis primò natus est,præferetur & fœminis primò natis,& cæteris masculis, vt declarat Iac.Are.in l.Lucius.§.quæsitũ.ff.de leg.3.cum dicit,quòd si in contractu matrimonij quis donauerit primogenito nascituro ex suo matrimonio quicquam præcipuum. ex eòque matrimonio nascatur prima filia,deinde & filij,non accipiet filia vi huiusmodi donationis siue pacti illud præcipuum,sed masculus primo natus.Sequitur & multis comprobat Guido pap. deci.506.in contractu matrimonij.

De eadem re.

19 ¶At si nullus masculus extat,sed sunt tantùm fœminæ,primogenita ex illis regnũ aut successionem obtinebit,quia succedit in naturali dignitate,licèt nõ in officiali autoritate,vt voluit Bal.in d.l.in multis,in princ.ff.de stat.homi.quem sequitur Ro.d.cons.98.in 2.dubio.& Io.Lup.in repeti.rub.de dona.inter vir.& vxo.char.44.ver.lex etiam regni.& Philip.Decius in l.fœminæ,quæ est secunda,in 4.q.ff.de reg.iu.& Benedi.in rep.c.Raynutius,in verbo, in eodem testamento relinquens,li.j.nu.173.de testa.

De eadẽ re.

20 ¶Et idem videtur voluisse ipse Bal.in c.j.§.& quia vidimus,col.vlt.tit.de his qui feu.dar.pos. dum dicit quòd si actum est in feudi concessione,quod deficientibus masculis succedat vna fœmina:certè deficientibus masculis,si primogenita succedit in alia hæreditate, succedit & in hoc feudo cæteris exclusis:aliàs forte dirimetur,aut quod iustius est,domini erit electio,ad quam fœminarum feudum ipsum deuoluetur, per iura quę allegat. Sequitur Marti. Laud. ibi,in fin. Alua.in c.j.col.pe.ver.quęro quid si inuestitura,tit.de eo qui sibi & hær.suis & Iac. à S.Geor.in tract.feu.in verbo,& fœminis.col.3.ver.sed iuxta prędicta dubitatur.Et Frã.Cur. Iunior in tract.feud.in 2.parte,char.5.vers.18.vbi tamẽ de ea re ita scribit,tanquam nõ sentiat Bal.quod suprà diximus de primogenitura.Innuit igitur Bal.subobscurè,ꝙ ex statuto præferente primogenitum succedat primogenita filia,deficientibus masculis.Et idem quoq; Bal. consi.275.quod pro regula,libr.2.cùm in multis locis, tum col.4.vers.supposita autem consuetudine.Et huc pertinet quod à Valerio Maximo scriptum est, lib.2.ca.j. quo loco loquitur de Massiliensium cicuta,fœminam Cæam summæ dignitatis moribundam distribuisse

duabus suis filiabus patrimonium, filię autem maiori sacra domestica tradidisse.

21 ¶ Declarat autem huiusmodi limitationē, vt intelligatur, succedere fœminam primogenitā, cùm deest masculus ex eo qui postremò successit alijs exclusis. Nam & si esset ex alijs iam exclusis per inclusionem illius, certè sola istius inclusi filia ius primogenituræ obtinebit, exclusis illis masculis. Verbi gratia, Cùm duo essent filij, primogenitus solus successit, excluso secundogenito, deinde ipse primogenitus moritur relicta vna tantum filia. certè ea succedit excluso etiam patruo secundogenito. Nam quandiu superest aliquis siue masculus siue fœmina, ex linea ad quam hæreditas semel peruenit, alia linea postposita, non fit transitus ad istam lineam iam exclusam. ita voluit in specie And. Iser. in c.j. tit. de eo qui sibi & suis hæred. per tex. in c.j. tit. de nat. suc. feud. & sequitur Card. Alex. in c.j. col. 10. vers. 15. hoc probatur, tit. de feud. match. & idem quoque tenet Pet. à Bel. Perti. in l. pater. §. quindecim. ff. de legā. 3. & de hoc dicam alibi latiùs.

Declaratio Quid si primogenitus reliquerit filiam & fratres.

22 ¶ Verùm istud non adeò arctè concluserũt Iac. Ra. & Cy. in auth. post fratres. C. de leg. hęr. Nam si, inquiunt, Rex aut Baro habeat nepotem ex filia præmortua, habeat & fratrē, frater ipse admittitur excluso nepote ex filia, quia tunc nepos venit ex persona matris, quæ non succedebat. At si nullus extet frater, sed alij masculi vlteriores, admittitur nepos ex filia illis exclusis: quia tunc non consideratur persona illius à qua descendit, nec persona illorum à quibus illi masculi descenderunt, vt patet per text. ibi, & in auth. præced. Nam vlteriores post fratres & filios illorum, vt ibi dicitur, succedunt in capita. Ex quo facilè declaratur, quòd illorum persona tantùm, non etiam eorum à quibus processerũt, consideratur. Fratres autē & filij eorum in stirpes succedunt. Ex quo etiam colligitur, q eorũ tantùm persona à quibus orti sunt, consideratur. Et sic vides, lector amantissime, quòd ex sententia Iaco. Ray. & Cy. filia excluditur à fratre, cùm & nepos ex ea excludatur, propter id tātum quod est ex fœmina, & ita in hoc non illis conuenit cum ea, quam diximus, declaratione. in cæteris autem satis conuenit.

De eadem re.

23 ¶ Sed tamen antequam hinc abeamus, paulùm siste gradum, lector, & attende an ista limitatio cum sua declaratione sit vera, quia siue extent masculi, siue non extent, semper procedit & habet locum ratio, qua innixi ij, quos suprà citauimus, dicunt consuetudinem præferentem primogenitum in successionibus, non habere locum in filia primogenita: quoniam videlicet ea consuetudo sit odiosa, & contra ius commune, quòd nulla ætatis ratione habita æquales facit liberos, proptereáque non extendenda de masculo ad fœminam, per d. l. j. §. sed & si incertum. ff. de ven. in pos. mit. & no. in d. l. j. ff. de verb. sig. Qua etiā ratione motus Raph. Fulg. cons. 75. ex facto proponitur, col. 3. vers. sed certè illud sing. consuluit, quòd statutū prohibens filiumfami. contrahere sine consensu patris, non habet locum in filiafa. cùm sit correctorium iuris communis, proptereáque non extendendum contra ipsum ius commune de masculo ad fœminam, per not. in d. l. j. Sed & similiter in isto casu non extantibus masculis, si ex multis filiabus primogenita cæteras excluderet, vt statuti loquentis solùm de primogenito: certè tale statutum correctorium iuris communis, quod vt iam diximus, æquales facit liberos, extenderetur de masculo ad fœminam, contra ius ipsum commune.

De eadem re.

24 ¶ Et in specie huius nostræ quęst. primogenitam non comprehendi etiam deficientibus masculis, ne in id autoritate deficiamur, expressè tenuit D. Cirier. in tracta. primogenituræ, lib. j q. 20. col. 2. ver. certè credo. & iterum lib. 2. in 12. art. tit. 1. consuet. Paris. & D. Molen. in d. §. 13. in j. q. & Paulus Parisi. cons. 72. ad veram resolutionem, col. 8. nu. 78. & iterum col. 11. nu. 10. li. 4. vbi expressè reprehendit Bal. in d. l. in multis, dicens illius sententiam eo tex. non probari, vt & allegat in priore loco Cirier. & alibi sæpe in eo con. quod tibi memorandum censuimus quia admodum id rarum est Italis, vt Gallos citent.

De eadem re.

25 ¶ Idcirco multùm dubito de hac limitatione, quæ tamen hauddubie procederet, si cōsuetudo ita fuerit interpretata, vt primogenita non extantibus masculis obtineat ius primogenituræ. valeret enim talis consuetudo, vt sentiunt, quos suprà citauimus, & expressè voluit Bal. d. cō. 272. quod pro regula, vbi dicit vnum multùm notandum, quòd talis cōsuetudo intelligitur de masculis eiusdem gradus: quod si sint remotioris gradus, certè primogenita illos excludet vt talis cōsuetudinis, limitans per hoc quod scribitur in cap. j. titu. de eo qui sibi & suis hæred. quod dictum pro sing. reassumit Fran. Cur. iunior in tract. feudorum, in 2. parte, in 15. limit. 1. qu. vbi tamen errore impressorum, vt reor, magis quàm suo, allegat Bal. cons. 143.

De eadem re.

26 ¶ Sunt qui hinc occasione sumpta, quod dictum est fœminas tum demum ius primogenituræ obtinere, cùm desunt masculi, quærunt quid dicendum, cùm fœmina accepit possessionem eorũ, quæ iure primogenituræ competũt, & postea apparuit posthumus, an is repellet fœminam, quæ semel possessionem accepit: an verò ea perpetuo illam obtinebit: allegantq; in eam rem rationes & argumenta Docto. in d. c. j. tit. de eo qui sibi, & suis hæred. in non absimili qu. Illic enim dicitur quòd masculus descēdens etiam per filiam, ex eo qui primum fuit de feudo inuestitus, repellit fœminam etiam proximiorē. Quid igitur (inquiũt) si vasallus fuit inuestitus pro se & hæredibus suis masculis & fœminis, posteà decedit relictis duabus filiis, ad quas æqualiter feudum peruenit, cùm nullus sit masculus. Deinde altera ex iis decedit relicto filio suo, an

Quid si fœmina accepit possessionē primogenituræ, & post nascitur primogenitus.

suo, an iste filius repellet materterã à successione partis feud. iam sibi à morte patris quæsitæ. In quo gl. & post eam Andr. Iser. Matt. Laud. & Card. Alex. tenent pro nepote. At cõtrà tenẽt Iac. Bel. Bald. Nicol. Neapol. & Alua. quos sequitur Francis. Curt. Iunior in tract. feud. in secunda parte, char. 5. vers. 28. Et multas hinc & inde rationes adferũt, quas omitto, nihil huic loco profuturas. Nẽpe hic casus longè diuersus est, in quo constat nihil iuris fuisse quæsitum filiæ propter natiuitatẽ posthumi, qui tẽpore mortis patris habetur pro iam nato, vt videlicet æquè succedat, ac si natus esset, dũ pater moritur, per l. qui in vtero. ff. de statu homi. cũ simil.

27 ¶ Posset autem principalis illa conclusio quæ abigit fœminam à iure primogenituræ aliter limitari, nisi ipsa primogenitura, aut vt alij vocant maioria, siue maioriatus, siue item maioricatus fuisset primum à fœmina institutus: neque enim fœmina fœminã repulisse censeretur ab eo iure, vt etiam si vtatur verbis masculini sexus, aut quæ ad masculos referri soleant, præsertim ipsis masculis deficientibus, vt pulchrè per Pet. Ancha. cons. 339. pro maiori, col. 4. ver. tertiò quòd proles. Soci. in l. Gallus. §. nunc de lege, col. vlt. vers. pro quo tamen adducas. ff. de libe. & posthu. & in repeti. l. cùm auus, col. 46. vers. tertius casus. ff. de condi. & demon. & Ias. in l. sed si hac. §. liberos, in 1. not. ff. de in ius voc. & cons. 117. in caussa, col. 2. ver. 2. principaliter lib. 4. & Philip. Dec. in c. in præsentia, col. 14. vers. vltimo etiã alius casus, de probatio. & Frã. Cur. iunior in tract. feu. parte 3. col. 2. vers. secũdò singulariter, & Fran. Ripa, libr. 4. respon. c. j. char. pe. nu. 74. sed vbi cessaret, & Ant. Rub. cons. 22. testator, col. 1. ver. quartus casus, & Hier. Grat. cons. 110. thema, col. 4. vers. circa secundum, li. j. & Moline. in cõsuet. Paris. tit. j. §. 16. col. 5. ver. hanc conclusionem. Et facit etiam quod scribit Bal. in l. quoties, col. 2. vers. sed pro alia parte. C. de suis & legit. & Fran. Are. in d. §. nunc de lege, col. vlt. vers. sed quicquid, & quę sunt psimus in legibus Connubialibus in 5. l. nu. 23. cæterum.

Quid si fœmina ab initio primogenturã constituerit.

VNDECIMA QVAESTIO.

1 VNdecimò iuxta præcedentia quæro. Nunquid saltem in hoc casu filia primogenita admittetur, videlicet si in contractu matrimonij maritus donauit primogenitu ex copięcipuum aliquod castrum. Ex quo quidem matrimonio nata primùm fuit filia, deinde plures filij. Et videtur quòd sic per l. illa ver. §. pueri, & l. patrem, & l. liberti. ff. de verb. sign. Nam & masculinum semper continet fœmininum, vt expresśè dicit tex. vtens eo verbo, semper, in l. qui duos mulos. ff. de leg. 3. cum alijs multis si. collectis à gl. & Decio, in l. j. ff. de verb. sign.

2 ¶ Verum Guid. pap. sing. 522. incip. in contractu matrimonij, tenuit ad illud præcipuum eã filiam non admitti, sed filium qui prior post eam natus est. Nam donans censetur intellexisse de primogenito masculo, non fœmina cui talia præcipua alioqui aut donari non consueuerunt, arg. c. j. in princi. & §. j. tit. de succes. feud. Nec semper verum est masculinum concipere fœmininum, cùm Iurisconsultus in l. pronuntiatio, in prin. ff. de verb. sign. scribat pronũtiationem masculini sexus ad vtrunque sexum plerunque porrigi, quasi non semper: quia si de contrario appareat. non id procedet. l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 3. Et ex consuetudine nobilium est, vt tales donationes faciant masculis, & non fœminis.

Si in cõtractu matrimonij fuerit donatũ primogenito, an comprabendatur primogenita.

De eadẽ re.

3 ¶ At etiam ex charitate & affectione, quam maiorẽ habent in masculos, quàm fœminas, ideò hęc sequi debemus per l. si seruus plurium. §. vlt. ff. de lega. j. & l. si fuerit. ff. de reb. dub. In idq; conuenit communis loquendi & intelligendi modus, quem inspicere debemus. l. liberorum. §. quòd tamen Cassius. ff. de l. 3. & l. cùm de lanionis. §. asinã. ff. de fund. inst. & l. Labeo. & ibi Bar. ff. de supel. l. Et ita voluit Iac. Are. in d. l. Lucius. §. quęsitũ. ff. de le. 3. Is autem qui primus nascitur post dictã filiam, est primogenitus respectu aliorũ. d. l. si fuerit, in fin. ff. de reb. dub. & in §. ordinatum, iũcta gl. in Auth. de hęr. & falci. Et ita dicit Guid. pap. se consuluisse. Si vis autem scire an & quando & quomodo masculinum aliàs concipit fœmininum, nos eam rem omnium, ni fallor, abundantissimè tractauimus in tractatu Retractuũ li. j. §. 1. gl. 9. in verbo, *ou lignagier*. nu. 277. & quia nostra, cum multis sequent. vsque ad nu. 244.

De eadem re.

DVODECIMA QVAESTIO.

1 DVodecimò quæro, quia dictum est primogenitam non consequi ius primogeniturę, an saltem filius huiusmodi ius obtinebit, cùm videatur cessare ratio, quæ filiam excludit propter sexum fœmineum, qui non comprębenditur in statuto loquẽte per masculinum. Et cessante causa exclusionis, cessat exclusio. l. instituta, & l. pater filium. & l. si is qui. ff. de inoffi. testamen. l. 2. §. si mater, ibi, cùm enim prælatio. ff. ad Trebell. & voluit Bal. cons. 21. punctus quęstionis, lib. 3. cum multis concord. à me adductis in nostro tractatu, cui titulum fecimus cessante causa, cessat effectus, in j. parte, nu. 94. incip. exclusionis causa, cum seq.

An saltẽ filius primogenita cõsequetur ius primogenituræ.

Cessante causa exclusionis ea cessat.

2 ¶ Et propterea dicunt nostri iurium interpretes, quòd si ex statuto filia dotata non succedat, aut si filia renuntiauit hæreditati paternæ; & ipsa filia exclusa per huiusmodi statutum, vel renuntiationem decedat ante patrem, relicto nepote, is succedet auo nõ obstante matris exclusione. Nẽpe cessante causa exclusionis, cũ ex sua ipsius persona & legis beneficio, & nõ matris veniat. Vt quãrùm ad primũ voluit Bal. in l. maximũ vitiũ. C. de li. pręte. vbi ita dicit tenuisse disputãdo Iac. But. & idẽ Bal. in l. scim⁹, omnino in fi. prin. C. de inof. test. Ias. in l. qui se patris col. pe. vers. facit quod mirabiliter. C. vnde libe. Quãtùm ad secundũ, voluerũt Bar. & alij in l. qui

Nepos filia dotata exclusa à statuto, aut que renunciauit non excluditur.

l.qui superstitis. ff.de acqui.hær.& in l.si arrogator.ff.de adop.Bal.in l.pactum,in 2.q. & ibi recentiores.C.de collat.de quibus & alibi dicam pleniùs.

Ad idem.

3 ¶ Ideò Franc.Tigri.in quodam cons.incip.super quæstione quæ oritur,prout eum retulit Io. Campe.in tracta.statutorum fœminas repellentium,q.21.consuluit nepotem ex filia non repelli à successione aui ex statuto excludente fœminas. Et id quidem huiusmodi rationibus, quia statutũ loquitur de filia siue fœmina,non verò de nepote.ideò remanet in dispositione iuris communis.l.commodissime.ff.de liber. & posthu.cum simil. Item quia fœmininũ non compræhendit masculinum. l.si ita scriptum,in princ. ff.de l.2.

Ad idem.

4 ¶ Sed & hæc quoque adiici potest. Ea tantùm quæ ad filios perueniunt ex prouisione patris, adimuntur filiis ob causam in patre contingentem. Non etiam ea quæ ex prouisione legis veniunt.l.si arrogator,& ibi no.ff.de adop.& no.in l.diui fratres.ff. de iure patro. Sed successio aui ad nepoté,non ex prouisione aut persona patris,sed legis prouisione trãsfertur. l. lege obuenire.ff. de verb.sig.& l.vlt ff.de suis & leg.& l.nã & si,in prin.ff.de inoffi.test.& voluit Bar. in l.j.§.si sit nepos.ff.de collat.dot.cum concord.quæ adferã infrà in 40.q.in 7.ratione pro patruo. Et facit etiam quod dicã de filio primogeniti furiosi infrà in 23.q.nu.14.intellige igitur.

Exclusa fœmina,excluditur & mas ex ea.

5 ¶ Verùm his non obstantibus credo nemini futurum dubium,si filia nõ succedit in iure primogenituræ,neque etiam eius filium succedere. Nam quod ex radice est,eius naturam,à quo procedit, & ortum habet sequatur necesse est:& ea amputata ramos decidere necesse est. Ita in terminis nostræ quæstionis dicit Io.An.in c.ad apostolicę.de re iud.li.6.in nouella.quẽ sequitur Bal.in l.j.ff.de Senat.vbi per hoc dicit,ꝙ cùm filia Regis Franc.in regno nõ succedat, filius eius scilicet Rex Anglię in regno Frãcię nullũ ius potest prętendere. Et si malè,inquit, successit Regibus Frã.fortè fuit propter aliam causam,quę erat in mente diuina,non propter illam,quę erat clara pro rege Franc. Quia in causato non potest esse plus virtutis, quam procedat ab influenti potentia causæ,vt dicit esse expressum in c.1.§.hoc autem notandum, tit. qui feu.dat.pos.sequitur Marti.Lauden.in tract.de primogenitura,col.7.ver.vidimus in superioribus,& Ant.Corse.qui multum commendat,in tract.de potest. Reg.in 66.q.

Ad idem.

6 ¶ Et ad hoc certe bene facit ille tex.à Bal.citatus in d.§.hoc autem notandum,vbi quemadmodum regulariter non succedunt fœminæ in feudis,ita nec masculi descendentes ex eis,& in c.j.tit.de succes.frat.vel gradi.succe.in feu.vbi ita scribitur, Proles fœminini sexus, vel ex fœminino sexu descendẽs ad huiusmodi successionem aspirare non potest. Et in priori loco gl.dicit huius rei rationem assignari non posse,sed reiicit in legis vel consuetudinis autoritatem,vt sit pro ratione voluntas.quam sequitur Ludo.Bol.cons.j.col.4.

Rationes eius rei.

7 ¶ Verùm id non esse sine ratione satis constat ex eo quod iam diximus. Ideóq; omnes Docto. ibi eam glo.repræhendunt,adducúntque plures rationes,videlicet Andr.Iser. Nicol. Neapo. Aluar.& Card.Alex.quia successor non debet esse melioris conditionis,quàm autor suus, à quo habuit causam,per l.in his.§.j.& l.quod ipsis. ff.de regu.iur. vnde vitium autoris debet durare etiam apud sobolem,arg.in Auth.vt om.obed.iudi.in prin.

Alia ratio.

8 ¶ Iaco.autẽ Bel.hanc ponit rationem,quia cùm sublata sit media persona, nõ potest sequens persona admitti,arg.l.meminimus.C. de legi.hæred.& l.diuo Marco.C.de qu.& l.hæredi,in prin.& §.j.ff.de pœn.& l.nullus.C.de Decur.lib.10. Quam rationem cõfirmat ex Alua. quia sublatis mediis videntur sublata extrema,vt per Dy.in c.indultum,de reg.iur.li.6.

Alia.

9 ¶ Aliam in idem tamen recidentem reddit Bal.quia successio non fit per saltum, & ideò necesse est,vt gradus præcedens sit successibilis.destructo enim ordine,destruitur & ordinabile l.tria prædia.ff.de seruit.rust.prædi. Et ad destructionem antecedentis sequitur & destructio consequentis.l.j.§.huius.ff.de offi.eius cui mand.est iurisdict. A quo non longè etiam distat Mart.Lauden.ratio,quæ est huiuscemodi,quia remota radice,remouetur omne consequens ex ea.per l.si viua.C.de bon.mater.

Alia quoque Ardiz.

10 ¶ Aliam quoque adfert Iac.Ardiz,quia priuilegia concessa etiam posteris non extenduntur ad posteros descendentes ex fœminis.l.j.in fi.& l.immunitates.ff.de iur.immu. Sed & Bal.in l.quoties,post princ.C.de suis & legi.huius rei quoque subtilem,vt aliàs semper,rationẽ adducit,præcedenti non absimilem,quoniam videlicet masculi ex fœminis descendentes carẽt principio producente,fœmina enim nõ est agens aptum ad operandum transmissionẽ, licet masculus sit patiens aptum ad confirmandum si fieret transmissio. Itaq; sicut prædiũ mediũ quod non seruit,impedit tamen seruitutem.l.qui sella.§.in rusticis. ff.de seruit.rust.pręd.per quẽ dicit Pau.Cast.cons.421.quod ista mater,col.2.vers.2.sic,li.1.ꝙ quandocunq; de vno extremo ad aliud fit transitus per medium,si illud medium sit inhabile,trãsitus impeditur,vbi & ad hoc allegat d.l.tria prædia,eo.tit.& l.seruitutes prædiorum,in fi.ff.de seruit. Igitur sicut prædium medium(vt ad Bal.redeamus)quod nõ seruit,impedit seruitutẽ.ita media persona, quę nõ seruit in feu.scilicet mulier quę nõ potest seruire,nec dominũ in bello iuuare,impedit seruitutẽ,hoc est feu.quod & ipsum quędã seruitus est. Nã omnis fidelitas est contraria libertati,c.cùm olim,extrà de priuil. Nec obstat,inquit,l.3.§.si emancipatus le j.ff.de bo.pos.cõtra tab.vbi vitiũ filij non nocet nepoti,quia ibi subiecta materia nõ respicit nepotẽ,hęc ferè Bal.

¶ Idem

Alia item.

11 ¶Idem quoque Bal.in l.maximum vitium,col.1.C.de liber.præter. hanc item adducit:quia mutato sexu,non mutatur tamen ratio exclusiua:cum non possit venire,nisi tanquam matris imago,arg.l.illam.§.penul.C.de colla.sed mater inuenitur exclusa,ergo & filius:quia nisi in capite principium sumat,non potest vlterius progredi,arg.l.quæcunque gerimus.ff.de act. & oblig.Et sursum col.4.vers.quare duo,ostendens id procedere etiam si statutum non reciperet interpretationem,quia hoc,inquit,non est per interpretationé,sed per viuam rationem, quia nascitur ex inhabili materia.nam mater eius à qua sumeret formam succedendi, sicut sumit originem nascendi,est inhabilis & aliena: ergo quicquid ex ea sequitur, arg.l.2. C.de lib.& eorum libe.quæ ratio non admodum distat à superioribus.

Statutum arcens fœminas à successione extantibus masculis,arcet & masculos ex eis.

12 ¶Quæ cùm ita se habeant,ideò & statutum & pactũ arcens fœminas à successione parentũ, extantibus masculis,repellit & masculos descendentes ex eis,vt voluerũt vltra prædictos Cy. in l.j.col.2.vers.iuxta hæc quæro.C.quæ sit long.consue.& in auth. post fratres,la 2. C. de le. hæred.Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua,vers.146.& ibi Bal.in addi.qui dicit vnum huic nostræ quæstioni admodum accommodatum,quia licèt nepos ex filia contineatur appellatione liberorum,per l.j.C.de condict.inser,non masculorum.Idem Spec.tit.de feud.§.quoniam,ver.26 Ioan.And.in addi.ipsius in rub.de testa.col.vlt.& in rub.de succes.ab intest.col.j.& And. Iser. in c.j.tit.de gradi.suc.Bart.in l.2.§.sed videndum,in fi.& iterum in l.vlt.ff. ad Tertul. & in l. liberorum,col.6.vers.quæro quid si filia dotata,& ibi Alex.in addi.ff.de verb.signi.Bald. in l. quod verò,post princ.vers.quæro dicit statutũ.ff.de leg.& in auth.si quas ruinas, paulò ante fi.C.de sacro.eccle.vbi & huius quoq; rationem esse dicit,quia inhabilitas medij inducit inhabilitatem in extremo,per d.l.tria prædia.& idem Bal.in l.venia,& ibi quoq; Raph.Ful.Ale Anto.de Alex.& recentiores.C.de in ius vocan.& in d.l.maximũ vicium,col.j. & iterum col. 3.vers.quare dico,& post eum Salyce.ibi.in j.& 3.q.& Pau.Cast.col.j.C.de lib.præte. & idem Bal.in l.vlt.col.j.C.eo.tit.& in l.si verò.§.de viro,circa medium,vbi etiam Imo.in fi. ff. solu. matri.& in auth.cessante,col.4.C.de legi.hære.& in l.illam,vbi & Paul.Cast.col.pe.vers.ideo cogitaui,qui hoc dicit esse verum sicut euangelium.C.de colla.& in l.gallus.§.instituens, & ibi Imo.ff.de libe.& posthu.& in l.sed si hac.§.liberos,vbi etiam Angel.Pau.Cast.& Alex.ff. de in ius vocan.& in l.si quis filium,col.pe.vers.quæro retento statuto.C.de inoffic.testa.& in l.sancimus,in princ.in vlt.q.C.eo.tit.& cons.2.verba statuti,post princ.lib.j.& cons.69.antiquum statutũ,col.2.vers.nunc videndum est,eo.lib.4.quod errore impressorũ inculcatum est in cons.426.lib.3.& cons.171.inter illustrem principem,lib.2.& cons.292.verba pactorũ,col. vlt.lib.2.& latè cons.40.quidã magnus nobilis,lib.3.& cons.76.an statutũ idem excludit,eo. lib.3.Alber.in auth.itaque.C.com.de succe.Angel.in §.neque illo,per illum tex.in Auth. de tri.& semis.vbi dicit ita se pluries consuluisse,vti etiam fecit,cons.210.statutum supradictũ, & cons.342.totum dictum statutum.Saly.& Raph.Fulg.in l.si viua.C.de bon.matc.Ant.in c. vlt.char.13.de consue.& cons.46.rectè decisum.Pet.Anc.in repe.c.j.in 14.q.princ.vers.tertiò principaliter,& vers.capio nunc quartum membrum,de const.& in C.j.de bapt.& cons.339. pro maiori intelligentia,col.3.in fi.vbi & has rationes adducit,quia nõ debent admitti quorũ repelluntur autores,c.licet ex quadam,de testib.& ex infecta radice fructus non producitur. §.vulnerato.t.q.1.Car.Flor.in addi.cons.135.Titius ciuis.Pau.Cast.in d.le.qui superstitis, in fi.ff.de acq.hær.& in l.si defunctus.C.de suis & legi.& in d.l.Gallus.§.nunc de l.& ibi Alex. Franc.Are.& Ias.ff.de lib.& posth.idem Pau.cons.7.super 2.dubio seu quæsito,col.vlt.ver.his tamen non obstantibus,lib.2.& cons.119.incip.hæreditas prædicta videtur,ante fi.eo.lib.j.& cons.361.statutum dicit,eod.lib.j.& cons.431.quòd ista mater,col.3.eod.lib.j.& cons.91.præsupposito quod dictum statutum,lib.2.& cons.146,viso puncto,col.2.eod.libr.2.& cons.215.primo videndum est verùm preteritio.in princ eo.lib.2.& cons.441.præsupposito.lib.2.& cons.190. nouiter,col.1.eod.li.2.& cons.seq.visis & diligẽter examinatis,col.3.& seq.& cons.215.primò videndum est,ad prin.eodem lib.2.Domi.in c.j.de tempo.ord.li.6.Raph.Cu.cons.117.in testamento,in primo dubio.Ro.cons.40.visis & discussis,& cons.129.licèt magna apud me. Alexand.cons.75.visis & diligenter prospectis,col.4.vers.quò ad secundum,vsque ad fi.con. lib.j.& cons.43.consideratis his,col.3.vers.pro hoc etiam adducit,li.4.& cons.53.inuocato suffragio,col.2.lib.4.si tamen Alexan.est illud cons.& rursum cons.56.Aldrouandus,col.vlt.li.5 & cons.37.viso themate,col.3.nu.11.lib.6.& cons.188.consideratis verbis,ante fi.eod.li.6. Benedic.Ca.cons.18.cùm viso & considerato.col.2.& cons.104.eiusdem in inj,col.2.& cons.108. cùm vt præsupponitur,col.3.ver.ad hoc facit,& cons.157.& si viso,col.j.D.Nicol.Peru.in tracta.de succes.ab intesta.char.4.in paruis.ver.sed primò quæro,vbi de hoc late scribit.Corne. consi.21.videtur prima facie dicendum,col.j.lib.j.& cons.57.videtur prima facie.j.col.vlt.ver. & aliã.lib.2.& cons.124.ardua,col.4.ver.nam si testator,& seq.eod.lib.2.& cons.146.in hac consultatione,col.3.eod.lib.2.Barb.cons.47.illud in medium afferam,col.4.lib.3.& cons.6n illud deducitur,col.j.libr.4.Franc.Curt.senior cons.45.statuto seu consuetudine,col.5.Soci. cons.5.præsens consultatio,col.vlt.ver.9.probatur,lib.j.& cons.51.prosequendo ordinem,col. 2.vers.3.probatur,& seq.eod.lib.j.& cons.251.quoniam in præsenti, col.9.vers.confirmatur

ista conclu

ista conclusio,lib.2.& cons.63.visis testamenti,col.10.vers.ex quibus infertur,lib.3.& cons.73. capiendo primum,col.5.li.4.& cons.89.circa præmissum,col.2.eod.lib.4.Card.Alex.in arbore consanguinitatis,col.13.vers.secundâ autem partem.Lau.à Fan.in §.cæterum,col.36.Insti. de leg.ag.suc.Carol.Rui.cons.39.visis,col.5.vers.secundò principaliter.libr.j.& latè cons.18. circa casum,per totû lib.3.Ias.in l.si mater tua,col.pe.ver.confirmo etiã per illud.C.de succe. edic.& cons.141.in ista difficillima,col.6.vers.item statutum excludens,lib.2.& inter cõs. feu. Alber.Brun.cons.8.circa primum cõsultationis articulum,col.3.vers.ista sunt in effectu , & ipse Alber.Bru.in tract.de statutis mulierum,in 6.arti.prin.vers.& primò quæro,in ti. cbar. vbi ad hoc multa allegar.Fran.Curt.Iunior,cons.5.facti cõtingentia,col.23.Matth.Afflic. in cõstitutione Siciliæ incip.in aliquibus,col.5.ver.4.quæro,& Geor.Nat.in rep.c.quamuis,cba. 8.ver.8.quæro,de pact.lib.6.Philip.Decius,cons.399.conclusionẽ,col.vlt.& cons.484. æquitati,post princip.late Io.Campe.in tract.statutorum repellentium fœminas à succes.q.21.an statutum excludens,& Geor.Nata.in si.tracta.in 8.q.2.q.prin.Steph. Bert.consi.145. viso testamento,nu.5.li.3.Anto.Rub.cons.16.in causa Ioãnis.col.4.vers.non obstat id quod dicit,& Ludo.Gozad.consi.26.in causa illustrissimorũ,col.6.nu.34.

Nepos ex spurio non succedit vti nec eius pater.

13 ¶Sic & in simili dicimus quòd quemadmodum filius illegitimus non succedit patri, ita nec nepos ex eo etiam legitimus,nempe infecta radice,per text.in l.vlt.& ibi glo.Odof.Cy. Salyce.& alij.C.de natur.lib.Ioan.And.in addi.Spec.tit.de succes.ab intest.§.j.in addi.incip. Accursius.& Collecta.in c.per venerabilem,statim post princ.extrà qui filij sunt legit.Bal.in l. vlt.in fi.C.de verb.signi.Panor.in c.causam,le j.per tex.ibi,& etiam in c.lator,quod proximè sequitur,etiam per illũ tex.eod.tit.late Raph.Fulg.cõs.23.Engelbertus,col.2.vers.ad secundũ respondetur.Pau.Cast.in d.l.Gallus.§.quod si is.ff.de li.& posth.Alex.abunde con.74 super eo de quo quæritur,lib.5.Bened.Capy.consi.1.circa quod & si videatur,col.5.ver.pro quo etiã facit quod tenuit.& cons.136.& si videatur,col.vlt.Corne.cons.130.ad euidentiam,col.pen. vers.& filij.lib.4.Ias.in l.hæreditas,col.vlt.C.de bis qui vt indig.Philip.Deci.cons.85. diuino implorato præsidio,& cons.471.iuridicam esse arbitror,circa medium.

Nec potest instituti ex testamento.

14 ¶Quod adeò procedit,vt ex multorum sententia nepos legitimus ex incæstuoso ,aut aliàs natoex damnato coitu,non possit ab auo institui ex testamento,vt no.voluit Bal.in l.si quis incæsti,circa medium.C.de incæst.nup.quod pro sing.refert & sequitur Alex.in d.l.Gallus. §.quid si is,col.pen.vers.2.limita.ff.de lib.& posthu.vbi dicit,quòd non meminit ab alio tactum,& hoc quoq; pro sing.citat,licèt nõ sequatur Ias.ibi,in vtraque lec.col.pe. Quanquam idem tenuit ipse Bal.in d.l.Gallus.§.quidam rectè,col.antepe.vbi & hoc dicit tenuisse Rob. disputando.quem etiã refert & sequitur Specul.tit.de succes.ab intest.§.j.versic. quid ergo si habens,& ibi Ioan.And.Et idem quoque tennere Odof.Ray.& Cy.in d.l.vlt.C.de natu.lib. Raph.Fulgo.consi.23.Hengelbertus,in 2.dubio.

De eadem re.

15 ¶Tu tamen de hoc postremo ne erres(id enim prætereundum non mihi visum est)vide Bar. in d.l.Gallus.§.quid si is,& ibi omnes Doct.& eundem Bar.late cons.118.Odurius , & Signo. con.114.thema sic se habet,quidam habens filiũ,Bal.in l.si seruus,ff.de acquir.hæte.& cõs.66 si dicta institutio,col.2.lib.5.& cons.146.titulus,colum.2.vers.item licet sint diuersæ, libr.j. & cons.406.casus talis est,quidam magister,lib.3.& cons.363.quæritur vtrùm filius,ad fi.lib.5 Fed.Senen.cons.57.videtur mibi,in 6,dubio.Collec.in c.per venerabilem,col j.extrà qui filij sunt legi.Angel.in l.vlt.C.de natur.libe.Pau.Cast.cõs.467.viso dicto puncto,col.9.ver.circa tertiũ,lib.2.Alex.cõs.158.viso testamento,col.1.vers.item respondeo,eo.lib.7.Corne. latissimè cons.25.in consultatione.li.j.& cons.j.in præsenti ardua,col.13.vers.circa sextum,li.3. Benedic. Cap.cõs.2.cum viso & considerato,in 6.dubio.Guid.Pap.cons.94.effectus narrationis, col.j. & seq.Ias.in d.l.Gallus,vbi supra.Ludo.Sard.in tract.legitimationis,quo loco de successione spurcorũ disserit,in 5.q.Phili.Deci.cons.492.visa legitimatione,col.2.ver.sed tamen ex abũdanti,vsque ad fi.& Step.Bertran.cons.96.etiam si verum esset,col.7.lib.3.

Exclusi à successione excludunt & descendentes ex eis.

16 ¶Sed vt redeamus,est regula generalis, quod quãdo vna persona prohibetur succedere,prohibẽtur & descendentes ex ea,quiq; etiam non descendentes ea mediante attinent ad illum, de cuius successione tractatur,per l.j.& ibi not.ff.si quis aliq.test.probi.& l.mulieri,& ibi no. ff.de condi.& demon.& l.cũ quasi.§.sed & si quis,ff.de fideicõ.libe.& voluit Bart.in l.2. §.videndum.ff.ad Tertul.Bald.Angel.Raph.Fulgo.Pau.Cast.in d.l.illã.C.de colla.Bald. in d.l. maximum vitium,col.j.& ibi Saly.C.de lib.præte.& in l.Nesennius,col.j.vers.in text. ibi repetere.per illum texr.quem dicit meliorem totius iuris.ff.de nego.gest.& in l.quod verò,col. j.vers.sed quid si verba.ff.de leg.& cons.467.de iure communi,lib.2.Ang.in §.reliquũ,ex diuerso,per illum tex.in Auth.de hære.ab intest.& in d. §. neque illo,in Auth.de lib.& si misi. vbi ita dicit se pluries consuluisse.Petr.Anch.post Vber Cremo.in sepe.d.c.j.ad fi vers.occurrit etiam illa qu.de constit.& cons.389.visis diligenter,col.j.Raph.Co.d.cons.117. Fran.Rãpo. inter cõs.Bal.cons.88.circa secundum quæsitum,circa medium,lib.4.Pau.Cast.cons.27.dicẽdum est dictam hæreditatem,post princ.& iterum circa medium lib.2.Panor.cons.75. primò videndum,col.j.lib.j.Alex.cons.80.viso & opportune,colum.4.vers.item si statutum,libr.1. & consi.

con.174.super eo,col.2.li.5.& Bened.Capra.d.con.5.col.3.ver.sed his non obsta.cū multis seq. & con.136.& si videatur,col.vlt.& late Corn.d.con.21.col.j.lib.j.& con.335.primum consultationis articulum,col.1.ver.tamen bis non obstantibus,eo.li.j.& d.con.57.col.a.li.2.&con.116. difficultas principalis,col.j.eo.li.a.& con.133.quamuis videatur,col.a.ver.& si non admitteretur,eo.li.2.& con.90.scrupulosa,col.4.in fi.li.3.& con.97.quanquam videatur,col. pe.eo.li.3. & con.162.constat quod de inre,col. a. ver.ex quibus patet,li.3.& con.206.viso supradicto themate,col.2.eo.li.3.& con.234.pro decisione,col.a.lib.4.& con.276.constat matrem, col.a.ver. licet autem,col. 4.& con.307.in hac consultatione,col.3.in litera g.eo.lib. 4.Soc.cons.241.circa primam difficultatem,col.8.ver.3.ista opinio,lib.a.& con.28.fuit quidam Petrus, col. pe.li. 4.& Phil.Dec.cons.85.diligenter,in fi.& con.311.in casu proposito,col.2.& Hippo.Mars. con. 93.aperiar,col.2. ver.& sic ex istis,lib.2.Et facit quod legitur & no.in c.statutum de hær.li.6.& in c. vbicunque de pœnis , eod.lib. An tamen id semper procedat vidrbis per eos quos supra citauimus,& maxime per recentiores,& per Bal.con.447.statuto cauetur,lib. 4. adeo sibi parum constat in eo dubio, an exclusa matre intelligatut exclusa auia , vt bis anter ter sententiam in eodem cons. mutauerit, & forte alibi dicemns. An autem appellatione descendentium,siue hæredum masculorum veniant masculi ex fœmina, dicemus infrà in seq.q. *An id semper procedat.*

DECIMATERTIA QVAESTIO.

1 Decimotertio quæro consequenter snperioribus quæstionibus,de specie quam vidi ex facto contingere. Tinius decedit relictis neporibus ex duabns filiis ante mortuis, nepos ex primogenita petit eam partem quæ ex statuto vel consnctudine debetur primogenito: nepos ex secundogenita id negar fieri debere ,sed tantum id eum capere drbere, quod cepisset eius mater quæ primogenita erat,si quicqnam præcipuum filia primogenita baber, aut nihil,si nihil ea captura fuisser pro filio primogenitę facit quod tempore mortis aui de cuius successione agitur,reperitur primogenitus & quidē masculus,quod tempus inspiciendū est, cū quæritur de qualitate & cōditione hæredis.l.nō oportet.ff.de leg.2.& l.interuenit.ff.de leg.pręst. *Nepos ex primogenita an consequatur ius primogenitura cōtra nepotem ex secundogenita.*

2 ¶ Ideóque obstare non videtur quod sit ex filia,quia satis est vt sit masculns eo tempore , quo successio defertur.Nam & masculornm appellatione veniunt masculi ex fœminis,vt probat tex.in §.4.in Auth.de hær.ab inrest. ven.in illis verbis , si quis igitur descendentinm fuerit , ei qui intestatus motirur cuiuslibet naturæ,an gradus,siue ex masculorū genere , siue ex fœminarum descendens.Et iterum in illis verbis,nulla introducenda differentia,siue masculi siue fœminæ sint,& seu ex masculorum prole , seu fœminarū descendāt. Ex quibus intelligimus & masculos & descendentes dici etiam qui ex fœminis descendunt. Nec simplici appellatione masculorū descendentuū solos drscendentes ex masculis contineri:ideo non satis fuisse legislatori dicere,siue masculi sint,siue fœminę:sed adiecisse,siue ex masculorū,sine ex fœminarum prole descendant:quod fuisser superuacuo adiectum, si masculi descendētes hi tantum intelligerentur qui descendunt ex masculis.Et in hoc expendit eum tex. Raph. Fulg. con. 86. ex facto proponitur,col.1.vbi ex hoc consuluit,substitutionem factam vt veniat hæreditas in descendentes masculos,cōprehendere masculos ex fœmina,& ei cons.subscripsit alter Raph. Co.Et idem ante eos voluerūt Dyn.& Alb.in l.Neratius.ff.de manu.test.per l. vlt.de pollici. & l.cognoscere.§.liberorum.ff.de verb.sign.sed illi tex. loquuntur de appellatione liberorum simpliciter.& voluit etiam Carolus Rui.cons.120.viso,col.3.vers.sed præmissis, lib.1. *Masculorum appellatione an veniant descendentes ex fœmina*

3 ¶ Et facit etiam quod iste primogenitus filiæ primogenitæ non succedit ex repræsentatione matris.nec enim necesse est,eum non succedat cum patruis. Et si necesse esset, tamen non succederet ex persona ipsius matris , sed ex propria ipsius persona, & iure proprio, cum illi filiæ matri ipsius non fuerit delata hæreditas, vt quæ mortua erat ante eam delatam, vt eleganter declarat Bart.in l.1.§.si sit nepos. ff.de collat.don.& in l.1.§.si sit filius.ff.de coniu.cum eman. libe. Sal.Alex.Corn.Fran.Are.& Ias.in l.si auus.C.de lib.præt.cum aliis multis concord.à me latius congestis infra in 40.quæstione,in 7.ratione pro patruo. Sed hæc ratio non satis est tuta,vt constabit ex seq.vers.in eadem 7.ratione. *An succedens per repræsentationem patris veniat ex persona ipsius,an propria.*

4 ¶ Sed vtrumcunque sit de ea ratione , banc partē maxime adiuuat quod responsum est à Iac. Butr.vti illum retulit Paul.Cast.cons.421.quod ista mater,col.a.vers.ad confirmationem,lib. 1.quod stante statuto,vt fœmina nō succedat extante masculo , non excluditur filius filiæ per masculū,vt qui non sit fœmina,nec ei obsit matris qualitas.Et idem quoque voluit ipse Pau. Cast.in l.1.post prin.C.condict.inser. in casu illius l. licet serus esset in concessione feudi vel emphyteusis ex natura rei quæ conceditur,de quo statim dicemus. & sequitur Cepol.causarum ciuilium cons.7.punctus quæstionis,col.pen. vers.item quod ista verba. *An filius fœminæ excludatur per masculum.*

5 ¶ Sed & quod plus est,etiam in fendo concesso pro se & hæredibus suis masculis, & fœminis ex eo descendentibus, ita tamen vt masculi præferantur fœminis, constanter responderunt Philip.Cassola Regiensis,& cum eo alij sedecim Doctores, & subscripsit Gaspar Cald. inter cons.Bal.cons.137.dominus Iordanus,lib.a.præferri filium ex fœmina etiam gradu remotiorem filiæ ex filio, per multa quæ illic allegant,quæ sunt omnibus obuia, sed nullus omnino melior est tex.quàm in c.1.tit.de eo qui.sib.& suis hær. Et idem propemodum consuluerunt *Præfertur filius ex fœmina etiā remotior filiæ ex masculo in feudo.*

Pet.Anc.Floria.& alij inter con.ipsius Petri Anc.con.359.nos Petr.de Anc. videlicet nepotem ex filia præferri sororibus matris cum sit masculus, licet sit ex fœmina. Et idem quoque in simili propemodum casu voluit Carol. Ruin.cons. 49. quæritur, per totum lib.1. Ibi enim erat quæstio de liberatione concessa quibusdam & eorum descendentibus masculis, in quibus dicit cõprehẽdi masculũ ex fœmina ex illis descẽdentẽ, & ad id alia quædã allegat quæ videbis.

Contrariũ superiorũ. Masculũ non censendum ex fœminanatũ.

6 ¶ Contrarium tamen hic videtur, nempe masculum non esse censendum, qui ex fœmina natus est, quantum ad successionem & aliorum exclusionem pertinet, respectu ipsius fœminæ, vt expressim voluit Ricar. Malum. in disputa. incip. Titius habens duos fratres, & Io. And. in addi. Spec. in rub. de test. col. vlt. Bald. in addi. eiusdem, tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. 146. vbi dicit, quod licet nepos veniat appellatione liberorum, non tamen masculorum, & in auth. si quas, in fi. C. de sacrosan. eccles. & io d.l.1. in prin. & ibi etiam Sal. qui ita dicit fuisse consultum à pluribus, & Pau. Cast. in 2. no. casu feudi aut emphyteusis, vt diximus. C. de cond. inser. & ibi item Coro. col. 4. vers. nota quod condino, vbi dicit videri casum de hoc esse in d.c.1. tit. de eo qui sibi & suis hæred. & item Bal. in l.2. C. de succes. edic. & in l. sed si hac. §. qui liberos, in 3. lec. & ibi quoque Ang. in §. qui manumittitur, Pau. Ca. Alex. & Soc. ff. de in ius voc. Idem Bal. in c.1. tit. quemad. feud. ad fil. pert. & cons. 238. quidam magnus nobilis, lib. 1. vt à quibusdam citatur, sed illud non reperi. Ant. cons. 9. viso puncto, in 1. dubio, & apertius con. 46. recte decisum. Pau. Cast. in l. maritus, ad fi. C. de procur. & in l. Gallus. §. nunc de lege, vers. secus si quis dixisset, & ibi Alex. Fran. Aret. Soc. & Ias. ff. de lib. & posth. Et idem Pau. in d. cons. 421. lib. 1. & cons. 91. præsupposito, col. 1. lib. 2. & cons. 146. viso puncto, col. vlt. eo. lib. a. & cons. 190. nouiter, col. 2. vers. certum est, eo. lib. 2. Benedic. Cap. cons. 18. cum viso & considerato, col. a. & cons. 104. cuius simile est princ. col. 6. Alex. in l. ex facto. §. vlt. col. 1. & ibi Fran. Ripa. col. 2. nu. 8. ff. ad SC. Trebel. & idem Alex. in d. l. Gallus. §. etiam si parente, col. 3. & cons. 43. consideratis, col. 3. vers. pro hoc etiam, lib. 3. & cons. 38. perspectis his, col. 1. lib. 6. & cons. 188. consideratis verbis, col. 2. eo. lib. 6. Philip. Franc. qui tamen distinguit, in c. si pater, col. 171. vers. & pro declaratione, de testa. lib. 6. Matth. Mathesi. qui id reputat sing. not. 130. nota vnum dictum, vbi dicit multos quos ipse citat consuluisse. Fran. Cre. sing. 20. testator instituit, vbi & id sing. dicit. Corn. cons. 24. ardua, col. 4. vers. nam si testator, lib. 2. & con. 166. in hac consultatione, col. 3. vers. item videtur, eo. lib. 2. Soc. in l. cum auus, col. 46. ver. tertius casus. ff. de cond. & demon. & cons. 31. prosequendo, col. 3. vers. postremo, lib. 1. & con. 251. quoniam in præsenti, col. 9. ver. confirmatur ista conclusio, lib. 2. & cons. 65. viso testamento, col. 9. vers. ex quibus infero, lib. 3. & cons. 94. pro clariori, col. 1. vers. & probatur ista conclusio, lib. 4. Guid. Pap. dec. Delph. 133. sed postremo. & con. 28. consilium, in 8. dubio. Card. Alex. in arbore consanguinitatis, col. 12. vers. Iac. Bu. disputauit. Iason in l. 2. char. antepen. vers. adde tamen quod si aliquis. C. de iure emphyteu. & inter consil. Alber. Bru. consil. 9. dominus Ioannes, col. 3. vbi notabiliter limitat, nisi dispositio loquens de masculis vteretur verbis vniuersalibus, videlicet quibuscunque masculis: quia tunc intelligeretur etiam de masculis descendentibus ex fœminis. Philippus Dec. in cap. in præsentia, col. 18. versic. in eadem gloss. ibi. l. 3. extra de probati. & consil. 239. primo non videtur, col. 2. versic. sed prædictis non obstant. Steph. Bertran. cons. 54. dubium fuit, num. 4. lib. 1. & cons. 1. Christi, & viso consultationis themate, num. 36. lib. 2. & cons. 245. viso testamento, num. 2. & 3. lib. 3. Ioan. Crotus in repe. c. 1. col. pen. de rescrip. lib. 6. Ant. Rub. cons. 35. viso testamento circa medium.

Responsio ad contraria.

7 ¶ Nec huic sententiæ obstat tex. in d. §. 1. in Auth. de hæred. ab inte. ven. pro priori parte allegatus, sed potius huic posteriori sententiæ adstipulari videtur: nam cum primum nominasset masculos, si sub ea nominatione descendentes ex fœminis comprehensi, aut intellecti fuissent, non erat opus postea adiicere ea verba, siue ex masculorum, siue fœminarum prole: frustráque adiecta fuissent vtpote iam intellecta, quod dicere non debemus, per l. ait prætor. §. 1. in prin. ibi, non frustra adiecit. ff. de iureiur. & l. postliminium. §. vlt. ibi, alias superflua. ff. de capti. cum si. Adiecit igitur & expressit legislator eo casu, de quo loquitur, intelligi masculos ex fœminis descendentes, quasi sentiat aliis casibus secus esse, vt non immerito Paul. Cast. d. cons. 241. lib. 1. & Card. Alex. in d. arbore affinitatis, & plurimi ex his quos suprà citauimus, nuncupatim reprehenderint illud dictum Iac. But. quod pro priori parte adduximus. Et pro hac parte faciunt omnia prope quæ dicta sunt in præcedenti quæst.

De eadem re. 1. Casus. Cũ fit mentio masculorum in cõtractibus.

8 ¶ Porro in vniuersum an appellatione masculorum simpliciter veniant masculi descendentes ex fœminis, Ant. Rube. cons. 22. testator, quod repetitur cons. 128. id distinguit in quatuor casus. Primus is est, cum fit mentio masculorum in contractibus, & hoc casu nõ veniant: ideo si quis recipit emphyteusim pro se & descendentibus masculis, non veniet nepos ex filia. Et ita (inquit) loquuntur Specul. in d. §. nunc aliqua, vers. 146. Bald. Ang. & Paul. Cast. in d. l. sed si hac. §. qui liberos. ff. de in ius vocan. & Pau. Cast. in d. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & posthu. Nam & videmus etiam quod si quis simpliciter acquirat emphyteusim pro se & filiis, non veniunt fœminæ, ex sententia Arch. in c. si quis suadente. 17. q. 4. cum multis concor. à me adductis in tract. Retractuum, tit. 1. §. 1. gl. 9. in verbo, *ou lign. iger*. num. 181. nec in aliis. Et qui

accipit

accipit emphyteusim pro se & descendentibus masculis, videtur habere animum eam conseruandi in eius agnatione .. quæ non conseruatur per masculum ex fœmina. Et cum excluditur fœmina, consequenter & nepos ex ea, per rationem l. si viua. C. de bo. mat.

9 ¶ Secundus casus est, cum statutum disponit, vt mortuo quopiam cum descendentibus masculis, fœminæ excludantur, & hoc casu appellatione huiusmodi descendentium masculorum non veniunt descendentes masculi ex filia vel nepte ad exclusionem filiæ. cum tale statutum videatur factum conseruandæ agnationis causa. Et in hac specie, vt dicit, loquitur Cor. con. 246. videtur prima facie, col. vlt. lib. 2. In quo tamen cons. videtur è diametro dixisse contrarium, vt per eum videre poteris.

2. Casus. Cum statutum disponit de descendentibus masculis.

10 ¶ Tertius, cum instituti sunt fratres testatoris, & si decesserint sine liberis masculis, sunt substitutæ filiæ ipsius testatoris. Et isto casu filij masculi ex filiabus fratrum ipsius testatoris, & sic nepotes ipsorum testatoris fratrum non faciunt deficere conditionem fideicommissi. Et ita dicit loqui Bald. cons. 238. lib. 1. & Sal. in suo quodam cons. incip. pra supposito. & Mathesi. d. no. 130. & Paul. Cast. in d. §. nunc de lege. Idque ita declarasse Cor. in l. 1. col. 4. vers. idē etiam consuluerunt. Et isto casu militat ratio, quod infecta radice censentur infecti palmites, vt per Bar. Bal. & Paul. Cast. in l. illam. C. de collati.

3. Casus. Cum institutis fratribus substituta sunt filiæ, si illi sine liberis masculis decesserint.

11 ¶ Quartus casus vbi testator instituit plures filias æqualiter, & si aliqua earum decederet sine liberis masculis, substituit alias filias. Et tunc testator non habuit animum conseruandi bona in agnatione, sed id tantum voluit, vt masculi positi in conditione præferrentur filiabus, & bona sua ad eos peruenirent, licet non essent de agnatione sua. Et ista ratio, quæ militat in filiis masculis filiarum ipsius testatoris, militat etiā in nepotibus. Et hoc casu appellatione masculorum descendentium veniunt descendētes masculi ex fœminis, cum substitutio fiat vni fœminæ de descendētibus masculis. Et ita loqui Doc. relatos à Corn. in d. l. 1. C. de cond. in ser. & Soc. qui Corn. nullam facit mentionē, in l. Gallus. §. nūc de lege, col. vlt. ff. de lib. & posthu. Et cum his finem huic quæstioni faciam, modo id adiecerim, hanc rem latissime tractatam à C. Ruino, con. 18. circa casum, li. 3. ex quo alia depromere poteris, & ex Soc. in d. §. nūc de lege.

4. Casus. Cum institutis filiabus æqualiter, si aliqua earum decederet sine masculis, substituuntur aliæ filiæ.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

1 DEcimoquarto Quæro, quia in præcedentibus quæstionibus locuti sumus de nepotibus masculis natis ex filiab. Quid è diuerso de nepte nata ex filio primogenito ante auum mortuo. An ea succedat auo in iure primogenituræ contra patruum secundogenitum? Sed hæc quæstio vnum aliud præsupponit, scilicet nepotem ex primogenito mortuo ante auum præferri patruo secundogenito. quod an verum sit, latissime tractabimus in 40. q. Nam si patruus præfertur nepoti ex primogenito, non dubium erit quin & nepti præferatur. Sin nepos præfertur, dubium remanet, an & neptis. Sed accedendo ad hanc nostram quæstionem, Ioan. Fab. in §. cæterum, col. 2. vers. & hanc materiam, Inst. de leg. agna. succes. hanc quæstionē nuncupatim ponit in casu statuti vel consuetudinis repellentis fœminas à successione Baroniæ. Primúmque allegat pro secundogenito, quod si neptis esset filia, ea repelleretur à secundogenito etiam minore natu, vt etiam satis patet ex iis quæ diximus supra, in 10. q. prin. Deinde pro filia dicit, quod ipsa repræsentat personam patris, qui si viueret excluderet secundogenitum. Ergo & ea quoque excludit. Et in hanc (inquit) partem videntur inclinare Doct. in l. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. vbi emptor repræsentat personam vendentis, qui est de familia, quamuis ipse non sit. Tandem subiungit huic obstare quod fœmina non succedit existentibus masculis etiam remotioribus, c. 1. tit. de succes. feud. & c. 1. tit. de feud. fœm. Et sic (ait) videtur, quod mulier prohibita succedere in baronia non succedat existentibus masculis.

Neptis ex filio primogenito an patruos excludat in iure primogenituræ.

Qui tenēt non excludere.

2 ¶ Hæc ille, qui nihil amplius dicit, tanquam in ea sententia maneat, vt secundogenitus obtineat ius primogenituræ contra filiā fratris sui primogeniti. Quod expresius affirmat in seq. q. loquens de consuetudine tribuente annagium, vt ipse appellat, primogenito inter nobiles, vbi dicit communiter teneri, quod filia primogeniti præmortui de consuetudine ab eo iure repellitur: quæ satis (inquit) consona est iuri. Et hanc quoque partem sequitur D. Bened in c. Raynutius, in verbo, in eodem testamento relinquens, nu. 190. de test. & Matth. Afflic. in c. 1. col. 5. nu. 20. tit. de natu. succes. feud. vbi & idem dicit tenuisse Pet. de Monteforti quem admodum extollit Lucas Pen. in d. l. 1. C. de fru. vrb. Rom. lib. 11. cuius in id con. integrum transcripsit ipse Matth.

3 ¶ Contrarium tamen, vt scilicet filia primogeniti ante patrem mortui succedat in iure primogenituræ quod pater eius habuisset, si vixisset, repulso secundogenito, tenuit Pet. à Bel. Perti. in d. §. quindecim, quem nuncupatim refert & sequitur Io. Lupus in repe. rub. de don. inter vir. & vxor. §. 10. col. 8. nu. 26. incip. lex etiam regni. Et idem quoque tenet And. Iser. in c. 1. tit. de eo qui sibi & suis hær. per tex. in c. 1. tit. de nat. success. feud. quem sequitur Corn. cons. 199. in præsenti consultatione. col. 13. vers. quod videtur in terminis, iunctis iis quæ postea dicit col. 17. vers. nec ob. quod supra in contrarium, lib. 2. & Sebast. Neapod. in consuet. ciuitatis Neapolit. tit. de success. ab inte. super verbo. ex masculis. & Car. Alex. in c. 1. col. 10. vers. quindecimo hoc probatur, tit. de feud. Marc. Et idem denique voluit Mol. in consuet. Paris. tit. 1. §.

Qui contrarium tenent.

12.gl.1.in 1.q. Et ita dicit fuisse iudicatum Matth. Afflic. vbi supra col. 10. nu. 54. à Ferdinando Rege Siciliæ in suo consilio, licet alterius sit opi. vt diximus. Quin ipse alibi huius opi. fuit. in c. omnes filij, col. 3. nu. 33. tit. si de feud. fuer. contr. inter do. & agna. Et ad id faciunt multa quæ dicemus in d. 40. q. & seq.

Confirmatio posterioris opi. Filia an per præsentationem patris succedat stante statuto excludente fœminas.

4 ¶ Vti etiam facit quod scribit Bal. in l. venia, ad fi. C. de in ius voc. quod si ex statuto fœmina non succedat existentibus masculis, non propterea repellitur neptis ex filio ante mortuo, à patruo: quin ea succedit per repræsentationẽ patris, qui succederet si superstes foret. Et idem tenet ipse Bal. con. 30. præsupposito statuto, lib. 1. Et sequitur Paul. Ca. in d. l. venia, & in l. vlt. C. de iuis & leg. & cons. 40. præsens casus, lib. 2. & Pet. Anch. in repe. c. 1. vers. his igitur quinque membris, ext. de const. Corn. cons. 96. licet videatur, ad fi. lib. 3. Ang. Aret. in §. ius autem ciuile, col. vlt. Insti. de iure nat. gen. & ciuil. Soc. qui hoc reputat sing. cons. 122, circa primum, col. 2. vers. quarto statutum habet, lib. 5. tit. 3. Iason qui hoc communiter dicit teneri, in l. qui exceptionem, in prin. ff. de condict. indeb.

De eadem re.

5 ¶ Aduerte tamen quia huius postremi dicti contrarium tenent Raph. Fulgo. Alex. ipse Ias. Phil. Dec. & Franc. Cur. Iunior, in d. l. venia, tribus iis rationibus moti, quòd sicut filia excluditur, ita & neptis ex filio, quæ non debet esse melioris conditionis, quàm filia. l. si viua. C. de bon. mater. Et quia etiam qualitas masculini sexus, quæ erat in filio cessat in nepte, ideo ea non potest repræsentare patrem, cum illi desit qualitas requisita à statuto, ar. l. vlt. C. de natu. liber. Et quia denique in nepte etiam ex filio cessat ratio statuti, scilicet conseruatio agnationis & familiæ. Et hanc quoque partem secutus est ipse Ias. cons. 221. statuto ciuitatis, col. 3. ver. sed quamuis prædicta, lib. 2. in quo cons. latissime omnium hanc quæstionem tractat multis aliis hinc inde adductis: & respondet rationibus cõtrariæ sententiæ, di. itque se semper hanc opinio. legendo tenuisse. Et sequi etiam videtur Geor. Nat. in tracta. statutorum fœminas excludentiũ, quẽ posuit super c. quamuis, de pact. lib. 6. in 7. q. 2. q. prin. & alibi latius diximus.

Decisio principalis quæstionis.

6 ¶ Sed hac controuersia nunc relicta, & quæstione nostra principali repetita, Si mulier statuto vel consuetudine prohibeatur succedere, quo casu loquitur nuncupatim Io. Fab. in d. §. cæterum. Certe opinio ipsius Fabri, vt neptis ex filio primogenito ante mortuo non excludat patruum, verissima est, ex his quæ late dicemus infra in dicta 40. q. princ. in 14. ratione pro nepote, vers. præterea si prima pars. At in rebus non feudalibus de iure communi fœminæ æquè ac mares succedunt. l. maximum vitium C. de liber. præter. & alibi diximus. Sed & in feudalibus ex consuetudine generali Franciæ etiam succedunt, vt dicit Io. Fab. in auth. ingressi, col. vlt. C. de sacro. eccles. & in §. 1. vers. item no. Insti. de legi. patro. tutel. & alibi sæpe, vt etiam latissime alibi diximus. Proindéque cessat illa ratio prohibitionis. Ideóque nihil obstare videtur, quominus neptis ex filio primogenito eum repræsentans habeat ius primogenituræ contra secundogenitum ipsius patruum. Et in Gallia passim vtimur.

Si primogenitus successerit haud dubie filia ipsius illi succedet patruo repulso.

7 ¶ Illud autem minime dubium, quod si filius primogenitus superstes fuit patri, & postea moriatur relicta filia, ea suo patri succedit, nec eius patruus quicquam petere potest. nam filius primogenitus moriens transmittit in suum hæredem etiam fœminam, per l. cum antiquioribus C. de iure delib. & l. 1. C. de his qui ante tab. aper. & l. 1. §. in nouissimo. C. de cad. tol. Sufficit enim semel fuisse ius quæsitum. l. videamus. ff. quod me. cau. Et ita per has atque alias rationes dicunt in statuto repellente fœminas propter masculos, Cy. Alber. & alij, in l. 1. C. de adult. Io. And. in addit. Spec. in rub. de succes. ab intest. vers. similem quæstionem de amita, & alij plurimi quos tibi citabo infra in dicta 40. q. prin. nu. 49. præterea si prima pars. Et in hac nostra specie, vt neptis ex primogenito mortuo ante patrem præferatur patruo secundogenito, voluerunt ij, quos tibi citabo infra in 40. q. nu. 3.

Ad idem.

8 ¶ Propterea que si stante statuto vt filia non succedat existente masculo, sed ea dotari debeat ab ipso masculo, filius post mortem patris decedat relicta filia, nondum sorore dotata, poterit ipsa filia amitam dotare, & ita illam repellere, tanquam in filiam ipsam fiat transmissio illius iuris repellendi à patre qui iam successionem exceperat, vt voluit Alber. in tract. statutorum, parte 2. q. 102. item quæritur, communiter est statutum. & Paul. Cast. cons. 57. primo videndũ est de intellectu, lib. 1. dum dicit id ius competere quibuscunque hæredibus filij, etiam si filius ipse nondum hæreditatem adierit. poterunt enim adeundo hæreditatem excludere filiam, vt filius potuisset, per d. l. 1. C. de his qui ante aper. tabul. & l. si quis filium. §. 1. ff. de acq. hære. & latissime Soc. cons. 67. in præsenti, in 1. dubio, lib. 4. Et ita quoque expresse in filia primogeniti qui iam successerat in feudo, vt mortuo patre excludat secundogenitum, voluit expresse And. Iser. in c. 1. tit. de eo qui sibi & suis hær. & Car. Alex. in c. 1. col. 9. vers. quintodecimo hoc probatur, tit. de feud. March.

DECIMAQVINTA QVAESTIO.

An mulieres possint inducere

1 DEcimoquinto quæro, quoniam supra in præcedentibus quæstionibus diximus non præferri primogenitam vi consuetudinis præferentis primogenitum: An tamen possint mulieres inter se consuetudinem inducere vt primogenita cæteris præferatur in successionibus: Cy. in l. 2. col. 8. vers. item hoc dico, & ibi quoque Bar. col. 7. vers. deinde quæratur quorum consen-

rum consensus. C. quæ sit long. consue. dicunt quod si mulieres diu ac frequenter vsæ sunt aliquo actu contra legem, verbi gratia, quod primogenita succedat in totum, illa consuetudo inter eas debet seruari, non tam ex consensu eorum, quàm totius populi, seu maioris partis: quia sic patiendo videtur tacite consentire, ar. l. de quibus. ff. de legi. & l. quod maior. ff. ad municip. Et hoc nuncupatim sequitur Roch. Cur. in repe. c. vlt. char. 16. vers. tertio quæritur, in 4. limitatione, & iterum in vers. octauo quæro, in duobus locis, extra de consuetudine.

consuetudinem vt primogenita præferatur

DECIMASEXTA QVAESTIO.

1 Decimosexto consequenter quæro, an etiam priuata quadam familia, siue domus aut progenies possit inducere consuetudinem, vt primogenitus, vel solus succedat, vel aliquid præcipuum habeat. Quod non videtur, quia hi tantum possunt consuetudinem introducere, qui & statuere & legem condere possunt, secundum Bart. in l. 1. in fi. ff. de leg. quia lex (inquit) & consuetudo æquiparantur. l. de quib. ff. eo. Et idem voluit Pan. in c. vlt. col. 6. ver. & est vnũ, extra de consue. Et id quidẽ probatur ex diffinitione consuetudinis tradita à Io. And. quã ipse posuit in fi. tit. de cõsue. in 1. parte. Cõsuetudo est ius quoddã illius morib. institutũ, q autoritate publica ius cõcedere potest, de qua diffinitiõe late p recẽtiores, in rub. eiusdẽ tit.

An priuata familia possit inducere consuetudinẽ primogenituræ.

2 ¶ Sed illis tantum potestas statuendi à legibus concessa est, quibus & iurisdictionis ius est, vt colligitur ex diffinitione iurisdictionis, quam posuit gl. quã sequuntur omnes, in l. 1. ff. de iurisd. om. iud. & alia gl. in §. iusiurãdum, in verbo, iurisdictione, in auth. de defen. ciu. Et id scilicet statutũ condere, iurisdictionis esse, nuncupatim voluerunt Bart. in l. omnes populi, in 1. q. ptio. ff. de iust. & iure, vbi & ex hoc dicit, quod vniuersitates & populi iurisdictione carentes non possunt statuta concedere: & Bal. in l. si quis iniquum. §. 1. circa medium. ff. quod quisque iut. & in l. vlt. & ibi etiam Sal. C. de iurisd. om. iud. & idẽ Bal. in l. decernimus, col. 2. ver. quæro hic pro intellectu. C. de sacro. eccl. & in l. nulli, circa med. C. de sent. & in l. 2. col. 1. in 1. opp. C. quæ sit long. consuet. vbi & illud expresim dicit, q sicut condere statutũ est iurisdictionis, ita & consuetudinem inducere. & in tit. de pace Const. in verbo, secũdum mores, & in c. cum omnes, col. pe. & ibi Ant. & Imo. extra de const. & in c. cum causa, post medium, de sent. & re iud. & in addi. Spec. tit. de iurisd. om. iud. & con. 31. statuto ciuitatis, post prin. li. 1. & con. 143. casus talis est, quidã nomine Antonius, eo. li. 1. & con. 267. ad euidentiã. col. vl. eo. li. 1. & con. 272. super eo quod quæritur, col. 2. eo. lib. 1. & con. 396. quod autem dictum statutũ, in prin. lib. 4. & con. 407. ridiculũ est, eo. li. 4. & con. 84. præmittendũ, in prin. li. 5. & cons. 372. contrarium. col. 2. eo. li. 5. & con. 410. quæritur, col. 2. eo. li. 5. Ang. in l. imperiũ, col. 3. ff. de iurisd. om. iud. vbi plus dicit, quod condere statuta est meri imperij, & in l. is cuius, quæ est pe. ff. de aqua plu. arc. Pet. Anc. in repe. c. 1. in 8. q. prin. in prio. de const. Imo. in c. cum accessissent, & ibi Barb. col. 37. eo. tit. Pan. in c. quæ in ecclesiarũ, eo. quoq; tit. Ro. in rep. rub. de arb. col. 18. vers. præterea cum statutũ, & con. 218. præsens casus. col. 1. Alex. con. 111. ponderatis, col. 2. ver. quia ad ista respondeo, li. 1. Barb. in rep. rub. de reb. eccl. non alie. in 2. q. prin. col. eiusdẽ 2. & con. 1. ex sacris, col. 19. li. 1. & con. 14. scripsit, col. 3. eo. li. 1. & con. 13. sapienter, col. 6. ver. ita dicimus, li. 2. & con. 15. illud in mediũ, col. 3. li. 3. & con. 29. illud, col. 3. eo. li. 3. Fran. Are. in l. testamẽti factio, col. 2. ff. de test. Fran. Cur. Senior con. 73. magnifice vir, col. pe. ver. ad vlt. Soc. qui id optime declarat in d. l. j. col. 2. ver. gl. colligũt. ff. de iurisd. om. iud. & con. 55. l. 1. nã sunt duo eiusdẽ nu. in c. viso decreto, post prin. l. j. & con. 272. nõ prosequẽdo, col. 2. ver. cõfirmatur ratiõe, li. 2. Step. Ber. con. 48. viso casu, nu. 2. li. j. Fran Rip. li. j. resp. c. 2. clerici, nu. 14. & late Matt. Afflic. in prel. cõst. Siciliæ, in 3. q.

Consuetudinẽ inducere ij tantũ possunt qui statuere possunt.

Consuetudinis definitio.

Statuere ij tantũ possunt qui iurisditionẽ habent.

3 ¶ Ex quo & illud confestim consequens est, vnam aliquam familiam siue progeniem, cui ius non est iurisdictionis, nec condendi quoque statuti esse, nec consequenter inducendæ consuetudinis. Quod expresse voluit, ne autoritate careamus, Ang. ea quam diximus ratione motus in l. vlt. col. 2. C. de testa. & Raph. Co. in l. 3. ff. eo. tit. in vna lectione. Alex. in l. si non speciali, paulo post medium, ver. sed an illud. C. de test. & Ias. in l. si quis à filio. §. vlt. col. 2. vers. adde fortius. ff. de leg. j. & Carolus Rui. cons. 208. præmittendum, col. 1. vers. præterea negari, lib. 1. vbi etiam dicit id procedere in marchionibus & aliis quibuscunque inferioribus principe. Mar. Laud. non ille quidem prior, cuius sunt commẽtarij in feuda, sed alius multo iunior, vt qui discipulus fuit Ias. in sua disput. incip. Augerius, col. 10. vers. venio ad decisionem, in qua disputa. tractat materiam legitimationum. Neque enim illi possunt condere statutum cõtra ius commune, & consequenter nec consuetudinẽ inducere. l. forma. C. de offic. Præfect. præt. & c. vlt. & ibi Host. & Io. And. de offic. ord. & c. cum inferior, de maio. & obed. & ipse Io. And. in c. vlt. de app. lib. 6. & in addi. Spec. in rub. de elect. Doct. in c. vlt. de hæret. lib. 6. & Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & in l. nequicquam. §. vlt. ff. de offic. Procons. & in l. ex duobus. §. vlt. & ibi quoque Imo. ff. de vulg. & pupil. Alex. qui alios affert, & dicit hanc esse communem op. in l. j. col. item 1. ff. quod quisque iuris.

Qui tenẽt priuatam familiam statuere nõ posse.

4 ¶ Verum contrarium nuncupatim, vt scilicet vna familia posit consuetudinem inducere tenuit Io. And. autoritate Vber. Bob. in addi. Spec. tit. de instr. ædi. §. compendiose, ver. sed nunquid dicemus, in parua addi. incip. interposuit, vbi dicit progeniem quampiam posse introducere consuetudinem circa solennitatem testamentorum, & sequũtur & dicunt sing. Ang. sibi

Qui tenẽt familiam posse hanc consuetudinem inducere.

contrarius, Imo. Iac. Put. & Rapb. Co. sibi quoque contrarius in eadem l. sed in alia lec. videlicet in d. l. 3. ff. de test. Barb. in rub. extra de rescrip. col. 7. & in c. 2. col. 7. de prob. Ray. Sabaña. in rep. l. 2. ver. quæro quorum consensus. C. quæ sit long. consuet. Guid. Pap. cons. 131. circa processum reuisionis, in 1. iterúmque in 6. dubio, vbi expressim luquitur de nostra quæstione, scilicet de consuetudine ve præferatur primogenitus, & Soc. qui & id dicit sing. cons. 61. super q. col. 2. lib. 3. Ias. sibi item contrarius, in d. l. omnes populi, col. 9. vers. an autem vna progenies, & ibi quoque Io. Crot. in repe. col. 4. vers. imo non solum. ff. de iust. & iur. vbi Ias. ipse dicit ita se consuluisse in oppido Caranagij, in familia Sicchorum, inter quos erat consuetudo vt fœminæ non succederent, vti vere consuluit cons. 46. in præsenti, col. vlt. lib. 1. Et idem Ias. loquens de alia quadam consuetudine, cons. 192. exorta, col. 3. vers. fortificatur, lib. 2. Carol. Ruyn. sibi contrarius cons. 19. in hac controuersia, col. 2. nu. 6. lib. 1. & cons. 34. in hac lite, col. 2. nu. 5. eod. lib. 1. Alber. Bru. in tract. statutorum, in verbo, parentela, in fi. & Io. Neuiza. inter cons. illius cons. 11. viso themate, col. vlt. & Io. Campez. in tract. de dote, in vlt. parte q. 79. quia dictum est suprà. D. Boër. dec. 155. Gaillardus, col. vlt. num. 29. Chasse. in commentariis consuetudinum Burgundiæ, tit. *des Fiefz*. §. 5. in gl. j. in fi. & Fran. Cur. Iunior in tract. feud. in 3. parte prin. q. j. col. 5. vers. octauo fallit, & nouissime Paul. Paris. cons. 72. ad veram resolutionem, col. 2. nu. 11. & iterum col. seq. nu. 19. lib. 4. vbi etiam loquitur de constitutione primogenituræ. Et idem voluit Bald. cuius nullus illorum meminit, vt iuee ipse Io. Andreæ, cons. 347. quæro quidam nobilis, vers. item si valeret, lib. 1. Sed & idem quoque tenuit And. Iser. in §. præterea ducatus, col. 2. vers. sed quomodo probabitur, tit. de prob. feud. alie. per Fede. quem solus eorum qui de hac re loquuntur retulit & secutus est Guid. d. cons. 131.

An statuta sunt iurisdictionis.

Populus & vniuersitas potest statuere in rebus ad eius curam pertinentibus.

5 ¶ Neque enim verum est, inquit Ias. in d. l. omnes populi, illud, cui innitútur qui priorem sententiam secuti sunt, statuta esse iurisdictionis, secundum Ray. Forl. in repe. d. l. omnes populi, & ibi Bal. & Ang. illum, col. 2. in fi. hunc col. 3. & 4. & eundem Bal. in l. j. col. j. ff. de iurisd. om. iud. cum aliis concord. adductis à recentioribus in d. l. omnes populi. & Ias. cons. 71. ordinario, col. 2. lib. 3. & Philip. Dec. in d. c. quæ in ecclesiarum, col. 4. vers. in fi. glo. & seq. extra de constit. Cui adde Alc. in c. quod sedem, nu. 59. de offic. ord. Nam videmus (inquiunt) quod omnis populus omnísque vniuersitas potest statuere circa negocia ad curam eius pertinentia, per d. l. omnes populi, & ibi Bar. & alij, & l. 2. in fi. & c. ius publicum. 1. di. & voluit ipse Bar. in l. vlt. C. de colle. illic. & in d. l. 1. de iurisd. om. iud. & Alber. in 1. parte statutorum, q. 3. qui possunt, & iterum q. 5. ex prædictis patet. Ant. in c. quod clericis, & ibi Panor. col. vlt. & Fran. Are. col. 3. de foro compet. Et tamen non omnis populus aut ciuitas habet iurisd. l. si duas. §. est autem, in verbo, decet. ff. de excu. tut. & no. Bar. in d. l. omnes populi, & in l. 1. ff. de dam. infec. Item prudentum responsa vim legis obtinent. l. ius autem ciuile. ff. de iust. & iure. & §. responsa. Instit. de iure nat. Et tamen Iurisconsulti non habent iurisdictionem. Et facit quod tradit Pet. Anc. in repe. d. c. 1. char. 1. vers. primum quæro, extra de constit. quod tum demum potestas statuendi requirit iurisdictionem, cum statuitur de spectantibus ad ipsam iurisdictionem: alias secus. & sequitur & concord. affert. Fel. in d. c. cum omnes, col. 6. vers. quarto aduertendum, eo. tit. & in c. ex parte decani, col. 2. vers. considera secundo, de rescrip. Quibus adde Bald. cons. 457. ad euidentiam col. vlt. lib. 5. quod condere statuta circa iurisdictionem contentiosam est iurisdictionis contentiosæ: voluntariam, voluntariæ.

Redit ad quæstionem principalē.

6 ¶ Quid igitur dicendum est in nostra quæstione? Fran. Cur. Iunior vbi suprà citauimus, scilicet in tract. feud. in 3. parte prin. col. 5. vers. octauo fallit, eam attribit in materia successionis, nec tamen eam certo & asseueranter decidit: quoniam de facto (inquit) decidi debebat, sed tantum eorum fundamentum reprobat qui dicebant iurisdictionis esse statuta condere, aut consuetudinem inducere. Rochus autem Curt. illius (vt audio) ex fratre nepos, in repe. c. vlt. eb. 16. vers. octauo quæro, de consuet. relatis vtrisque sententiis rē banc ita cēset esse diffiniendam, vt vna domus & progenies posit & statuere & consuetudinē inducere de his quæ pertinent ad modū expediendi ea, quæ incumbunt domui aut progeniei, vt circa onera inter eos diuidenda. In his autē quæ pertinent ad causarum decisionem non possunt sine cōfirmatione populi, per id quod in simili tradit Bart. tractans. an vna pars siue quaternū, vt ille appellat, ciuitatis posit statuere, in d. l. omnes populi, in 3. q. d. 1. q. prin. Ex quo infert non valere consuetudinem familiæ quod fœminæ non succedant, quia hoc respicit decisionem causarum.

Limitatio opi. quæ nō admittit consuetudinē familiæ. Nisi ipsa familia haberet ius imperij aut iurisdictionis.

7 ¶ Si banc opinionem teneas, eam primo limitabis vt procedat, nisi ea domus aut familia haberet ius imperij, siue iurisdictionis, & ita ius statuendi: quia tunc etiam posset consuetudinem inducere. Nam hæc ita expresse declarat Angel. in d. l. vlt. C. de test. & Alex. in d. l. si non speciali, eo. tit. & Ias. in d. l. si quis à filio. §. vlt. circa medium. & ibi Zazius. ff. de leg. 1. Idem Zazius cons. 1. illustres, nu. 34. lib. 2. Carolus Rui. cons. 38. quoniam, col. 3. nu. 6. lib. 1. & cons. 40. pro euidentia, col. 8. nu. 11. eo. lib. 1. & col. 108. visa, ac bene intellecta, col. 4. vers. nec dicatur, lib. 2. Sed postea col. vlt. nu. 39. declarat. & late Matth. Afflic. in præfat. Const. Sicil. q. 3.

8 ¶ Limita secundo, nisi huiusmodi consuetudo vnius familiæ approbata fuisset à populo, siue maiore parte populi. tunc enim ea sequenda est, per id quod in simili tradit Bart. in repe. d. l. 2. col.

d.l.2.col.7 vers.deinde quæritur quorum consensus.C.quæ sit long.consuet. valere consuetudinem mulierum quòd primogenita succedat sola,non contradicente populo, quia tunc videtur esse consuetudo populi qui in patiendo videtur consentire,arg.d.l.de quibus,& fi.De quo etiam diximus in præcedenti q.

Altera limitatio.

9 ¶Sed si vis scire quid probari debeat ad huius domesticæ consuetudinis probationem, videbis apud And.Iser.in d.§.præterea ducatus,vbi suprà:& Guid.Pa.d.cõs.131.in 1.2.4.& 5.dubio Carol. Rui.d.con.34.nu.3.col.2.vers.si ergo prædicta,& col.4.vers.non obstat insuper,& col. seq.vers.nec etiam ex hoc,lib.1.Cuius rei obiter monendos lectores duximus.

Quid probari debet ad huius domesticæ cõsuetudinis probationẽ.

10 ¶Si autem eorum op.sequeris quæ admittit consuetudinem priuatę familiæ in ea re: Eam intellige vt si sit talis consuetudo in successione ex testamento,non extendatur ad successionem ab intestato,nec contrario:aut si sit inter descendentes,non trahatur ad collaterales. sic & in similibus,vt videre licet ex Bart.& aliis in l.post dotem.ff.sol.mat.& Pe. Anc.con.339.pro maiori,col. 5. vers. ad secundam rationem.Et nuncupatim de consuetudine priuatorum.Carol. Rui.d.cons.208.pręmittendum,col.3.nu.2.lib.1.& d.cons.108.col.vlt.lib.2.Id enim generale est vt consuetudo non extẽdatur ad alium casum.Bar.in auth.qui rem.C.de sacro.eccl. Iac. Bel.in c.1.in prin.tit.qui feud.da.pos.Bal.in auth.si quas ruinas.C.de sacro.eccl. & in l.etiã. in prin.ff.sol.mat.& in l.si pupillorum,in fi.ff.de reb.eo. Calde.cons.11. de feud.Imol. in c.ex parte,col.vlt.eo.tit.& in l.quod dicitur.ff.de verbo.obliga.Alex.qui hanc dicit esse communẽ op.vti citat Rui.cons.9.in prin.lib.3.

Declaratio alterius op. admittẽtis consuetudinem familiæ.

11 ¶Sed hîc quæri potest,quid si in vna familia per mille annos nõ fuit nisi vnus primogenitus, qui solus propterea successit,an satis sit ad probandam consuetudinem, vt solus primogenitus succedat.Hanc quæstionem nuncupatim posuit Matth.Afflı.in c.satis bene.col. 2. versi. secundo nota.tit.de prohib.feud.alien.per Lotharium,& ibi decidit per eum tex.nõ satis esse, nisi aliter probetur per antiquas chartas vel per consuetudinem solita debere succedi. Et hoc verissimum est.

QVAESTIO DECIMASEPTIMA.

1 DEcimoseptimo quæro quid agendum sit cùm ignoratur vter ex geminis fratribus,aut etiam non geminis sit primogenitus?Nam id interdum ignorari satis cognoscitur,ex l. si fuerit,in prin.& §.1.ff.de reb.dub.Ob idque,quòd scilicet facilè id ignorari potest, legitur Genes.38.obstetricem ligasse coccinum in manu Zara, aut vt alij vocant, Zarab, cuius ea manus prior exierat,& quem ideò priorem nasciturum putabat,vt hinc dignosceretur quis esset primogenitus:verùm aliter quàm ea putabat euênit.Nẽpe alterũ,scilicet Pharen priorem ex vtero exisse,ex quo ius primogenituræ consecutus est,vt alibi quoque annotauimus. Sed quãtùm ad nostrã quęst.pertinet, D.Moline.in Consuetu. Paris.tit.1.§.8.in glo.1.col.2. vers.quæro secundò,hanc rem plenè & scienter disseruit:& ante eum D. Tiriecus Consiliarius huius nostræ Curiæ laudatissimus plenissimè & doctissimè,& de ea fecit 6.distinctas separatásq; quęstiones in suo tractatu Primogenitutę,scilicet 6.7.8.9.10.11.primi libri eius operis. Ego verò vnam tantùm faciam,sed quã in duodecim opiniones distinguã,relatis primùm aceruatim nostratium sententiis,deinde illis sigillatim & discussis & examinatis.

Quid agẽdum cùm ignoratur vter ex geminis sit primogenitus.

2 ¶Igitur vt ad quæstionem nostram accedamus,Ioannes And.in addi. Specul.super rubr. de feud.col.4.vers.hic interponit,hanc quæst.priuatim adscribit,dicitque quòd quando res est diuisibilis,vterque succedit:sin indiuisibilis, videretur(inquit)indicio sortis dirimẽdum , vtri res debeatur.Deinde verò dicit se putare hoc casu esse recurrendum ad dominum , qui prudentiori honestioríque rem assignet,per l.vlt.ff.de testib.& c.vlt.97.dist.& c.de multa, in fi. de præben.& c.si duo.§.vlt.de procur.lib.6.& ibi concord.in gl.Et si pares sint moribus,deligat vtrũ voluerit,per l.si quis seruum.§.si inter.ff.de lega.2.& c.cùm laici,credo quòd voluerit allegare c.cùm autem,de iure patro.& vtrobique concord.& in c.pen.ver.quòd si forsitan, de rescript.lib.6.

De eadem re.

3 ¶Bal.verò in proœmio ff.§.itaque,col.2.vers.item consuetudo,loquens de consuetudine, quòd primogenitus solus succedat in dominatione,vt ipse loquitur,refert in hac ipsa q. cùm videlicet ignoratur ex duobus fratribus,vter sit primogenitus:quosdam dixisse,quòd vterq; succedet.Nam sicut gemini sunt in cælo,ita in terra erũt.Et quia propter incertitudinem cessat consuetudo,ideo sumus in iure communi.Et sic pares erunt in iure,qui sunt pares ex nascendi æqualitate.Ad quod dicit facere gl.in l.Arethusa,voluit dicere,in l.idẽ erit,quę cõtinuò illã sequitur.ff.de stat.hom.Subdit posteà videri in contrarium,quòd consuetudo nulli eorum patrocinetur:& quia forma data est,vt per vnum regatur,arg.not.in l.1.C.de metro. beri. lib.11. & in l.1.§.nouissimè. ff.de orig.iuris.& sic videtur quòd nullus succedat.Tandem verò ita hãc rem concludit,vt vterq; succedat.& sic erunt duo in eadem sede,& coniunctam habebunt iurisdictionem.vel,vt subdit,formosior & robustior præferetur,quia præsumitur robustior celerius exiisse de carcere materni vteri ar.l.si fuerit.§.vlt.ff.de reb.dub.Posteà autẽ quærit: Sed supposito quòd ambo succedunt, quis nominabitur priùs in scriptis eorũ, de quo & posteà dicemus in 19.q.In eo autẽ quod dicit de robustiore,cũ sequitur Fel.in c.capitulũ,col.18.quę ante pe.est

vers.de duobus natis,de rescriptis.& D.Moline.in consuet. Parisi.tit.1.§.8.glo.1.num.5. vbi id duobus modis declarat.& Catel.Cor.in memor.incip.primogenitus,vers.quid autem si duo.

4 ¶ Sed ex iis quæ diximus est Bal.liquidò apparet eum sibi parum in hac re constare, nec certi quicquam diffinire. Si tamen in dubiis sententia libera cuique est,vt profectò libera est,sicuti not.in l.continuus.§.cùm ita.ff.de verb.oblig.in eam vtique nobis videtur inclinasse sententiam,vt vterque succedat.in qua etiam videtur fuisse idem Bal.in auth.ex testamento,col.vlt. vers.decimumoctauum capitulum.C.de colla.cùm dicit φ si esset dubium vter ex duobus sit primogenitus,apud ambos simul resideret administratio dominij vel imperij.ar.nor.in d.leg. Arethusa,nec nouum (inquit)id est.nam & duos simul legimus administrasse imperium, vt not.in c.non autem.7.q.1.& per gl.in cle.Romani,in verbo,Reges,de iureiur.& Ioan.And.in addi.Specul.tit.de rescript.præsent. Et sic,inquit,ea forma tradita, vt per vnum regatur, non est necessaria de iure naturali,vel diuino:sed de iure volũtario & positiuo,per d.§.nouissimè. ff.de orig.iuris,licèt aliud in apostolatu,quia ex fidei articulis is vnus est, vnam sanctam catholicam ecclesiam. Quæ verba ad verbum refert Flor.in l.quæ pater,col.4.vers.si tamen esset dubium.ff.fami.hercil.& sequitur etiam Frã.Are.cons.162.diligenter,col.3.ver.& pro istorũ. Huius quoque op. vt vterque admittatur,fuit idem Bal.& post eum Angel.in l.ex duobus,in princ. per illum tex.ff.de vulg.& pupil.

De eadem re.

5 ¶ Quanquam Imo.ibi subdubius tamen per verbum fortè,teneat neutrum admitti, quia regnum sit indiuisibile,vt no.in c.licet,de voto,& in §.prætereà,tit.de prohib.feud.ali. per Fed. Sicque videntur se mutuò impedire:quia vbicunque personarũ,quæ ad lucrum vocantur,est incertitudo,certè nemo id lucrũ capiet,p text.in d.l.si fuerit.ff.de reb.dub.proptereáq; neuter succedet,nisi fortè superior alteri vellet gratificari:nõ tamẽ tenetur,si nolit,per l.si quis seruũ §.si inter duos,cũ gl.ff.de l.2.& sequitur Carol.Rui.cons.186.consideratis,col.3.nu. 10.libr.1.

De eadem re.

6 ¶ Sed huic op.tamen occurrunt Fran.Are.& Alex.ille videlicet Fran. Are. Nam licèt, inquit, regnum sit indiuiduum,non proptereà sequitur, quòd non possint duo fratres simul succedere,sed bene sequitur φ ambo insolidũ erunt Reges:quia ius indiuiduum,siue sit iurisdictio siue aliud quicquam,competit pluribus in solidũ,etiam si competat iure hæreditario.l.2.§.ex his,& §.si in facto.ff.de verb.obli.cum materia,&l.j.ff.de offi.Consul.& l.imperatores.§.magistratus.ff.ad municip.& ita declarat Bart.in l.vlt.ff.vti possid.& Bald.in d.§.prętereà,tit.de prohib.feu.ali.per Fed. Vnde sicut dicit Bal.in suprà allegatis,& in l.vlt.ff. de rerum diui. nõ est absurdum quòd etiam in summo principatu temporali sint duo principes insolidum, per l.diui fratres.ff.de iure patro.& l.si adulterium.§.imperatores,de adult. Ergo licèt magis conueniat,expediátque Reipubli.vnicũ esse principem,per d.§.nouissimè,tolerari tamẽ possunt isti concursus principatus. Ob ídque nun stat ipse Are.cum Imo. sed tandem concludit & in regno & in cæteris quoq; rebus esse locũ gratificationi,quã tenetur superior facere,quicquid dicat Imol. Nam licèt cùm gratificatio ad eum pertinet,qui concessit gratiam , vel beneficiũ, vel ad eum qui illum reprętentat,videlicet ad hæredem:certè ille non tenetur gratificari,si nõ vult,per tex.& gl.in d.§.si inter duos. Sed cùm is qui habet gratificari,nõ est caussa immediata beneficij,quin immediatè beneficium ipsum habetur ab alio:aut cùm is qui habet gratificari,non concedit beneficium,sed procedit per viam iustitiæ, tunc de necessitate debet gratificari, vt de primo est text.in d.c.pe. de rescri.li.6.de secundo,in d.l.si duos, in prin. de excu. tut.& in l.si quis in graui.§.si cùm omnes.ff.de SC.Syl. Et id quidem vni ex istis contendentibus,per d.iura. & no.per Bar.in l.1.§.permittitur.ff.de aqua quot.& æsti. In casu autẽ nostro succedentes in regno immediatè habent beneficium à patre per medium successionis. ideo videtur quòd superior debeat necessariò gratificari. hæc Are.

De eadem re.

7 ¶ Alex.autem relata op.Imo.sequitur tamen Bal. & Angel. vt videlicet ambo succedant, per text.in l.2.§.hæreditas.ff.de suis & legit.& ar.l.cùm inter.C.de fideicom. Cæterùm, inquit, si neuter succederet,vt astruit Imo.magna iniquitas resultaret,vtpote cùm secũdogenitus esset melioris conditionis,quàm illi duo primogeniti.quod & idem tenet ipse Ale.in l.qui filiabus §.si quis ita,col.2.vers.quid si statutum disponat.ff.de leg.1.Io.Ana.in rub.de sortil.col. vlt.& Mart.Lauden.in tract.de primogenitura,col.9.vers.sed ponamus quòd non apparet,& iterũ col.antepe.ante fin. Et ipse quoque Franc.Are.cons.162.diligenter & maturè discussis,col. 4. vers.& pro istorũ verborum declaratione,& Bar.in cle.& si principalis,col.7.in paruis, de rescrip.Fran.Curt.senior,con.69.dominus Ioan.col.12.Cardi.Ale.in c.1.col.2.ver.quęro ab extrà,tit.de feu.March.vbi euã respondet ad illud de feudo indiuiduo,quod obiiciebat Imo.φ licèt sit indiuiduum,tamen potest per plures administrari,per no.in c.prudentiam,in prin. de offi.deleg.& Fely.in c.capitulum sanctę crucis,col.antepe.vers.de duobus natis, de rescrip. & Iason in l.si extraneus,col.4.vers.pro ista decisione.ff.de cõdi.cau.dot.& Ant.Corser.in tract. de pote.& excel. Reg.in 64.qu.& D.Benedic.in rep.cap.Raynutius,in verbo,in eodem testamento relinquens,le 1.nu.177. de testa.

De eadem re.

7 ¶ Sed redeamus ad Bal.is in l.ex hoc iure,col.2. vers.quinto quęro.ff.de iure na. gen. & ciuil. dicit,quòd si duo filij Regum nascũtur,nec apparet ordo nascendi,primum videri φ neuter sit rex,

De eadẽ re.

sit rex, sed alter eorum debeat eligi per magnates & populum ipsius regni, ar.d.l.si duos. ff. de excu.tut.& d.l.si quis in graui.§.verùm.ff. de SC.Sylla.& d.l.si quis seruum.ff. de leg.2. & d.l.Arethusa.ff.de stat.homi. Vel dic, inquit, quod vterque est Rex, per d.l. diui fratres. ff. de iure patro.& nihil preterea dicit ex quo videtur huic postremæ sententiæ adhærere, iuxta no. in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Trebel.

9 ¶ Idē verò Bal.in l.in quibus, col.2.vers.pone consuetudo dictat.C.de secund.nup.dicit inibi esse arg. quòd pater potest eligere eum, quem volet vt primogenitum succedere. quem simpliciter allegat veluti ipsius in ea re sequax Aluar. in c.1.col. 2.vers.quæro ab extrà, tit.de feud. mar.& Alex.in sua ad Bar.addi.in d.l. Arethusa.& iterum in l.1.§.hoc interdictum.ff.de libe. homi.exhi.atque etiam in d.l.si fuerit.ff.de reb.dubi.& Cardi.Alex. in ca.per venerabilem.§. quod autem, col.31.vers.& nota quòd vbi duo sunt, qui filij sunt legi.& Ant.Corse.in tract. de pote.& excel.Regia.in 7.qu.& Fran.Ripa.in l.nemo, col.2.ver.item adde quòd si ignoretur. ff.de leg.1.& in l.quò minus, nu.61. ff.de flumi. *De eadem re.*

10 ¶ Sed & idem prætereà Bald.cons.389.consuetudo, lib.2.de hac re ita inuolutè loquitur, vt nescias quid velit multas enim rationes adducit, quæ videntur vtrunque admittere. sed adeo intempestiuas, vt videatur extra chorum eius con. saltare. Hæ autem sunt rationes, In natura pari par est priuilegium.l.sed & milites.ff.de exc.tuto. In actu fauorabili iustior est vtriusque inclusio, quàm exclusio, vt per not.in d.l. Arethusa. Par nō excluditur à pari, nec ab alio, ergo à nullo.l.1.§.veteres.ff.de acqui.pos. Non est impossibile duos simul regnare, cùm habeantur loco vnius.l.1.C.de metro.beri.lib.11 Dominium regale est indiuiduū, ergo potest esse penes plures in solidum.l.vlt.ff.vti possi.& l.vlt.ff.de rer.diui. Officium potest esse penes plures in solidum.l.1.ff.de offi.Consul.& l.1.§.si plures. ff.de exerci.& l.decreto. ff.de admi.tut. *De eadem re.*

11 ¶ At Barb.sibi contrarius, quod sæpissime illi contingit, in l.si Titius.char.pen.vers.sed pone ff.de verbo.oblig.primò refert op. Bald.in d.l.ex hoc iure, quæ est vt vterque succedat, posteà. eam damnat tanquam sit contra veram monarchiam, dicitque quòd si fuerint plures simul imperatores, fuit de facto & non de iure, ideò melius esse, vt non ambo simul imperent, sed singuli alternis annis, iuxta not.in l.Lucio.ff.de aqua quot.& æsti. *De eadē re.*

12 ¶ Nec mireris tot diuersas fuisse in ea re sententias. Neque enim dissimiliter compertes in id genus quęstionibus ita & fuisse decretatum, vt omnes ferè sententias suprà in nostrā quęst. allatas ascripserint. Nam idem Bal.in ca.1.§. & quia vidimus, col.vlt.vers.extrà quæro, tit. de his qui feud.dar.pos. Quid, inquit, si actum est quod deficientibus masculis feudum transeat ad vnā fœminā, & sint plures fœminæ: an succedet primogenita, an dominus gratificabitur, an ratione incertitudinis totū vitiabitur, an sorte dirimetur? Pro primogenita facit l. si quis ita stipuletur. ff.de verb.oblig. Quòd domino detur electio, facit l.si quis seruū.§.si inter duos ff.de l.2. Quod incertitudo vitiet, facit l.ex pluribus.ff.de manu.vindi. Quòd sorte dirimatur, facit l.2.C.quando & quib.quar.pars, lib.10. Posteà ita concludit, Respondeo quòd primogenita si succedat in alia hæreditate, in hoc quoque succedet: aliàs dirimetur sorte. Et subdit contrà, quòd isto casu sit electio domini, quam habeat vasallam, ar.suprà eo.§.in verbo, quem dominus vellet. Ex quibus potes intelligere Bald.nihil certi sentire, nisi dicas vltimam opin. sibi placere, vt suprà diximus, vti & ea placuit aliis, quos nos adducemus infra in 2.opin.nu. 19.nec rationis esset. *Diuersa quoque opi. in similibus quæstionib.*

13 ¶ Ante Bal.Pe. Iacob.in Successione Regum Franciæ.col.3.vers.sed quid dum decessit, in ea quęstione, quid cùm sint duo eiusdem gradus, ex diuersis tamen descendentibus, qui mortuo Rege sine liberis sunt proximiores ad succedendum, ignoratur tum vter eorum debeat succedere. Dicit primùm videri hoc esse insolubile, quemadmodum in casu l.qui quadringēta. ff. ad l.Falci.quo in loco certè nescio quis hæc verba, τῶν ἐκ ἀκρῶν, tanquam dicas, ex apicibus, perperā vertit, insolubilē in antiquis codicibus impressis. Sed vt redeamus, subdit Iac. posse dici eum potiorē esse, qui possedisset, ar.§.quemadmodum, Instit.de interdic.vel id sorte dirimendum, ar.l.si cùm ambo.ff.de iud.vel quòd vterentur alternis annis, ar.l.si cuius.§.si inter, & l.quoties.ff. de vsufr.vel quod eligeretur idoneior, ar.l.2.ff.depo.& l.vt gradatim.§.1. ff. de muner.& hono.vel quod esset locus gratificationi populi ciuitatis, scilicet quem eorum velit recipere in Regem, arg.l.si quis à filio.§.1.ff.de leg.1.& l.Barbarius.ff.de offi. Præto. *Mortuo Rege sine liberis & sint duo eiusdē gradus ex diuersis descēdentibus & ignoratur quis debeat succedere.*

14 ¶ Cæterùm Spec.in ti.de feud.§.2.vers.duodecimò quęritur, dicit, quod si quis est vasallus duorū, vt esse potest.c.grandi, de supplen.negli.pralat.li.6.& cle.pastoralis.§.aliàs, ver.rursus, de re iu.& ambo domini inuicē belligerantur, vtrùm vnū iuuare debeat, & quē: videtur, inquit primùm quod domini concurrentes se mutuò impediant, per d.l.quotiens. Item videtur quòd vtrunque, per iura ibi allegata. Subdit super hoc quosdam dicere locū esse gratificationi, per d.l.si quis in graui.§.si cùm esses.ff.de SC.Sylla. Tandem asserit verius videri de rigore iuris illū debere iuuare, cui primo fecit homagiū. per multa iura ibi allegata. Aequū tamen & tutū videri, vt hunc personaliter iuuet, alium per substitutum, per alia multa iura. Subiungitque in ver.seq. Sed quid si nescit cui primo in iure homagij tenetur, quia fortè feudum incipit à maioribus & iā a lōgo tēpore. Et videtur, inquit, quod de rigore neutrū iuuare tenetur, per d.l.si *Vasallus duorū qui inuicē belligerantur quem eorū iuuare debet.*

fuerit.

fuerit.ff.de reb.dubus,& d.l.duo sunt Titij.ff.de testa.tuto. Arg.contrà quod vtrunque debet in dubio iuuare.c.non extimemus.13.q.2. De æquitate tamen,inquit,dicendũ est quòd potest gratificari cui velit,personaliter illum iuuando.l.vlt.ff.de relig.& sumpti.fune.alterum verò per substitutum. Et hæc quoq; Ro.cons. 47. visis necessarus,col.j.vers.secundò ad idem, & Aegid. Bellem.in c.innouamus,col.3.vers.verùm dubito,tit. de treug.& pac.

Si fiscus & mulier agũt contra tertiũ nec apparet vter sit prior.

15 ¶ Nec tamen omiserim Saly.qui in l.quamuis.C.de priuil.fisci,dum quęrit si mulier & fiscus agunt contra tertium,nec apparet vter eorum sit prior in hypotheca. Et casus, inquit, iste videtur dubius,quia primò videtur,quòd concursu se impediũt.l.duo sunt Titij.ff.de test.tute.& l.si fuerit,ff.de reb.dub. Secundo ꝙ potior sit, qui priùs ad sententiam peruenit. l. si quis à multis.ff.de noxa.& pro hoc facit l.ista,in verbo,quoduis,quæ videtur velle quòd si de prioritate hypothecæ non apparet,condemnationi stetur. Tertio videtur quòd pariter admittantur quilibet pro sua rata.quia hypotheca neutrius attenditur inter seipsos, ex quo de prioritate hypothecæ non apparet,& sic pro rata concurrũt l.priuilegia.ff.de priuil.credi.& ar.l.vlt.C. de bo.auth.iu.pos.& l.cùm vnus.ff.eo.& bene facit l.si Fortidianum.C.de l. Quartò videtur, quòd locus sit gratificationi.l.in naue,in fi.ff.loca.& l.si quis seruum.§. si inter duos. ff.de le.2. Et randem subiungit,fortè dicendum est quòd ante petitionem factam in iudicio,locus sit gratificationi: posteà concurrunt prorata,si ambo veniant ante sententiam pro altero latam: secus si pro vno iam lata sit sententia,antequã alter veniat,quia ille præferetur,iuribus supià in secundo loco allegatis,& hic,à contrario sensu. Et mox subdit,cogitabis.

Si habens duas ecclesias relinquit suæ ecclesiæ,nec apparet de qua sensit.

16 ¶ Et quod in simili tractatur à Io.And.& alijs post eũ in c.cùm quis.§.cùm ab eo,de sepul.li.6 & ab eodem Io.And.in addi.Specul.in rubr.de paro.quòd si habens duo æqualia domicilia, & sic duas ecclesias,relinquit legatum suæ ecclesię,nec apparet de qua sensit. nam alij tenent tale legatum diuidi inter illas ecclesias, per text.ibi. Et ita tenent Pet.Anc.& Domi.ibi. Alij tenẽt ꝙ in solidum debetur vtrique.l.qui filiabus.§.si quis.ff.de leg.1. Alij verò dicunt neutri deberi propter incertitudinem,per d.l.duo sunt.ff.de testa.tut.& l.si quis seruũ.§.si inter duos ff.de leg.2. Alij quòd præoccupanti,per l.si pluribus,ad fi.ff.de l.1.& l.pluribus.ff.de procu.& c.si duo,eo.tit.lib.6. Alij quòd ei cui episcopus assignauerit,per l.vlt.§.executore.C. de iudi.& l.3.ad fin.ff.de admi.tut.& cap.quoniam,de deci.sed ita vt eam præferat, quæ meliùs Deo seruit.l.generaliter.C.de epis.& cler. quæ repetitur in c. generaliter.16.qu.1. Et si sit paritas, gratificetur per l.3.§.cùm omnes.ff.de SC.Sylla.& c.cùm autem.de iure patro. Alij quòd pauperiori,per no.in c.indicante,de test.& in l.si quis ad declinandam.§.sin auté.C.de epi.& cle. Alij contrà ditiori,per no.l.si quæ sunt.ff.famil.hercis.& l.3.ff.de test.& no.in c.constitutis,le 2.de appel. Alij ei quæ dedicata est digniori sancto,per l.præcipimus.§.vlt. C.de appel. & l.1.& 2.C.vt dig.ordo serue.lib.12. Alij ꝙ antiquiori.l.in finalibus.ff.fini.reg.& c.1.de paro.& c.is qui,de sepul.li.6. Et ita vt antiquior dicatur quę priùs inscripta est in ordine parochialium, per l.cùm pater.§.pe.ff.de leg.2.& c.mandato, de præben.& c.pe.vers.sed si,de cler.non resi. Alij ꝙ sorte dirimendum est,per d.l.sed cùm ambo. ff.de iudi. Sed alij dicunt recurrendum ad coniecturas,vt si alteram prædiligebat.l. si seruus plurium.ff.de leg.1.vel si in altera mandauit se sepeliri,ar.l.secundùm naturam.ff.de reg.iur.&c.qui seniit,eo.tit.lib.6.vel si in aliea magis conuersabatur. l.legatis seruis.§.si vnus.ff.de leg.3. Si verò nulla cõiectura appareat, dicunt aliqui quòd neutra ecclesiarum habebit,per d.§.si inter duos. Et istud sequuntur Pe.& Cy.in l.j.C.de sacro.eccle.& Pe.Anc.in c.relatum,le 2.de testa. At Io. And. tandem dicit priorem op.esse æquiorem. Philip.autem Fran.in d.§.cùm ab eo,dicit seruandam esse op.quę dicit locum esse coniecturis:& illi ecclesię deberi,pro qua concurrunt plures coniecturę.c.1.& ibi gl.13.di. Et coniecturis antecedentibus paribus,deberi pauperiori.§.si quis in nomine, in Auth.de eccle.tit. Et cæteris existentibus paribus tunc episcopum posse gratificari, alteri totum assignando,vel diuidendo vtriq;,ar.l. Titiæ textores. ff.de l.1.& d.c.1.de paro. Et ita tenuit Host.& Io.An.& omnes in c.indicãte,extrà de test.& Imo.in d.c. relatũ,le 2.ad fi.eo.tit.

Si ciuis duarũ coloniarum simul vocatur ad munera.

17 ¶ Et ante hos omnes glo.in l.ciues,in gl.magna,vers.sed quid si quis,ibi quid si simul. C.de incol.lib.10.dum quęrit de eo qui est ciuis,vel incola duorum locorum,à quibus simul vocatur ad munera. Primum dicit locum originis pręferri,per l.libertus.§.præscriptio. ff.ad municip. Alias forte inuicem se impedient,donec conueniant.l.huiusmodi.§ vlt.ff.de lega.1.& l.quoties duobus.ff.de vsufru. Vel(vt subdit)sortiri eos oportebit.l.vlt.C.com.de lega.& l.sed eum ambo.ff.de iudici. Vel gratificationi est locus.l.vlt.ff.de relig.& sumpt. fune. & l. si quis seruum.§.si inter ff.de le.2.& l. planè.ff.de condi.indeb.scilicet vt electus eligat. Vel defertur nobiliori & maiori ciuitati.§.si quis autem non,in Authe.de hæred.& Falci.& §.interim, in Auth.de defen.ciuit.& l.vl.ff.de fid.instr.& l.si quis.C.de natur.lib. Vel ei seruiet, qui minus munus imponit.l.vlt.C.qui bo.ced.pos.& l.maiorem.ff. de pac. Et eadem propemodum ad verbum scribit Alberi.in l.assumptio,quam legit cum l.Labeo.ff.ad munici. Illam autẽ dicit sing.Ro.cons.47.visis,col.2.vers.vlt. At eam rem longiùs tractat Lucas Pe.in d.l.ciues,vt videre poteris,& Maria.Soci.in c.licèt,col.8.vers.sed aduerte.de for.compe.

18 ¶ Et alia gl. Iuris Cano.in c.obeuntibus,quod est pe.§.nunc quęritur 63.di.dum tractat cùm

eligentes

Si eligentes dissentiunt & sunt pares.

eligentes dissentiunt, quid agendum sit. Et primum dicit considerari oportere autoritatem, numerum, & zelum eligentium, & meritum electi. Sed si omnia sunt æqualia, tunc cassetur vtriusque electio, & alter eligatur. ca. si duo. 79. di. Vel iudex cogat eos ad concordiam. §. sin autem. Insti. de satisda. tut. Vel res sorte dirimatur. c. cleros. 21. di. & l. vlt. in prin. C. com. de le. & l. sed cum ambo. ff. de iudi. Vel Metropolitanus gratificetur cui velit. c. 1. de paro. & l. 3. §. si eùm omnes. ff. de SC. Silla. & l. vlt. ff. de relig. & sump. fune. Vel præferatur ille qui priùs ordinatus est. c. vlt. 75. di. Vel senior prǽferatur. c. 1. 35. q. 6. & l. vl. ff. de fid. inst. Vel ille qui prius nominatus est. §. vlt. in Auth. de mona. Vel qui aliquãdo deliquit illi qui semper bonus fuit. pro qua op. facit licèt non alleget, sed id voluit obiter dicere. c. considerandum, & c. fidelior, vbi & idem no. gl. 50. di. Vel vt ad nostram gl. reucitamur, præferatur ille qui diutius in ecclesia militauit. c. quid proderit. 61. di. Hæc ea gl.

12. Opi. in nostra principali qu.

19 ¶ Ex his certe constat in hac nostra quæstione esse omniũ ferè sententiã in re diuidua ambos succedere. Cum autem res indiuidua est 12. esse opi. Prima, quòd sorte sit negotiũ dirimendum. Secunda, esse locum gratificationi superioris. Et hæc quidẽ cõtinet etiam duas op. Alij enim dicunt simpliciter esse locum gratificationi, quasi semper possit dominus gratificari cui velit. Alij dicũt teneri dominum gratificari honestiori, & cæteris paribus cui velit. Quarta, igitur ꝙ ambo simul succedant. Quinta ꝙ alternis. Sexta, quòd neuter nec simul nec alternis Septima quòd formosior. Octaua, quòd robustior. Nona, quòd magnates & populus alterutrum illorũ eliget. Decima, ꝙ pater eliget. Vndecima, quòd prǽferetur is qui est in possessione Ego addam & duodecimam, quòd præferatur is, qui primus adeptus est possessionem, etiam si tempore litis contestatę non possideat, quas omnes sigillatim discutiemus.

PRIMA OPINIO, QVAE SORTI REM COMMITTIT.

Leges quæ rem dubiã sorti committunt.

1 AD primam igitur opin. faciunt omnia iura quæ dicũt rem dubiam sorti committendam esse, videlicet d. l. sed cum ambo. ff. de iudi. vbi in actionibus duplicibus is actor esse intelligitur, qui ad iudicium prouocauit: sed cùm ambo ad iudicium prouocant, sorte res discernitur, & ibi Bal. not. quòd vbi non valet ingenium, res est committenda fortunæ. Et l. si quæ sunt cautiones. ff. famil. ercisc. vbi si omnes iidem ex partibus hæredes sint, nec inter eos conueniat apud quem potiùs cautiones hæreditariæ esse debeãt, sortiri eos oportet, vbi Floria. no. in rebus dubiis sorti esse locum, nec tale iudicium reprobari, præterquam in electionibus. Et in l. generaliter. §. quid ergo si plures. ff. de fideicom. liber. vbi si plures quis sit rogatus seruos manumittere, & ad quotundam pretium sufficiat id quod relictum est, ad omnium verò non sufficiat, cogitur eum vel eos quotum pretium patiatur, manumittere. Qui autẽ potiùs manumitterentur, sortiri eos oportebat. Et in l. vlti. in prin. C. com. de leg. & in §. optionis, Instit. de lega. quibus iuribus cauetur quòd si plures quibus optio relicta est non conueniunt in electione, res sorte dirimenda est, & vt dicitur in d. §. fortunam esse huius rei iudicem. Et no. Bal. in d. l. vlt. in t. not. quòd iudicium sortis dicitur iudicium fortunæ, cuius dux est Deus, vt dicit scripsisse Senecam. Sed & no. idem Bal. ibi mittere sortes non esse peccatum.

Alia leges.

Diuisio sorte fit.

Etiam legibus Mosaicis.

2 ¶ Et text. in l. 2. post princ. C. quand. & quib. quar. pars, lib. 10. vbi si hęredes aut socij non conueniũt in rei communis diuisione, ea sorte diuidenda est. id quod dicit Bal. in l. iubemus, col. 2. vers. quæro iste iudex. C. de sacros. eccles. generaliter procedere, etiamsi ecclesia sit socia, vel si vnus sociorum habeat maiorem partem. Et huiusmodi sortis diuisio legibus quoq; Mosaicis obseruata est, quibus præcipitur Numeri 16. c. Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem. Singulis vt nunc recensiti sunt tradetur possesio, ita duntaxat, vt sors terrã tribubus diuidat & familiis, quicquid sorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores. Et rursus c. 33. Ego dedi vobis illam in possessionem, quam diuidetis vobis sorte, pluribus dabitis latiorem. Singulis vt sors ceciderit, ita tribuetur hęreditas. Et c. seq. Cùm ingressi fueritis terram Chanaam, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur. Et iterũ, Hæc erit terra, quam possidebitis sorte. Rursúmque c. 36. eodémque vlt. Præcepit vt terram sorte diuideretis filiis Israel. Et Deutero. c. 1. Et ipse sorte terram diuidet Israeli. Et c. 31. Eam sorte diuides. Id quod etiam præceptum est Iosue, vt scribitur Iosue c. 1. Id quod factum fuisse constat, ex c. 13. eiusdem lib. & multis seq. vsque ad fi. propemodum illius lib. Et 1. Paralip. 24. Porrò diuisit vtrasque inter se familias sortibus. Et in fi. eiusdem, Omnes sors æqualiter diuidebat. Et psalmo 77. cùm dicitur, Et eiecit à facie eorum gentes, & sorte diuisit eis terram. Et hanc vel legem, vel consuetudinẽ secuti milites illi vestem Christi sorte sibi diuiserũt, Matth. 27. Marci 15. Lucæ 23. & Io. decimonono, vt scilicet facerent locum illi prophetiæ Psal. 21. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Et apud Ethnicos.

Cœli filij imperium sorte diuiserũt. Et Saturni filij.

3 ¶ Sed & hoc obseruatum fuisse apud antiquiores Ethnicos testimonio est quod tradit Diodorus Siculus Bibliotheces li. 4. Atlantem & Saturnum Cæli filius imperiũ sorte fuisse partitos Quódque tradunt Orpheus, & Homerus lib. 15. Iliados, ipsius Saturni tres filios, scilicet Ionẽ, Neptunũ, & Plutonem sorte quoque sibi Saturni patris imperium diuisisse, & Ioni cælum, Neptuno mare, Plutoni infernum obtigisse. Nam ita facit Homerus Neptunũ loquentem,

Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ

Παλλό

Παλλομένων, ἀίδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα,
Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι,

Ex quo & illud Virgilij lib. 1. Aeneidos eundem Neptunum introducentis,

Non illi imperium pelagi sæuúmque tridentem,
Sed mihi sorte datum. Et lib. 10.
Hæc intentata manebat
Sors rerum.

Nam & id Seruius ibi trahit ad hanc illorum fratrum diuisionem. Et in Aethna,

Scilicet haud olim diuiso corpore mundi
In maria, ac terras, & sydera: sors data cœlo
Prima, secuta maris, desedit que infima tellus. Et Tibullus lib. 3. Eleg. 5.
Parcite pallentes vmbras quicunque tenetis,
Duráque sortiti tertia regna Dei. Et Ouidius li. 2. Meta. de Neptuno loquens,
Quid meruit frater? cur illi tradita sorte
Aequora decrescunt Et Iuuenalis Saty. 13.
Nondum aliquis sortitus triste profundi
Imperium, aut Sicula toruus cum coniuge Pluton.

Et Senecæ Tragœdiographi introducentis Herculem ex inferis redeuntem hæc dicentem,

—Vidi inaccessa omnibus
Ignota Phœbo, quaque deterior polus
Obscura diro spatia concessit Ioui,
Et si placerent tertiæ sortis loca,
Regnare poteram. Et iterum in eadem Tragœdia,
Natus Eurystheus properante partu
Iusserat mundi penetrare fundum,
Deerat hoc solum numero laborum
Tertia regem spoliare sortis.

Id quod Lactantius lib. 1. c. 11. ex Euhemeri monumentis ad historiæ fidem transferre conatus est. Et Ausonius in Mosella de Neptuno loquens,

—Haud ille sinit, cui cura secundæ
Sortis, & æquorei cessit tutela tridentis.

4 ¶ Quanquam Callimachus in hymnis Iouis negat sortitionem vllam inter eos esse factam, cùm scribit Iouem ipsum alloquens, *De eadem re.*

Δηναιοὶ δ' οὐ πάμπαν ἀληθέες ἦσαν ἀοιδοὶ,
Φάντο πάλον Κρονίδῃσι διὰ τρίχα δώματα νεῖμαι.
Τίς δέ κ' ἐπ' οὐλύμπῳ τε καὶ ἄϊδι κλῆρον ἐρύσσῃ
Ὅς μάλα μὴ νενίηλος; ἐπ' ἰσαίῃ γὰρ ἔοικε
Πήλασθαι. τὰ δὲ τόσσον ὅσον διὰ πλεῖστον ἔχουσι.
Ψευδοίμην, ἀίοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν.
Οὔ σε θεῶν ἐσσῆνα πάλοι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν,
Σή τε βίη, τό τε κάρτος,

Id est prope ad verbum,

Veteres non prorsus veraces erant poetæ.
Dicebant sortem Saturnigenis tripartitè domos distribuisse.
Quis enim pro olympo & pro inferno sortem mittat,
Qui non planè stolidus fuerit? nam sors de rebus æqualibus solet
Mitti. hæc autem longissimè inter se distant.
Mentiar si hæc dicam, licèt ea persuaserim,
Non te sortes Deorum Regem fecerunt, sed opera manuum tuarum,
Tuáque virtus, & robur.

Ianus autem Parrhasius non infœliciter ita traduxit,

Veteres (neque enim commenta poetæ
Vera satis iactant) Saturni pignora quondam
Inter se summam rerum sortita fuisse,
Et cœlum cessisse tibi. nam quis, precor, vnquam,
Quis rudis vsque adeò, res vt discrimine toto
Distantes vni stultus commiserit vrnæ? &c.

Nam vt hoc illi addas, id quod maximum optimúmque est fortunæ committere, extremę dementiæ est, vt scribit Aristoteles li. 1. Ethicorum. c. 9.

5 ¶ Sed vtrumcunque sit, idem Homerus libr. 14. Odysseæ scribit filios Castoris Hylacidis filij hæreditatem patris inter se sortibus diuisisse, *Et filij Castoris.*

Τοὶ δὲ ζωὴν ἐδάσαντο

Παῖδες

Παῖδες ὑπέρθυμοι, καὶ ἐπικλήρως ἐδάσαντο.
Sed & Pausanias in Arcadicis tradit Arcadem illum inter filios imperium sorte diuisisse, & Aphidanti Tegeam sorte obtigisse. & hinc poetas Aphidanteam sortem ἀφειδάντειον κλῆρον Tegeam appellasse. Iustinus quoque lib. 13. in multis locis, & Plutarchus in vita Eumenis tradunt Alexandri Magni successores prouincias regnáque eiusdem sorte diuisisse. Sed & illos Triumuiros, Augustum scilicet, Lepidum. & Antonium orbis Imperium sorte partitos fuisse licet videre ex Appiano Alexandrino paulo post prin. li. 1. Bellorum ciuilium. Quidam etiam tradunt Constantinum, Constantem, & Constantium filios Constantini illius magni qui post eum imperarunt, orbem sibi sorte diuisisse, sicuti scribit Pomponius Lætus in lib. Imperatorum, qui tamẽ ij sint ignoro. Neque enim Aurelius Victor, neque Eutropius, neque Rufinus qui ad historiam Eusebij duos libros scilicet 10. & 11. adiecit, neque Paulus Orosius, neque tres illi scilicet Socrates Constantinopolitanus, Theodoritus, & Sosomenus, ex quorum libris cõfecta est Tripertita Historia, qui quidem omnes historiam eorum imperatorum scripserunt, quicquam de ea re dixerunt. Tradit autem Rufinus in illo 10. lib. Apostolos sorte orbem terræ ad prædicandum verbum Dei diuisisse.

Et Alexãdri Magni successores.

6 ¶ Sed & alias quoque res sorte diuidi solitas ex eo patet quod scribit Appianus illo lib. 1. supra citato, Colonias ita diuidi consuetas. Decimus, ita enim dicendum non Decius ex Cicerone in epistolis Plutarchi, & aliis, Decimus inquam Brutus ad Ciceronem lib. 11. Epistolarum familiariũ ipsius Ciceronis, in ea epistola, cuius initium est, Quod pro me putas agros legionibus æqualiter, aut sorte diuidi oportere. Et vt aperte declarat Suetonius in Cęsare c. 20. Fundi vectigales apud Romanos sorte diuidebantur. Ita enim scribit, Agrum Campanum ad subsidia Reip. vectigalem relictum diuisit extra sortem. Qui autem dicantur fundi, siue agri vectigales (vt id obiter dicam) intelliges ex his quæ scripsi in tractatu Retractuum, tit. 1. §. 1. in verbo, *Rentes*. nu. 2. Et quod huic concinit, scribit Plutarchus in vita ipsius Cæsaris, eundem multa Italiæ prædia sorte distribuisse. Ante Cæsarem Romani agrum Campanum sorte diuiserant, vt videre licet apud Strabonem ad fi. lib. 5. Sed & alias vbique videmus agros Coloniarum sorte fuisse diuisos, vt apud Diodorum Siculum, lib. 11. in diuersis locis, de Aethna primum dicta Cathanea, & de Scyo, Amphipoli, Camarina Et lib. 12. de Eubœa, Sardis, Potidæa, etiam in diuersis locis: Aegina, Trachine quæ Heraclia dicta est, etiam in diuersis locis. Antiochus Rex lib. Machabæorum 1. c. 3. Minatur se sorte diuisurum terram Iudæorum. Plinius lib. 12. c. 19. tradit in Aethiopia Cinamomum nasci idque eum sole diuidi, ternásque partes fieri, deinde sorte cremias, aut vt alij legunt, germina discerni: quódque soli cesserit relinqui ac sponte conflagrare. Diodorus Siculus lib. 2. Bibliotheces c. 2. scribit Psammiticum Aegyptiorum regem, militibus mercede conductis præter stipendium dona large distribuisse, cæteris agros sorte diuisisse. Plutarchus in Pericle tradit ipsum Periclem agri sortitiones edixisse. eiectis enim Aeginetis eorum agrum sorte diuisisse Atheniensibus. Idem in Fabio Maximo scribit ipsum Fabium & Minutium magistrum equitum, cui a quatum cum illo imperium fuit, exercitum inter se sorte diuisisse. Ex eáque partitione quæ sorte fieri solet, Græci verba in id peculiaria introduxerunt, scilicet. κληροδοτεῖν, & διακληροῦσθαι. id est, κατὰ κλῆρον διανέμεσθαι, id est, sorte partiri siue diuidere. Nam & hoc vltimo vsus est Theophrastus lib. 9. de Plantis c. 5. διελόντες γὰρ τὰ μέρη, διακληρώσαντες πρὸς τὸν ἥλιον, καὶ ἐν αὐτῷ λαχὸν ἢ ἥλιος, καταλείπουσι.

Coloniæ sorte diuidebantur.
Aliæ res plurimæ.
Græcorum verba in eã rẽ propria.

7 ¶ Et vt ad alias leges veniamus quæ sorti quicquam incertum committunt. Ad superiores adde l. generaliter. §. proinde, vers. & fortasis. ff. de fideicom. liber. vbi si is cui legatum relictum est rogatus sit plures seruos manumittere, nec tantum ex legato consecutus est, quantum sufficiat ad pretium omnium, sed tantum quorundam, certe eos tantum manumittere cogendus est, & eos quidem qui primo nominati sunt: quod si ordo non appareat, eos sortiri oportet, ne aliquam ambitionis aut gratiæ suspitionem Prætor subeat. Et ibi not. Benedic. Plumb. id facere pro sacculis officiorum, quæ sortibus extrahuntur.

Aliæ leges sorti committentes.

8 ¶ Et tex. in c. cleros 21. dist. vbi scribitur hinc clericos dictos esse, quòd Mathias primus sorte electus, qui primus ab Apostolis ordinaretur. κλῆρος enim sors dicitur, vnde & κληρωτὸς sorte datus, siue electus. id quod assumptum est ex Actorum Apostolicorum c. 1. vbi cum Petrus & cæteri Apostoli decreuissent in locum Iudæ Iscariothis, alterum ex Ioseph, qui vocabatur Barsabas, & Mathia substituere, sorti rem commiserũt: & cecidit sors super Mathiam. & id quoque repetitur in summa, & in c. non statim, & c. non exemplo 26. q. 2. An autem hinc clerici sint dicti, videbis apud Alciatum lib. Parergon. 5. c. 22. Illud autem certum est, in veteri testamento summos sacerdotes, Leuitas, Ianitores & cæteros sacris rebus præfectos sortibus deligi solitos, vt videre licet ex 1. Paralip. c. 24. 25. & 26. Et huius rei exemplo hodie quoque apud Moschouitas Archimandritæ & episcopi sorte ducuntur, coniectis in vrnam melioribus nominibus, vt scribit Paulus Iouius in eorundem legatione.

Clerici & sacerdotes olim sorte delecti.
Clerici vnde dicti.
Et apud Ethnicos, sacerdotes & alios sacrorũ præfectos sorte delectos.

9 ¶ Et ab Ethnicis item id obseruatum fuisse, vt sacerdotes & alios rerum sacrarum præfectos sorte deligerent, etiam videre licet ex Aristotele lib. Politicon 4. c. 15. & Virg. lib. 2. Aeneid.
Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos.

Syracusanorum lex in eam rẽ.

Tradítque Tullius in 4. in Verrem actione, Syracusis legem fuisse, quæ in annos singulos Iouis sacerdotem capi iuberet. Et cum suffragiis tres ex tribus generibus creati essent, res reuocabatur ad sortem. Ita scilicet, nam quot essent renunciati, tot in hydriam sortes conijciebantur, & cuius nomen exisset, is haberet sacerdotium. Gellius quoque lib. 1. c. 12. Capitonis Atteij autoritate scribit Papia lege cautum fuisse, vt Pontificis Maximi arbitratu virgines è populo viginti legerentur, sortitioque in concione ex eo numero fieret. Quod & recésset quisquis est qui Fenestellæ nomine librum illum emisit de magistratibus c. 7. Tangitque Suetonius in Augusto c. 31. his verbis, Nam cum in demortuæ vestalis locum capi aliam oporteret, ambiréntque multi ne filias in sortē darent, adiurauit si cuiusquam neptium suarum competeret ætas, oblaturum se fuisse eam. Cornelius Tacitus lib. 1. tradit imperante Tiberto nouas ceremonias accessisse, addito sodalium Augustaliū sacerdotio, eásque sorte ductas ex primoribus ciuitatis. De quo etiam Suetonius in Claudio c. 6. Senatus quoque vt ad numerum sodalium Augustalium sorte ductorū extra ordinem addiceretur, censuit. Ex Demosthene fīis est, in oratione cōtra Neærā videre licet, apud Athenięses regē Sacrificulū sorte deligi solitū. Et ex Philostrato in vita Apollonij li. 3. apud Aegyptios quoq; sacerdotes sorte eligi solitos. Deniq; Hesychius tradit Caruçates tenera ætate sorte eligi q sacra Apollini Caruco celebrarēt.

Sortis probatio ex aliis locis sacrarum literarum.

10 ¶ Sed vt redeamus ad alia, quæ in illa eadem 26. q. 2. in summa ex sacris literis afferūtur. Nam Iosuæ 7. c. cum Acham de anathemate quicquam furtim surripuisset, & ob eius peccatum populus cæsus apud Hay, hostibus terga dedisset, præcepit dominus Iosuæ, vt sortibus exquireret, quo peccante populus in manus hostium cecidisset: & cecidit sors super Acham. Et 1. Regum 14. Saul sorte deprehendit Ionatham filium contra ipsius præceptum mel comedisse. Et quod scribitur Ionæ 1. c. Ionam ipsum à nautis sorte deprehensum in mare deiectum, & à ceto absorptum. Et Lucæ 1. Zachariam sorte exisse, vt incensum poneret.

Ad idem.

11 ¶ Quibus potes addere ex iisdem sacris literis, quod scribitur Leuitici 16. Cúmque obtulerit vitulum, & orauerit pro se & domo sua: duos hircos stare faciet coram domino, mittènsque super vtrunque sortem, vnam domino, & alteram capro emissario: cuius exierit sors domino, offeret illum pro peccato, &c. Quo in loco Isichius Hierosolymitanus Gregorij Nazianzeni discipulus scribit sortem tum demum mitti in diuinis scripturis, cum æqualitas nullam relinquit discernendi notam. Et 1. Reg. c. 10. Saul in Regem sorte electus est, & deprahensus. Et 1. Paralip. 24. Dauid sortibus diuisit vtrasque & Eleazar & Ithamar inter se familias. Et scribitur Neemiæ 9. c. Partitus est eis sortes. Et c. seq. Sortes misimus super oblationem lignorum inter sacerdotes. Et Hester c. 3 Missa est sors in vrnam, quo die gens Iudaorum deberet interfici. Et Psalmo 30. In manibus tuis sortes meæ. Quo in loco D. Augustinus in 2. concione eius Psalmi, Sors (inquit) non aliquid mali est, sed res in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem, quæ & ipsa verba adscripta sunt in c. 1. 26. q. 2. Sed & subdit idem Augustinus paulo post, In sorte non est electio, sed voluntas Dei. Sed vt reuertamur, scriptum est Prouerbiorum 16. in fi. Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur. Et iterum eiusdem libri c. 18. Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat. Et Esaiæ 34. Et misit eis sortem, & manus eius diuisit illis in mensuram. Et Lucæ 1. c. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt vt incensum poneret. verba autem Græca postremæ clausulæ hæc sunt, ἔλαχε τοῦ θυμιᾶσαι, Sors ei obuenit, siue sortitus est, vt thymiamata incenderet. Quo in loco D. Ambrosius. Sorte ergo (inquit) eligebatur vt introiret sacerdos. Beda autē ibi ita intelligit, quasi suum illi sacerdotium prius sorte obtigisset.

Ex D. Augustino.

12 ¶ Diuus item Augustinus cum ciuitas quæpiam esset obsessa, & dubitaret clerus qui deberent aufugere, quique remanere in ciuitate obsessa, scripsit illud sorte esse dirimendum, vti etiam refert gl. in d. summa 16. q. 2. in fi. Huius autem (vt id ei addas) in eam rem hæc propemodum verba sunt, in epistola ad Honoratum. Si inter Dei ministros sit disceptatio qui eorum maneant, ne sit fuga omnium: & qui eorum fugiant, ne morte omnium deseratur ecclesia. Si hæc disceptatio aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant, & qui fugiant sorte eligēdi sunt. Citátque illud Prouerb. 18. c. supra relatū. Subdítque cōtinuo, melius Deū in huiusmodi ambagib. iudicare, quā homines, tanquā scilicet iudiciū sortis sit diuinū.

Ex nostris doc.

In paritate electionis sorte res dirimenda.

Etiam episcoporum.

Sed vide infrà numero 14.

13 ¶ At iam tempus est, vt ad nostros accedamus. Glos. in ea summa 26. q. 2. magna autoritate affirmat, sortes quę necessitatis causa fiunt non esse illicitas, vt si contentio sit de electione quorundam, sit'que paritas vtrinque in omnibus, illo Mathiæ exemplo, de quo suprà diximus. Cum enim (inquit) non superest humanum auxilium, tunc possumus requirere diuinum c. quæritur. 22. q. 2. Et in dubiis, vt subiungit secundum leges ad sortes decurritur, per nonnullas ex ll. supra allegatis. Id quod etiam in electionibus episcoporum, cum omnia sunt paria, obseruandum voluit gl. in c. pen. in gl. vlt. 63. dist. vbi inter multas de hac re sententias hanc affert, vt sorte controuersia dirimatur, etiam Mathiæ exemplo. Et idem quoque voluit Phil. Fran. quamuis illam priorem dicit ad hoc no. in c. duobus, quod est pen. col. 2. in vlt. not. de rescrip. lib. 6. de quo nos tamen statim dicemus nu. abhinc 2.

¶ Alia gl.

14 ¶ Alia gl. in c. vlt. in gl. vlt. in princ. per eundem tex. extra de sortil. dicit sortes regulariter esse permissas. Nam cum tex. ibi in electionibus eas prohibeat, videtur (inquit) quod in aliis non reprobet, arg. l. cum Prætor. ff. de iudic. & l. ex eo. ff. de test. & c. qualis. 25. dist. & c. de crimine. 2. q. 3. Et eam gl. sequi videtur Inn. ibi, & expresŝius Floria. in d. l. si quæ sunt. ff. famil. ercisc. Alex. in l. huiusmodi. §. vlt. ff. de leg. 1. vbi per eam dicit quod sortes sunt permissæ, nisi quibus casibus reperiuntur prohibitæ. repræhenditque Bal. qui in d. l. 2. C. quan. & quib. quar. pars. lib. 10. contra dicebat, nunquam res sorte dirimendas, nisi in casibus aliter permisŝis. quem tamen sequitur Imo. in l. suus, in prin. col. vlt. ff. de hær. inst. Sed & eam gl. sequitur Fel. in c. capitulum sanctæ crucis, col. pen. vers. sed an sortibus, extra de rescrip. & in c. licet causam, col. vlt. de prob. & Lancel. Gal. in l. 2. §. ex his, col. 5. vers. quinta sit conclusio. ff. de verbo. oblig. *Sortes regulariter permissæ.*

15 ¶ Sed & quod in d. c. vlt. de sortil. dicitur de electionibus, id intelligunt Host. Io. An. Collect. Card. Flo. Pan. & Io. Ana. in electionibus ecclesiasticis, quia in eis tradita specialis forma, ex c. quia propter, de elec. quæ ideo obseruanda est, nullo sorti loco relicto. Sed in secularibus potest per sortem procedi, vt cõmuniter (inquiunt) Italici faciunt, qui suos magistratus per sortes breuium & taxillorum eligunt. Quod & idem voluit Arch. in d. c. 1. 26. q. 2. Franci. Scylla. in tract. contra hæreticos, c. 3. Bal. in c. cleri, col. 1. extra de vit. & hon. cleri. Et è Theologis Nicol. Lyrensis Prouer. 16. c. ad fi. & Act. 1. etiam ad fi. Quin Host. Io. And. Card. Panor. & Ana. in d. c. 1. dicunt etiam clericos sortibus vti posse in his quæ temporalia tangunt. *An autem in electionibus ecclesiasticis.*

16 ¶ Huc accidit alia gl. in §. sin autem ipsi tutores, in verbo, partes suas, Inst. de satisd. tut. quæ in vniuersum dicit in dubiis rem committendam esse fortunæ: tum demum tamen si de præiudicio contendentium tractatur, non etiam si de alterius præiudicio, per illum tex. & d. l. huiusmodi. §. vlt. ff. de leg. 1. & l. si cuius. §. sed si inter duos. ff. de vsufr. & eam gl. sequitur Ang. in d. l. sed cum ambo. ff. de iudic. qui tamen eam limitat & intelligit procedere, si graue alterius præiudicium versetur, non etiam si leue, per tex. in d. §. exterius, Inst. de legat. Sequitur etiam Flo. in l. itinere. ff. de ser. rust. præd. & Ioan. Ana. qui & id sicuti Ang. limitat, in d. c. vlt. col. 4. de sortil. & Alex. qui illam dicit no. in d. l. huiusmodi. §. vlt. *Quid si agatur de alterius præiudicio.*

17 ¶ Sed & huc pertinet alia gl. in l. in executione. §. item si ita, in verbo, prodest, in fi. ff. de verb. oblig. quod si quis promiserit fundum Titianum, & si is fundus datus nõ sit, centú. ipsiúsq; hæredes dissentiunt, & timeatur de damno, res sorte dirimenda est, per d. l. vlt. C. com. de leg. & eam gl. sequuntur Bart. in l. 2. §. ex his, col. 2. ver. circa secũdum, & ibi etiã Ang. Alex. Fran. Are. & Ias. Lancelo. Gal. ff. de verb. obl. vbi idẽ dicũt, si inter hæredes nõ conueniat in electione rei debitæ in genere, versatúrq; ex eo damnũ, & vide quæ dicã infrà nu. 21. & vt ad cęteros. *Alius casus sorte dirimendus.*

18 ¶ Facit præterea quod voluit gl. no. in c. si testes, in 1. glos. magna, vers. si autem testes ex omni parte 4. q. 3. quod si duo rem eandem ab alio petant, & ita neuter eorum posŝidet, & sunt illorum pares omnino probationes, si res sit indiuidua, controuersia sorte dirimenda est. Id quod etiam voluit alia gl. adeo illi similis, vt vna ab altera accepisse videatur, aut ambæ ab alio quopiam, in c. in nostra, etiam in gl. magna post medium, de testib. Quæ & paulo post illud quoque dicit huic loco accommodatisŝimum, quod si duo petunt eandem vxorem & æqualiter probant, nec vxor alteri mauult consentire, súntque ambo per omnia pares, res sorti committitur: & cum ea gl. transeunt ibi communiter Doct. inter quos Host. & Io. And. de priori casu loquentes dicunt id iustius esse, & de consuetudine approbari, & Pet. Anc. in d. c. vlt. de sortil. & in d. c. duobus, col. 1. in fi. de rescript. lib. 6. Licet sint qui hoc casu dicant neutri eam adiudicandam. & inter eos Inn. in rub. de spons. duorum, & collec. in d. c. licet causam, col. vlt. de prob. & Panor. in d. c. in nostra, de testib. *Alius casus.*

19 ¶ Nec hinc longe abest quod voluit gl. in eo ipso c. licet causam, in verbo, posŝidetis, quod si in interdicto, vti posŝidetis, vtraque pars æqualiter probauit, nullúsque ostendit titulum, vel vterque etiam ostendit, nec apparet quis ad iudicium prouocauit, sorte res est adiudicanda. quam gl. sequuntur ibi Host. qui id dicit consuetudine obseruari: Io. And. qui id tamen intelligit, si ambæ partes hoc petunt, vel etiam altera. Imo. & Fran. Aret. qui id quoque intelligit, vt non sorti committatur quis sit possessor, sed quis sustinet partes actoris vel rei. Bal. in c. ex literis, col. vlt. vers. quarto cum vterque, eod. tit. de probat. licet ipse Bal. in d. c. licet, col. 7. vers. op. quod papa, de hoc admodum dubitat, & ita quidem, vt id sequi non videatur. De quo dicam postea in quarta opin. num. 7. *Alius casus.*

20 ¶ His quoque adstipulatur quod voluit alia glos. vt gl. continenter tractemus, in c. quoniam abbas, in fi. gl. magnæ, extra, de offic. & potest. iud. deleg. quod si actor impetret literas ad Archidiaconum cuiuspiam ecclesiæ, in qua sunt duo Archidiaconi eiusdem dignitatis, & in alterum eorum consenserint ipse actor & reus, incertum tamen in quem eorum; & vtrique simul fuerint præsentatæ literæ (vt sint omnia paria) sorte dirimendum est vter eorum iudicabit. De quo tamen, quia non omnes sunt huius sententiæ, vide quæ dicam infrà, in 6. opinione huius quæstionis, num. 12. & quod ante eum. *Alius casus.*

21 ¶ Quódque voluit alia gl. in l. 2. §. 1. in verbo, ad obtinendum. ff. ne quid in loco publ. de duobus plaustris sibi obuiantibus in loco ita stricto, vt simul transire non posŝint, sint'que omnia *Alius itẽ de duobus plaustris sibi obuiantibus.*

hinc inde paria, quia neuter alterum præuidit: neuter illum locum prior occupauit, neuter altero est dignior, sorti locus est, vter eorum retrocedat. Quod & voluerunt Pet. Cyn. Oldra. Alber. Bald. & Sal. in l. per agrum. C. de seruit. & aqua. Pet. Iacob. in Succes. Regum Franciæ, col. 6. vers. crederem. de quo tamen vide quid dicam infrà, in 2. opinione huius quæstionis, nu. 4. húcque spectant, & in 3. opin. nu. 5. adde.

Alius.

22 ¶ Et vt ad cæteros Doct. veniamus. Adiuuat hanc partem quod scriptum reliquit Bart. in l. 2. §. ex iis, col. pen. vers. circa secundum. ff. de verb. oblig. quod si hæredes eius qui hominem in genere promisit, non consentiant de homine, ex hocque damnum timeatur, potest peti vt hęc controuersia sorte dirimatur. & hoc communiter sequuntur Doct. ibi. Et quod item tradit ipse Bar. in d. l. huiusmodi. & ibi post eum Imo. Raph. Co. Pau. Ca. Alex. & Ias. §. vlt. ff. de leg. 1. Quod quando plures habentes idem ius discordãt in præiudicium ipsorum, nec aliquo pacto perpendi potest quis eorum sit præferendus, si aliquis eorũ vult rem sorte dirimi, audiendus est: alioquin res effectum non consequeretur, per nonnulla ex iuribus supra allegatis. Et quod ipse quoque scribit, in l. quominus. in 6. q. princ. ff. de flum. quod si duo inceperint eodem tempore opus molendini, vel ductus aquæ, & non apparet vter prior, vsum quidem esse inter eos communicandum, & sorte dirimendum temporibus vel mensuris: & sequũtur Ias. & Ripa ibi. Et quod denique voluit idem Bartol. in lib. de insig. & armis, col. 3. vers. sed apud quem remanebit, quod signum siue insigne alicuius societatis ea societate diuisa debet manere apud principalem & magistrum societatis: quod si nullus est magister, apud eum qui ex maiori quãtitate socius erat: quod si sint pares, sors ipsa id iudicabit, per d. l. si quæ cautiones.

Alius.

23 ¶ Sed huc se offert Bal. qui nec huic opi. deest. Nam in l. si maior, post prin. C. com. diuid. negat verum esse quod plerique existimant, in diuisionibus maiorem natu debere diuidere, minorem eligere: sed potius rem sorti ac fortunæ committendam, per d. l. 2. quan. & quib. quar. pars. De qua re latius dicemus infra in 60. q. Et idem Bal. in l. si quis hæredes, in fi. ff. de hær. inst. quod in casu illius l. primo nominatus non habet ius optandi tanquam magis dilectus à testatore, cum æquale ius omnium sit, vt ibi dicitur. Ideo oportet, vt ius optandi ex sorte fœliciter contingat, per d. l. 2. Idem quoque in c. eum omnes, col. 5. vers. sed quid si duo sunt, de constit. Quod si duo socij habeant riuum communem, & vterque velit aquam ad sua prata ducere, debent eam diuidere, vel loco vel tempore, non secus ac duo socij sitientes, nec nisi vnum vini cyathum habentes. nam quilibet debet habere partem. l. 2. ff. ad leg. Rhod. de iact. & eodem modo in agris, & molendinis. Et si alter velit esse prior in vtendo, sorte id dirimendum, per d. l. 2. Nam, vt subdit, vbi humanum ingenium non sufficit, fortuna altercationem dirimit, per d. l. vlt. C. com. de leg. & sequuntur Ias. & Fran. Ripa, ibi, in tract. 6. q. Barr.

Alius.

24 ¶ Concinit & his quod scribit Alber. post Iac. in l. si sic legatum. §. vlt. col. 2. ff. de leg. 1. quod si stipulatus decem, aut Stichum vtrum vellet, legauerit duobus quod sibi debetur, & legatarij in electione discordent, ad sortem confugiendum est. Et quod prodit Pet. Anch. in d. c. duobus, col. 2. in prin. de rescrip. li. 6. in illa q. de duobus qui simul primi ad brauium peruenerint, an præmiũ vtrique aut neutri, aut alteri, vt sit locus gratificationi, aut alias, vbi adducit multas op. de quibus sigillatim dicemus sæpius in hac nostra princ. quæst. Sed in eam videtur inclinare, vt sorte sit ea controuersia dirimenda, per d. l. vlt. C. com. de leg. De quo & tu vide quę dicam infrà, in 4. op. huius q. nu. 15. sed iam, & in 6. op. nu. 9. & quod plurimi.

Alius de duobus currẽtibus ad brauium.

25 ¶ Et quod produnt Imo. Dom. & Phil. Franc. in d. c. cum quis. §. cum ab eo. de sepul. lib. 6. in ea quæstione, de eo qui domum habitat sitam in confinio duarum parochiarum, de qua mul ta diximus suprà, in prin. huius q. nu 16. & quod in simili, vt scilicet quæ diuidi non possunt, vt sepeliri, & similia sorte dirimantur. Tu autem vide quæ dicam in 2. opi. huius q. nu. 14. nec hoc loco, & iterum nu. 21. nullus. rursúmque in 4. opi. nu. 17. cui contine. atque etiam in 6. opi. nu. 14. sed & ad hanc. Et quod tradit Ro. in l. stipulatio. §. vlt. ff. de no. ope. nunc. quod in casu illius tex. si nuntiantes discordant, nec possunt inter se conuenire, ea controuersia sorte dirimenda. De quo & ibi aliquid per Ias.

De habitãte in confinio duarũ parochiarũ

26 ¶ Et quod etiam scriptum reliquit Card. Flor. in c. licet, col. 14. ver. postquam hæc scripseram, extra de electi. quod & ab eo repetitum est inter cons. ipsius, cons. 150. quæsitum sæpe fuit, in quib. locis describit sex modos finiendæ controuersiæ inter duos contendentes de Papatu. Quibus hæc ad verbum subiungit. Postquam hæc scripseram, audiui conferri an per sortes possit hoc dirimi, & licet possit imitari, tamen per ea quæ dixi in tertio modo, iste etiam septimus modus posset defendi. Et id expressius confirmat Pet. de monte, in tract. de potestate Papæ, Imperatoris, & concilij, col. 31. & Fel. in c. capitulum sanctæ crucis, col. pen. vers. adde Docto. & in d. c. licet causam, col. vlt. de probat. Nec ob. huic sententiæ (inquiunt) quod sortes dicuntur prohibitæ. 26. q. 2. per totum, quia id verum est cum eis vtimur ad præscientiam & diuinationẽ futurorum, non autem cum agitur de tollenda cõtrouersia iuris. Nec item obstat quod alias in beneficialibus non est locus sorti, vt suprà diximus, ne videlicet eo pacto ad ea pateat vitiosus ingressus, contra c. 1. de eo qui mit. in pos. lib. 6. quod posset contingere per sortem. Nam id speciale est in papatu, vt possit sorte dirimi, vt declarat ipse Fel. in d. c. capitulum

Alius de duobus contendẽtibus de papatu.

sanctæ

sanctæ crucis, col. vlt. vers. sed saluando, & Iason in d.l. huiusmodi. §. vlt. col. vlt. ff. de legat. 1.

27 ¶ Postremo ne recentiores scriptores contemptim prætermittamus, huc spectat quod scripsit Matth. Afflic. autor certe non contemnendus, in tract. protomiseos, char. 6. col. 3. vers. item pone quod pluribus. Quod si in retractu qui fit à consanguineis ex consuetudine, de qua in c. constitutus, ext. de in integ. restit. duo æqualis gradus concurrant ad retractum, ambo sunt æqualiter admittendi, si res sit diuidua. At si indiuidua sit, quę scilicet duobus competere non possit, & ij simul & eodem momento ad iudicium prouocauerint, sint'que omnia paria, sorte dirimendum est vter eorum præferatur, per d.l. si quæ. ff. famil. hercis. & alia quæ allegat. De quo & nos diximus in tract. retractuum, tit. 1. §. 11. gl. 10. nu. 4. sed id tamen.

Alius.

28 ¶ Sed vt aliquid quoque adferam ex literis mansuetioribus præter ea quæ iam ex illis obiter diximus. Refert Liuius lib. ab vrb. condit. 1. Romulum & Remum, cum essent gemini, nec ætatis verecundia discrimen facere posset (ignorabatur enim vter eorum esset maior natu) sorte augurij diremisse, vter nomen nouæ vrbi daret, quíque conditam imperio regeret. Sed & post mortem Romuli Interrex sorte delectus est. Nam Patricij in Senatum conscripti à Romulo ducenti numero cum essent, diuisi sunt in decurias, posteáque immissa sorte, illi quorum sors prima exibat, vrbi præsidebant Imperatorium magistratum agentes, vt tradit Dionysius Halicarnassæus lib. 2.

Ex aliis scriptoribus.

Romulus et Remus sorte contentionem de regno diremerunt.

29 ¶ Darius ille primus Persarum Rex regnum sorte adeptus est. Nam eo regno vacante, mortuo Cambyse, Smerdíque occiso, septem ex Persis & ij quidem prudentiores successionem regni sorti fortunæ'que commiserunt, ita scilicet vt sub ortum solis conscensis equis eos ante regiam producerēt, & cuius equus vocem primus edidisset, is regno potiretur. quod & factum est, Dariúsque eo pacto, quoniam scilicet eius equus primus omnium adhinniuit, regnum obtinuit, vt refert Horodotus in Thalia, qui liber est 3. Polyænus lib. 7. Stratagematon, Iustinus lib. 1. Ammianus Marcellinus lib. 23. Orosius lib. 2. c. 9. Nec id sine ratione factum, quando Plato diuinus ille Philosophus, lib. 3. de legibus, inter rationes imperandi hanc ponat, vt is quem sors delegerit, imperet: quem vero repulerit, pareat.

Darius sorte regnum Persarum adeptus.

30 ¶ Nam & in simili propemodum cōtrouersia, nec absimili fraude, cum inter Cresphontem & Aristodemi liberos, qui ex Heraclidis erant, contenderetur de regno Messeniorum, inter eos conuenit eam controuersiam sorte dirimi: ita scilicet vt cuius sors ex hydria prior exiluisset, is esset potior. At qui delectus fuerat vt vtranque sortem faceret (nomen ei Temeno fuit) sortem filiorum Aristodemi sole arefactam, Cresphontæ autem igni coctam fecit, quo factum est, vt Aristodemi filiorum sors deliquerit. Cresphontis autem statim exilierit. Ideo illi regnum cesserit. Quod Pausanias lib. 4. qui de Messeniacis est, retulit, & è nostris Alciatus li. Parergon 5. c. 22. Ad quod respicere videtur illud Chalini Plautini in Casina vxorem sorte contendentis cum alio,

Cresphontes regnum Messeniorum.

Vtinam tua quidem sicut Herculeis prædicant
Quondam prognatis, ita in sortiendo sors delicuerit.
Tu vt liquescas ipse actutum virgis calefacto aere.

Quod & ibi Baptista Pius interpres scite expendit, & post eum Simon Charpentarius, & nuper Victorius in lib. Variarum lectionum 25. c. 15.

31 ¶ Apud ipsum Plutarchum in Lucullo celebratur præclara accommendabilis illa contentio inter ipsum Lucullum, Hortensium, & Sisennam de Marsica historia componenda. Qui tandem ita conuenerunt inter se, vt cui sors contigisset, is bellum Marsicum describeret prosa oratione, vel carmine, Græcè vel Latinè, prout sors declarasset: quod quidem ipsum, cum Lucullo contigisset, is Græca oratione eiusmodi historiam diligenter absoluit, quæ ab ipso Plutarcho & aliis quoque celebratur. Ex quo, vt id obiter dicam, facile intelligitur quanto studio & animi cupiditate togati homines bonis disciplinis incumberent, & sese sortis euentui in maximis quoque rebus committerent. Idem autem Lucullus Imperator maximus habitus est. Hortensius vero, maximus orator, quem & Cicero ipse in dicendo sibi aliquando prætulit. Sisenna quoque in scribenda historia omnes prorsus Romanos qui ante se scripserunt superauit: quod & Cicero ipse ad Brutum ingenue professus est.

Pulcra contentio inter viros doctissimos sorte dirempta.

32 ¶ Est & altera non minus honesta contentio sorte dirempta apud Homerum lib. 7. Iliados. Nam cum Hector fortissimum quenque Græcorum ad singulare certamen prouocaret, nouem ducibus pugnare cupientibus, ídque ipsum maxime postulātibus, placuit vnum ex illis qui pugnaret deligi sortis euentu: vbi totus Græcorum exercitus trepida votorum cōceptione Iouem precatur, vt in Aiacem Telamonium, aut Diomedem, aut Agamemnonē sors ipsa caderet. Quos versus cum legisset aliquando Alexander ille Magnus (nā & hoc quoque obiter dicere placuit,) Occiderem (inquit) illum qui me tertiū nominasset, vt scribit Ausonius in Panegyrico ad Gratianum Imperatorem. Ex illo autē Homeri loco est illud Aiacis Ouidiani.

Altera apud Homerum.

Alexādri animus magnanimus.

Hunc ego poscentem cum quo concurrere t. vnus
Sustinui, sortémque meam vouistis Achiui,
Et vestra valuere preces.

Illud quoque Sophoclis in Aiace Mastigophoro, id est, flagellifero, de ipso Aiace loquentis,

Χ' ὤτ' αὖθις αὐτὸς εἰς ἔρες μόνος μόνε
Χειρῶν τε, κἀκ λωστος ἦλθ' ἐναντίος,
Οὐ δραπέτην τὸν κλῆρον εἰς μέσον καθεὶς
Ὑγρᾶς ἀρούρας βῶλον, &c.

33 ¶ Apud eundem Homerum lib. 9. Odysseæ, Vlysses delegit qui secum sudem in oculum Po-
Altera. lyphemi impingeret,

Αὐτὰρ τοὺς ἄλλους κλήρῳ πεπαλάχθαι ἄνωγον,
Ὅστις τελμήσειεν ἐμοὶ σὺν μοχλὸν ἀείρας
Τρῖψαι ἐν ὀφθαλμῷ.

Et lib. 10. eiusdem operis, idem Vlysses, & Eurylochus sortiti sunt, vter eorum ad domum Cyrces iret, an in nauibus maneret,

Τῶν μὲν ἐγὼν ἦρχον, τῶν δ' Εὐρύλοχος θεοειδὴς,
Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλομεν ὦκα.

Quem Secutus Ouidius de eadem re loquens, lib. 14. Metamorph.

Sorte sumus lecti, sors me fidúmque Polytem,
Eurylochúmque simul nimiique Elpenora vini,
Bisque nouem socios Circeæ ad mœnia misit.

Sed & li. 3. Iliad. Menelaus & Paris certaturi, sortiti sunt vter prior hastam in alterum iaceret,

Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες
Ὁππότερος δὴ πρόσθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχος.

Idem lib. 23. eiusdem operis scribit sortibus commissum fuisse Teucérne prior an Meriones telum mitteret in columbam, sortémque priorem Teucro contigisse,

Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες
Τεῦκρος δὲ πρῶτος κλήρῳ λάχεν, &c.

34 ¶ Quem item secutus Virgilius de simili certamine loquens, lib. 5. Aeneidos,
Altera similis.

Volucrem traiecto in fune columbam
Quo tendant telum malo suspendit ab alto.
Conuenere viri deiectámque ærea sortem
Accepit galea, &c.

Sorte indicabatur quis prius in certamē descēderet. Nam & alias in huiusmodi certaminibus sortibus indicabant quis primus, quis secundus, & cæteri deinceps in certamen descenderent, vt videre licet apud eundem Homerum, illo eodem lib. 23.

Ἂν δ' ἔβαν ἐς δίφρους, ἐν δὲ κλήρους ἐβάλοντο.
Πάλλ' Ἀχιλεὺς, ἐκ δὲ κλῆρος θόρε Νεστορίδαο
Ἀντιλόχου, μετὰ τὸν δ' ἔλαχε κρείων Εὔμηλος,
Τῷ δ' ἄρ' ἐπ' Ἀτρείδης δουρικλειτὸς Μενέλαος,
Τῷ δ' ἐπὶ Μηριόνης λάχ' ἐλαυνέμεν, ὕστατος αὖτε
Τυδείδης ὄχ' ἄριστος ἐὼν λάχ' ἐλαυνέμεν ἵππους.

35 ¶ Sed & Virgilius ipse lib. Aeneid. 1. ad labores sorte homines vocat,
Ad labores sorte homines vocat.

Operúmque laborem
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat.

Cui simile est illud eiusdem operis,

Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam
Sortiti remos.

Id est, vt recte interpretatur Seruius, per sortem diuisi ad officium remigandi quis esset proreta, quis pedem teneret. A quo non longe distat quod scribit Apollonius Rhodius Argonauticon lib. 1. Argonautas illos Ias. comites transtra sorte partitos fuisse,

Κληῖδας μὲν πρῶτα πάλῳ διεμοιρήσαντο.

Et iterum postea eodem lib.

Οἱ δ' ἀνὰ σέλματα βάντες ἐπισχερὼ ἀλλήλοισιν
Ὡς ἐδάσαντο πάροιθεν.

36 ¶ Et vt redeamus ad Virgilium, huc spectat & illud lib. 8. eiusdem illius operis,

Ocyus incubuere omnes, paritérque laborem
Sortiti.

Scilicet diuisis sorte laboris officiis. Idem statim post prin. lib. 2. scribit Græcos illo Troiano equo confecto sortitos fuisse, qui ex eis in eo includerentur,

Huc delecta virum sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri.

Et lib. 5. domos nouæ vrbis sorte distribuit.

Interea Aeneas vrbem designat aratro,
Sortitúrque domos.

In eodem quoque lib. ostendit cursores in stadio loca sortiri solitos, cum dicit,

Tum loca sorte legunt.

Et id quoque apud Græcos obseruari solitum agnosces ex Heliodoro, lib. Histor. Aethiopicæ 4. & Sophocle in Electra,

Στάντες δ' ἵν' αὐτοὺς οἱ τεταγμένοι βραβῆς

Κλήροις ἔπηλαν, καὶ κατέστησαν δίφρους. Id est,
Stantes, cùm ordinati ludorum præfecti
Sorte loca curribus assignarent.

37 ¶ Sed & apud eundem Virgilium ad pericula sorte legebantur lib. 6. Aeneidos, *Et ad pericula.*
In foribus lethum Androgeo, tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis
Corpora natorum, stat ductis sortibus vrna.
Nam vt ibi Seruius refert, ob mortem Androgei Minois filij ab Atheniensibus illatã, Minos illis deuictis eam pœnam indixit, vt singulis annis septem filios totidémque filias Minorauro edendos darent, quos illi, vt commune omnium esset periculũ, sorte accipiebant: tandémque tertio anno id Theseo Aegei Regis filio sorte euenit. Nam & id propè omnibus solemne erat, vt sorte ad pericula vocarentur, vt etiam testatur illud oraculum à Pausania recensitum lib. 4. quo Messeniaca describit,
Κόρην ἄχραντον νερτέροισι δαίμοσι
Κλήρῳ λαχοῦσαν αἰπυτιδῶν ἀφ' αἵματος
Θύσατε νυκτὶ περῶσιν ἐν σφαγαῖς.
Puellam intactam inferis Diis
Sorte acceptam ab Aepytidarum sanguine
Mactate nocturna mactatione.
Idem in lib. 3. quo Laconica describit, tradit Limnæum locum fuisse, in quo Dianæ Orthiæ, id est, erectæ, sacellum fuit vbi antiquitus homines ex oraculo sorte ducti mactabantur. Sic & Eubœa à Callisthene patre pro salute patris, & Colophoonia ab Erichtheo quoque patre pro Atheniensibus ex sortibus mactatæ sunt, vt prodit Iulius Hyginus Fabularum ca. 238. Et olim apud Phœnices & Carthaginenses diu obseruatum fuit, vt infantes principum filios sorte ductos regio ornatu Saturno immolarent, & quos sors morti destinaret, morti subtrahere non licebat. Ex quo Imilce Hannibalis vxor, cùm Aspar eius filius ex sorte mactandus esset, dolenter hæc dicit apud Silium ad lib. 4. Punicorum,
Quæ porrò hæc pietas, delubra aspergere tabo?
Et cætera quæ sequuntur. De quo & tu vide Lactantium lib. 1. c. 21. & Eusebium lib. 4. Præparationis Euangelicæ.

38 ¶ Similitérque apud ipsum Virgilium lib. 9. *De cadēre.*
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat.
Id est, vt & Seruius interpretatur, sorte diuisa ad defensionem periculi, siue, vt ego malo, ad obeundum periculum, nisi idem sit. A quibus non longè distat quod & scribit ipse Virg. 4. Geor. de apibus quidem loquens, sed illis morem hominum tribuens,
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti.
Id est, vt Seruius annotat, ex sorte. Aduerbium enim est, quod traxit à militia. Et quod Silius Italicus lib. 10. scribit post Cannense prælium Romanos sortitione custodiédæ vrbis munus accepisse,
Hæc inter, sed enim reliqui pia turba Senatus
Munera sortito inuadunt.
Nam & ex Homero illud quoq; didicimus, milites in castris loca sorte accipere solitos. Apud eum enim lib. 10. Iliados, Dolon interrogatus ab Vlysse, quibus in locis essent Troiani milites & cæteri, id inter cætera respondit,
Πρὸς Θύμβρης δ' ἔλαχον Λύκιοι Μυσοί τ' ἀγέρωχοι.
Sed & ex multis fratribus sortiebantur qui ex illis ad bellum proficiscerentur, vt patet ex eo loco Homeri Iliados 24
Ἓξ δὲ οἱ υἷες ἔασιν, ἐγὼ δέ οἱ ἕβδομός εἰμι
Τῶν μετὰ παλλόμενος κλήρῳ λάχον ἐνθάδ' ἕπεσθαι.

39 ¶ Et è diuerso apud ipsum Virgilium eod. lib. 9. Aeneidos, ad prædam milites sorte post victoriam vocabantur. *Ad prædã milites sorte vocari.*
Si verò capere Italiam, sceptrisque potiri
Contigerit victori, & prædæ ducere sortem. Nam & pòst paulò,
—Ipsum illum clypeum cristásque rubentes
Excipiunt sorti.
Ad quod & illud pertinet quod lib. eiusdem operis 3. scripserat,
O fœlix vna ante alias Priameia virgo
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori, quæ sortitus non pertulit vllos,
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.
Ibi enim loquitur Andromeda de Polyxena, quæ nullam sortitionem passa, vt cęteræ quæ in prędam

prædam cesserant, morti statim dedita est, ob idque eam fœlicem fuisse arbitrabatur. Et huc quoque pertinet illud Ouidij lib. 13. Metamorph.

Nunc etiam præda mala sors, quam victor Vlysses
Esse suam nolet &c.

Apud Pausaniam in Achaicis Eurypilus Euemonis filius in Troiana direptione sortitus est arcam Vulcani opus, donum à Ioue datum Dardano. Sed & apud Aelianum libr. 5. de varia Historia Athenienses, deuictis Chalcedonensibus terram eorum, quæ Hippobota dicitur, in quadraginta portiones sorte diuiserunt. Et apud Flauium Vopiscum probus Imperator probissimus, cùm de præda repertus esset equus non decorus, neque ingens, qui vt captiui dicebant centum ad decem milliaria currere diceretur, ita vt per octo, vel decem dies continuaret, crederetúrque omnes ipsum Probum sibi seruaturum, dixit fugitiuo militi potius quàm forti eum equum conueuire: deinde in vrnam milites iussit nomen suum mittere, vt aliquis eum forte acciperet. Plutarchus in Lucullo scribit Tigranis milites paucitatem exercitus Luculli contemnentes, & iam sibi certam victoriam promittentes super Romana spolia, quasi iam parta essent, sortes iecisse.

40 ¶ Et id quoque apud Homerum reperies lib. 5. Odyss. vbi etiam de præda Vlyssis ex Troia, quam consecutus est, hæc scribit,

Ad idem.

Πόλλ' ὅσ' ἂν οὐδέποτε Τροίης ἐξήρατ' Ὀδυσσεύς,
Εἴ περ ἀπήμων ἦλθε λαχὼν ἀπὸ ληΐδος αἶσαν. Et lib. 6. Ili. vbi de præda Achillis,
Ἄλλον δ' ἐνθένδε χρυσὸν καὶ χαλκὸν ἐρυθρὸν,
Ἠδὲ γυναῖκας ἐϋζώνους, πολιόν τε σίδηρον
Ἄξομαι, ὅσσ' ἔλαχόν γε.

Id quod etiam ex Euripide apertè intelligitur in Troadibus,

Πολλοῖς δὲ κωκυτοῖσιν αἰχμαλωτίδων
Βοᾷ Σκάμανδρος δεσπότας κληρουμένων,
Καὶ τὰς μὲν Ἀρκὰς, τὰς δὲ Θεσσαλὸς λεὼς
Εἴληχ'. Et alibi sępè in ea Tragœdia. Quem imitatus alter Poëta Tragœdiographus, sed Latinus, scilicet Seneca in Tragœdia eiusdem nominis,

Dominum ecce Priami nuribus & natis legens
Sortitur vrna, præda quem vilis sequar,
Hic Hectoris coniugia despondet sibi,
Hic optat Heleni coniugem, hic Antenoris,
Nec deest tuos Cassandra, qui thalamos petat,
Mea sors timetur. Et alibi in eadem fabula
Me meus traxit statim
Sine sorte dominus. Rursúmque,
Hele. Magis inuidebis, si tuam sortem scias.
An. An aliqua pœnæ pars mea ignota est mihi?
Hele. Versata dominos vrna captiuis dedit.
And. Cui famula tradar, ede: quem dominum voco?
Hele. Te sorte prima Syrius iuuenis tulit,
Cassandra felix, quam furor sorte eximit.

Nam & Dictys Cretensis de bello Troiano lib. 5. tradit post Troianum excidium, Agamemnoni Cassandram, Menelao Helenam, Demophonti & Achamanti Aethrã, & Clymenam extra sortem concessas fuisse. Cæteras autem sorte datas fuisse. Et aliàs sæpè videmus apud Diodorum Siculum prædã sorte fuisse distributã, & inter alia li. 11. vbi loquitur de victoria Gelonis aduersus Carthaginenses, Ciuitates (inquit) eos quos sibi sors dederat, pro seruis habuere.

41 ¶ Lacedæmonios Græcorum præclarissimos populos sorti fuisse deditissimos ex eo constat, quod scribit Stephanus in libro de vrbibus, ex quorundam sententia Lacedæmona appellatã fuisse ἀπὸ τοῦ λαχεῖν, id est, à sortiendo, quoniam post Heraclidarũ reditum, qui sorte primam hanc consecutus est, Lacedæmona cognominauerit. Moscopulus autem scribit dictam ἀπὸ τοῦ λάχος καὶ δαίμων, quòd ibi Dij ciuitates sortiti sunt, mutatione scilicet χ. in κ. Illud autem planum est ipsos Lacedæmonios ex more principes conuiuiorũ sorte facere solitos, testimonio Plutarchi in Apophthegmatis Laconicis. Nam Agesilaus, inquit, Rex Lacedæmoniorũ cùm sortibus ex more ductis factus esset princeps conuiuij, interrogatus à pincerna quantũ vini cuique conuiuarum daret: Si multum, ait, vini paratum est, dato cuique quãtum poscet: sin minus, cunctis ex æquo impartito.

Lacedæmonios à sorte dictos.

Apud eosdem conuiuiorũ principes sorte deligi.

42 ¶ Et id certè commune fuit omnium Græcorum, quos posteà Romani imitati sunt, vt in Symposiis, id est, compotationibus talis sortirentur quempiam, qui conuiuio præsideret, & leges conuiuiales præscriberet. De quibus Valerius Valentinus iocoso carmine conscripsit, cui titulum nuncupauit Tapullæ, ficto nomine, cuius meminit Lucilius teste Festo Pompeio, in verbo, Tapullam. Hunc præfectum βασιλέα, id est, Regem vocabant. Plutarchus conuiualiũ

Et Romanes.

sermonum deca.1.proble. 4.συμποσίαρχον appellat,id est,côuiuij principem. Varro lib.rerum humanarum 20.apud Noniû Marcellum, Modiperatorem à Latinis vocatum scribit, quasi modum imperantem. Athenæus li.10.ex Eupolide tradit & hos ἀνόπτας dictos. Huius quoq; rei è Græcis meminit Plato lib.de legibus 7. Ex Latinis Plautus in Captiuis,

At ego duco rectè.nam scortum in conuiuio
Sibi amator tales quom iacit,inuocat. Et in Curculione.
—Iacit vultorios quatuor.
Tales arripio,inuoco almam meam nutricem Herem.
Iacto basilicum.propino magnum poculum, ille ebibit. Et Horatius lib.1.Carminum Ode 4.
Nec regna vini sortiere talis. Et lib.2.Ode 7.
—Quem Venus arbitrum
Dicet bibendi.

Quia scilicet alea, in qua Venus obtinet primum locum, sortiebantur, quis in bibendo primatum obtineret,vt ibi dicunt interpretes. Et Plinius lib.16.c.22.eodémq; vlt. Alius quantû alea quæsierit,tantùm bibit,id est,alij tot exiccant pocula,quot iusserit côuiuij dominus, qui talorum casu fortuitò eum locum sortiebatur. Et Macrobius in Saturnalibus alicubi,sed nûc locus non occurrit. Nam & conuiuiis conuiuæ sorte carnes & cæteras res sorte diuidebant,vt videre licet ex Polluce li.6.c. 9.vbi dicit primam ἑρμοῦ κλῆρον id est Mercurij sortem appellari. Idque etiam videre licet ex Plutarcho in Catone Vticensi. In cœnis,inquit partes sortiebatur quòd si non obtineret, amicis ipsum priùs capere iubentibus dicebat, non bene se habere inuita Venere.

43 ¶ Apud Ro.consules,Proconsules,Senatores,Prætores,Quæstores prouincias sortiebantur,vt de Consulibus probatur in Authen.de consulib.in princ.& ex Liuio,lib.4.ab vrb.cond. & apertissime lib.7.cùm scribit Censuit igitur Senatus neutram negligendam rem esse,vtroq; legiones scribi,Consulésque sortiri prouincias iussit. Et lib.10.in ea controuersia . quæ fuit inter Fabium Maximum,& P.Decium,Consules. Et lib.6.2.belli Punici in consulatu Marcelli & Leuini. Et in initio lib.2.belli Macedonici. Et lib.4.cùm dicit. Illa tacita suberat cura, ne nouus Consul Græciam prouinciam sortiretur.& post initium li.7.eiusdem belli.& Dionysio Halicarnasseo li.6.& Plutarcho in vita Pauli Aemilij,& in vita Crassi.& Probo Aemilio in vita Catonis Censorij,& Valerio Maximo lib.3.c.7. vbi de P.Furio Philo, & ante hos Cicerone & aliis plurimis sæpissimè.

Consules prouincias sortiebantur.

44 ¶ De Proconsulibus constat ex l.emancipati.§.1.ff.de adop. Et ex eo quod scribit Tullius li.5. epist.famil.epist.2.ad Q.Metellum,& Plin li.2.epistol.ad Arrianum, Neruam diiudicare in sortitione prouinciæ,rationem Firmini nô esse habêdam. Et quod tradit Suetonius in Augusto.prouincias validiores,& quas annuis magistratuû imperiis regi nec facilè,nec turû erat, ipse suscepit,cæteras Proconsulibus sortito permisit. Idque etiam videre licet apud Ciceronem li.5. Epistolarû familiarium.epist.2.quæ est ad Q.Marcellum. Appianum in sexcentis locis:& Philostratum in Apollonio li.5. Aelium Spartianum in Seuero. Quin & Proconsules ipsos sortibus eligi solitos,ex Dione lib.58.coniecit Alciatus lib.Paergôn 5, c.22.

Et Proconsules.

45 ¶ De quæstoribus,vt scilicet ij prouincias sortirentur,probat Vlpianus in l.1.§.1.ff.de Quæst. & Tullius in 2.in Verrê actione,& in oratione pro Lucio Murena,& in oratione in Vatiniû & lib.Epist.fam.2.epi.vlt.Cornelius Tacitus li.13.Historiæ Augustę,& in vita Agricolæ.Sors Quæsturæ prouinciam Asiam dedit. Valerius Maximus li.6.c.9.in fi.vbi de Lucio Scylla. Et Fenestella,si is est,qui vulgò nomine illius circumfertur,in libro de magistratibus,quod minimè credo,cùm is liber esset multos authores Fenestella atque Vlpiano qui illum citat in ea l.1.de Quæstor.tempore inferiores,ipse autem Fenestella obiit nouissimo Tiberij Cæsaris principatu,vt scribit Plinius lib.33.c.11.Sed vt redeam,idem probat Suetonius in Vespasiano c.2.cùm dicit,Quæstor Cretam & Cyrenas prouinciam sorte tulit.

Et iidem Proconsules sortibus deligebantur.
Fenestella an sit liber qui eius nomine vulgò circumfertur.

46 ¶ De Prætoribus videre licet ex Tullio in 2.in Verrem actione,Cùm Prætores designati sortirentur,&c. Et in illa 3.in eundem actione. Nam vt(inquit)Prætor factus est,& sorte nactus est vrbanę prouinciæ. Et in 4.Qui simulatque ei sorte prouincia Sicilia obuenit,& c.nâ ibi de Prætura loquitur. Et ij quoque qui pro Prętoribus in prouincias mittebâtur,qui Pętorij dicebantur,vt videre licet ex epist.Cęlij ad Ciceronem li.8.Epist.famil.ipsius Ciceronis epist. 9.Cum imperio in prouincias pro Prætore mitti oportere,eos sortitò in prouincias mitti placere.& alibi sæpè in eadem epist. Et ex Liuio in lib.10.secundi belli Punici,& alibi sæpissimè. itémque Suetonio in Cæsare c.18.vbi scribitur, Ex Prætura vlteriorem sortitus Hispaniâ,&c. In Augusto,c.3.cùm dicit, Ex Prætura Macedoniam sortitus,&c.

Et Prætores.

47 ¶ Hinc sortis coniunctio,necessitudo,& societas sæpissimè apud Ciceronem, cùm videlicèt duobus magistratibus,scilicet Prætori & Quæstori,& similibus eadê prouincia obueniebat. Nam in prima in Verrem actione,Sic enim à maioribus nostris accepimus,Prætorem Quęstori suo parentis loco esse oportere:nullam neque iustiorem,neque grauiorê caussam necessitudinis posse reperiri,quàm côiunctionê sortis,quàm prouinciæ,quàm officij,quàm publicâ

Sortis coniunctio & societas.
Sortis necessitudo.

munecis

muneris societatem. Et paulò infrà, Accusaui eum quicum Quæstor fuerã, quicum me sors consuetudóque maiorũ, qui cum me Deorum hominúmque iudicium coniunxerat. Et in secunda in eandem actione, Quæstura primus gradus honoris quid aliud habet in se, nisi Cn. Carbonem spoliatum à Quæstore suo pecunia publica? nudatum & proditum Consulem? desertum exercitum? relictam prouinciam? sortis necessitudinem religionémque violatam? Et in tertia, Quod de repub. sensit, ita sensit, vt nec fidem suam, nec morem maiorum, nec necessitudinem sortis læderet. Etenim si hæc perturbare omnia, & permiscere volumus, totam vitã periculosam infestámq; reddemus, si nullam religionem sors habebit &c. Iterúmque, Qui in Cn. Carbone sortem, in Cn. Dolabella voluntatem neglexerit. Et lib. 2. Epist. famil. epist. vlt. Magni enim videbatur interesse, ad eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoque accedere.

Consules comitia ex sorte habebant.

48 ¶ Sed & Consules ipsi comitia ex sortibus habebant, id est, inter se sorte comparabant vter eorum comitiis præesset, vt planè ostendit Liuius 3. deca. lib. 4. dum scribit Q. Fabium Maximum, & M. Marcellum sortitos fuisse, vter Censoribus creandis comitia haberet. Et eiusdẽ deca. lib. 5. iterúmque 4. decad. lib. 5. Eodem inquit ferè tempore duorum Consulum literæ allatę sunt Q. Minutij Comitia suæ sortis esse. Et rursum, consulibus ambobus Italia prouincia decreta est, ita vt inter se compararent, sortirentúrue vter comitiis eius anni præesset. Et iterum libro nono, non semel. Vti etiam Tribuni plebis vt ex eodem videlicet libr. 3. ab vrb. cõd. vbi loquitur de M. Duellio Tribuno plebis, Cui inquit, sorte euenit, vt comitiis pręesset. Sed & ipsi Consules vt ad eos redeamus, sortitò fasces accipiebant, vt scribitur in dict. Auth. de Consul. in princ. Nam & quod in idem recidit, sortiebantur dies, quibus singuli imperabant, vt apertè innuit Liuius lib. 22. cùm dicit, Itaque Varro postero die, cuius sors eius diei imperij erat, nihil consulto collega propositum signum dedit. Vide tamen quod de eo dicam infrà in 5. opinione, nu. 10. apud Romanos, & seq.

Cõsules sortiebantur vter ædes diis dedicaret.

49 ¶ Apud ipsum Liuium lib. 2. ab vrbe condita Valerius Publicola & Horatius Consules sortiti sunt vter dedicaret ędes Ioui in Capitolio. Horatióque sorte euenit. Idque etiam aliàs fieri solitum satis declarat quod scribit idem Liuius li. 4. quod cùm Cn. Iulius Consul ædẽ Apollinis absente collega sine sorte dedicasset, egrè id passus Quintius collega cùm rediisset, in senatu conquestus est. Ex eodem eo ipso lib. 4. satis apparet, quòd cùm inter Consules non conueniret in deligendo Dictatore, sorte dirimebant vter eorum Dictatorem diceret. Hæc enim sunt verba illius, Sors vt Dictatorem diceret (nam ne id quidem inter collegas conuenerat) T. Quintio euenit. Is Posthumum Tubertum Dictatorem dixit. Iidem Cõsules cæteriq; Imperatores exercitus & copias ex more sortiebantur teste Dionysio Halicarnasseo lib. 8. Antiquit. Ro. Sed & iidem sortiebantur vtri bellum quodpiam demandaretur, vt videre licet ex Valerio Maximo li. 1. tit. 5. qui de ominibus est, quo loco de L. Paulo loquitur. Deniq; & ipsi legiones sortiebantur, vt satis declarat Liuius 3. decad. lib. 1. paulò ante fi.

Et Censores vter principẽ Senatus legeret.

50 ¶ Et hęc quidem de Consulibus. Sed & Censores sorte quoque dirimebant, vter eorum legeret principem Senatus, vt retulit ipse Liuius 3. decad. libr. 7. Ex cuius etiam verbis de ea re loquentis intelliges. Romanos id Deorum esse iudicium existimasse, quod in huiusmodi rebus sorte contingebat. Sed & ipsi Censores sorte comparabant, vter eorum lustrum cõderet, teste eodem Liuio lib. 8. eiusdẽ 3. deca. & rursum 4. deca. li. etiam 8. & Varrone li. 5. de lingua Latina.

Quæstores suos consules sortiebãtur.

51 ¶ Quæstores suos Consules sortiebantur, id est, cùm vtriq; Consuli suus Quęstor deputabatur, sorte Consulem cui addicti forent, deligebant. Quod patet ex illo loco Tullij in Oratione pro Cornelio Balbo, Quæstor hic C. Antonij collegę mei, iudices, fuit sorte, sed societate consiliorum meus. Et philip. 2. Quæstor, inquit, es factus, deinde continuò, siue Senatusconsulto, siue sorte, siue lege, ad Cæsarem incurristi.

Sortitione in quosdam ex multis animaduertebatur.

Decimatio.

52 ¶ Tullius in oratione pro Cluentio Habito, Statuerunt ita maiores nostri, vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur: vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Quibus verbis Tullius insinuat antiquum morẽ quo in decimum quenque militem sortitione capitaliter animaduertebatur: nam & id paulò pòst sortiri ad pœnam vocat. Et huius quoque meminit Liuius lib. 2. ab vrbe condita. Cętera (inquit) multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti. Id quod apud Dionysium Halicarnasseum libro nono, & Frontinum li. Stratagematôn 4. c. 1. fecit Appius Claudius Cõsul. & apud Appianum libro primo, Crassus, quod & Plutarchus retulit in vita ipsius Crassi, vbi hunc morem Romanorum peruetustum fuisse scribit, qui vt dicit, minorem damno ignominiam continet, plurimúmque aspicientibus horrorem incutit. Apud eundem Appianum libro secundo, non semel Iulius Cæsar, & apud eundem in Illyrico Augustus: Rursúmque in Parthico Antonius: quod & postremum retulit Plutarchus in ipso Antonio, & Frontinus quo loco suprà citauimus, vbi & alios, qui idem fecerunt, memorat, & Apud Cornelium Tacitum libro Annalium 3. L. Apronius. Id'que nonnulli decimare appellant. Nec solum hęc pœna ex decimatione sumpta est à suis militibus, sed quandoque ab hostibus. Sylla enim cùm Athenas cepisset, omnes quos sibi aduersarios nouerat in Ceramicum conclusos sorte de-

Decimare.

cimum

cimum quemque ad supplicium duci iussit, vt author est Pausanias lib. 1.

53 ¶ Et hac quoque decimatione etiam ex sorte, sed non ob eandem caussam vsus est Cambyses ille Persarum Rex. Nã cùm in expeditione aduersus Aethiopes fame premeretur ipsius exercitus, decimum quenq; militem sortiri necarique in cibum iussit, vt retulit grauissimus author Anneus Seneca libr. 3. de ira, & ante eum parens ille historiæ Herodotus in Thalia, qui liber est 3. Ex quo illud Lucani lib. 10. *Alia decimatio ad cibum ob famem.*

Vesanus in ortus
Cambyses longi populos peruenit ad æui
Defectúsque epulis, & pastus cæde suorum
Ignoto te Nile.

Id quod aliàs non absimiliter ab Vsipiis factum testatur Cornelius Tacitus in vita Agricolę. Eò (inquit) ad extremum inopiæ venere, vt infirmissimos suorum, mox sorte ductos vescerentur. Et à Phœnicibus Porphyrius libro secundo, de abstinentia ab esu carnium: eos enim ab Amilcare cui cognomen Balcas fuit, aut vt alij appellant, Barca (Is Hannibalis pater fuit) in eam victus inopiam fuisse redactos, vt commilitones sorte eductos comederent.

54 ¶ Apud ipsos Romanos olim, vt adeos reuertamur, caussę sortibus ex vrna ductis ordinabantur. Nam quo tempore agebantur caussæ, conueniebant omnes, & ex sorte dierum ordinem capiebant, quo post tricesimum diem suas caussas exequebantur. Quin & ipsi iudices sortibus quoq; ex vrna ductis assumebantur, vt etiam tradit Asconius Pedianus in commentariis in orationem Ciceronis in Verrem, quam diuinationẽ appellant, & videre licet ex l. in criminalibus, sub tit. de iurisd.om. iud. in C. Theodosiano. Vnde illud Virgil. lib. 6. Aeneid. *Caussa sortibus apud Romanos.*

Nec verò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes.
Quæsitor Minos vrnam mouet, &c.

In cuius loci enarratione Seruius id scribit quod suprà in prin. huius vers. diximus.

55 ¶ Quod & astruit Cicero in Verrem actione tertia. Deinde cæteras dicas omnes illo foro M. Posthumius Quæstor sortitus est, hanc solam in illo côuentu reperire sortitus. Et rursus. Scribitur Heracliodica, Primò mirantur omnes improbitatem caluniæ, Deinde qui istũ nossent, partim suspicabantur, partim videbant adiectum oculum esse hæreditati. Intereà dies aduenit, quo die sese ex instituto ac lege Rupilia sortiturum Syracusis iste edixerat, id est, sortitione caussas cogniturum. Et subdit, Paratus ad hanc dicam sortiendam venerat. Cùm enim Heraclius non posset, eo die sortiri, quòd lex Rupilia vetaret, diebus triginta sortiri dicam, &c. Et iterùm paulò infrà. Id ei postero die venit in mentem, è lege Rupilia sortiri dicas oportere. Eduxit ex vrna tres. & cæter. Et in oratione in Vatinium, Nam quis reus in tribunal sui Quæsitoris ascenderit? eúmque vi deturbarit? subsellia dissipatit? vrnas deiecerit? Et Propertius lib. 4. *De eadem re.*

Aut si quis posita iudex sedet Aeacus vrna
In mea sortita iudicet ossa pila. Et Iuuenalis Satyra 14. in princ.
—Improba quamuis
Gratia fallacis Prætoris vicerit vrnam.

Et Seneca Tragœdiographus in Hercule Furente actu 3.

Non vnus alta sede quæsitor sedent
Iudicia trepidis sera sortitur reis,
Auditur illo Gnosius Minos foco,
Radamanthus illo, Thesidis hoc audit socer. Et in Agamemnone actu 1.
Repetemus omnes, quos ob infandas manus
Quæsitor vrna Gnosius versat reos. Et Claudianus lib. 2. de raptu Proserpinæ,
Vrna nec incertas versat Mineia sortes.

56 ¶ Vnde & Apud Suetonium in Augusto sortitiones iudicum appellantur. Et in nostris legibus sortiri iudicium dicimus. l. Iudæi. C. de Iudæis. Et sortiri iudicem, in l. denunciasse. §. vlt. ff. de adult. & in l. quoties. C. de priuil. Scho. lib. 12. & in §. illud quoque, in Auth. de exec. & tis qui conue. & apud Ciceronem ad Q. fratrem lib. 2. Is cùm grauiter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus questus esset, sententiam dixit vt ipse iudices per Prætorem Vrbanum sortiretur. Iudicum sortitione facta, comitia haberentur. Hæc ille. & Plinius in docta illa sua Pręfatione. Quamplurimum refert sortiatur aliquis iudicẽ, an eligat. Et sortiri forum, in c. vlt. extrà de foro compet. Suetonius vt id præcedentibus adiiciam, tradit in Vespasiano c. 10. illum sorte elegisse, per quos rapta bello restituerêtur, quique iudicia centumuiralia extra ordinem iudicarent. Ante illum Augustus Cæsar, vt scribit Tacitus lib. 13. promisit Senatui deligere præfectos. deinde ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero Prętorum qui pręessent. *Sortitiones iudicum. Sorte delecti, qui capta in bello restituerẽt. Præfecti ærarij sorte delecti.*

57 ¶ Nec solùm primo loco sortiebantur iudices, sed si qui eorum qui primùm sorte delecti fuerant, reiiciebantur, id est, vt nostri loquuntur, recusabantur, vel moriebantur: alios in eorum locum subsortiebantur, id est, sorte substituebant. Cicero pro Cluentio Habito. Et quòd *Iudicum subsortitio.*

C. Verus

C.Verus Prætor.Vrbanus homo sanctus & diligens subsortitionem in eo codice non habe-ret,qui rum interlitus proferebatur.Et paulò pòst,Si ex lege subsortitus non erat Iunius, id-circo illius damnatione aliquid de Cluentio iudicabatur?Rursúmque haud multò pòst, Ab illo enim quod ex lege subsortitus iudicium non esset,mulcta petita esse dicitur. Et iterum, Cùm præsertim id quod fuit in illo iudicio inuidiosissimum,post paucos dies ex subsortitio-ne sedisset.Rursúmque,Iam non eos Iunius subsortitus est,qui pecunia accepta cõdemnarēt. Et in 2.in Verrem actione,Posteaquam reiectio iudicum facta est,quòd & in sortitione istius spem fortuna Po.Ro.& in reiiciendis iudicibus,mea diligentia istorũ impudentiam vicerat, & cæt.Et rursum,Subsortiemur etiam in M.Metelli locum.Et in 3.in eundẽ actione,Cur ea quandiu alium Prætorem cum iis iudicibus,quos in horum locum subsortitus est,de re in cõ-silium iturũ putasti,tandiu domi fuerũt?Et rursum ibi,Nam de subsortitione illa Iuniana iu-dicum nihil dico.Et in oratione pro Cn.Planco,Iã non eos Iunius subsortitus est. Et Sueto-nius in Cęsare,c.41.in fi.Instituit quotãnis in demortuorũ locũ ex his qui recensiti nõ essent, subsortitio à Prętore fieret.Quanquam ibi de aliis quàm de iudicibus loquitur.Virgil.autem ab hac iudicum substitutione quæ sorte fiebat,sortiri vsurpauit pro substituere libr.3. Geor. *Antè veni,& sobolem armento sortire quotannis.* Quod & ibi annotauit Seruius.

58 ¶Nam vt declarat Asconius Pedianus in 2.in Verrem actione,moris fuit celebrata iudicum *De eadẽ re.* reiectione,& haberi in officio prætoris & in area reponi nomina iudicum delectorũ. Deinde in vrnam sortitò mitti,vt de pluribus necessarius numerus confici posset.Tertiò permitti ac-cusatori & reo,vt ex illo numero reiicerent quos putarēt sibi inimicos,aut aliqua ratione in-commodos fore.Reiectione autem facta in eorum locum qui reiecti fuerãt,Prætor alios sub-sortiebatur quo ad numerus legitimus impleretur.Nã prima delectio sortitio erat: hæc autẽ subsortitio.Hæc propemodum Pedianus. Et hæc quoque subsortitio fiebat, si ex iudicibus primùm sorte delectis aliqui eorũ morerētur.Nam & tunc subsortitio fiebat aliorũ, in locũ demortuorum,vt videre licet ex Suetonio in Iulio Cæsare c.41.At ne qui noui cœtus recensio-nis causa moueri quandoque possent:instituit quotannis in demortuorum locum ex his qui recensiti non essent,subsortitio à prætore fieret.

59 ¶Nec iudices tantùm apud ipsos Romanos sortibus ducebantur, sed & patroni quoque & *Patroni & aduocati sorte delecti.* aduocati,vt planè videre licet ex illis Plinij Iunioris verbis lib.10.Epist.ad Traianũ, in epist. 3.cuius initium est,Vt primum.Omnibus, inquit,aduocationibus renunciaui:qua ex causa cùm patronum me Prouinciales optassent contra Marium Priscum, & petij veniam, & im-petraui.Sed cùm postea Consul designatus censuisset tacendum nobiscum,quorum erat ex-cusatio recepta,vt essemus in Senatus potestate,pateremúrque nomina nostra in vrnam con-iici,&c.Nec id temerè in alio loco comperies.

60 ¶Et apud Athenienses quoque à quibus Romani maximam partem suarum legũ sumpse-*Iudicũ sortitio apud Athenienses.* runt,vt patet ex l.2.ff.de ori.Iuris,& Liuio lib.ab vrbe condi.3.id etiam fuisse obseruatum,vt iudices sortibus deligerentur,satis apertè constat ex oratione primi præcipuíque illorũ ora-toris Demosthenis cõtra Aristogitonem,atq;etiam contra Neærã,si hæc eius sit,vbi hęc scri-bit,πρὸς λυθέντος ἢ χόνυ λαγχάνει βουλεύειν ἀπόλλωνος.Et ex Aristotele lib. 2. Politicõn, c.10.eo-démq;vlt.vbi ex hoc scribit Solonem à nonnullis repræhensum,quòd omnem ad iudicium, quod sortitione legebatur,traduxisset authoritatem.διὸ καὶ μέμφονταί τινες αὐτῷ.λῦσαι γὰρ θάτε-ρον κύριον ποιήσαντα τὸ δικαστήριον πάντων κληρωτὸν ὄν.Atq;etiam ex Luciano in eo Dialogo cui tit. est,δὶς κατηγορούμενος,ἢ δικαστήρια,id est,bis accusatus,seu fora.

61 ¶Plutarchus in Pericle tradit plures magistratus apud ipsos Athenienses vetere instituto sorte *Magistratus sorte capi apud Athenienses.* capi solitos, scilicet Prætores,Thesmothetas,belli duces,id quod & ipse de Thesmothetis,& præterea de Archontis scribit in libro de fortuna Alexandri.Habebant autem quosdam ma-gistratus qui vocabantur κληρωτοὶ,id est,κατὰ κλῆρον γινόμενοι,quales erant iudices. Locus autem vbi ipsi magistratus per sortem creabantur,κληρωτήριον vocabatur,vt tradit Pollux lib.9.c.1. περὶ τῶν κατὰ θάλατταν μερῶν.Cæterùm hic mos erat apud eos creandorum magistratuum, Compe-titores siue ambientes magno numero paucos,& eos quidem clarissimos eligebant, & eorũ nomina in vrnam mittebant,ex quo hi competitores κληρούμενοι dicebantur.Demosthenes,καὶ κληρουμένων πρῶτος αὐτὸς ἔλαχον,id est,& competitorum primus sorte delectus sum,de qua re multa videbis apud Budæum nostrum in illis doctissimis Commentariis linguæ Græcæ. Id autem proprium Democratiæ esse,vt magistratus sorte deligerentur,scribit Aristoteles,ἔστι δὲ δημοκρατίας,ἐν ᾗ κλῆροι διανέμονται τὰς ἀρχάς.Nec intelligas tamen omnes passim ad sortem ma-gistratuum admissos ab Atheniensibus,sed selectissimos quoque,vt scribit Isocrates in Areo-pagetico,cuius hæc propemodum sententia est,Nec promiscuè omnes ad sortitionem magi-stratuum admisere,sed meliores,& singulis muneribus obeundis aptissimos, adhibito iudi-cio prætulerunt.

62 ¶Porrò vt intelligas quemadmodum Athenienses,vt ad eos redeamus,sortiebantur iudices: *De eadem re.* Athenis erant plura dicasteria,id est,stationes ius dicentium. In aliis enim expendebantur, quæ φονικὰ Græci appellant, vbi agitur de vita.In aliis ciuiles lites tractabantur, id est, περὶ

δημοτι

δημοτικῶν. Vnicuique stationi nomen ex elementorum serie indebatur. Erat enim quæ diceretur α. quæ β. quæ γ. & deinceps vsque ad literam κ. nam decem fuere stationes. Ianuæ autem vniuscuiusque stationis erat superpictum elementum rubri coloris, ex quo nomen ei stationi foret. Quotquot erant Athenis qui muniis iudicialibus fungerentur, habebant singuli pro ratione stationum pugillares in quibus descriptum adseruabatur & ipsorum & stationis nomen: habebántque pariter virgulam inscriptam. Cum autem appeteret iudicandi tempus, in forum commeabant omnes iudices, coniectísque in vrnam sortibus, qui sortitus fuisset literam α. pergebat in stationem cui ea litera nomen dabat. Quod si quis sorte contempta ad iudicandum pergebat, graui mulcta puniebatur. Mos autem erat ex omnibus decem tribubus seligi iudices, & ex qualibet quinque secerni illustrissimos quosque, ex quibus vnus tantum iudicaret, quem sors selegisset.

63 ¶ Ex quibus certe intelliges locum Aristophanis, in ἐκκλησιαζούσαις. Id est, Concionantibus, vbi Blepyrus ita Praxagoram interrogat, *De eadem re.*

Τὰ δὲ κληρωτήρια ποῖ τρέψεις; Cui Praxagoras respondet,
Εἰς τὴν ἀγορὰν καταθήσω.
Κἆτα στήσασα παρ' Ἁρμοδίῳ κληρώσω πάντας, ἕως ἂν
Εἰδὼς ὁ λαχὼν ἀπίῃ χαίρων ἐν ὁποίῳ γράμματι δειπνεῖ. Id est,
Ble. Locum autem sortiendi iudicij vbi constitues? Pra. In forum deponam,
Et postea apud familiarem sorte eligam omnes quousque
Sciens sortitus abeat, gaudens in qua litera cœnet.

64 ¶ Et sicut apud Romanos fiebãt subsortitiones, vt suprà diximus: ita quoque apud Athenienses quibus ἐπιλαγχάνειν, subsortiri dicebantur, & οἱ ἐπιλαγχάνοντες qui sortito aliis subleguntur, ac veluti succenturiantur, ἐκ δὲ τῶν λαχόντων ἕτερος ἐπιλαγχάνειν ἐνομίζετο, ἵν' ἐὰν ὁ προλαχὼν ἀποδοκιμασθῇ, ἢ τελευτήσῃ, ἀντὶ ἐκείνου γένοιτο βουλευτὴς, ὁ ἄλλος ὁ ἐπιλαχών. Id est, Vnicuique enim sortito delecto alterum sortito sublegere mos erat, vt si cuius priore loco sors exierat, præteriretur, aut ei quid accederet, sub sortito ille allectus pro eo vel in Senatu censendi locum, vel magistratum gerendi adipisceretur. Aeschines ἐνταῦθα εἰσέρχεται δημοσθένης οὔτε λαχὼν, οὔτ' ἐπιλαχὼν, ἀλλ' ἐκ παρασκευῆς πριάμενος. De qua re si multo plura videre velis, lege Budæum in illis iisdem Comment. linguæ Græcæ. *Subsortitiones apud eosdem.*

65 ¶ Sed vt ad Romanos redeamus, apud eos quoque legationes sortibus ducebantur, quod satis constat ex illa Prisci Heluidij, & Marcelli Eprij contentione, apud Cornelium Tacitum, lib. 20. Nam cum placuisset Senatui legatos mitti ad Vespasianum. Priscus eligi nominatim à magistratibus, Marcellus vrnam postulabat. Ille sorte & vrna mores non discerni dubitans: hic vetera exempla opponens quæ sortem legationibus posuissent, ne ambitioni aut inimicitiis locus foret. Tandémque vicit pars quæ sortiri legatos malebat, etiam medus patrum annitentibus retinere morem. *Apud Ro. legationes sortibus ducebantur.*

66 ¶ Apud eosdem ex multis iudicibus quis primus, quis secundus, quis tertius & deinceps sententiã diceret, sorte decernebatur, vt satis patet ex eo quod scribit Cicero in oratione pro Aulo Cluentio Habito, iam toties citata. cuius hæc verba sunt, Ecce tibi huiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo & Staleno, & Guttæ esset iudicandum. Nec dissimilis mos erat Syracusis, vt scilicet cum de aliqua re ad Senatum referretur, si quãdo omnes tacerẽt (dicebat autẽ sua spõte qui volebat) sortito cogebãtur dicere, vt scriptis prodidit idẽ Tullius in 6. in Verrem actione. *Et ex multis iudicibus quis primus & deinceps sententiam diceret.*

67 ¶ Nam & inibi quoque mos erat, vt prodituri in concionem secundum literarum ordinem quæ sorte ducebantur, in concionem prodirent. Cúmque Dionysius ille Senior, tum priuatus sortitus esset ius habendæ concionis per literam M. quispiam contemptui, vt verisimile est, illum habens, nulliúsque aut ingenij aut facundiæ existimans. mox intulit, μωρολογεῖς διονύσιε, id est, garriendi potestatem sortitus es Dionysi. Est enim μωρολογία, fatua atque insulsa loquacitas. At ille subinde respondit μοναρχήσομεν οὖν, id est, monarchico igitur potiemur principatu, veluti illud elementum non morologiæ, vt ille cauillabatur, vel concionis faceret potestatem: sed plane monarchici imperij mox futuri præsagium foret, vti etiam obuenit. quod à Plutarcho relatum est in imperatorum apophthegmatis. *Apud eosdem ex sorte in concionem prodibant.*

68 ¶ Quid quod Adrianus ille Imp. doctissimus, apud Aelium Spartianum, Virgilianas sortes de Traiani erga se iudicio consuluisse dicitur. illíque hos versus obtigisse ex lib. 6. Aeneid. *Sortes ex Virgilio.*

Quis procul ille autem ramis insignis oliua
Sacra ferens? nosco crines, incanáque menta
Regis Romani, primam qui legibus vrbem
Fundauit curibus paruis, & paupere terra
Missus in imperium magnum.

Clodio itẽ Albino de fato suo consulenti his versibus Virgilianis, lib. 6. Aeneid. respõsum est,

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques, sternet Pœnos, Gallúmque rebellem.

Quod tradit Iulius Capitolinus in vita illius.

Alexandro quoque Seuero Imperatori optimo, cum illi Heliogabalus insidiaretur, vt tradit Aelius Lampridius ad Constantinum Imperatorem, sors Virgiliana in templo Prænestinæ Vestæ talis exitit, ex eodem lib. 6. Aeneidos,

—Si qua fata aspera rumpens
Tu Marcellus eris.

Quin paruulo ei sors huiusmodi obtigit ex eodem lib.

Te manet imperium cœli terráque marísque.

Et cum postea parentis hortatu animum à philosophia & musica ad alias artes traduceret, his eiusdem ipsius quoque est, illustratus, lib. 6.

Excudent alij spirantia mollius æra.
Credo equidem viuos ducent de marmore vultus
Orabunt caussas melius, cœlique meatus
Describent radio, & surgentia sydera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Gordiano etiam Iuniori forte contigerunt ea eiusdem Poetæ carmina ex eodem lib. 6. à patre ipsius sæpius recitata, vt in eorum vita retulit Iulius Capitolinus ad Constantinum,

Ostendent terris hunc tantum fata, neque vltra
Esse sinent: nimium vobis Romana propago
Visa potens superi, propria hæc si dona fuissent.

Quod vt ille tradit, ita quoque contigit.

Denique Claudio illi secundo, imperatori quoque laudatissimo de se consulenti, vt autor est Trebellius Pollio, obtigit ille versus ex lib. 6. Aeneidos,

Tertia dum Latio regnantem viderit æstas.

Nam & is biennium tantum imperauit. Sed & ei sollicito de posteris hic item versus ex primo Aeneidos oblatus est,

His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Item de fratre Quintillo, quem consortem imperij volebat habere, sors exiit, ex illo ipso versu libri 6.

Ostendent terris hunc tantum fata.

Quod verè contigit, vt qui decimoseptimo imperij die interemptus sit, vt tradunt ipse Pollio, Aurelius Victor, & Eutropius.

69 ¶ Sed & ex Homero quoque, illo virtutum omnium parente Iustiniano appellato, sortes rerum futurarum præsagia deprompta esse, testimonio est Socrates ille hominum sapientissimus ab Apolline iudicatus. Qui cum quispiam in somnis recitasset versum illum Achillis ex lib. 9. Iliados,

Ex Homero.

Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην,

Die tertio Phthiam fertilem ibo.

Mox Aeschini prædixit die tertio se moriturum, vti euenit, vt refert Diogenes Laërtius, & Tullius lib. 1. de Diuinatione, vbi illum versum Homeri ita vertit,

Tertia te Phthiæ tempestas læta locabit.

Et meminit etiam Plato in Critone.

Sed & Marcus Brutus vir integerrimus & patriæ libertatis amantissimus, cum explorare vellet sortem belli Pharsalici, in quo occubuit, incidit in illum versum Patrocli moribundi Hectorem alloquentis lib. 16. eiusdem operis,

ἀλλά με μοῖρ᾽ ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός.

Sed me parca perniciosa, & Latonæ occidit filius. Quod à Plutarcho relatum est in vita ipsius Bruti, & Valerio Maximo, lib. 1. tit. 5. qui est de Ominibus. Opilio quoque Macrino super imperio consulenti obtigit locus ipsius Homeri lib. 8. eiusdem operis,

ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί,
σὴ δὲ βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ὀπάζει.

O senex, certe multum iam te iuuenes fatigant milites,
Tua autem fortitudo soluta est, difficilis vero te senectus premit.

Is nanque iam vetulus erat, & cum annum & menses duos tantum imperasset, ab Heliogabalo admodum iuuene imperio deturbatus, & vita priuatus est. Vt interim taceam Musæi vetustissimi poetæ sortes, quarum meminit Herodotus lib. 7. Nec tamen istis sortibus fidem esse adhibendam putarim. Nam nec ex paginis euangelicis sortes legere Diuo Augustino placuit c. hi qui. 26. q. 2.

Ex Musæo.

Sortib. oracula dabantur ex poetis.

70 ¶ Sortibus autem olim responsa & oracula dabantur, vti plane ostendunt multi antiqui autores. Lucretius lib. 4.

Nequicquam Diuum numen, sortésque fatigant. Virgilius lib. 3. Aeneidos,

Sic fata Deum rex

Sortitur,

Sortitur, voluitque vices, hic vertitur ordo.
Vbi id annotat Seruius. Et lib. 4.
Nunc Lyciæ sortes. Et lib. 6.
Hic ego namque tuas sortes arcanáque fata
Dictamea genti ponam, lectósque sacrabo
Alma viros, folus tantum ne carmina manda. Et lib. 7.
Et veteris Fauni voluit sub pectore sortem. Et paulo post.
Non patrio ex adito sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt. Vbi Seruius scribit abusiue sortes pro oraculis sumi. Ex quibus duobus postremis locis, de eadem re loquentibus intelliges sortem & sortes singulariter & pluraliter pro oraculo & oraculis poni. Tibullus lib. 1. Eleg. 3.
Delia non vsquam quæ me cum mitteret vrbe,
Dicitur ante omnes consuluisse Deos.
Illa sacras pueri sortes, &c. Et elegia 8.
Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra deorum
Præcinit euentus, nec mihi cantus auis. Et lib. 2. Eleg. 5.
Túque regis sortes, per te præsentit aruspex,
Lubrica signauit cum Deus exta notis. Et paulo post.
Hæc dedit Aeneæ sortes. Horatius in arte Poëtica,
Tyrtæúsque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit, dictæ per carmina sortes.
Quod de responsis Apollinis interpretatur Acron. Propertius,
Et quid prænestis dubias petis inscia sortes? Ouidius lib. 1. Metamor.
Placuit cœleste precari
Numen, & auxilium per sacras quærere sortes. Et alibi in eodem lib.
Mota dea est, sortémque dedit, discedite templo. Et lib. 3. eiusdem operis,
Duráque iubent Agamemnona sortes
Immeritam sanæ natam mactare Dianæ. Et lib. 15.
Sic dicere vates
Fatidicásque ferunt sortes. Nam & alibi lib. scilicet 3. eiusdem operis Phœbeas sortes appellat. Seneca in Hercule Oetheo, *Faticinæ sortes.*
Quærens hanc sortem mihi *Phœbea sortes.*
Fatidica quondam dederat. Idem in Oedipo, actu 2. *Fatidica sors.*
In tempore ipso sorte Phœbeia excitus
Tiresia tremulo tardus accelerat gradu.
Plinius Iunior lib. 8. Epistolarum ad Romanum, præsens numen atque etiam fatidicum indicant sortes. Apuleius lib. 5. Asini aurei. Sed Apollo quanquam Græcus & Ionicus propter Milesiæ conditorem sic Latina sorte respondit, &c. Ante hos Ennius, aut quisquis is fuit apud Ciceronem lib. 1. de Diuinatione,
Vt se edoceret obsecrans Apollinem
Quo sese vertant tanta sortes, somnium
Ibi ex oraculo voce diuina edidit
Apollo, &c.

71 ¶ Et ipse quoque Cicero, vt relictis poëtis ad alios autores veniamus, in illo lib. 1. loquitur de oraculis quæ æquatis sortibus ducuntur. Et alibi item eodem lib. loquitur de sortibus Iouis Dodonei. Et Cæsar quo loco loquitur de M. Valerio Procillo capto ab hostibus, ter consultum verum igni statim necandus esset, an in alud tempus reseruandus, sortiũ beneficio euasisse incolumen. *Ex aliis scriptoribus.* Liuius 1. dec. lib. 1. non longe ante fi. Delphos ad maxime inclytum in terris oraculum mittere statuit, neque responsa sortiũ vlli alij committere ausus, &c. Valerius Maximus lib. 1. in princ. Prisco etiam instituto rebus diuinis opera datur: cum aliquid commendandum est, precatione: cum aliquid exposcendũ, voto: cum exsoluendum, gratulatione: cum inquirendum, sortibus. Et iterum eo. lib. 1. c. 6. vbi de Lacu Albano. Cuius rei explorandæ gratia legati ad Delphicum oraculum missi retulerunt præcipi sortibus, vt aquam eius lacus emissam per agros diffunderent. Rursúmque eo. lib. c. 8. vbi de Daphida loquitur. Inde cum iocabundus quasi delusa sacrarum sortium fide reuerteretur, &c. Ibi autem loquitur de eodem Delphico oraculo. Suetonius autẽ in Tiberio, c. 14. meminit sortium oraculi Geryonis. Et in Caligula, c. 57. sortium Antiatinarum. Et in Domitiano, c. 15. sortium Prænestinarum, quibus vtrisque mora nunciata est. Et Prænestinarum quoque idem Suetonius in Tiberio, c. 63. & in Domitiano, c. 15. & Lampridius in Alexandro Seuero, & ante eos Cicero lib. 2. de Diuinatione, & Propertius vti supra diximus. Et Statius lib. 1. Syluarum,
Et prænestinæ poterunt migrare sorores.

Et vbique reperies sortes Apollinis, vt apud Hyginium, Fabularum c.32.& 69.& 88. & 89.& 101.& 120. Et Apuleium lib.5.de Meta.de oraculo ipsius Apollinis Milesij loquentem, Ducite me, & cui sors addixit, scopulo sistite. De qua re etiam quædam videbis apud Alciatum nostrum lib. Parergon 5.c. 22.

Sorte ducti Senatores qui mense Septembri & Octobri manerent.

Vacationes Senatuum.

72 ¶ Augustus Imp. vt tradit Suetonius in vita ipsius c.35. Sanxit ne Septembri Octobrive mense in senatu vllos adesse alios necesse esset, quàm sorte ductos, per quorum numerum decreta confici possent. sibíque instituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem Senatum referendis ante tractaret. Ex quibus aperte intelligis apud antiquos illos Romanos illis duobus mensibus Septembri & Octobri Senatum frequentem, siue ordinarium, siue legitimum dimitti solitum: nec nisi quosdam sorte ductos manere, per quos Senatuscon sulta facere, si quando necesse esset, quibus conficiendis certo numero opus esset. Cuius etiámnum quædam vestigia sequimur in nostris Senatibus Gallicis, quibus vacatio est à Senatu illis duobus mensibus, præter certum Senatorum numerum, qui ibi manere iubentur. Quanquam ne illud omittam. videtur ex eodem Suetonio in ipso Augusto c.32. huiusmodi annuam vacationem Senatus fuisse Nouembri & Decembri mensibus.

Vxores sorte duci solitas.

Sortiri vxorem & maritum.

Sortiri matrimonium.

73 ¶ Romani ipsi in ducendis quoque vxoribus (quod magis mirum est) si quando controuersia intercedebat, sortitionibus vtebantur. Quod ex eo intelligere licet, quod apud Plautum in Casina Chalinus seruus & Olympio villicus coniectis in sitellam sortibus super coniugio Casinæ sortiti sunt, sórsque Olympioni contigit. Nam ea fabula, vt intelligas id Romanos à Græcis mutuasse, sumpta est à Græca Comœdia, cui ob id nomen à sorte Clerumeni impositum est, Latinè Sortientes, vt prologus ipsius Plauti indicat. Quódque apud Suetonium in Tiberio c. 35. in fi. ipse Tiberius quempiam Quæstura mouit, quòd vxorem pridie sortitione ductam postridie repudiasset. Hincque forte videri posset dictum esse, sortiri vxorem & maritum, in l. fœmina. ff. de Senato.& in l. si rogatus. §. matrimonij. ff. de manumi. vindic. in l. cum veterum. C. de douat. ante nupt.& in l.2. vers. quod si per parentum. C. quando & quib. quar. pars, lib. 10. vbi Lucas Pen. no.& l. vlt. C. de inco. eo. lib.10.& §.1.36. di.& c. quia tua. 12. q. 1. Et Ruth. 1. c.& Ecclesiastici c.7. Et apud Apuleium lib. 9. Meta. Pessimam inquit, & ante cunctas mulieres longe deterrimam sortitus coniugem. Et Firmicum lib. 3. Matheseos c. 8. in 7. loco, & lib.5.c. 1. in horoscopo Sagittarij in fi.& in aliis prope infinitis locis. Atque etiam sortiri matrimonium in l. cum te. C. de inoffic. test. Et sortiri vxoris coniunctionem in c. vna 26. di. Et sortiri torum apud Senecam Tragœdiographum in Octauia, actu 2.

Sortita fratris more Iunonis toros.

Germanos sortium obseruatores esse.

74 ¶ Cornelius Tacitus in eo lib. quem de moribus Germanorum elegantissime scripsit, Germanos ipsos sortes, vt qui maxime, obseruare tradit, morémque sortium, quibus vtebantur, describit. Ante eum autem Cęsar lib.1. Commentariorum de bello Gallico scribit, apud ipsos Germanos eam esse consuetudinem, vt matresfamilias eorum, sortibus declararent vtrum prælium committi ex vsu esset, néene. Et vt idem paulo ante finem eius libri tradit, illas quoque de morte captorum in bello sortibus consulere solere.

Fratres sortiuntur, vter eorum maneret vt ille in aliã regionem abiret.

75 ¶ Cum ingens aliquando fames inuasisset vniuersam Lydiam, Tyrsenus, aut vt alij vocant Tyrrhenus & Lydus Atyos tyranni Lydorum filij habito super hac re consilio, bifariam populares suos diuisere, ea lege, vt alter eorum domi cum suis remaneret, alter vero ad quærendas nouas sedes egrederetur. Huiúsque rei arbitrium sorti commiserunt, contigítque vt extractis sortibus profectionis conditio Tyrseno obueniret. Ideóque præparatis nauibus cum suis illas ingressus prospera vsus nauigatione in Italiam peruenit, ibíque accolas huius loci strenue domuit, regionémque illorum obtinuit, & à suo nomine Tyrseniam appellauit, quod à Velleio Paterculo lib.1. Romanæ historiæ proditum est, & Seruio li.2. Aeneid. in eum locum, Vbi Lydius arua, inter opima virum, &c. Et rursum lib. 8. in eum quoque locum, vbi Lydia quondam Gens bello præclara, & Nicolao Leonico lib. Variarum historiarum 3.c.52. vbi tamen neutrum citat, nec alium vnde id acceperit, vti nec semperq; alias fecit in vniuerso illo opere. Verum Myrsilus Lesbius in libello de origine Italiæ & Tyrrhenorũ, id omnino reiicit veluti confictum & contrarium ei quod; scribit Xanthus Lydius in patria historia. Sed quicquid sit de ea. Non dissimiliter Lampeto & Marsepia Getarum reginæ sortito tentarunt, vtra earum in regno ipso manens fines patrios tueretur, vtráve in alienas regiones exercitum duceret eas subactura & imperio coniunctura, vt tradit Iornandes in eo lib. quem de Origine Getarum scripsit. Qui & ipse eodem lib. scripsit Theodemirum regem Gothorum & Germanum missa sorte alterum in partem Italiæ, alterum ad regnum Orientale accessisse.

Sortium exempla ex Aristotele.

76 ¶ Et vt acervatim alia quædam hic tandem colligamus, scribit Aristoteles lib. 4. Politicon c. 5. vtile esse quibus est consiliorum potestas, aut suffragio, aut sorte deligi. Sed & vtile quoque esse, si maior sit numerus popularium quàm Reipublicæ gubernatorum, aut non omnibus proponi præmium, sed iis qui numero Patritiorum pro portione respondeant, aut sorte plures à consilio reiici. De quo & idem multo plura in c. seq. Et lib. eiusdem operis 5.c. 3. A largitionum, inquit, corruptela sine seditione mutantur Respublicæ, vt in Heræa ciuitate, quod

enim

en im legerent eos qui suffragia largitione corrupissent, electio in sortitionem mutata est. Et lib. 6. c. 1. aut vt alij diuidunt 2. Quod si quis magistratus ex antiqua mutatione reliquus sit, tum fas esse ei autoritatem imminuere, & à suffragiis ad sortitionem transferre. Et c. seq. Si pares eos esse contigerit, communem hanc esse cõtrouersiam putandũ est, vt si nunc inter duas partes diuisa sit cõcio aut iudiciũ. Aut enim sorti res cõmittenda est, aut aliud tale faciẽdum.

77 ¶ Et vt ad alios autores accedamus, Cicero lib. Officiorum 3. Quid, inquit, si vna tabula sit, duo naufragi, hique sint sapientes, sibi vterque rapiat, an alter cedat alteri? cedat vero, sed ci cuius magis intersit vel sua, vel Reipublicæ causa viuere. Quid si hæc paria in vtroque? nullum erit certamen, sed quasi in sorte aut in micando victus alteri ceder alter. Hæc ille. Est autem micare, vt id obiter dicam, sortiri digitis, vt scribit Nonius Marcellus huius loci, & aliorum autoritate. Idem in oratione pro Cn. Plancio: vtrum id sortis esse vis, an eius qui eam legem ferebat? Si sortis, nullum crimen est in casu. idem in 3. Phil. Prouinciarum religiosam sortionem appellat. Et paulo post sortitionem diuinam. Apud Liuium lib. 1. Tarquinij duo filij cum accepissent responsum ab Apolline Delphico eum summum imperium Romæ habiturum, qui primus osculum matri tulisset, ipsi inter se vter prior cum Romam redissent, matri osculum daret, sorti permiserunt. Apud eundem 1. dec. lib. 4. Delectum inquit haberi non ex toto passim populo placuit, decem tribus sorte ductæ. ex his scriptos iuniores duo Tribuni ad bellum duxere. Sed & lib. 5. tradit Ambigatum Celtarum regem ob abundantem plebis multitudinem Bellonesum & Sigonesum sororis filios in alias, quas Dii dedissent auguriis sedes, ostendit. Sigoneso autem sortibus datos Hercinios saltus, Belloneso Italiam.

Ex Cicerone. *Micare quid sit.* *Ex Liuio.*

78 ¶ Diodorus Siculus lib. 4. Bibliothbeces scribit, ad custodiam insulæ Ophiadis custodes sorte fuisse diuisos ab Aegyptiorum Rege cui ea parebat, ne quis furto lapidem Topazion, quo ea insula abundat, subtraheret. Et lib. 5. eiusdem operis tradit, quod cum Theseus & Pirithous communi consilio Helenam rapuissent, Athenásque aduexissent, iacta inter eos sorte vtrius ea sponsa futura esset, sorte Theseo obtigit. Idem lib. 11. eiusdem operis scribit Siculos quicquid publici relictum agri accessisset, per ciuium capita quæque suis distributa sorte tradidisse. Et alibi eodem lib. Aegestæos, & Lilybæos agrum ad Maxarum fluuium positum pro sorte distribuisse tradit. Et paulo post agrum Chersonesum sorte quoque mille ciuibus distributum fuisse. Et lib. 12. Sybarienses agrum Thuriorum mœnibus finitimum pro sorte item distribuisse. Et paulo post, ipsos Thurios eundem quoque agrum rursus æqua sorte inter se distribuisse, vt iam intelligas id vbique fieri solitum. quod & videri potest ex his quæ diximus suprà, nu. 5. Sed & alias.

Ex Diodoro Siculo.

79 ¶ Plutarchus in Solone tradit illum ἐν δημοσίῳ præbuisse epulum, quod παρασιτεῖν quasi accubare vocauit. non enim eundem permittebat cibari eo loco sæpius. Si is autem cui sorte obuenerat, recusasset, plectebatur: quoniam illud plus æquo appetentis, hoc superbi & nimis fastidiosi, & communia contemnentis esse putaret. Idem in Pericle, In octo, inquit, partes vniuersam multitudinem partitus, sortibus vtebatur, & cui alba faba contigisset, huic permittebatur in conuiuiis atque otio agere, cæteris pugnantibus. Ideo etiã aiunt eos, quibus res quæpiam suauiter succedunt, eum diem album ab alba scilicet faba vocare. Hęc enim sunt verba illius, ὀκτὼ μέρη διελὼν τὸ πᾶν πλῆθος ἀπεκλήρου, καὶ τῷ λαβόντι τὸν λευκὸν κύαμον εὐωχεῖσθαι, καὶ σχολάζειν παρεῖχε, τῶν ἄλλων μαχομένων. διὸ καί φασι τοὺς ἐν εὐπαθείαις τισὶ γενομένους, λευκὴν ἡμέραν ἐκείνην ἀπὸ τοῦ λευκοῦ κυάμου προσαγορεύειν. Apud eundem Plutarchum Problematon Græcorũ c. 151. Leucippa, Arsinoe, & Alcathoë Minyj filiæ furore percitæ cum carnibus humanis vesci cuperent, de filiis inter se sortitæ sunt. Idem in Nicia autoritate Theophrasti, tradit cum de pacis conditionibus inter Athenienses & Spartanos conuenissent, atque captiuos homines agrósque & ciuitates inuicem captas vtrique reddendas statuissent, sorte discerni placuit quínam priores reddendo esse deberent, Niciámque clanculum eos qui ducendis sortibus præerant, pecunia corrupisse. Idem in Antonio scribit ipsum Antonium & Cleopatram inter se sortitos fuisse, cum se mutuo ad cœnam inuitassent vter eorum inciperet. Idem in Timoleone tradit quod cum inter suos duces contentio esset qui primũ traiciendi fluminis Damyriæ, & aggrediendi locum haberet, Timoleon hanc controuersiam partibus decernere voluit, & ducum singulorum annulos in sua chlamyde coniectos permiscuit. Idem in Parallelis, c. 66. quod cum pestilentia Lacedæmonem vexaret, relatúmque esset oraculum ex Apolline finem mali fore, si quotannis virginem quampiam generosam immolarent, sorte eam virginem assumebant. Et c. seq. idem tradit de Phalerorum pestilentia, vt scilicet in sortem vocarent, quam immolarent. Apud eundem in Othone legiones sorte ordinem capiebant. Idẽ in Theseo tradit ipsum Theseum & Pirithoum sorte cõtendisse vtri eorum Helena obtingeret. Idem in Romulo scribit, ex regibus ab Aenea ortis Numitorem, & Amulium regnum pecuniásque & aurum sorte partitos fuisse, & Numitori regnum, alteri aurum & pecunias contigisse.

Ex Plutarcho.

80 ¶ Apud Dionysium Halicarnasseum lib. Romanarum antiquitatum 4. Etruscus vates asserit sortem non minimam esse partem speculationum in diuinatione, rectam interrogationem. Valerius Maximus lib. 1. c. 1. in princ. Prisco instituto rebus diuinis opera datur: cum aliquid

Ex Dionysio Halicarnasseo.

commendandum est, precatione: cum exposcendum, voto: cum exoluendum, gratulatione, cum inquirendum, extis vel sortibus, &c. Et lib. 8. c. 16. vbi de Sulpitia scribit, ex omnibus matronis centum, ex illis autem decem sorte ductas fuisse, quæ de sanctissima fœmina iudicium facerent, quæ Veneris Verticordiæ simulacrum consecraret. Et Cornelius Tacitus lib. 3. scribit Tiberium quinque Consularium, quinque è Prætoriis, totidem è cætero senatu sorte duxisse apud quos exsoluti plerique legis nexus modicum in præsens leuamentum fuere. Idem lib. 5. scribit Togonium Gallum orasse Tiberium deligere Senatores, ex queis viginti sorte ducti & ferro accincti, quoties curiam iniisset, salutem eius defenderent. Idem lib. 18. satis declarat legiones de ordine agminum sortiri solitos. Idem lib. 20. scribit sorte ductos fuisse, per quos redderentur bello rapta, quíque æra legum vetustate delapsa noscerent, figerentque, & qui fastos adulatione temporum fœdatos exornarent, modúmque impensis facerent.

Ex Suetonio.

Citharœdorum sortitio.

81 ¶ Suetonius in Iulio Cæsare, cap. 41. declarat sorte capi solitos, qui acciperent frumentum ex publico: & si qui eorum vita decessissent alios subsortitione in id deligi. Idem in Augusto c. 13. tradit illum, rogantes patrem & filium pro vita sortiri, vt dimicare iussisse, vel alterutri concederetur. Sed & ibi c. 30. instituit vt regiones vrbis magistratus annui sortito tuerentur. Ex eodem in Nerone c. 21. intelliges Citharœdos ex sorte in scenam prodire solitos, cum scribit, Nomen suum in albo profitentium Citharœdorum iussit adscribi, sorticuláque in vrnam cum cæteris demissa, intrauit ordine suo. Apud eundem in Vespasiano c. 10. Vespasianus ipse sorte elegit, per quos rapta bello restituerentur. quod & nos supra ex Tacito retulimus. Et in Tito cap. 9. ipse Titus curatores restituendæ Campaniæ è Consularium numero sorte duxit. Idem in Domitiano c. 4. scribit illum in Albano celebrasse quotánnis quinquatria Mineruæ, cui collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur. Sed & idem in eodem Domitiano c. 14. prodit decretum fuisse, vt quoties Domitianus Consulatum gereret, Equites Ro. quibus sors obtigisset, trabeati, & cum hastis militaribus eum præcederent.

Athletarũ & Pancratiastarum sortitio.

82 ¶ Nec tamen omittemus similem propemodum illi Citharœdorum sortitionem inter Athletas & Pancratiastas apud Græcos obseruari solitam ex Luciano in Hermotimo: Nam in argenteam, inquit, calpin, id est, vrnam conniciebantur minutulæ sortes faba non ampliores, eo ordine semper seruato, vt binis eadem elementi nota inscriberetur sortibus, pro Athletarum numero numerosioribus. Cum autem tempus pugnandi impenderet, prodibant ex Athletis singuli sortem educturi: nec interim inspiciendi sortem ius erat, id prohibente mastigophoro. Peracto autem orbe Alytarches respiciebat sortes, atque ita dispensabat, vt qui α esset sortitus, cum eo componeretur, qui eandem literam eduxisset, atque ita deinceps Homográmi certaturi prodibant. Sed id tamen demũ fieri solebat, si certaturi pares fuissent. Quod si quinque aut septem conniciebantur in vrnam, solitaria supererat litera, quę antigraphum siue antigramma non haberet, qui eam eduxisset, residebat expectans quamdiu certarent alij, ingressurus mox cũ fatigatis ingens ipse & integer viribus, quod vtique fœlicissimũ censebatur, hicque dicebatur ἔφεδρος, quæ dictio indicat nouissimũ apud Sophoclẽ in Aiace flagellifero.

83 ¶ Iustinus lib. 1. tradit Cyrum adhuc puerum inter ludentes pastores sorte Regem delectum fuisse, quod ei omen fuit futuri imperij. Idem lib. 21. scribit centum virgines & fœminas Locrenses sorte ductas, quas in templum Veneris quàm possent ornatissimas mitterent, vt voto cuipiam ex publico fungerentur. Plinius lib. 33. c. 3. tradit Sesostrim regem Aegypti annis quibusque sorte reges singulos è subiectis iungere ad currum solitum fuisse. Apud Apuleium lib. 4. Meta. Latrones sorte ducti noctibus excubabant speculandi gratia, ne scilicet inuenti deprehenderentur. Et paulo post, Sorte quoque ministerium faciebant. Apud eundem in lib. de Mundo, Reges Persarum stipatores habebant regalium laterum, qui tutela peruigili custodiam per vices sortium sustinebant. Lampridius in Heliogabalo, cum tradit sortes conuiuales scriptas habuisse, quales inibi describit, húncque sortis morem primum instituisse, & ad sortem scenicos vocasse eo modo, quem ibi describit. Flauius Vopiscus in vita Probi tradit sorti commissum fuisse, cui equus velocissimus cederet, scribítque ipsi illum cessisse. Sunt qui Sortem pro Deo cultam fuisse tradunt, vt videre licet apud Plin. lib. 2. c. 7. vt cuius mater Fortuna, vt dicemus infrà, nu. 87. Dea plerisque fuerit existimata, vnde illud Iuuenalis,

Sedis nos Fortuna Deam facimus, calóque locamus.

De quo plurima videbis per Lilium Gregorium Gyraldum de Diis gentium, Syntagmate 16. Sunt quoque qui Lachesim secundam Parcarum à sorte dictam putant, aut quod Sors ea sit, vt existimat Fulgentius: aut quòd vt alij arbitrantur, fatum sortiantur, παρὰ τὸ λαγχάνειν τὸ πεπρωμένον.

Contra sortes.

Fortunæ iudicium à ratione remotum.

84 ¶ Contra istam opinionem, quæ hanc controuersiam sortis iudicio committit, multa adduci possunt, quæ sortes improbant, videlicet c. 1. 26. q. 1. & c. non statim, & c. hi qui, & c. non exemplo. 26. q. 2. & c. aliquanti, & c. sortes. 26. q. 5. & c. vlt. extr. de sort. Et quod dicit Bal. loquens de hoc nostro casu in §. itaque, col. vlt. in proœm. ff. iudicium fortunæ remotum esse à ratione. Ideóque nec rationem ipsam, nec intellectũ debere se committere huic fortunæ, quæ sæpissime pręfert iniquũ æquo, nec recte iudicat, vt no. in l. sed an vltro. §. vlt. ff. de neg. gest. Et paulo post, Oportet

post, Oportet (ait) intellectum omnia determinare, & quàm paucissimè fortunæ committere. l. 2. ff. de condi. & demonstr.

85 ¶ Sed & idem Bald. in c. licèt caussam, col. 7. ver. oppo. quod Papa, de probat. de sorte loquens. Non est (inquit) iustum, vt opes nostras committamus casibus fortuitis, & incertis. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. Nam fortuna est nutus Dei nobis incertus: vel si est altera natura in cęlo habens dominium caducorum, non debemus nos immiscere eius officio. Quinetiam Alci. in d. l. 2. §. ex his. num. 25. dicit id sortis iudicium esse periculosum, & subiectum fortunæ, non rationi. Ob quod non assentitur op. Bar. ibi, de qua suprà diximus. *Ad idem.* *Sortis iudicium periculosum.*

86 ¶ Quibus adde sententiam Ciceronis, qui & id sortis iudicium appellat iudicium fortunę, in oratione pro Aulo Cluentio Habito, Sin autem sortiri ad pœnam atque hominum delictum fortunæ iudicio committere minimè censorium est: certe in multorũ peccato carpi paucos ad ignominiam & turpitudinem non oportet. Nam & idem Cicero lib. 2. de diuinatione. Dicendum (ait) igitur putas de sortibus? Quid enim sors est? idem propemodũ quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus temeritas, & casus: non ratio, nec consilium valet. Tota res est inuenta fallaciis, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. Id'q; multis rationibus & exemplis probat. Suprà autem nu. 75. docuimus quid sit micare. Isocrates autem in Areopagitico, scribit sortitionis gubernatricem esse Fortunam. *Ad idem.*

87 ¶ Nec mireris, quòd Bal. noster, & Tullius sortem vocarunt fortunę iudicium, id enim nolui silentio præterire, quandoquidem Sors τύχης, fortunæ filia est, vt scribit Euripides, *Ad idem.* *Sors fortunæ filia.*

Τὸν τῆς τύχης παῖδα κλῆρον.

Et ex eo repetit Plutarchus, aut quisquis is fuit, dubitant enim nonnulli de authore huius libri, cui titulus est, πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, χερσαῖα ἢ θαλάττια. id est, Vtra animalia sunt prudentiora, terrestria, an marina. Nam & τύχη Græcis vtrunque significat, & fortunam, & sortem. Quanquam sunt qui apud Euripidem, non τύχης legunt, sed ψυχῆς, tanquam scilicet sors sit animæ filia, quæ scilicet, vt scribit Cælius Rhodiginus li. Antiquarum lectionum 29 c. 22. posterioris æditionis, diuiti non cõtribuens τὸ πρωτεῖον, hoc est, honorem præcipuũ, sed vt conuenit pauperẽ abiectũmq; surrigit: magnum verò & potentem æqualitati assuefacit, nec molestè, sed moderatum agere hilariter. Et ita legitur apud ipsum Plutarch. Sympo. decad. 3. prob. 10. nisi ibi mendum sit. Sed prior lectio magis mihi placet. Cui adstipulatur illud Martiani Capellæ lib. 1. de nuptiis Philologiæ & Mercurij, de fortuna. Tunc enim omnium garrula puellarũ, & contrario semper fluibunda luxu, leuitate pernix desultoria gestiebat. Quã alij sortem asserunt, Nemesim'q; nonnulli, Tychénq; complures, aut Nortiam. Cæterùm & de huiusmodi fortunæ iudicio ex Iurisconſ. habes, ne illud ignores in l. seru°. ff. de stat. hom.

88 ¶ Cornelius Tacitus lib. 12. scribit Augustũ permisisse Senatui deligere præfectos, dein ambitu suffragiorum suspecto sorte ducebantur ex numero Prætorum qui pręessent: neq; tamẽ id diu mansisse, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Dionysius autem Halica. li. 1. Antiquitatum Rom. laudat Romulum quòd neq; venalia, neque sorte diuidenda fecisset sacerdotia. Basilius quoque Magnus in Exameron 1. sex dierũ congressione 8. de apibus loquens. Rex (inquit) apud ipsos nõ suffragiis est cõstitutus. Nã imperitia populi sæpenumero pessimum omnium in Magistratum assumit, non sorte potestatem est assecutus. Sortium enim concursus ad omnium pessimum deterrimúmq; persæpe deferunt magistratum. Philostratus antẽ in vita Apollonij, lib. 3. reprehendit illum morem, de quo suprà diximus Aegyptiorum, qui sacerdotes sorte deligebant: atque Græcorum, qui iudices, quos ludis Olympicis præficiunt, sorte etiam assumebant. Sorti namque illos electionem committere, quæ prudentię nihil habet, ita vt possit etiam pessimus quisque sorte assumi.

89 ¶ Et ne omittam Poëtas, Linus Thebanus Poëta vetustissimus, vt qui Apollinis & Terpsichoræ, vt plurimi volunt, siue Mercurij & Vraniæ, vt alij maluut, filius fuit, de huiusmodi sortibus ita scripsit apud Stobæum sermone περὶ φρονήσεως,

Φράζεο δ' ὦ παῖ ἐν στήθεσι μέρος δι' ἀκυῆς
Μύθων ἡμετέρων, ἀτραπὸν περὶ παντὸς ἀληθῆ:
Κῆρας ἀπωσάμενος πολυπήμονας, αἵ τε βέβηλον
Ὄχλον ἀνιστῶσαι, ἄταις περὶ πάντα μεθ' ᾧσι
Παντοίαις, μορφῶν χαλεπῶν ἀπατήματ' ἔχουσαι.
Τὰς μὲν ἀπὸ ψυχῆς εἴργειν φυλακαῖσι νόοιο.
Οὐκ ἐς γάρ σε καθαρμὸς ὄντως δικαίως ὅσιον,
Εἰ μὲν ἀληθείῃ μοίρης ὅλον γένος ἀνδρῶν.

Considera studium intendens, audiendo
Sermones nostros, viam in omnibus veram:
Sortes reiice damnosas, quæ & impiorum
Multitudinem excitantes damnis omnia inuoluunt
Variis, formarum periculosarum imposturas habentes.
Has quidem ab animo arcere studiosè cogita. *Sortes damnosæ dãnis variis omnia inuoluũtes.*

Hęc enim te purgatio omnino verè sanctificabit,
Si verè oderis perniciosum genus ipsarum.

90 ¶Sed cui addere poteris quod Apuleius li.9. Metamorph. significans has omnes sortes vanas esse,& futiles tradit sacerdotes Isidis commentos nouum genus quæstus: euocata enim sorte vnica pro pluribus casulis (aut vt alij legunt capsulis, aut vt alij, casibus) consulentes de rebus variis plurimos ad hunc modum cauillatos. Sortem autem hanc fuisse: ideo coniuncti terram proscindunt boues, vt in futurum læta germinent sata: tum si qui matrimoniũ sorte cooptantes interrogarent rem ipsam, responderi aiebant, iungendos connubio, & satis liberũm procreandis. Si possessiones præstinaturus quæreret, meritò boues, vt & iugum & arua sementis florentia pronuntiari (siue vt legere malo prænuntiari.) Si quis de profectione solicitus diuinũ cuperet auspicium, iunctos iam paratósque quadrupedum cunctorum mansuetissimos, & lucrum promitti de glebæ germine. Si prælium capessiturus vel latronum factionem persecuturus, vtiles necne processus sciscitaretur, additam victoriam sorti, præsagio contendebãt. quippe ceruices hostium iugo subactum iri,& prædam de captiuis vberrimam fructuosámque capturi. Et subiungit, Ad istum modum diuinationis astu captioso corrasetant non paruas pecunias. Ex quibus planè intelligis has diuinationis species nihil aliud esse quàm meram imposturam.

91 *Sorti nunquam locũ esse in qu. facti.* ¶Et illa quidem in vniuersum. Sed quod ad quæstionem nostram priuatim pertinet quæ quidem quæstio facti potiùs est, quàm iuris, vt dicit tex. in l. idem erit. ff. de sta. homi. Omnes propè in ea sententia sunt, in huiusmodi quæst. facti nunquam sorti locum esse, sed vt qui factum allegat, idipsum probet, per l. ei qui. ff. de probat. & l. actor. C. eo. tit. cum si. Nam ita voluit gl. in l. 1. in verbo, prohibebit. & ibi Salyc. col. antepe. vers. nec ob hæc verba. C. vti possid. Iac. Bel. Cy. Ia. Bu. Alex. & Corne. in d. l. vlt. C. com. de lega. Ioan. And. Panor. & Ioan. Ana. in d. c. vlt. de sortile. Io. And. Imo. col. 6. qui illam gl. dicit sing. Panor. & Fely. in d. c. licèt causam, de prob. vbi ex hoc damnãt gl. ibi, de qua diximus suprà, nu. 18. nec hinc longè. Bat. in l. si duo, in prin. col. 2. vers. alij dicũt. ff. vti possidet. Nicol. Neap. Imo. Raph. Co. Pau. Ca. Alex. & Ias. in d. l. huiusmodi. §. vlt. ff. de leg. 1. ex quibus ipse Imo. Alex. & Ias. dicunt etiam illam sing. Ang. in d. l. sed cùm ambo. ff. de iud. Imo. in c. in nostra, de testib. vbi & eam gl. dicit no. reprahenditque etiam gl. ibi, de qua & nos suprà diximus, nu. 17. facit præterea. Floria. in l. itinere. ff. de serui. rust. præd. Ange. Are. in §. sed si ex testamento, col. 2. nu. 8. Insti. de satisd. tut. vbi & illam gl. dicit sing. & in d. §. optionis, Instit. de lega. Barb. in d. l. 2. §. ex his, col. 13. & ibi Ias. qui item illam dicit sing. col. 7. vers. circa ergo secundam quæstionem. & ibi quoque Lancel. Gal. col. 5. vers. quinta sit conclusio. ff. de verb. oblig. Fely. in d. c. capitulum sanctæ crucis, col. pen. de rescrip. & Franc. Ripa in repe. l. quominus, num. 59. ff. de flumi.

92 *Cõtra prædictam opi.* ¶Sed aduerte, quia licèt omnes, vt diximus, vbique id teneant, tamen Philip. Dec. in d. c. licet causam, col. pe. vers. secunda conclusio, de probat. intrepidè tenet contrariũ, ea ratione motus quòd sortes sunt permissæ præterquam in casibus prohibitis, vt suprà diximus nu. 13. alia gl. Nec reperiuntur magis prohibitæ in qu. facti, quàm iuris. Nam in d. l. e. duo sunt Titij. quam plerique in contrarium allegant, aliud est quod impedit controuersiã sorte dirimi, quia agebatur de præiudicio tertij, scilicet pupilli: quo quidem casu res ad iudicium sortis non reducitur, vt nuncupatim voluit gl. loquens etiam de præiudicio pupilli in simili fermè casu, in d. §. sed si ex testamento, vers. si autem, in verbo, partes. Instit. de satisd. tut. Cy. & cęteri in d. l. vlt. C. com. de lega. Bal. in l. si duas, col. 1. ff. de excus. tut. Ange. in d. l. si cùm ambo. ff. de iud. & omnes propè de hac re loquentes. *Sorti non esse locum cùm de præiudicio tertij agitur.*

93 *Idem ius in antecedenti & in consequenti.* ¶Igitur cùm nulla sit diuersitatis ratio in quæstione facti & iuris, quantùm ad hanc rem pertinet, cur aliud in vno statuemus quàm in altero, & potissimùm cùm ex facto ius oriatur. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aqui. & l. duobus. §. si ei qui, & §. vlt. ff. de iureiur. Nam ea iura ad id allegari solent. Et præterea simile ius statuendum sit in antecedenti & consequenti. l. ad rem mobilem, & ibi gl. ff. de procur. & l. ad legatum, eo. tit. & §. idem iuris, & ibi etiam gl. Inst. quib. ex cau. manu. non pos. cum si. Et hanc opi. sequi videtur Anto. cuius Decius non meminit, in d. c. vlt. ad fin. de sortile. dum allegat gl. in d. c. licèt causam, de probat. Et nuncupatim quoque sequitur Caro. Moli. in Consuet. Paris. tit. 1. §. & glos. 1. col. 5. nu. 8.

94 *Sorti nõ esse locum, nisi petatur saltem ab altera partium* ¶Et si eam opi. teneas vt possit huiusmodi res sorti committi, hoc intelligas si ambæ partes, aut certe etiam altera partium contendentium id requirat. Nam vtroque inuito id nõ fieret. Quin in rebus omnino indiuiduis sese mutuo cõcurisu impedirent, per tex. in l. quoties. ff. de vsus. amit. & expressè voluerunt Cy. Iac. Bu. Bat. Saly. Ang. & Philip. Corn. in d. l. vlt. C. com. de leg. Ioan. And. in d. c. licet causam, col. vlt. de probat. & in c. vlt. & ibi quoque Panor. ante fi. & Io. Ana. col. antepe. de sortile. & Bar. in d. l. huiusmodi. §. vlt. ff. de le. 1. & Floria. in d. l. itinere. ff. de serui. rust. pręd. D. Cirier. in tract. Primogenituræ, in 9. q. col. 5. vers. si tamen velis. Imò nec altero inuito, nisi vt dicam infrà, in fi. huius 17. quęstionis.

95 ¶Sed & illud posttremò annotauerim, quòd si res sorte diiudicata fuerit, non poterit appellari: quia tunc grauamen infertur à fortuna, quæ in hoc mundo superiorem non habet, vt quæ

semper

ſemper errat,& multas rerum euoluit mutationes,vt ſing.dicit Bal.in d.l.vlt.col.1.C.com.de leg.allegans § pen.in Auth.vt omnes obed.iudi.& ſequitur Iaſ.qui id dicit ſing. & perpetua memoria dignum ibi,& in d.l.huiuſmodi.§.vlt.col.vlt.ff.de leg.1.Et Rom.in l.ſed cùm ambo quam legit cum l.in tribus.ff.de iud.& Corn.conſ.143.licèt in hac,ad fi.lib.4.& Catel. Cota. memor.incip.ſortis diiudicatio.& Philip.Deci.in d.c.licèt cauſam,col.pe.ver.& de ſorte, de prob.& Hippo.Marſil.in repet.l.1.nu.140.C.de rap.virg.Et ad id citat Cota illud Euripidis, Fortuna cuncta verſat in contrarium.

Sors res iudicata appellationem nō admittit

96 ¶Nam nec hoc caſu,quo ſcilicet res iudicata eſt ſorte,datur etiam minori in integrū reſtitutio,vt ſing.voluit idem Bal.in l.ait prætor.§.vlt. ff.de minori. dum dicit,quòd ſi in diuiſione minor opter deteriorem partem,is reſtituetur,niſi illi ſorte contigerit, quia tunc vtitur iure communi:& contra aduerſam fortunam non datur reſtitutio. Et idem propemodum dicit in l.verùm §.ſciendum,per eum tex.eo.tit.Ad cuius ſententiæ confirmationem facit tex.in l.de fideicommiſſo.C.de tranſact.vbi,quando ex incerto euentu quis poteſt conſequi lucrum & damnum,nullo modo læſus dicitur,etiamſi damnum conſequatur,vel ſi ſit minor:nam in ea l.alter minor erat,de qua & nos plura diximus ad id noſtrum propoſitum in repett.l.ſi vnquā, in verbo,donatione largitus,nu.110.cæterùm ſuperiora.

Nec reſtitutionem in integrum.

97 ¶Sed id tamen intelligendum,modò non ſit intolerabilis quædam deceptio,ex eo quod etiā ſing.dicit ipſe Bald.in l. maioribus.C.com.vtriuſque iudi.per illum text.iuncta d.l.a.C.quan. & quib.quar.pars,lib.10.quòd ſi fratres hæreditatem ſorte diuidant,ex qua intolerabilis deceptio inſurgat,poteſt peti rem in melius reformari. & ſequitur Ro. in d.l. ſed cùm ambo, & conſ.471.lucrum,in fi.& Philip.Fran.in tub.de appel. Corne.qui id dicit ſing. d.conſi.143.ad fin.lib.4.Paris Puteus in tract.de ludo.char.vlt.ver.an à ſententia.Barb.in c.cùm dilecti,col. vlt.de emp.&vend.& in d.c.licèt cauſam,col.pe.& ibi quoq; Deci.vbi ſuprà,de proba.Hipp. Marſ.in d.l.j.vbi ſuprà,de rapto.& Catell.Cota,qui & id ſing.dicit in d.memor.ſortis diiudicatio.& D.Cirier.in tract.de primogenitura,lib.2.q.3.col.16.in 8.prærogatiua.

Niſi intolerabilis ſit deceptio.

98 ¶In quā ſententiam dicit ipſe Bal.quem nullus illorum allegat, con.72.cuius id caput eſt, factū ſuper quo conſilium petitur,in 2.dubio,literam 2.Diuiſionibus eſſe ſtandum niſi vltra dimidiā alter deceptus eſſet,vel niſi alteri beneficio minoris ætatis ſubueniatur,per d.l. maioribus.Etiamſi fiant ſorte ſicut moris eſt, licèt fortè quidā dicerent quòd fortuna ſimilis ſit ludo perditionis,vt maiori nullo modo ſubueniatur,minori autem ſic,iuxta no.l.ſi minor.ff. de minor.Sed & ille ſubdit,iſta non eſt bona ſimilitudo,ſi in hoc caſu fortuna æquiparatur bono & æquo iudici, per d.l.vlt.C.com.de leg.

Ad idem.

99 ¶Sed hæc tamen limitatio non poſſet procedere in hoc caſu de quo agimus.Certum eſt enim ius primogenituræ ad alterū tantum contendentium pertinere:vter tamen is ſit, incertum. Proptereà ab initio quæſt.ſorti committūr eo animo,eo conſilio,vt res alteri tantùm ex ſorte adiudicetur.Propteréaque alter non ſe poteſt dicere læſum, quāuis nihil conſequatur.At in diuidenda hæreditate inter hæredes nihil tale eſt,quia certum eſt omnes hæredes ſuam legitimam portionem habere,proptereáq; ſi in diuidenda ex ſorte hæreditate competiatur vnum maxima ex parte læſum eſſe,quod certum eſt ad illum pertinere,non mirū eſt ſi res reducenda ſit in melius,vt etiam in noſtro caſu foret,ſi poſteà liquidò conſtaret non eum cui ſors primogenituræ obtigit,ſed alterum eſſe primogenitum.

Quid igitur in noſtro caſu ſi poſt ſortis iudicium cōſtet quis ſit primogenitus.

100 ¶Sed quod haud dubiè verum eſt,hæc omnia ita demum obtinēt,ſi in ſorte nullus dolus aut fraus interuenerit,vt in ea hiſtoria quam ſuprà, nu.28.Darius ille primus, de Dario retulimus:& in alia de Creſphonte,nu.ſeq.incip.nam & in ſimili.In quibus vterq;,ſcilicet Darius & Creſphontes regna alter Perſarū,alter Meſſeniorum ſorte fraudulenta conſecuti ſunt.Nā tunc nemo dixerit huiuſmodi ſortes ſequendas eſſe,cum ſemper fraus,dolus,captio,à quacūque re excludi debeat.d.l.maioribus.C.com.vtriuſque iudi.& l.ſi vxori.ff.de aur.& arg.leg.cū ſi.Eſt autem prouerbium apud Sophoclem δραπέτης κλῆρος,id eſt,fugitiua ſors,de re per dolū facta.Et vide quę & nos dicemus in re non admodum abſimili in 60.qu.nu.8.intelliges 2. & ſeq.& diximus in noſtris Retractibus, tit.1.§.14.gl.1.nu.5.vt id,& ſeq.

Quid ſi dolus interuenit.

101 ¶Et vt id caput concludam,ſi quis pleniùs noſſe cupiat an,quando, & quomodo ſortes ſint permiſſæ aut prohibitæ,legat Archid.in c.1.26.q.2.Io.And.in rub.de ſortil.& in c.vlt.eo.tit.& ibi quoque omnes ſcribentes Cyn.& alios in d.l.vlt.C.com.de legat.Omnes in d.l.huiuſmodi.§.vlt.ff.de lega.1.& in d.c.licèt cauſam,de probatio.Feder.Senen.conſ.284.domine reuerēde,Albet.in ſuo dictionario,in verbo ſors.Luc.Pen.in d.l.2.col.3.in verbo,ſortium.C.quan.& quib.quar.pars.Io.Fab.& Angel.Are.in §.optionis,Inſt.de lega.eundem Are.in §.2.Inſtit.de ſatiſd.Paul.Caſt.in l.ſed cùm ambo,quam legit cum l.in tribus,in fin.ff.de iud.Maria Soci. in tract.de ſortibus,ex quo ſe citat in rub.de libel.oblati.in 4.mēbro 8.arg.prin.ad fi.& Fely. in d.c.capitulū ſanctæ crucis,col.pen.ver.ſed an ſortibus de elec.& nouiſſimè Guil.Pontanū in d.l.2.§.ex his,col.10.nu.11.ff.de verb.obliga.& Alciatum lib.Parergôn 5.c.22.& copioſiſſimè Moli.in Conſuet.Pariſ.tit.1.§.8.gloſſ.1.in 2.quæſt.numer.13.& multis ſeq.& Paul.Grillandum in libro quem nuncupatum ſcripſit de Sortilegiis,& Ioan. Oldendorpium, Actionū

Reliqua de ſorte.

classe

classe 4.arti.22.nu.10.eodémque vlt. Et è Theologis Diuum Thomam. in 2.2. quæst 95. per totam eam quæst. præsertim arti.8.& gl.ord.& Nicol.Lyren.in c.1.Io.& eundem Lyren.in c. 34.Num.c.in fi.& in Prou.c.16.in fi.& in c.1.Actorum Apostolicorum.

Quorundã opi. de sorte

101 ¶ Scio autem nonnullos de sortibus hæc scripsisse, Vetustos patres non solitos qualibet leui de causa mittere sortem, sed aut necessitate aut grandi vtilitate vrgente: nec nisi cum magna religione, reuerentia, expiationibus, ieiuniis, mũditia, precibus, votis, sacrificiis, consecrationibus, cæterisque adhibitis religionum sacris mysteriis. Solere enim sacra ipsa operibus nostris rite præmissa, vt maximè diuinam prouocare voluntatẽ & beneuolentiã, diuinorũmque spirituum præsentiam, quorum dispensatione sorte directa, requisitæ rei veram suscipimus voluntatem. Oportere igitur quemcunque per sortes operantem accedere animo bene disposito, non perturbato, nõ distracto, & cũ forti desiderio, firma deliberatione, ac constanti intẽtione sciendi id quod quæsitum fuerit. Præterea erga Deum puritate, castitate, sanctimonia pollentẽ, indubia spe, & firma fide sacris orationibus inuocare, vt dignus efficiatur cui diuini spiritus congrediãtur, diuinãq; volũtas innotescat. Quibus nõnihil subscribit quod Tullius in 1.in Verrem actione, quæ diuinatio dicitur, itẽmq; 2. sortiũ religionẽ vocat. Suprà autẽ satis diximus nunquam sortibus vtendum esse ad diuinationem. id enim ab omnibus prohibitũ.

1

XVII. QVAEST. SECVNDA OPINIO.

2.op. de gratificatione. Leges quæ ad eam faciunt.

AD secundam opin. quæ dicit simpliciter esse locum gratificationi, faciunt multa iura quibus cauetur in rebus id genus gratificationi locum fore. Imprimis l.vlt. ff.de religi. & sumpt.fune. quæ & hac dictione gratificationis vtitur, quæ cum sit Sceuolæ eloquentissimi Iurisconsulti, facit, vt minùs vetear vti ea dictione in hac significatione electionis vnius personæ aut rei ex multis. Quanquam scio aliter accipi à probatis scriptoribus, & Vlpiano. in l.quia poterat, in fi.ff.ad SC.Trebel. Eius autem l.vlt. vt ad eam redeamus, autoritate scribit Alberi.in l.scripturæ, col.1.ver.quid de duobus. C.de fid.instr. post Guil. & Iaco. Aret.in suis quæstionibus statutorum, quòd si potestas iurauerit seruare statuta, & sint quædam sibi contraria, cæteris paribus, locus est gratificationi, quod seruare maluerit.

Alia.

2 ¶ Et alius tex.in l.3.§.si cùm omnes, in prin.& ibi gl.ff.de SC.Sylla. vbi si seruus simul omnibus dominis opem ferre non potuit, poterit eligere cui volet. Et ex ea not.glo. gratificationi locum esse. Qua l.innixus Accursius in l.si vt certo.§.nunc videndũ, vers.quod verò, in verbo saluas facere, in fi.& ibi Ray.And.Pisa.Alberi.Bal.Ang.ff.cõmoda. dicunt, quòd si quis habeat duas res à duobus sibi commodatas, addit Ange.paris valoris, nec possit omnes ab incẽdio saluas facere, locus est granficationi. Et ipse Bald.in l.1.§ sed & si noxæ.ff.si ex noxa. cau. aga.ex eadem l. dicit quòd si seruus est duobus noxæ deditus, & vterque simul petat, erit locus gratificationi domini. Et idem Bal.in l.vlt. in fi.C. de testa. manu. quòd duobus simul idem pretiũ offerentibus pro re subhastata, locus erit gratificationi. & sequitur Firmi.in tract. gabellarũ, in 2.parte prin.q.9.& Fab.à mẽte S.Sab.in tract.de emp.& ven.in 5.parte prin.col.24 einsdem partis, vers.quid autem fiat, & Fran.Ripa.in l.quominus, nu.61.ff.de flumi.

Alia.

3 ¶ Súntque & alij plurimi tex. huic op. adstipulantes, quos hic aceruatim colligemus, in l.de die.ff.qui satisd.cog.& l.summa, ver.sed si alij soluit.ff.de pecu.& l.et apud.§.primo.ff.de pos. & l.in summa, & l.si nõ sortem.§.vlt.ff.de condict.indeb.& l.planè, co.tit.& l.in naue, in fi.ff. locat.& l.si duas, in prin.ff.de excus.tut.& l.si quis à filio.§.1.ff.de lega.1.& l.si quis seruum.§. si inter duas, & ibi gl.& Doct.& §.seq.& l.cùm quidam, & l.statuliberum, in fi.& l.si mihi, & tibi, in princ.ff.de l.2.& l.pater filium.ff.ad leg.Falcid.& l.si non expedierit.§.vlt. ff. de bon. autor.iud.poss. quæ lex est Pauli, & vtitur quoque verbo gratificandi in hoc sensu, & l.si Titius, ibi & gl.ff.de verbo.oblig.& l.si Stichum.§.si decem. ff.de nouati.& l.fœminæ, & d. l. in quibus. & ibi Bal.C.de secun.nup.& c.1.§.inter.& quod ibi no. Alua.& Card.Alexan.in 2.no. tit.de leg.Corta.& c.per venerabilem. versi.quod autem in electione, & ibi glo.in verbo, fauere, & Panorm.de elec.& c.cùm autem, & ibi gl.de iure patro.& in c.duobus, quod est pen. vers.quòd si forsan, & ibi glo.in verbo, concurrant. Pet.Anc.Domi.& alij, de rescrip.lib.6.& c. si quis iusto, & ibi etiam Pet.Anca.in 4.no.de elec.lib.6.

De duobus plaustris sibi obuiantibus.

4 ¶ Húcque spectant multæ gl. videlicet, in l.2.§.1. ff.ne quid in loco publico, de duobus plaustris sibi obuiantibus, vt cæteris paribus sorti sit locus, vtrum retrocedat, vt nos diximus suprà in 1.opi. huius q. nu.20. quódque voluit: aut gratificationi. quam gl. sequũtur Pet. Cy. & Bal. in l.per agrum. C.de ser.& aqua.& nulla sortis mentione facta, sed tantùm vt gratificationi sit locus, Bar.in d.l. 2.§.1.& Ange.in l.fluminum, in prin.ff.de dam.infect. Et alia glo. in l.1.§. apud Iulianum, in prin.ff.depos. ꝙ si duo contendant se esse hæredes deponentis in solidum, & vterque vult satisdare depositario, is certè præferendus est, qui præuenit, & si simul veniãt est locus gratificationi. Et sequũtur Io.An.& Dom.in d.c.pe.de rescr.li.6. Et quod voluit alia quoq; gl.in l.quod & lex.§.si tamẽ plures, in verb.eligẽdi.ff.de li.bom.exhi. ꝙ si sint plures, qui eo interdicto expediri volũt, & ij quidẽ ꝑ omnia pares, loc⁹ est gratificationi, & sequit Bar.ibi.

5 ¶ Alia item in l.duo iudices dati.ff.de re iud. vt à multis citatur, quòd si vtraq; pars æquè suã intentionẽ fundauerit, potest iudex ex discreto animi sui motu, solo Deo inspecto gratificari secundùm

secundùm quam iudicet. nam & eam Inid citat Bal.in c.licèt causam,col.7.versi. glo. dicit, de prob.vbi eam dicit sing.& consi.420.verba principis,col.2.lib.1.vbi etiam eam dicit sing. & cons.481.vertente quæstione,circa medium,eo.lib.1.vbi eam dicit no.& cons.468.qualiter probentur,col.2.lib.3.vbi eam quoque dicit sing.quod cons.repetitur cons.445.lib.5.Tamen nulla est ibi glo.in meis codicibus,quæ id dicat. Nisi si quis id velit sumere ex eo quod dicit gl.prima,cùm dicit,vel hoc intellige in interdicto,vti possideris,cùm vterq; æquè probauit. Tanquam scilicet ex ea glo.Bal.illud assumat quod dicit,tunc posse iudicem litis victoriam adiudicare cui voluerit,si sint pares in probatione,de quo amplius Imo.Pau.Cast.Alexan.& Ias.ibi.& nos alibi quoque dicemus.

An index possit gratificari in paritate probationum.

6 ¶Sed quicquid sit de eo casu,certè habemus aliam gloss.in c.præterea ducatus,in verbo, cōpellatur,tit.de prob.feud.ali.per Fed.quòd si filij domini,aut etiam plures domini non conueniant inter se,cui vasallus præstet fidelitatem,is gratificabitur cui volet præstare,& sequūtur Iac.Bel.Bal.qui subdubitare videtur. Aluar.Marti.Laud.Io.Ray.& Card.Alex.ibi,& ipse Matt.in c.omnes,paulò ante fin.tit.si de feud.fue.contro.inter do.& ag.

Vasallus potest gratificari cui ex dominis non conuenientibus fidem præstet.

7 ¶Nec desunt gl.Iuris Canonici in hanc sententiam,videlicet glo.in c.ecclesia vestra.le 2. in gl.vlt.in fin.de elect.quòd si duo fuerunt electi,sint'que omnia hinc inde paria,scilicet numero,dignitate,& meritis eligentium,& electi,possunt ipsi eligētes procedere ad aliam electionem:& si iterum erunt in omnibus pares,poterit superior gratificari vtri ex electis voluerit. De quo tamen vide Io.And.Pet.Anch.& Pan.ibi,& aliā gl.in c.pe.63.dist.& Arch. qui illam priorem gl.citat,in d.c.pe.de rescrip.lib.6.& quod dicam infrà,in 6.opi.nu.9. suntq; & gloss.

Duobus electis per omnia paribus an superior potest gratificari.

8 ¶Et vtrumcuuque sit in eo casu,certè alia est gloss.illi finitima,quę non adeo in dubium vocatur,in c.si plures,in gl.prima 16.quæst.septima,quæ dicit quòd si inter plures patronos nō bene conueniat de electione,& illi sint pares numero,poterit episcopus gratiam facere, cui velit,quod & voluerunt alia gl.Host.Io.And.Gaspar Calder.Card.Floren.& Panor.in d. ca. cùm autem,de iure patro. Inno.in c.t.in fin.eodem tit. ipse Card.Flo.cons.90.in discussione, col.2.vers.si verò in neutra.Domi. in c.pe.in 7.no.de rescrip.lib.6.Cæsar Lamber.in tract.de iure patro.in 25.articu.7.q.princ.2.par.2.lib.colum.2.num.2.& in 11.artic.4.q.princ.3.partis, eiusdem lib.2.& Ianus in 1.artic.5.qu.eiusdem operis.Sed tamen & super hoc vide Bal.in rub. de elect.col.1.versi.pone in electione.

Patronis dissidentibus episcopus potest gratificari.

9 ¶Sed & in hoc albo sunt gl.illæ in c.si testes.in 1.gl. magna.4.qu.3.& in c.in nostra, etiam in glo.magna,post medium, de testib. de quibus locuti sumus suprà in 1.opi. huius quæstionis nu.17.facit præterea,quòd in casu quē ibi ex illis retulimus,locus est sorti,vt ibi diximus , aut gratificationi.vtrunque enim in eis locis ponunt.Et glo.in c.1.de Iudęis,quod cum cuilibet permittatur Christianum Iudęi seruum redimere 12.solidis,per tex.ibi,Si plures simul eodēmq; tempore conuenerint ad huiusmodi redemptionem,locus erit gratificationi,& ibi eam simpliciter sequitur Hostien.de quo tamen vide quid dicam in seq.op.nu.4.& quod scribunt.

Alimtasm

10 ¶Post gl.adfetam & aliorum Doc.in eam rem sententias, quotū qui inter vetustissimos & doctissimos annumerari iure potest Petrus à Bel. Perti.in l.2.§.2.ff.si quis cautio.illud scribit .quòd si sint duo,& ij quidem æquales magistratus,qui possint & quilibet per se cognoscere, & habeant diuersa tribunalia,& ambo simul & eodem tempore cognoscant:potest reus vtri eorum velit gratificari,vt coram eo procedat.& sequitur Bal.in l.1.post princ.ff.de offi.Cōs. Idem Pet.in §.1.Institu.qui,& à quib.manu.non po.tradit,quòd si duo impetrarunt mandatum ad beneficiū vacaturum in aliqua ecclesia,nec constet vter prior impetrarit,quia vtrūq; mandatum est eiusdem diei,locus est gratificationi.

Reus potest gratificari coram quo ex multis iudicibus compareat.

11 ¶Hunc sequitur Io.And.tempore quidem paulò inferior,sed non autoritate,in addi.Specul. tit.de locat.§.nunc aliqua,vers.77.loquens de patre emphyteuta,qui voluit emphyteusim ad vnum ex plurimis filiis institutis hæredibus peruenire,quem aliter nec nominauit nec designauit,ita vt incertum sit de quo intellexerit.Eius enim rei electionem voluit ad dominum pertinere,per d.l.legato generaliter,& l.si quis à filio.§.vlt.ff.de leg.1.Et illo(inquit)non eligente omnes succedent in ea emphyteusi,per l.cùm quidam.§.vlt.cum l.seq.ff.de leg.2.Et id quidem quò ad illam gratificationem sequitur & dicit no.Ias.in l.2.char. pen. vers.tenendo hanc partem.C.de iure emphyt.Sed tu tamen hic omnino vide Caro.Rui.quid reprobat, cons.36.prima quæst.nu.7.& seq.lib.2.& Doc. in l.si quis Tiuo. §.si hæres.ff.de leg.2.Vide tamen quid dicam in simili infrà in 6.opi.huius q.nu.19.denique.

Si non constat ad quē ex filiis emphyteuta veniat emphyteusis an dominus gratificatur.

12 ¶Huc pertinent duo dicta Barto.quem non immeritò omnes omnibus legum interpretibus (Accursium semper excipio) anteponunt.Primùm in l.2.§. qui exhibēdi,col.1.in fi.ff.de custo. & exhi.reo.quòd si quis vocatus fuer[illegible]simul, & ad eundem diem coram diuersis iudicibus eiusdem dignitatis,& eadem sit & æ[illegible]lis causa,locus est gratificationi coram quo malit cōparere,quod & voluit Bal.in l.2.§.1.ff.[illegible]uis cauti.& in l.Senatus,col.2.&ibi etiam Sal.C.qui accu.non pos. Alterum est cons.10.vis[illegible]atuto communis Tuderti,circa medium,quo respōdit,quòd si ex statuto requiratur in testamento mulieris præsentia aut consensus duorū proximorum consanguineorū,si sint plures eiusdem gradus, locus est gratificationi.

Citatus ad diuersa & ea quidem paria iudicia potest gratificari.

¶Cui subii

Io Fab. aliculs Bar. citauit.

In duobus testamentis eiusdē tēporis iudex gratificabitur.

13 ¶ Cui subiiciendum putarim aliud dictum alterius Doct. nec minoris autoritate nec iudicio, nec multo tempore inferioris, scilicet Ioan. Fab. quem tamen nonnulli antiquiorem faciunt. Sed is Bart. aliquando citauit, videlicet in l. si quando. C. vnde vi. nisi mendum sit in codicibus qui circunferuntur, quod non putamus, cùm illum appositissimè & ex vero alleget. id quod nos obiter dicere voluimus. Hic in l. vlt. col. pen. C. de edic. Diui Adria. tol. scribit q̃ si in casu illius l. nō apparet quis litigatorum habet potiora iura, quia fortè proferantur duo testamenta eiusdem diei, nec apparet vtrum prius sit aut posterius, neutérque eorum possidet, poterit iudex gratificari, per c. duobus, de rescriptis. lib. 6. De quo tamen vide quæ dicā infrà.

Habitans in domo duarum parochiarum potest gratificari in vtra soluet onera.

14 ¶ Nec hoc loco prætermittendus est Albert. Rosat. illorū contemporaneus, nec minoris viri iudicij & eruditionis: qui autoritate Mart. Sil. suffultus, in 2. parte statutorum qu. 141. cuius id exordium est, quarto etiam quæstionem disputatam, scribit quòd si quis habitat domum, quæ est duarum parochiarum, & promiscuè in ea habitat, poterit gratificari in vtra earum soluet onera & collectas, quæ ex statuto solui debent in parochia in qua habitat, per l. eius qui manumisit. §. Celsus. ff. ad municipales. sed vide quæ dixi suprà in 1. opi. huius q. nu. 24. & quod produnt, & quæ dicam infrà, nume. 21. nullus quod diximus, & in 4. opi. huius quæst. nu. 17. cui confine. & in quinta opi. num. 7. & hic idem.

Hermaphroditus aqualiter in vtroque sexu gratificabitur vtrum sequi malit.

15 ¶ Quòd si Bal. in eā rem scripta, vltra alia multa quæ iam suprà ex eo diximus, in vnum colligere velim, certè multò plura ex eo solo, quàm ex vniuersis cæteris adferre possem. Sed satis erit alia quædam commemorasse. Is igitur & post eum Angel. sed vterque post Guil. Cu. in l. quæritur. ff. de statu homi. dicunt, quòd si in casu illius l. neuter sexus alterum superat: poterit hermaphroditus gratificari cui sexui malit inseruire. Et idem quoque voluit ipse Angel. in l. idem erit, quam legit cum l. Arethusa, eod. tit. dum allegat Guil. Cu. vbi suprà. Ex hócq; dicit in casu illius l. eum fore liberū, cui hæres gratificabitur. Sed & illud primùm de hermaphrodito ante hos voluit Host. in summa tit. de test. §. qui testes.

Vasallus gratificabitur cui ex pluribus filiis domini suppetias feret.

16 ¶ His concinit quod & ab eodē Bal. proditum est in l. j. in 23. quæst. ff. de rerum diuisio. quòd si dominus decedat relictis duobus liberis, quibus eodem tempore bellum sit cum externis quibusdam, nec possit vasallus vtriq; suppetias ferre, poterit cui volet gratificari. Quod & ipsum in duobus dominis voluit Bertran. Captio. in c. 1. tit. de for. fideli. & Ioan. Ray. in c. firmiter, char. 5. in paruis, ver. quarto vidimus qualiter, tit. prohi. feu. ali. per Fede. Id quod etiā in alio seruitio (quod appellant) indiuiduo debito pluribus liberis obtinere, vt scilicet possit vasallus gratificari cui id præstare malit, tenet Marti. Laud. & Card. Ale. in c. omnes liberi, vterque col. vlt. tit. si de feud. fue. contro. inter do. & agna. per d. l. 3. §. si cùm omnes. ff. de SC. Syl. & alia quædam ex iuribus suprà citatis. de quo & tu vide quæ dicam infrà in 3. opi. huius qu. num. 5. eodémque vlt. A quibus non longè abest quod post Iac. Ardi. voluerunt Iac. Aluar. & Card. Alex. in c. 1. tit. an mari. succe. vxo. quòd si vxor habeat vasallum, cuius auxilio egeant ipsa vxor & maritus eius simul, poterit vasallus, vtri malit, in ea re gratificari, nec ex hoc vxor poterit conqueri. Et simile dicit Bal. cons. 313. ista quæstio, paulò ante fi. li. 3. quòd si quis habet duo domicilia in diuersis ciuitatibus, quæ bellum contra se inuicem mouent, potest alteri gratificari cui maluerit opem ferre, nisi altera clarè ius haberet, altera minimè per c. domino guerram, tit. hic finit &c.

De duobus rectoribus electis in discordia.

17 ¶ Adstipulatur præcedentibus & quod scribit idem Bal. in authen. habita, col. antepe. ver. dicto de scholaribus. C. ne filius pro patre, quòd si sint duo rectores electi in discordia, superior adeundus est, qui eos ad concordiam cōpellat, aut vtri placuerit deferat. Et ipse Bal. in l. cùm inter. C. de fideicom. liber. post Cyn. in proœmio ff. quòd si propositum sit præmium ei qui primus castrum ingressus fuerit, quod quidem præmium sit indiuiduum, locus est gratificationi cui detur id præmium, si plures simul ingressi sunt. De quo & tu vide quid dicam infrà in 4. opi. huius qu. nu. 12. húcque etiam.

Et duobus electis in imperio.

Et duobus paris dignitatis iubēsibus aliquid fieri quod simul peragi non possit.

Alius casus.

18 ¶ Quódque tradit idem Bal. in proœmio decretalium, col. 2. ver. sed quid si est schisma, quòd si sit schisma in imperio, quia fortè duo fuerint electi, locus est gratificationi. Et in c. vl. paulò ante fi. de dilati. quòd si duo paris dignitatis & potestatis quædam facienda eodem tempore mādauerint, quæ simul peragi non possint, locus est gratificationi. Sed id quomodo intelligatur, videbis apud Spec. tit. de feu. §. quoniam, ver. 12. & seq. & Ro. cōs. 47. visis necessariis, col. 1. vers. 2. ad idē iudicatur, & Barb. in l. si Titius, col. 15. ver. venio nunc ad aliqua. ff. de verb. obli. ¶ Nec rationis esset omittere quod ab eodem Bal. scriptum est ad nostram quæstionem propius accedens, in c. 1. §. & quia vidimus, col. vlt. versi. extrà quæro, tit. qui feud. dar. poss. quòd si actum sit, vt deficientibus masculis, feudum veniat ad vnam fœminam: si primogenita successit in alia hæreditate, succedet & in hoc feudo, cæteris exclusis: aliàs dominus gratificabitur argu. text. ibi, in verbo, quem dominus vellet. Et sequuntur Marti. Lauden. & Card. Alex. ibi in fin. & Aluar. in c. 1. col. pe. vers. quæro quid sit inuestitura, tit. de eo qui sibi & suis hære. Iac. à S. Geor. in tract. feudorum in verbo, & fœminis, col. 3. vers. sed iuxta prædicta. Frsneis. Cur. Iunior in tract. eiusdem tit. in 3. parte, char. 3. vers. 18. & Carol. Rui. qui id dicit no. cons. 186. cōsideratis, col. 3. nu. 9. li. 1. nutat. de quo & nos diximus suprà in prin. huius q. nu. 12. nec mireris.

¶ Sed &

Alius.

20 ¶Sed & hic adiicienda alia duo eiusdem Bal. dicta, vnum in tract. protomiseos, col. 3. vers. sed quid si sunt æqualiter vicini, quod stante statuto vt vicinus propinquior possit aduocare rem sibi vicinam alteri venditam, si sint duo æqualiter vicini, præferendus est qui prior prouocauit. Quod si eodem simul tempore prouocarunt, locus erit gratificationi, quod & nos diximus in tract. Retractuũ tit. 1. §. 11. gl. 10. nu. 2. Alterum vt à multis citatur, licet reperire non potui, est in cons. quopiã incip. factum sub ista forma, quod statutũ loquẽs de maiore domus debet intelligi naturaliter de maiore natu & ætate. Quod si sint plures ætate maiores, erit locus gratificationi. Et ita illũ refert & sequitur Pe. Anc. in rep. c. 1. in vlt. q. prin. ver. consuluit etiã Bal. de cõst. & Io. Bapt. in rep. l. omnes populi, in 19. q. interpretationis declaratiuę. ff. de iust. & iur.

De sepultura eius qui habet duas ecclesias.

21 ¶Nullus, quod iam diximus, finis esset, si omnia Bal. dicta recensere vellem. Sed non omiserim quod à Car. Flor. responsum est d. cons. 90. in discussione super illa quæstione ample tractata, vt suprà diximus in prin. huius 17. q. nu. 16. Et quod in simili à Io. And. in addi. Spec. in rub. de parochi. tractatur de eo qui habet plures ecclesias in quibus æqualiter audit diuina officia, nec in eis habet maiorum sepulturam, nec ipse eligit sepulturam, concertatúrque in vtra earum sepeliri debeat. Concluditque cæteris per omnia paribus locum esse gratificationi episcopi. Et id inter cæteras op. adductum fuerat à Io. And. vbi supra. Quod & in simili casu videlicet in eo qui reliquit aliquid suæ ecclesiæ parrochiali, cum duas haberet, nec coniecturis aut alias apparet de vtra senserit, sint'que omnia paria, vt episcopus gratificetur, voluerunt Host. Io. And. & omnes prope in c. indicante, extra de test. Imo. in c. relatum, le 2. ad fi. eo. tit. Philip. Fran. in c. cum quis, col. vlt. de sepul. lib. 2. Verum Io. Plat. in l. 1. circa medium. C. de municip. & orig. lib. 10. multis op. relatis, videtur in ea esse, vt hæres gratificari possit. Sed vide quod diximus suprà nu. 14. nec hoc loco, & in 1. op. huius q. nu. 24. & quod producunt, & quę etiam dicam infrà in 4. op. huius q. nu. 16. cui confine.

In alternatiuis electio est debitoris.

22 ¶Sunt & qui ad hanc gratificationis opinionem afferunt quod dicere solemus, cum plures res alternatiue debentur, locum esse electioni, & sic, vt illi dicunt, gratificationi debitoris, rem scilicet quam malit soluere. l. plerunque. §. vlt. ff. de iure dot. & c. in alternatiuis, de reg. iur. lib. 6. & vtrobique concord. in gl. & Doct. An tamen id semper & quando procedat videbis apud Dyn. Io. And. & cæteros, in d. c. in alternatiuis. Cyn. in d. l. cum quidam. C. de verb. sign. Bal. in d. l. plerunque. Sed ita vt omnino videas tex. gl. & Doc. in l. Lucio. ff. de leg. 2.

Gratificationi nunquam locus est nisi in casibus à iure expressis.

23 ¶Denique illud in hoc capite gratificationis notandum est quod scribit Bal. (vix enim possimus eum relinquere) in c. 1. col. pen. tit. de ali. feu. quod ius gratificandi nunquam competit, nisi in casibus à iure expressis, quia aliter id esset disponere de iure tertij, quod nemo facere potest citra illius consensum, per l. cum Hermes. C. locat. & l. dudum. C. de contra. empt. Et idem voluit Fran. Are. cons. 142. ex facto, col. pen. vers. præterea dato, vbi tamen Bal. non citat, sed Io. And. in c. in nostra, de testib. vbi id non ita expresse dicit. Et de hoc quoque diximus in tract. Retractuum, tit. 1. §. 26. gl. 2. nu. 2. & seq. Alias autem an & quando sit locus gratificationi, videbis apud Albert. in d. l. vlt. iam toties allegata. ff. de religio. & sump. fune. & in l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de leg. 2.

TERTIA OPIN. DECIMAESEPTIMAE QVAEST.

Idoneiorẽ semper præferendum.

1 AD tertiam opi. quæ dicit tum demum locum fore gratificationi cum contendentes sunt omnino pares moribus, honestate, dignitate, & aliis id genus: alias enim præferendum esse idoneiorem, faciunt multa, quæ iam diximus in præcedenti articulo. Et quod dicitur magis idoneum præferri, cum plures agere volunt de sepulchro violato. l. prætor. §. si plures. ff. de sepul. vi. vel de alio crimine. l. si plures. ff. de accus. vel interdicto de libero homine exhibendo. l. quod & lex. §. hoc interdictum, vers. si tamen plures. ff. de popu. acti. vel ad collusionem detegendam accedere. l. vlt. de collus. dete. vel bona petere caussa libertatum conseruandarum. l. vlt. §. pe. C. de test. manu. vel communem parietem reficere. l. in reficiendo. ff. de dam. infect. Sed si his casib. oẽs sint pares, locus est gratificationi. gl. in d. §. hoc interdictũ, & ibi quoq; Ba. in quo satis declarãt nõ alias esse locũ gratificationi, quàm si cõtendentes sint omnino pares.

Ad idem.

2 ¶In hanc quoque sentẽtiam vergunt & alij plurimi tex. videlicet in l. interest. ff. de liber. cau. vbi si plures accedant ad litigandum pro libertate liberti: Prætor eum eliget quem potissimum in hoc esse existimabit, & ibi gl. quæ quosdam ex d. tex. citat pro concord. & in l. in venditione. §. vlt. ff. de bon. auto. iud. possi. vbi si non conuenit inter creditores, quis eorum locet, aut vendat: Prætor caussa cognita eligere debet. Et in l. quòd si plures. ff. de test. vbi ita scribitur, quòd si plures satisdare parati sunt, tunc idoneior præferendus erit. Et in l. viduæ. C. de nupti. in illis verbis, vt si pares sint genere ac moribus nuptiarum petitores, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbauerit. Et in cap. vlt. 63. dist. vbi si vota eligentium in duas se partes diuiserint, is metropolitani iudicio præferatur, qui maioribus iuuatur studiis & meritis. Et similis fermè tex. in c. quoniam, extrà de iure patro.

Ad idem.

3 ¶Et huc spectat quod tradit gl. in l. ciues. C. de incol. lib. 10. & alij post eam, quos suprà retuli in prin. huius q. nu. 17. & ante hos. Et alia in c. in nostra, in gl. magna, ante fi. de testib. de vxore quæ à duobus petita, qui æqualiter probant, vt priori loco detur ditiori, & meliori, de quo

& nos aliquid diximus suprà in prima opi.num. 17. facit præterea. Et gl.in c.venerabilem,in verbo,fauere,de elect. quod si duo electi sunt in Imperatorem,poterit Papa gratificari vtri voluerit,si sint paribus meritis:alias debet præferre eum qui meritis superat, per d.c. quoniam, de iure patro. Et alia gl.in c.non iniuste,in verbo,cum alias.post medium,de procur.vbi si plures procuratores insolidum dari se simul offerant,iudex magis idoneum debet eligere. Et alia item in c.si plures.16.q.7.quæ dicit,quod si patroni in electione dissentiunt, præferet episcopus eum qui maioribus meritis iuuatur, per d.c. quoniam,de iure patro. sed si pares sint,poterit gratificari cui voler,per c.cum autem,eo.tit.&c.si forte.63.dist. Et idem quoque voluit Car. Flor.in cle. plures,in 1.q.& ibi quoque Petrus Anc.col. 2. de Iure patro.& Paul. Cita.in tract. de iur.patro.in 6.par.in 27.q.& Firmia.in tract.de episco.in 2.parte 2. partis prim. lib.3.in 21. q.Gaye.in repe.c.vlt.col.54.vers. potes ergo præferre,de elec. lib. 6. Cæsar Lamberti.in tract. de iure patro.in 57.arti.5.q. prin.3.partis lib.2.col.2.nu.7. & alibi sæpe.

4 ¶ Et quod scribunt Arch.& Io.And.in c.duobus,de rescript. lib. 6. quod id quod ibi scribitur ordinarium posse alterum ex duobus simul impetrantibus aut præsentatis deligere, vt scilicet procedat, si æquales sint meritis & idoneitate. Nam idoneiorem teneri ordinarium assumere,vti illos refert & sequitur,licet aliud mihi dicere videantur,Dom.con.34. graduarius, col. j. Quod item voluerunt Io.And.& Pan.in c.1.de Iudæ. in casu gl. quam supra citauimus in 2. op.nu.9. sed & in hoc, Idoneiorem esse alteri præferendũ. Et Cy.in l.exigendi,col.2.ver.tertio quæro.C.de procur.& post eum Alberi,in l.sed & hæ,col.2.vers.quærit etiam ipse. ff. eod. tit. quod cum coniunctus pro coniuncto admittatur sine mandato: si plures coniuncti eiusdem gradus simul petũt admitti,nó audiri debẽt,p l. nó tamẽ. ff. eo. tit. sed iudex eliget idoneiorẽ.

Ad idem.

5 ¶ Adde Bal.in l.1.in 23.q.ff.de rer.diui.loquentem in alio casu etiam à nobis supra relato,in 2. opi.17. huius q.nu. 16. his concinit,cum videlicet duo fratres aliis bellum indixerunt,nec possit vasallus duobus opem ferre, poterit gratificari: sed bene (inquit) faciet si gratificetur digniori. In quo tamen videtur Bal. sentire id non esse necessitatis,sed honestatis. Ad idem in l. per agrum.C.de seruit.in casu duorum plaustrorum sibi occurrentium, de quo & nos diximus in 1.op.nu.20.quódque volunt,& iterum in 2.op.nu.4.húcque spectant.similiar quod ab aliis ibi dicitur,locum esse sorti aut gratificationi Nisi (ait) ratione dignitatis alterum alteri cedere oporteat.quod dicit no.& semper menti tenendum.Sed & omnes fere(quod iam diximus)quos citauimus in præcedenti op.id sentire videntur,cum dicunt locum esse gratificationi cæteris per omnia paribus.

Ad idem.

QVARTA OPIN. DECIMAE SEPTIma quæstionis.

1 AD quartam opin.quæ dicit vtrunqne succedere,quæ communior est & humanior, facit tex.in l.ex duobus.ff.de vulga.& pupil.substi.& in l.qui duos.ff.de reb.dub. quibus cauetur,quod si quis fuerit substitutus ei qui ex duobus supremus morietur, si ambo in eadem naui simul mortui fuerint,nec appareat vter eorum prior posteriórve decesserit, cẽsendi sunt tanquã vterque vltimi decessisse videantur, proptereáque vterq; substitutus erit. Et si quis dicat nihil eos tex.facere,quia ibi duo simul mortui sunt:hic vero in nostra q.duo non simul nati sunt,neque enim id fieri potest,vt scribitur in l.Arethusa. ff. de stat.hom.sed ignoratur vter prior posteriórve natus fuerit.Sciat nihil interesse, an certum sit duos simul esse mortuos, an vero certum quoque sit eos non simul mortuos, sed incertum vter prior mortuus fuerit,vt videre licet ex tex.no.in l.qui ex liberis,in prin.ff.de bono.pos.secund.tab. quem ad id multum commendant Paul. Cast. Fran.Are.& Ias.in d.l.ex duobus.

Ambos debere succedere.

In rebus dubiis vterque admittendus.

2 ¶ Sunt & alij sexcenti tex.huc pertinentes,quorum memorabiliores tãtum citabo, in l.si quis ita.§.1.ff.de test.tut.vbi si quis filio tutorem dederit,& plures filios habeat,nec constet cui dederit,omnibus dedisse videtur.Et in l.qui filiab.§.1.ff.de lega.j.vbi si quis ita legauerit:Si qua mihi genita erit,hæres meus decem dato, natis plurimis videtur singulis tantundem legasse. Et in l.Titiæ textores,eo.tit.vbi si quis Titiæ omnes textores legauerit,præterquam quos eo testamento alij legauerit.Plotiæ vernas omnes, præterquam quos alij legauerit: si sint quidam & vernæ & textores,ideóque non constet quos Titiæ textores, quos item Plotiæ vernas non legauerit:erunt communes ambobus.Et in l.si quis Titio.§. si hæres. ff. de leg. 2. vbi si hæres damnatus est vni ex liberis decem dare,& non constet cui daret, omnibus præstare debet.

Ad idem.

3 ¶ Præterea in l.2.ff.de lib.& posth. vbi si is qui habet duos filios ita testamento scripserit, Filius meus exhæres esto,cum non declarauerit de quo senserit,vterque hæres erit.Quanquam & hic tex. aliquo respectu possit pertinere ad eam opi. quæ in nostro casu neutrum admittit, quia scilicet hic neuter exhæres fit,cum non constet quem exhæredem facere voluerit. Et in l. duo socij.ff.de hæred.inst. vbi si duo socij communem seruum testamento facto hæredem & liberum esse iusserunt, & hi simul ruina oppressi perierunt, nec constat vter prior, duobus ipsis seruus ille existet libertus Orcinus.Cuius l.ar.Ang.& Imo.tradunt id quod statim dicemus de duobus qui simul ad brauium peruenerunt. Sed & Ang. ipse id tradit ad partum qui post mortem prioris viri vndecimo mense natus, ita vt possit esse filius prioris mariti aut posterioris,

Ad idem.

sterioris, sed verius ignoratur, vt scilicet vtrique succedat: de quo & nos alibi dicemus alio loco. Nam id ab omnibus exploditur. Quid autem sit libertus Orcinus si scire desideras, vide in meis commentariis in l. si vnquam, in verbo, libertis, nu. 107. codémque vlumo.

Orcinus libertus quis sit.

4 ¶ Et tex. in l. 2. §. hæreditas. ff. de suis & legi. vbi si hæreditas proximo agnato, id est, ei quem nemo antecedit, defertur, si plures sint eiusdem gradus, hæreditas omnibus competit. Et in l. Labeo. §. 1. ff. de statulib. vbi huiusmodi fideicommissum, cui voles eorum testi uas, si nullum elegisset cui restitueretur, omnibus debetur. Et in l. 3. §. si duobus. ff. de adi. leg. vbi si quis duobus Titiis separatim legauerit, & vni ademit, nec apparet cui ademptum sit, vtrique legatum debetur, licet & id quoque ad illam opi. quæ vtrunque reiicit, pertinere possit, vt pote cũ hic ademptio neutri obsit. Et sunt etiã qui ibi legunt neutri, nõ vtrique. de quo vide gl. & doc. ibi.

Ad idem.

5 ¶ Nec huic opi. desunt alij tex. C. scilicet in l. cum inter. C. de fideic. liber. vbi si fideicommissaria libertas ei fuerit relicta, qui in ventre est, & id quidem singulariter: tamen si plures nascuntur, omnes sunt liberi. Et in l. si quis in testamento. ff. eod. tit. vbi si libertas fideicommissaria fuerit relicta vni ex libetis ancillæ, quem hæres elegerit, si is non elegerit. dum vixit, omnes erunt liberi. & in l. vlt. vers. sed hoc quidem. C. de test. manu. vbi si in casu de quo ibi loquitur, non vnus veniat hæreditatis petitor, sed plures, vno momento omnes admittentur. Et vt finem faciam textibus, addam tex. Iuris Canonici in c. cum quis, in ver. cum ab en. de sepul. lib. 6. vbi si quis habet duo domicilia æqualia, in diuersis parochiis sita, & in alia ecclesia eligat sepulturam, canonica portio debet solui vtrique parochiali ecclesiæ. Et idem dicit ibi gloss. in verbo, domicilia, si vnum esset domicilium, quod æqualiter esset in duabus parochiis.

Ad idem.

6 ¶ Hęc que opinio confirmatur multis nostrorum Doctorum sententiis. Et primum Accursij, qui inter alios facile primas obtinet, in §. inordinatum. in verbo, ordinem, in Auth. de hęr. & Falc. quod si ordo non apparet in casu de quo ille tex. loquitur, scribit posse dici, id forte dirimendum, per l. in rebus. & l. seq. ff. de iud. & l. si duobus. C. com. de leg. quas iam toties in id citauimus in j. op. Deinde subdit, vt ad eum redeamus, Vel dic secundum merita cuiusque eum procedere. l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideicom. liber. Et hoc pertinet ad præcedentem op. Tandem vero ita concludit. Vel melius dic omnes vocandos, vt in legatariis & aliis supra dictum est, cum non appareat quis debeat admitti vel præferri propter ęqualitatem partium. Et eam gl. expresse sequuntur Iac. Bel. Bal. & cæteri cum ea transire videntur.

Ex doctoribus.

7 ¶ Deinde Gl. non in vno loco habemus: vt si partes æqualiter de iure suo probauerint, res, si diuidua est, vtrique sit adiudicanda, videlicet gl. in c. in testes, in j. glo. magna, vers. si autem testes ex omni parte. 4. q. 3. & in c. in nostra, etiam in glo. magna, post medium, de testib. supra à nobis relatæ in j. opi. huius q. nu. 17. facit prætetea. Et quo etiam fuerunt plerique in ea opin. vt si in interdicto, vti possidetis, vtraque pars æqualiter suam possessionẽ probauerit, sint que omnia vndique paria, sit item possessio vtrique pro dimidia parte adiudicanda. faciunt enim sibi partes per concursum, per l. si finita. §. cum autem. ff. de dam. insec. vt dicimus in coniunctis. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. Ita enim inter cæteros voluerunt Vincen. antiq. Doc. in d. c. licet causam, & ibi Panor. col. pen. vers. extra gl & Franc. Are. & Philip. Dec. qui alia in id allegant, de prob. Bar. in l. si duo, col. vlt. ff. vti possi. & in l. j. col. quoque vlt. & ibi etiam Saly. col. ante pe. vers. nec ob hæc verba. C. eod. tit. & Bald. in d. c. in nostra, col. 2. vers. sed hic quæro, de prob. hoc quoque intelligens, cum res est diuisibilis. & Alb. in rub. ff. de leg. j. col. 2. nu. 25. & in l. Titiæ textores, circa medium, post Dy. ibi, per eum tex. eo. tit. & Panor. in c. auditis, col 4. vers. facit op. de præscrip. Ang. Are. in §. quadrupli, col. pen. vers. ex quo sequitur, Inst. de actio. & Soc. in l. si quis cum totum, in 2. no. ff. de excep. rei iud.

Ad idem.

8 ¶ Quanquam huic sententiæ aduersantur nonnulli in d. cap. licet causam, hac ratione moti, quod partes, vt inquiunt, id non petunt, nec super non petitis pronunciari debet. l. vt fundus. ff. com. diuid. & c. licet Hely. de simo. Sed hi certe non vident quod qui totum petit, satis partem petere videtur, cum in toto pars sit, vt in maiori minus. l. j. §. si stipulanti. ff. de verbo. obl. cum si. quod & bene intellexerunt Panor. & Fran. Are. in d. c. licet causam: quæ tamen solutio non placet Decio ibi, qui aliter respondet, vt ibi videbis per eum.

9 ¶ Ideóque prioris illius opi. argumento subnixi Anto. & Pet. Anch. inter con. ipsius Pet. cons. 210. inter contraria, scripserunt, quod vbi iura partium sunt dubia, tantæ que ac tot vtrinque sunt rationes, vt nesciat iudex in vtram partem inclinet, debet vtrique rem æquè adiudicare. Sicut & Titus imperator fecit in l. & hoc Titus. ff. de hære. inst. & Solomon. 3. Regum. c. 3. & in c. afferte, de præsumpt. vbi & id quoque in id no. ipse Ant. & Imo. ita vt illi subdunt in illo cons. licet respectu diuisionis pueri, tentando id dixerit, quod inibi dicitur. Tamen respectu iustitiæ suæ sententiæ id declarauit fieri debere in rebus & iuribus adeo dubiis. Subiiciúntque in eodem cons. & hoc iurisconsultos fecisse, dum mediam viam in rebus dubiis delegerunt. l. sed & si lege. §. adeo autem. ff. de pet. hær. & l. Titius. ff. ad SC. Trebel. vbi Alex. in 3. not. in id eum tex. expendit. & hinc occasione sumpta refert & sequitur illud con. Anto. & Pet. Anc. vti etiam facit Io. Cacial. in tractatu de transa. in 12. q. enl. 2. & 3. & in quodam con. quod positum est in lect. Barpt. Soc. post tit. de excep. rei iud. & illud cons. commune est ipsorum Cacial. &

Ad idem. Iuribus partium dubiis sed æqualibus iudex debet rem contentiosam inter eas diuidere.

Soc.& Fel.in c.j.col.vlt.verſ.ſecundo nota,de conſt.vbi id cõmendat,& ibi quoque Phil. Dec. in j.lec.col.pe.ver.quarto.& idem Dec.in c.j.col.6.ver.illud vtiliter no.de prob.& in d.c.licet cauſam,col.pe.verſ.certia gl.eo.tit.& con 68.pro reſolutione & col.pe.verſ. & ita breuiter,& 176.viſo themate,col.pe.ver.& omnib.diligẽter conſideratis.& conſ.445.in caſu,in prin.vbi & idẽ dicit voluiſſe Bal.in l.ſi paterfa.§.vlt.cũ l.ſeq.quæ eſt d.l.& hoc Titus,p illu tex.ff.de hær. inſt.& allegat etiã Dec.l.filio.ff.vt in poſ.leg.& l.ſuo ſine.C.de bon.quæ lib.& Fran. Cur.iunior,& Maria.Soc.etiã iunior inter conſ.ipſius Mariã.con.33.quoniã articulus poſt prin.lib.2.

De eadem re.

10 ¶ Quibus adde & idem quoque ipſum Bal.laudauiſſe in tract.ſi biſmatis quem poſuit ſuper rub C.ſi quis aliq.teſta.prohib.col.antep.& con.55.anno domini,in fi.li.2.& clarius con.457. ad euidentiam præmitto quod concubinatus,etiam ad fi,lib.5.Raph.Fulgo.conſ.12.ad id de quo quæritur, in fi.vt iam non adeo ridiculum videri debeat illud ruſticorum iudicium,qui ſi quid cõtentionis dubiæ emerſerit,rẽ cõtrouerſam mediã inter litigatores diuidũt, vt retulit glo. vlt.in l. Neſennius.ff.de neg. geſtis.Et ad id referri poteſt illud Terentianũ in Adelphis,

Vide ſi Liis placet,
Potius quam venias in periculum Sannio,
Seruéſne,an perdas totum, dimidium face.

Ad idem.

11 ¶ Facit & quod voluerunt Guil.Cu.Alber.Bart. Bald.in lec.anti.& Sal.in l.ſi extraneus.ff.de condit.obli.cau. quod ſi quis vendit equam prægnantem , ea lege vt ſi ex ea naſcatur pullus maſculus , ſit venditoris : ſi fœmina, emptoris:& naſcantur mas & fœmina,vter autem prior natus ſit ignoratur(de priore autẽ actũ fuiſſe videtur,per l.boues.§.hoc ſermone.ff. de verbo. ſign.cum ſi.)certe emptor & venditor æqualiter partiantur propter dubiũ : ita ſcilicet vt mas ſit venditoris,fœmina emptoris,per id quod in ſimili dicitur in l.ſi ita ſcriptum,in prin ff.de libe.& poſth.& l.qui quadringenta.ff.ad leg.Fal.Et ſequitur Soc.in l.ſi fuerit.§.plane.col. 2. ff.de reb.dub.& Alc.in l.2.in prin.col.7 verſ.quarto probatur.ff.de verbo. obli. Contrarium tamen tenent Ro.Alex.& Iaſ.in d.l.extraneus,multis rationibus ibi adductis. Verum illis reſpondet Soc.ſupra,& Fortunius Garcia.priorem partem tuens, in l.Gallus. §. & quid ſi tantum,col.63.verſ.quinto ex ſuperioribus.ff.de lib.& poſth.Atque Fab.à Monte S.Sab.in tract. de empti.& vend.in 7.q.prin.in fi.de hac re loquens dicit hoc vſuuenire non poſſe: quoniam equa ſemper ſingulos fœtus edit , vt quotidiana experientia videmus , & aſtruit Plinius , vt hoc illi addas,lib.10.c.63.At ſi forte animal vtriuſque ſexus genuerit,vt ille ſubdit,inſpiciendus eſt ſexus qui in eo præualet,per l.quæritur.ff.de ſtat.hom.Sed quamuis in equa id procedere non poſſet,in alio tamen animali accidere poteſt.Sed & poteſt contingere,vt vno partu marem, altero fœminã pepererit,& tamen ignoratur vtrius partus fuerit prior aut poſterior.

Duobus ſimul caſtrũ ingreſsis præmium propoſitum dandum.

12 ¶ Húcque etiam alludit quod à noſtris tractari ſolet. an ſi à principe aut ciuitate ſtatutum ſit præmium primo ingredienti caſtrum à ſe obſeſſum,ſi duo ſimul & vno veſtigio ingreſsi fuerint,an vtrique debeatur præmium,an neutri ? In qua re plerique omnes in hoc conſentiunt, vt præmium quod à pluribus obtineri poteſt,vtrique debeatur,vel integrũ , vel dimidiatum, ſecundum verba edicti propoſiti.Ita voluerunt Pet.Dy Iac.Are.Old.Cy.Bar.Bal.Albe.Ang. Imo.Raph.Fran.Are.& Alex.in d.l.qui filiabus.§.1.ff.de leg.j Guid Sua.in q.incip.pone quæſtionem de facto in quodam exercitio.Iac.Are Odof.Cy.Bal.& Alber.in proœm.ff.illi in §. itaque,hic in §.diſcipuli.poſt prin. Bart.Bal.Imo.Raph.in l.hoc articulo.ff.de hær.inſt.Bal.in d.l.cum inter.C.de fideic.liber.Albe.in d.l.ſi fuerit.ff. de reb. dub.& in prima parte ſtatutorum.q.106.quæro etiam quæſitum.Io.Fab.& Io.Plat.in §.ſi plures,Inſt.de legit.ag.ſucceſ. & idem Ang.Are.in §.proximus.in prin.Inſt.eod.tit.Ang.& Imo.in d.l.duo ſocij.ff. de hær. inſt. Ant.Imo.& Barb.in cle.& ſi principalis, de reſcrip. Raph. Fulg.conſ. 47.Ser. Michaël, poſt princ. Dom. in d.c cum quis.verſ.cum ab eo,in 2.not.& Philip.Franc.in 3.not.de ſepul.lib.6. Paul.Caſt in l.eum qui,ante fi.ff.ad Trebel.Barb.in l.ſi Titius chart.pen.verſ.& à diuo.ff.de verbo.oblig.Io.Lup.in repet.c.per veſtras,§.17.vt ipſe diſtinguit,nu.10.

De eadem re.
Scipionis in hac re iudicium.

13 ¶ Et quamuis nonnulli tenuerunt neutri deberi, & inter cæteros Guid. Sua. & And. Piſa. & alij,vt videre licet apud Alb.in locis ſupra ex eo citatis , tamen illam priorem ſententiam Scipio ille qui ſibi deuicta Carthagine Africani nomen comparauit, cuiúſque iudicia æquiſsima ſanctiſsimáque ſemper habita ſunt,& hic quoque ſanctiſsime iudicauit. Nam cũ ei dandum eſſet præcipuum muralis coronæ præmium,qui primus murum vrbis nouæ Carthaginis conſcendiſſet,incertúmque eſſet ex duobus,qui hunc ſibi honorem repetebant,vter prior in oppidũ trãſcendiſſet, vtrunque Scipio ipſe corona murali donauit. Cuius rei teſtes ſunt locupletiſsimi Titus Liuius li.ſecũdi belli Punici ſexto, & Plutarchus Cheronens in vita eiuſdẽ Scipionis,& è noſtris Alc.in l.proximus.ff.de verb.ſig. Nec abſimiliter cũ apud Cumanos aliquãdo dubitaretur,vtri ex duobus,Ariſtodemo ſcilicet an Hippomedonę corona daretur, ex ea inſigni victoria,quã ex Etruſcis q circa ſinũ Ionicũ habitabãt,Vmbris,Daunijs aliiſq; Barbaris retulerãt,cenſuerunt ſeniores vtrique eum honorem impertiendum, vt tradit Dionyſius Halicarnaſſeus lib.Romanarũ antiquitatũ 7.Supra autẽ in 2. op. huius q.nu.17.ad ſi lipulatur,diximus, quid agendum ſit,ſi præmium propoſitũ ſit indiuiduum,vbi videre poteris.

¶ Sed poſtea-

14 ¶Sed posteaquam in externa exempla incidimus, continenter aliud subiungemus longe vetustissimum, nec minus memorandum, antequã ad nostrates scriptores redeamus. Apud Homerum lib. 23. Iliados cum propositum fuisset ab Achille præmium ei qui in palæstra vicisset, Vlyssesque & Aiax Telamonius ita certassent, vt neuter vicisset, aut victus esset, Achilles vtrique propositum præmium decreuit, tanquam vterque vicisset. *Achillis inter iudicium.*

Νίκη δ' ἀμφοτέροισιν· ἀέθλια δ' ἶσ' ἀνελόντες.

Et paulo post quoque idem factum est eidem Aiaci & Diomedi, qui telis certauerunt,

Παυσάμενοι δ' ἀεθλον ἴσον ἀνέλεσθαι.

Quo etiam exemplo Palæmon apud Virgilium egloga 3. arbiter delectus inter Menelcam & Damœtam vtrique victoriæ præmium in re dubia adiudicauit,

Non nostrum inter vos tantas componere lites,

Et vitula tu dignus, & hic.

Et apud Q. Curtium lib. 7. cum Alexãder vulneratus lectica militari deberet gestari, eques pedesque pro se quisque eum lectum subire contendebant. Equites quidem, eum quibus rex prælia inire solebat, sui muneris id esse censebant. Pedites contra, cum saucios com militones ipsi gestare assueuissent, eripi sibi proprium officium, potissimum cum rex gestandus esset, querebantur. Rex in tanto vtriusque partis certamine inuicem vtrosque subire iussit.

15 ¶Sed iam ad nostrates reuertamur. simile est præcedentibus quod quæri solet de præmio pro posito ei qui primus ad brauium, quod vocant, peruenerit, vt si duo simul peruenerint, vtrique debeatur præmium aut integrum singulis, aut omnibus inter eos æqualiter diuidẽdum. Sunt enim in ea re diuersæ opiniones, sed quantum ad id de quo agimus, non opus est eas distinguere. Vide igitur amplissime Alb. in proœ. ff. §. discipuli, col. 2. & in j. parte statutorũ. q. 107. prædicta etiam faciunt, & alios multos quos ibi citabimus infrà in 6. op. nu. 10. & quod plurimi, & præterea Dom. & Phil. Fran. in c. cum quis. §. cum ab eo. de sep. li. 6. Ant. & Imo. in cle. & si principalis, de rescr. Et vide etiam quæ diximus suprà in j. op. huius q. nu. 23. concinit. *De duobus simul ad brauium peruenientibus.*

16 ¶His concinit quod traditum est à Guid. Suz. in auth. qua in prouincia. C. vbi in rem actio, quod si delictum commissum sit iuxta confinia duarum iurisdictionum, & ignoratur vtrius iudex cognoscere debeat, vterque cognoscet, per l. iurisperitos. §. cum oriundus. ff. de exc. tut. vbi & idem Guid. dicit & Io. And. in addi. Spec. tit. de comp. iud. adi. §. 1. vers. sed pone aliquis. & in tit. de raptor. §. 1. vers. sed pone inter statuta, & Alber. in l. libertus. §. præscriptio, per eum tex. ff. ad municip. & in l. de iure, cod. titul. & in l. fine. §. 1. col. 2. vers. & primo collige. ff. de lib. agno. vbi ad hoc multa allegat. & Bal. in l. si quis ex aliena, in priore lec. ad fi. ff. de iudi. & alij plurimi, quos ibi collegi in tract. Retractuum tit. j. §. vlt. in gl. quoque vlt. in fi. Quibus adde Ant. id declarantem in c. 1. col. 1. de rapt. *Quis iudex delicti commissi in cõfinio duarum iurisdictionum.*

17 ¶Cui confine est id quod ab alio antiquo scriptore And. Barul. in l. omnes profugi. C. de agr. & cens. lib. 11. traditum quod si quis habitat in medio duarum parochiarum, & ignoratur vtrius is sit parochianus. & sint omnia hinc & hinc paria, quia videlicet nõ longius distat ab vna quàm ab altera, æqualitérque in vtraque conuersatur, censebitur esse vtriusque ecclesiæ parochianus. Et sequitur Io. Plat. ibi. de quo etiam per eundem in l. j. C. de munic. & orig. lib. 10. Bar. Ang. & alios recentiores in l. quod conclaue. ff. de dam. infect. Cui dicto aliud iungam alterius antiqui quoque Doct. Goffre. & post eum Panor. in c. quoniam, in fin. extra de dec. quod cum dubium est, vtrius parochiæ sint noualia in confinio earum sita, debent diuidi inter vtrasque, arg. d. c. 2. de sepul. lib. 6. & §. insula. Instit. de rer. diuis. Tu autem hic vide quæ diximus suprà in j. opi. huius q. num. 24. & quod produnt, & in 2. op. nu. 14. nec hoc loco, & rursum nu. 21. nullius quod iam diximus. *Qui habitat in medio duarũ parochiarũ est vtriusque parochianus.* *Si iudex domicilij pupilli dederit tutorem & iudex bonorum alium, quis præfer tur.*

18 ¶Huc accedunt duo dicta Io. Fab. Primum in l. j. C. vbi pet. tut. Si pupillus (inquit) haberet domicilium in vno loco, & bona sunt sita in alio, iudex vtriusque loci poterit illi dare tutorem, per iura quæ allegat. Sed si vterque dedit, præfertur qui prior datus est: nam habenti tutorem amplius tutor dari non potest. quod si non appareat vter prior fuerit, videtur, ait, quod se impediunt. l. duo sunt Titij ff. de test. tut. vel fore ambo administrabunt. l. 2. C. de test. tut. Et ita residet, tanquam hanc posteriorem partem (vt fit) secutus. Alterũ est in l. vlt. post prin. C. de iure emphyt. quod si emphyteuta vni domino soluit quandam pecuniæ summã pro pensione, alteri certã partẽ fructuũ: & dubitetur vtri eorũ sint soluẽda laudimia, antiquiori soluẽda sunt, ex sentẽtia Spec. tit. de loc. §. nũc aliqua, ver. 105. Si nõ cõstat vter eorũ sit antiquior, in dubio vtriq; soluẽda sunt. Et sequitur Ias. in d. l. vlt. col. 11. in 6. q. vers. sed pulchrũ est videre. Quod admodũ notandũ est: nã id vidi in magna cõtrouersia inter duos huiusmodi dominos. *Laudimia cui debentur.*

19 ¶Finem huic capiti fecerim, modo dixerim aliud alterius Doc. dictum illius contemporanei quod proprius & peculiarius ad nostram hanc quæstionem accidit. Nam Albe. Rosa. alterius magni Doct. autoritate suffultus scilicet Dyn. in l. si quis ita. §. duobus. ff. de adi. leg. Duo, inquit, fratres adeo erant & facie & omnibus cæteris similes, vt vnus ab altero decerni non posset. Habuerunt & ipsi singulos filios indem similes, quos ad studia miserunt: alter eorum mortuus est, alter redit, & reperit patrem & patruum mortuos, ignoratúrque ob ea quæ dixi- *Superstes ex duobus facie similibus cui ex duobus eorum patribus mortuis succedet.*

Alexandro quoque Seuero Imperatori optimo, cum illi Heliogabalus insidiaretur, vt tradit Aelius Lampridius ad Constantinum Imperatorem, sors Virgiliana in templo Prænestinæ Vesta talis extitit, ex eodem lib. 6. Aeneidos,

—Si qua fata aspera rumpens
Tu Marcellus eris.

Quin paruulo ei sors huiusmodi obtigit ex eodem lib.

Te manet imperium cæli terræque marisque.

Et cum postea parentis hortatu animum à philosophia & musica ad alias artes traduceret, his eiusdem ipsius quoque est, illustratus, lib. 6.

Excudent alij spirantia mollius æra.
Credo equidem viuos ducent de marmore vultus
Orabunt caussas melius, cælique meatus
Describent radio, & surgentia sydera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Gordiano etiam Iuniori sorte contigerunt ea eiusdem Poëtæ carmina ex eodem lib. 6. à patre ipsius sæpius recitata, vt in eorum vita retulit Iulius Capitolinus ad Constantinum,

Ostendent terris hunc tantum fata, neque vltra
Esse sinent: nimium vobis Romana propago
Visa potens superi, propria hæc si dona fuissent.

Quod vt ille tradit, ita quoque contigit.

Denique Claudio illi secundo, imperatori quoque laudatissimo de se consulenti, vt autor est Trebellius Pollio, obtigit ille versus ex lib. 6. Aeneidos,

Tertia dum Latio regnantem viderit æstas.

Nam & is biennium tantum imperauit. Sed & ei sollicito de posteris hic item versus ex primo Aeneidos oblatus est,

His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Item de fratre Quintillo, quem consortem imperij volebat habere, sors exiit, ex illo ipso versu libri 6.

Ostendent terris hunc tantum fata.

Quod verè contigit, vt qui decimoseptimo imperij die interemptus sit, vt tradunt ipse Pollio, Aurelius Victor, & Eutropius.

Ex Homero.

69 ¶ Sed & ex Homero quoque, illo virtutum omnium parente Iustiniano appellato, sortes rerum futurarum præsagia deprompta esse, testimonio est Socrates ille hominum sapientissimus ab Apolline iudicatus. Qui cum quispiam in somnis recitasset versum illum Achillis ex lib. 9. Iliados,

Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην.

Die tertio Phthiam fertilem ibo.

Mox Aeschini prædixit die tertio se moriturum, vti euenit, vt refert Diogenes Laërtius, & Tullius lib. 1. de Diuinatione, vbi illum versum Homeri ita vertit,

Tertia te Phthiæ tempestas læta locabit.

Et meminit etiam Plato in Critone.

Sed & Marcus Brutus vir integerrimus & patriæ libertatis amantissimus, cum explorare vellet sortem belli Pharsalici, in quo occubuit, incidit in illum versum Patrocli moribundi Hectorem alloquentis lib. 16. eiusdem operis,

Ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός.

Sed me parca perniciosa, & Latonæ occidit filius. Quod à Plutarcho relatum est in vita ipsius Bruti, & Valerio Maximo, lib. 1. tit. 5. qui est de Ominibus. Opilio quoque Macrino super imperio consulenti obtigit locus ipsius Homeri lib. 8. eiusdem operis,

Ὦ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί,
Σὴ δὲ βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ὀπάζει.

O senex, certe multum iam te iuuenes fatigant milites,
Tua autem fortitudo soluta est, difficilis vero te senectus premit.

Ex Musæo.

Is nanque iam vetulus erat, & cum annum & menses duos tantum imperasset, ab Heliogabalo admodum iuuene imperio deturbatus, & vita priuatus est. Vt interim taceam Musæi vetustissimi poetæ sortes, quarum meminit Herodotus lib. 7. Nec tamen istis sortibus fidem esse adhibendam putarim. Nam nec ex paginis euangelicis sortes legere Diuo Augustino placuit c. hi qui. 26. q. 2.

Sortib. oracula dabantur ex poetis.

70 ¶ Sortibus autem olim responsa & oracula dabantur, vti plane ostendunt multi antiqui autores. Lucretius lib. 4.

Nequicquam Diuum numen, sortésque fatigant. Virgilius lib. 3. Aeneidos,

Sic fata Deum rex

Sortitur,

Sortitur, voluitque vices, hic vertitur ordo.
Vbi id annotat Seruius. Et lib. 4.
Nunc Lyciæ sortes. Et lib. 6.
Hic ego namque tuas sortes arcanáque fata
Dictamea genti ponam, lectósque sacrabo
Alma viros, foliis tantum ne carmina manda. Et lib. 7.
Et veteris Fauni voluit sub pectore sortem. Et paulo post.
Non patrio ex adito sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt. Vbi Seruius scribit abusiue sortes pro oraculis sumi. Ex quibus duobus postremis locis, de eadem re loquentibus intelliges sortem & sortes singulariter & pluraliter pro oraculo & oraculis poni. Tibullus lib. 1. Eleg. 3.
Delia non vsquam quæ me cum mitteret vrbe,
Dicitur ante omnes consuluisse Deos.
Illa sacras pueri sortes, &c. Et elegia 8.
Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra deorum
Præcinit euentus, nec mihi cantus auis. Et lib. 2. Eleg. 5.
Túque regis sortes, per te præsentit aruspex,
Lubrica signauit cum Deus exta notis. Et paulo post.
Hac dedit Aeneæ sortes. Horatius in arte Poëtica,
Tyrtæúsque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit, dictæ per carmina sortes.
Quod de responsis Apollinis interpretatur Acron.
Propertius,
Et quid prænestis dubias petis inscia sortes? Ouidius lib. 1. Metamor.
Placuit cœleste precari
Numen, & auxilium per sacras quærere sortes. Et alibi in eodem lib.
Mota dea est, sortémque dedit, discedite templo. Et lib. 3. eiusdem operis,
Dura'que iubens Agamemnona sortes
Immeritam sæua natam mactare Diana. Et lib. 15.
Sic dicere vates
Fatidicásque ferunt sortes. Nam & alibi lib. scilicet 3. eiusdem operis Phœbeas sortes appellat. Seneca in Hercule Oetæo, *Fatidicæ sortes. Phœbeæ sortes. Fatidica sors.*
Quærens hanc sortem mihi
Fatidica quondam dederat. Idem in Oedipo, actu 2.
In tempore ipso sorte Phœbeia excitus
Tiresia tremulo tardus accelerat gradu.
Plinius Iunior lib. 8. Epistolarum ad Romanum, præsens numen atque etiam fatidicum indicant sortes. Apuleius lib. 5. Asini aurei, Sed Apollo quanquam Græcus & Ionicus propter Milesiæ conditorem sic Latina sorte respondit, &c. Ante hos Ennius, aut quisquis is fuit apud Ciceronem lib. 1. de Diuinatione,
Vt se edoceret obsecrans Apollinem
Quo sese vertant tantæ sortes, somnium
Ibi ex oraculo voce diuina adidit
Apollo, &c.

71 ¶Et ipse quoque Cicero, vt relictis poëtis ad alios autores veniamus, in illo lib. 1. loquitur de oraculis quæ æquatis sortibus ducuntur. Et alibi item eodem lib. loquitur de sortibus Iouis Dodonei. Et Cæsar quo loco loquitur de M. Valerio Procillo capto ab hostibus, ter consultum verum igni statim necandus esset, an in aliud tempus reseruandus, sortiũ beneficio euasisse incolumen. Liuius 1. dec. lib. 1. non longe ante fi. Delphos ad maxime inclytum in terris oraculum mittere statuit, neque responsa sortiũ vlli alij committere ausus, &c. Valerius Maximus lib. 1. in princ. Prisco etiam instituto rebus diuinis opera datur: cum aliquid commendandum est, precatione: cum aliquid exposcendũ, voto: cum exsoluendum, gratulatione: cum inquirendum, sortibus. Et iterum eo lib. 1. c. 6. vbi de Lacu Albano. Cuius rei explorandæ gratia legati ad Delphicum oraculum missi retulerunt præcipi sortibus, vt aquam eius lacus emissam per agros diffunderent. Rursúmque eo. lib. c. 8. vbi de Daphida loquitur. Inde enim iocabundus quasi delusa sacratum sortium fide reuerteretur, &c. Ibi autem loquitur de eodem Delphico oraculo. Suetonius auté in Tiberio, c. 14. meminit sortium oraculi Geryonis. Et in Caligula, c. 57. sortium Antiatinarum. Et in Domitiano, c. 15. sortium Prænestinarum, quibus vtrisque mors nunciata est. Et Prænestinarum quoque idem Suetonius in Tiberio, c. 63. & in Domitiano, c. 15. & Lampridius in Alexandro Seuero, & ante eos Cicero lib. 2. de Diuinatione, & Propertius vti suprà diximus. Et Statius lib. 1. Syluarum, *Ex aliis scriptoribus.*
Et prænestinæ poterunt migrare sorores.

Et vbique reperies sortes Apollinis, vt apud Hyginium, Fabularum c.32.& 69.& 88. & 89.& 101.& 120. Et Apuleium lib.5.de Meta.de oraculo ipsius Apollinis Milesij loquentem, Ducite me, & cui sors addixit, scopulo sistite. De qua re etiam quædam videbis apud Alciatum nostrum lib. Parergon 5.c. 22.

Sorte ducti Senatores qui mense Septembri & Octobri manerent.

Vacationes Senatuum.

72 ¶ Augustus Imp. vt tradit Suetonius in vita ipsius c.35. Sanxit ne Septembri Octobríve mense in senatu vllos adesse alios necesse esset, quàm sorte ductos, per quorum numerum decreta confici possent. sibíque instituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem Senatum referendis ante tractaret. Ex quibus aperte intelligis apud antiquos illos Romanos illis duobus mensibus Septembri & Octobri Senatum frequentem, siue ordinarium, siue legitimum dimitti solitum: nec nisi quosdam sorte ductos manere, per quos Senatusconsulta facere, si quando necesse esset, quibus conficiendis certo numero opus esset. Cuius etiámnum quædam vestigia sequimur in nostris Senatibus Gallicis, quibus vacatio est à Senatu illis duobus mensibus, præter certum Senatorum numerum, qui ibi manere iubentur. Quanquam ne illud omittam. videtur ex eodem Suetonio in ipso Augusto c.32. huiusmodi annuam vacationem Senatus fuisse Nouembri & Decembri mensibus.

Vxores sorte duci solitas.

Sortiri vxorem & maritum.

Sortiri matrimoniũ.

73 ¶ Romani ipsi in ducendis quoque vxoribus (quod magis mirum est) si quando controuersia intercedebat, sortitionibus vtebantur. Quod ex eo intelligere licet, quod apud Plautum in Casina Chalinus seruus & Olympio villicus coniectis in sitellam sortibus super coniugio Casinæ sortiti sunt, sorsque Olympioni contigit. Nam ea fabula, vt intelligas id Romanos à Græcis mutuasse, sumpta est à Græca Comœdia, cui ob id nomen à sorte Clerumeni impositum est, Latinè Sortientes, vt prologus ipsius Plauti indicat. Quódque apud Suetonium in Tiberio c. 35. in fi. ipse Tiberius quempiam Quæstura mouit, quòd vxorem pridie sortitione ductam postridie repudiasset. Hincque forte videri posset dictum esse, sortiri vxorem & maritum, in l. fœmina. ff. de Senato. & in l. si rogatus. §. matrimonij. ff. de manumi. vindic. in l. cum veterum. C. de donat. ante nupt. & in l.2. vers. quod si per parentum. C. quando & quib. quar. pars, lib.10. vbi Lucas Pen. no. & l. vlt. C. de inco. eo. lib.10. & §.1.36. di. & c. qnia tua. 12. q. 1. Et Ruth. 1. c. & Ecclesiastici c.7. Et apud Apuleium lib. 9. Meta. Pessimam inquit, & ante cunctas mulieres longe deterrimam sortitus coniugem. Et Firmicum lib. 3. Matheseos c. 8. in 7. loco, & lib. 5. c. 1. in horoscopo Sagittarij in fi. & in aliis prope infinitis locis. Atque etiam sortiri matrimonium in l. cum te. C. de inoffic. test. Et sortiri vxoris coniunctionem in c. vna 26. di. Et sortiri torum apud Senecam Tragœdiographum in Octauia, actu 2.

Sortita fratris more Iunonis toros.

Germanos sortium obseruatores esse.

74 ¶ Cornelius Tacitus in eo lib. quem de moribus Germanorum elegantissime scripsit, Germanos ipsos sortes, vt qui maxime, obseruare tradit, morémque sortium, quibus vtebantur, describit. Ante eum autem Cęsar lib. 1. Commentariorum de bello Gallico scribit, apud ipsos Germanos eam esse consuetudinem, vt matresfamilias eorum, sortibus declararent vtrum prælium committi ex vsu esset, nécne. Et vt idem paulo ante finem eius libri tradit, illas quoque de morte captorum in bello sortibus consulere solere.

Fratres sortiuntur, vter eorum maneret vt ille in aliã regionem abiret.

75 ¶ Cum ingens aliquando fames inuasisset vniuersam Lydiam, Tyrsenus, aut vt alij vocant Tyrrhenus & Lydus Atyos tyranni Lydorum filij habito super hac re consilio, bifariam populares suos diuisere, ea lege, vt alter eorum domi cum suis remaneret, alter vero ad quærendas nouas sedes egrederetur. Huiúsque rei arbitrium sorti commiserunt, contigítque vt extractis sortibus profectionis conditio Tyrseno obueniret. Ideóque præparatis nauibus cum suis illas ingressus prospera vsus nauigatione in Italiam peruenit, ibíque accolas huius loci strenue domuit, regionémque illorum obtinuit, & à suo nomine Tyrseniam appellauit, quod à Velleio Paterculo lib. 1. Romanæ historiæ proditum est, & Seruio li. 2. Aeneid. in eum locum, Vbi Lydius arua, inter opima virum, &c. Et rursum lib. 8. in eum quoque locum, vbi Lydia quondam Gens bello præclara, & Nicolao Leonico lib. Variarum historiarum 3. c. 52. vbi tamen neutrum citat, nec alium vnde id acceperit, vti nec semperq; alias fecit in vniuerso illo opere. Verum Myrsilus Lesbius in libello de origine Italiæ & Tyrrhenorũ, id omnino reiicit veluti confictum & contrarium ei quod; scribit Xanthus Lydius in patria historia. Sed quicquid sit de ea. Non dissimiliter Lampeto & Marsepia Getarum reginæ sortito tentarunt, vtra earum in regno ipso manens fines patrios tueretur, vtrave in alienas regiones exercitum duceret eas subactura & imperio coniunctura, vt tradit Iornandes in eo lib. quem de Origine Getarum scripsit. Qui & ipse eodem lib. scripsit Theodemirum regem Gothorum & Germanum milla sorte alterum in partem Italiæ, alterum ad regnum Orientale accessisse.

Sortium exempla ex Aristotele.

76 ¶ Et vt accuratim alia quædam hic tandem colligamus, scribit Aristoteles lib. 4. Politicon c. 5. vtile esse quibus est consiliorum potestas, aut suffragio, aut sorte deligi. Sed & vtile quoque esse, si maior sit numerus popularium quàm Reipublicæ gubernatorum, aut non omnibus proponi præmium, sed iis qui numero Patritiorum pro portione respondeant, aut sorte plures à consilio reiici. De quo & idem multo plura in c. seq. Et lib. eiusdem operis 5. c. 3. A largitionum, inquit, corruptela siue seditione mutantur Respublicæ, vt in Heræa ciuitate. quod

enim

enim legerent eos qui suffragia largitione corrupissent, electio in sortitionem mutata est. Et lib. 6. c. 1. aut vt alij diuidunt 2. Quod si quis magistratus ex antiqua mutatione reliquus sit, tum fas esse ei autoritatem imminuere, & à suffragiis ad sortitionem transferre. Et c. seq. Si pares eos esse contigerit, communem hanc esse cõtrouersiam putandũ est, vt si nunc inter duas partes diuisa sit côcio aut iudiciũ. Aut enim sorti res cõmittenda est, aût aliud tale faciẽdum.

77 ¶ Et vt ad alios autores accedamus, Cicero lib. Officiorum 3. Quid, inquit, si vna tabula sit, duo naufragi, hique sint sapientes, sibi vterque rapiat, an alter cedat alteri? cedat vero, sed ei cuius magis intersit vel sua, vel Reipublicæ causa viuere. Quid si hæc paria in vtroque? nullum erit certamen, sed quasi in sorte aut in micando victus alteri cedet alter. Hæc ille. Est autem micare, vt id obiter dicam, sortiri digitis, vt scribit Nonius Marcellus huius loci, & aliorum autoritate. Idem in oratione pro Cn. Plancio: vtrum id sortis esse vis, an eius qui eam legem ferebat? Si sortis, nullum crimen est in casu. idem in 3. Phil. Prouinciarum religiosam sortionem appellat. Et paulo post sortitionem diuinam. Apud Liuium lib. 1. Tarquinij duo filij cum accepissent responsum ab Apolline Delphico eum summum imperium Romæ habiturum, qui primus osculum matri tulisset, ipsi inter se vter prior cum Romam redissent, matri osculum daret, sorti permiserunt. Apud eundem 1. dec. lib. 4. Delectum inquit haberi non ex toto passim populo placuit, decem tribus sorte ductæ. ex his scriptos iuniores duo Tribuni ad bellum duxere. Sed & lib. 5. tradit Ambigatum Celtarum regem ob abundantem plebis multitudinem Bellonesum & Sigonesum sororis filios in alias, quas Dii dedissent auguriis sedes, ostendit. Sigoneso autem sortibus datos Hercinios saltus, Belloneso Italiam.

Ex Cicerone. *Micare quid sit.* *Ex Liuio.*

78 ¶ Diodorus Siculus lib. 4. Bibliotheces scribit, ad custodiam insulæ Ophiadis custodes sorte fuisse diuisos ab Aegyptiorum Rege cui ea parebat, ne quis furto lapidem Topazion, quo ea insula abundat, subtraheret. Et lib. 5. eiusdem operis tradit, quod cum Theseus & Pirithous communi consilio Helenam rapuissent, Athenasque aduexissent, iacta inter eos sorte vtrius ea sponsa futura esset, sorte Theseo obtigit. Idem lib. 11. eiusdem operis scribit Siculos quicquid publici relictum agri accessisset, per ciuium capita quæque suis distribura sorte tradidisse. Et alibi eodem lib. Aegestæos, & Lilybæos agrum ad Maxarum fluuium positum pro sorte distribuisse tradit. Et paulo post agrum Chersonesum sorte quoque mille ciuibus distributum fuisse. Et lib. 12. Sybarienses agrum Thuriorum mœnibus finitimum pro sorte item distribuisse. Et paulo post, ipsos Thurios eundem quoque agrum rursus æqua sorte inter se distribuisse, vt iam intelligas id vbique fieri solitum. quod & videri potest ex his quæ diximus suprà, nu. 5. Sed & alias.

Ex Diodoro Siculo.

79 ¶ Plutarchus in Solone tradit illum ἐν δημοσίῳ præbuisse epulum, quod παρασιτεῖν quasi accubare vocauit. non enim eundem permittebat cibari eo loco sæpius. Si is autem cui sorte obuenerat, recusasset, plectebatur: quoniam illud plus æquo appetentis, hoc superbi & nimis fastidiosi, & communia contemnentis esse putaret. Idem in Pericle. In octo, inquit, partes vniuersam multitudinem partitus, sortibus vtebatur. & cui alba faba contigisset, huic permittebatur in conuiuiis atque otio agere, cæteris pugnantibus. Ideo etiã aiunt eos, quibus res quæpiam suauiter succedunt, eum diem album ab alba scilicet faba vocare. Hęc enim sunt verba illius, ὀκτὼ μέρη διελὼν τὸ πᾶν πλῆθος ἀπεκλήρου. καὶ τῷ λαβόντι τὸν λευκὸν κύαμον εὐωχεῖσθαι, καὶ σχολάζειν παρεῖχε, τῶν ἄλλων μαχομένων. διὸ καὶ φασὶ τοὺς ἐν εὐπαθείαις τισὶ γενομένους, λευκὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἀπὸ τοῦ λευκοῦ κυάμου προσαγορεύειν. Apud eundem Plutarchum Problematon Græcorũ c. 51. Leucippa, Arsinoe, & Alcathoë Minyj filiæ furore percitæ cum carnibus humanis vesci cuperent, de filiis inter se sortitæ sunt. Idem in Nicia autoritate Theophrasti, tradit cum de pacis conditionibus inter Athenienses & Spartanos conuenissent, atque captiuos homines agrósque & ciuitates inuicem captas vtrique reddendas statuissent, sorte discerni placuit quinam priores reddendo esse deberent, Niciámque clanculum eos qui ducendis sortibus præerant, pecunia corrupisse. Idem in Antonio scribit ipsum Antonium & Cleopatram inter se sortitos fuisse, cum se mutuo ad cœnam inuitassent vter eorum inciperet. Idem in Timoleone tradit quod cum inter suos duces contentio esset qui primũ traiiciendi fluminis Damyriæ, & aggrediendi locum haberet, Timoleon hanc controuersiam partibus decernere voluit, & ducum singulorum annulos in sua chlamyde coniectos permiscuit. Idem in Parallelis, c. 66. quod cum pestilentia Lacedæmonem vexaret, relatúmque esset oraculum ex Apolline finem mali fore, si quotannis virginem quampiam generosam immolarent, sorte eam virginem assumebant. Et c. seq. idem tradit de Phalerorum pestilentia, vt scilicet in sortem vocarent, quam immolarent. Apud eundem in Othone legiones sorte ordinem capiebant. Idẽ in Theseo tradit ipsum Theseum & Pirithoum sorte cõtendisse vtri eorum Helena obtingeret. Idem in Romulo scribit, ex regibus ab Aenea ortis Numitorem, & Amulium regnum pecuniásque & aurum sorte partitos fuisse, & Numitori regnum, alteri aurum & pecunias contigisse.

Ex Plutarcho.

80 ¶ Apud Dionysium Halicarnasseum lib. Romanarum antiquitatum 4. Etruscus vates asserit sortem non minimam esse partem speculationum in diuinatione, rectam interrogationem. Valerius Maximus lib. 1. c. 1. in princ. Prisco instituto rebus diuinis opera datur: cum aliquid

Ex Dionysio Halicarnasseo.

commendandum est, precatione: cum exposcendum, voto: cum exoluendum, gratulatione, cum inquirendum, extis vel sortibus, &c. Et lib. 8. c. 16. vbi de Sulpitia scribit, ex omnibus matronis centum, ex illis autem decem sorte ductas fuisse, quæ de sanctissima fœmina iudicium facerent, quæ Veneris Verticordiæ simulacrum consecraret. Et Cornelius Tacitus lib. 3. scribit Tiberium quinque Consularium, quinque è Prætoriis, totidem è cætero senatu sorte duxisse apud quos exsoluti plerique legis nexus modicum in præsens leuamentum fuere. Idem lib. 5. scribit Togonium Gallum orasse Tiberium deligere Senatores, ex queis viginti sorte ducti & ferro accincti, quoties curiam iniisset, salutem eius defenderent. Idem lib. 18. satis declarat legiones de ordine agminum sortiri solitos. Idem lib. 20. scribit sorte ductos fuisse, per quos redderentur bello rapta, quique æra legum vetustate delapsa noscerent, figerentque, & qui fastos adulatione temporum fœdatos exornarent, modúmque impensis facerent.

Ex Suetonio.
Citharœdorum sortitio.

81 ¶ Suetonius in Iulio Cæsare, cap. 41. declarat sorte capi solitos, qui acciperent frumentum ex publico: & si qui eorum vita decessissent alios sub sortitione in id deligi. Idem in Augusto c. 13. tradit illum, rogantes patrem & filium pro vita sortiri, vt dimicare iussisse, vel alterutri concederetur. Sed & ibi c. 30. instituit vt regiones vrbis magistratus annui sortito tuerentur. Ex eodem in Nerone c. 21. intelliges Citharœdos ex sorte in scenam prodire solitos, cum scribit, Nomen suum in albo profitentium Citharœdorum iussit adscribi, sorticuláque in vrnam cum cæteris demissa, intrauit ordine suo. Apud eundem in Vespasiano c. 10. Vespasianus ipse sorte elegit, per quos rapta bello restituerentur. quod & nos supra ex Tacito retulimus. Et in Tito cap. 9. ipse Titus curatores restituendæ Campaniæ è Consularium numero sorte duxit. Idem in Domitiano c. 4. scribit illum in Albano celebrasse quotãnis quinquatria Mineruæ, cui collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur. Sed & idem in eodem Domitiano c. 14. prodit decretum fuisse, vt quoties Domitianus Consulatum gereret, Equites Ro. quibus sors obtigisset, trabeati, & cum hastis militaribus eum præcederent.

Athletarũ & Pancratiastarum sortitio.

82 ¶ Nec tamen omittemus similem propemodum illi Citharœdorum sortitionem inter Athletas & Pancratiastas apud Græcos obseruari solitam ex Luciano in Hermotimo: Nam in argenteam, inquit, calpin, id est, vrnam conriciebantur minutulæ sortes faba non ampliores, eo ordine semper seruato, vt binis eadem elementi nota inscriberetur sortibus, pro Athletarum numero numerosioribus. Cum autem tempus pugnandi impenderet, prodibant ex Athletis singuli sortem educturi: nec interim inspiciendi sortem ius erat, id prohibente mastigophoro. Peracto autem orbe Alytarches respiciebat sortes, atque ita dispensabat, vt qui α esset sortitus, cum eo componeretur, qui eandem literam eduxisset, atque ita deinceps Homogrãmi certaturi prodibant. Sed id tamen demũ fieri solebat, si certaturi pares fuissent. Quod si quinque aut septem conriciebantur in vrnam, solitaria superat litera, quę antigraphum siue antigramma non haberet, qui eam eduxisset, residebat expectans quamdiu certarent alij, ingressurus mox cũ fatigatis ingens ipse & integer viribus, quod vtique fœlicissimũ censebatur, hícque dicebatur ἔφεδρος, quæ dictio indicat nouissimũ apud Sophoclẽ in Aiace flagellifero.

83 ¶ Iustinus lib. 1. tradit Cyrum adhuc puerum inter ludentes pastores sorte Regem delectum fuisse, quod ei omen fuit futuri imperij. Idem lib. 21. scribit centum virgines & fœminas Locrenses sorte ductas, quas in templum Veneris quàm possent ornatissimas mitterent, vt voto cuipiam ex publico fungerentur. Plinius lib. 33. c. 3. tradit Sesostrim regem Aegypti annis quibusque sorte reges singulos è subiectis iungere ad currum solitum fuisse. Apud Apuleium lib. 4. Meta. Latrones sorte ducti noctibus excubabant speculandi gratia, ne scilicet inuenti deprehenderentur. Et paulo post, Sorte quoque ministerium faciebant. Apud eundem in lib. de Mundo, Reges Persarum stipatores habebant regalium laterum, qui tutela peruigili custodiam per vices sortium sustinebant. Lampridius in Heliogabalo, cum tradit sortes conuiuales scriptas habuisse, quales inibi describit, húncque sortis morem primum instituisse, & ad sortem scenicos vocasse eo modo, quem ibi describit. Flauius Vopiscus in vita Probi tradit sorti commissum fuisse, cui equus velocissimus cederet, scribítque ipsi illum cessisse. Sunt qui Sortem pro Deo cultam fuisse tradunt, vt videre licet apud Plin. lib. 2. c. 7. vt cuius mater Fortuna, vt dicemus infrà, nu. 87. Dea plerisque fuerit existimata, vnde illud Iuuenalis,

Sed te nos Fortuna Deam facimus, calóque locamus.

De quo plurima videbis per Lilium Gregorium Gyraldum de Diis gentium, Syntagmate 16. Sunt quoque qui Lachesim secundam Parcarum à sorte dictam putant, aut quod Sors eam sit, vt existimat Fulgentius: aut quòd vt alij arbitrantur, fatum sortiantur, παρὰ τὸ λαγχάνειν τὸ πεπρωμένον.

Contra sortes.
Fortunæ iudicium à ratione remotum.

84 ¶ Contra istam opinionem, quæ hanc controuersiam sortis iudicio committit, multa adduci possunt, quæ sortes improbant, videlicet c. 1. 26. q. 1. & c. non statim, & c. hi qui, & c. non exemplo. 26. q. 2. & c. aliquanti, & c. sortes. 26. q. 5. & c. vlt. extr. de sort. Et quod dicit Bal. loquens de hoc nostro casu in §. itaque, col. vlt. in procem. ff. iudicium fortunæ remotum esse à ratione. Ideóque nec rationem ipsam, nec intellectũ debere se committere huic fortunæ, quæ sæpissime pręfert iniquũ æquo, nec rectè iudicat, vt no. in l. sed an vltro. §. vlt. ff. de neg. gest. Et paulo post, Oportet

post, Oportet (ait) intellectum omnia determinare, & quàm paucissimè fortunæ committere. l. 2. ff. de condi. & demonstr.

85 ¶ Sed & idem Bald. in c. licèt caussam, col. 7. ver. oppo. quod Papa, de probat. de sorte loquens. Non est (inquit) iustum, vt opes nostras committamus casibus fortuitis, & incertis. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. Nam fortuna est nutus Dei nobis incertus: vel si est altera natura in cęlo habens dominium caducorum, non debemus nos immiscere eius officio. Quinetiam Alci. in d. l. 2. §. ex his. num. 25. dicit id sortis iudicium esse periculosum, & subiectum fortunæ, non rationi. Ob quod non assentitur op. Bar. ibi, de qua suprà diximus. *Ad idem.* *Sortis iudicium periculosum.*

86 ¶ Quibus adde sententiam Ciceronis, qui & id sortis iudicium appellat iudicium fortunę, in oratione pro Aulo Cluentio Habito, Sin autem sortiti ad pœnam atque hominum delictum fortunæ iudicio committere minimè censorium est: certe in multorũ peccato carpi paucos ad ignominiam & turpitudinem non oportet. Nam & idem Cicero lib. 2. de diuinatione. Dicẽdum (ait) igitur putas de sortibus? Quid enim sors est? idem propemodũ quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus temeritas, & casus: non ratio, nec consilium valet. Tota res est inuenta fallaciis, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. Idq; multis rationibus & exemplis probat. Suprà autem nu. 75. docuimus quid sit micare. Isocrates autem in Areopagitico, scribit sortitionis gubernatricem esse Fortunam. *Ad idem.*

87 ¶ Nec mireris, quòd Bal. noster, & Tullius sortem vocarunt fortunę iudicium, id enim nolui silentio præterire, quandoquidem Sors τύχης, fortunæ filia est, vt scribit Euripides, *Ad idem.* *Sors fortunæ filia.*

Τὸν τῆς τύχης παῖδα κλῆρον.

Et ex eo repetit Plutarchus, aut quisquis is fuit, dubitant enim nonnulli de authore huius libri, cui titulus est, πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, χερσαῖα ἢ θαλάσσια. id est, Vtra animalia sunt prudentiora, terrestria, an marina. Nam & τύχη Græcis vtrunque significat, & fortunam, & sortem. Quanquam sunt qui apud Euripidem, non τύχης legunt, sed ψυχῆς, tanquam scilicet sors sit animæ filia, quæ scilicet, vt scribit Cælius Rhodiginus li. Antiquarum lectionum 29 c. 22. posterioris æditionis, diuiti non cõtribuens τὸ πρεσβεῖον, hoc est, honorem præcipuũ, sed vt conuenit pauperẽ abiectúmq; surrigit: magnum verò & potentem æqualitati assuefacit, nec molestè, sed moderatum agere hilariter. Et ita legitur apud ipsum Plutarch. Sympo. decad. 3. prob. 10. nisi ibi mendum sit. Sed prior lectio magis mihi placet. Cui adstipulatur illud Martiani Capellæ lib. 1. de nuptiis Philologiæ & Mercurij, de fortuna. Tunc enim omnium garrula puellarũ, & contrario semper fluibunda luxu, leuitate pernix desultoria gestiebat. Quã alij sortem asserunt, Nemesimq; nonnulli, Tychénq; complures, aut Nortiam. Cæterùm & de huiusmodi fortunæ iudicio ex Iuriscons. habes, ne illud ignores in l. seru⁹. ff. de stat. hom.

88 ¶ Cornelius Tacitus lib. 12. scribit Augustũ permisisse Senatui deligere præfectos, dein ambitu suffragiorum suspecto sorte ducebantur ex numero Prætorum qui pręessent: neq; tamẽ id diu mansisse, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Dionysius autem Halica. li. 1. Antiquitatum Rom. laudat Romulum quòd neq; venalia, neque sorte diuidenda fecisset sacerdotia. Basilius quoque Magnus in Exameron 1. sex dierũ congressione 8. de apibus loquens. Rex (inquit) apud ipsos nõ suffragiis est cõstitutus. Nã imperitia populi sæpenumero pessimum omnium in Magistratum assumit, non sorte potestatem est assecutus. Sortium enim concursus ad omnium pessimum deterrimúmq; persæpe deferunt magistratum. Philostratus autẽ in vita Apollonij, lib. 3. repræhendit illum morem, de quo suprà diximus Aegyptiorum, qui sacerdotes sorte deligebant: atque Græcorum, qui iudices, quos ludis Olympicis præficiunt, sorte etiam assumebant. Sorti namque illos electionem committere, quæ prudentię nihil habet, ita vt possit etiam pessimus quisque sorte assumi.

89 ¶ Et ne omittam Poëtas, Linus Thebanus Poëta vetustissimus, vt qui Apollinis & Terpsichoræ, vt plurimi volunt, siue Mercurij & Vraniæ, vt alij malunt, filius fuit, de huiusmodi sortibus ita scripsit apud Stobæum sermone περὶ φρονήσεως.

Φράζεο δὴ σπουδὴν ὅπως ἐπὶ μῦθον ἀκούσῃς
Μύθων ἡμετέρων, ἀτραπὸν περὶ παντὸς ἀληθῆ
Κῆρας ἀπωσάμενος πολυπήμονας αἵ τε βέβηλον
Ὄχλον ἀναστῶσαι, ἄταις περὶ πάντα μέδουσι
Παντοίαις, μορφῶν χαλεπῶν ἀπατήματ' ἔχουσαι.
Τὰς μὲν ἀπὸ ψυχῆς εἴργειν φυλακαῖσι νόοιο.
Οὕτως γάρ σε καθαρμὸς, ὅττις δικαίως ὁσίως,
Ἕψεται ἀληθείῃ μετ' ἰοῖς ἐλθὸν γένος αὐτῆς.

Considera studium intendens, audiendo
Sermones nostros, viam in omnibus veram:
Sortes reiice damnosas, quæ & impiorum
Multitudinem excitantes damnis omnia inuoluunt
Variis, formarum periculosarum imposturas habentes.
Has quidem ab animo arcere studiosè cogita.

Sortes dãnosæ dãnis variis omnia inuoluũtes.

Hæc enim te purgatio omnino verè sanctificabit,
Si verè oderis perniciosum genus ipsarum.

90 ¶Sed cui addere poteris quod Apuleius li.9. Metamorph. significans has omnes sortes vanas esse,& futiles tradit sacerdotes Isidis commentos nouum genus quæstus: euocata enim sorte vnica pro pluribus casulis(aut vt alij legunt capsulis,aut vt alij,casibus)consulentes de rebus variis plurimos ad hunc modum canillatos. Sortem autem hanc fuisse: ideo coniuncti terram proscindunt boues,vt in futurum læta germinent sata:tum si qui matrimoniū sorte cooptaturos interrogarent rem ipsam,respondere aiebant,iugendos connubio, & satis liberûm procreandis. Si possessiones præstinaturus quæreret,meritò boues,vt & iugum & arua sementis florentia pronuntiari(siue vt legere malo prænuntiari.)Si quis de profectione solicitus diuinū cuperet auspicium,iunctos iam paratósque quadrupedum cunctorum mansuetissimos,& lucrum promitti de glebæ germine. Si prælium capessiturus vel latronum factionem persecuturus,vtiles necne processus sciscitaretur,additam victoriam forti,præsagio contendebāt. quippe ceruices hostium iugo subacturi,& prædam de captiuis vberrimam fructuosámque capturi. Et subiungit, Ad istum modum diuinationis astu captioso corraserant non paruas pecunias. Ex quibus planè intelligis has diuinationis species nihil aliud esse quàm meram imposturam.

91 ¶Et illa quidem in vniuersum. Sed quod ad quæstionem nostram priuatim pertinet quæ quidem quæstio facti potiùs est,quàm iuris,vt dicit tex. in l.idem erit. ff. de sta. homi. Omnes propè in ea sententia sunt,in huiusmodi quæst. facti nunquam sorti locum esse,sed vt qui factum allegat,id ipsum probet,per l.ei qui. ff. de probat.& l.actor. C. eo.tit. cum si. Nam ita voluit gl. in l.1.in verbo,prohibebit.& ibi Salyc.col.2.ote pe.vers. nec ob hæc verba. C. vti possid. Iac. Bel. Cy. Ia. Bu. Alex.& Corne. in d.l.vlt. C. com. de lega. Ioan. And. Panor.& Ioan. Ana. in d.c.vlt. de sortile. Io. And. Imo. col.6. qui illam gl. dicit sing. Panor.& Fely. in d.c. licèt causam, de prob. vbi ex hoc damnāt gl. ibi. de qua diximus suprà, nu.18. nec hinc longè. Bar. in l.si duo, in prin. col.2. vers. alij dicūt. ff. vti possidet. Nicol. Neap. Imo. Raph. Co. Pau. Ca. Alex.& Ias. in d.l.huiusmodi.§.vlt. ff. de leg.1. ex quibus ipse Imo. Alex.& Ias. dicunt etiam illam sing. Ang. in d.l.sed cùm ambo. ff. de iud. Imo. in c.in nostra,de testib. vbi & eam gl. dicit no. te præhendítque etiam gl. ibi,de qua & nos suprà diximus,nu.17. facit præterea. Floria. in l.itinere. ff. de serui. rust. præd. Ange. Are. in §.sed si ex testamento,col.2. nu.8. Insti. de satisd. tut. vbi & illam gl. dicit sing.& in d.§.optionis, Instit. de lega. Barb. in d.l.2.§. ex his,col.13. & ibi Ias. qui item illam dicit sing. col.7. vers. circa ergo secundam quæstionem.& ibi quoque Lancel. Gali. col.5. vers. quinta sit conclusio. ff. de verb. oblig. Fely. 10 d.c. capitulum sanctæ crucis, col. pen. de rescrip.& Franc. Ripa in repe. l.quominus,num.59. ff. de flumi.

Sorti nunquam locū esse in quæstis.

92 ¶Sed aduerte,quia licèt omnes,vt diximus,vbique id teneant,tamen Philip. Dec. in d.c. licèt causam,col.pe. vers. secunda conclusio,de probat. intrepidè tenet contrariū,ea ratione motus quòd sortes sunt permissæ præterquam in casibus prohibitis,vt suprà diximus nu.13. alia gl. Nec reperiuntur magis prohibitæ in qu. facti,quàm iuris. Nam in d.l.e. duo sunt Titij. quam plerique in contrarium allegant,aliud est quod impedit controuersiā sorte dirimi,quia agebatur de præiudicio tertij,scilicet pupilli:quo quidem casu res ad iudicium sortis non reducitur,vt nuncupatim voluit gl. loquens etiam de præiudicio pupilli in simili fermè casu,in d.§.sed si ex testamento,vers. finautem,in verbo,partes, Instit. de satisd. tut. Cy.& ceteri 10 d.l. vlt. C. com. de lega. Bal. in l.si duas,col.1 ff. de excus. tut. Ange. in d.l.si cùm ambo. ff. de iud.& omnes propè de hacre loquentes.

Cōtra prædictam opi.

Sorti non esse locum cùm de præiudicio tertij agitur.

93 ¶Igitur cùm nulla sit diuersitatis ratio in quæstione facti & iuris,quantùm ad hanc rem pertinet, cur aliud in vno statuemus quàm in altero.& potissimùm cùm ex facto ius oriatur. l.si ex plagis.§.in cliuo. ff. ad leg. Aqui.& l.duobus.§.si ci qui,& §.vlt. ff. de iureiur. Nam ea iura ad id allegari solent. Et præterea simile ius statuendum sit in antecedenti & consequenti. l.ad rem mobilem,& ibi gl. ff. de procur.& l.ad legatum,eo.tit.& §.idem iuris,& ibi etiam gl. Inst. quib. ex cau. manu. non pos.cum si. Et hanc opi. sequi videtur Anto. cuius Decius non meminit,in d.c.vlt. ad fin. de sortile. dum allegat gl. in d.c. licèt causam, de probat. Et nuncupatim quoque sequitur Caro. Moli. in Consuet. Paris. tit.1.§.8.& glos.1. col.5. nu.8.

Idem ius in antecedenti & in consequenti.

94 ¶Et si eam opi. teneas vt possit huiusmodi res sorti committi, hoc intelligas si ambæ partes, aut certe etiam altera partium contendentium id requirat. Nam vtroque inuito id nō fieret. Quin in rebus omnino indiuiduis sese mutuo océcut su impedirent,per tex. in l.quoties. ff. de vsus. amit.& expressè voluerunt Cy. Iac. Bu. Bar. Saly. Ang.& Philip. Corn. in d.l.vlt. C. com. de leg. Ioan. And. in d.c. licet causam,col.vlt. de probat.& in c.vlt.& ibi quoque Panor. ante fi.& Io. Ana. col. antepe. de sortile.& Bar. in d.l.huiusmodi.§.vlt. ff. de le.1.& Floria. in d.l. itinere. ff. de serui. rust. præd. D. C inter. in tract. Primogenituræ, in 9.q. col.5. vers. si tamen velis. Imò nec altero inuito, nisi vt dicam infrà, in fi. huius 17. quæstionis.

Sorti nō esse locum, nisi petatur sal tem ab altera partium

95 ¶Sed & illud postremò annotauerim,quòd si res sorte diiudicata fuerit,non poterit appellari: quia tunc grauamen infertur à fortuna, quæ in hoc mundo superiorem non habet, vt quæ

semper errat,& multas rerum euoluit mutationes,vt sing.dicit Bal.in d.l.vlt.col.1.C.com.de leg.allegans § pen.in Auth.vt omnes obed.iudi.& sequitur Ias.qui id dicit sing. & perpetua memoria dignum ibi,& in d.l.huiusmodi.§.vlt.col.vlt.ff.de leg.1.Et Rom.in l.sed cùm ambo quam legit cum l.in tribus.ff.de iud.& Corn.cons.143.licèt in hac,ad fi.lib.4.& Catel. Cota. memor.incip.sortis diiudicatio.& Philip.Deci.in d.c.licèt causam,col.pe.ver.& de sorte , de prob.& Hippo.Marsil.in repet.l.1.nu.140.C.de rap.virg.Et ad id citat Cota illud Euripidis, Fortuna cuncta versat in contrarium. *Sorte res iudicata appellationem nō admittit*

96 ¶Nam nec hoc casu,quo scilicet res iudicata est sorte,datur etiam minori in integrū restitutio,vt sing.voluit idem Bal.in l.aut prætor.§.vlt. ff.de minori. dum dicit,quòd si in diuisione minor optet deteriorem partem,is restituetur,nisi illi sorte contigerit, quia tunc vtitur iure communi:& contra aduersam fortunam non datur restitutio. Et idem propemodum dicit in l.verùm §.sciendum,per eum tex.eo.tit.Ad cuius sententiæ confirmationem facit tex.in l.de fideicommisso.C.de transact.vbi,quando ex incerto euentu quis potest consequi lucrum & damnum,nullo modo læsus dicitur,etiamsi damnum consequatur,vel si sit minor: nam in ea l.alter minor erat,de qua & nos plura diximus ad id nostrum propositum in repeti.l.sivnquá, in verbo,donatione largitus,nu.110.cæterùm superiora. *Nec restitutionem in integrum.*

97 ¶Sed id tamen intelligendum,modò non sit intolerabilis quædam deceptio,ex eo quod etiā sing.dicit ipse Bald.in l. maioribus.C.com.vtriusque iudi.per illum text.iuncta d.l.2.C.quan.& quib.quar.pars,lib.10.quòd si fratres hæreditatem sorte diuidant,ex qua intolerabilis deceptio insurgat,potest peti rem in melius reformari.& sequitur Ro. in d.l. sed cùm ambo, & cons.471.lucrum,in fi.& Philip.Fran.in rub.de appel.Corne.qui id dicit sing.d.consi.143.ad fin.lib.4.Paris Puteus in tract.de ludo,char.vlt.ver.an à sententia.Barb.in c.cùm dilecti,col.vlt.de emp.&vend.& in d.c.licèt causam,col.pe.& ibi quoq; Deci.vbi suprà,de proba.Hipp.Marsi.in d.l.j.vbi suprà,de rapto.& Catell.Cota,qui & id sing.dicit in d.memor.sortis diiudicatio.& D.Crier.in tract.de primogenitura,lib.2.q.3.col.16.in 8.prærogatiua. *Nisi intolerabilis sit deceptio.*

98 ¶In quā sententiam dicit ipse Bal.quem nullus illorum allegat , con. 72. cuius id caput est, factū super quo consilium petitur,in 2.dubio,licet item 2.Diuisionibus esse standum nisi vltra dimidiā alter deceptus esset,vel nisi alteri beneficio minoris ætatis subueniatur,per d.l. maioribus.Etiamsi fiant sorte sicut moris est, licèt forrè quidā dicerent quòd fortuna similis sit ludo perditionis,vt maiori nullo modo subueniatur,minori autem sic,iuxta no.l.si minor.ff. de minor. Sed & ille subdit,ista non est bona similitudo,si in hoc casu fortuna æquiparatur bono & æquo iudici, per d.l.vlt.C.com.de leg. *Ad idem.*

99 ¶Sed hæc tamen limitatio non posset procedere in hoc casu de quo agimus.Certum est enim ius primogenituræ ad alterū tantum contendentium pertinere:vter tamen is sit , incertum. Propterea ab initio quæst.sorti committitūr eo animo,eo consilio,vt res alteri tantùm ex sorte adiudicetur.Propteréaque alter non se potest dicere læsum , quāuis nihil consequatur.At in diuidenda hæreditate inter hæredes nihil tale est,quia certum est omnes hæredes suam legitimam portionem habere,propterea q; si in diuidenda ex sorte hæreditate comperiatur vnum maxima ex parte læsum esse,quod certum est ad illum pertinere,non mirū est si res reducenda sit in melius,vt etiam in nostro casu foret,si posteà liquidò constaret non eum cui sors primogenituræ obtigit, sed alterum esse primogenitum. *Quid igitur in nostro casu si post sortis iudicium cōstet quis sit primogenitus.*

100 ¶Sed quod haud dubiè verum est,hæc omnia ita demum obtinēt,si in sorte nullus dolus aut fraus interuenerit,vt in ea historia quam suprà, nu.28.Darius ille primus, de Dario retulimus:& in alia de Cresphonte,nu.seq.incip.nam & in simili.In quibus vterq;,scilicet Darius & Cresphontes regna alter Persarū,alter Messeniorum sorte fraudulenta consecuti sunt.Nā tunc nemo dixerit huiusmodi sortes sequendas esse,cum semper fraus,dolus,captio,à quacūque re excludi debeat.d.l.maioribus.C.com.vtriusque iudi.& l.si vxori.ff.de anr.& arg.leg.cū si.Est autem prouerbium apud Sophoclem δραπέτης κλῆρος,id est,fugitiua sors,de re per dolū facta.Et vide quæ & nos dicemus in re non admodum absimili in 60.qu.nu.8.intelliges 2. & seq.& diximus in nostris Retractibus, tit.1.§.24.gl.1.nu.5.vt id,& seq. *Quid si dolus interuenit.*

101 ¶Et vt id caput concludam,si quis plenius nosse cupiat an,quando, & quomodo sortes sint permissæ aut prohibitæ,legat Archid.in c.1.26.q.2.Io.And.in rub.de sortil.& in c.vlt.eo.tit.& ibi quoque omnes scribentes Cyn.& alios in d.l.vlt.C.com.de legat.Omnes in d.l.huiusmodi.§.vlt.ff.de lega.1.& in d.c.licèt causam,de probatio.Feder.Senen.cons.284.domine reuerēde,Alber.in suo dictionario,in verbo sors.Luc.Pen.in d.l.2.col.3.in verbo,sortium.C.quan.& quib.quar.pars.Io.Fab.& Angel.Are.in §.optionis,Inst.de lega.eundem Are.in §.2.Instit.de satisd.Paul.Cast.in l.sed cùm ambo.quam legit cum l.in tribus,in fin.ff.de iud.Maria Soci. in tract.de sortibus,ex quo se citat in rub.de libel.oblati.in 4.mēbro 8.arg.prin. ad fi. & Fely. in d.c.capitulū sanctæ crucis,col.pen.ver.sed an sortibus de elec.& nouissimè Guil.Pontanū in d.l.2.§.ex his,col.10.nu.11.ff.de verb.obliga.& Alciatum lib.Parergôn 5.c.22.& copiosissimè Moli.in Consuet.Paris.tit.1.§.8.gloss.1.in 2.quæst.numer.13. & multis seq.& Paul. Grillandum in libro quem nuncupatum scripsit de Sortilegiis,& Ioan. Oldendorpium , Actionū *Reliqua de sorte.*

classe

ſecundùm quam indicet. nam & eam in id citat Bal.in c.licèt cauſam.col.7.verſi. glo. dicit, de prob.vbi eam dicit ſing.& conſi.420.verba principis,col.2.lib.1.vbi etiam eam dicit ſing. & conſ.481.vertente quęſtione,circa medium,eo.lib.1.vbi eam dicit no.& conſ.468.qualiter probentur,col.2.lib.3.vbi eam quoque dicit ſing.quod conſ.repetitur conſ.445.lib.5.Tamen nulla eſt ibi glo.in meis codicibus,quæ id dicat. Niſi ſi quis id velit ſumere ex eo quod dicit gl.prima,cùm dicit,vel hoc intellige in interdicto,vti poſsidetis,cùm vterq; æquè probauit. Tanquam ſcilicet ex ea glo. Bal.illud aſſumat quod dicit,tunc poſſe iudicem litis victoriam adiudicare cui voluerit,ſi ſint pares in probatione,de quo ampliùs Imo.Pau.Caſt.Alexan.& Iaſ.ibi.& nos alibi quoque dicemus.

An index poſsit gratificari in paritate probationum.

6 ¶Sed quicquid ſit de eo caſu,certè habemus aliam gloſſ.in c.prætereà ducatus,in verbo, cõpellatur,tit.de prob.feud.ali.per Fed.quòd ſi filij domini,aut etiam plures domini non conueniant inter ſe,cui vaſallus præſtet fidelitatem,is gratificabitur cui volet præſtare,& ſequũtur Iac.Bel.Bal.qui ſubdubitare videtur. Aluar.Marti.Laud.Io.Ray.& Card.Alex.ibi,& ipſe Mart.in c.omnes,paulò ante fin.tit.ſi de feud.fue.contro.inter do.& ag.

Vaſallus poteſt gratificari cui ex dominis nõ conuenientibus fidem præſtet.

7 ¶Nec deſunt gl.Iuris Canonici in hanc ſententiam,videlicet glo.in c.eccleſia veſtra.le 2.in gl.vlt.in fin.de elect.quòd ſi duo fuerunt electi,ſint'que omnia hinc inde paria,ſcilicet numero,dignitate,& meritis eligentium,& electi,poſſunt ipſi eligẽtes procedere ad aliam electionem:& ſi iterum erunt in omnibus pares,poterit ſuperior gratificari vtri ex electis voluerit. De quo tamen vide Io.And.Pet.Anca.& Pan.ibi,& aliã gl.in c.pe.63.diſt.& Arch.qui illam priorem gl.citat,in d.c.pe.de teſcrip.lib.6.& quod dicam infrà,in 6.opi.nu.9. ſuntq; & gloſſ.

Duobus electis per omnia paribus an ſuperior poteſt gratificari.

8 ¶Et vtrumcunque ſit in eo caſu,certè alia eſt gloſſ.illi finitima,quę non adeo in dubium vocatur,in c.ſi plures,in gl.prima 16.quæſt.ſeptima,quæ dicit quòd ſi inter plures patronos nõ bene conueniat de electione,& illi ſint pares numero,poterit epiſcopus gratiam facere,cui velit,quod & voluerunt alia gl.Hoſt.Io.And.Gaſpar Calder.Card.Floren.& Panor.in d.ca. cùm autem,de iure patro.Iuno.in c.1.in fin.eodem tit. ipſe Card.Flo.conſ.90.in diſcenſione, col.2.verſ.ſi verò in neutra.Domi.in c.pe.in 7.no.de reſcrip.lib.6.Cæſar Lamber.in tract.de iure patro.in 25.articu.7.q.princ.2.par.2.lib.colum.2.num.2.& in 11.artic.4.q.princ.3.partis, eiuſdem lib.2.& latiùs in 1.artic.5.qu.eiuſdem operis.Sed tamen & ſuper hoc vide Bal.in rub. de elect.col.1.verſi.pone in electione.

Patronis diſsidentibus epiſcopus poteſt gratificari.

9 ¶Sed & in hoc albo ſunt gl.illæ in c.ſi teſtes,in 1.gl. magna.4.qu.3.& in c.in noſtra, etiam in glo.magna,poſt medium, de teſtib. de quibus locuti ſumus ſuprà in 1.opi. huius quæſtionis nu.17.facit prætereà,quòd in caſu quẽ ibi ex illis retulimus,locus eſt ſorti,vt ibi diximus, aut gratificationi.vtrunque enim in eis locis ponunt.Et glo.in c.1.de Iudęis,quod cum cuilibet permittatur Chriſtianum Iudęi ſeruum redimere 12.ſolidis,per tex.ibi,Si plures ſimul eodẽmq; tempore conuenerint ad huiuſmodi redemptionem,locus erit gratificationi,& ibi eam ſimpliciter ſequitur Hoſtien.de quo tamen vide quid dicam in ſeq.op.nu.4.& quod ſcribunt.

Aliut caſus

10 ¶Poſt gl.adferam & aliorum Doc.in eam rem ſententias, quorũ qui inter vetuſtiſsimos & doctiſsimos annumerari iure poteſt Petrus à Bel.Pert.in l.2.§.2.ff.ſi quis cautio.illud ſcribit quòd ſi ſint duo,& ij quidem æquales magiſtratus,qui poſsint & quilibet per ſe cognoſcere, & habeant diuerſa tribunalia,& ambo ſimul & eodem tempore cognoſcant:poterit reus vtri eorum velit gratificari,vt coram eo procedat,& ſequitur Bal.in l.1.poſt princ.ff.de offi.Cõſ. Idem Pet.in §.1.Inſtitu.qui,& à quib.manu.non po.tradit,quòd ſi duo impetrarunt mandatum ad beneficiũ vacaturum in aliqua eccleſia,nec conſtet vter prior impetrarit,quia vtrũq; mandatum eſt eiuſdem diei,locus eſt gratificationi.

Reus poteſt gratificari coram quo ex multis iudicibus compareat.

11 ¶Hunc ſequitur Io.And.tempore quidem paulò inferior,ſed non autoritate,in addi.Specul. tit.de locat.§.nunc aliqua,verſ.77.loquens de patre emphyteuta,qui voluit emphyteuſim ad vnum ex plurimis filijs inſtitutis hæredibus peruenire,quem aliter nec nominauit nec deſignauit,ita vt incertum ſit de quo intellexerit.Eius enim rei electionem voluit ad dominum pertinere,per d.l.legato generaliter,& l.ſi quis à filio.§.vlt.ff.de leg.1.Et illo(inquit)non eligente omnes ſuccedent in ea emphyteuſi,per l.cùm quidam.§.vlt.cum l.ſeq.ff.de leg.2.Et id quidem quò ad illam gratificationem ſequitur & dicit no.Iaſ.in l.2.char. pen. verſ.tenendo hanc partem.C.de iure emphyt.Sed tu tamen hic omnino vide Caro.Rui.quid reprobat, conſ.36.prima quæſt.nu.7.& ſeq.lib.2.& Doc. in l.ſi quis Titio.§.ſi hæres.ff.de leg.2.Vide tamen quid dicam in ſimili infrà in 6.opi.huius q.nu.19.denique,

Si non conſtat ad quẽ ex filiis emphyteutæ veniat emphyteuſis an dominus gratificatur.

12 ¶Huc pertinent duo dicta Barto.quem non immeritò omnes omnibus legum interpretibus (Accurſium ſemper excipio)anteponunt.Primum in l.2.§.qui exhibẽdi,col.1.in fi.ff.de cuſto. & exhi.reo.quòd ſi quis vocatus fuer[illegible]ſimul, & ad eundem diem coram diuerſis iudicibus eiuſdem dignitatis,& eadem ſit & æ[illegible]lis cauſa,locus eſt gratificationi coram quo malit cõparere,quod & voluit Bal.in l.2.§.1.ff.[illegible]uis cauti.& in l.Senatus,col.2.&ibi etiam Sal.C.qui accu.non poſ.Alterum eſt conſ.10.viſ[illegible]tatuto communis Tuderti,circa medium,quo reſpõdit,quòd ſi ex ſtatuto requiratur in teſtamento mulieris præſentia aut conſenſus duorũ proximorum conſanguineorũ,ſi ſint plures eiuſdem gradus, locus eſt gratificationi.

Citatus ad diuerſa & ea quidem paria iudicia poteſt gratificari.

¶Cui ſubii

Io. Fab. alicubi Bar. citauit.

13 ¶ Cui subiiciendum putarim aliud dictum alterius Doct. nec minoris autoritate nec iudicio, nec multo tempore inferioris, scilicet Ioan. Fab. quem tamen nonnulli antiquiorem faciunt. Sed is Bart. aliquando citauit, videlicet in l. si quando. C. vnde vi. nisi mendum sit in codicibus qui circunferuntur, quod non putamus, cùm illum appositissimè & ex vero alleget. id quod nos obiter dicere voluimus. Hic in l. vlt. col. pen. C. de edic. Diui Adria. tol. scribit quod si in casu illius l. nõ apparet quis litigatorum habet potiora iura, quia fortè proferantur duo testamenta eiusdem diei, nec apparet vtrum prius sit aut posterius, neutérque eorum possidet, poterit iudex gratificari, per c. duobus, de rescriptis. lib. 6. De quo tamen vide quæ dicã infrà.

In duobus testamentis eiusdẽ temporis iudex gratificabitur.

14 ¶ Nec hoc loco prętermittendus est Albert. Rosat. illorũ contemporaneus, nec minoris vir iudicij & eruditionis: qui autoritate Mart. Sil. suffultus, in 2. parte statutorum qu. 141. cuius id exordium est, quæro etiam quæstionem disputatam, scribit quòd si quis habitat domum, quę est duarum parochiarum, & promiscuè in ea habitat, poterit gratificari in vtra earum soluet onera & collectas, quæ ex statuto solui deberent in parochia in qua habitat, per l. eius qui manumisit. §. Celsus. ff. ad municipales. sed vide quæ dixi suprà in 1. opi. huius q. nu. 24. & quod produnt, & quæ dicam infrà, nume. 21. nullus quod diximus, & in 4. opi. huius quæst. nu. 17. cui confine, & in quinta opi. num. 7. & hic idem.

Habitans in domo duarum parochiarum potest gratificari in vtra soluet onera.

15 ¶ Quòd si Bal. in eã rem scripta, vltra alia multa quæ iam suprà ex eo diximus, in vnum colligere velim, certè multò plura ex eo solo, quàm ex vniuersis cæteris adferre possem. Sed satis erit alia quædam commemorasse. Is igitur & post eum Angel. sed vterque post Guil. Cu. in l. queritur. ff. de statu homi. dicunt, quòd si in casu illius l. neuter sexus alterum superat: poterit hermaphroditus gratificari cui sexui malit inseruire. Et idem quoque voluit ipse Angel. in l. idem erit, quam legit cum l. Arethusa, eod. tit. dum allegat Guil. Cu. vbi suprà. Ex hócque dicit in casu illius l. eum fore liberũ, cui hæres gratificabitur. Sed & illud primùm de hermaphrodito ante hos voluit Host. in summa tit. de test. §. qui testes.

Hermaphroditus æqualiter in vtroque sexu gratificabitur vtrum sequi malit.

16 ¶ His concinit quod & ab eodẽ Bal. proditum est in l. j. in 23. quęst. ff. de rerum diuisio. quòd si dominus decedat relictis duobus liberis, quibus eodem tempore bellum sit cum externis quibusdam, nec possit vasallus vtrique suppetias ferre, poterit cui volet gratificari. Quod & ipsum in duobus dominis voluit Bertran. Caprio. in c. 1. tit. de for. fideli. & Ioan. Ray. in c. firmiter, chat. 5. in paruis, ver. quæro vidimus qualiter, tit. prohi. feu. ali. per Fede. Id quod etiã in alio seruitio (quod appellant) indiuiduo debito pluribus liberis obtinere, vt scilicet possit vasallus gratificari cui id pręstare malit, tenet Mart. Laud. & Card. Ale. in c. omnes liberi. vterque col. vlt. tit. si de feud. fue. contro. inter do. & agna. per d. l. 3. §. si cùm omnes. ff. de SC. Syl. & alia quędam ex iuribus suprà citatis. de quo & tu vide quę dicam infrà in 3. opi. huius qu. num. 5. eodémque vlt. A quibus non longè abest quod post Iac. Ardi. voluerunt Iac. Aluar. & Card. Alex. in c. 1. tit. an mari. succe. vxo. quòd si vxor habeat vasallum, cuius auxilio egeant ipsa vxor & maritus eius simul, poterit vasallus, vtri malit, in ea re gratificari, nec ex hoc vxor poterit conqueri. Et simile dicit Bal. cons. 313. ista quęstio. paulò ante fi. li. 3. quòd si quis habet duo domicilia in diuersis ciuitatibus, quæ bellum contra se inuicem mouerunt, potest alteri gratificari cui maluerit opem ferre, nisi altera clarè ius haberet, altera minimè per c. domino guerram, tit. hic finit &c.

Vasallus gratificabitur cui ex pluribus filiis domini suppetias feret.

17 ¶ Adstipulatur præcedentibus & quod scribit idem Bal. in authen. habita, col. antepe. ver. dicto de scholaribus. C. ne filius pro patre, quòd si sint duo rectores electi in discordia, superior adeundus est, qui eos ad concordiam cõpellat, aut vtri placuerit deferat. Et ipse Bal. in l. cùm inter. C. de fideicom. liber. post Cyn. in proœmio ff. quòd si propositum sit pręmium ei qui primus castrum ingressus fuerit, quod quidem pręmium sit indiuiduum, locus est gratificationi cui detur id pręmium, si plures simul ingressi sunt. De quo & tu vide quid dicam infrà in 4. opi. huius qu. nu. 12. húcque etiam.

De duobus rectoribus electis in discordia.

18 ¶ Quódque tradit idem Bal. in proœmio decretalium, col. 2. ver. sed quid si est schisma, quòd si sit schisma in imperio, quia fortè duo fuerint electi, locus est gratificationi. Et in c. vl. paulò ante fi. de dilati. quòd si duo paris dignitatis & potestatis quędam facienda eodem tempore mãdauerint, quæ simul peragi non possint, locus est gratificationi. Sed id quomodo intelligatur, videbis apud Spec. tit. de feu. §. quoniam, ver. 12. & seq. & Ro. cõs. 47. visis necessariis. col. vers. 2. ad idẽ iudicatur, & Barb. in l. si Titius, col. 15. ver. venio nunc ad aliqua. ff. de verb. obli. ¶ Nec rationis esset omittere quod ab eodem Bal. scriptum est ad nostram quęstionem propius accedens, in c. 1. §. & quia vidimus, col. vlt. versi. extrà quęro, tit. qui feud. dar. poss. quòd si actum sit, vt deficientibus masculis, feudum veniat ad vnam fœminam: si primogenita succedit in alia hęreditate, succedet & in hoc feudo, cęteris exclusis: aliàs dominus gratificabitur argu. text. ibi, in verbo, quem dominus vellet. Et sequuntur Marti. Lauden. & Card. Alex. ibi in fin. & Aluar. in c. 1. col. pe. vers. quęro quid sit inuestitura, tit. de eo qui sibi & suis hære. Iac. à S. Geor. in tract. feudorum in verbo, & fœminis, col. 3. vers. sed iuxta prędicta. Francis. Cur. Iunior in tract. eiusdem tit. in 3. parte, char. 3. vers. 18. & Carol. Rui. qui id dicit no. cons. 186. cõsideratis, col. 3. nu. 9. li. 1. notat. de quo & nos diximus suprà in prin. huius q. nu. 12. nec mireris.

Et duobus electis in imperio.

Et duobus paris dignitatis iubẽtibus aliquid fieri quod simul peragi non possit.

Alius casus.

¶ Sed &

20 ¶ Sed & hic adiicienda alia duo eiusdem Bal. dicta, vnum in tract. protomiseos, col. 3. vers. sed quid si sunt æqualiter vicini, quod stante statuto vt vicinus propinquior possit aduocare rem sibi vicinam alteri venditam, si sint duo æqualiter vicini, præferendus est qui prior prouocauit. Quod si eodem simul tempore prouocarunt, locus erit gratificationi, quod & nos diximus in tract. Retractuũ tit. 1. §. 11. gl. 10. nu. 2. Alterum vt à multis citatur, licet reperire non potui, est in cons. quopiã incip. factum sub ista forma, quod statutũ loquẽs de maiore domus debet intelligi naturaliter de maiore natu & ætate. Quod si sint plures ætate maiores, erit locus gratificationi. Et ita illũ refert & sequitur Pe. Anc. in rep. c. 1. in vlt. q. prin. vet. consuluit etiã Bal. de cõst. & Io. Bapt. in rep. l. omnes populi, in 19. q. interpretationis declaratiuę. ff. de iust. & iur.

Alius.

21 ¶ Nullus, quod iam diximus, finis esset, si omnia Bal. dicta recensere vellem. Sed non omiserim quod à Cat. Flor. responsum est d. cons. 90. in discussione super illa quæstione ample tractata, vt suprà diximus in prin. huius 17. q. nu. 16. Et quod in simili à Io. And. in addi. Spec. in rub. de parochi. tractatur de eo qui habet plures ecclesias in quibus æqualiter audit diuina officia, nec in eis habet maiorum sepulturam, nec ipse eligit sepulturam, concertatúrque in vtra earum sepeliri debeat. Concluditque cæteris per omnia paribus locum esse gratificationi episcopi. Et id inter cæteras op. adductum fuerat à Io. And. vbi supra. Quod & in simili casu videlicet in eo qui reliquit aliquid suæ ecclesiæ parrochiali, cum duas haberet, nec coniecturis aut alias apparet de vtra senserit, sint'que omnia paria, vt episcopus gratificetur, voluerunt Host. Io. And. & omnes prope in c. indicante, extra de test. Imo. in c. relatum, le 2. ad fi. eo. tit. Philip. Fran. in c. cum quis, col. vlt. de sepul. lib. 2. Verum Io. Plat. in l. 1. circa medium. C. de municip. & orig. lib. 10. multis op. relatis, videtur in ea esse, vt hæres gratificari possit. Sed vide quod diximus suprà nu. 14. nec hoc loco, & in 1. op. huius q. nu. 24. & quod producunt, & quę etiam dicam infrà in 4. op. huius q. nu. 16. cui confine.

De sepultura eius qui habet duas ecclesias.

22 ¶ Sunt & qui ad hanc gratificationis opinionem afferunt quod dicere solemus, cum plures res alternatiue debentur, locum esse electioni, & sic, vt illi dicunt, gratificationi debitoris, rem scilicet quam malit soluere. l. plerunque. §. vlt. ff. de iure dot. & c. in alternatiuis, de reg. iur. lib. 6. & vtrobique concord. in gl. & Doct. An tamen id semper & quando procedat videbis apud Dyn. Io. And. & cæteros, in d. c. in alternatiuis. Cyn. in d. l. cum quidam. C. de verb. sign. Bal. in d. l. plerunque. Sed ita vt omnino videas tex. gl. & Doc. in l. Lucio. ff. de leg. 2.

In alternatiuis electio est debitoris.

23 ¶ Denique illud in hoc capite gratificationis notandum est quod scribit Bal. (vix enim possimus eum relinquere) in c. 1. col. pen. tit. de ali. feu. quod ius gratificandi nunquam competit, nisi in casibus à iure expressis, quia aliter id esset disponere de iure tertij, quod nemo facere potest citra illius consensum, per l. cum Hermes. C. locat. & l. dudum. C. de contra. empt. Et idem voluit Fran. Are. cons. 142. ex facto, col. pen. vers. præterea dato, vbi tamen Bal. non citat, sed Io. And. in c. in nostra. de testib. vbi id non ita expresse dicit. Et de hoc quoque diximus in tract. Retractuum, tit. 1. §. 26. gl. 2. nu. 2. & seq. Alias autem an & quando sit locus gratificationi, videbis apud Alberi. in d. l. vlt. iam toties allegata. ff. de religio. & sump. fune. & in l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de leg. 2.

Gratificationi nunquam locus est nisi in casibus à iure expressis.

TERTIA OPIN. DECIMAESEPTIMAE QVAEST.

1 AD tertiam opi. quæ dicit tum demum locum fore gratificationi cum contendentes sunt omnino pares moribus, honestate, dignitate, & aliis id genus: alias enim præferendum esse idoneiorem, faciunt multa, quæ iam diximus in præcedenti articulo. Et quod dicitur magis idoneum præferri, cum plures agere volunt de sepulchro violato. l. prætor. §. si plures. ff. de sepul. vi. vel de alio crimine. l. si plures. ff. de accus. vel interdicto de libero homine exhibendo. l. quod & lex. §. hoc interdictum, vers. si tamen plures. ff. de popu. acti. vel ad collusionem detegendam accedere. l. vlt. de collus. dete. vel bona petere caussa libertatum conseruandarum. l. vlt. § pe. C. de test. manu. vel communem parietem reficere. l. in reficiendo. ff. de dam. infect. Sed si his casib. oẽs sint pares, locus est gratificationi. gl. in d. §. hoc interdictũ, & ibi quoq; Ba. in quo satis declarãt nõ alias esse locũ gratificationi, quàm si cõtendentes sint omnino pares.

Idoneiorẽ semper preferendum.

2 ¶ In hanc quoque sententiam vergunt & alij plurimi tex. videlicet in l. interest. ff. de liber. cau. vbi si plures accedant ad litigandum pro libertate liberti: Prætor eum eliget quem potissimum in hoc esse existimabit, & ibi gl. quæ quosdam ex d. tex. citat pro concord. & in l. in venditione. §. vlt. ff. de bon. auto. iud. possi. vbi si non conuenit inter creditores, quis eorum locet, aut vendat: Prætor caussa cognita eligere debet. Et in l. quòd si plures. ff. de test. vbi ita scribitur, quòd si plures satisdare parati sunt, tunc idoneior præferendus erit. Et in l. viduæ. C. de nupti. in illis verbis, vt si pares sint genere ac moribus nuptiarum petitores, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbauerit. Et in cap. vlt. 63. dist. vbi si vota eligentium in duas se partes diuiserint, is metropolitani iudicio præferatur, qui maioribus iuuatur studiis & meritis. Et similis fermè tex. in c. quoniam, extrà de iure patro.

Ad idem.

3 ¶ Et huc spectat quod tradit gl. in l. ciues. C. de incol. lib. 10. & alij post eam, quos suprà retuli in prin. huius q. nu. 17. & ante hos. Et alia in c. in nostra, in gl. magna, ante fi. de testib. de vxore quæ à duobus petita, qui æqualiter probant, vt priori loco detur ditiori, & meliori, de quo

Ad idem.

& nos aliquid diximus suprà in prima opi.num.17. facit præterea. Et gl.in c.venerabilem,in verbo,fauere,de elect. quod si duo electi sunt in Imperatorem, poterit Papa gratificari vtri voluerit,si sint paribus meritis:alias debet præferre eum qui meritis superat, per d. c. quoniam, de iure patro. Et alia gl.in c.non iniuste,in verbo,cum alias.post medium,de procur.vbi si plures procuratores insolidum dari se simul offerant,iudex magis idoneum debet eligere. Et alia item in c.si plures.16.q.7.quæ dicit,quod si patroni in electione dissentiunt, præferet episcopus eum qui maioribus meritis iuuatur, per d.c.quoniam,de iure patro. sed si pares sint,poterit gratificari cui volet,per c.cum autem,eo.tit.& c.si forte.63.dist. Et idem quoque voluit Car. Flor.in cle.plures,in 1.q.& ibi quoque Petrus Anc.col.2. de Iure patro.& Paul. Cita.in tract. de iur.patro.in 6.par.in 27.q.& Firmia.in tract.de episco.in 2.parte 2.partis prim.lib.3.in 21. q.Gaye.in repe.c.vlt.col.54.vers.potes ergo præferre,de elec. lib. 6. Cæsar Lamberti.in tract. de iure patro.in 17.arti.5.q.prin.5.partis lib.2.col.2.nu.7.& alibi sæpe.

4 ¶ Et quod scribunt Arch.& Io.And.in c.duobus,de rescript. lib.6. quod id quod ibi scribitur *Ad idem.* ordinarium posse alterum ex duobus simul impetrantibus aut præsentatis deligere, vt scilicet procedat, si æquales sint meritis & idoneitate. Nam idoneiorem teneri ordinarium assumere,vti illos refert & sequitur,licet aliud mihi dicere videantur,Dom.con.34.graduarius, col. j. Quod item voluerunt Io.And.& Pan.in c.1.de Iudæ. in casu gl. quam supra citauimus in 2. op.nu.9.sed & in hoc,Idoneiorem esse alteri præferendũ. Et Cy.in l.exigendi,col.2.ver.tertio quæro.C.de procur.& post eum Alberi,in l.sed & hæ,col.2.vers.quærit etiam ipse. ff. eod. tit. quod cum coniunctus pro coniuncto admittatur sine mandato; si plures coniuncti eiusdem gradus simul petũt admitti,nõ audiri debẽt,p l.nõ tamẽ.ff.eo. tit. sed iudex eliget idoneiorẽ.

5 ¶ Adde Bal.in l.1.in 23.q.ff.de rer.diui.loquentem in alio casu etiam à nobis supra relato,in 2. *Ad idem.* opi.17.huius q.nu.16.his concinit,cum videlicet duo fratres alijs bellum indixerunt,nec possit vasallus duobus opem ferre, poterit gratificari: sed bene (inquit) faciet si gratificetur digniori. In quo tamen videtur Bal. sentire id non esse necessitatis, sed honestatis. Ad idem in l. per agrum.C.de seruit.in casu duorum plaustrorum sibi occurrentium, de quo & nos diximus in 1.op.nu.20.quódque volunt,& iterum in 2.op.nu.4.húcque spectant.limitat quod ab alijs ibi dicitur, locum esse sorti aut gratificationi Nisi (ait) ratione dignitatis alterum alteri cedere oporteat.quod dicit no.& semper menti tenendum.Sed & omnes fere(quod iam diximus)quos citauimus in præcedenti op.id sentire videntur, cum dicunt locum esse gratificationi cæteris per omnia paribus.

QVARTA OPIN. DECIMAE SEPTIma quæstionis.

1 AD quartam opin.quæ dicit vtrunque succedere,quæ communior est & humanior, facit *Ambos debere succedere.* tex.in l.ex duobus.ff.de vulga.& pupil.substi.& in l.qui duos.ff.de reb.dub.quibus caueтur,quod si quis fuerit substitutus ei qui ex duobus supremus morietur, si ambo in eadem naui simul mortui fuerint,nec appareat vter eorum prior posteriórve decesserit, cẽsendi sunt *In rebus dubiis vterque admittendus.* tanquã vterque vltimi decessisse videantur, proptereàque vterq; substitutus erit. Et si quis dicat nihil eos tex.facere,quia ibi duo simul mortui sunt:hic vero in nostra q.duo non simul nati sunt,neque enim id fieri potest,vt scribitur in l.Arethusa. ff. de stat.hom.sed ignoratur vter prior posteriórve natus fuerit. Sciat nihil interesse, an certum sit duos simul esse mortuos, an vero certum quoque sit eos non simul mortuos, sed incertum vter prior mortuus fuerit,vt videre licet ex tex.no.in l.qui ex liberis,in prin.ff.de bono.pos.sec.tab. quem ad id multum commendant Paul.Cast.Fran.Are.& Ias.in d.l.ex duobus.

2 ¶ Sunt & alij sexcenti tex.huc pertinentes,quorum memorabiliores tãtum citabo, in l.si quis *Ad idem.* ita.§.1.ff.de test.tut.vbi si quis filio tutorem dederit,& plures filios habeat,nec constet cui dederit,omnibus dedisse videtur. Et in l.qui filiab.§.1.ff.de lega.j. vbi si quis ita legauerit:Si qua mihi genita erit,hæres meus decem dato, natis plurimis videtur singulis tantundem legasse. Et in l.Titiæ textores,eo.tit.vbi si quis Titiæ omnes textores legauerit,præterquam quos eo testamento alij legauerit. Plotiæ vernas omnes, præterquam quos alij legauerit: si sint quidam & vernæ & textores,ideóque non constet quos Titiæ textores, quos item Plotiæ vernas non legauerit:erunt communes ambobus. Et in l.si quis Titio.§.si hæres. ff. de leg. 2. vbi si hæres damnatus est vni ex liberis decem dare,& non constet cui datet, omnibus præstare debet.

3 ¶ Præterea in l.2.ff.de lib.& posth. vbi si is qui habet duos filios ita testamento scripserit, Fi- *Ad idem.* lius meus exhæres esto,cum non declarauerit de quo senserit,vterque hæres erit. Quanquam & hic tex. aliquo respectu possit pertinere ad eam opi. quæ in nostro casu neutrum admittit, quia scilicet hic neuter exhæres fit,cum non constet quem exhæredem facere voluerit. Et in l. duo socij.ff.de hæred.inst. vbi si duo socij communem seruum testamento facto hæredem & liberum esse iusserunt, & hi simul ruina oppressi perierunt, nec constat vter prior, duobus ipsis seruus ille existet libertus Orcinus. Cuius l.ar.Ang.& Imo.tradunt id quod statim dicemus de duobus qui simul ad brauium peruenerunt. Sed & Ang.ipse id tradit ad partum qui post mortem prioris viri vndecimo mense natus, ita vt possit esse filius prioris mariti aut posterioris,

sterioris, sed vtrius ignoratur, vt scilicet vtrique succedat: de quo & nos alibi dicemus alio loco. Nam id ab omnibus exploditur. Quid autem sit libertus Orcinus si scire desideras, vide in meis commentariis in l. si vnquam, in verbo, libertis, nu. 107. eodémque vltimo.

Orcinus libertus quis sit.

4 ¶ Et tex. in l. 2. §. hæreditas. ff. de suis & legi. vbi si hæreditas proximo agnato, id est, ei quem nemo antecedit, defertur, si plures sint eiusdem gradus, hæreditas omnibus competit. Et in l. Labeo. §. 1. ff. de statulib. vbi huiusmodi fideicommissum, cui voles eorum restituas, si nullum elegisset cui restitueretur, omnibus debetur. Et in l. 3. §. si duobus. ff. de adi. leg. vbi si quis duobus Titiis separatim legauerit, & vni ademit, nec apparet cui ademptum sit, vtrique legatum debetur, licet & id quoque ad illam opi. quæ vtrunque reiicit, pertinere possit, vt pote cũ hic ademptio neutri obsit. Et sunt etiã qui ibi legunt neutri, nõ vtrique. de quo v. de gl. & doc. ibi.

Ad idem.

5 ¶ Nec huic opi. desunt alij tex. C. scilicet in l. cum inter. C. de fideic. liber. vbi si fideicommissaria libertas ei fuerit relicta, qui in ventre est, & id quidem singulariter: tamen si plures nascuntur, omnes sunt liberi. Et in l. si quis in testamento. ff. eod. tit. vbi si libertas fideicommissaria fuerit relicta vni ex liberis ancillæ, quem hæres elegerit, si is non elegerit, dum vixit, omnes erunt liberi. & in l. vlt. vers. sed hoc quidem. C. de test. manu. vbi si in casu de quo ibi loquitur, non vnus veniat hæreditatis petitor, sed plures, vno momento omnes admittentur. Et vt finem faciam textibus, addam tex. Iuris Canonici in c. cum quis, in ver. cum ab eo. de sepul. lib. 6. vbi si quis habet duo domicilia æqualia, in diuersis parochiis sita, & in alia ecclesia eligat sepulturam, canonica portio debet solui vtrique parochiali ecclesiæ. Et idem dicit ibi gloss. in verbo, domicilia, si vnum esset domicilium, quod æqualiter esset in duabus parochiis.

Ad idem.

6 ¶ Hęc que opinio confirmatur multis nostrorum Doctorum sententiis. Et primum Accursij, qui inter alios facile primas obtinet, in §. inordinatum, in verbo, ordinem, in Auth. de hęr. & Falc. quod si ordo non apparet in casu de quo ille tex. loquitur, scribit posse dici, id forte dirimendum, per l. in rebus. & l. seq. ff. de iud. & l. si duobus. C. com. de leg. quas iam toties in id diximus in j. op. Deinde subdit, vt ad eum redeamus, Vel dic secundum merita cuiusque eum procedere. l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideicom. liber. Et hoc pertinet ad præcedentem op. Tandem vero ita concludit. Vel melius dic omnes vocandos, vt in legatariis & aliis suprà dictum est, cum non appareat quis debeat admitti vel præferri propter ęqualitatem partium. Et eam gl. expresse sequuntur Iac. Bel. Bal. & cæteri cum ea transire videntur.

Ex doctoribus.

7 ¶ Deinde Gl. non in vno loco habemus: vt si partes æqualiter de iure suo probauerint, res, si diuidua est, vtrique sit adiudicanda, videlicet gl. in c. si testes, in j. glo. magna, vers. si autem testes ex omni parte. 4. q. 3. & in c. in nostra, etiam in glo. magna, post medium, de testib. supra à nobis relatæ in j. opi. huius q. nu. 17. facit præterea. Ex quo etiam fuerunt plerique in ea opin. vt si in interdicto, vti possidetis, vtraque pars æqualiter suam possessioné probauerit, sint'que omnia vndique paria, sit item possessio vtrique pro dimidia parte adiudicanda. faciunt enim sibi partes per concursum. per l. si finita. §. cum autem. ff. de dam. infec. vt dicimus in coniunctis. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. Ita enim inter cæteros voluerunt Vincen. antiq. Doc. in d. c. licet causam, & ibi Panor. col. pen. vers. extra gl & Franc. Are. & Philip. Dec. qui alia in id allegant, de prob. Bar. in l. si duo, col. vlt. ff. vti possi. & in l. j. col. quoque vlt. & ibi etiam Saly. col. ante, e. vers. nec ob. hæc verba. C. eod. tit. & Bald. in d. c. in nostra, col. 2. vers. sed hic quæro, de prob. hoc quoque intelligens, cum res est diuisibilis. & Alb. in rub. ff. de leg. j. col. 2. nu. 25. & in l. Titiæ textores, circa medium, post Dy. ibi, per eum tex. eo. tit. & Panor. in c. audiris. col 4. vers. facit op. de præscrip Ang. Are. in §. quadrupli, col. pen. vers. ex quo sequitur, Inst. de actio. & Soc. in l. si quis cum totum, in 2. no. ff. de excep. rei iud.

Ad idem.

8 ¶ Quanquam huic sententiæ aduersantur nonnulli in d. cap. licet causam, hac ratione moti, quod partes, vt inquiunt, id non petunt, nec super non petitis pronunciari debet. l. vt fundus. ff. com. diuid. & c. licet Hely. de simo. Sed hi certe non vident quod qui totum petit, satis partem petere videtur, cum in toto pars sit, vt in maiori minus. l. j. §. si stipulanti. ff. de verbo. obl. cum si. quod & bene intellexerunt Panor. & Fran. Are. in d. c. licet causam: quæ tamen solutio non placet Decio ibi, qui aliter respondet, vt ibi videbis per eum.

9 ¶ Ideóque prioris illius opi. argumentis subnixi Anto. & Pet. Anch. inter con. ipsius Pet. cons. 210. inter contraria, scripserunt, quod vbi iura partium sunt dubia, tantæ'que ac tot vtrinque sunt rationes, vt nesciat iudex in vtram partem inclinet, debet vtrique rem æquè adiudicare. Sicut & Titus imperator fecit in l. & hoc Titus. ff. de hære. inst. & Solomon. 3. Regum. c. 3. & in c. afferte, de præsumpt. vbi & id quoque in id no. ipse Ant. & Imo. ita vt illi subdunt in illo cons. licet respectu diuisionis pueri, tentando id dixerit, quod inibi dicitur. Tamen respectu iustitiæ suæ sententiæ id declarauit fieri debere in rebus & iuribus adeo dubiis. Subiiciúntq; in eodem cons. & hoc iurisconsultos fecisse, dum mediam viam in rebus dubiis delegerunt. l. sed & si lege. §. adeo autem. ff. de per. hæt. & l. Titius. ff. ad SC. Trebel. vbi Alex. in 3. not. in id eum tex. expendit. & hinc occasione sumpta refert & sequitur illud con. Anto. & Pet. Anc. vti etiam facit Io. Cacial. in tractatu de transa. in 12. q. col. 2. & 3. & in quodam con. quod positum est in lect. Barpt. Soc. post tit. de excep. rei iud. & illud cons. commune est ipsorum Cacial. &

Ad idem. Iuribus partium dubiis sed æqualibus iudex debet rem contentiosam inter eas diuidere.

Soc.& Fel.in c.j.col.vlt.vers.secundo nota,de const.vbi id cōmendat,& ibi quoque Phil.Dec. in j.lec.col.pe.ver.quarto.& idem Dec.in c.j.col.6.ver.illud vtiliter no.de prob.& in d.c.licet causam,col.pe.vers.certia gl.eo.tit.& con 68.pro resolutione & col.pe.vers.& ita breuiter,& 176.viso themate,col.pe.ver.& omnib.diligēter considerans.& cons.445.in casu,in prin.vbi & idē dicit voluisse Bal.in l.si patersa.§.vlt.cū l.seq.quæ est d.l.& hoc Titius,p illu tex.ff de her. inst.& allegat etiā Dec.l.filio.ff.vt in pos.leg.& l.uo sioe.C.de bon.quæ lib.& Fran. Cur.iunior,& Maria.Soc.etiā iunior inter con.ipsius Maria.con.33.quoniā articulus post prin.lib.2.

10 ¶ Quibus adde & idem quoque ipsum Bal.laudauisse in tract.schismatis quem posuit super rub C.si quis aliq.testa.prohib.col.antep.& con.55.anno domini,in fi.li.2.& clarius con.457. ad euidentiam præmitto quod concubinatus,etiam ad fi.lib.5.Raph.Fulgo.cons.12.ad id de quo quæritur, in fi.vt iam non adeo ridiculum videri debeat illud rusticorum iudicium,qui si quid cōtentionis dubiæ emerserit,rē cōtrouersam mediā inter litigatores diuidūt, vt retulit glo.vlt.in l.Nesennius.ff.de neg.gestis.Et ad id referri potest illud Terentianū in Adelphis,

De eadem re.

Vide si Litis placet,
Potius quam venias in periculum Sannio,
Seruésne,an perdas totum, dimidium face.

11 ¶ Facit & quod voluerunt Guil.Cu.Alber.Bart. Bald.in lec.anti.& Sal.in l.si extraneus.ff.de condit.obli.cau.quod si quis vendit equam prægnantem, ea lege vt si ex ea nascatur pullus masculus, sit venditoris: si fœmina, emptoris:& nascantur mas & fœmina,vter autem prior natus sit ignoratur(de priore autē actū fuisse videtur,per l.boues.§.hoc sermone.ff. de verbo. sign.cum si.)certe emptor & venditor æqualiter partiantur propter dubiū: ita scilicet vt mas sit venditoris,fœmina emptoris,per id quod in simili dicitur in l.si ita scriptum,in prin.ff.de libe.& posth.& l.qui quadringenta.ff.ad leg.Fal.Et sequitur Soc.in l.si fuerit.§.plane, col. 2. ff.de reb.dub.& Alc.in l.2.in prin.col.7.vers.quarto probatur.ff.de verbo.obli. Contrarium tamen tenent Ro.Alex.& Ias.in d.l.extraneus,multis rationibus ibi adductis.Verum illis respondet Soc.supra,& Fortunius Garcia.priorem partem tenens, in l.Gallus.§.& quid si tantum,col.63.vers.quinto ex superioribus.ff.de lib.& posth.Atqui Fab.à Monte S.Sab.in tract. de empti.& vend.in 7.q.prin.in fi.de hac re loquens dicit hoc vsuuenire non posse: quoniam equa semper singulos fœtus edit, vt quotidiana experientia videmus, & astruit Plinius, vt hoc illi addas,lib.10.c.63.At si forte animal vtriusque sexus genuerit,vt ille subdit,inspiciendus est sexus qui in eo præualet,per l.quæritur.ff.de stat.hom.Sed quamuis in equa id procedere non posset,in alio tamen animali accidere potest.Sed & potest contingere,vt vno partu marem, altero fœminā pepererit,& tamen ignoratur vtrius partus fuerit prior aut posterior.

Ad idem.

12 ¶ Hūcque etiam alludit quod à nostris tractari solet. an si à principe aut ciuitate statutum sit præmium primo ingredienti castrum à se obsessum,si duo simul & vno vestigio ingressi fuerint,an vtrique debeatur præmium,an neutri? In qua re plerique omnes in hoc consentiunt, vt præmium quod à pluribus obtineri potest,vtrique debeatur,vel integrū, vel dimidiatum, secundum verba edicti propositi.Ita voluerunt Pet.Dy Iac.Are Old Cy.Bar.Bal.Albe.Ang. Imo.Raph.Fran.Are.& Alex.in d.l.qui filiabus.§.1.ff.de leg.j Guid Suz.in q.incip.pone quęstionem de facto in quodam exercitio.Iac.Are Odot.Cy. Bal.& Alber.in procem.ff.illi in §. itaque,hic in §.discipuli.post prin.Bart.Bal.Imo.Raph.in l.hoc articulo.ff.de hær.inst.Bal.in d.l.cum inter.C.de fideic.liber.Albe.in d.l.si fuerit.ff. de reb. dub. & in prima parte statutorum.q.106.quæro etiam quæsitum.Io.Fab.& Io.Plat.in §.si plures,Inst.de legit. ag.succes. & idem Ang.Are.in §.proximus.in prin.Inst.cod.tit.Ang.& Imo.in d.l.duo socij.ff. de hær. inst. Ant.Imo.& Barb.in cle.& si principalis, de rescrip. Raph. Fulg.cons.47.Ser. Michaël, post princ. Dom. in d.c cum quis.vers.cum ab eo,in 2.not.& Philip.Franc.in 3.not.de sepul.lib.6. Paul.Cast.in l.eum qui,ante fi.ff.ad Trebel.Barb.in l.si Titius charr.pen.vers.& a duo.ff.de verbo.oblig.Io.Lup.in repet.c.per vestras,§.17.vt ipse distinguit,nu.10.

Duobus simul castrū ingressis præmium propositum dandum.

13 ¶ Et quamuis nonnulli tenuerunt neutri deberi, & inter cæteros Guid. Suz. & And. Pisa. & alij,vt videre licet apud Alb.in locis supra ex eo citatis, tamen illam priorem sententiam Scipio ille qui sibi deuicta Carthagine Africani nomen comparauit, cuiusque iudicia æquissima sanctissimáque semper habita sunt,& hic quoque sanctissime iudicauit. Nam cū ei dandum esset præcipuum muralis coronæ præmium,qui primus murum vrbis nouæ Carthaginis conscendisset,incertúmque esset ex duobus,qui hunc sibi honorem repetebant,vter prior in oppidū trāscendisset,vtrunque Scipio ipse corona murali donauit.Cuius rei testes sunt locupletissimi Titus Liuius li.secūdi beli Punici sexto, & Plutarchus Cheroneus in vita eiusdē Scipionis,& è nostris Alc.in l.proximus.ff.de verb.sig. Nec absimiliter cū apud Cumanos aliquādo dubitaretur,vtri ex duobus,Aristodemo scilicet an Hippomedonti corona daretur, ex ea insigni victoria,quā ex Etruscis q circa sinū Ionicū habitabāt,Vmbris,Daunijs, alijsq; Barbaris retulerāt,censuerunt seniores vtrique eum honorem impertiendum, vt tradit Dionysius Halicarnasseus lib.Romanarū antiquitatū 7.Supra autē in 2. op. huius q.nu.17.adlipulatur,diximus,quid agendum sit,si præmium propositū sit indiuiduum,vbi videre poteris.

De eadem re. Scipionis in hac re iudicium.

¶ Sed postea-

14 ¶Sed posteaquam in externa exempla incidimus, continenter aliud subiungemus longe vetustissimum, nec minus memorandum, antequã ad nostrates scriptores redeamus. Apud Homerum lib. 23. Iliados cum propositum fuisset ab Achille præmium ei qui in palęstra vicisset, Vlyssésque & Aiax Telamonius ita certassent; vt neuter vicisset, aut victus esset, Achilles vtrique propositum præmium decreuit, tanquam vterque vicisset.

Achillis itẽ iudicium.

Νίκη δ' ἀμφοτέροισιν ἀέθλια δ' ἶσ' ἀνελόντε.

Et paulo post quoque idem factum est eidem Aiaci & Diomedi, qui telis certauerunt,

[illegible]

Quo etiam exemplo Palæmon apud Virgilium egloga 3. arbiter delectus inter Menelcam & Damœtam vtrique victoriæ præmium in re dubia adiudicauit,

Non nostrum inter vos tantas componere lites,
Et vitula tu dignus, & hic.

Et apud Q. Curtium lib. 7. cum Alexãder vulneratus lectica militari deberet gestari, eques pedésque pro se quisque eum lectum subire contendebant. Equites quidem, cum quibus rex prælia inire solebat, sui muneris id esse censebant. Pedites contra, cum saucios commilitones ipsi gestare assueuissent, eripi sibi proprium officium, potissimum cum rex gestandus esset, querebantur. Rex in tanto vtriusque partis certamine inuicem vtrosque subire iussit.

15 ¶Sed iam ad nostrates reuertamur. simile est præcedentibus quod quæri solet de præmio proposito ei qui primus ad brauium, quod vocant, peruenerit, vt si duo simul peruenerint, vtrique debeatur præmium aut integrum singulis, aut omnibus inter eos ęqualiter diuidẽdum. Sunt enim in ea re diuersæ opiniones, sed quantum ad id de quo agimus, non opus est eas distinguere. Vide igitur amplissime Alb. in proœ. ff. §. discipuli, col. 2. & in j. parte statutorũ. q. 107. prædicta etiam faciunt, & alios multos quos tibi citabimus infrà in 6. op. nu. 10. & quod plurimi, & præterea Dom. & Phil. Fran. in c. cum quis. §. cum ab eo, de sep. li. 6. Ant. & Imo. in cle. & si principalis, de rescr. Et vide etiam quę diximus suprà in j. op. huius q. nu. 23. concinit.

De duobus simul ad brauium peruenientibus.

16 ¶His concinit quod traditum est à Guid. Suz. in auth. qua in prouincia. C. vbi in rem actio, quod si delictum commissum sit iuxta confinia duarum iurisdictionum, & ignoratur vtrius iudex cognoscere debeat, vterque cognoscet, per l. iurisperitos. §. cum oriundus. ff. de exc. tut. vbi & idem Guid. dicit & Io. And. in addi. Spec. tit. de comp. iud. adi. §. 1. vers. sed pone aliquis. & in tit. de raptor. §. 1. vers. sed pone inter statuta, & Alber. in l. libertus. §. pręscriptio, per eum tex. ff. ad municip. & in l. de iure, eod. titul. & in l. fine. §. 1. col. 2. vers. & primo collige. ff. de lib. agno. vbi ad hoc multa allegat. & Bal. in l. si quis ex aliena, In priore lec. ad fi. ff. de iudi. & alij plurimi, quos tibi collegi in tract. Retractuum tit. j. §. vlt. in gl. quoque vlt. in fi. Quibus adde Ant. id declarantem in c. 1. col. 1. de rapt.

Quis iudex delicti commissi in cõfinio duarum iurisdictionum.

17 ¶Cui confine est id quod ab alio antiquo scriptore And. Barul. in l. omnes profugi. C. de agr. & cens. lib. 11. traditum quod si quis habitat in medio duarum parochiarum, & ignoratur vtrius is sit parochianus, & sint omnia hinc & hinc paria, quia videlicet nõ longius distat ab vna quàm ab altera, ęqualitérque in vtraque conuersatur, censebitur esse vtriusque ecclesię parochianus. Et sequitur Io. Plat. ibi. de quo etiam per eundem in l. j. C. de munic. & orig. lib. 10. Bar. Ang. & alios recentiores in l. quod conclaue. ff. de dam. infect. Cui dicto aliud iungam alterius antiqui quoque Doct. Goffre. & post eum Panor. in c. quoniam, in fin. extra de dec. quod cum dubium est, vtrius parochię sint noualia in confinio earum sita, debent diuidi inter vtrasque, arg. d. c. 2. de sepul. lib. 6. & §. insula. Instit. de rer. diuis. Tu autem hic vide quę diximus suprà in j. opi. huius q. num. 24. & quod produnt, & in 2. op. nu. 14. nec hoc loco, & rursum nu. 21. nullius quod iam diximus.

Qui habitat in medio duarũ parochiarũ est vtriusque parochianus.

18 ¶Huc accedunt duo dicta Io. Fab. Primum in l. j. C. vbi pet. tut. Si pupillus (inquit) haberet domicilium in vno loco, & bona sunt sita in alio, iudex vtriusque loci poterit illi dare tutorem, per iura quæ allegat. Sed si vterque dedit, præfertur qui prior datus est: nam habenti tutorem amplius tutor dari non potest. quod si non appareat vter prior fuerit, videtur, ait, quod se impediunt. l. duo sunt Titij ff. de test. tut. vel fore ambo administrabunt. l. 2. C. de test. tut. Et ita residet, tanquam hanc posteriorem partem (vt fit) secutus. Alterũ est in l. vlt. post prin. C. de iure emphyt. quod si emphyteuta vni domino soluit quandam pecunię summã pro pensione, alteri certã partẽ fructuũ: & dubitetur vtri eorũ sint soluẽda laudimia, antiquiori soluẽda sunt, ex sentẽtia Spec. tit. de loc. §. nũc aliqua, ver. 105. Si nõ cõstat vter eorũ sit antiquior, in dubio vtriq; soluẽda sunt. Et sequitur Ias. in d. l. vlt. col. 11. in 6. q. vers. sed pulchrũ est videre. Quod admodũ notandũ est: nã id vidi in magna cõtrouersia inter duos huiusmodi dominos.

Si iudex domicilij pupilli dederit tutorem & iudex bonorum alium, quis præfertur.

Laudimia cui debentur.

19 ¶Finem huic capiti fecerim, modo dixerim aliud alterius Doc. dictum illius contemporanei quod proprius & peculiarius ad nostram hanc quęstionem accidit. Nam Albe. Rosa. alterius magni Doct. autoritate suffultus scilicet Dyn. in l. si quis ita. §. duobus. ff. de adi. leg. Duo, inquit, fratres adeo erant & facie & omnibus cæteris similes, vt vnus ab altero secerni non posset. Habuerunt & ipsi singulos filios itidem similes, quos ad studia miserunt: alter eorum mortuus est, alter redit, & reperit patrem & patruum mortuos, ignoratúrque ob ea quæ dixi-

Superstes ex duobus facie similibus cui ex duobus eorum patribus mortuis succedet.

mus vtrius sit filius, quærebatur cui eorum succederet, an neutri, an vtrique, & concludit vtrique. Sed vide quid de hoc quoque casu dicam inferius in 6.op.nu.18.& quod.

Obiectio cõtra d.op. in rebus indiuiduis.

20 ¶ Sunt qui hanc sententiam reprobant, maxime in dignitatibus regalibus, propterea quod sunt indiuiduæ, per c. prætetea ducatus, tit. de proh. feud. alie. per Fed. Pro quibus est optimus tex. in l. qua situm. §. si quis. ff. de fun. instr. vbi si incertum sit cuius agri sit instrumentum, neutri cedet, cum instrumentum sit res indiuisibilis. Verum hanc op. satis refellunt rationes Bal. & assectarum suprà in prin. huius quæstionis relatæ. quibus & tu addes eundem Bald. in d. l. vlt. in j. lec. ff. de ter. diui. Nec est quod contra obiiciant gl. in c. in apibus, 7. q. j. quæ ad text. c.

Duos Imperatores simul fuisse de facto.

nunc autem. 21. di. probaniem duos simul fuisse imperatores, videlicet Diocletianum, & Maximianum, dicit id de facto fuisse, quasi nõ de iure, quam nuncupatim sequitur Imo. in l. vlt. col. 4. vers. extra gl ff. de hær. inst. & Ias. in l. licet imperator, in j no. ff. de leg. j. Eam enim gl. & sequaces non pluris fecerim. quàm aliam gl. quæ in c. per venerabilem, qui fili. sunt legit. ad text qui ibi dicit Regem Franciæ in temporalibus non recognoscere superiorem, addit de facto. nam de iure (inquit) recognoscit, per d. c. in apibus.

De eadem re.

21 ¶ Nam si verum fateri volumus, nec de iure quoque Rex noster recognoscit superiorem, vt à plurimis iam multis rationibus comprobatum est. Sicuti etiam & de iure possunt esse duo Imperatores, vt constat ex l. vlt. vbi id no. Imo. ff. de hær. inst. & l. si adulterium. §. Imperatores. ff. de adult. & l. Imperatores. ff. de appel. & aliis infinitis legibus. Et voluit etiam è nostris Alex. in d. l. licet Imperator, post prin. ff. de leg. j. At gl. in d. c. nunc autem, postquam ex eo tex. not. duos fuisse simul imperatores, dicit quod erant duæ personæ, sed tamẽ erant loco vnius. Subiungit autem contra ex. d. c. in apibus. Sed forte, ait, vnus habuit dignitatem, alter administrationem. Verum alia gl. in c. non autem, in verbo, vt non succederet. 7. q. j. postquam expendit duos esse posse episcopos in solidũ. per eũ tex. & c. relatio. 21. q. j. quærit, an similiter esse possint duo papæ, & dicit minime, per quædã iura, quamuis plures Imperatores fuisse legimus in d. c. nunc autem. 22. di. Sed in papa, inquit, non est ita, quia offenderetur ea regula. vnam sanctam catholicam, & c. e. qui episcopus. 23. di. Et eam gl. dicit sing. Car. Flor. cons. 150. qua sirum sæpe fuit à me, in fi. Alber. autem in l. bene à Zenone. col. 2. ver. vtrum duo. C. de quad. pos. posteaquã citauit eos tex. quos suprà allegauimus in prin. huius ver. dicit eos nõ clare probare quod eodem tempore fuerint duo imperatores, sed forte fuerunt successiue. Addit tamẽ id expressum esse, vt scilicet duo fuerint eodem tempore, in d. c. nunc autem 21. di. Tandem concludit de iure vnum tantum esse debere, per d. c. in apibus, & si quo tempore duo fuerint, casuale & de facto fuit. Denique Car. Alex. in d. c. nunc autem, negat id de iure fieri posse sine permissione papæ. Nec in hoc, inquit, officiunt exempla Imperatorum ethnicorum, qui non agnoscebant veram fidem Christi, nec papam eius vicarium: tanquam scilicet Theodosius, Honorius, Iustinianus, & Iustinus, de quibus mox dicam, & multi alij qui simul cum aliis imperauerunt, non fuerint Christiani, aut etiam ex fide nostra penderet vnum Imperatorem esse debere.

Duos papas simul esse nõ posse.

De eadem re.

22 ¶ Atqui licet videre ex nostris legibus, quod iam diximus, atque etiam Aeliano Spartiano, Aelio Lampridio, Iulio Capitolino, Vulcauo Gallicano, Trebellio Pollione, Flauio Vospico, Aurelio Victore, Ammiano Marcellino, Eutropio. & Paulo Diacono, plures simul Imperatores fuisse, simúlque imperiũ eodem titulo administrasse, legésque tulisse. Et ne eius rei longa testimonia petamus, maxima pars legum Codicis constat legibus à binis ternísque atque etiam nonnunquam quaternis Imperatoribus æditis. Quin & Iustinianus nostrarum legum constructor, imo, vt plerique omnes volunt, destructor, cum Iustino auunculo primũ, deinde & cum alio Iustino ex filia nepote simul imperauit, borúmque simul multas leges in C. habemus: multas Gratiani, Valentiniani, Theodosij, simul, multas Theodosij, Archadij & Honorij simul. Nonnullas Gratiani, Valentiniani, Theodosij, & Archadij simul: vt ex hoc quoque cognoscas quatuor simul imperasse. Multas denique & aliorum qui bini ternique simul, quod iam diximus imperauerunt, vt legum tituli plane ostendunt. in quibus literæ A. & C. imperatorũ nominibus eodem fere numero subiiciuntur. Verbi gratia. Iustinus & Iustinianus AA. & CC. id est. Augusti & Cæsares, nonnunquam A. vni tantum, & C. alteri, puta Philip. A. & Philip. C. id est, Philippus Augustus. & Philippus Cæsar. Erat enim Cæsaris titulus leuior, & qui statim omnibus ad imperium ascitis tribuebatur, Augusti maior, atque, vt sic dixerim, augustior, qui non continuo omnibus concedebatur.

A. & C. in tit. legum quid significent.

Quid inter Cæsarẽ & Augustum interetat.

De eadem re.

23 ¶ Quin etiam Ammianus testis est tum sæpe, tum vero maxime cum de Iuliano imperatore loquitur, & Mamertinus in Panegyrico eidem Iuliano dicato, & apertius Spartianus in vita Aelij Veri ad Domitianum, statim post prin. & Eutropius in Diocletiano, Augustos illos duntaxat fuisse vocatos, qui imperabant: Cæsares autem eos, qui quasi principum filij designabantur Augustæ maiestatis hæredes, vt loquitur ipse Spartianus, videlicet imperaturi post mortem Augusti, interim tamen administratione rerum illis interdicta, vt etiam indicant Sosomenus & Socrates Constantinopolitanus in historia quam Tripartitã vocant, de eodem quoque Iuliano & Gallo eius fratre loquentes lib. 5. c. itẽ 5. & iterum, c. 12. & 49. & lib. seq. c. 1. & quisquis ille est, qui elegãtem illum Panegyricũ Maximiano & Cõstantino dixit. &

ante hos

ante hos Eusebius Cæsariensis li. Historiæ ecclesiasticæ 8.c.16. Nisi tamen & ipsi Cæsares interim Augusti quoque nomine honestarentur, admissi æquo iure ad imperiū, non expectata ipsius Augusti morte, vt contigit Maximiano Herculeo, quem Diocletianus Cæsarem primùm fecit, & aliquanto pòst tempore ex Cæsare Augustum, vt retulit Eutropius.

24 ¶ Vnde & in legum nostrarum titulis multi comperiuntur insigniti titulo C. tantùm, id est, Cæsaris, qui & posteà in aliis legibus A. id est, Augusti titulū inscriptū habent, vt in illis ipsis Philippis de quibus locuti sumus videre licet, qui præterquam quòd aliquādo ita inscripti sunt, vt diximus, Philip. A. & Philip. C. ita quoq; inscriptos reperimus, Phil. & Philip. AA. & CC. nam & qui Augusti titulū consequebantur, nihilominus & Cæsaris retinebant, & dicebantur Augusti & Cæsares. Fuere autem Philippi, pater & filius. Pater autem filiū consortē imperij fecit, titulo Cæsaris tantùm, deinde & Augusti quoq; ei assignato. Et sic qui ita primū inscribebantur Philip. A. & Philip. C. tandē & sic inscripti sunt, Philip. & Philip. AA. & CC. *De eadē re.*

25 ¶ Præteteà quis ignorat cuiusmodi fuerit initiū imperij Romanorū? Nam, vt interim taceā quid de ea re scripserunt ipse Alber. in l. 1. col. 1. & multis seq. C. de sum. tri. vbi dicit violentū fuisse. & Card. Flor. in c. venerabilem. §. verùm, col. 2. & seq. extrà de elec. & Pet. Ber. in tract. de origi. iurisd. q. 1. Nónne res Ro. primum sub Regibus & iis quidē singulis, deinde sub binis Consulibus, postea sub decemuiris, rursúmque sub binis Consulibus, postremò sub Imperatoribus, quorum primus omniū Iulius Cæsar sibi perpetuam Dictaturam vsurpauit, & eo interfecto, Triumuiri Romanorum imperium sibi diuiserunt, Augustus, Antonius, Lepidus. Tandem solus Augustus, mortuo Lepido & deuicto Antonio, tenuit, & post eū 14. & ij certè singuli vsque ad Marcum Antoninum philosophum. De quo Capitolinus huiusmodi testimonium perhibuit, quòd sanctitate vitæ, omnibus principibus antecelluit. Et Aurelius Victor, quòd virtutum omnium, cœlestisque virtutis fuit. Et Eutropius, quòd illum mirari faciliùs quisquam, quàm laudare possit. Et Papinianus in l. vnum ex familia. §. vlt. ff. de leg. 2. illum vocat prouidentissimum principem, & virum religiosissimum, vt etiam facit l. dissentientis. C. de repud. & Gordianus imperator in l. hæreditas. C. de testa. tutel. consultissimum principem, & Iustinianus, prudentissimum & sacratissimum principem, & philosophiæ plenum, in l. cùm Syllanianum. C. de his quib. vt indig. atque illi cognomentum Magni tribuit Iurisconsultus in l. vl. ff. de priuil. vetera. *Initium imperij Ro. violentum.* *Antonini philosophi imperatoris laudes.*

26 ¶ Et is tamen tot tantísque virtutum cumulis illustratus (quod nondum à cæteris non adeò laudatis factum fuerat) Annium Verum fratrem ad imperij partem adsciuit, túncque primū, vt scribit Eutropius, Romana respublica duobus æquo iure imperiū administrātibus paruit. Sed & de iis loquens Capitolinus in vita ipsius Antonini: Antoninus (inquit) fratrem sibi participem in imperio designauit. Cæsarémque atque Augustum dixit, atque ex eo pariter cœperunt rempublicam regere, túncque primum Romanum imperium duos Augustos habere cœpit. De his quoque Spartianus in Hadriano, Hi sunt qui duo pariter Augusti primi reipubli. gubernarunt. Et iterum in Vero, Verus certè cum Marco æquale gessit imperiū. Nam ipsi sunt qui primi duo Augusti appellati sunt. Et hi quidē sunt, vt id illis addas, quorū leges à nostris Iurisconsultis adeò sæpe citantur, cùm diuos fratres aduocant, vt in l. 3. §. vlti. ff. de testib. & in l. diui fratres. ff. de iure patrn. & in l. 1. in princ. ff. de effrac. & in l. diui fratres. ff. de accusa. & in l. diui fratres. ff. de pœn. & aliis sexcentis locis. Et alibi scilicet in l. pen. ff. ad l. Cornel. de fals. rescriptum diui Marci cum diuo fratre suo. *Antoninus ille primus consortem imperij fecit.*

27 ¶ Súntque qui putant (id enim obiter dicere volui, ne error qui apud nonnullos iam diutius inualuit, posthac quoque maneat) hos intelligi, cùm Seuerus & Antoninus in nostris legibus citantur, vt in l. diuus. ff. de extraordi. crimi. & in l. diuus. ff. de cri. expil. hære. & alibi sæpe. Et in hac op. fuit Accursius in l. de qua re. ff. de inof. testa. Nā quod horū op. iuuare potest, Verus Seuerus quoque appellatus est, vt nōnullis nostri temporis placuit, & videtur probari in l. iā hoc iure, in princ. ff. de vulg. & pup. sub. vbi citatur constitutio diui Marci & Seueri, nam is Marcus fuit Antoninus philosophus, de quo loquimur, prior autem Antoninus Pius dictus, qui & ipse in eadem l. citatur. Sed illic hauddubiè legendum est non Seueri, sed Veri. nam & posteà in ea ipsa l. citantur Seuerus & Antoninus, qui hauddubiè sunt Septimius Seuerus, & Bassianus eius filius, quem pater participē imperij fecit, vt Spartianus & Herodianus tradūt. nam & hic scilicet Bassianus, Antoninus dictus est, autore eodē Herodiano li. 3. & 4. & eodē quoque Spartiano, in vita ipsius Seueri, itémq; in vita eiusdē Bassiani, iterúmq; in vita Diadumeni, & Lampridio in vita Alexandri, Aurelio Victore Eutropio, & D. Hieronymo in Catalogo scriptorum in vita Tertulliani. Nam sub ipsis magna pars nostrorum Iurisconsultorum floruère. Ideò nihil immutandum ex antiquis codicibus, in quibus passim & vbique legitur Seuerus & Antoninus. Quādo & præter tex. Iurisconsultorum, in illis antiquis codicibus multos legum titulos huiusmodi reperiamus. Seuerus & Antoninus, vt in l. 1. C. de non nume. pec. & in l. 1. C. de fun. dota. & l. 1. C. qui non pos. ad liber. per. & in l. 3. C. de acqui. pos. & in l. parer. C. de hære. instit. & aliis propè infinitis. Sed & in §. sed si quis, Inst. qui. mn. testa, infir. ponitur quodpiam rescriptum Seueri & Antonini. Quin & habemus l. Antonini, qua *De eadem re.*

patrem suum Seuerum appellat, in l.1.C.ad leg.Cor.de fal.& in l.3.C.de donat.inter vir. & vxo. Et Tertullianus in lib.ad Scapulam dicit Seuerum fuisse patrem Antonini.

De eadem re.

28 ¶ Et in omnibus etiam antiquioribus codicibus ante eos qui Parisiis à Cheuallonio impressi sunt, vbiq; vt diximus legitur, Seuerus & Antoninus. nullibi autē Verus & Antonin⁹. Quin propè semper Seuerus in antiquioribus, aut Verus in Cheuallonij codicibus prior nominatur, quod minimè decuisset, si illi essent Antoninus & illius frater Verus, de quibus volūt intelligi, cùm Antoninus prior esset & ætate & imperio, & alterū ad imperium adsciuisset. Aut certè si neuter alteri cessisset, tamen non semper aut tam frequēter, vt vix contrariū inuenias, Verus primum ordinem obtinuisset, sed alternis tantum, vt dicemus in seq.q. Igitur libenter eo in sententiam Antonij Nebrissensis, qui in Lexico Iuris Ciuilis tradit, quòd cum, Antoninus & Seuerus, in libris digestorum legitur, debet scribi Antoninus & Verus, tum ex illis vetustis codicibus Florentinorum, tum ex ipsa temporis historia. de qua re & tu vide alterum Antonium Augustinum in libro ad Modestinum, & Alciat.lib.3.dispunctionum, c.8.in fi. Et certè sunt nonnullæ leges in quibus ita scribitur, scilicet in l.imperatores, quæ est 3. ff.de trāsac.& in l.imperatores.ff.de seruit.rusti.prædi.& in l.imperatores, quæ est pe.ff.de probati. & in l.vlt.ff.ad SC.Turpil.& in l.imperatores.ff.de re iud. & in l.imperatores. ff. de cur. bonis dan.& in l.imperatores.ff.de priuil.credi.& aliis fortè paucis.

De eadem re.

29 ¶ Id autē quod diximus, ne per ambages incedamus, apertè probat l. cùm hic status in priū. ff.de donati.inter vir.& vxo. vbi sic scribitur, Imperator noster Antoninus, ante excessum diui Seueri patris sui oratione in Senatu habita, autor fuit censendi Fuluio Aemiliano, & Numio Albino Consulibus &c. Nec est quod confingi possit mendum esse in eo loco, vt scilicet, diui Veri patris sui scribi debeat, quoniam Verus qui cum Antonino imperauit, fuit frater ipsius Antonini, & is quidem iunior, non pater, vt diximus. Et quia etiam illi Consules hauddubiè fuere tempore ipsius Seueri, & filij ipsius, non Antonini & Veri. Prætereà titulus leg.2.C. de procu. hic est, diui fratres. titulus autem l.seq. est huiusmodi, Impp. Seuerus & Antoninus. & simile comperies in l.2.3.& 4.C.de alen.liber. vt proinde intelligas alios fuisse diuos fratres, alios Seuerum & Antoninum. Nam si idem fuissent, tit. posterior hic fuisset. Iidem imperatores, vt videmus in aliis multis legibus.

De eadem re.

30 ¶ Item titulus l.1.C.de pact. est solius Seueri, titulus l.2. est Seueri & Antonini, qui non potest esse Veri & Antonini illorum fratrum, quoniam ante eos nullus Seuerus imperator fuit, nisi fortè Commodus, qui & ipse Seuerus quoque appellatus est, vt patet ex illius epistola, quam posuit Iulius Capitolinus, ad finem vitæ Clodij Albini. Constat autem omnes leges Codicis fuisse in vno quoque titulo appositas secundum ordinē imperatorum, vt quisque qui historias imperatorum & eorum tempora nouerit, hauddubiè comperiet. Igitur ille Seuerus in d.l. 1. fuit ipse Seuerus qui solus primū imperauit, & posteà filiū ad imperiū adsciuit, vt diximus. Nec absimiliter titulus l.1.C.ad SC.Macedo. est Pertinacis imperatoris & l.2. Seueri. & Antonini. Est autē certissimū Pertinacem post illos fratres Antoninū & Verū imperasse, sed ante Seuerū & Antoninū. Nam & in l.1.C.de bonis liber. quæ est Seueri & Antonini, fit mentio diui Pertinacis. Adhæc in l.vlt.ff.de publica. vno in loco Iurisconsultus aduocat diuos fratres & in aliis quatuor locis diuos Seuerum & Antoninum, tanquam diuersos ab illis diuis fratribus. Eridem comperies in l.generaliter.ff.de Decur. Denique in l.fideicommissa.§. vlt. ff. de leg.3. citantur diuus Marcus, & Lucius Verus. Nam huius Veri fratris Marci Antonini Lucius prænomē fuit, vt videre licet, ex Spartiano in vita illius, & Eutropio li.8.de gestis Ro.

Leges ab improbissimis imperatoribus latas, fuisse receptas. Commodi leges.

31 ¶ Nec quis causari potest hunc nostrum Antoninum Bassianum cognomento Caracallam, adeò fuisse improbatis moribus, vt indignus sit, cuius rescripta citētur. Hoc enim illi condonatum fuit ob patrem iuris consultissimum, qui illum imperij participem fecit. Nam & videmus Commodi improbissimi quoq; imperatoris nonnunquā rescripta aduocari à nostris iurisconsultis, nūc cum patre suo diuo Marco, de quo tam multa iam diximus. vt in l.diuus.ff. de offi.Præsid.& l.2.ff.de SC.Sylla.& l.sed & reprobari, in prin.& iterū.l.spadonem. §. scire oportet.ff.de excusa.tut.& l.oratio.ff.de spōsal.& d.l.vlt.§.diui quoque Marcus.ff.de pub. & vect.& l.eum qui, in fi.ff.qui sine manu.ad liber.perue.& l.nihil interest, in prin.& iterum l. si adulteriū.§.imperatores.ff.de adult.& l.si quis inquilinos, in prin.ff.de le.1.& l.cùm proponebatur.ff.de leg.2.& l.à tutoribus.§.1.ff.de admi.tut.& l.si quis à libe.§.si mater. ff.de liber. agno.& l.scire.C.vt in pos.leg. Nunc quoq; solius sine patre, vt qui etiā post eū solus aliquādiu imperauit. Sic enim citatur in l.pe.ff.de in litem iuran.& in l.procula.ff.de probar.& in l. lega.ff.ex qui.cau.maio.in l.diuus Cōmodus.ff.de iure aur.annu.& in l.diuus Cōmodus. ff. de iure fisc.& l.alimenta.§.1.ff.de liber.agno. sicuti itē Domitiani impurissimi imperatoris rescripta quoq; citātur, vt in l.Domitianus.ff.ad SC.Turpil. Et Heliogabali omnium mōstrosissimi qui & ipse Antoninus dictus est, cuius est l.qui accusare.C.de eden. vt ostēdit l.vl.eiusdem tit. quæ est Alexandri, qui loquens de d.l.qui accusare, Antonium Heliogabalum ipsius conditorem vocat patrem suum, vt qui eum adoptauerat, testibus historicis qui vtriusq; vitas scripserunt, & annotauit Alcia. Vnde & Opilius Macrinus & ipse Imperator, & in iure

non in

non incalidus, nefas esse dicebat leges videri Commodi & Caracallæ & hominũ imperitorũ voluntates, cùm Traianus nunquã libellis respondent, ne ad alias causas facta præferrétur quæ ad gratiam composita viderentur, vt tradit Iulius Capitolinus in vita ipsius. Sed vt illi nõnihil respondeã, nullus adeò malus est, quin nonnũquàm dicat faciátque aliquid laude dignissimum. vt tradidimus in nostris Legibus connubialibus. l. 11. nu. 1. cui & ego, & seq.

32 ¶ Summa igitur præcedentium hæc est duos illos fratres nostris legibus sæpe citatos esse Antoninum, & Verum, atque sic scribendũ esse, si quando reperiur, Antonius & Seuerus, Verus enim dicendum est. Erè diuerso cùm scilicet Antonious est posterior, ita scribendum esse, Seuerus & Antoninus: Hósq; esse patrem & filium, patrem scilicet Seuerum, filium autem Antoninum, qui & Bassianus & Caracalla dictus est. *De eadē re.*

33 ¶ Quid igitur, vt redeamus à semita in viam, adeò superstitiosè nostros legũ interpretes duo imperatores aut Reges offendunt: in hoc præsertim casu adeò obscuro, ambiguo, perplexo, vt quid statuendum sit, ad componendam tam magnam discordiam inter duos fratres non temerè ortam, omnes fermè nesciant. Nec id cõuenientiùs faciliúsque ac promptius citra belli ac tumultus periculum fieri possit, quàm si ex æquo regnum siue imperium aut aliud simile partiantur. Ideò potest videri concludendum, vt id fieri possit & debeat, etiam si nulla alia ratio id suaderet. Cùm ea quæ sunt aliàs indiuisibilia, vti ducatus & similes dignitates, vt suprà diximus. si tamen bellum aut scandalum futurum ob id fieri timeatur, diuidi possunt, ex sententia Alexandri cons. 7. in consultatione, col. 2. vers. sextò probarur, lib. 5. cum aliis concord. à me adductis suprà in 4. q. in 15. limitatione. *Conclusio præcedentium.*

QVINTA OPINIO DECIMAE SEPTIMAE QVAEST.

1 AD Quintam opi. quæ huiusmodi est vt ipsi fratres alternis annis vel aliis temporibus rerum summa potiantur, quæ & ipsa conuenit cum præcedenti, vtpote quę apertè sentit & duos ipsos succedere, sed modũ vtendi sine controuersia præscribit: qui & legibus quoque defendi potest, vt l. quoties, vers. quòd si Titius. ff. de vsuf. & l. 2. etiam. in prin. & iterum. §. vlt. rursumq;. l. si vsusfructus alternis. ff. quib. mo. vsufr. amit. & l. 1. §. quemad. dies vsusf. leg. ced. & l. si sic constituta. ff. quemad. ser. amit. & l. communi diuidũdo. §. cùm de vsufructu, ibi, caueántque se per tempora vsuros, hoc est apud singulos mutua vice. ff. com. diuid. & l. arbor. §. vlt. ibi. diuisum tamen, aut mensura aut temporibus. eo. tit. & l. si conuenerit, in prin. eod. itẽ tit. & l. & hæc distinctio. §. cum fundũ. in prin. ff. loca. & l. & puto. §. vsusfructus. ff. fami. hercis. & l. via. §. vsus. ff. de seruit. & l. Lucio, cum prin. l. seq. ff. de aqua quot. & æsti. *Vt alternis annis vtãtur.*

2 ¶ Súntque & in hanc sententiam tex. Iuris Cano. nempe in cle. 2. versic. & vt faciliùs, de iure patro. vbi dicitur id ius patronatus, quod aliàs indiuiduum est, posse tamen liberè, id est, vt interpretantur gl. & Doc. ibi, sine superioris autoritate, ita diuidi inter patronos, vt scilicet alternis vicibus præsentent. Et cum tex. ita intelligunt gl. in verbo, liberè, & cæteri Doct. vt id quoque fieri possit, etiam si ecclesia nondũ vacet. Et alia gl. in verbo, alternis, ad id trahit, c. vl. de præben. lib. 6. tanquàm ex eo c. sumatur, beneficia quoq; p vices mensiũ vel alternis tẽporibus à plurib⁹ cõferri posse, quod & ipsum intelligit gl. in d. c. vlt. in verbo, statuto, quę id dicit obseruari in multis ecclesiis Gallicanis, vt verè scio in multis obseruari. Illũ autẽ tex. in d. cle. 2. ad id quod diximus, citat & dicit no. Ias. in l. stipulationes nõ diuidũtur, col. 5. ver. istis adde ff. de verb. obli. Et idem quod is tex. in d. cle. 2. ante eũ voluerat. gl. in c. 1. in gl. 1. ad fi. extra de iure patr. quã sequuntur omnes præter Inn. qui hanc diuisionem nec aliã admittebat in spiritualibus, de quo etiam Panor. in c. querimoniam, vers. sed hoc dictum limita, eo. tit. *Ad idem.* *Plures patronis alternis vicibus vt præsentent.*

3 ¶ Et hanc quoq; sententiã adiuuat gl. in c. licèt, in verbo, conuenit, in fi. 16. q. 3. quæ dicit quòd si ecclesia est subiecta duobus episcopis, quia sita est in confinio duarum diocesum, & non cõueniũt episcopi in ordinatione & administratione illius, superioris erit officium in hac parte c. nullus. extrà de iure patro. vel alternis annis disponant, per d. l. quoties. ff. de vsufr. Et eã gl. sequitur & dicit no. & menti tenendam Pan. in c. vlt. col. 1. in vl. no. & ibi Fely. col. 2. vers. inquantum D. Ab. extrà de re ind. & Ro. qui eam sing. dicit in sing. 762. sunt sub regina. & Ale. in l. 2. §. ex his, col. 3. vers. & per hoc dicit. ff. de verb. oblig. & cons. 18. visis capitulis, col. 2. li. 2. & cons. 7. in consultatione, col. pe. lib. 5. & cons. 25. attentis, col. 1. eo. lib. 5. Soci. cons. 178. in quęst. col. 1. vers. secundo etiam dico, lib. 2. & Franc. Curt. senior cons. 25. tria, in 2. dubio, in fi. Fely. in c. quæ in ecclesiarum, col. pe. de constit. vbi illam quoque dicit sing. & in c. prudentiam, col. 2. vers. sed quod erit remedium. de offi. dele. & Ias. in d. l. stipulationes non diuiduntur, & cõs. 215. ex Valentia, col. 4. vers. non ob. tertium, lib. 1. quibus locis dicit eam no. *Ad idem.* *De ecclesia sita in confinio duarũ diocesum.*

4 ¶ Sed & huius factionis, vt sic dixerim, aliæ sunt duæ gl. prior in c. 1. in gl. vlt. extrà de paroch. quæ in casu illius c. si duo episcopi non conueniant inter se. alternis annis percipient reditus, per d. l. communi diuidundo. §. cùm de vsufructu. ff. com. diuid. Et illam gl. sequuntur Host. Io. And. Ant. Pet. Anc. & Card. Flor. & omnes ibi præter Pet. antiquum Doc. Altera autẽ glo. est in c. non potest, in verbo retinere. de præben. li. 6. quæ dicit, quòd si alicui fuerit à summo pontifice facta potestas retinẽdi duo beneficia curam animarũ habentia, non ex hoc indultũ esse videtur, vt neutrobi resideat, sed debet in altera tantùm, vel etiã in vtraq; alternis vicibus residere. *Alius casus.*

residere. Et illam in posteriori parte sequuntur Domi. & Philip. Fran. ibi, & in c. 2. §. cũ ab eo, de sepul. lib. 6. dum eam gl. simpliciter allegant.

Fratres simul habentes iurisdictionem possunt conuenire vt alternis eã exerceant.

5 ¶ Nec hinc discrepat, quod dicit Iac. Ardiz. tit. quib. mo. feu. amit. sub rub. an feuda iurisdictionis diuidi possint, q̃ cũ iurisdictio diuidi non possit, si duo fratres habeant castrũ cũ iurisdictione, ita poterunt diuidere, vt alternis administrent. q̃ & idẽ voluit Bal. in c. 1. §. præterea ducatus, col. 1. ver. item feudum æquiparatur, & ibi quoq; Iac. Aluar. & Card. Alex. tit. de probib. feud. ali. per Fed. & idem Bal. in c. vno delegatorum, quod est pe. col. vlt. extrà de offi. deleg. Alc. d. con. 18. col. 2. li. 2. & d. cons. 25. li. 5. Soci. con. 67. visis inuestituris, col. 11. ver. quartò quia sunt feuda, lib. 1. quod iterum reperitur cons. 165. li. 2. & idem Soci. d. con. 278. vbi suprà, li. 2. Fran. Curt. Senioi con. 69. dominus Ioann. col. 12. ver. tertio modo. & Baptista à S. Blasio inter con. feudalia Alber. Bru. con. 66. ex themate, col. 7. ver. sed quæritur, qualiter.

Imò debent

6 ¶ Nec id solùm possunt facere, sed cogendi sunt vt faciãt, vt placuit Ang. in d. l. 2. §. ex his, & ibi quoque Imo. col. 6. & Alex. col. 3. ff. de verb. oblig. Panor. in d. c. vlt. col. 1. de re iud. Rom. d. sing. 762. per d. gl. in d. c. licèt, suprà allegatam Alex. d. cons. 7. col. pe. li. 5. & d. cons. 25. col. 1. & iterum col. 6. vers. nõ ob. etiam quæ notantur, eo. lib. 5. Iac. a S. Geor. in tract. feu. in verb. marchio in Italia, col. 4. ver. sed ponamus. Ias. in d. l. stipulationes non diuiduntur, col. 5. ver. extra gl. vbi id dicit sing. Felyn. in d. c. quæ in ecclesiarum, col. pen. & in d. c. prudentiã, col. 2. Cat. Rui. cons. 19. in hac controuersia, ad fin. lib. 1. Phili. Deci. in l. nam & si fur. § si seruus communis, paulo ante fin. ff. si cer. pet. & consil. 249. in casu de quo quæritur, circa medium. Alber. Bru. cons. 79. in causa & lite col. 1. De quibus & tu vide quæ diximus suprà in 9. limitatione 4. quæstionis.

De duobus parochis habitantis in cõfinio vtriusque.

7 ¶ Et huc item vergit quod scriptum est ab Imo. Domi. & Philip. Franco. in d. c. cum quis, ver. cum ab eo, de sepult. lib. 6. quòd, si contenditur inter duos parochos de iure sepulturæ, confessionis & administrationis aliorum sacramentorum, & aliorum id genus iurium parochialium, propterea quòd quis habitat in finibus duarum parochiarum, ita vt non constet in vtra earum habitet, ea iura debent inter eos diuidi alternis vicibus per d. cle. 2. de iure parro. Et id addes ad ea quæ suprà diximus, nu. 3. & præterea.

Vetustum huius opi. exemplum.

8 ¶ Hanc autem opinionem secuti sunt Thyestes & Atreus fratres qui Mycenis alternis annis regnarunt, vt videre licet ex Seneca Tragœdiographo in Thyeste, actu 1.

Alterna scelerum ne redeant vices.

Atque etiam Eteocles & Polynices Oedipi Thebanorum Regis filij, qui dum inter eos non conuenerit vter eorum regnaret, inito fœdere inuicẽ sanxerunt, vt singuli eorũ alternis annis regnarent, sortéque dirimeretur, vter prior regnaret. Verùm Eteocles, cui primis anni sors obtigerat, exacto tempore recusauit fratri vices regni tradere. vnde ortum est celeberrimum illud bellum Thebanum. autores, Euripides in Phœnissis, nã ea fabula ob id ædita est, Diodorus Siculus li. 5. Bibliotheces, cap. 6. & Papinius in libris Thebaidos in quibus id bellum bellissimè descripsit. Quod ita incipit.

Fraternas acies alternáque regna profanis
Decretura odiis. Et ipse Seneca in Thebaïde, actu 2.
Nam regna repetens frater, &
In bella cunctos Graciæ populos agit.
Septena muros castra Thebanos premunt.

Hyginus autem Fabularum, cap. 67. scribit Oedipum eorum patrem regnum alternis annis illis tradidisse.

Aliud exẽplum.

9 ¶ Sic & Procas Albanorum Rex, Amulio & Numitori filiis regnum annuis vicibus habendũ, vt videlicet alternis vicibus imperarent, reliquit. Sed Amulius cùm primo loco regnasset, fratri imperium non dedit, & quod deterius est, vt eum sobole priuaret, Rheam Siluiam eius filiam Vestæ sacerdotem præfecit, vt virginitate perpetua teneretur, quæ à Marte compressa Romulum & Remum ædidit. Id scriptum reliquit Plinius Iunior, siue is fuit Cornelius Nepos vt nonnulli existimant, siue etiam Suetonius vt & alij arbitrantur, in illo eleganti libro qui de viris illustribus inscribitur, in prin. Quid autem ex eo secutum est, videbis apud Liuium, & alios rerum Romanarum scriptores.

Cõsules alternis temporibus imperabant.

10 ¶ Apud Romanos, Consules cùm ambo aderant, alternis diebus, vel mensibus, vel aliis temporibus (neque enim in tempore omnes conueniunt) imperabant, vt colligi potest ex eo quod scribit Liuius lib. ab vrb. cond. 2. Cautum est, ne si ambo Consules fasces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior, concedente collega Collatino, fasces habuit. Et iterum li. 8 Aemilius, cuius tum fasces erant, collegam Dictatorem dixit, id est, qui ea die imperium habebat. Et lib. 9. Publius, penes quem fasces erant, &c. Et lib. 22. belli Punici. Obstiti Paulus Consul, cuius eo die (nam alternis imperitabant) imperium erat. Et iterum, Summa imperij eo die penes Paulũ fuit. Itaque Varro postero die, cuius sors eius diei imperij erat, &c. De qua re etiam Silius Italicus loquens libr. 8.

Ni sors alternis iuris quo castra reguntur,

Arbitrium

Arbitrium pugnæ properanti in fata negasset.

Quod & aliis plurimis ipsius Liuij locis videre licet, & ex Polybio lib.3. Historiarũ, quo loco describit prælium Cannense. & ex Plutarcho in Publicola, dum scribit ipsum postquã mortuo Bruto Lucretium collegam sibi subrogasset, ei quòd senior esset primo loco cedentem fasces tradidisse, id est, concessisse vt primo illo tempore fasces ipse haberet.

11 ¶ Et quanquã Liuius ferè vbique sentiat alternis diebus id diuisum fuisse, tamen Dionysius Halicarnasseus statim post initium Romanarum antiquitatũ, iterúmque lib.9. quo loco agit de consulatu Titi Quintij Capitolini, & Appij Claudij Sabini de ea re ita loquitur, vt possis intelligere Consules Romanos alternis mensibus fasces deferre solitos. Cui apertè cõcinens Suetonius in Iulio Cæsare de consulatu illius loquens c.20. Antiquum (ait) morem retulit, vt quo mense fasces non haberet, Accensus ante eum iret, lictores ponè sequerentur. Et Aulus Gellius li.2.c.15. cùm scribit, Qui l. potiores essent solitos fasces primi mẽsis collegis cõcedere.

An autem alternis diebus an mensibus.

12 ¶ Nec in ea re tantùm hac diuisione vtebantur Consules Romani. Nam vt tradit Liuius li.4. ab vrb. Cond. cùm L. Sergius Fidenas, & M. Papyrius Tribuni militum in bello aduersus Equos non satis conuenirent, tandem ita comparatum est, vt alternis diebus summam imperij haberent. Et lib.7. post prin. conuenit inter patricios & plebeios vt alternis ædiles ex plebe fierent. Et lib.2. belli Punici. Cùm Fabij Maximi Dictatoris, & Minutij Magistri equitũ ius atque imperium fuisset æquatum, Minutius ipse se optimum ducere ait, vt aut alternis dieb⁹ aut si maiora interualla placerẽt, partitis temporibus alternis summũ ius imperiúmq; esset. De quo etiam Polybius li.3. Historiarum. & Plutarc. in Fabio Maximo. Apud eundem Liuiũ lib.3. ab vrb. cond. Decemuiri illi primùm alternis fasces habebant, vt hoc insigne regium in orbẽ suam cuiusque vicem per omnes iret. Ideóq; posteà id ipse appellat vicissitudinem imperitandi, quòd scilicet vicibus alternis imperarent. Præfecti quoque ærarij alternis mensibus curam eius sustinebant, vt planè liquet ex epistola Plinij ad Traianum, cuius initium, cum Liuius pater tuus. Sed & inferiùs in 19. qu. ostendemus, Romanos Imperatores, cùm plures essent alternis priorem locum obtinuisse.

Et Tribuni quoque militum.

Et Dictator & magister equitũ si quando æquati fuerunt.

Vicissitudo imperandi.

13 ¶ Nec apud Romanos tantùm alternis, cum duo magistratus erant imperabant, sed & apud Athenienses quoque, à quibus maxima ex parte Romani ipsi suas leges & institutiones acceperunt, id obseruatum fuisse, videre licet ex Plutarcho in Aristidis vita. Nam cùm ipse Aristides & Miltiades duces essent in illa tam celebri & memorabili pugna Marathonia, illud ipsum inter se statuerunt vt in singulos dies alternis rei summa ad vnum deferretur.

14 ¶ Postremò non omittenda est historia (ne fabulam dicam) ad hanc quoque sententiam pertinens, relata ab Hygino illo (Hyginiũ alij vocant) Augusti liberto, Poëticõn Astronomicõn li.2. in coc. cui tit. lyra est. Cùm Venus in cõcertationẽ cũ Proserpina ad iudiciũ Iouis venisset, vtri earũ Adonis cederet: Calliope Musa Orphei mater à Ioue iudex data ita iudicauit, vt scilicet dimidiã partem anni earũ vnaquęque possideret. Ob quã rem indignata Venus, quòd vt non sibi proprium concessisset, Orpheum Musæ filium Tressis mulieribus discerpendum obiecit.

Calliopes iudicium super controuersia Adonidis inter Venerem & Proserpinã

15 ¶ Nec tamen interim prætermittam aliam historiam nõ minùs iucundam, cuius meminit Demosthenes, aut quisquis is fuit, nam de autore dubitatur, in oratione aduersus Neæram. Disceptabant Stephanus & Phrynio de Neæra meretricula, suã enim vterq; esse dicebat. De qua re asciti arbitri Satyrus Alopœrensis, Sabrias Lampreosis, Diogiton Acharnensis audita re ex vtroque & ex ipsa muliere, sententiã tulerũt, mulierem ipsam copiam sui facere vtrique alternis diebus, nisi ipsi sibi mutuò aliud sibi cõcessserint. Nec quod scribit Spartianus in vita Septimij Seueri, ipsum cùm moreretur, iussisse vt alternis diebus apud Bassianum & Getam filios Imperatores in cubiculis fortuna regia poneretur.

SEXTA OPINIO DECIMAE SEPTIMAE QVAEST.

1 AD sextam opi. quæ neutrum dicit succedere, multa quoque faciunt. Et primùm tex. qui omnium maximè vrget in l. si fuerit, in prin. ff. de reb. dub. vbi si fuerit legatum vni ex cognatis, qui primus Capitolium ascenderit, si simul duo ascendisse dicantur, nec apparet quis prior, legatum impeditur. Idem si legatum fuerit ei qui maximus natu est, & duo pares ætate sunt. idem si libertas vni ex pluribus seruis eiusdem nominis relicta sit, nec apparet de quo testator sensit. De quo etiam vltimo est text. in l. si quis de pluribus, eo. tit. & in l. cùm ex pluribus. ff. de manu. testa. Vides enim ex eo text. cùm ignoratur ex duobus vter natu est maior, quòd neutri debeatur legatum relictum maiori natu. Vides & id & similia procedere in libertate re omnium rerum fauorabilissima, vt plenè diximus in repe. l. si vnquam. in verbo, donatione largitus, in 17. q.

Neutrum debere succedere.

2 ¶ Alius text. in eam sententiã solennis & frequentissimè in hisce rebus citatus in l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut. vbi si testator reliquerit Titium tutorem, súntque duo Titij, nec apparet de quo senserit testator, neuter tutor erit. & text. in l. nominatim, quæ est 2. ff. de lib. & posth. vbi si testator qui plures habebat filios dicit, filium meum exhæredo, nomine nõ expresso, ita vt ignoretur quem voluerit exhæredare, nullus exhæres erit. Et ne putes id tantùm procedere

Ad idem.

in exhæredatione quæ odiosa est: certè & in institutione quoque hæredis obtinet, per l. in tépus. §. quoties. ff. de hære. instit. Et idem in legatis, vt scilicet si non appareat cui ex duobus Titiis legatum sit, neutri legatum debetur. l. quoties, ver. si verò duo. ff. de vsu & vsufr. vbi eos dicit sibi inuicem legatum impedire. & similes tex. in l. si quis ita. §. si duobus, ibi, quemadmodum & in dando. ff. de adi. lega. & in l. qui plures. ff. de vsu & vsufr. lega.

3 ¶ Et tex. item in l. qui soluendo, la. t. cum l. sequenti, quæ incipit. inuicem. ff. de hære. insti. vbi si qui soluendo non est, duos seruos suo testamento liberos & hęredes esse iubeat, si apertis tabulis vterque viuat, neuter hæres erit, propter legem Eliascētiam, quæ ampliùs quàm vnum hæredem necessarium fieri vetat. inuicem enim eos sibi obstare. Et in l. cùm dno. ff. de in diem adiec. vbi si duæ res venditæ sunt preciis separatis, ea lege vt eius resoluatur venditio, ad cuius pretium fuerat additū, nec appareat ad vtrius preciū addiderit, neutra resoluitur. Ex qua no. gl. in dubio nil valere, citátq; nónullas ex dd. ll. Et in l. si duobus, quę est 2. §. vlt. ff. quib. mod. vsusfr. amit. cùm scribitur, nam si cócurrere volent, inuicem se impediēt. Et in l. idē Pōponius. §. vlt. ff. de rei vend. vbi si plures sunt einsdem nominis serui, nec appareat de quo actum sit, nulla fit condemnatio. & ibi glo. no. ratione incertitudinis condemnationem reddi nullam, & allegat etiam quædam ex d. iuribus. & illum tex. dicit sing. Bald. in c. quoniam abbas, col. 2. extrà de offi. dele. ad hoc vt si Titius sit condemnatus, sint'q; duo Titij in loco vbi lata est sententia, ea sententia nulla est. Et l. quęsitum. §. si quis codē. ff. de fun. instr. vbi si quis eodem instrumēto in pluribus agris vtatur, nec appareat cui potiùs agro testator destinauerit, nullius instrumento cedet. Et ibi quoque glo. no. ratione incertitudinis neutrum valere.

Ad idem.

4 ¶ Et in l. j. §. apud Iulianū. ff. depos. vbi si duo cótendunt de hæreditate depositoris: nec certū sit, vter hæres sit, depositarius neutri interim soluere tenetur. Cuius tex. authoritate respódit Bal. con. 250. viso isto processu, col. 1. libr. 4. quòd si duo contendūt de titulo beneficij, ita vt neuter magis sit in possessione ipsius, quàm alter, pendente lite neutri soluendum est. Et ad hoc quoq; citātur l. veteribus. vbi gl. magna, in fi. ff. de pact. & l. in tradendis. ff. com. prædi. & l. sciētiā. §. cùm stramēta. ff. ad l. Aqui. & l. adhuc. in prin. ibi, si verò simul, vbi etiā gl. in verbo, nihil fecit. ff. de vsufr. & l. sed & si de sua. & l. cū falsū, & l. eū qui duob⁹, in prin. ff. de acq. her.

5 ¶ Citantúrque in eam sententiam & text. Iuris Cano. & inter cæteros, in c. si quis iusto, quod est pen. in vers. verùm si ambo, & iterum vers. si autem nullus, de elec. lib. 6. vbi si ab absente canonico simul fuerint deputati multi procuratores in solidum, & ambo concurrāt, is admittendus est, qui primò nominatus est in instrumento procuratorio. vt si non insolidum sint deputati, nullus eorum admittetur, cùm vnus tantùm in id admitti debeat, & ei imputabitur, qui sic eos indiscretè constituit. Et ibi gl. in verbo, nominatus, in fi. dicit quòd si non appatet de ordine, quia duo sunt instrumenta procuratoria, in quibus singuli sunt constituti, nec apparet quod sit prius, quódve posterius, sese mutuò impedient, per d. l. quoties. ff. de vsufr. Et imputet(āit) sibi, qui sic eos constituit. Et eam gl. sequuntur Pet. Anc. in 6. no. & Domi.

Ad idem.

6 ¶ Ad quod proximè spectat, quod à multis dicitur, quod si reperiantur duo testamenta vnius diei, in quibus sunt instituti diuersi hęredes, nec appareat, quod sit prius aut posterius, neuter hæredum succedet, si cum tertio contēdant, aut etiam si contra se inuicē petant mitti in possessionem. Hi sunt gl. Oldr. Ray. Odof. Cyn. Albe. Angel. Saly. Raph. Pau. Cast. Philip. Corn. & Ias. in l. vlt. C. de edic. diui. Adri. tol. gl. Azo. Hug. Bar. & Alber. in l. 1. §. non autem, qui est t. ff. de bono. pos. secun. tab. glo. in §. 1. in verbo. firma est, in fi. & ibi Angel. Are. ad fin. Instit. de ademp. legat. Bapt. Brixien. quæstione 56. cum duæ mulieres. Oldra. cons. t. in causa, col. 2. ver. vnde dubium est. Cyn. in l. hac consultissima. §. si quis autem, qui est vlt. & ibi quoque Alber. num. 9. C. de test. Nicol. Neapo. in l. si duas, in prin. col. 2. vers. vltimò dicit. ff. de excus. tut. Bal. Ang. Imo. Frā. Are. in d. l. eum qui duobus, in prin. ff. de acquir. hær. Domi. in c. duobus, quod est pen. col. 4. vers. in fi. glos. de rescrip. lib. 6. Matt. Afflict. deci. Neapo. 387. si vno & eodem, ad fi. Nisi si qui eorum, qui in altero instituti sunt, essent hæredes ab intestato, secundū nonnullos ex illis quos citauimus. Vide infrà in 11. opi. nu. 9. huc item.

Ad idem. Si reperiātur duo testamenta eiusdem tēporis in quibus sunt instituti diuersi heredes, quid agendum.

7 ¶ Idémque si reperiantur duo testamenta, aut etiam duo codicilli, in quorum altero dicatur, fundum Sempronianum Titio lego: in altero autem ita. fundū Sempronianum Titio non lego. nec constat vtrum sit prius aut posterius, tunc propter incertitudinem fundus Titio nó debetur. Ita enim voluit & alia gl. in l. cùm proponatis. C. de codicil. per d. l. si fuerit, de rebus dub. & eā sequūtur Iac. Ra. Pet. à Bel. Pet. Cyn. Bar. Alb. Bal. Ang. Saly. Pau. Cast. Alex. Corn. Ias. & Iac. à S. Geor. licèt alij eorum, aliis rationibus, quàm propter eam incertitudinem.

Alius casus

8 ¶ Et idem quoque si repetiantur duæ diuersæ sententiæ eiusdem diei, nec apparet vtra earum sit prior aut posterior, neutra enim earum valet, vt nuncupatim voluit Bal. in l. 1. col. 2. versic. quæro quid si duæ sententiæ. C. quan. prou. non est nec argumento eius quod de duobus testamentis diximus ex no. in d. l. vlt. C. de edic. D. Adr. tol. Subdítq; haud multò pòst idem esse in materia electionū, quia neutra, inquit, valet, si propter conflictum & contrarietatē probationum neutra pręualet. Et illum nuncupatim sequitur D. Cirier. in tracta. Primogenituræ, li. 1. q. 8. Ad quod vide quantùm ad electionem pertinet, quæ dicam nu. ab hinc 2.

De duabus sententiis diuersis eiusdem diei.

¶ Súntque

9 ¶Súntque & aliæ gl. Iuris Ciuilis hanc op. confirmantes. videlicet in l. si quis à filio. §. si quis plures, in verbo, hæres elegerit. ff. de leg. 1. Quod si testator suo testamento legauerit vnum de suis Stichis seruis, cum multos haberet, nec declarauerit de quo intellexerit, non valet legatum. Ita enim eam gl. nonnulli intelligunt, licet aliud mihi velle videatur. Et alia gl. in l. ciues, in verbo, allectio. C. de inco. lib. 10. quod in casu de quo loquitur, videlicet cum quis est incola duorum locorum, à quibus simul vocatur ad munera, quibus & ipse simul parere non potest, ad neutra tenebitur, vt quæ se mutuo impediant, nisi conueniant sorte, vel aliter, & sequitur Io. Plat. ibi, col. 2. vers. quid autem.

Legato vno de suis Stichis siue alia declaratione.

10 ¶Súntque & gl. Iuris Canonici hanc op. confirmantes. Gl. in c. ecclesia, le 2. in gl. vlt. in fi. extra de elect. quod si duo fuerint electi in episcopum, sint' que in omnibus pares & zelo, & merito, & autoritate eligentium & electorum, neuter consequetur episcopatú. sed procedendum est ad aliá electionem. At si iterum fuerint pares, superior faciet gratiam cui volet, & sequuntur Pet. Aue. ibi in fi. & Pan. col. pen. vers. sed dubium est, & ver. & in hoc vltimo. Sed & quod neuter electorum in controuersia omnibus vtrinque paribus, admittitur, tenuerunt etiam Host. Car. Flor. & Io. Ana. in c. vlt. de furt. de quo & tu vide quod dixi suprà in 2. op. nu. 7. nec desunt. Et alia gl. in c. si sacerdotes, quod est 2. in verbo remouere. de offi. iud. ord. quod si episcopus dicat, excommunico vnum ex illis, qui tale quid fecerunt: nullus ob dubium erit excommunicatus, per d. l. duo sunt Titij. Et licet eam gl. reprobet Host. tamen eam sequuntur Io. Ligna. qui dicit veriorem de iure, Goffre. Collect. Ant. Petr. Auc. Car. Flor. & Panor. ibi. Et alia gl. in c. latores, extra de cler. excom. quod si episcopus ita dicat. ego te suspendo ab officio vel beneficio. à neutro erit suspensus, per d. l. duo sunt Titij. & eam gl. sequuntur Doct. ibi.

Electis duobus paribus neuter admittetur.

11 ¶Et quod plurimi in ea quæstione, de qua suprà sæpius locuti sumus, scilicet in 1. opi. huius q. nu. 23. concinit. & iterum in 4. op. nu. 15. sed iam ad nostrates, de duobus qui simul ad brauium peruenerunt, vt neutri debeatur præmium propositum, sed iterum current, vel soli secundum aliquorum op. vel cum aliis, secundum aliorum, aut non amplius curretur, vt nonnullis placuit, vt per Richar. Old. And. Pisa. & Alb. in proœ. ff. in § discipuli. Iac. Are. Cy. Bal. & Ang. in §. itaque, eiusdem proœ. quem legunt cum d §. discipuli. Ipsum Alb. in d. l. si fuerit, ff. de reb. dub. & in 1. parte statutorum q. 107. prædicta etiam faciunt. Bal. & Imo. in l. ex duobus. ff. de vul. & pupil. & eoidem, & præterea Alex. in l. qui filiabus. §. 1. ff. de leg. 1. ipsum Bald. in d. l. cum duo. ff. de in diem addic. Ang. Imo. Paul. Cast. Rom. & Alex. in l. eum cui nouissimus. ff. ad SC. Treb. eundem Imo. in c. indicante, col. 3. vers. quid autem de duobus, extra de test. Pet. Aue. in d. c. duobus. col. 1. de rescri. lib. 6. Imo. Alex. & recentiores in l. hoc articulo. ff. de hær. inst. & Bened. in rep. c. Ray. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 609. de test.

De duobus simul peruenientibus ad brauium.

12 ¶In hoc album conferendum est quod etiam per d. l. si fuerit, voluit Io. And. in c. si à sede, & ibi post eum Pet. Anc. col. 2. vers. quærit Io. And. & ibi item Dom. col. 1. ver. vnde dicit, & Phil. Franc. de præb. lib. 6. quod si ab eodem collatore fuerit collatum quodpiam beneficium duobus eodem die, nec cōstat vtrius collatio sit prior aut posterior, ambo sese mutuo impediunt, ita vt neuter beneficium consequatur. Nisi si papa collator declarauerit, quem velit præferri. Et idem quoque voluit Pan. in c. capitulum sanctæ Crucis, col. 3. vers. nam quando literæ, extra de rescrip. & in c. 2. post priu. per illum tex. extra de offi. deleg.

Si ab eodē collatore fuerit duobus collatū beneficium eodem tempore.

13 ¶Et quod ante eum voluit Host. in summa tit. de offi. deleg. §. quibus modis, col. 2. ver. si quid impetrant, quod si quis impetret rescriptum ad officialem cuiuspiam episcopi, qui duos officiales habet æquè principales, nec constat de quo papa senserit, neuter illorum erit delegatus. quod & ipsum voluerunt idem Host. Io. And. Ant. Car. Flor. & Pan. in c. quoniam abbas, de offi. deleg. reprehendentes gl. ibi in verbo, præfixit, ad fi. quæ dixerat cęteris paribus id forte esse dirimendum. Et idem quoque voluit Car. Flor. post Zenzel. in cle. & si principalis, in 4. q. de rescr. per d. l. duo sunt Titij, & d. l. si fuerit. Id quod addes ad id quod diximus supra in 1. op. nu. 20. his quoque adstipulatur.

De rescripto directo ad officialē cuiusdā episcopi qui duos habet æquè principales.

14 ¶Huius quoque notæ est, quod nonnulli non contemnendæ autoritatis voluerunt, quod si vidua paulo post prioris viri mortem in alterius connubium coierit, & postea peperit filium septimo mense secundi matrimonij, ita vt potuerit is filius gigni & à priore marito & à posteriore, ideóque incertum sit, vtrius sit: is neutrius esse censebitur, neutríque succedet, de quo per Iac. Raph. & Cyn. in l. vulgo. ff. de statu hom. Alb. late in l. Arethusa, col. 2. eo. tit. & in rub. C. de natur. lib. Dy. in l. 3. §. si duos. ff. de adi. leg. Iac. Bel. in disput. incip. Berta contraxit matrimonium, Bald. & Ang. in l. liberorum. §. 1. ff. de his qui no. infa. Bald. in l. si matre. C. de suis & leg. Ang. in d. l. duo sunt Titij. ff. de hær. inst. Fran. Are. qui ad hoc allegat d. l. si fuerit, & alios recentiores in lege Gallus in prin. ff. de lib. & posth.

Cum ignoratur an filius sit ex priore matrimonio an ex posteriore.

15 ¶Sed & ad hanc formam & quidem peculiarius pertinet quod voluerunt Pet. Iac. Ra. Guil. Cu. Ray. Cy. & Bar. in d. l. Arethusa, quod si in casu illius legis non apparet de ordine nascendi, nullus liber erit. Quódque in ea specie iam sæpius in hac quęstione tractata, de eo qui cum haberet duo domicilia, atque ita duas parochiales ecclesias aliquid reliquerit suæ ecclesiæ parochiali: nec ex coniecturis, aut aliter apparet, de qua ille senserit, neutri id relictum debebi-

De casu l. Arethusa. De habente duas ecclesias.

tur. Nam ita voluit Cy. poſt Pet. à Bel. Perti. in l. j. col. 2. verſ. ſexto quæro. C. de ſacro. eccle. per d. l. duo ſunt Titij, & Pet. Anc. in c. relatum, l. 2. col. vlt. verſ. extra quæro, extra, de teſt. Sed tu de hoc omnino vide Io. And. & alios in d. c. cum quis. §. cum ab eo, de ſepul. lib. 6. & quod ſuprà diximus, in 1. op. huius q. nu. 24. & quod produnt. & in 2. op. nu. 14. nec hoc loco, & nu. 21. nullus, & in 4. op. nu. 17. cui confine.

De eo qui dixit duabus ſimul, ego in vos conſentio.

16 ¶ Nec hinc longe abeſt quod multis placuit. quod ſi quis contrahat matrimonium cum pluribus mulieribus ſimul & eodem momento, dicens ſcilicet vtrique, ego in vos conſentio tanquam in vxores, ſiue ego vos in vxores capio: & mulieres reſpondeant, & nos quoque te in virum accipimus: neutra earum vxor erit, ſed ſe mutuo impedient. Ita enim voluit Goffre. antiquus Doc. in c. gaudemus, & ibi quoque Hoſt. col. 3. in verbo, non ad imparia iudicantur. Vincen. Phil. Io. And. co. 2. in verbo iudicantur, & Collecta. col. 2. verſ. quid ſi catholicus, Ant. & Pan. in fi. & Car. §. quia vero, verſ. quæro ſecundo, extra de diuor.

De duobus ſe mutuo offendētibus ita vt ignoretur vter prior aggreſſus fuerit.

17 ¶ Et huc quoque referri poteſt id quod à noſtris dicitur, quod ſi duo pacem fecerunt, promiſerúntque ſe inuicé non offendere ſub pœna. Et ſe poſtea mutuo offenderunt, ſed ita vt ignoretur, vter eorum prior aggreſſus eſt: neuter poterit accenſari de pace fracta. Io. And. in addi. Spec. in rub. de treug. & pac. Bar. in l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. paupe. feciſ. dica. & in l. ſi ſeruum. §. ſi ſequitur. ff. de verb. oblig. & in l. cum pater. §. libertis, in fi. & ibi Imo. ff. de leg. 2. Bal. Imo. & Ro. in l. ſemel mor. ff. ſol. mat. Bal. in l. vt vim, ad fi. ff. de iuſt. & iure. & in l. qui fidem, quæ eſt pe. & ibi Pau. Ca. ff. de tranſac. & in l. cum proponas, & ibi quoque Sal. & Raph. C. de pactis, Panor. in c. 1. de treug. & pac. & Cor. con. 51. in hoc, col. 3. verſ. & hinc eſt, lib. 1.

Si vnus ex duobus Titius filius fuerit legitimatus.

18 ¶ Sed huc propius accedit quod Bal. ex facto interrogatus reſpondit con. 146. cuius exordium eſt, titulus principis, ante fi. lib. 1. quod ſi cum pater haberet duos filios naturales eiuſdem nominis, vt qui ambo Titij vocabantur, fecerit legitimari Titium filium ſuum naturalem, nec apparet de quo ſenſerit, neuter illorum legitimatus erit, per d. l. duo ſunt Titij. ſubiungítque non ſtari declarationi poſtea factæ à patre, cum non ſit actus ipſius tantum, ſed & principis. Et id conſ. repetitum eſt in lib. 5. con. 388. Et quod item ſcribit idem Bal. in d. l. ſi quis à filio. §. 1. in fi. ff. de leg. 1. Quod ſi teſtator reliquerit executorem vnum ex Titiis, cum duo eſſent, nec aliter declarauerit, de quo intellexerit, neuter erit ob incertitudinem, ar. l. nulli. C. de epiſc. & cler. Et ipſe Bal. in l. 1. in 23. q. ff. de rer. diui. quod ſi fratres domini feudi inter ſe bellum committunt, vaſallus neutrum tenetur iuuare, quia inuicem ſibi obſtant, per d. l. inuicem. ff. de hær. inſtit. Super quo vide quæ dixi ſuprà in prin. huius q. nu. 14. cæterum.

Superſtes duorum patruelium ſimilium qui duobus fratribus vult ſuccedere.

19 ¶ Et quod ab antiquioribus Doc. diſputatum eſt in hac ſpecie. Duo erant fratres forte gemini facie & alia habitudine corporis adeo ſimiles, vt alter ab altero dignoſci non poſſet. quibus ſinguli erant filij & ipſi omnino ſimiles: hi ſtudiorum vel rei militaris cauſa peregre profecti, & alter inibi mortuus eſt: alter rediit duobus illis fratribus mortuis, & hæreditatem vtriuſque petit. Ignoratur autem vtrius eorum fuerit filius, quid dicendum? Hanc inter ſuas diſputati. poſuit Pile. nu. 158. duo erant fratres. Et dicit quòd de rigore ſecundum Io. neutrius habebit, cum & neutrius ſe filium eſſe probet, ſed de æquitate eam habebit, quæ ſibi veriſimilius debetur. At Alb. in l. ſi vicinis, ad fi. C. de nupt. putat prioré op. eſſe veram, ob id quia vtranq; petendo eſt ſibi contrarius, cum vtriuſque non poſſit eſſe filius, & ideo repellendus l. j. & ibi no. C. ſi ſer. exter. & l. neque natales. C. de prob. & l. Imperator Titus. ff. de ſtat. hom. De qua re loquens D. Boer. dec. 299. mulieri, col. pe. nu. 10. dicit quod ſi fuiſſet iudex, vtriuſque hæreditatem adiudicaſſet, cum haud dubie alterius eſſet filius, alterius nepos ex fratre. Et id quidem verum eſſet in ea ſpecie de qua tractamus, in qua ſcilicet vterque fratrũ vnicum filium habebat. Sed tu tamen vide quid in hoc ipſo caſu dixi ſuprà in 4. op. nu. 19. finem.

De emphyteuſi conceſſa alicui pro ſe & vna filia cũ plures haberet.

20 ¶ Denique non prætermiſerim quod ſimiliter reſponſum eſt ab Ang. ipſius Bal. fratre non indigno, conſ. 311. hoc initio, in themate prædicto, in prin. in hac ſpecie. Conceſſa fuerat emphyteuſis cuipiam, pro ſe & vna filia. Is plures filias habebat, nec conſtabat de qua dominus & ipſe intellexerant. De qua re aditus ipſe Ang. reſpondit, neutram earum eſſe ad huiuſmodi emphyteuſim admittendam, per d. l. duo ſunt Titij, iam toties allegatam, & alia quædam ſimilia iura. Vide tamen quod in ſimili ſcripſimus ſuprà in 2. op. huius q. nu. 11. hinc ſequitur.

Huius opi. in caſu noſtra q. refutatio.

21 ¶ Hæc certe op. in caſu noſtro priuato, longe cæteris omnibus deterior eſt, atque etiam ſolum Imo. habet ſui aſſertorem, & eum quidem hæſitabundum, & à cæteris omnibus reprobatum, vt diximus ſtatim in prin. huius quæſtionis. Et quidem merito vel hoc vno argumēto (etiam ſi alia deeſſent, quæ tamen ſunt multa) quod poſthabitis his qui proximiores ſunt gradu, & ad quos iure diuino, naturali, gentium, & ciuili hæreditas ipſa defertur, vlteriores admitterentur, quod omnium iniquiſſimum eſt, & abſurdiſſimum, ſicuti etiam ſcientiſſime annotauit Alex. quibus locis hanc op. refellit à nobis ſuprà citatis.

Reſpōſio ad contraria.

22 ¶ Quæ quidem iniquitas atque abſurditas non procedit in d. l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. quæ omnium maxime vrget pro huiuſmodi op. Quanquam & illi ſatis quoque aliter reſpondent Fran. Are. Alex. & cæteri. ex quibus etiam facile intelliges, nihil cæteras leges hic & vbique allegatas facere, quominus contrariam in hac re ſententiam amplectamur. Quibus & hoc

addere

addere potes in d.l. si fuerit, & similibus. certari inter plures de lucro. hic vero de damno vitando, ne videlicet amittant rem omni iure, quod iam diximus, alterutri, sed vtri ignotum, debitam, proptereáque in dubio satius est vtrunque admitti.

SEPTIMA ET OCTAVA OPIN. DECIMAE-septima quæstionis.

Formosiorem præferendum.

1 AD septimam op. quæ dicit formosiorem esse alteri præferendum. Et sdoctauam quoque, quæ robustiorē anteponit, vtranque enim simul expediemus, facit quod suprà disseruimus in præfatione num. 63. nec meliora tantum. Primogenitos scilicet cæteris esse robustiores atque formosiores. Ex quo consentaneum est, ex duobus natis eodem partu, præsumendum esse, formosiorem robustiorémque prius natum. Quod etiam probatur, quantū ad robustiorēm pertinet, ex l. si fuerit. §. vlt. ff. de reb. dub. vbi eodem partu natis mare & fœmina, & ita quidem vt ignoretur vter prior natus sit, præsumendum est, marem priorem exiuisse, vt & dicit Bar. ibi. Nam perspicuum est omnibus mares esse fœminis robustiores, vt affatim ostendimus in nostris Legibus connubialibus in l. 1. nu. 53. satis. & multis seq.

Ad idem. *Columbarum mas prior nascitur.*

2 ¶ Et ita per illum tex. voluit gl. in l. idem erit, & ibi quoque Bald. in prin. 1. lec. & iterum in 2. lec. in fi. ff. de stat. hom. vbi ipse Bal. id no. ad iura primogenituræ, tanquam id sentiat quod diximus, robustiorem præsumi prius natum. & Paul. Cast. qui id robori tribuit. in d. l. si fuerit. §. vlt. Guid. Pap. in tract. præsumptionum, col. 3. vers. item si in vtero. & Philip. Dec. in l. 1. nu. 47. ff. de reg. iur. Quanquam id aliò referunt. Sed illi tamen sententiæ adstipulatur, quod columbæ marem semper & fœminam pariunt, priorem quidem marem, vt tradit Plin. lib. 10. c. 58. & ante eum Aristoteles lib. 6. de natura animantium, c. 4. quod & nos diximus, in Legib. Connub. l. 3. nu. 59. incip. sicuti & è diuerso.

An illud verum sit.

3 ¶ Et ego certe fateor id plerunque accidere, vt robustior prior ex vtero exeat. neque tamen id ita perpetuum est, vt ex eo certam fixámque præsumptionem statuere debeamus, cum nonnunquam & debiliores fœtus præcedant. Ideóque Guil. Pet. Iac. Are. Cy. Bar. & Bal. sibi contrarius. & Ang. in d. l. idem erit, quæ solet legi cum l. Arethusa, reprehendunt illam gl. suprà alleg. quæ præsumit marem prius natum, per tex. in d. l. si fuerit. §. vlt. qui non ob aliud obtinet, quàm propter fauorem libertatis, vt aperte indicat in illis verbis, In ambiguis rebus humaniorem sequi sententiam oportet, vt ipsa libertatem consequatur. Imò si is tex. rectè inspiciatur, palam ostendit & filiam quoque posse nasci priorem, cum dicit: si quidem certum est quod prius, &c. Id quod etiam voluit Bar. in d. l. si fuerit. §. 3. & Guil. Cu. Alb. Bar. Bal. Sal. Ro. Alex. & Ias. in l. si extraneus. ff. de cond. cau. dat. in q. quam supra in 4. op. retulimus, nu. 11. facit & quod voluerunt. Et id quoque experientia demonstrat.

Másne an fœmina pulchrior.

4 ¶ Sed & istæ opin. aperte secum pugnare videntur, cum dicunt robustiorem & formosiorem prius nasci. Mas enim fœmina est robustior, vt diximus: Fœmina autem mare est pulchrior, ex sententia Xenophontis in Oeconomico, dum scribit, Deum fœminam pulchriorem viro condidisse, vt formam cum pudicitia domi continendo tueretur. Igitur marem priorem nasci propter robur, fœminam item ob formam necesse est, si huiusmodi sententiæ veræ sunt, qua re nihil posset dici magis ridiculum.

De eadem re.

5 ¶ Sed quicquid dixerit Xenophon, videmus in omni genere animantium, mares fœminis esse pulchriores. Fœminas autem viris pulchriores videri, vt contra viros mulieribus ob naturalem vtriusque sexus mutuum amorem: vixque reperias robustum hominem, qui idem nō sit formosus. Nam & Hercules, Achilles, Theseus, Hector, Agamemnon, Vlysses, Aeneas, Patroclus, & cæteri robustissimi, quíque formæ quoque nomine acritulo ab Homero, Virgilio, aliísque antiquis scriptoribus insigniti sunt, vt & à nobis annotatum est in nostris Legibus Connubialibus, in l. 2. nu. 32. sed vt ad Homerum.

Formosi vix robusti.

6 ¶ Quanquam scio Homerum in Catalogo studiose descripsisse Nireum Grecorum omnium pulcherrimum quidem illum, sed qui imbecillis, & parum virilis esset, veluti clanculum nobis indicaret, robur & formam vix simul coire in eodem corpore, id est, raro eundem esse formosum excellenter & fortem, siue virilem. Huius in eum carmen est huiusmodi,

Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
Τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.
Ἀλλ' ἀλαπαδνὸς ἔην.

Cuius rei & loci meminit Gal. in exhortatione ad bonas artes, qui & illud quoque obseruauit, ipsum Homerū illius non nisi semel, scilicet in illo loco, meminisse. Sed & apud eundem li. 3. eiusdem operis, Hector Paridem incessit veluti formosissimum, & tamen effœminatum,

Δύσπαρι εἶδος ἄριστε, γυναιμανές.

Quod & ipsum repetit lib. eiusdem operis 13.

Prouocasse præsumitur qui robustior est.

7 ¶ Non tamen prætermiserim quod ad huius op. confirmationem adducitur, quod post Ray. voluit Floria. in l. 3. §. cum arietes. ff. si quadr. psup. fe. dica. quod si in casu illius l. non constat vter ex duobus bobus, vel arietibus alterum prouocauerit, is præsumitur prouocasse, qui robustior est, ar. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. & per gloss. sing. in c. si bos, de iniur. quod

dictum sequitur Cæpol.cons.causarum criminalium.28.magister Iacobus,col.3. vers.octauo quia dictus.& con.seq.viso processu,col.4.ver.septimo ex eo.vbi & hoc dicit procedere,etiam si robustior fuit interemptus. Sed & hoc Flo. dictum simpliciter refert Bar. Bel. aut quisquis is sit,in addit. Pan.in c.constitutus,de pœnis,qui tamen dicit quod ea glos.non facit ad illud dictum.Et ego certe in ea gl.nihil comperi.quod ad hoc vel minimum quidem faciat.

8 *Ad idem.* ¶Illud tamen dictum ad propositum huius q.refert & sequitur Fel. in d.c.capitulum,col.antepen.vers.de duobus,extra de rescr.vbi dicit quod per hoc potest limitari dictum Bald. in l.j. in 7.q.C.vnde vi,& in l.vt vim.ad fi.ff.de iust.& iur.& Ioan. Ana. in c.significanti, col.29.de hom.cum dicunt,quod si duo se mutuo vulnerarũt,neuter teneatur, nisi appareat de aggressione,per d.§.cum arietes,vt scilicet intelligatur,nisi sit præsumptio prouocationis contra alterum,quia altero est robustior vel animosior.Sed & hoc Flor.dictum sequitur Hippo.Mars. in repe.rub.de prob.nu.415.& Ant.Corse.in tract.de pot.& excel. Reg.q.64. in fin. ad confirmationem huius op.quam & ipse sequitur,& Alc.in tract.præsumpti.regula 3.præsumpti.39. nu.10.Sed idem quod Flor.longo ante interuallo sensisse videtur Bal.cuius Flor. Fel. Hippo. & Corse.non meminere in suo eleganti cons.312.visis actis,ad fi. lib. 4.vbi & hoc scribit antiquos scriptores dixisse. Quibus succinit illud Quintiliani lib.5.tit.de argumentis: Ducitur, inquit,frequenter in argumentum,robur,petulantiæ.

9 *An illud verum sit.* ¶Quæ sententia.si vera est,quantum ad hanc rem faciat,aut non,nemo non videt. Et ego quidem verum esse opinor,vt robur & animositas sit quædam præsumptio aggreßionis, non talis tamen, ex qua rem ipsam per se dubiam tanquã certam iudicare debeamus: cum plerunque videamus rixas,lites,pugnas à debilioribus incipere, & nonnunquam fœminas viros appetere. Ex quo natũ est illud vulgi carmẽ nõ magis elegans tersũmque,quàm vulgus ipsum,

A minori rota,sunt semper iurgia mota.

Propterea nihil moror quod hoc loco quidam multis verbis,imo paginis afferunt de præsumptione iuris simpliciter,& iuris & de iure, & de præsumptione hominis.

10 *An mulier præsumatur ocyus mori quàm vir.* ¶Adducit præterea Fel.vbi supra ad huiusmodi op.tex.in l.qui duos.§.si maritus.ff. de rebus dub.vbi si maritus & vxor simul perierint, stipulatio de dote, si mulier in matrimonio decessisset.habebit locum,si non probatur illa superstes viro fuisse.Et sic ille text.in dubio præsumit fœminam ocius mori,quoniam vt ibi dicit gl.debilior est mare. Sed tãtum abest vt id ad hanc opinionẽ faciat,vt etiam illam prorsus euertat. Nam illud propterea non statuitur,quod semper mulier præsumatur citius mori, sed quod posterior mortua non videtur, quæ simul mortua est:sicuti nec prior,qui simul etiam decessit,vt dicit tex.in l.si inter virum, cod. tit. & in l.cum hic status.§.si ambo.ff.de don.inter vir.& vxor. Ex quibus facile cognosces non propterea esse præsumendum fœminam citius mortuam fuisse, quæ cum viro periit naufragio, ruina.incendio.quod intelligens gl.vtrobique dicit tex.in d.§.si maritus,procedere cum agitur de onere dotis,sicuti etiam in tex.l.posse:sor.§.si eodem.ff.de relig. Vides igitur quantum leges nostræ huiusmodi præsumptionibus tribuant, quando nunc pro illis iudicant, nunc contra secundum diuersitatem casuum.

11 *Formosiores Reges delecti.* ¶Sed tamen interim non omittam vnum quippiam quod nonnihil facit ad eam opin.quæ in dubio præfert formosiorem,præter ea quæ diximus in prin. huius opi. Quod apud multos ex antiquioribus populis & illos quidem cæteris celebriores, Aethiopes dico & Indos, & alios plurimos,reges sibi deligere solitos, qui forma & pulchritudine cæteros antecellerent, vt nos diximus,& autoritate Aristotelis,Strabonis, Diodori Siculi,Pomponij Melæ,& aliorum probauimus in nostris Legibus Connubialibus.l. 2. nu.36. sed vt redeamus,vbi etiam docuimus quædam animalia idipsum quoque facere, vt ibi si lubeat,videre poteris, ne iterũ hic reperã.

NONA OPIN. DECIMAE SEPTIMAE QVAESTIONIS.

1 *Magnates & populum eligere debere.* AD nouam op.quæ est, vt magnates & populus eligant vtrum ex his duobus velint, quæ quidem op.cum ea consentit,quæ locum dicit esse gratificationi. Propereáque faciunt quæ suprà diximus in 2.op.Sed quia alij hanc gratificationem tribuunt superiori,alij magnatibus & populo,pro ista priuatim facit tex.in c.j. de paro. vbi si episcopus hæreticus in locum cuius alius fuerat suffectus,ad fidem redeat,fit inter eos diuisio,vt alia loca ad vnum, alia ad alium pertineant.Quod si forte vnus fuerit tantũ locus, ad eum pertineat quẽ plebs elegerit.

2 *Ad idem.* ¶Et quod voluit Pet. Iac.in arbore succeßionis Regum Fran.col.4.vers.sed quid dum decessit, vbi in quæstione duorum proximiorum eiusdem gradus volentium succedere in regno,si ignoratur vter eorum sit ex primogenito,multas opi.adducit, quas suprà retulimus,sed hanc postremam posuit,quod populus gratificabitur,arg.l. Barbarius.ff.de off.Prætor.quam propterea sequi videtur,ex no.in l.qui filium.§. Sabinus. ff.ad Trebel. cum si. Et quod etiam voluit Bal.in c.cum in magistrum, ante fi. de elect. quod si Rex decedat nullo relicto capace ad regnum obtinendum,magnates regni Regem eligent, & Imperator, vel papa confirmabit, vt in c.venerabilem,eod.tit.& c.licet,de voto, & c.grandi,de sup.negl.præl.lib.6.

3 ¶Illud autem hoc loco tantum dixerim,quòd si gratificationi locus sit,si ea res de qua agitur superiorem recognoscit,ad superiorem pertinet gratificatio,per multa allegata supra in 2.op.

Sin minus

Sin minus recognoscit, vt regnum Franciæ, ad magnates & populum recurrendum est, qui quidem populus, vbi deest superior, principis locum obtinet, vt late patet ex l. 2. ff. de orig. iur. & d. l. Barbarius, & l. 2. C. de adopt. & §. sed & quod princip. Inst. de iure nat. gent. & ciuil. & vide quæ dicam in seq. opin.

DECIMA OPIN. XVII. QVAESTIONIS.

Electionẽ patri dandam.

1 AD decimam, quæ electionem patri tribuit, quæ etiam à 2. & præcedente op. differt, quod hæc id patri tribuit, quod aliæ superiori aut populo, faciunt multæ leges, quæ multa parentium arbitrio in suis successionibus permittunt. imo etiam omnia, modo legitimam liberis relinquant. Facit & quidem propius quod dicit Bal. in proœmio Decretalium, col. 2. ver. Rex potest determinare, quod potest Rex statuere in vita sua quis ex liberis Rex erit siue primogenitus, siue secundogenitus, per id quod not. Arch. in §. item obiicitur. 2. q. 7. vbi tamẽ hoc adeo clare non dicit, sed illud tantum, quod quilibet Rex potest filium suum Regem facere. Nam si id potest Rex cum certum est quis omnium est primogenitus, multo magis cum incertum est, de quo tamen dicto Bald. dicam postea in 21. q. vbi & alia pleraque reperies hanc sententiam non parum confirmantia.

Ad idem.

2 ¶ Facit præterea quod dicit Fran. Are. in l. ex duobus, col. 2. ff. de vulga. & pup. dum loquitur de hac nostra q. refellendo op. Imo. qui volebat superiorem in hoc casu gratificari alteri si velit: at si nolit, neutrum illorum succedere. dicit enim quod si gratificatio ad eum pertinet, qui concessit gratiam, vel ad hæredem ipsius, is non tenetur gratificari, si nolit. Secus si is qui habet gratificari, vel non est immediata causa beneficij, vel procedit per viam iustitiæ, vt supra in prin. ad aliud propositum retulimus. Et subiungit quod in casu nostro succedẽtes in regno immediate habẽt beneficium à patre per medium successionis, & statim postea allegat quasdam dec. quæ patri arbitrium deferunt, præferendum vnum ex filiis in certis casibus, quasi magis huiusmodi gratificatio ad patrem pertineat, quàm ad superiorem aut ad populum. Quod equidem credo, si gratificationi locus est. At si pater gratificatus non fuerit in vita, id faciet superior aut populus, secundum distinctionẽ, quam suprà dedimus in præcedenti opi.

VNDECIMA OPINIO DECIMAESEptima quæstionis.

Præferendũ eum qui in possessione est.

Si beneficiũ pluribus fuerit collatum ab eodem & eodem tempore.

1 AD vndecimam opinionem quæ vult eum præferri qui est in possessione, facit text. in c. si à sede, de præb. lib. 6. vbi si à sede apostolica vel legato ipsius vni, & ab ordinario alteri eodem die idem beneficium conferatur, nec appareat quæ collatio prior fuerit, erit potior conditio possidentis. Et idem dicit ibi Imo. si ab eodem scilicet Papa, vel ordinario, aut alio iusto collatore fuerit idem beneficium diuersis collatum, nec apparet cui prius collatum fuerit. Is enim præferendus est qui possidet, vt expressim dicit Imo. quem sequitur Phil. Fran. ibi, col. 2. vers. & iste tex. procedit. Et gl. regulæ Cancellariæ Inno. 8. regula 15. & Io. Brunellus in trac. de potestate legati, vers. quarta declaratio, & Matthæus Pac. in tit. de mandatis apostolicis. §. nósque & successores, in verbo, iure præuentionis, col. 10. vers. primo vt non procedat. Quanquam scio alios aliter dicere, vt scilicet sese mutuo impediant, per l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. & l. si fuerit. ff. de reb. dub. iuxta ea quæ & nos amplissime diximus in 6. op. Aut recurrit ad collatorem, vt declaret quis prior fuerit: aut superiorem, qui diligenter, studiose, & subtiliter inquirat & declaret, quis prior impetrauit. Ita enim voluerunt Io. And. P. Anc. & Dom. in d. c. si à sede, & Philip. Fran. sibi contrarius in c. duobus, quod est pe. col. j. ver. quid autem si ab eodem, de rescrip. lib. 6. & Do. Cos. Guymier in commentariis prag. sancti. tit. de collat. §. ita tamen quod ipse, in verbo, nominatorum, ante medium.

De eadem re.

2 ¶ Sed priori op. adhærere videtur Bal. in c. capitulum sanctæ Crucis, col. j. vers. quid si eadem die, extra de rescrip. vbi dicit, quod si duo eadem die impetrauerũt à papa potestariam, vt ipse loquitur, Bononiæ, neuter admittitur ad officium, nisi vnus esset in possessione. nam eo ipso quod possidet, plus iuris habet, eo qui non possidet, vt l. j. in fi. ff. vti possid. Et idem (inquit) si papa eadem die diuersis personis concedat idem feudum. Et sequitur Fel. ibi, col. pen. vers. de concursu, & Barb. qui id dicit sing. in rub. C. qui admit. cor. 2. & cons. 23. scripsit propheta, col. antepe. lib. j. & cons. 50. illud afferam, col. j. eo. lib. j. & cons. 18. præclare scriptum est, col. 16. ver. cum ergo in proposito, lib. 2. & cons. 35. sapienter, col. 5. vers. quarto præmitto, eo. lib. 2. & cons. 65. clementissimi, col. 5. vers. item ratione possessionis, eod. lib. j. & Ias. in l. j. col. 2. in fi. ff. sol. matr. Phil. Dec. dum simpliciter Bal. allegat in c. ex literis, col. 2. in 5. not. de prob. & con. 424. proponitur, col. j. & cons. 467. bene, post prin. & cons. 489. viso casu, etiam in princ. & Catel. Cota, qui & id dicit sing. in memor. incip. Hora quandoque, col. vlt. vers. secũdo hoc dictum. & iterum in memor. possessionis commoditas, & Hippo. Mars. in rep. rub. de probat. nu. 596.

Si hora apposita sit in collatione eiusdẽ diei, ancea alteri in qua nulla hora est sit præferenda.

3 ¶ Sed & id confirmat quod per tex. in d. c. si à sede, voluit Doct. certe consummatissimus Philip. Dec. in c. pastoralis, col. 3. vers. sed dubium est, in fi. illius vers. extra de rescr. in ea q. à multis tractata de duobus qui eadem die impetrauerunt idem beneficium, & in prouisione vnius hora est apposita, in alia minime. nam eum esse præferendum in cuius collatione hora est apposita, voluerunt plerique, tanquam certioris temporis probationem habeat, vt per

Matt.Sil.Cyn.& Bal.in l.de rebus.C.de don.ante nup.& alios plerosque, quos tibi congessi in tract.Retractuum,tit.j.§.11.gl.j.nu.10.& quod haud dubie.Quibus addes Franc.Curt.iuniorem,in l.vlt.col.antepen.vers.decimotertio quæritur.C. de edic. diui. Andr.tol.Aliis tamen contrarium dicentibus,videlicet Soc.in l.j.ff.sol.matr.& cons.67.eadem die,lib.3.& Fel.in d. c.pastoralis,col.3.vers.ratione vnius horæ,& aliis quos & ego collegi in loco suprà citato. Eas autem op.ita concordat Dec.in d.c.pastoralis,vbi supra,vt is qui horam certam habet sit præferendus,nisi alter esset in possessione.nam hic tunc præferendus esset ratione possessionis.Et idem voluit ipse Dec.in l.in ambiguis,in fi.de regul.iuris.Et idem videri voluisse Bal.Nouellum in tractatu dot.in 9.parte,in a priuilegio,in fi.Et generaliter per eum tex.in d.c. si à sede, dicit Alex.cons.19.admodum,in prin. lib. 2.quod vbi non apparet, quæ prior est scriptura, & quæ posterior,debet esse melior conditio posidentis.

Duobus à patrono laico præsentatis melior est conditio possidentis.

4 ¶ Et hoc quoque posset videri pertinere tex.in c.quod autem,& in c.pastoralis, de iure patro. quibus cauetur, quod si patronus laicus clericum idoneum præsentauerit ad vacantem ecclesiam episcopo diœcesano,qui illum noluit admittere,& postea idem patronus alium item idoneum præsentauerit,quem episcopus admisit,& is postea possessionem corporalem beneficij tenuerit,melior est conditio posidentis.Ex eóque assumunt Ant.Car.Flor.regulã,quòd cæteris paribus melior est conditio posidentis.Et id quidem verum est,cum, vt dicit c.in pari.de reg.iur.lib.6.in pari delicto vel causa potior est conditio posidentis.quæ regula deprompta est ex l.in pari.ff.eo.tit. in pari causa possessor potior haberi debet.

Traditio in beneficialibus non auget effectũ tituli.

5 ¶ Verum Pet.Anc.& Pan.in d.c.quod autem , dicunt in beneficialibus traditionem non augere effectum tituli præcedentis.Imo ille potior est in beneficio, qui primo titulum consecutus est,& sine traditione transfertur dominium.c.si tibi absenti, & ibi Dom. & alij , & c. eum qui,de præb.lib.6. & quod not.Inno. Pan.& alij, in c.inter cætera,extra de præb.& Pan.in c. suggestum,in j. not. de iure patro.cum si.Nec quicquam facit tex.in d.c.quod autem,& d.c. pastoralis,præferentes,vt videtur,secũdum habentem titulum & possessionem. Primo,quia hic primus non habebat titulum efficacem,ex sola patroni præsentatione non admissa, & postea ab ipso patrono laico , cui variare licebat, tacite reuocata : quod si ille primus admissus fuisset,tunc præferretur secundo etiam admisso,& possessionem prius adepto , vt satis declarat ille tex.Ideóque Pan.ipse ibi super prima gl.dicit,quod ibi narratur factũ respectu possessionis,nõ autẽ ponitur iuris ministerium. Et vide quod dicam in seq.op.nu.2.& licet , & seq.

Cum ordo nascẽdi est incertus, præfertur possessor.

6 ¶ Sed huc haud dubie spectat,& quidem proxime ad quæst.nostram,glos.in l. idem erit.ff.de stat.ho.quæ in simili casu,videlicet cum ordo nascendi multorum incertus est, multas op.ponit.& hanc omnium postremam,ita vt sequi videatur,vt scilicet in dubio obtineat , quiest in possessione,per l.vlt.C.de rei vend.vbi res alienas posidens, licet causam iustam tenendi nullam habeat,non restituere cogitur,nisi suam intentionem impleuerit. vbi glo. multos tex.concord.adducit.Et d.gl.in d.l.idem erit,sequuntur Iac.Are.Iac.Bu.Alb.& Bal.in ea l.idem erit, quam legunt cum l.Arethusa,per tex.in l.j.in fi.ff.vti posid. & in c.licet causam,de probat.

In casu c. afferte , omnibus paribus ea obtinuisset quæ posidebat.

7 ¶ His quoque adstipulatur alia gl.in c.afferte,in gl.vlt.post prin. de præsumpt. quod si in casu illius c.vtraque mater illud dixisset,quod altera tantum dixit , scilicet date huic infantem viuum,& non occidatur:tunc ei fuisset infans adiudicandus,qui erat in possessione , nisi alia probatio interuenisset.Et in eam gl.sententiam omnes scribentes ibi pedibus eunt. Eámque dicit sing.Barb.in l.in illa stipulatione,col.29.ff.de verb.oblig.Subdítque ea glos. quod & ad hunc locum maxime pertinet,quod is infans ei succederet,quæ erat in possessione. Et sequuntur Laur.Host.Io.And.Ant.Imo.Per.Anc.Car.Flor.& Pan.ibi etiam differentes, an & alteri quoque succederet,& Bart.Brixien.q.65.cum duæ mulieres, vbi & ex hoc decidit aliam pulchram quæstionem,huic affinem.de qua postea dicemus,& Pile.q.99.quæ est eiusdem initij, & Alb.in rub.C.ad SC.Orphit.in prin.

Si dubium an bona prælati fuerint quæsita ex bonis ecclesiæ an patrimonialibus, possessor præfertur.

8 ¶ Occurrit hic & alia gl.in c.sint manifestę,in verbo,probantur,ad fi.12.q.1. quod cum dubitatur an bona prælati mortui sint acquisita ex bonis ecclesiæ , an & ex bonis ipsius patrimonialibus,is præferendus est,qui in possessione est,nisi aliter constet. Et idem voluit alia gl.in c. nulli dubium,quod est primum,& ibi Arch.12.q.5.vbi & de hoc est bonus text.quem ad hoc dicit sing.Pan.in c.vt vnusquisque,in fi.extra de pec.cler.Sed & hanc postremã gl.dicit sing. Ro.in d.l.in illa stipulatione.ff.de verbo.obl.& Barba.in repeti.de rub.C.qui admit.col.2. & cons.23.scripsit propheta.col.antepe.lib.j.& d.cons.50.col.j.eo.lib.j.& d.cons.35.lib.2.& Car. Cota in memor.possessionis commoditas , & voluit etiam Host.in titu.de succes. ab intest. §.qualiter ecclesia,in fi. Et id omnes sequuntur,cum constat prælatum tempore promotionis habuisse bona propria,videlicet Io.And.Ant.Imo.Pet.Anc.& Card.Flor.in d.c. vt vnusquisque.ipse Card.in c.cum in officiis,in 2.q. eo.tit. Rom.cons.159.super eo quod quæritur,col.2. vers.tertio casu,& late Soc.cons.216.accurate,per totum id cons.lib.2.

Diuersis in diuersis te-

9 ¶ Huc item respicit,quod in casu de quo suprà diximus in 6.op.nu.5.ad quod , videlicet cum duo sunt testamenta vnius diei, in quibus instituti sunt diuersi hæredes , nec aliter constat de ordine,siue tempore vtriusque:neuter hæredũ obtinebit , si contendũt cum tertio possessore,

aut etiam

aut etiam si secum inuicem petentes, scilicet alter aduersus alterum se mitti in possessionem. At si alter eorum est in possessione, is alteri præferetur. Ita enim voluerunt Cy. Io. Fab. Saly. Rapha. Corne. Ias. & Philip. Deci. in l. vlt. C. de edic. diui Adr. tol. Bartho. Brix. in d. q. 56. Bar. post alios antiquiores à se citatos in l. j. §. non autẽ. ff. de bo. pos. secun. tab. Bal. in l. j. col. 2. ver. quæro quid si duo. C. quã. prouo. non est neces. & in d. c. capitulum, col. j. de rescrip. & cons. 390. tam profundè, circa medium, lib. 2. Imo. & Fran. Are. in l. cum qui duobus, in princ. ff. de acquir. hær. Pet. Ane. in c. duobus, quod est pe. in fin. & ibi quoque Domi. col. 4. vers. in fi. glo. intentus, de rescrip. li. 6. Ange. Are. in §. j. col. 2. Inst. de adi. leg. Barb. in cle. & si principalis, col. 6. vers. quod limito primò, de resc. & d. cons. 50. col. j. lib. j. & d. cons. 35. lib. 2. & Soci. cons. 177. visis, col. pe. vers. præterea licèt præsumenda. D. Bened. in c. Raynutius, in verbo, testamentũ, le 2. num. 30. & seq. de testa. Francis. Ripa in c. sæpe, col. 2. de restit. spoli.

stamentis e iusdem temporis heredibus instituis præfertur possessor.

10 ¶ A quibus non longè abest, quod ex facto respondit ipse Bal. cons. 274. cuius caput est, licèt allegationes, lib. 2. quod si reperiantur duo instrumenta, vnum scilicet liberationis, apud debitorem, alterum autem cessionis apud alium quempiam extraneum, nec apparet quod corũ prius aut posterius sit confectum, erit potior conditio possidentis, per no. in d. l. vlt. C. de edic. di. Adr. tol. In quo videtur sequi eam quam diximus op. de duobus testamentis eodẽ die confectis. Subdit illud in vniuersum & semper procedere, quando emergũt tales dubitationes, quod postremũ etiam dicit ipse Bald. d. cons. 390. eo. lib. 2. vers. in præcedenti allegato, videlicet, vt res incertas & dubias semper decidat possessio, vel quasi possessio.

Idem in casu simili.

11 ¶ Et dicit idem Bald. in c. ex literis, col. j. ver. porrò quid conferat, extr. de consue. Quòd si sint duo eiusdem nominis & cognominis, & vnus possideat instrumentum debiti, ille præsumetur esse creditor contentus in illo instrumento, non ille alter eiusdem nominis. Et sequitur. & dicit no. Ias. in d. l. j. col. 2. vers. tertiò limita. ff. sol. mat. vbi ex hoc limitat doctrinam Bar. ipsius Bal. & aliorum ibi, quòd si reperiantur duo instrumenta eodem die confecta, nec constat de ordine, præsumitur instrumentum dotis priùs confectũ, vt videlicet procedat, nisi alius creditor qui habet instrumentum eiusdem diei sit in possessione: ad quod etiam allegat text. optimũ loquentem etiã in persona priuilegiata, & quę in dubio alteri præfertur in d. c. si à sede, de præb. lib. 6. vbi collatio summi pontificis in dubio præsumitur prior quauis alia, si nõ cõstet de tempore, ideóque in dubio præfertur is cui contulit. Si tamen alter esset in possessione ei præferretur. Quod & ipsum voluerunt Soci. Thomas Parpal. & Caro. Rui. in d. l. j. ille, col. 2. versic. ista regula, qui id declarat, column. 4. Ex quo satis intelligis potiorem esse causam possessionis, quàm fauoris vel priuilegij, quod & videre licet ex eo quod diximus versicul. abhinc 3.

Creditor is præsumitur qui habet instrumentum etiãsi sit alius eiusdẽ omnino nominis.

12 ¶ Adde & quod scribit Bart. in l. si inter virũ, in fi. ff. de reb. dub. quòd si facta donatione inter virum & vxorem dubium est vírne an vxor prior mortua fuerit. cum non vno casu aut simul perierint, sed vnus fortè in Francia, altera in Italia: erit certè melior conditio possidentis. Nã si hæredes viri vendicent aduersus hæredes vxoris, possidentes debent probare vxorem priùs decessisse, & è diuerso, per d. l. vlt. C. de rei vend. & d. l. in pari causa. ff. de reg. iur. & d. c. in pari delicto. eo. tit. lib. 6. Et sequuntur Imo. & Rapha. in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebel. Alex. cons. 140. circa primum, col. j. lib. 5. Fran. Curt. Senior qui hoc admodum commendat in repe. l. admonendi, ch. 29. ver. quartò moueor. ff. de iureiur. Barb. d. con. 50. col. j. libr. 1. Guido Pap. in tracta. præsumpti. col. 3. Io. Lup. quid dicit sin. in reper. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 75. in princ. De quo tamen vide Alex. ubi contrarium in d. l. ex facto, & Soci. in d. l. si inter virum, col. 2. vers. secundò infertur.

Si dubiũ sit vter prior mortuus sit vir an vxor in diuersis tamen locis potior est cõditio possidentis.

13 ¶ Sed illam priorem sententiam admodũ fulcit, quod & Bal. ipse respondit con. 176. si per famam, libr. 4. Ibi enim dubitabatur, vtrùm pater an filius qui in diuersis partibus mortui erãt prior posteriórve mortuus esset. Et si per famam (inquit) & aliquas cõiecturas potest probari, quòd filius prior decesserit, stabo famæ & coniecturis, per no. per gl. & Doc. in l. si quidem. C. sol. mat. & in l. qui ex liberis, in prin. ff. de bono. pos. secund. tab. Aliàs præsumam naturã suã vim seruasse, nec turbasse ordinem, & sic filium superuixisse, per l. hæreditatum. ff. ad leg. Fal. & l. qui duos. §. vlti. ff. de reb. dub. licèt illę ll. in alio casu loquantur, videlicet quando simul ruina sint oppressi, hic quãdo apparet veritas mortis vtriusque, sed per absentiam dubitatur vter prior decesserit. l. nec nos. C. de capti. & postli. reuer. Vel vt subdit Bal. potest dici quòd incumbit onus probãdi ei qui cõtra possessorẽ agit, vbi ordo potest probari per testes, vt hoc casu. Sed vbi non posset probari per testes, vt in ruina & naufragio, tunc statur pręsumptioni, quæ circa factum præsumit. Et istud est verius, per d. l. nec nos. Nec obstat d. l. qui ex liberis, quia ibi speciale est fauore testamenti, ne in dubio pereat substitutio. Hæc ille.

Quid de patre & filio.

14 ¶ Huius item notæ est quod scribit Iac. Bel. in c. 1. §. vlt. tit. de gradib. succes. in feu. quòd cùm dubium est, sitne feudum antiquũ an nouũ, stabitur ab eo qui est in possessione, siue is dicat feudum esse nouum, siue antiquum, & sequuntur Aluar. Marti. Laud. & Card. Ale. ibi, & idẽ Card. in procœmio feud. in 6. diuis. cum aliis multis concord. à me collectis in trac. Retractuũ tit. 1. §. 52. gl. j. nu. 95. sed & possent, quod maximè notãdum. Nam feudum potiùs præsumitur

Cum dubiũ est sitne feudũ antiquũ an nouum pro possessore iudicandum.

esse antiquum, quàm nouum, vt probat tex. in d. c. 1. §. vlt. de gradi. succes. in feud. vbi Bal. eũ dicit mirabilem, & in c. 1. tit. si de feud. fuer. cont. inter domi. & ag. & ibi Iac. Bel. Nicol. Nea. Bal. Alua. Marti. Laud. & Card. Alex. cum aliis multis concord. à me quoque congestis vbi suprà, nu. 91. sed quid cùm dubium est.

15 ¶ Et illud quoque quod à Pe. Anc. scriptum est in c. si inter, quod est pe. ex. de spons. (vide ibi alios) dum quęrit quid agendũ cùm plures vnam sibi vxorem vendicant. Nã is inquit præfertur qui habet validiorem titulum, vt is est qui per verba de pręsenti desponsauit. Si autẽ veniant eodem iure, pręfertur qui prior est tempore per eũ tex. & in c. sicut ex literis eo. ti. Si autẽ de prioritate vel posterioritate (vt ipse loquitur) tẽporis nõ apparet, potior est qui in possessione est c. licèt causam, in fi. de proba. Et alia subdit ad hunc locum minimè pertinentia.

Vasallus debet præstare fidelitatem ei qui principatũ possidet.

16 ¶ Superioribus quoque concinit, quod à Guid. Pap. scriptũ est con. 68. cuius initium est, circa processum, col. 2. ver. & facit quod diximus, quod si duo contendunt de principatu, & ignoratur vter verè princeps sit, debet in dubio vasallus ei pręstare fidelitatẽ & homagium qui principatũ ipsum possidet. Et ita faciens excusabitur, etiamsi alter posteà vincat, per text. in l. cuiuscunq; fundi. §. vlt. ff. de vsuf. & §. oportet, in Authen. de manda. princ. Et idem tenuit ipse Guid. cons. 92. incip. circa duo, col. vlt. rursúmque sing. 326. hoc capite, si sint duo, iterúmque sing. 481. si vir & vxor, versiculo vlt.

17 ¶ Et quod in illa specie tractata à Doc. in l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. de qua locuti sumus suprà in 4. opi. nu. 11. facit & quod voluerunt, scilicet de equa prægnante vendita, ea lege vt si ex ea nascatur pullus masculus sit venditoris: si fœmina, emptoris. & cõtingat nasci marẽ & fœminam, & ignoratur vter fœtus sit prior natus, másne an fœmina. Nonnulli fuere in ea opi. vt in eo dubio melior sit conditio possidentis. Quę fuit op. Iac. Ray. vt retulerũt Alberi. & alij quidam, in d. l. si extraneus, inter quos Raph. Fulgo. Alexan. & Iason ibi, dicunt eam op. esse veriorem de rigore iuris, licèt alia, quæ scilicet censet rem diuidi inter emptorem & vẽditorem, vt diximus in vers. nuper citato, sit communior.

Si ignoratur an filius sit alterutrius duarũ fœminarũ ea præfertur quæ in possessione est.

18 ¶ Et huc quoque spectat quod ab antiquioribus Doc. tractatum est, scilicet Pileo q. 19. cùm duæ mulieres, & Barth. Brix. q. Domi. 56. quæ est eiusdem initij, De duabus mulieribus simul habitantibus, quarum altera viuum infantem pepererat, altera mortuum. Ignorabatur antẽ vtrius viuus esset, & vtraq; eũ sibi asserebat. & interim mortuæ sunt, quærebatur an vtriusq; an alterius, & cuius hæreditas nomine pueri petenda esset. Et dicunt, quòd si vna earum erat in quasi possessione filij, illius hæreditas ei adiudicanda est. Si neutra, neutrius. Et ita eos refert & sequitur Alberi. in rub. C. ad SC. Orphi. in princ.

Leges & canones probãtes potiorẽ esse conditionẽ possidẽtis

19 ¶ Et præter eos text. quos suprà citauimus, non omiserim text. in l. siue autẽ. §. 1. si duobus & ibi gl. & Doct. ff. de public. in rem act. vbi si à diuersis non dominis eadem res diuersis etiam vendita est, potior est non is cui priori res tradita fuerit, sed qui rem ipsam nunc possidet. Et id voluit glo. in l. si ea res. §. 1. in verbo, apprehenderet. ff. de act. emp. quæ eum text. qui contrarium velle videbatur conciliat cum d. l. siue autem, & Iason qui alios allegat in l. quoties col. 8. vers. 15. & vlt. C. de rei vendi. ex hoc limitans d. l. quoties.

Leges & canones probãtes potiorẽ esse cõditionem possidentis.

20 ¶ Súntq; alij plurimi tex. dicentes, potiorem esse causam possidentis, transferríq; in aduersarium non possidentem onus probandi contrariũ, videlicet in l. qui accusare. C. de eden. & l. 2. & l. siue possidetis, & l. matrem, iuncta gl. in verbo, cõuenit, in fi. & ibi Bart. & alij, & l. acto. C. de probat. Et authoritate d. l. matrem, Bald. in l. de rebus. C. de dona. ante nup. dicit q; vbi dubium est ex pluribus creditoribus quis sit prior, pronunciatur pro possessore tex. in l. circa eũ. ff. eod. tit. & l. vtifrui, in fin. prin. ff. si vsusfr. peta. & l. militis. §. veteranus. ff. de mili. testa. & l. pe. ff. de cõdi. ob can. & l. si debitor. ff. de pigu. & l. si ob turpẽ, quæ est pe. ff. de condi. ob turp. cau. & l. 2. C. eod. & l. vlt. ff. de condi. sine cau. & l. si seruum. §. sequitur, in fin. ff. de verb. obli. & in l. nõ solùm. §. sed vt probari, & ibi Bart. ff. de ope. no. nũci. & l. 1. §. si colonus. ff. de Saluia. interd. & l. cùm de lucro, & l. cùm par. ff. de regul. iu. & l. si quidẽ. C. de excep. & l. non ideo. C. de libe. cau. & §. commodum, Inst. de interd. & in c. ex literis, extrà de probati. vbi si ambarũ partium testes sint pares, & æquè idonei, possessoris testes præferuntur, & in c. ad aures, extrà de præscrip. & in cle. 1. vt lit. pen. vbi probatur ex possessione ius præsumi, etiam ad commodũ tertij, quem tex. ad hoc dicit sing. Barb. in Addi. Bal. in c. 1. tit. de conten. inter do. & fide.

Possessio qualitatis relenat ab onere probandi.

21 ¶ Nec prætermittemus gl. & Doc. multa ex eo decidentes, videlicet glo. in l. si solennibus, in verbo, si aliis, C. de fide instr. q; adeo præsumitur pro eo qui est in quasi possessione alicuius qualitatis, vt releuetur ab onere probandi, transferatúrque id onus in aduersarium. Quam glo. licèt Pet. Cy. & Albe. ibi reprobent in his quę sunt contra ius commune, vt in priuilegiis, seruitutibus, & id genus similibus, in quibus non satis est esse in possessione, nisi de his probatũ fuerit, vt etiã voluit gl. in l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si serui. vendic. & Bar. latè in l. si priusquã, col. 3. vers. nec ob. finis. & iterum col. 9. ver. secundò. op. rursúmq; col. seq. vers. tertiò cõtra istud, & vbique propè Alex. in eius addi. ff. de ope. no. nunc. Et est bonus text. in c. cùm personæ, de priuileg. lib. 6. Tamen Paul. Castr. cui assentior in d. l. si solennibus, dicit eam glo. procedere etiam in priuilegiis, & similibus, cùm eorum vsus non tendit in præiudicium alterius

sicuti

ſicuti ibi optimè declarat. Sed & eam glo. ſimpliciter probat Bal.con.351.in bonis feud alibus poſt princ.li.j. Sed tu hîc vide quæ dicam infrà nu.24.addes inquam,& ſeq.vſq; ad fin. huius opin. Et vide prætereà gl.in l.cum actum,in fin.ff.de nego.geſt.& in d.cap.j.de conten.inter do.& fide.& in c.j.in princ.& iterum in vlt.tit.ſi de inue.inter do.& vaſſal.lis oriatur.& in c.1.§.ſi tres,tit.de pace tenend.quæ illud proclamat, beatos poſſeſſores.

22 ¶ Quid quod in illa tenebroſiſsima controuerſia,in qua diſputatur vter præferendus ſit, nepóſne ex filio primogenito mortuo ante patrem, an patruus ipſius ſecundogenitus, de qua latè diſſeremus infrà in 40.q.fuerunt qui eum præferendum dicerét,qui eſſet in poſſeſsione iuris primogenituræ viuente auo ipſius nepotis eodémq; patre patrui,quos tibi prodam infrà in eadem q.40.nu.225.incip.nec deſunt,vbi ſi lubet videre poteris.

23 ¶ Si quis autem velit in vnum locum cogere Doct. huic poſſeſsionis iuri innitentes, vix erit poſsibile. Sed tn inter cæteros vide Andre.Iſer.in c.j.§.prǽterea ducatus,col.2.ver.ſed quomodo,tit.de prohi.feud.ali.per Fed. Bar.in l.is cui.§.bonorũ.in fin.ff.vt in poſ.lega.& in l.quidã in ſuo.ff.de condi.& demon.Bal.conſ.66.inter virum lib.j.& conſ.105.verba dicunt.eod.li.j.& conſ.252.fratres prædicatores,in fi.eo.lib.j.ex quo potes not.vnum illud ſing. ꝙ non ſolùm cùm eſt quæſtio facti,ſed etiam iuris,videlicet de interpretatione reſcripti aut priuilegij(nam de hoc caſu ibi loquitur)præfertur qui in poſſeſsione eſt.& conſ.304.non eſt nouũ.col.2.eod.lib.1.& conſ.489.proponitur quòd quidã Hector,in fin.eo.li.1.& conſ.335.proponitur quidã dudũ dominus,col.j.verſi.& ad euidentiam,lib.5.& Card.Flor.conſ.145.videtur in caſu, col.j.Raph.Fulgo.conſ.138.viſis præcepto,in 2.dubio,poſt prin.Ale.d.conſ.19.in prin.li.2.Corne.conſ.90.viſo proceſſu,col.3.verſ.cùm poſſeſsio,lib.2.Barb.latè in c.j.char.pen.extrà de prob.& d.conſ.23.col.pe.lib.j.& d.conſ.18.col.16.lib.2.& d.conſi.35.lib.2.& d.conſ.95.col.5.lib.2.& conſ.12.difficile,col.pen.verſ.prǽterea aduertendum,lib.3.Socin.conſ.181.viſis capitulis,col.2 his tamen non obſt.lib.2.Iaſ.in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus,col.2.verſ.circa primum.ff.de re iudi.Phil.Deci.in cap.ex literis,col.2.in 5.no.de probat.& conſ.221.in cauſa quæ Alexandriæ, colum.2.verſic.accidit,& conſil.443.in caſu ad me tranſmiſſo,colum.4.verſ.& accedit quòd patruus,vbi loquitur nuncupatim in quæſt.primogenituræ.& d.conſ.467.bene, in princ.& d.conſil.498.etiam in princ.& Alcia.in tracta.præſumptionum, regula 3. præſumptione. 43.num.1.& 3.

24 ¶ Vt non mirum videri debeat ſi apud Titum Liuium lib.decimo belli Macedonici (vt nonnihil ex hiſtoriis antiquioribus noſtris legibus immiſceam) in ea controuerſia quæ erat inter populum Carthagineo ſem & Maſiniſſam Numidiæ Regem de agro quodã. Maſiniſſa ipſe ſe ſemper iure poſſeſsionis tutabatur. Nec quod tradit Suetonius in vita Auguſti.c.32. Auguſtum ipſum loca in vrbe publica iuris ambigui poſſeſſoribus adiudicaſſe. *Probatio huius op.ex aliis ſcriptoribus.*

25 ¶ Ex his autem quæ dicta ſunt, intellexiſti duas non cõtemnendas ampliationes. prima eſt vt prǽferatur poſſeſſor etiam aduerſus piam cauſam,aut aliàs fauorabilem & priuilegiatam. Nã id patet ex eo quod diximus nu.8.occurrit hic,& iterum nu.11.& dicit idem. Sed quibus potes addere tex.in d.l.matrem,iuncta glo.j.in fin.& doct.ibi. C. de probat. vbi id probatur etiam obtinere aduerſus libertatem, qua nulla res eſt fauorabilior. Secunda, vt procedat etiam in quæſtio.iuris,nedum facti,vt dictum eſt verſ.ab hinc 2. *Ampliationes duæ ex precedẽtibus.*

26 ¶ Addes & tertiam in primis notãdam,vt ſcilicet in dubio potior ſit conditio poſsidentis, etiã ſi actor ſit,vt nuncupatim declarat Franc.Aret.in c.in noſtra,in fin.de probat. vbi reſpondet ad c.ex literis,eod.tit.vbi ipſe aliter dixerat. Et id quoque ſequitur Carol.Rui. conſi.137.viſo proceſſu,col.1.lib.5.Et nonnihil facit gl.in l.quoties,in verbo,potiorem.C.de rei vendic.cùm dicit,ſiue agat ſiue conueniatur,cui nullus ſcribentium contradicit,vt hinc eam ſequi videãtur,vt alibi diximus. Atque ita intelliges omnia iura,quæ dicunt in dubio reum eſſe abſoluẽdum, vt procedant cùm reus poſsidet,non ſi actor. Sed ea ratã illud dixiſſe, quoniã rei vt plurimum poſsident.reſpexiſſe igitur ad poſſeſsionem potiùs,quàm ad qualitatem,quòd ſcilicet rei ſunt,non actores,quia qui poſsidet,partes rei obtinet.§.retinendę,& d.§.commodũ, Inſti.de interd.vt per eos tex.voluit Raph.Fulg.d.conſ.138.in 1.dubio. *3 Ampliatio etiam ſi poſsidens ſit actor.*

27 ¶ Addes (inquam) non contemnendam aliam, quartámque ampliationem ad præcedẽtia, vt procedat quod diximus,in dubio, poſsidentis conditionem eſſe potiorem, etiam ſi primęuus ſtatus naturę repugnet ſiue poſſeſsioni, ſiue quaſi poſſeſsioni. Exẽpli gratia. filius ex primęuo & naturali ſtatu Quiritium,id eſt,ciuium Romanorum in poteſtate patris eſt.l.item in poteſtate.ff.de his qui ſunt ſui vel ali.iur. Ideóq; filius præſumitur eſſe in poteſtate patris, niſi contrarium probetur.l.ſi filius.ff.de probati.& l.ſi emancipati,in verbo,probatũ. C.de colla. Tamen ſi filius ſit in quaſi poſſeſsione ſui iuris,transfert onus probandi contrarium in patrẽ qui illum dicit eſſe in ſua poteſtate,qui niſi id probet,iudicabitur pro filio,vt magna authoritate affirmat gl.in l.Titia,in verbo,denegandam.ff.ſol.mat.quam ſequitur Bar.ibi, & iterũ in l.is poteſt,col.4.verſic.expedit de theorica. ff.de acqui. hære.& Alex.qui alios citat, in d.l.ſi emancipati. in 2.no.C.de collat. *4 Ampliatio Etiam ſi primæuus ſtatus naturæ repugnet*

28 ¶ Contrarium tamen in hoc caſu voluerunt Pet.à Bel.Pert.Bald.& ipſe Alex.ſibi è diametro *An illud ſit verum.*

contrarium

contratius, in d.l. Titia, col. 2. ver. in gl. fin. ibi, & Iaſ. in d.l. ſi emancipati, col. 2. per glo. in d.l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſer. vendi. vbi poſſeſsio ſeruitutis, & ſic contradicens primæuo ſtatui naturæ, ex qua omnia ſunt libera, nõ releuat ab onere probãdi, de quo nos diximus ſuprà nu. 19. quod & latiſsimè voluit Bart. in l. ſi priuſquam, locis in eodem verſic. deſignatis. Ideo Guid. Pap. ſing. 337. ſi pendente, verſ. filius, poſtquam allegauit gl. in d.l. Titia, tanquam ſing. mox ſubiungit videri illi text. contrarium in l. emancipatione. C. de fid. inſtr. nec aliud dicit, tanquam non ſentiat cum ea glo.

29 ¶ At Philip. Dec. d.l. ſi emancipati, col. 2. verſ. eſt etiam notandum, negat ſtatum primæuum naturæ contradicere huic quaſi poſſeſsioni ſui iuris, etiam ſi filius natus ſit ex legitimo matrimonio, quia & patria poteſtas non iuris naturalis eſt, ſed ciuilis. §. 1. Inſtit. de patri. pot. Nã & à principio naturæ omnes naſcebãtur liberi & ſui iuris. Ideóque dictũ ab aliis de ſtatu illo primæuo, non bene adaptatur ad eũ qui naſcitur in poteſtate, quia ille nõ eſt primæuus ſtat⁹ ipſius naturæ de quo cæteri loquuntur. Et continuò declarat quomodo quis conſtituitur in quaſi poſſeſsione ſui iuris, & quid requiratur, & quãtum tẽpus, vt ibi videre potes, neq; enim opus eſt hic dicere. Porrò Cor. ibi in ea eſt ſententia, vt ſemper ei incumbat onus probãdi, qui ſe dicit vel patremfamil. vel filiumfamil. Ibi autem Fran. Cur. Iun. col. 3. de hac re ita inuolutè loquitur, vt vix intelligam cuius ſit opinionis, niſi mendum ſit in meo codice.

De eadem re.

30 ¶ Nemo autem meo iudicio meliùs & exactiùs hanc rem tractat, quàm Bal. in d.l. Titia, col. 2. ff. ſol. matr. Nam aut ſtatus (inquit) quem inducit poſſeſsio vel quaſi, poteſt naturaliter ineſſe ab origine, & tunc releuat ab onere probandi. d.l. circa eum. ff. de prob. Aut non poteſt naturaliter ineſſe, & tunc refert an poſsit ineſſe de iure communi, ſine præiudicio alterius tertij: an verò non poſsit ineſſe, niſi de iure ſpeciali. Primo caſu aut deducitur incidenter, & releuat ab onere probationis, per no. in d.l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſer. vẽd. & l. 1. ff. famil. herciſc. Aut deducitur principaliter, & tunc poſſeſsio non releuat ab onere probandi. l. 3. §. hoc autem. ff. de iti. actúque pri. & no. per Oldra. in l. pe. ff. de condit. inſtit. & per Cyn. in l. 2. C. quæ ſit lõg. conſ. & in l. 2. C. vbi cauſ. ſtatu. & in l. 2. C. de ſeruit. & aqua. Secundo caſu quando ſcilicet ſtatus quem indicat primo non poteſt ineſſe, niſi ex priuilegio cum alterius iniuria: & tunc nũquã releuat ab onere probandi, quia habet contra ſe præcedentem neceſſariam veritatẽ, quæ ex præterito infert in ſequentia, niſi cõtrà probetur, vt in c. ad decimas, de reſtit. ſpol. li. 6. Quæ tu addes ad ea quæ diximus ſuprà nu. 17. nec prætermittemus.

De eadẽ re.

DVODECIMA OP. DECIMAE SEPTIMA quæſtionis.

1 SVpereſt duodecima eadémq; vltima opinio, vt ſcilicet is præferri debeat, qui primus poſſeſsionem hæreditatis ſiue iuris primogenituræ nactus eſt poſt mortem patris, etiam ſi is tempore litis conteſtatæ non poſsideat. Pro qua opi. primum facit tex. ille vulgatiſsimus in l. quoties. C. de rei vendic. vbi non tantùm in dubio prioritatis, vt ſic loquar, tituli, ſed etiamſi cõſtet quis prior ſit tit. ſi tamen poſterior priùs poſſeſsionem adeptus eſt, pręfertur alteri. Et eſt ſimilis tex. in l. ſiue antè. §. ſi duobus. ff. de Pub. in rẽ act. & ali⁹ quoq; loquens in hæreditate vendita, vt ꝓinde intelligas nõ ſolùm id ꝓcedere in rebus ſingularib⁹, ſed & in vniuerſalib⁹ quoq;, in l. qui tibi. C. de hære. vel act. vẽd. & in l. qui tibi. C. de his qui à nõ domi. manu. ſunt.

Præferendus qui prius poſſeſſionem habuit.

Etiã in vniuerſalibus.

2 ¶ Et licèt id non habeat locũ in beneficiis quia ius eorum ex ſolo titulo pendet, non ex poſſeſſione. per c. ſi tibi, de pręben. lib. 6. & diximus ſuprà in pręcedenti op. nu. 5. verùm Pet. Tamen in caſu ambiguo, videlicet cùm ignoratur vter ex duobus eſt prior titulo, quia eadem die impetrarunt, nec conſtat vter prior, is præfertur qui prior poſſeſsionem beneficij aſſecutus eſt, etiã ſi nunc non poſsideat, vt voluerũt expreſſè Domi. & Philip Frãc. in d.c. ſi à ſede, ille col. vlt. ver. ſed quo tempore: hic in 2. not. de pręben. lib. 6. ita intelligentes tex. ibi loquentem de poſſeſsione. Nam ex quo (inquiunt) poſſeſsio validat ius illius qui primò eam adeptus eſt, neceſſariò ſequitur extinctio iuris alterius, cùm duo ſimul non poſsint habere idẽ beneficiũ. c. cùm non ignores, extrà eo. tit. Igitur licèt alter de facto poſtea acquirat poſſeſsionem beneficij, non tamen poterit reconualeſcere ius ſemel extinctum. c. quàm periculoſum. 7. q. ę. j. & c. quęris, de conſec. di. 2. Et ſubdit Phil. Franc. hoc quoque voluiſſe gl. in d.c. ſi à ſede, in verbo, neuter. volentem, vt attendatur, quis primò adeptus ſit poſſeſsionem. Et id quoque ſequitur Rebuf. noſter in tract. de paci. poſ. nu. 297. ver. 6. procedit. Et id ſcio in noſtra Curia Pariſienſi obſeruari; quanquam ſcio Lapum in d.c. ſi à ſede, tenere contrarium.

Etiam in beneficiis.

3 ¶ Huius item ordinis eſt quod Hoſt. ille, quem Catel. Cota non immeritò dicit fuiſſe diuini & humani iuris peritiſsimum, in c. quod autem, in princ. extrà de iure patro. qui interpretatur eum text. qui dicit meliorem eſſe conditionem poſsidentis in caſu de quo loquitur, id eſt, eius cui primò tradita eſt poſſeſsio: & allegat pro ſimili d.l. quoties. C. de rei vend. & c. ad aures extrà de pręſcrip. qui tex. loquitur ſimiliter de poſsidente, vt ſcilicet ſit eius melior conditio, & gl. j. ibi inter alias concord. affert d.l. quoties, tanquã etiam intelligat, vt eius qui primo poſſeſsionem nactus eſt melior ſit conditio. vide ſuprà in præcedenti opi. nu. 4.

Si duo fuerint præſentati à patrono laico, is præferẽdus qui prior poſſeſsionẽ accepit.

4 ¶ Cui & affine eſt ꝙ traditur in caſu l. ſi debitor. ff. de pign. vbi ſi debitor res ſuas ſimul duob⁹

pignori

pignori obligauerit, ita vt vtrique insolidum obligatæ essent: singuli insolidum aduersus extraneos Seruiana vtentur. Inter eos autem si quęstio moueatur, possidentis meliorem esse conditionem. Id intelligitur de eo qui priùs possessionem acquisiuit. vt voluit Ant. Fauen. in tractatu de pignoribus. in secundo membro quintæ partis, vers. tertiò ex prædictis. & expressim sequitur Catel. Cota. in memor. incip. possessionis commoditas.

Inter creditores eiusdē tēporis præfertur qui primus possessionem quæsiuit.

5 ¶ Et hanc quoque opi. confirmant iura, quæ dicunt cæteris paribus præuentioni seu præoccupationi locum fore, ad quod allegatur l. si quis posteaquam. ff. de iudi. & l. pluribus & l. si is qui Stiebum. ff. de procur. & l. incola. ff. ad municip. & l. qui prior. ff. de iud. vbi qui prior appellat, prior agat. & l. si pluribus. ff. de leg. j. & l. 1. §. sin autem. C. de com. ser. manu. & c. non iniustè, de procu. & c. si duo, post prin. eo. tit. li. 6. & c. si quis iusto, in prin. de elec. eo. li. 6. & alia propè infinita. Sed ita vt non omittas gl. in l. vnum. §. si duos, in verbo, petent, ff. de leg. 2. quã dicit singul. Raph. Co. in l. cùm quidam, paulò ante fi. eo. tit. Et quod voluerũt Cy. & Saly. in ea quæstione, de qua iam sæpe locuti sumus de duobus plaustris sibi inuicem obuiantibus, in l. per agrũ. C. de seruit. & aqua, vt scilicet præoccupantis melior sit conditio. Et quod à Bart. scriptũ est in l. quominus, in 5. q. prin. & aliis receutioribus post eum. ff. de flumi. dum dicunt eũ pręferendũ, qui prior occupauit opus molendini, aut ductus aquæ tractántq; quis dicatur prior occupasse, & Bal. in l. j. in 43. q. ff. de rer. diui. quòd si duo sunt, quorum quilibet habet ius efficax, melior est præuenientis conditio, vt dicit no. in l. si cum emptore. ff. de pact.

Cæteris paribus præuentioni & praeoccupationi locus est.

6 ¶ Authoritate autem d. l. qui prior, gl. in l. ciues, in verbo, allectio, vers. sed quid si is. C. de incolis li. 10. loquens de ciue vel incola duorum locorum, à quibus ad munera, vocatur, dicit eũ præferri, qui prior vocauit. Et sequũtur Bar. Lucas Pen. & Io. Plat. ibi, qui & pro cõfirmatione eius sententię adducit id quod scripserunt Inno. & Io. And. in c. cùm iam dudum, de præben. de eo qui ratione plurium beneficiorũ est subiectus pluribus episcopis qui ei contraria iubẽt, vt teneatur primo obedire. Sed id non multùm facit ad propositum negocium in quo tractamus de eo qui primò vocauit & ita præuenit alterum. Illi autem loquuntur de eo cui primo loco hic subditus est, non de eo qui primò iussit. De quo etiam in similibus casibus, vt id obiter dicam videbis per Specul. tit. de aduocato. §. 1. ver. quid si aduocatus. & ibi Bal. in addi. & Io. And. in c. contractus, de regu. iur. li. 6. in Mercuri. & Ro. cons. 47. visis necessariis, quo in loco alia pleraque affert, vt probet eum qui præuenit esse præferendum.

Præferēdus est locus qui prior ad munera vocauit ciuem duorum locorum.

CONCLVSIO QVAESTIONIS.

7 IGitur vt totam hanc controuersiam paucis concludamus, placet primo loco ea opinio quæ dicit vtrunq; admitti siue in dignitatibus regalibus, siue in cæteris rebus hæreditariis. Ea enim communior, benignior, iurique ac rationi congruentior est, vt ex iis patet quæ diximus in prin. huius quæstionis, & in tractatione illius op. Et hoc nisi alter prior possessionem rerũ adeptus fuerit. Is enim interim præferetur, nisi alter maiorem natu esse se probaret. Aut nisi hic qui possessionem prior accepit, eandem amiserit, & alter eandem acquisiuerit, & diutius possederit, in eáque esset eùm lis de hoc iure intentaretur: tunc enim is qui in possessione est præferetur, nisi etiam alter maiorem natu se esse ostenderit. Quòd si magis placent opiniones, quæ in hac re locũ faciunt gratificationi. Primũ locũ in rebus priuatis cęterísq; præter regnũ aliásq; magnas huiuscemodi dignitates, patri tribuo: secundũ superiori: in regnis verò & id genus magnis dignitatibus, quę superiorem non agnoscunt, magnatibus & populo. Sed ita tamen gratificabuntur, si neuter vincit alterũ moribus & meritis. Dignior enim semper pręponendus est. Possunt autem ipsi fratres si velint, rem sorti bona fide committere. Nollé autẽ alterũ inuitũ cogere, secutus opi. Io. And. Ant. Pano. in c. licèt causam, illius, col. vlt. huius col. pe. ver. 3. op. de prob. Nisi fortè res aliter transigi nõ posset, immineretque quodpiã periculũ.

Conclusio principalis quæstionis.

DECIMAOCTAVA QVAESTIO.

1 DEcimooctauo Quęro, quia pręcedẽs quęstio loquitur cùm alter altero prior natus est, sed ignoratur ordo nascendi. Quid igitur si ambo in lucem simul sunt editi, non quòd simul ex vtero exierunt id enim, vt iam diximus, fieri nõ potest, vt dicit l. Arethusa. ff. de stat. homi. Sed cęso matris vtero id factum est, quod fieri posse docet experiẽtia, & testimonio sunt leges nostrę. l. posthumus, in fi. prin. ff. de inof. testa. & l. si ego. §. partus, vers. ex omnibus. ff. de publi. in rem actio. & l. 2. ff. de mort. infer. & l. quod dicitur. ff. de libe. & posthu. & l. in lege Falcidia. ff. ad l. Falci. & l. j. §. si qua pręgnans. ff. vnde cog. & l. j. §. sed & si matris. ff. ad SC. Tertul. & l. aunniculus. §. vlt. & item l. etiam ea mulier. ff. de verb. signi.

Quid de duobus simul exciso matris vtero editis.

2 ¶ Et ita natum Lycham scribit Virgilius lib. 10.

Inde Lycham ferit exectum iam matre perempta,
Et tibi Phœbe sacrum.

Nam scribit Seruius ibi (id etiam volui obiter dicere propter nostrorum in ea re errorem) omnes qui secto matris vtero procreãtur, ideo Apollini esse consecratos, quia Deus est medicinę, per quam lucem sortiuntur. vnde & Aesculapius fingitur esse eius filius, quia ita natus est. vt & ipse Seruius dicit enarrans illud eiusdem li. 7. eius operis,

Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello. Quanquã huic repugnat quod tradit Pausanias

Ita nati Apollini sacri, & quare.

lib. 2.

lib.2.matrem Aesculapij eum confestim quàm editus est, exposuisse. Subdit autem idem Seruius in priori loco, ideo Cæsarum familiam sacra Apollinis retinuisse, quia primus de eorum familia fuit execto matris vêtre procreatus. Vnde etiam (inquit) Cæsar dictus est. Plinius autē li.7.c.9.& Solinus rerum memorabiliū c.4. scribunt, vt plurimis placuit, Scipionem Affricanum priorem ita natum, primúmque Cæsarem à cæso matris vtero dictum. Et id quidem apertè scribit Solinus, sed non adeò vt Plinius, cuius hæc verba sunt, Auspicatiùs enecta parente gignuntur, sicut Scipio Affricanus prior natus, primúsque Cæsar, à cæso matris vtero dictus. &c. Nam ea verba primúsq;, & quæ sequuntur, ita possunt legi, vt intelligātur de alio quàm Scipione, qui quidem alius primus Cæsar sit vocatus. Propterea Hermolaus Barbarus in castigationibus in ipsum Plinium in eo loco. Si (inquit) hoc ad Affricanum referas, contradicitur historiæ, quoniam ante bellum Samnitum Claudius quidā Cęsar appellabatur. idq; probat ex tabula quapiā antiquissima. Porrò ipsum Affricanū ita natū scilicet execto matris vtero tradit Silius Italicus li.13. illis versibus, *Qua sors nostra fuit*, &c. quæ sequuntur.

Aliorum opin. de Cæsarum appellatione.

3 ¶ Quanquam sunt qui ex alia causa Cæsares dictos volunt, nempe q̄ nati essent cum cæsarie. quod placuit Festo Pompeio, Aelio Spartiano, in Aelio Vero ad Domitianum, vbi & illud prætereà scribit, Cæsarem ab elephāte qui lingua Maurorum Cæsa dicitur, in prælio cæso, eum qui primus sic appellatus est doctissimos candidissimósque viros existimare dictum. Id quod etiam scribit Seruius edisserens eum locum lib.1. Aeneid.

Nascitur pulchra Troianus origine Cæsar.

Iulius Cæsar non ita natus est.

De qua Cæsaris nomenclatura quicquam Accursius noster audiuerat, qui statim in prin. ff. & Insti. dicit imperatorem Iustinianum fuisse vocatum ab Augusto Cęsare, vel quia cæsus fuit de vētre matris. Porrò Iulius Cæsar à quo haud dubiè cæteri imperatores Cæsares dicti sunt, nō primus fuit suæ familiæ eius nominis, nec ita quoq; natus est, vt ob id Cæsar esset vocandus. Is enim patrem habuit eius nominis, qui Prætura functus morte repentina obijt, vt scribit Plin. li.7.c.53. Matrē quoque Aureliam, quam, vt retulit Suetonius, amisit cùm in Gallia bellū gereret. In qua re paulū euagari sumus, tum propter id, quod iam diximus ex Accursio: tùm quia Bal. in d. procœmio ff. col.3. dicit ita Iulium Cæsarem vocatum, quòd ipse secto matris vtero natus esset. Sicuti ex recentioribus dicit Iason in d. l. quod dicitur. ff. de lib. & posth. quod magis miror, cùm ei multi tribuant literarum humaniorum notitiam. Nec minùs illi quidem decepti, quàm Pau. Ca. qui in eadem l. hoc Augusto Cęsari Iulij successori tribuit, vt omnes intelligant, quanta hisce nostris legum interpretibus in huiusmodi rebus adhibenda sit fides. Nec tamen prætermiserim Cæsares quoque appellatos fuisse, qui mortuis matribus execti essent, vt tradit Plin. d. li.7.c.9. & Festus Pompeius, & Titius Probus in epitome *lib.* 10 Valerij, nisi mendax sit titulus.

Iterum de appellatione Cæsarū.

4 ¶ Igitur, vt redeamus. Cùm duo pueri exciso matris vtero simul sunt editi, vel etiam cùm Rex quispiam more Indorum, Thracum, Parthorum, Namasonum, & Persarū, & aliorum in nostris legibus cōnubialibus recensitorum plures habet vxores, ex quibus plures eodem momēto liberos suscepit. Quid iuris in primogenitura statuendum est? Hîc quęstio iuris solùm vertitur, non facti, vt in casu præcedentis quæstionis. Ideóque putat Franc. Are. in l. ex duobus, col.2. ff. de vulga. & pupil. negotium hoc iudicio sortis committendum, vt sciatur quis eorū ius primogenituræ obtinebit, si aliquis ex contendentibus id petat. Sin minùs, locum esse gratificationi, per ea quæ no. Ioa. And. in c. vlt. ad fi. de sortil. dum distinguit an & quando sors locum habeat. de quo suprà diximus in præcedenti q. in 1. opi.

Redit ad principalē quæstionem

5 ¶ Verùm Bal. in procœmio ff. §. itaque, paulò ante fi. loquens etiam nominatim in casu huius nostrę quęst. dicit quòd omnes succedant, cùm nullus eorum antè natus fuerit. Quem sequitur expressè Io. Ana. in rub. de sortil. col. vlt. & Fely. in c. capitulum sanctæ crucis, col. antepe. vers. de duobus, extrà de rescrip. Et Ant. Corse. in tract. de pote. & excel. Reg. q.64. Et id credo esse verissimum. Nam si cùm dubitatur quis ex pluribus primus natus est, omnes succedūt, vti diximus in præcedenti q. Multò magis cum certum est omnes simul natos fuisse.

De eadem re.

6 ¶ Quanquam Corne. nulla Bal. & Ana. mentione facta, con.199. incip. in præsenti consultatione, col.18. vers. non etiam obstat quod vltimo loco, lib.2. dicit hoc casu non esse locum consuetudini præferenti primogenitum, cùm de hoc casu non loquatur consuetudo, vnde remanet in dispositione iuris communis, ar. l. commodissimè, de lib. & posth. cum si. tanquam sentiat Corne. non solùm hos qui simul primo loco in lucem sunt editi, sed & alios quoque succedere, nec locum esse iuri primogenitur̨ę.

De eadē re.

7 ¶ Sed scrupus quispiam oriri posset in exectis ex vtero, si statutū aut cōsuetudo præferens primogenitum his verbis vteretur, vt is quem primū vxor marito pepererit, eam primogenituræ prærogatiuam habere: propterea quòd sunt nonnulli ex textibus, quos suprà citaui, qui videntur dicere eam non peperisse, cui mortuæ filius exectus est, præsertim verò text. in d. l. anniculus. §. vlt. ff. de verbo. sign. quem ad hoc bene expendit gl. in d. l. etiam ea mulier, co. nt. & Angel. Pau. Ca. Alex. Fran. Are. & Ias. in d. l. quod dicitur. ff. de lib. & posth. vbi ex hoc plerīq; dicunt legatum mulieri factum, si peperisset liberos, nō obtinere secto ipsius mulieris vtero.

De eadem re.

Tu tamen

Tu tamen intrepide tene contrarium, per ea quæ late diximus in repe. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, nu. 119. quæro item quod si postea, & multis seq. C. de reuo. don. vbi multa in vtranque partem videbis, quæ consulto noluimus repetere.

DECIMANONA QVAEST.

1 Decimonono quæro retenta ea opin. quæ in duabus præcedentibus quæstionibus omnes admittit ad regnum: quis cæteros præcedet sessione, nominatione, subscriptione, & id genus cæteris. Neque enim possunt omnes simul præcedere, quin alius alium præcedat. Bal. in d. proce. ff. §. itaque, col. 2. versi. sed supposito quod ambo, loquens tantum de nominatione, hæc ferme scribit. Respondeo, forte dicimenti, ar. l. 2. C. quando, & quib. quar. pars, lib. 10. vel sibi inuicem deferant. Sed hoc non potest fieri, dum sunt omnes infantes, & ideo nemo nominabitur prius, vel posterius. Cum ergo agitur de iure pendenti, aut huiusmodi, ius pendet in esse, aut in prælatione. Si quidem pendet quo ad esse, non habet locum iudicium sortis, quia iudicium fortunę est remotum à ratione: & ideo ratio & intellectus non debet se committere fortunę, & existentibus sine ratione. Fortuna enim sępissime præfert iniquum ęquo, vnde non iudicaret recte, vt not. in l. sed an vltro. §. vlt. ff. de neg. gest. Et describitur fortuna, id est, rerum euentus ex incerto motore procedens. Si vero dependet in prælatione, aut agitur de iure tertij, & non committitur sorti, sed iudici. Aut de iure litigatorum, & tunc committitur fortunę, vbi non potest aliud fieri, vt no. gl. in §. sin autem ipsi, in verbo, partes suas, Instit. de satisd. tut. Ergo propter impossibilitatem permittitur aliquid factis. In rebus autem certis culpa est se cõmittere fortunę. Oportet denique intellectum omnia determinare, & quàm paucissima cõmittere fortunę. l. 2. ff. de cond. & demon. Subditque ex his apparere, si geniti excisio vtero extracti sunt, quo casu per rerũ naturã accidit, vt nemo ante fuerit natus, simul vterque succedet, erit vterque dominus regni, & sigillum eorũ vocabitur sigillũ geminorũ, & neuter erit prius vel posterius nominãdus: quia qui prius nominatur, maior esse videtur, l. quoties. ff. de vsufr. Verbi gratia diceretur sigillũ geminorũ de Scala. l. idem erit. ff. de stat. hom. Pluribus ergo simul natis, parẽ esse conditionẽ oportet. Hęc Bal. Quę prope ad verbũ refert Io. Ana. in rub. de sort. col. vlt. & Bapt. Cep. qui id dicit no. in l. 1. §. idem Iulianus, nu. 10. ff. de ędil. edic.

Quis antè ex istis duobus præcedet sessione nominatione, & cæteris huiusmodi.

2 ¶ Ex quibus manifeste apparet, quid agendum sentiant Bal. & Ana. in ordine nominationis, ne alter altero maior aut superior esse videatur. Nam ne illud ighorea, ex priori nominatione maior potiórque dignitas arguitur, vt illi ipsi satis innuunt, & aperte voluit gl. in c. bene quidem, in verbo, Mediolanensis 96. di. & in c. sedea apostolica. in 2. gl. & ibi Pan. & Phil. Dec. extra de rescr. & in c. quorundam, in verbo, prędicatorum, de elect. lib. 6. & in c. vlt. in gl. 1. de pactis, eo. li. 6. ipse Bal. in l. cum quidam, in 3. oppo. ad fi. C. de verb. sign. & in autb. hoc amplius, col. vlt. vers. item no. hic, C. de fideicom. Ang. & Imo. in l. qui soluendo, char. 2. ff. de hęr. instit. Dom. in c. vlt. in prin. col. 1. de offi. de leg. lib. 6. Bened. in rep. c. Ray. in verbo, testamentum, le 2. nu. 28. extra de test. cum si. vt per Phil. Dec. in c. auaricię, col. 1. de pręb. & cons. 161. pro domino prępofito, col. 1. vers. quinto suadetur, & seq.

Prior nominatio maiorem dignitatem arguit.

3 ¶ Nempe cum ex huiusmodi priore denominatione arguatur ordo charitatis & maioris dilectionis, vt bene probat d. l. quoties, in prin. ff. de vsufr. & l. hæredes mei. §. peto. ff. ad SC. Treb. & d. l. qui soluendo, le 2. vbi & id no. ipsi Ang. Imo. & recentiores. ff. de hęr. inst. Bal. in d. l. cum quidam, vbi supra. C. de verb. sign. & in l. 1. C. de edic. di. Ad. tol. las. in l. qui duos. ff. de lega. 1. Aymo. Crauetta con. 147. col. 1. Et hinc in dubio qui prior ex legatariis nominatus est, is prior eliget, l. si ita legatum, in prin. ibi, Prætor eos quos Titius elegerit, & ibi Paul. Cast. ff. de leg. 1. Dyn. Ray. Nicol. Neapol. Alber. Bal. & Imo. in l. si ita sit scriptum. ff. eod. tit. Dyn. Bar. Angel. Raph. Co. Alex. & alij in d. l. qui duos, eo. quoque tit. Et facit tex. in c. pe. ibi, qui primo in situ mento vel literis promotionis est nominatus, de elect. lib. 6. & ibi concordant in glo. & quod tradit Ang. in §. etenim, in Auth. de bær. & falcid.

Et maiorem dilectionem.

Prior ex legatariis nominatus prior eligit.

4 ¶ Sed vt redeamus ad Bald. Ea cantela, quam ipse tradit in dicto §. itaque, fieri non posset in possessionibus & aliis multis. Nos vero nimium prope curiosa obseruatione deprehendimus olim, cum erãt simul duo, tres vel etiam quatuor imperatores, vt suprà ostendimus in quarta opinione decimęseptimæ q. nu. 20. sunt qui hanc, & multis seqnẽtibus, nunc vnum primum, nunc alium sese in suis literis, sanctionibus, & rescripsis nominasse, quasi de industria id fecerint, ne si semper vnus primus fuisset nominatus, veluti aliis superior esse videretur & maior. Hunc enim titulum, Gratianus, Valentinianus, Theodosius, in multis legibus comperies, in quibus satis erit duas aut tres designasse, videlicet in l. 1. C. de sum. tri. & in l. si quis, de apost. & l. Iudæi. C. de Iudæis. Alibi eo ordine inuerso ita comperies, Theodosius, Valentinianus, Gratianus, videlicet in l. 2. de offi. mag. equi. & in l. 2. de offi. ciu. iud. & in l. nobiliores, de com met. & mercator. & alibi sæpe. Sed & Valentinianũ, qui duobus illis titulis medius est, nonnunquam primum comperio hoc ordine, Valentinianus, Theodosius, Gratianus, in l. iussio, C. de Iudæis. Et ita quoque, alio ordine, Valentinianus, Gratianus, Theodosius, in l. 1. C. de offi. magist. mil. & l. ciuitas, de offi. rector. prouinc. Et quoniam vna hirundo non facit ver, vt scribit Aristoteles li. 1. Moralium, & è nostris Bal. in l. iura constitui, in prin. ff. de leg. & alibi

Plures imperatores non semper eundem ordinem seruabant.

5

dicam latius: ideo & alterum huius rei exemplum subiiciemus, Theodosius, Archadius, Honorius, hic est titulus l. mimæ. C. de epi. audi. Vis videre inuersum hoc ordine, Honorius, Archadius, Theodosius, ita comperies in l. vlt. de offic. præfec. Prætor. & ita quoque Archadius, Honorius, Theodosius, in l. 1. de offi. ciuil. iud. Multos einsmodi titulos reperies in nostro C. Neque enim omnes prosequi consilium est, nec etiam operæprecium.

Sed alteri alteris alternis temporibus præferebãtur.

5 ¶ Ex illis enim satis probatum arbitramur quod diximus, antiquos illos imperatores à quibus leges nostras accepimus, satis suo exemplo docuisse, quid in casu nostræ quæstionis agendum sit, non in nominatione solum, sed & in sessione, incessu, edictis, & aliis eiusdem generis. Quibus & ea obseruatio communis est, nedum nominationi, en i tantum prouider Bald. consilium, vt videlicet alternis vicibus præsint ordine nominationis, subscriptionis, sessionis, incessus, &c. Et ita id agant, vt nihil de ordine videantur esse solliciti. Aut si ipsum paulo exactius curare velint, nõ expeditius, id poterũt facere, quã alternas vices obseruare, sortiriq; nisi aliter cõueniãt, quis primũ primus in huiusmodi rebus anteponatur, qs secũdus, quis tertius.

Franciscanorum historia.

6 ¶ Hoc autem loco in mẽtem venit dictum Fel. in c. cum dilecta, col. 4. vers. per istam regulam, de rescrip. & Car. Alex. in c. Nicolao, col. 1. extra de appel. retulisse Angel. in l. generaliter. §. si quidem. ff. de fideicom. liber. quod cum Vrbanus papa iussisset fratribus minoribus, vt eidem in scriptis nomina trium virorum eius sodalicij, vt vnum ex illis Cardinalem crearet: illi tria nomina scripserunt forma Sphęræ, ne ex ordine cognosceret, quem illi digniorẽ iudicarent. Quibus Vrbanus, ordinem, inquit, peruertistis, & ego ordinem peruertam, omisisque illis generalem ordinis euexit. Verum Angelus non id dixit in ea lege, cum nihil super illum titulum scripserit: & alibi, vt reor, Fel. & Card. Alex. legerant, sed memoria lapsi id Angelo in eo loco adscripserunt. Ea autem forma, vt iuniores quoque intelligant, est eiuscemodi,



De eadem re ex Ausonio.

7 ¶ Nec hanc rem primi excogitarunt Franciscani illi. Nam Ausonius & medicus & poëta facundissimus in lib. 7. sapientum, hæc facit Solonem ante cæteros pronunciantem,

De more Græco prodeo in scenam Solon,
Septem sapientum fama cui palmam dedit.
Sed fama non est iudicij seueritas,
Neque me esse primum, vestrum vnum existime,
Aequalitas quòd ordinem nescit pati.
Rectè olim ineptum Delphicus lusit Deus
Quærentem, quisnam primus sapientum foret,
Vt in orbe tereti nomen incertum incideret,
Ne primus esset, ne vel imus quispiam.
Horum è medio prodeo gyro Solon.

Ex quibus plane sphæram hanc Franciscanorum concinne & eleganter picturatam vides.

De eadem re ex iurisconsultis.

8 ¶ Quam & ante eos optime intellexit Caius noster Iurisconsultus, si is est, vt plerique arbitrantur, in lib. priore Institutionum, cum scribit tit. eiusdem lib. 2. Si in testamento quis plures seruos manumiserat quàm lex conceded at, illis tantum libertas debetur, qui prius sunt nominati, vsque ad concessum numerum. Quod si omnes cõfuse nominati fuere, vt ordo nullus pateat, nulli firma est libertas. Ideo & si testamento manumissio adscripta fuerit in circulo, vt qui prior posteriórve nominatus sit, agnosci non possit, nulli libertas valet. Hic ergo circulus

est ea

est ea sphæra, quam supra ex aliis vocauimus, & orbis teres Ausonio dictus. De quo quoque circulo in eodem sensu intelligere videtur Iustinianus præscribens modum deligendorum defensorum ciuitatum per circulum, in §. interim, in Auth. de desen. ciuit. vbi tamen Accursius id non intellexisse videtur, qui admodum sese torquet ad interpretandum huiusmodi circulum. Sed ad veram huiusce interpretationem propius accedit, licet non omnino, Bar. in l. quidam, in prin. col. vlt. vers. quæro circa electiones. ff. de reb. dub. vbi per eum tex. dicit quod per sortem fieri potest electio secularium administrationum.

VICESIMA QVAESTIO.

1 Vicesimo quæro, stante item ea opinione quæ vtrunque admittit, Quid si alter eorum decesserit sine liberis, an totum regnum ad alterum superstitem perueniet. an vero & alij fratres admittentur ad partem illius. Similem ferme quæstionem disputauit Ray. For. in sua disputatione incip. consuetudo est in regno Angliæ, vt refert Io. And in addi. Spec. in rub. de feud. col. 5. vers. item in hæreditate. Sed quod ad hunc nostrum casum pertinet. Tu dic quod totum peruenit ad superstitem, per ius non decrescendi, per id quod voluit Bal. in l. 1. col. vlt. C. quando non pet. part. quem sequitur Mart. Laud. in huiusmodi specie nuncupatim loquens in tractatu de primogenitura, col. 11. vers. sed pulchrum est videre. & Ant. Cors. in rep. c. grandi, col. 21. in vers. eiusdem initij, de sup. negl. prælat. lib. 6.

Si vnus ex his mortuus sit sine liberis, an eius portio ad alterum solum perueniat, an ad omnes fratres.

VICESIMAPRIMA QVAESTIO.

1 Vicesimoprimo quæro, quoniã in 17. q. prin. nu. 9. idem vero, & rursus in 10. op. eiusdem quæstionis diximus, cum incertum est quis ex filiis sit primogenitus, hanc inter cæteros esse quorundam sententiam, vt pater possit eligere. An cum e diuerso certum est, quis ex filiis sit primo natus, possit tamen pater quem malit ex omnibus, vt primogenitum succedere. Et sic secundo vel tertio natum primo præferre, aut etiam statuere, vt omnes æqualiter succedant. Nam & legimus apud Iustinum lib. 34. Prusiam regem Bithyniæ consilium cepisse interficiendi Nicomedis filij primogeniti, cum consulere studeret minoribus filiis, quos ex nouerca eius susceperat. Verum Nicomedem, cum id resciuisset, anteuertisse, & patrem regno & vita priuasse. Legimus (inquam) in sacris literis Dauid illum Regem omnibus virtutum numeris consummatissimum in regno prætulisse Solomonem iuniorem Adoniæ natu maiori. 3. Reg. 1. & 2. c. Et Roboan ipsius Solomonis filium Abiam omnium filiorum minimum, cæteris etiam in regno præposuisse 2. Paral. 11. c. ad fi. At recentiori memoria Henricus quartus Imperator iuniorem filium suum Henricum quintum Aquisgrani regem coronauit, postposito ac repulso Conrado filio suo primogenito, quòd se contra patrem suum armauerat, & cum suis hostibus fœdus aduersus illum percusserat.

An pater possit vnũ ex secundo genitis præferre primogenito, & ita hũc priuare iure primogenitura.

Prusias primogenitum filium voluit occidere, quo cæteris filiis locum faceret.

2 ¶ Quærimus igitur an iure pater id possit facere? Et sane Bal. in prooemio Decretalium, col. 2. vers. Rex potest, dicit quod Rex in vita sua potest libere statuere, atque determinare quis ex filiis post se regnaturus est, an primogenitus, an secundo genitus, per id quod no. Archi. in §. obiicitur 2. q. 7. vbi tamen Arch. id non adeo clare dicit. Sed illud tantum, quod Rex potest suum filium Regem facere, non ei regni administrationem concedere, sicuti etiam illum refert & sequitur ipse Bal. in prooemio feudorum, col. 9. paulo ante secundam diuisionem feudorum. & nos alibi diximus suprà in 10. opi. 17. q. prin.

Dauid prætulit Salomonem iuniorem Adoniæ seniori.

3 ¶ Nec verùm puto illud dictum Bal. in prooemio Decret. Nisi forte vbi nulla esset contraria consuetudo, aut statutum. Quando & plerique omnes contrarium decidunt, videlicet Host. Io. An. Collec. Pet. Anc. Ant. Imo. Car. Flor. & fere omnes in c. licet, de voto. Nam cum hoc ius (inquiunt) sit firmatum lege diuina, canonica, & statutaria, non eo potest pater priuare filium sine causa, ar. l. nemo potest. ff. de leg. 1. & c. si diligenti, de foro competenti. & c. requisisti, in fi. primi respon. & c. tua. de test. Quin legitima primogeniti in principatibus est tota hæreditas. Ergo sine causa non potest ea priuari. auth. nouissima. C. de inof. test. & in §. aliud quoque, in Authen. vt cum de appel. cog. & not. in c. Raynutius. & c. Raynaldus, de testa. Nec obstat, inquiunt Host. & Ioan. An. & nonnulli alij, quod de Esau, & Iacob, Effraim, & Manasse legitur. Hoc enim ordinatione & inspiratione Dei & Spiritus sancti factum est, nec alia ratio reddi potest, quam quòd ita Deo placuit. Et ita quoque voluerunt Inno. Ioan. An. & Philip. Fran. in cap. grandi, de sup. negli. prælat. & Iacob. à S. Georg. in l. cum antiquioribus, col. vlt. vers. quarto quæro. C. de iure delib.

De eadem re.

4 ¶ Et dicit Old. cons. 94. cuius est initium, eleganter circa negotium, col. 3. & iterum col. pe. ver. quod pater ex causa (quasi sine causa non possit) potest priuare filium iure primogenituræ. id quod probat testimonio Gen. c. 49. eodémque penult. vbi quoniam Ruben primogenitus Iacob ascenderat cubiculum patris, & commaculauerat stratum eius, data sunt à patre eius primogenita filiis Ioseph. vbi & hoc annotat D. Hieronymus. Ad quod etiam dicit Oldra. facere tex. in dict. c. licet, de voto, vbi si filius non adimpleuerit onus à patre iniunctum, priuatur iure primogenituræ.

De eadem re.

5 ¶ Et in ea quoque sententia fuit Io. An. in c. sine culpa, in 2. q. vers. in contrarium, de reg. iur. lib. 6. & in addi. Spec. in rub. de feud. col. pen. And. Iser. in c. omnes filij, & ibi Matth. Afflic.

De eadem re.

col.1.vers.& quando viuitur,tit.si de feud.fue.cont.inter don.& ag. & idem Iser. in constitutione Siciliæ inci.Constitutioné diuæ memoriæ,& ibi quoque Matth. Afflic.col.3. Zeuze. & Dom.in c.grandi,de sup.negl.præl.Alb.in proœ.ff.§.discipuli,col.5. dum dicit quod pater ex causa potest priuare primogenitum suo iure,testimonio sacræ scripturæ Gen.44.& 3. Reg.1. & Paral.5.& rursum in l.donationes quas,col.4.ver.item si filius.C.de don.inter vir & vxo.& Barth.Brix.q.55.inci.quæstio,aliquis habuit filium,Bal.cons.360.quantum ad punctum, in 2.dubio,lib.2.motus ea ratione,quod istud est beneficium legis,nó patris.l.si arrogator.§. sed an impuberi.ff.de adopt.& Lucas Pen.in l.1.col.10.in solutione 8.rationis.C.de priui.eo. qui in sac.pal.mil.li.12.& in l.quicunque.C.de prin.agen.in reb.lib.12.Pe.Anc.con.339.pro maiori intelligentia,col.pen.Pan.in c.intellecto,col.2.vers.de consuetudine,de iureiur. & cons.3. nitar in præsenti causa,col.3.vers.& per hoc concludit,lib.2.& Pau.Cast.cons.165.in præsenti causa,col.8.& seq.lib.2.Bellamer.dec.724.etiam extra rotam,col.pen. Mart.Laud. in trac.de primogenitura,col.6.ver.quarto an pater vel dux, vbi addit quod ex quibus causis potest pater exhæredare filium,ex iisdem potest priuare iure primogenituræ.& Alex.in l.Gallus.§.& quid si tantum,col.pe.ff.de lib.& posth.& con.87.col.1.lib.6.& Corn.con.199.in præsenti consultatione,col.20.lib.2.& con.87.quantum ad primum,col.1.lib.6.Soc.con.47.facti narratione, col.3.lib.3.Nicol.Mil.in suo repertorio,vers.filius primogenitus, Nicol. Peru. in tract.succes. ab inte.in 1.parte prin.in 6.specie,scilicet vers.& propterea si est cósuetudo.& Barb.inter con. Fran.Curt.senioris cons.67.sapienter,col.11.vers.& per hoc concludit,& iterum col.14.vers. quia respondeo quod non potuit.& Phil.Fran.in rub.de test.lib.6.char.antepe.ver.25.prohibentur.& Fel.in c.prudentiam,col.2.vers.amplia secundo quod potest,de offi.deleg.& Ias.in l.nemo potest,in vtraque lec.col.1.per illú tex.& ibi quoque Fran. Ripa.col.2. vers.ex isto tex. ff.de leg.1.Car.Alex.in c.per venerabilem.§.quod autem,col.31.ver.& nota quod vbi,qui filij sunt leg.& in c.1.col.7.vers.3.deducitur,& iterum col.pen.tit.de feud.march. Matth.Afflic.in c.1.tit.de succes.feud.& in const.Siciliæ incip.vt de successionibus,ad fi.Chasse.cons.34. super præcedenti,col.3.vers.ad quartum.Iacob.à S.Georg.in l.enim antiquioribus,col.pen.vers. quarto quæro.C.de iur.delib. & D. Cirier. in tract.primogenituræ lib.3.q.3.& D. Moline.in consuet.Paris.tit.1.§.8.gl.3.in 3.q.& Io. Dilectus in arte testandi tit.3.cautel.8.nu.10.

6 ¶In quam sentétiam lex est Mosaica Deut.c.21.in hæc verba. Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam,& aliam odiosam: genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritque substantiam inter filios suos diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum,& præferre filio odiosæ: sed filium odiosæ agnoscet primogenitum,dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. Iste enim est principium liberorum eius: & huic debentur primogenita. Hæc ibi. Quæ & Iosephus ita repetit lib.4.c.6. his verbis, ἐὰν τινι δύο γυναικῶν, καὶ τῆς μὲν ἑτέρας ἐπὶ τιμῇ σφόδρα καὶ εὐνοίᾳ κειμένης, ἢ δι' ἔρωτα ἢ καὶ δι' ἄλλην αἰτίαν. τῆς δ' ἑτέρας τυγχανούσης ἐν ἐλάττονι μοίρᾳ. ὁ δὲ παῖς γενόμενος ἐκ τῆς ἀγαπωμένης, νεώτερος ὢν τοῦ φύντος ἐκ τῆς ἑτέρας, ἀξιοῖ τυγχάνειν τῶν πρεσβείων, διὰ τὴν εὔνοιαν τοῦ πατρὸς πρὸς τὴν μητέρα, ὥστε λαμβάνειν διπλοῦν τὸ μέρος τῆς πατρῴας οὐσίας (τοῦτο γὰρ διεταξάμην ἐν τοῖς νόμοις) μὴ συγχωρείσθω. ἄδικον γὰρ τὸν πρεσβύτερον τῷ γένει στερεῖσθαι τῶν ὀφειλομένων αὐτῷ διὰ τὴν διάθεσιν τοῦ πατρὸς, ὅτι ἧττον αὐτῷ τὰ τῆς μητρός.

De eadem re ex lege Mosaica.

7 ¶ Hæc autem maxime procedunt cum ius istud primogenituræ competit ex dispositione vel priuilegio principis. nam cum id ius tunc consequatur primogenitus non à patre aut lege communi, sed ex speciali illa dispositione, vt no. Bar.in l.vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber.& Bal.in auth.si quas ruinas,col.2.& seq.C.de sacrosan. eccle. & videtur probari ex c.j. cum ibi no.per Bal.tit.de succes.feudi,cum concord. alibi à me collectis. Sequitur ipsum primogenitum cum primum in lucem prodiit,id ius consequi & habitu, & spe firma & inuariabili, quæ per patrem,aut alium tolli non possit,cum transierit in contractum.c.j. de prob. Io. And.in c.significasti,de foro compet.Hæc Pan.qui & alia adducit,cons.85. in præsenti, col.j. lib.j.quem sequitur Mol.in consuet. Paris.tit.j.§.85.gl.3.in 2.q.in fi.

Quid si id ius primogenituræ competit ex dispositione vel priuilegio principis.

8 ¶ Et facit quod à multis dicitur, quod si statuto vocantur masculi ad successionem repulsis fœminis,non potest pater facere,vt filiæ ipsæ succedant in præiudiciú masculorum. Ita enim Bal.Raph.Fulg.& Pau.Cast.in l.vlt.C.de pact.nam cum id ius,inquiunt, quæsitum sit filiis ex statuto,nó potest pater illis id tollere,per l.vlt.ff.eo.tit. Tametsi Bart.& Ang.in d.l. vlt. C. de pact.contrariú voluerunt.Sed tu de ea re vide omnino Ias.ibi,col.5.ver. aduerte in quantú.

An pater possit fœminas vocare ad successionem, statuto eas repellente.

9 ¶Sed quod ad nostram primogenituram priuatim pertinet,tradit Iustinus lib.16. quod cum Ptolemæus primus eius nominis Rex Aegypti regnum tradidisset minimo natu ex filiis, eius rei populo rationem reddidisse.Cuius non minor fauor in accipiendo,quàm patris in tradendo fuit.Ex quo facile intelligitur non id sine ratione quadam probabili egisse. Idem lib.39.refert quod cum Cleopatra ad regnum adsciseeret Alexandrum minorem natu filium(Ptolemæus enim cognomento Physcon id ei liberum suo testamento fecerat, vt alterum filiorum posset deligere.) Non tamé id populus passus est:quin eam compulit Ptolemæum maiorem natu deligere.Cuius etiá rei meminit Pausanias li.j.& nos quoq; alibi diximus in præfatione.

Ex aliis scriptoribus.

10 ¶Ex his igitur quæ dicta sunt potes intelligere,patrem ex causa ingratitudinis posse priuare primoge-

primogenitum eo iure primogeniturę, vt sentiunt magna pars eorum, quos suprà citauimus. & præterea voluit D.Bened.in rep.c.Ray.in verbo, in eodem testamento relinquens, le j. nu. 207.& seq.de test. vbi hoc dicit ita fuisse iudicatum in Parlamento Tholosæ, die vlt. Martij, anno Domini 1506.ante Pasqua, in causa successionis domus de monte Bordona. Subdit tamen nu.209. quod primogenitus Franciæ etiam ex causa ingratitudinis non potest regno priuari, quod tamen relinquit considerandum, nec immerito. Tu tamen hic vide D. Ciner.in suo tract. primogenituræ, lib.3.q.6.& D.Mol.in Consuet.Parisi.tit.j.§.7.gl.3. in 3.q.

De eadem re.

An pater possit priuare primogenitum ex causa ingratitudinis.

11 ¶ Nec omittendum hoc loco est quod scribit Bal.in auth.hoc amplius.col.2.ver.quęro an filij Regis.C.de fideicom.quod si primogenitus non est idoneus moderando principatui, potest pater illi secundogenitum anteponere, quia huiusmodi consuetudo præferens primogenitum non debet interpretari contra commodum regni, per l.quod fauore. ff. de legib. Et ad hoc quoque adducit exemplum Regis Dauid, qui Salomonem omnium liberorum nouissimum, omnibus tamen anteposuit, vt scribitur 3.Reg.j.c.Et hoc sequitur Matt.Laud. in trac. de principibus, vers.22.consuetudo regni, & Fran.Are.in l.ex duobus, col.2.ff.de volg.& pup. vbi hoc dicit no.& Fel.in d.c.prudentiam, col.2.de off.deleg.Car.Alex.in c.vlt.col.vlt.tit.epi. vel ab. Ias.& Fran.Ripa in d.l.nemo potest, ille col.j.hic 2. Gaspar Valascus, vir non mediocris doctrinæ, in rep l.imperium, col.24.ver.& Reges dicuntur, & iterum col.84.ver. circa secundam conclusionem.ff.de iurisd.om.iud.Ant.Cors.in tract.de potest.& excel.Reg.q.10.& Rochus Curtius in rep.c.vlt.char.22. vers.sexta conclusio, & iterum char. 28.in 9.q.princ.de consuet.Io.Lup.in rep.c.per vestras.§.26.col.3.de don.inter vir.& vxo. Zazius in epitome feudorum parte 8.char.10.vers.tu autem ad singulare, vbi ita dicit consuluisse. Matth. Afflic. in c.omnes filij, col.j.vers.item fallit nisi primogenitus, tit.si de feud.fue.contr.inter do.& ag.

Quid in regno Frãcia.

Quid si primogenitus non est idoneus moderando principatus.

12 ¶ Ex his patet quod pater non potest priuare filium suum iure primogeniturę, nisi ea causa, ex qua posset eum exhæredare. Et nisi etiam non esset idoneus administrando regno. An autem possit priuari regno vel legitima ex quacunque erga patrem inobedientia, vt ita loquar, id est, si quamlibet voluntatem patris non adimpleuerit, non est præsentis tractationis: cum ea res non magis respiciat ius primogenituræ, quàm legitimam, aut aliud quoduis hæreditarium. Tamen si quis de ea re scire velit, legat Host.Io.And. Ant. Car.Flor. Imo.Pan. & Barb. in c.si hæredes, de test. Iac.Bel.in §.& hac quidem, col.2.& 3. & ibi quoque alios in authen.de hær.& falc.Old.d.cons.94.eleganter, col.5.vers.vlterius sic probatur. Bal.in d. auth. hoc amplius.col.2.& ibi quoque Sal.in 5.q.Paul.Cast.col.3.C.de fideic.eundem Bald. in proœ.Decret.col.3.vers. an Rex qui non seruat. Flor.in l.si seruus. ff. ad leg.Aquil.& Matt.Laud.in d. tract.primogenituræ, col.7.in paruis, vers.quæro an propter inobedientiam, & Alex. cons.38. opportune, col.8.vers.quo ad aliud, lib.j.& nouissime Ant.Cors.in d.tract.de potest. & excel. Reg.q.71.& Iac.à S.Georg.in l.cum antiquioribus, col.vlt.in 9.q.C.de iure delibe.vbi videbis, an saltem primogenitus ita priuatus possit retinere legitimam.

Quid si inobediens patri fuerit.

An primogenitus priuatus retineat legitimam.

13 ¶ Illud tamen interea discimus, si primogenitus forte claudus sit, licet ob id satis sanus non sit. l.item claudus.ff.de edil.edict. non esse tamen satis idoneam causam vt priuetur regno, & ei secundogenitus præferatur, vel ex antiquis Græcorum historiis, quæ perhibent post Codri Athenarum Regis mortem, Medontem & Neleum inter illius liberos natu maiores, de paterni regni successione in contentionem venisse. Cúmque res eo procederet, vt ad manus veniretur, nullóq; modo Neleus qui natu minor erat, cedere se claudo fratri passim iactaret (erat enim Medon altero crure decurtatus) communi omnium consensu placuit Apollinem consultũ iri. Interrogata igitur Pitho, Medonti regnum iussu Dei libere demandauit. quod cum alijs rum Pausanias lib.7.qui de Achaicis tradit. Neptuno quoque quamuis claudo vtroq; crure nõ adeptũ est regnũ maris, quod ei sorte obtigit, vt diximus suprà in j.op.17.q.nu.3. sed & hoc.

Quid si claudus sit.

Medon Athenarum rex claudus.

Neptunus.

14 ¶ Sed & hoc obseruatum videmus, id vitium nõ expellere à successione feudi.c.j. tit. an mut. vel imperfect. Neque à bellandi vsu & arte. Nam cum Androclidas Lacon crure mutilatus inter bellatores seipsum locasset, & nonnulli eum prohiberent, quia crure mutilatus erat. Atqui non fugientem (inquit) sed manentem oportet cum hostibus ex opposito instructis pugnare, vt tradit Plutarchus in apophthegmatis Laconicis, qui & ipse in aliis locis eiusdẽ operis, scilicet in Agesilao, scribit quòd cum quidam admiraretur Laconem quem ipse non nominat, claudum ad bellum exeuntem, ac equum quæreret, An ignoras, inquit, non fugientibus, sed permanentibus in bello opus esse? Sed & in alio item loco, Lacon (ait) claudus ad bellum egressus, cum à quibusdam irrideretur, Non est opus (inquit) fugientibus, sed manentibus, ordinémque seruantibus. Vnum ex illis puto fuisse, qui apud Valerium lib.3.c.7. increpatus à quodam quod in aciem claudus descenderet: pugnare, non fugere propositum sibi esse respondit. Cæterum Agesilaum illum magnum Lacedæmoniorum Regem claudum fuisse scribunt Plutarchus, & Probus Aemilius, vterque in vita illius, & Iustinus lib. 6. & Paulus Orosius lib.3.c.2. Nam Lacedæmonij (inquit) in difficillimo rerum statu maluerunt sibi Regem claudicare, quàm regnum. Sed & Amaurum vtroque pede claudicantem in Tenedo regnasse tradit Heraclides in rerum publicarum descriptione. qui & inibi quoque scribit Bac-

Androclidas.

Lacones duo.

Agesilaus magnus claudus.

Amaurus.

Bacchaus.

Horatius Cocles. Tit⁹ Quintius. Gizericus. Tyrteus.

chæum certum claudum Corinthi, quæ Ephyra dicebatur, regnasse. Sed & Horatiū Coclem bellatorem eximium claudū fuisse tradit Plutar. in Publicola: Titum quoque Quintium Ro. Imper. laudatissimū claudum fuisse ex vulnere tradit Liuius lib. 7. ab vrbe condita: Et Gizericū Vuandalorū regē laudatissimū equi casu prodit Iornādes in lib. rerū Geticarū: Et Tyrteū Lacedæmoniorū Ducē & Poëtā celeberrimū claudū fuisse tradit Iust. lib. 3. & pleriq; omnes. Suprà autē in præfatione nu. 6. præterea, locuti sumus de Colomano Vngarorū rege claudo.

Quid si cæcus. Homerus cæcus. Et Xenocritus Lydius. Et Didymus.

15 ¶ Ex d. quoque c. j. tit. an mutus vel Imper. nec cęcus à successione feudi repellatur, vt proinde quoque dici forte posit, nec eum à iure primogenituræ etiam in regno deturbandum esse. fuerunt enim multi cæci etiam à natiuitate, aut non multo post excellenti ingenio. Nam talem Homerum fuisse perhibent, ob idque ita vocatum, cum apud Cumæos & Iones Homerus cæcus dicitur, vt recensent Herodotus & Plutarchus in vita illius. Et Xenocritum quoque Lydium & ipsum poëtam eximium, Heraclides in Politicis. Et Didymum Alexandrinum doctissimum doctissimi Hieronymi magistrum, qui post quintum suæ natiuitatis annum luminibus orbatus est, vt tradit ipse Hieronymus in Chronicis: in Ecclesiasticis autem scriptoribus tradit à parua ætate captum oculis fuisse.

Quid si luscus siue monoculus. Philippus Macedo monoculus. Et Hannibal.

16 ¶ Sed quod intrepide dixerim Luscum siue monoculum vel vnoculum, aut vt Græci vocant, μονόφθαλμον, & ἑτερόφθαλμον, ad id esse admittendū: nec ei id vitium obesse, quominus regnū moderari & in pace & in bello posit. Legimus enim multos id vitij vel natura vel casu assecutos fuisse optimos bellatores, regnorúmque ac rerum publicarū administratores prudentissimos. Quis enim Philippum illum Alexandri magni patrem ἑτερόφθαλμον fuisse, cui scilicet Methonem oppugnāti Aster sagitta alterum oculum effodit, apud Diodorum Siculum, lib. 16. c. 8. Callisthenem lib. 3. rerum Macedonicarum, Plin. lib. 7. c. 37. Plutarchum in Sertorio, & in Parallelis, c. 15. & Iustinum lib. 7. in fi. Solinum c. 13. Et illum Horatium Coclem, de quo nuper locuti sumus in illis ipsis Parallelis, c. 16. & in vita Publicolæ, vbi & illi hinc Coclis cognomentum inditum fuisse scribit. Hannibalem quoque ilium ex Liuio 3. dec. lib. 2. & Plutarcho in vita illius, & cæteris omnibus. Ex quo illud Iuuenalis de illo loquentis, Sat. 10.

Cum Getula ducem portaret bellua luscum.

Et Antigonus. Lycurgus. Sertorius. Candace.

Antigonum item Philippi filium, vnde Cyclops appellatus est, teste Aeliano de varia historia, lib. 12. & Plutarcho in vita Sertorij, & in vita Alexandri, vbi dicit illum fuisse bellatorem clarissimum. Quin & ipse Aelianus eiusdem ope. lib. 13. atque etiam Pausanias lib. 3. tradunt Lycurgo Lacedęmonio erutum fuisse oculum ab Alcandro ex insidiis iactu lapidis, aut, vt alij dicunt, ictu baculi, de quo & Plutarchus in vita illius. Sertorium virum bellacissimum fuisse ipse Plut. in vita illius ait: vbi hinc sumpta occasione, inter alios plurimos eiusdē fati, vt suprà diximus, enumerat Candacem illam virilem Aethiopū Reginā celebratissimā Strabo lib. 17.

Persarum lex. Nigroarū rex monoculus.

17 ¶ Quanquā (nec illud pręteimittam) scio apud Persas ex lege fas minime fuisse monophthalmon regem constituere. Ob eámque causam Cosroem Cabadis regis filium minorem natu in successione regni Persarum fuisse prælatū Bazi, qui & Lamas vocabatur, natu maiori quòd hic altero oculo captus esset, vt prodit Procopius lib. j. de bello Persico, non semel, iterúmque lib. 2. Quāuis alias ex lege ipsorū Persarū primogenitus regis filius in regno, cæteris postpositis, succederet, vt docuimus suprà in præfat. nu. 29. inci. sed & apud Persas. Sed quod magis mirādū est, è diuerso apud Nigroas rex vnū tantū oculū in fronte habebat, vt scribit Plin. li. 6. c. 30.

Redit ad superiora.

18 ¶ Nec tamen hinc prius discedemus, quàm huc adduxerimus duo D. Chrysostomi loca ad id pertinentia, quod suprà ex aliis diximus de Esau & Iacob, & cæteris similibus. Is igitur in Genesim Homilia 20. declarans quare c. 4. eius operis Seth tantum in genealogia inscribitur, non etiam Cain, qui erat primogenitus. Ex hoc enim (ait) postbac beatus Propheta, & genealogiæ memoriam Seth facturus est, reiecta memoria Cain. Nam quia primatum sibi à natura datum, id est, primogenituræ dignitatem suæ voluntatis malitia dehonestarat, & ipse & qui ex eo nati sunt, catalogo eiiciuntur. Seth vero quod sibi natura negatum erat, id mentis dexteritate consequitur, nempe in se transferens primogenituræ ius. Rursus in idem opus Homilia 50. loquens de Esau & Iacob, Ecce (inquit) nunc hic inuersus est ordo, & primogenituræ dignitas transiit ad eum, qui virtute animi præfulgebat.

An autem frater fratrem hoc iure priuare posit.

19 ¶ Et illud quoque, quod licet pater posit filium priuare iure primogenituræ ex causa, vt diximus. Frater tamen fratrem priuare non potest, etiam si aduersus illum iniuste bellum mouerit, vt aperte colligitur ex c. licet, iuncta gl. in verbo, si dictus rex, extra, de voto. vbi hoc nuncupatim annotauit Pet. Anc. in 11. eodémque vlt. no.

VICESIMA SECVNDA QVAESTIO.

An princeps posit concedere patri, vt inter primogeni-

1 SEd vicesimosecundo quæro, an saltem id posit princeps concedere patri habenti plures filios, vt ipse posit inter omnes filios bona diuidere, quæ vel ex consuetudine, vel statuto omnino ad primogenitum pertinent, non consentiente ipso primogenito? de qua re expressim loquens Lucas Pen. in l. pen. col. 2. C. de Decur. lib. 10. dicit hoc posse principem, cum id nō sit statuere super iure iam delato primogenito, sed deferendo. Nullum enim ius habet primogenitus in bonis patris, nisi sola spe, & nihil aliud dicit. Tu autem ex hac Lucæ dec. aperte

potes

potes cognoscere, illum velle principem posse ius primogeniturae tollere, antequam sit primogenito delatum per mortem patris, postea autem non possit.

tura inter filios diuidat

2 ¶ Quantùm ad primum, potest videri esse verum, cùm possit princeps (de eo intelligo qui ius habet condendae legis) circa successiones futuras disponere, cùm & statutum & consuetudo id possint, per tex. in c. j. §. hoc quoque, & ibi Bald. Alua. & Alex. Card. tit. de his qui feud. dar. pos. Nec enim huiusmodi ius primogeniturae ita est ex lege diuina, quin possit tolli, per leges principum, vt de praeceptis iudicialibus legis Mosaicae dicunt Imo. & Ro. expressè loquentes de iure primogeniturę. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. cum aliis multis cõcord. à me collectis in tract. Retractuum, tit. j. in praefat. num. 8. & horum quidem. Alioquin enim non valerent leges quae disponunt seruari aequalitatem inter liberos, nulla sexus aut ętatis differentia, vt latè suprà demonstrauimus. Ego tamen multùm dubitarem, si primogenitus iam natus esset, propter ea quae dicam inferius in 40. q.

De eadem re.

3 ¶ Secundum autem hauddubiè verum est, cùm non possit princeps sine causa quempiã iure suo priuare, vt not. in l. quoties, & l. vlt. C. si contra ius vel vtil. publi. cum si. Ex quo etiã potes intelligere dominum feudi admittendo ad fidelitatem secũdogenitum, non praeiudicare primogenito, qui ex consuetudine regni succedit in feudo, vti expressè voluit Alb. post Dy. in l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. infe. Ad quod bene facit c. j. tit. de feud. dat. in vicem leg. commis. & c. j. tit. qui succes. tene. cum si.

De eadẽ re.
Dominus feudi non potest praeiudicare primogenito.

4 ¶ Alàs autem an & quando princeps, Papa, aut superior posset aliquem priuare regno, vide per gl. Inno. Zenze. Ioan. And. & Domi. in d. c. grandi, de sup. negli. praelat. Bal. in prooemio ff. col. 2. & in l. non ambigitur, col. j. ff. de legib. Albert. in suo fertili indice, in verbo, Papa, & in l. bene à Zenone, col. 4. C. de quadri. praescript. & Panor. in c. intellecto, col. 2. ver. de cõsuetudine, de iureiur. & Ant. Corse. in d. tract. de potesta. & excel. reg. q. 43.

Princeps aut papa, vel superior an et quãdo possit regẽ priuare regno.

VICESIMATERTIA QVAESTIO.

1 VIcesimotertio quęro, an in casu Bal. in d. auth. hoc ampliùs, de quo diximus suprà in 21. q. n. n. it. cùm scilicet primogenitus non est idoneus, quia fortè demens est, vel furiosus. Saltem succedet ipse primogenitus in regno, si pater eum expressè non abdicauerit. De quare idem Bal. in l. omnes populi, col. 9. vers. est ergo aliud exemplum. ff. de iust. & iu. dicit quòd statutum, quo cauetur primogenitum succedere, intelligitur si sit habilis, quia beneficia legũ capacibus scripta sunt, non incapacibus, arg. l. Lucius. §. Lucius Titius. ff. de leg. 2. Sequitur Corne. cons. 42. videtur prima facie, col. 5. vers. & propterea, lib. 4. & Bapt. Seuer. in repe. l. omnes populi, char. 57. in paruis, col. 4. Et idẽ quoq; videtur voluisse ipse Bal. in c. cùm in magistrũ, ante fi. de elect. dum dicit. succedit alius capax. & sequitur Card. Alex. in c. j. col. 2. tit. de feud. marchiae. Et idem voluit nullo illorum citato, Zasius in tract. feud. parte 8. in 3. principali e. ver. tu autẽ, per l. vt gradatim. ff. de mun. & hon. & Moli. in Cõsuet. Paris. tit. j. §. 8. gl. j. in 3. q.

An demẽs succedet in regno si pater eum nõ abdicarit.

2 ¶ At idem Bal. in c. j. in fin. prin. ver. quęro consuetudo dictat, tit. de succes. feud. dicit quòd si vitium est naturale & perpetuum, non succedet ipse primogenitus, sed secundogenitus, quia consuetudo regnum deferens primogenito debet intelligi de eo, qui nascitur habilis. Si verò ex accidenti effectus est demens, tunc succedet, & ei dabitur curator qui regnum administrabit, quia iam in persona illius radicatum est, vt ipse loquitur, ius regiae potestatis, per c. grãdi, de sup. negli. praela. lib. 6. & no. Archi. in §. item obiicitur. 2. q. 7. & per Ioã. And. in c. cùm inter vniuersas, de elect. in nouella. vbi dicit quòd si Rex sit paruulus, ipse per tutorem regnum administrabit. de quo nos latiùs dicemus infrà in 40. q. in 38. ratione pro patruo.

De eadem re.
Quid si ex accidẽti effectus est demens.

3 ¶ Hoc dictũ Bal. sequitur Mart. Laud. ibi, qui hoc reputat sing. & Aluar. in c. mutus, col. vlt. ver. quęro quid si statutum. & ibi quoq; Card. Alex. etiam col. vlt. tit. epis. vel abb. idem Mart. Laud. in d. tracta. de primogenitura, col. pen. vers. rursus quaerendum est, & in tract. de principibus, ver. 371. incip. primogenitus principis. & Fran. Are. in l. ex duobus, in prin. col. 2. ff. de vulg. & pupil. & Card. Alex. in c. j. col. 2. tit. de feud. marchiae. Soci. cons. 47. facti narratione, in princ. lib. 3. & Anto. Corset. in d. tract. de pote. & excel. reg. q. 10. & Io. Lup. in repe. c. per vestras. §. 26. col. 3. de dona. inter vir. & vx. & Iac. à Sancto Georg. in tract. feu. col. 3. ver. sed quid si primogenitus, & Fran. Ripa in l. nemo potest, col. 2. vers. item adde. ff. de leg. j.

De eadẽ re

4 ¶ Et pro hac Bal. distinctione optimè facit. quod in feudo paterno nõ succedit mutus, caecus, aut aliter imperfectus vitio naturali. Secus si vitio tantùm accidentali, per tex. in c. j. & ibi Pe. Cerne. Bal. Alua. & Card. Ale. tit. an mutus, surd⁹, vel ali. imp. Nec id videri debet cuiquã iniquũ, ꝙ quis plus incõmodi recipiat ex vitio naturali, quod nemini imputandũ est: quàm ex vitio accidẽtali, iuxta tex. in l. maximũ vitiũ. C. de lib. pręt. Nã hui⁹ rei potest reddi bona ratio, vt colligitur ex dictis Bal. in d. c. j. col. vlt. & apertius declarãt Aluar. & Card. quia quãdo quis à natura nascitur imperfectus, res in ipsi⁹ ꝑsona deuenit ad casum, in quo nõ potuit vnquam cõseruari in statu suo, ꝓptereàq; vitiatur, ꝑ l. generaliter, & l. Vranius. ff. de fideius. At quãdo est imperfectus ex accidẽti, habuit originem fundamenti. & in persona patris, & in sua, vnde fortius est quod duab⁹ radicibus innititur, quàm quod vna tãtum, per auth. itaq;. C. com. de suc. & in §. j. ti. de cõsan. & vte. fr. Id quod etiã annotauit idẽ Aluar. in d. c. mut⁹, tit. epi. vel abb.

Imperfectus vitio naturali nõ succedit in feudo, secus si accidentali.

An autem id procedat in aliis rebus priuatis

5 ¶Sed hoc duobus modis intelligendum est, primò vt procedat in regno & regalibus dignitatibus, aut etiam feudalibus, in quibus etiam solùm ij ferè loquuntur, quos citauimus. Non etiam in cæteris rebus priuatis, in quibus furiosi, mente capti, & dementes, & quocunq; vitio animi aut corporis laborantes, modò non sint mõstrosi, non minùs succedunt quàm cæteri, per l.j.& 2.ff.de bono.pos.infan.furi.mur.cæe.compe.& l.vlt.§.tali.C.de cura.furi.& l.humanitatis.& ibi Ang.C.de impub.& ali.substi.& in § sui autem, Inst.de hær.quæ ab intest defe.cum si. Ex quo sequitur & ius primogenituræ in iis ipsis rebus, furiosis, & cęteris id genus cõpetere, quoniam & primogenitura quoque cõpetit iure successorio, vt dicit Oldra. cons. 94. eleganter, & dicam posteà latissimè in 35.q.

Quid in regnis non feudalibus.

6 ¶Quin D.Ioan.Igneus in q. ab eo disputata, an Rex Franciæ recognoscat superiorem, col.28. tenet illud solũm habere locum in rebus feudalibus, & non in aliis, etiam si regna sint, quia ea debentur ratione agnationis. Ideóque propter furorem auferri nõ debẽt. sed dabitur coadiutor, secundùm gl.in c.alius, in verbo, inutilis.15.q.6.per c.quamuis, & c.petisti.7.q.1.quę nõ multùm faciunt ad id quod nititur probare Igneus, quia ibi furor & corporis imbecillitas post dignitatem iam ademptam superuenerunt, à quo ideò propter id priuari non debent, licèt ab initio impedirent, vt in simili no.in l.cæcus.ff.de iudi. cum si.

De eadem

7 ¶Veruntamen Ias.in d.l.nemo potest, in j.lec. col.j.ff.de lega.j.eandem sententiam sequitur, vt primogenitus demens, aut aliàs insufficiens succedat in regno, si aliter pater non disposuerit, tamen debet ei dari curator, per c.grandi, de sup.negl.prælat.lib.6.Sed & sunt qui simpliciter tenẽt furiosos succedere in regno, ducatu, comitatu, & similibus, sed eis dandos curatores, per d.c.grandi, & l.j.C.de tut. vel cura.illu. vel clariss. perso. Ita enim nuncupatim voluit Ang.in l.cùm Prętor.§.non autem, col.j.ver.& quod hæc litera.ff.de iud. Et hoc obseruatum apud Lacedæmonios refert Herodotus in Terpsichore. Nam cùm Alexandrides Lacedæmoniorum Rex duos liberos reliquisset Cleomenem primogenitum quidem illum, sed mentis inopem, & Dorięum iuniorem, qui virtute omnibus æqualibus præstabãt. Illi Cleomenem in regno Dorico antepostuerunt, ex lege quæ primogenitos præferr in regno, sicuti etiã suprà recensuimus in præfatione, nu.23. Græci item.

Ex antiqua historia.

8 ¶Atque Soci.d.cons.47.facti narratione, in t.dubio, li.3.tenuit primogenitum furiosum aut dementem, ne in priuatis quidẽ bonis & non feudalibus obtinere ius primogenituræ, tribus potissimum rationibus. primò, quia olim primogeniti plures pręrogatiuas habebant, quarũ adhuc aliquæ eis cõpetunt, scilicet quòd in festis præ aliis offerant, quòd sedeant ad dexterã patris, & quædam similia: quæ quidem iura furioso & dementi adaptari non possunt. Nec verisimile est quòd constituens ius primogenituræ ea voluerit concedere huiusmodi carẽtibus vsu rationis. Et propterea succedit ratio, quã Bal.in regnis tradit. Et si Bal. ipse de hoc fuisset interrogatus, ita respondisset. Ideóq; ita habendum, ac si id quoque dixisset, per not.in l. tale pactũ.§.vlt.ff.de pac. maximè quia dispositio generalis non includit inhabiles. l.vt gradatim. §.sed si lege.ff.de mu.& ho.& l.in principali.§.vlt.in octa l.de pupillo.ff. de ope.no.nun.

Iterum de priuatis rebus ex Soci.

9 ¶Secunda ratio Soci. hęc est, quia sicut ob id primogenitus in regnis & cęteris huiusmodi dignitatibus solus succedit, ne scilicet principatus diuisione destruatur, vt voluit Io. And. post Hosti.in d.c.licèt. Id enim facit diuisio, ar.no.in c.maioribus, de præben.& c.ex literis.de pign. & quod not.in l.j.§.ne in plures.ff.de exercit.acti. Ita quoque in aliis bonis patrimonialibus, ne ea item diuisione destruantur, sed ex conseruatione dignitates familiarum conseruentur, declarat Io.And. post Iac.Are.in addi.Specu.in rub.de succes.ab intest. Dignitas enim familiæ debet seruari in primogenito, secundùm no.in c.quàm periculosum.7.q.1.& in d.c. licèt, de voto. Quod facere non potest primogenitus demens & furiosus.

De eadẽ re.

10 ¶Tertia ratio, quia huiusmodi primogenitura accedit maxima ex parte ad naturam feudi. Videmus enim quòd feudum aliquando defertur ad primogenitum, per no.in c. pręterea ducatus, tit.de prohib. feud. ali. per Fede. Et sicut pater in feudo paterno & antiquo non potest filio præiudicare, vt c.j.de succes. feud. Ita nec in iure primogenituræ, vt suprà dictum est. Ex quo sequitur, quòd debet primogenitura iudicari secundũ naturam feudi. Sicuti videmus q donatio causa mortis, quia participat de natura cõtractus & vltimę voluntatis, debet iudicari secundùm naturam contractus, in eo in quo participat de natura contractus: & secundùm naturam vltimę voluntatis, in eo quo participat de natura vltimę voluntatis, vt voluerũt Bal. Angel. Imo: & recentiores in l.2.ff.de legatis primo. Ideo cùm de natura feudi non succedant furiosi, dementes: ita etiam nõ debent succedere in iure primogenitutę. Et hanc rationem, scilicet primogenituram sapere naturam feudorum, secutus est Paul.Paris.consilio septuagesimosecundo, ad veram, numero 74.lib.4. Et ita residet Soci.in nostra principali quęstione, cũ ea tamen limitatione, nisi aliter consuetudo interpretaretur, per l.minime. ff.de legib.& cap. cùm dilectus, de consue.& c.mulier, tit.si de feu.fue.contro.

De eadem re.

Ius primogenitura accedit ad naturam feudi.

11 ¶Hæ sunt rationes Soci. Le bene de (pace tanti viri dixerim) tenuiores, quibus tamen nititur probare dementem & furiosum in quibusuis rebus etiam priuatis, & vt vocant, allodialibus non obtinere ius primogenituræ. Sed agè videamus quantùm habeant virium illæ rationes.

De eadẽ re. contra Soci

Quantùm

Quamtùm ad primam pertinet: Nónne satis ostendimus huiusmodi mente destitutos nihilò secius suis parentibus succedere, quàm cæteros? Fac igitur nullum esse statutum aut consuetudinem, quæ primogenitis quicquã ampliùs deferat quàm cæteris. Ideóque omnes liberi æqualiter de iure communi succedant. Siique primogenitus demens, is certè virilẽ portionẽ in successione parentũ accipiet, & cæteri quiq; æqualiter. Et tamen certũ est hũc licèt dementẽ quia ætate antiquior est, alia quoq; habere, quæ ius commune antiquioribus cõcedit, videlicet instrumentorum depositionem, de quo in l. vlt. ff. de fide instr. & alia a nobis suprà latè cõmemorata. Nulla enim lex est, quæ illis hæc auferat. l. illam. C. de collat. Aut si etiam quis cõtendat ista nõ cõpetere furiosis & dementibus: nõ ex hoc propterea sequitur, q non succedant parẽtibus in sua legitima portione, cùm leges habeamus expressas, vt iam diximus, quòd succedunt. Sed illud perspicuum est, ius primogenituræ esse legitimam primogenitorum, ergo & ab ea repelli nõ debet furiosi, licèt eis nõ cõpetant cætera, quę primogenitis aliàs cõpetũt.

Responsio ad 1. rationem Soci. Primogeniti æqualiter succedentes cũ cæteris, habent tamen aliquid præcipuum.

12 ¶ Secunda quæ ad domus & familiæ conseruationem respicit, si concluderet, ex ea posset inferri, nec furiosos, nec prodigos, nec infantes succedere parẽtibus. Nónne enim interest Reipubl. ne quis re sua male vtatur. §. sed etiam maior, Inst. de his qui sui vel alie. iur. sunt. Nam vt dicit tex. in §. j. in Auth. de defen. ciuit. & in §. j. in Auth. vt omnes obc. iud. prouin. resplẽdet Resp. quando præstat subditis ditioribus. Et alibi, interest Reipublicę ciues habere locupletes. §. j. in Auth. vt iud. sine quo suf. Non iniuriâ ergo apud Nabateos qui opes suas imminuit, publicè mulctatur: qui verò auget, honore afficitur, vt scribit Strabo lib. 16. Et apud Abderitas siue Milesios vndecunque fuerit Democritus, qui patrimonium consumpserat, sepulchro patrio non dignabatur, vt refert Laërtius in Democrito. Propterea Tullius. 2. Offic. Habenda est (inquit) ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum est. Quam sententiam citat ex nostris Panor. in c. ex parte, de consue. & in c. j. de donat. Et apud eundem Tulliũ lib. 3. Officiorum, Hecaton Rhodius eleganter disserit sapientis esse habere rationem rei familiaris. Neque enim solùm nobis diuites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximéque Reipub. Singulorum enim facultates & copiæ, diuitiæ sunt ciuitatis. Igitur, vt concludã, interest Reip. vt sua cuique domus cõseruetur & augeatur. Id autẽ facere non possunt furiosi, dementes, prodigi, si suo arbitrio relinquãtur. Ergo ex huiusmodi 2. ratione non succedunt, & quidem multò magis, quàm in nostro casu, qui respicit tantùm interesse priuatum familiæ, cùm iste ad publicum pertineat. Ideo quemadmodum hæc ratio nõ repellit furiosos à successione: ita etiam nec à iure primogenituræ, quod & iure successorio, vt iam diximus, pertinet. Sed vt obuiam eatur huic non conseruandæ domus periculo, dabitur illis curator, vt iure communi statutum est, & dicemus latè in 40. q. in 38. ratione pro patruo.

Ad secundã. Reip. interest ne quis re sua malè vtatur. Nabatæorum lex. Abderitarum siue Milesiorũ lex.

13 ¶ Tertia quoque ratio Soci. nihil prorsus concludit, imò contrarium potiùs probat. Nam ius primogenituræ, quantùm ad successionem pertinet, nihil commune habet cum feudis, quæ regulariter sunt diuidua, & quidem æqualiter diuidenda inter hæredes, per tex. in c. 1. §. item si duo, & ibi omnes, tit. quib. mod. feu. amit. & latissimè diximus suprà in 4. q. Ius autem primogenitурę indiuiduum est, & minimè cæteris conferendum, vt dicit Bal. in authen. ex testamento, col. vlt. C. de collat. & alibi, scilicet qu. 51. & 55. dicam latiùs. Propterea non immeritò illam Soci. opi. reprehenderunt D. Ciriet. in suo tract. primogenituræ, li. 3. q. 6. & D. Moli. in Consuet. Paris. tit. 1. §. 8. in 2. q. Sed iam ad reliqua pergamus.

Ad tertiã.

14 ¶ Intellige igitur secundò primogenitum furiosum à natura non succedere in regno, ita procedere, vt si is habeat filium non dementem, is certè succedat loco patris, vt nuncupatim & ex facto respondit Bal. cons. 389. consuetudo, col. 2. vers. item pone primogenitũ esse furiosum lib. 5. & nulla eius mẽtione facta Soci. d. cons. 47. col. 4. ver. sed posito quòd hoc dici potuisset, li. 3. per id quod in simili voluit ipse Bal. in rub. tit. an mutus vel imperfec. quòd si mutus vel aliter imperfectus habet filium, nõ aufertur ei feudum, per not. à Cyn. in l. j. C. qui admit. ad bono. pos. & sequuntur Martl. Lauden. in d. rub. Iac. Alua. & Card. Alex. in c. 1. col. vlt. eo. tit. & ante illos And. Iser. qui tantùm dicit procedere in feudo paterno, in c. vl. tit. epis. vel ab. per no. in c. hoc quoque, tit. de succes. feud. & in c. vlt. tit. quæ fuit pri. cau. benef. amit.

Quid in filio non dementis ipsius dementis.

15 ¶ Confirmat id Soci. ea ratione, quoniã filius primogeniti mortui præfertur patruo, secũdùm eã opi. quã ipse tenet, & de qua latissimè posteà dicemus in 40. q. Ergo & similiter ipse filius primogeniti adhuc viuentis, sed inhabilis ad successionem, quia paria sunt in materia successionum, non esse in rerum natura, vel esse, sed à successione excludi, vt locũ faciat filio exclusi. l. 1. §. vlt. ff. de bono. posses. cont. tab. & l. si necé. §. si deportatus. ff. de bonis libe. vbi si deportatus sit filius, ideo inhabilis ad successionem, nepos admitti debet ad bonorum possessionem: nec ei impedimento esse filium ipsius nepotis patroni, quia is mortui loco habetur.

De eadem re. Paria non esse & esse sed excludi.

16 ¶ Imò verò fortius in hoc casu nostro, vt ipse Soci. subdit. filius primogeniti admittitur, ac si primogenitus ipso non esset in rerum natura: quoniam licèt aliàs furiosus & demens sit inhabilis ad successionẽ iuris, vt in hæreditate extranei, vt habetur in l. vlt. §. tali. C. de curat. furio. Tamen quando debet alij restituere, est habilis ad eam successionem, vt dicit Bar. in l. j. post medium. ff. de Bon. poss. infanti. furi. mut. surd. cęco. compe. per l. cùm hæres instituta, vbi latè

De eadẽ re. Inhabilis est habilis cũ alij debet restituere.

Alex. ff.

Alex.ff.ad SC.Treb.Sed in d.nostro casu ex dispositione statuti vel cōsuetudinis, vel alterius dispositionis constituentis primogenituram, siue vt ipse loquitur, maioricatū, pater tenetur restituere filio suo primogenito. Ideò satis dicitur habilis ad succedendū, non vt retineat, sed restituat filio. Ita vt interim non possit aliter disponere, iuxta no.in d.c.licèt, & alibi diximus.

De eadē re.

Qui post mortem tenetur restituere, statim id facere tenetur si sit inhabilis.

17 ¶ Et si dicatur, vt redeā ad Soci.quòd non tenetur primogenitus restituere, donec viuit: verū est quando est habilis, secus si non sit habilis. Nam etiam ille qui tenetur post mortem restituere, si dum viuit efficiatur inhabilis, tenetur statim restituere, vt patet ex his quæ no.Io. And.post Ricar.Malum.in rub.de secu.nupt. Cuius dicta referunt & sequuntur Pau.Cast. & Modest.in l.3.C.de inst.& substi.sub condi.fac.

Contra supradicta.

18 ¶ Quanquā contra hoc videtur facere tex.in l.diuo Marco.C.de q.vbi priuilegium parentū in eo casu transit vsq; ad pronepotes, nisi is qui in priori gradu est infamia aspergatur. Nā tunc nec is, nec sequentes gaudēt eo priuilegio. Quasi impedimentum patris obsit filiis. Absurdū enim est plus iuris habere hæredē, quàm eū cuius hæres est.l.aliud est.§. absurdū.ff.de reg.iur. Et nō debeo melioris cōditionis esse, quàm is à quo ius in me trāsit.l.in omnibus.§.nō debeo, eo.tit. Et quod alicui obstat, successoribus eius etiam obstabit. l.quod ipsis, e.tit. cum aliis multis concord.à me collectis in tracta. Retractuum, tit.1.§.1.gl.9.in verbo, *ou lignagier.* nu.47.verùm quærimus, & 2.seq.

Infamia tollit priuilegium non tantum infamis sed & successorū.

Responsio.

19 ¶ Sed hoc tū demum verum est, vt videlicet impedimentū patris obsit filio, quando patri inhabili per filiū aliquid quæreretur: secus si patri nihil quæratur, per l.diui fratres, & ibi plenè no.ff.de iur.patro.& leg.quæritur.ff.de bon.libe. Et ita hoc argumentum in isto etiam casu soluit Ioan.And.in addi.Specul.in rub.de feud.col.pen.vers.sic.quod vltimò, & ante illum Io. Laud.apud Oldra.cons.224.incip.istæ sunt allegationes, col.9. Ex quo facilè colligitur istos fuisse in hac quam diximus, sententia.

Si patri aliquid quæreretur per filium.

Patris inhabilitas superueniens non nocet filiis iam natis.

20 ¶ Sed & illud quoq; dici potest, quòd inhabilitas patris non nocet filiis iam natis, maximè quantùm ad iura naturæ pertinet, per l.emancipatū.§.vlt.ff.de Senat.& l.3.ff.de interd.& releg.& l.2.C.de lib.& eorum li. Postea autē natis nocet, per d.l.diuo Marco. & ita quoq; soluit Card.Alex.loquens nuncupatim in casu nostræ q.in c. j. in solutione primi arg.tit.de feud. Marchiæ. Tamen contrariū simpliciter voluit Lucas Penna.in l.j.col.5.C.de priuil.eo.qui in sac.pal.mil.vbi dicit q̀ si pater primogenitus est inhabilis, filius quoque eius repellitur, quod vtique falsum est. Et vide quę dixi in tractatu nobilitatis.c.24.nu.4.& iterum c.35.per totum.

21 ¶ Sed illud hic sciendū, an si primogenitus succedere nō possit ob demētiam aut aliam inhabilitatem, possit princeps ei gratiam facere, vt succedat in præiudiciū secundogeniti. Hāc quæstionem posuit Matth. Afflic.in c.mutus, col.2.ver.iuxta hoc quęro an mutus vel aliàs. & dicit non posse, quia princeps nō intendit tertio præiudicare, cui quęsitum est patre mortuo, & fratre primogenito existente inhabili. paria enim esse filium primogenitum non esse, aut esse inhabilem. l.j.§.quibus.ff.quod cuiusque vni.& per alia quæ ipse citat.

22 ¶ Sed & idem ibi continuò quærit, quid si viuente patre dominus fecit gratiā filio primogenito muto à natura & propterea inhabili, de feudo paterno, an post mortem patris hęc gratia præiudicabit secundogenito? In quo distinguit, an feudum sit nouum, & id potest consentiēte patre. at eo non cōsentiente nō potest, nisi pater ipse postea eum cognoscat. vt primogenitum sibi successurum. An verò feudum sit antiquum, & tunc nullo modo potest per ea quę no.in c.j.in fi.tit.quemadmo.feud.ad fil.fr.perti. Quod intelligit vt ibi per eum videre licet.

23 ¶ Denique ipse Matth.in eo.illoc.col.vlt.nu.31.dicit, quòd si iste inhabilis nō habeat vnde possit viuere, & feudum sit magnum, debet ei tantùm dare ex fructibus feudi paterni, in quo alius succedit, vt possit sustētari, per tex.in §.vlt.tit.epi.vel ab.& l.extraneo.ff.de vent.in poss. mitt.& l.quę legatorum.ff.vt in posse.lega.& §.j.in Auth.de incest.nup. cum sim. allegatis à Iac.Ard.in summa de succes.feud.§.mutus.nec pro talibus alimentis tenebitur seruire, vt idē Iac.dicit arg.l.si quis in graui.§.subuenitur, & §.ignoscetur.ff.de SC.Silla.

An primogenitus possit renunciare iuri primogenituræ & sic fratres æqualiter admittere.

VICESIMA QVARTA QVAESTIO.

Vicesimoquartò quæro, Quid si primogenitus nō vult fratres excludere, aut aliter accipere prærogatiuam ei à statuto vel consuetudine delatam, sed vult eos æqualiter admittere ad successionē, & sic renunciare beneficio statuti vel consuetudinis. Creditores verò eius negant id eum posse facere in præiudiciū eorū. Et certè si primogenitus vellet omnino repudiare patris successionē, res non est dubia, quin scilicet id posset facere, per l.qui autē, in prin. ff.quę in fran.credit.& l.non fraudātur.ff.de reg.iur. Verùm hic vult succedere, sed tantùm æqualiter cum suis fratribus, sine pręrogatiua primogenituræ. quod videtur non posse facere, cùm iudicium legis vel statuti non possit diuidere, sicuti nec testatoris, l.j ff.de acq. hær.

De eadem re.

Masculus repellens fœminas ex statuto potest eas admittere.

2 ¶ Cōtrà item videtur ex sententia Io.And.in c.licèt, col.2. vers. sed nunquid pater, de voto, vbi dicit expresè quòd primogenitus potest esse contentus, si velit, minori portione, quàm quæ illi à statuto vel cōsuetudine defertur. Et ex eo, quod in simili casu, videlicet in statuto deferēte successionem masculis exclusis fœminis, vt illi possint masculi renūciare, & sorores ad successionem admittere, probabilius videri dicit Bald.in l.maximum vitium, col.4.versi. sed

pone

pone quòd frater.C.de libe.præteri.His potißimùm rationibus.quòd res de facili reuertitur ad ius commune l.Si vnus.§.pactus ne peteret.ver.quod in specie.ff.de pact.Et quòd hic potest renũtiare iuri municipali pro se introducto,arg.§.sed his permittit Prætor,Instit. de hær. quali.& dif.Et sequitur Alex.in l.patrem.ff.quæ in fraud.cred.& conf.12.viso processu, col.2. vers.5.quia statutum,lib.1.& Barb.in c.si diligenti,col.15.num.64.& adduco vlterius, de for. compet.& conf.12.scribitur apud prophetam,col.2.lib.1.vbi id dicit elegans,& conf. 42.illud in medium afferam,col.pen.eo.lib.j.vbi id dicit pulchrum,& conf.66.illud in medium referam,col.4.vers.& si quispiam dixerit,lib.3.& conf.70.cuius est idem iuitum,col.3.vers.6.est ponderandũ.& col.8.vers.nec etiã obstat,eod.lib.3.& Soci.conf.174.viso testamento dominę, col.2.vers.confirmatur hoc,li.1.& conf.153.pulchra,col.7.ver.sed ad hanc obiectionem,lib. 2. & Iason qui hoc dicit sing.& perpetuò menti figendum.in §.item si quis,le j.col.pe. Inst. de actio.& Hipp.Marsi.sing.361.extat.Sed & hoc ante Bal.idẽ voluerat And.Iser.in constitutione Siciliæ incip.in aliquibus,col.7.ver.quid si frater nollet,& ibi post eum Matthæ.Affli.col. 4.ver.primò quid si isti filij,& iterum col.9.vers.quid si frater.& idẽ quoque voluit Pet.Anc. in repet.c.1.in 13.q.principali,de constit.& Roma.in l.apud Iulianum.§.idem Iulianus, ad fi. ff.ad Trebel.& Alberi.Bru.in tract.de statutis fœminarum,in 10.artic.princip.in a. q. cbar. 33.& Ioan.Campe.in tract.eiusdem tit.q.8.vbi hoc reputat sing.

3 ¶ Sed & ipse Bald.post Bart.in l.vlt.col.2.in fi.vers.ex hoc arguitur,& versi.seq. C. de pactis, dicit quòd filij possunt renuntiare statuto excludenti fœminas dotatas,aut cum eo onere, vt à fratribus dotentur,& ita illas ad successionem admittere, vt se ipsas vt libuerit dotent. Et idem quoque tenet Pau.Cast.in l.Titio centum.§.Titio genero,in fin.ff.de condi.& demonstra.& Roma.in l.stipulatio hoc modo concepta,col.3.vers.præterea posito.ff.de verbo. oblig. & plurimi ex his quos suprà citauimus. Nam & hæc statuta excludentia fœminas propter masculos,siue simpliciter,siue dotatas,aut cum onere dotandi,intelliguntur si masculi velint illis enim nolentibus admittentur fœminæ,arg.l.in substitutione,in eius ratione, vbi id nõ. Bal.ff.de vulga.& pupilla.substit.Bart.in l.j.§.qui habebat,col.2.in 5.q.ff.de bono.pos.contra tabu.cũ aliis multis concord.adductis à Corne.conf.134.eleganter,col.3.vers.& ideò etiam, lib.2.& conf.186.quanquam,col.2.ver.ita etiam,li.3.& conf.202.pluries,col.5.ver.præterea & secundò,eo.lib.3.& conf.61.licèt videatur,col.2.vers.his tamen non obst.li.4

De eadem re.

4 ¶ Et generale est,vt quis possit renuntiare beneficiis statutorum & consuetudinum principaliter inductarum in fauorem renunciantis,vt latè tradit Alber.in l.si quis in conscribendo col.2.vers.dubitari etiam cõuenit.C.de epis.& cleri.& in j.parte statutorum.q.18.item quæro an beneficio statutorum.& Bald.in l.si finita,in princ.per illum text.ff.de dam.infec.cum infinitis concord.Nam & bene facit text.in dicta l.si finita.ex quo etiã Bar.no.renuntiari posse beneficio statuti vel consuetudinis tacitè & expressè.

Possumus renunciare statutis in nostrum fauorem principaliter inductis.

5 ¶ Et id præsertim procedit quando per huiuscemodi renuntiationes ad ius cõmune reditur, vt fit in nostro casu.Nam consensus partium potest cõtra statutũ,quando volũt redire ad ius cõmune,vbi alias nihil posset,vt ex eo patet quod voluit Bart.in l.omnes populi,col.11. vers. iuxta prædicta quæro.ff.de iusti.& iure.vbi dicit quòd licèt statuentes non possint tollere statutum à superiore confirmatũ,vt aliud nouũ statutũ faciant, possunt tamẽ,vt ad ius cõmune redeant,per l.2.ff.de iniust.testa.& l.hac consultissima.§.si quis autem.C.de test.vbi testamẽtum primum tollitur per secundum minùs legitimè factum,quando ad ius commune reditur,quia sunt instituti venientes ab intestato:aliàs secus.& etiam per c.cùm accessissent, de constitu.vbi sublato statuto de quo loquitur,reuiuiscebat dignitas:& ita res reuertebatur ad ius cõmune,& ita ibi no.Pan.qui tamen distinguit col.pe Fel.col.4.in 3.no. vbi addunt alios concord.vt ibi videre poteris.& Pet.Anca.in repe.d.c.t.in 14.q.prin.col.j.vers.sed incidenter quæro,de constit.

Præsertim cũ ita redimus ad ius commune.

Statutũ à superiore cõfirmatum tolli potest à statuẽtibus si reditur ad ius commune.

6 ¶ Quam rationẽ confirmat quod in simili dicitur,quòd etiã in correctoriis licita est extẽsio,quãdo per eã redimus ad ius cõmune,gl.no.in c.statutũ,in verbo,numerandũ,de præb.li.6.Ant.in c.olim tibi,in fi.per illũ text.& ibi quoq; Panor.in 3.no.de verb.sign.Alex.in l.si constante,in prin.col.3.ver.iuxta hoc.ff.sol.mat.vbi eam gl.multũ commendat.& idẽ Ale.con.75. videtur in pręsenti col.2.ver.pro hoc etiam,li.5.vbi illã dicit reputari sing.& conf.227. põderatis narratis,col.3.vers.& dispositio,li.6.Fran.Are.qui illã quoq; dicit sing.con.96.in causa & pũcto, col.j.& ipse Ias.in l.si vnus.§.pactus ne peteret,col.2.ff.de pactis.& in anthen.quas actiones, col.7.ver.4.limita.C.de sacrosanc.eccles.& in l.nemo potest,in a.lec.col.8. vers.2.quæritur, & ibi Io.Mõtefer.col.10.ff.de l.1.vbi & ipse Ias.alia quędã cõgerit,& in l.properãdũ,col.pe.C.de iudici.& in l.omnium,col.3.ver.itẽ inquantũ.C.de test.& in l.3.col.vlt.ff.de re iu.vbi illã gl. dicit sing.& conf.137.viso,col.antepe.vers.10.facit,lib.4.Soci.conf.112.viso statuto,col.vlt.li.3 vbi eã gl.dicit no.& per eã dicit quòd statutũ ita debet interpretari,vt reducatur ad dispositionẽ iuris cõmunis quãtùm fieri potest,siue intelligẽdo latè,siue strictè.& iterum conf.124.quod est simili initio,col.3.vers.postremo per istam,eo.lib.3.& conf.82.pro clariori,col.pe.ver.cõfirmatur ista responsio,li.4.vbi illam dicit sing.Philip.Deci.conf.11.quoniam iudicanniũ,col.pe.

Correctoria extendũtur si redimus ad ius cõmune.

Alber.

Alber. Bru. in tract. statutorum mulieres concernentium, art. 7. q. 2.

Prælatus renũciat in præiudiciũ etiã graue ecclesiæ si per id reditur ad ius commune.

7 ¶ Supersunt & alia tria hanc rationem adiuuantia, primum text. in c. 1. de pactis, li. 6. vbi prælatus potest renuntiare in præiudicium ecclesiæ, siue id præiudicium sit leue, siue graue: cùm renuntiando reditur ad ius commune. & ita illũ text. intelligit, & dicit no. Panor. in c. veniẽs, quod est pen. col. 6. ves. hæc vera nisi per pactum, de præscrip. & Franc. Are. in rub. ff. de verb. oblig. col. j. vers. quintò adde. & Maria. Soci. in c. qualiter, le 2. in 5. q. art. 16. de accus. & Caro. Rui. cons. 2. est in primis, col. 3. nu. 8. lib. j. & cons. 108. visa, col. antepe. nu. 26. lib. 2.

Ordinaria caussa non potest fieri summaria sed non è diuerso.

8 ¶ Secundum, licèt causa ordinaria de consensu partium non possit fieri summaria, vt no. gl. in c. de causis, & ibi Doct. de offi. deleg. Tamen è contrario causa summaria potest de consensu partium fieri ordinaria, quia per hæc reditur ad ius commune, gl. no. in cle. sæpe, in gl. vit. & ibi Imo. ad fi. de verb. signi. Tertium est quod ab ipso Caro. Rui. responsum est, cons. 52. Lucani, col. pe. nu. 6. li. 3. quod licèt probatio dubia interpretetur cõtra probantẽ. c. in præsentia, & ibi gl. & Doct. de prob. Fallit tamẽ si interpretãdo pro producẽte rediretur ad ius cõmune, per gl. in d. c. statuimus, de præb. Quibus poteris addere & alia multa similia cõgesta per Fely. in c. cũ omnes, col. 3. ver. sed fortè in casu isto, & seq. & iterũ in d. c. cùm accessissent, col. 4. ver. hanc declarationem, de const. & in c. veniens. col. 2. & 3. de præscr. & nouissimè Io. Neuisa. in sylua nuptiali, in posteriore parte. & Sebasti. Sap. in addi. Panorm. in d. c. veniens, de præscrip.

Probatio dubia interpretatur pro producẽte redeũdo ad ius cõmune, licèt aliàs secus.

9 ¶ Tamen, Barb. sibi contrarius in l. j. in prin. col. 5. ff. de verb. oblig. & rursum in repe. c. Raynutius, col. 94. de testa. & cons. 38. præclare scripsit, col. pen. ver. & si quispiam, li. 2. illam Bald. in d. l. maximum, decis. repræhendit duabus quidem rationibus, quæ si obtinent in casu Bal. æque idem obtinent & in nostro. Prior quòd constitutioni prohibitoriæ renuntiari nõ potest, vt est gl. quã ipse vbique dicit reputari, & esse sing. in l. à diuo. ff. de rit. nup. quã & ipse quoq; dicit sing. in addi. Bal. in c. adhęc, col. 6. tit. de allod. Quamuis sit & alia non minùs expressa in l. j. in gl. j. ad fi. post Azo. ibi. C. ne fideiuss. doti. dent. & alia quoque in auth. immo. & ibi Bal. C. de actio. & oblig. itemque alia in auth. vt fine prohib. mat. debit. in verbo, senatusconsulto, paulò ante fi. Alia etiam in l. libertorum, & ibi Bald. C. de testi. & item alia in l. pactum, in gl. mag. in pe. fal. ff. de pactis.

Barba. sibi contrarius tenet non posse per mares renũciari statuto excludẽti fœminas.

10 ¶ Et id quoque præter eas gl. voluerunt Docto. vbique, scilicet Iacob. Are. Cyn. & Bald. in authen. si qua mulier. C. ad SC. Vellei. & Ioan. And. in addi. Spec. tit. de instr. edi. §. porrò, col. pen. & iterum tit. de appel. §. nunc breuiter, in addi. magna, Collec. in c. 2. ver. sed nunquid de donati. Cyn. in l. si quis pro redemptione. §. cæteris, in fi. C. de donat. Bart. & Bal. in l. 2. C. ne fideiuss. doti. den. & in l. de his, col. j. vers. prętereà ista lex, & ibi quoq; Alber. & Ang. post mediũ. ff. de transact. & ipse Bar. in l. cùm hi, in fi. prin. eo. tit. & in l. Modestinus, col. 2. ver. quęro an illis legibus. ff. de donat. & in l. vlt. & ibi quoque Angel. qui eam vnam legit. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. Bal. in l. quos probibet, in priore lec. ff. de postula. & in l. non dubiũ, in 9. oppo. C. de legib. & in l. vlt. col. 7. in 13. oppo. in fi. C. de edic. Diui Adr. tol. & in l. j. in vlt. oppo. C. de pactis, & in l. pacisci, in addi. ff. eod. tit. & in l. ius publicum, in priore lec. & ibi quoque Ias. in 4. fal. eodem quoque tit. rursùmque ipse Bal. in l. pactum inter hæredem, eo. item tit. & in l. Imperatores, in addi. ff. de contra. empti. vbi nuncupatim loquitur de consuetudine prohibitiua. & in l. 2. C. vt in pos. lega. & in l. quoties ab omnibus, col. j. vers. quæro ad euidentiam. C. de fideicom. & in l. conuenire. C. de pactis dotal. & in l. si quis in conscribendo, col. vlt. C. de epis. & cleri. vbi id dicit maximè procedere. cùm annullat ipso iure, per d. auten. si qua mulier, & ibi Cy. C. ad SC. Vellei. & in l. 2. ff. eo. tit. & idẽ Bal. in l. antiquę. §. vlt. in fi. C. eo. tit. ad SC. Vellei. & in l. j. ante fi. C. de pactis pig. & in auten. generaliter, col. 2. ver. 2 no. C. de epis. & cle. vbi tamen no. limitat, & in l. Rutilia. §. imperator. ff. de contrah. empt. & in c. ex transmissa, ante fi. extrà de renunci. & in c. cùm cõtingat, col. j. in fi. de iureiur. & con. 186. quia allegationes, col. 3. lib. 1. & cons. 215. in præsupposito statuto, in 1. dubio, eo. lib. 1. & cons. 336. iuxta casum eo. li. 1. & cons. 338. pater condidit testamẽtum, ante fi. li. 2. & cons. 381. pro parte cuiusdã, col. 2. lib. 3. & cons. 232. renunciatio non valuit, lib. 4. Ange. cons. 59. quia filia, ante fi. & cons. 94. cũ his, col. 7. vers. nec ob. si dicatur, & cons. 353. prætermitto pro decisione, col. j. Saly. in d. l. 1. in 8. qu. C. ne fideius. doti. den. Pau. Cast. consi. 255. visa quadam securitate, in prin. lib. 1. & cons. 8. in causa quæ vertitur coram domino, col. 2. vers. secundo dicta domina, eo. lib. 2. & cons. 424. ad primum quæsitum, in fi. eo. lib. 2. Roma. cons. 402. in proposita, circa medium, & cons. seq. pro decisione, col. vlt. ver. secundo quia hæc lex, vbi ad hoc allegat alias quasdam gl. quæ tamen videntur velle contrarium. Corne. cons. 135. de pluribus, col. j. lib. 2. Maria. Soci. in c. si diligẽti col. 5. vers. 2. quando loquitur de foro comp. ipse Barb. in repe. c. Raynutius, col. 94. de testa. & cons. 43. præclarè, col. 11. lib. 1. & cons. 63. sapienter. col. 2. eo. lib. 1. & cons. 38. præclarè, col. antepen. lib. 2. & cons. 56. sapienter, col. 9. vers. modò in hoc, eo. li. 2. Calca. cons. 17. quòd dicta trãsactio, col. pe. vers. nec obstat sextum. Cæpola causarum ciuilium cons. 28. casus talis, quidam erat, col. j. vbi dicit sing. gl. in d. l. j. ne fideius. doti. den. Franc. Are. in l. si Titius, col. 4. vers. non obstat text. ff. de verbo. oblig. Guid. Pap. deci. Delph. 275. vtrũ ciues, col. pe. & in l. sed & si quis §. 1. col. 5. vers. quartò facit. ff. si quis cautio. & cons. 168. statuto inclytæ, col. 6. vers. pro eadem

Constitutioni prohibitoriæ renũciari non potest.

De eadem re.

parte,

parte,lib.2.Io.Lupus in rep.rub.de don.inter vir.& vxo.§.17.col.2.vbi etiam dicit sing.d.glo. in d.l.1.ne fideiuss.dot.den.Alc.in l.ex conuentione,in verbo,sed si fundus.C.de pactis.

11 ¶Sed nec priuilegio(vt id quoque addas) probibitorio renuntiari potest, ex sententia ipsius Bal. in l.ciues,post prin.C.de appe.in id referentis.c.cum dilecti, de foro competenti.Et horum quidem ratio est,quia buiusmodi dispositiones prohibitoriæ habent vim præcepti,cuius eludendi fraudandique sola renuntiatione non facit lex potestatẽ.Quin quod fieri non vult, prohibuisse sufficiat, vt dicit text. in d.l. non dubium. C.de legib.Potentiórque est lex quæ prohibet,quàm quæ permittit,vel testimonio Quintiliani aui declamatione 374.vt probatur apud nos ex l.3.§.1.vers.sed si patronum,vbi id no.Iac.Are.Dy.& Bart.qui eum §.legunt cum prin.eius l.ff.de suspec.tut.iuncta l.j.§.consequens,eod.tit.& l.si Ruffinus,& ibi Bald. Raph. Fulg.Alex.Fran.Are.& Ias.in prin.C.de test.mil.Bal.in proœ.Decret.col.4.vers.item potentius,vbi & ad boc allegat l.Sabinus.ff.comm.diuid.Ias.qui alios citat in l.si arrogator,col.17. vers.ad idem contra.ff.de adopt.

Nec priuilegio probibitorio

Potentior prohibitio quàm permissio.

12 ¶Et alias videmus potentiorem esse negationem quàm affirmationem,gl.in c.cum dilectus. in verbo,à suspensis,vers. alij dicunt & melius, & ibi Ant.de consuet.Ex quo videmus quòd licet oratio affirmatiua & permissiua verificetur in primo actu l.boues. §. hoc sermone. ff.de verb.sign.cum si.Secus tamen in negatiua siue prohibitiua quę ad infinitum trahitur,per l.si sic stipulatus sum,& ibi Ias.in 2.no.ff.de verb.oblig.& voluit gl.no.in l.hoc genus,& ibi Bar. qui eam dicit no.Paul.Ca.qui dicit sing.ff.de cond.& demon.Old.con.16.thema tale est,Titius,cum aliis multis concord.à me late collectis in commentariis ad l.boues.§. hoc sermone in 7.limitatione.ff.de verb.sign.vbi abunde docuimus plus virium esse in negatione siue prohibitione, quàm in affirmatione siue permissione.vt tamen id illis addas,apud Romanos vno ex Tribunis plebis prohibente cæteros etiam maiore numero nihil efficere potuisse,vt testis est Plutarchus in Gracchis,non admodum longe à princ.& in Catone Vticense.

13 ¶Iam satis confirmauimus priorem Barb.rationem,qua dicit constitutioni prohibitoriæ renunciari non posse.Cur dicit ipse Barb.vt ad eum redeamus,nõ obstare tex.in l.1.ff.de feri. & in c.nonnulli,de rescrip.& in c.statutum.§.in nullo,eo.tit lib.6.vbi cõstitutionibus dictorum iurium potest per partes renunciari,licet sint prohibitoriæ,& ad hoc Bal.solus in d.c.nonnulli, ponderat illum tex. quia illæ constitutiones vltra procedunt permittendo expresse illis renunciari,sicuti etiam intelligit Bal.in d.auth.generaliter,col.2.in 2.no.C.de epi. & cle. Ang. in l.vlt.ff.de iurisd.om.iud. & idem Barb.in l.1.§.si quis ita,col.5.ff.de verb.oblig.& Ias.in d.l. pe.C.de pactis. Quinimo videtur posse ex illis iuribus probari,non posse renunciari constitutionibus prohibitoriis.Nam alias frustra d.iura id permisissent, si id alias fuisset permissum, maxime cum ex regula communi quilibet possit renunciare suo fauori. Ideo non opus erat vlterius procedere, immo id superfluum fuisset, cum tamen nihil superfluum debeat esse in nostris iuribus,vt etiam expendit Ant.Cors.in sing.in verbo, probibitoria constitutio. Sed tu de hoc vide quæ latius scripsi in rep.l.si vnquã,in verbo,reuertatur, nu. 261. decimumtertiũ, & 3.seq.C.de reuo.don.Ex quibus aperte intelliges, Barb. ipsum sibi in hac re fuisse cõtrariũ.

Responsio ad quosdã tex.qui videntur probare cõtrarium.

14 ¶Secunda ratio Barb.hæc est,quoniam statutum, de quo loquitur Bal.est conforme legi diuinæ,factúmque est propter bonum publicum siue vtilitatem publicam,scilicet ad conseruationem & dignitatem familiæ & domus,secundum no.per Cy.in l.j.C.de adul.Bal.in l.j.col. 10.vers.subsequẽter quæritur.C.de sum.trin.& Doc.vbique,& satis probatur ex l.1.§.quamuis.ff.de vent.inspi.cum ibi dicitur, publicè enim interest partus non subiici.vt ordinum dignitas,familiarúmque salua sit.Nam notandum est illud,publicè interest. Ergo non illi potest renunciari,per l.ius publicum.ff.de pac.vt etiam voluit gl.loquens nominatim in constitutione facta ob publicam vtilitatem,in d. Auth. vt sine prohib. matres,in d.verbo,Senatusconsulto,& Paul Cast.d.cons.251.visa quadam securitate,post prin.lib.1.(quamuis perperam Barb.designauit)Quæ quidem ratio & in nostro casu obtinet,quoniam huiuscemodi statutum innititur iure diuino,si diuinum ius dici debeat lex Mosaica, de qua etiam Barb. loquitur:& est factum etiam ad conseruandam dignitatẽ domus & familię,vt suprà late diximus.

Altera Barba.ratio qua impugnat cõtrariã opi.

Renunciari nõ potest cõstitutioni facta ob publicam vtilitatem.

15 ¶Hæ sunt rationes,quibus Barb. nititur infringere dictum Bal. quæ exiles admodum atque tenues mihi videntur. Prior enim nihil omnino facit. Nam statutum Bald. quod scilicet defert hæreditatem masculis,fœminis exclusis,nõ est prohibitorium,sicut nec id de quo loquimur,quod etiam defert hæreditatem primogenito,cęteris exclusis: nisi essent huiusmodi quę prohiberent expresse fœminas aut cæteros filios succedere, vel dicerent quod fœminæ non possint succedere,quæ verba prohibitionem inducunt, vt dicit Bar. in l.de his, col.j.vers.hoc præmisso,& iterũ ver.præterea ista lex.ff.de transac.per gl.in c.1.de reg.iur.lib.6.cũ aliis multis concor.à me late cõgestis in nostris Legib.Cõnubialibus,in gl.2.in verbo, *ne peut*,in prin.

Responsio ad rationes Barba.

16 ¶Sed nec simpliciter verum est, quod constitutioni prohibitoriæ non potest renunciari, sed tum demum,cum ea constitutio annullat,quo casu certe renunciari non potest,quia consensus est per legem probibitus.l.cum lege.ff.de fideiuss.& ita pulchre voluit Bal.in rep.l. 2.char. 12.col.j.vers.sed contra prædicta.ff.de iureiur.& cons.383.pro parte cuiusdam dominæ,col.2.

An semper verum sit vt constitutioni prohibitoria renunciari non possit.

vers.sed hic occurrit dubium,lib.3.Alex. qui nullam Bal.in illis locis mentionem facit, cons. 41.visis quæ subtiliter,col.vlt.lib.5.quod repetitur cons.1:6. lib.6. Neque enim constitutioni actum annullanti renunciari potest,vt no.Cy.Iac.Bu.& Bal.in auth.si qua.C.ad Velle.& in l.antiquæ.§.vlt.eod.tit. Bald.in l.si quis in conscribendo.C.de epi.& cler.& in l.pe.C.de pac. & in l.1.col.pen.C.qui bo.ced.pos.& in d.c.transmissa, ad fide renuncia.

De eadem re.

17 ¶ Et idem in effectu videtur voluisse Bar.in d.l. pacisci.ff.de pac.dum allegat tit. C. ne fide. dot.den.Ex cuius dicto no.Fran.Are.in l.1s cui bonis,col.pen.ff.de verb.oblig. quod illud tantum procedit,vt constitutioni prohibitiuę renunciari non possit.quando lex hoc expresse disponit.quod & dicit voluisse ipsum Bart.in l.ius publicum.ff. eod. de pac.vbi non illud dicit, sed hoc tantum quod & ad hanc partem facit, videlicet tum demum non posse renunciari constitutioni prohibitiuæ,quando prohibitio sit alicuius rei, quæ sit contra bonos mores, vt in d.tit.ne fideius.dot.den.Cuius ratio est,ne causa perfidiæ nascatur in matrimonio.

De eadem re.

18 ¶ Bald.autem ipse in c.nonnulli,col.j.extra de rescrip.no.ex eo tex.posse renunciari constitutioni prohibitoriæ,nisi miserationis causa fuerit introducta,vt in casu l.j.C. quan.Imper.inter pup.& viduas.Alij dicunt procedere in tacita renunciatione tantum, nõ etiam in expressa:in id citãtes Io.And.in addi.Spec.tit.de feriis.§.vlt.vers.quid si renunciatio,qui id tamẽ in meo codice non dicit.Sed ita enim citat & sequitur Lafran.in cle.sæpe, in verbo,necessitatis, de verb.sig.Alij item dicunt posse renunciari huiusmodi constitutionibus cum iuramento,vt ipse Io.And.in addi.eiusdem Spec.tit.de instr.edi.§.porro,in magna addi.quę est in fi.illius §. col.eiusdem addi.1.eum aliis multis concor.à me collectis in rep.l.si vnquam,in prin.nu.134. item iuri prohibitiuo.De quo tamen vide quæ scripsi postea nu.149.nec etiam in cõfesso.Sũt deniq; q aliter distinguũt,vt p Bal.ipsum in auth.generaliter,col.2.ver.a.no.C.de epi.& cler.

Respõsio ad aliã Barb. rationem. Quando lex,vel constitutio dicatur introducta in fauorem publicum vel priuatum.

19 ¶ Ad secundã quoque rationem in promptu est quod responderi possit huiusmodi statuta & consuetudines præferentes primogenitos cæteris,& masculos fœminis, esse principaliter introductas in fauorem priuatum:secundario vero,vt ita loquar eum nostris,in fauorem publi cum.Quia in dubio lex quæ respicit solum commodum pecuniarium,& patrimoniũ priuati, dic tur principaliter respicere fauorem priuatum,licet etiam cedat in fauorem publicum , vt est tex.apertus,in l.1.vbi & hoc dicit Bar.in fi.ff.ad munic.atque etiam in l.j.col.4. in 4.oppo. ff.sol.mat.Et bene etiam facit tex.in l.si quis decedens.§.vlt.ff.de lib.leg.vbi iussus à testatore factus de soluendo creditori,plus prodest debitori quàm creditori:licet etiã ipsi creditori emolumentum afferat.Ideo in dubio videtur factum relictum potius fauore debitoris,quàm creditoris.l.si cui legatur.§.vlt.ff.de leg.1.Et ita declarat Bar. in d. l.si quis decedens,quam legit cum lege 3.in d.§.vlt.& Fran.Are.cons.2.intellecta,col.vlt.Ideóque huiusmodi constitutionibus renunciari potest: nec per hoc dicitur lædi ius publicum,vt concludunt Bart. Bald.& alij in l.pen.C.de pactis. Can.in d.c.si diligenti,de for.compe. Rom.cons. 147. præfati consultores.ipse Barb.cons.42.illud in medium,col.pen.lib.1.& rursum cons.seq.præclare,col.11.vers. & si quispiam,eod.lib.1.Soc.d.cons.114.col.2.vers.his tamen non obstan.lib.1.

De eadem re.

20 ¶ Et propterea Sal.in l.pactum.C.de collati.prout illum refert(neque en.m in meo codice reperi)Imo.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.& Fran.Are.in d.l.vlt. col.2. C. de pactis,posteaquam dubitant,an sit verum quod dicit Bal.in d.l. vlt. filium posse renũciare statuto excludenti fœminas dotatas, vti suprà ex eo diximus.Et ob id quidem dubitant, quoniam huiusmodi statutum videtur esse inductum in fauorem publicũ,vt scilicet conseruetur dignitas familiarum,vt suprà diximus.Concedunt tamẽ quod si tale statutum est principaliter inductum in fauorem filiorum,quod minime dubiũ est ex eo quod diximus in præcedenti ver.& fatetur ipse quod possunt filij illi renunciare.Aret. Nam & Ro.de hac ipsa re loquẽs in d.l.stipulatio hoc modo concepta,col.3.ff.de verb.obl.postquam illud in contrarium obiecit,quod id statutum videbatur inductum ob fauorem publicum.Decidit tamen illi posse renunciari,vt diximus suprà nu.3.quoniam nõ sit introductum principaliter in fauorem Reip.

De eadem re.

21 ¶ Et bene facit quod no. Bar.in proœ.C.col.2.vers.venio ad vnum,& in l.ambitiosa. in 1.& 3. regula.ff.de decre.ab.ord.fac.& Paul.Ca.in l.1.§.huius studij.ff.de iust. & iur. Et quod etiam alias dicitur statui in fauorem alicuius,quod eius fauore principaliter fit,non quod secundario.l.rogasti.ibi,& maxime,& ibi Bal.in 3.no.ff.si cert.pet. & quod voluit ipse Bal.in l.j.col.2. vers.vnum scias.C.de leg. vbi allegat glo.in l.Prætor,in princ.in verbo,meum.ff.de eden. Et quæ etiam diximus in nostro tract.Retractuum,tit.1.§.30.in gl.j.nu.2.in hac antem, & seq.

Confirmatio op.Bar.

22 ¶ Ex quib.patet nõ tãti esse rationes Barb.vt debeamus à sentẽtia Bal. discedere.Tamẽ vt nõ nihil legẽtiũ ingenia exercẽã,animi causa adducã nonulla quæ ipsius Bar.op. tutari videtur. Id scilicet ꝙ scribit Henr.Bohic in c.requisisti.in fi.de test.quod quis nõ potest renũciare statuto siue cõsuetudini in præiudiciũ alterius,ar.l.quos prohibet.ff.de postul.Ex quo limitatur illa regula cõmunis,quæ cuilibet permittit renũciare fauori suo,vt procedat quantũ ad præiudiciũ renũciantis,nõ etiã tertij. Alioquin enim esset alicui liberũ priuare aliũ iure suo sine facto,aut culpa ipsius,contra tex.in l.id ꝙ nostrũ est.ff.de reg.iuris,cũ si.Et ꝙ præterea no. voluit Alb.in l.fideic.§.cũ esset,per illũ tex.ff.de leg.3.quod stãte statuto,ꝙ filia à patre dotata nõ succedat,

succedat, poterit soror petere dotari à fratre, licet frater eam velit ad successionem admittere, quod & idem voluit Alb. in 2. parte statutorum. q. 102. item quæro, cōmuniter est statutum, in fi. vbi & ad hoc alleg. l. petēdæ. C. de temp. in inte. rest. cum ibi no. Ex quo clare patet, q̄ licet frater renunciet statuto admittēdo sororē, nō tamē illi præiudicat, quin teneatur illā dotare.

VICESIMAQVINTA QVAESTIO.

An primogenitus patiendo fratres cōmuniter administrare lōgo tempore censeatur iuri primogenitura renunciare.

1 Vicesimoquinto quæro, quia ex præcedenti quæstione satis perspicuum est, posse primogenitum fratres admittere ad successionem, & ita iuri primogenituræ renunciare, An primogenitus id tacite cēseatur facere, si cæteros fratres secum permiserit habitare, bonáque primogenituræ iuuisere, administrare, componere, officialésque ponere, & subditorum inuestituras facere, & alia id genus. Super quo priuatim consultus Paul. Cast. cons. 179. in causa quam magnificus, col. 4. vers. item non obstat quod postea, lib. 1. respondit hæc nullum ius fratribus acquirere, nihílque primogenito obesse, qui id magis tolerasse permisisséque videtur causa honoris & fraternæ cuiusdam familiaritatis & amicitiæ, quàm vt sibi præiudicium faceret, ar. l. qui iure familiaritatis. ff. de acqui. pos. & l. si mulieri vsus. ff. quib. mo. vsusfr. amit.

De eadem re.

2 ¶Nec præsumitur (inquit Pau.) quis iuri suo renunciare, si alia coniectura capi potest l. sicut. §. non videbitur. ff. quib. mo. pig. vel. hypot. sol. & l. cum de indebito. ff. de probati. Cui in hac ratione addes multa quæ nos in id congessimus in rep. l. si vnquam, in præfat. nu. 128. adde & quod scribit, & iterum in verbo, donatione largitus, nu. 267. vnde si possit capi. C. de reuo. don. Subdit autem Pau. quod qui aliter vellet dicere, necesse haberet probare secundogenitum hæc quę diximus fecisse iure suo, & vt ex debito, non ex gratia. l. vlt. ff. quemad. seru. amit. & l. 1. §. Aristo. ff. de aqua quoti. & æsti. vbi concord. in glo. Et præterea quod primogenitus id sciuerit, videlicet quod secundogenitus ea voluerit facere iure proprio, & passus fuerit, per id quod in simili no. Inno. in c. bonæ, col. 2. in verbo, affuisse, in fi. gl. de cau. pos. & propri.

Renunciatio sui iuris non præsumitur si alia cōiectura capi potest.

Qua requirerentur ad inducendam eius rei præscriptionē.

3 ¶Huius con. Pau. meminit ipsemet Pau. in d. l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. pos. & eū quoque in eo. cons. nuncupatim refert & sequitur Caro. Rui. con. 34. in hac lite, col. 5. vers. nec etiā ex hoc, lib. 1. & D. Bened. qui id reputat sing. in rep. c. Ruy. in verbo, eodem testamento relinquens, le 1. nu. 146. de test. vbi tamen dicit id procedere, nisi forte primogenitus passus sit fratres suos æqualiter describi, feudáque à domino recognoscere, & ipsi domino iura feudi solue re: cum in istis cesset præsumptio honoris, sed magis onus sit, per ea quæ decidit Bart. in l. rura. C. de om. agr. deser. lib. 11. Sed hoc dependet ex his quæ dicam in seq. q. vbi videbis.

De eadem re.

Quid si primogenitus passus sit fratres æqualiter describi & feuda à domina recognoscere.

4 ¶Cæterum hanc Pau. Cast. sententiam nonnihil fulcit, quod voluit Bal. in l. licet, in j. q. C. de iure delib. quod si mortuo patre remanserint duo filij, ex quibus alter longo tempore omnia bona hæreditaria, tanquam si solus esset, altero sciente & patiente possideat, non tamen propterea censetur huiuscemodi tacens & patiens renunciate iuri suo, nec ob id ius aliquod quæritur possidenti. Et id sequitur & dicit tenendum menti esse Paul. Ca. & Corn. ibi. in princ. Et adducit idem Paul. huiusmodi rationem, quoniam taciturnitas & patientia longi temporis non inducit consensum in his quæ sunt magni præiudicij, secundum Bar. in l. cum de in rem vers. ff. de vsur. Sed & illud dictum Bal. sequitur Imo. in l. recusati. ff. de acquir. hære. vbi post Bar. & Ang. pulchre limitat. Sequitur item Alex. in addi. Bar. in l. si maior. C. com. diui.

Vnus fratrum solus possidēs hæreditatem communē longo tempore non præscribit.

VICESIMASEXTA QVAESTIO.

An primogenitus possit renunciare in fauorem secundogeniti tantum.

5 Vicesimosexto quęro, quia ex iam dictis liquido apparet posse primogenitum in fauorem fratrum renunciare iuri primogenituræ, An id possit facere in fauorem tantum secundogeniti. Ita scilicet, vt secundogenitus solus huiusmodi ius accipiat? Iac. Bel. Bal. Mar. Laud. Iac. Alua. & Cat. Alex. in c. 1. §. præterea si ille, tit. qui. mo. feud. amit. dicunt quòd sic, dum inquiunt, quod si ad primogenitum Regis vel baronis pertineat regnum, vel feudum, & is consentiat inuestiri secundogenitum, ad illum pertinebit regnum vel feudum, per illum text. & etiam per c. quàm periculosum. 7. q. 1. Et idem etiam expresse voluit Bal. cons. 275. quod pro regula, col. 4. vers. supposito autem, lib. 2. per text. in d. §. præterea, & Mart. Laud. in tract. de primogenitura, col. 6. vers. quæro an primogenitus, vbi dicit esse de mente Host. in c. licet, de vot. Et è recentioribus quoque voluerunt Iason in repe. l. quæ dotis, col. 11. vers. tertio quæritur. ff. sol. mat. & in l. si fundum per fideicommissum, col. 6. ver. item adde. ff. de leg. 1. & Iac. à S. Georg. in l. cum antiquioribus, col. pen. in 5. q. C. de iur. delibe.

Qui consentit remotiorem inuestiri, sibi præiudicat.

2 ¶Quibus concinit quod dicit Paul. Cast. cons. 84. quæstio ita vertitur, col. 2. lib. 1. quod si ille qui debuit inuestiri, expresse consentit alium remotiorem inuestiri, statim sibi præiudicat, per l. sicut. §. si voluntate. ff. quib. mo. pig. vel. hyp. solui. & l. mater. §. si autem postea. C. de rei ven. Et sequitur Phil. Dec. cons. 389. visa longa serie, col. 4. vbi & alia allegat, & Ant. Rub. cons. 133. viso casu, col. 4. vers. quarto principaliter. Et est bonus tex. in d. §. præterea, vbi gloss. (id enim volui dicere obiter) id intelligit, quocunque modo consentiat, siue tacite, siue expresse, ar. l. 2. & l. hypothecas. C. de remis. pig. & l. creditor. in fi. ff. de reg. iur. & sequuntur Iac. Bel. & Bal. ibi. Et idem tenet alia gl. in c. 1. in verbo, consentientibus, tit. an agna. vel fili. & Carol. Rui. cons. 1. videretur, col. 8. sub nu. 18. lib. 1. & Alb. Bru. cons. 40. contra dominum, ad fi. & cons. 80. omnipotentis, col. 5. vers. plus dicit. Sed tu de hoc videlicet quantum ad tacitum consensum

Etiā si tacite consentiat.

pertinet, vide quæ scripsi in tract. Retract. tit. 1. §. 1. gl. 9. in verbo, *ou lignagier*, nu. 153. sed & q.

Is se deuestit qui sua veste alium vestiri consentit.

3 ¶ Facit denique quod generaliter dicit Bal. in c. cum ordinem, col. 2. vers. item nota, quòd per consensum, extra de rescri. quod is se deuestit (verbum est Apuleianũ, vt id dicam in transcursu) qui sua veste consentit alium inuestiri, puta, inquit, de feudo, per d. c. 1. §. præterea, tit. quib. mo. feu. amit. & l. quæritur. §. si venditor, ff. de ædil. edic. Et nemo, vt opinor, dubitabit de casu nostro, qui cogitabit si primogenitus nolit succedere, secundogenitum continuo iure primogenituræ potiturum, ac si primogenitus non esset in rerum natura: etiam si ipse nominatim non renunciauerit huic iuri in fauorem secundogeniti, vt late diximus suprà in 3. q. Et vide etiam quæ dicam in seq. quæst.

An vere sibi perpetuo præiudicet, an tantum in præpostератione.

4 ¶ Illud autem non prætermiserim quod dicit Car. in d. §. præterea, illud limitando, quod suprà retulimus, non parum interesse an primogenitus permittat sequentem filium inuestiri, vt de feudo paterno, an vt de nouo. Primo enim casu sibi tantum præiudicat in præposteratione, non verò omnino in successione, quin si moriatur secundogenitus sine filiis, possit venire ad successionem. Secundo casu omnino excluditur, ar. l. creditor. §. si tecum, iuncta gl. ff. quib. mo. pig. tacite contrah. & l. sicut in annos. ff. quib. mo. vsus. amit. Et idem certe in simili casu voluit, licet non alleget, gl. in d. c. 1. in verbo, de nouo beneficio, & ibi quoque Iacob. Bel. Mart. Laud. ipse Car. tit. an agna. vel filius defunc. & alia gl. in c. 1. & ibi etiam Doc. tit. de vasal. decrep. ætat. & Carol. Rui. in d. cons. 1. in 2. dubio. lib. 1.

An autem primogenitus possit renunciando præiudicare suis liberis.

5 ¶ Sed & illud quoque secundo limita, vt videlicet possit primogenitus huic iuri renunciare, & facere locum secundogenito, si ei nulli sint liberi. Si enim aliquos habeat, non potest in eorum præiudicium renunciare, vt expresse voluit Car. Alex. in c. 1. col. vlt. tit. de feud. Marcb. per no. per Io. And. in c. licet, de voto: & per Doct. in c. grandi, de sup. negl. prælat. lib. 6. Sed & hoc quoque voluit Bal. cuius Car. non meminit, cons. 389. cuius est initium, consuetudo est in nonnullis regnis, col. 3. vers. decimosexto, lib. 2. vbi dicit per renunciationem patris apertum esse edictum filio, excluso patruo secundogenito, per l. si quis filium. C. de inof. test.

Quid si primogenitus renuncians sit minor.

6 ¶ Tertio limita, vt videlicet valeat huiusmodi renunciatio, si primogenitus ipse qui renũciat, sit maior. Nam si esset minor, non valeret ea renunciatio: aut si valeret, restitueretur primogenitus in integrum, tanquam læsus, vt dicit Mart. Laud. in d. tract. de primogenitura, quo loco suprà citauimus, dicens id esse ex mente Bal. in d. §. præterea, tit. qui. mo. feu. amit. vbi tamen nihil dicit quod ad eam rem accedat. Tamen id verum esse, nemini, vt opinor, erit dubium, præsertim qui legerit Bal. in l. 3. C. si aduer. don. Verum Mart. hoc intelligit procedere, nisi minor pubes iurauerit, per anth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. quod & voluit Iac. in d. l. cum antiquioribus, de quo vide etiam quæ dicam infrà in 28. q.

Quid si primogenitus ignoret ius primogenituræ sibi competere. Quid si dubitat.

7 ¶ Quarto limita, si primogenitus scienter, siue, vt nostri dicunt, ex certa scientia consentit secundogenitum inuestiri, sciens scilicet ius primogenituræ sibi competere: alias potius intelligeretur errare, quàm consentire, vt expresse voluerunt gl. Bal. & alij in d. §. præterea, per l. 2. ff. de iud. & l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. & l. nec ignorans. C. de don. & alia iura quæ allegant. Et hoc nuncupatim sequitur Alex. cons. 87. accurate, col. vlt. vers. non obstat etiam, lib. 6. & Ias. con. 107. in præsenti consultatione, col. 4. ver. primo dicitur, lib. 4. vbi postea subdit & hoc quoque procedere, cum is qui consentit, de suo iure dubitat. nam pro errante habetur. l. vlt. §. 1. & ibi Bar. C. de furtis, cum multis concord. à me collectis in rep. l. si vnquam, in gl. 3. nu. 96. incip. secundo modo declara. C. de reuo. don.

VICESIMASEPTIMA QVAESTIO.

An primogenitus possit renunciare in fauorem tertiogeniti in præiudicium secundogeniti.

1 SEd consequenter vigesimoseptimo quæro, An primogenitus possit huic iuri in fauorem tertiogeniti renunciare, prætermisso secundogenito. Bal. cons. 389. consuetudo est, col. pe. vers. hic incidit dubium, lib. 2. hanc quæstionem nuncupatim facit. Et dicit primum quod sic, quia ius primogenituræ cedi potest, per d. c. quàm periculosum. Item quia si primo loco admittendus consentit alium inuestiri, tenet inuestitura, per d. c. 3. §. præterea, tit. quib. mod. feu. amit. propterea ita fuit in Rege Roberto, cuius actio propter ipsius sapientiam nostra debet esse instructio. & decretalis pronunciat pro eo in cle. pastoralis, de re iud.

De eadem re.

2 ¶ Postea autem subdit, contra videri, quia dignitas non est in commercio, nec cedi potest. l. Iulianus. ff. si quis omis. cau. test. quia quæ habet ad vitam, non potest alteri post morté suam concedere. l. necessario. §. vlt. ff. de peric. & commo. rei vend. & l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. Item sufficit in conditionibus principium aduersarij extinctiuum. l. antep. de inst. & subst. Item hoc est legis & naturæ donum, quod non potest secundogenito auferri. l. si arrogator. §. sed an impuberi. ff. de adop. Item conditio actus permanentis requirit perseuerantiam facti. l. inter Castellianum. ff. de arbi. Item omnis actus procedens à potentia influente, desinit potentia desinente, cle. vlt. de procur. Item non potest primus aliquid facere in præiudicium sequentis. l. filius. §. diuus. ff. de leg. 3. Hæc Bal. qui aliter non concludit, videtur tamen vltimam partem secutus, per no. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel.

De eadem re.

3 ¶ Et eam ego quoque sequor, rationibus in ea allegatis: atque etiam per id quod dicitur, vasallum non posse in præiudicium proximioris agnati feudum cedere agnato remotiori, licet

in suupsius

in suiipsius præiudicium possit, per c. Titius, tit. si de feud. fue. contr. & ibi Doct. & late Bald. in c. j. tit. de ali. feu. vbi & alia multa adducit huc proxime pertinentia, cum concord. à me adductis in tract. Retractuum tit. j. §. 11. gl. 6. in verbo, *S'il est plus proche*, nu. 14. verum hæc res. & iterum §. 26. gl. 2. in verbo, *non estant dudict lignage*, nu. 3. & idem ante eum.

Vasallus nō potest in præiudiciū proximioris cedere vlteriori.

4 ¶ Quibus etiam motus Ias. in l. Is potest, col. 5. vers. ideo responde secundo modo. ff. de acqui. hære. scribit ius primogenituræ cedi non posse in præiudicium secundogeniti, licet possit in præiudicium cedentis. Quinimo non potest vnus fratrum partem quam habet in feudo, vni ex fratribus relinquere in præiudicium aliorum, sine eorum consensu, vt etiam authoritate multorum tex. & Doct. diximus in d. tract. Retractuum, d. §. 11. gl. 6. nu. 21. verum Bald.

De eadem re.

5 ¶ Nec quicquam mouent rationes quæ ad primam partem sunt adductæ. Prima enim & secunda loquuntur de cessione aut renunciatione facta in fauorē secundogeniti, ad quem primo loco hoc ius pertinet, si primogenitus nolit succedere, vt iam diximus. Ideóque ipse impedimento est, ne possit in fauorem tertij renunciari. Tertia autē nihil omnino concludit. Neq; enī id fuisse obseruatū in rege Roberto dicit cle. pastoralis. Nec si id diceret, nobis imponeret necessitatē obseruādi, iuxta l. nemo iudex. C. de sen. & dicem[9] in 40. q. in 24. ratiōe ꝑ patruo.

Responsio ad rationes cōtrarias.

VICESIMAOCTAVA QVAESTIO.

1 Vicesimooctauo quæro, in casu 22. & 24. q. Cum primogenitus renunciauit iuri primogenituræ in fauorem omnium fratrum, eos æqualiter admittens: vel solius secundogeniti illi dimittendo ius ipsum primogenituræ. An possit postea pœnitere, & reuocare huiusmodi renunciationem? Dic quod si fratres aut secundogenitus acceptauerit, non erit iam liberum primogenito pœnitere, vt in casu fratris qui admisit sorores ad succedendum, non obstante statuto illas excludente, voluit And. Iser. in constitutione Siciliæ incip. in aliquibus, col. 5. & ibi post eum Matth. Afflic. col. 9. ver. 3. quæritur. Sicuti etiam in simili dicemus, quod cōfessio semel acceptata amplius reuocari non potest, vt voluit Bal. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posth. ar. l. sicut. C. de actio. & obl. & sequitur Ro. in l. j. §. si quis simpliciter. & ibi Fran. Are. Bar. & Alc. ff. de verb. obl. Et Alex. con. 90. fere omnis vis, col. j. lib. j. cū aliis multis conc. à me collectis in tract. Retractuum tit. 2. §. j. gl. 5. in verbo, in limine contractus, nu. 16. quæ tamen intellige. Et similiter de renunciatione beneficij, vt postquam fuit acceptata, non possit reuocari, vt post alios late voluit Dom. in c. 2. col. 2. vers. quid si clericus, de renunc. lib. 6.

An primogenitus qui renūciauit possit pœnitere.

2 ¶ Tamen si primogenitus esset minor 25. annis, posset in integrum restitui, per l. vlt. C. de repud. hære. & voluerunt And. Iser. & Matth. Afflic. vbi supra, in casu de quo suprà diximus in præcedenti vers. & nominatim in statuto nostro Mart. Land. in d. tract. primogenituræ, col. 5. vers. quæro an primogenitus, vbi hoc dicit velle Bal. in d. §. præterea, tit. quib. mod. feud. amit. qui tamē ibi de hoc nihil loquitur. Limitat tamen Mart. nisi minor pubes iurauerit, per auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. vti etiam diximus suprà in 26. q. num. 6. Ad cuius rei confirmationem adde quòd dicit Io. Ana. in c. vlt. col. pen. de Iudæis, quod cessio iuris primogenituræ facta ab Esau Iacob robur accepit à iuramento. Nam expresse dicitur Gen. 25. Et iurauit Esau & vendidit. Certum est autem ipsum Esau pœnituisse huiusce venditionis, vt patet ex c. 27. & aliis multis eiusdem lib. expressissime ad Hebræos, c. 12. vbi scribitur Esau propter vnam escam vendidisse primitiua sua, & postea cupientem hæreditare benedictionem, reprobatum fuisse. neque enim pœnitentiæ locum inuenisse, quanquam cum lacrymis inquisisset eam. Ex quibus etiam illud quoque constat, eam venditionem ratam mansisse. Sed de hoc vltimo dicemus in seq. q.

Quid si sit minor.

3 ¶ Sed quid si secundogenitus aut cæteri fratres nondum acceptauerint renunciationem, siue ius ipsum repudiatum, an saltem tunc poterit primogenitus pœnitere, cum res sit integra. quod videtur, per ea quæ in similib. traduntur in l. quod si minor. §. Sceuola. ff. de minori. & l. sicut. §. si voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. & l. si quis suus. ff. de iure delib. & l. mancipiorum. ff. de opt. leg. & l. fil. j. §. 1. ff. ad SC. Tertul. & l. 3. ff. de cessio. bon. & l. vlt. C. de repud. hær. & l. 2. C. qui bonis cede. pos. & c. ea, & ibi gl. 1. in prin. 7. q. 1. & c. licet, de procu. lib. 6. & c. si tibi absenti, & ibi glos. in verbo, eo lapso, de præb. lib. 6. & gl. in c. si clericus, in verbo, aliam, eo. tit. & lib. & in cle. 1. in verbo, intra mensem, & ibi Doc. de conces. præb.

Quid si fratres nōdum acceptarint renunciationem.

4 ¶ Contra tamen videtur non esse opus acceptatione, sed satis esse vt renunciarit siue repudiarit, vt ius sequenti fratri vel omnibus acquiratur, sine spe pœnitentiæ: ex eo quod scribitur in l. 1. §. qui semel. ff. de succes. edic. his quidem verbis, Qui semel noluit bonorum possessionem petere, perdidit ius eius, etsi tempora largiantur: vbi enim noluit, iam cępit ad alios pertinere bonorū possessio. Et similis prope tex. est in l. si cohæredi, in princ. ff. quis ord. in bon. pos. ser. vbi scribitur, quandocunque cohæres tuus constituerit nolle petere bonorū possessionem, tibi delata tota intelligitur: & cohæres tuus amplius petendæ bonorū possessionis facultatem nō habebit. Hęc ibi. Nam vbicunque est quispiam, ad quem ius deuoluitur ex renunciatione alterius, statim ad eum ius ipsum deuoluitur, etiam ante acceptionem, vt per d. §. qui semel, dicit gl. in d. c. licet, in verbo, placebit. & ibi omnes Doc. de proc. lib. 6. Vide tamē tex. & Doc. à me citatos in tract. Retractuum, tit. 1. in fi. in 8. q. ex quibus intelliges quid hic dicendum sit.

De eadem re.

VICESIMANONA QVAESTIO.

An ius primogenituræ vendi aut cedi possit.

1 Vicesimonono quæro generaliter, An ius primogenituræ indiscriminatim cedi aut vendi possit? Et quidem plerique omnes qui de hac re locuti sunt, hoc velut minime dubium diffinierunt vendi posse, exemplóque historico iuris, vt contendunt, diuini, scilicet Esau, qui fratri vendidit iura primogenituræ, vt scribitur Gen. 25. & repetitur in epistola Pauli ad Hebræos, c. 12. & in Decretis Canonicis in c. quam periculosum. 7. q. 1. & in §. item opponitur. 22. q. 2. & aliquid in c. quisquis. 41. di. & per gl. in l. quoties, in prin. ff. de hær. instit. & in c. ecclesia vestra, le 2. in verbo, adiicere, post prin. extra de elect. Et ita videtur voluisse Host. Io. And. Ant. Car. Flo. & expressius Pet. Anc. & Pan. in c. licet, extra de voto. & Old. cons. 224. istæ sunt allegationes, col. 9. vers. allegauit secundo pro parte nepotis. & Io. An. in addi. Spec. in rub. de feu. col. 4. vers. ad contrarium. & Bar. in l. is potest, col. 2. ff. de acqui. hær. cum dicit, quod filius non potest renunciare iuri succedendi, per l. pactum. C. de coll. licet contrarium fuit factum de Esau qui Iacob fratri vendidit ius primogenituræ. Ex quo, inquit, apparet hoc ius esse distinctum à iure filiationis. Subditque hoc probari in Decretis, sed quod non recordatur de loco, qui est in d. c. quàm periculosum. Sed & idem voluit expresse Pet. An. con. 82. dicta facti narratio, col. 3. in 4. ratione. & Pan. cons. 85. in præsenti q. col. vlt. vers. præterea ius primogenituræ, lib. 1. & iterum cons. 3. nitar in præsenti, col. 3. vers. constat autem, lib. 2. Mart. Laud. in d. tract. de primogenitura, col. 6. vers. an autem ius primogenituræ, & iterum col. 10. vers. amplectamur nunc iura. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, in 6. fal. ff. de verb. oblig. Fran. Are. in d. l. is potest, col. 2. ff. de acqui. hær. Barb. con. 10. sapienter scribitur, col. antep. lib. 2. Ias. in l. pactum, col. 2. vers. vlt. fallit. C. de pac. Soc. con. 47. facti narratione, col. 5. vers. præterea nos videmus. Philip. Dec. con. 398. viso puncto, col. vlt. & Benedic. in c. Raynutius, in verbo, in testamento relinquens, le 1. nu. 189.

Et an patre viuẽte.

2 ¶ Sentiúntque omnes id fieri posse etiam patre viuente, dum se fundant in dicta venditione Esau, quæ fuit facta patre viuente. Et id expresse voluit Ang. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, & Ias. in d. l. pactum, de pact. vbi & ad hoc dicit optime facere, quod ius ipsum primogenituræ competit ex priuilegio. propterea facilius tollitur, quàm aliud ius succedendi quod competit per ius commune. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testa. mil. & nouissime Georg. Nat. in rep. c. quamuis, col. 3. vers. quinto fallit, de pactis lib. 6. & Benedic. in repe. d. c. Raynutius, in verbo, duas habens filias, nu. 244. & seq.

De eadem re.

3 ¶ Verum Bar. cons. 72. ex facto proponitur, col. 3. dicit quod licet de iure naturali valeret huiusmodi venditio etiam viuente patre, per id quod de Esau & Iacob dictum est, non tamen de Iure Ciuili, quia esset pactum super futura successione. quod & voluerunt nulla Bar. mentione facta, Imo. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, col. 2. vers. aduerte tamẽ, & ibi quoque Ro. col. 7. vers. tertia conclusio. ff. de verb. oblig. & Pet. de Monteforti in quodam cons. ad verbum relato à Matth. Afflic. qui eum sequitur, in c. 1. col. 7. vers. nó obstat ibi secundo inspiciendum, tit. de nat. succes. feu. respondénsque ad illud Esau & Iacob, quod iudicialia veteris testamenti non astringunt, nisi inquantum reperiuntur approbata, vt no. §. his ita. 6. di. quod & nos latissime diximus in nostro tract. Retractuum tit. 1. in præfatione, nu. 8. & horum quidem, & 2. seq. Addit autem Ro. posse dici & melius cessibile fuisse id ius primogenituræ, quia est contra ius naturale deferens successionem liberis æqualiter. Ideo id ius facilius extingui posse. Addit item ipse Ro. & post eum Corn. qui hanc etiam partem tenet, in l. pactum. C. de coll. quod illud fuit concessum Iacob in figura, propterea quod ex eo debebat descendere virgo Maria. Ideo meruit primogenituram, hæreditatem, & benedictionem patris. Quæ autẽ in veteri testamento in figuram concedebantur, non sunt trahenda in exemplum, vt voluit gl. in c. caue 28. q. 1. quæ ad hoc allegat optimum tex. in d. §. his ita respondetur miracula. vbi ad literã dicitur, quod multa tempore veteris testamenti concedebantur, quæ nunc penitus prohibentur.

De eadem re.

4 ¶ Hanc item partem sequitur Paul. Cast. cons. 448. non est dubium, col. 1. lib. 1. & Fran. Aret. qui & Bar. non meminit in cons. 162. diligenter & mature discussis, col. 4. vers. non obstat præmissis. & Philip. Dec. nomine quoque Bart. suppresso, in d. l. pactum, col. 6. vers. extra glo. addunt moderni. C. de colla. & D. Ferro. in commentariis consuet. Burdig. tit. de Retractu. §. 1. col. 4. vers. ex his simul. & D. Mol. in consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gl. 3. in 2. q. col. 2. vers. infero secundo, & iterum in 4. q.

De eadem re.

5 ¶ Sunt autẽ qui has opiniones ita intelligunt, vt primogenitus possit viuente etiam patre cedere iura primogenituræ, quæ sibi etiam viuente ipso patre competunt. cuiusmodi sunt multa ex his quæ tibi collegimus supra in præfatione nu. 12. sed vt de antiquioribus, & seq. sed nõ quo ad succedendum. Ita enim simpliciter voluit Alb. in proœ. ff. §. discipuli, col. 6. ver. denuo in ista materia. & nulla eius mentione facta, & Pet. ille de Monteforti, & post illum Matth. Afflic. vbi supra, & Philip. Deci. consil. 443. in casu ad me transmisso, col. 4. versic. vnde primo non obstat. Tanquam hi non obscure sentiant, non posse primogenitum viuente patre, quæ non nisi post mortem illius sibi competunt, cedere. Quod & ipsum expresse distinguens, vt diximus, voluit Iason in d. l. is potest, colum. 5. versic. tertio respondetur. ff. de acquir. hæred.

Qui &

Qui & paulò antè dixerat ius ipsum vendi posse in præiudicium cedentis, non etiã alterius, ad quem post mortem cedentis spectare debet: imo hic poterit reuocare, c.1.tit.de feud.cogn. &c. Titius filios, tit. si de feud.fue.contro.int.do.& agna. quod & ipsum quoque voluit Phil. Deci.d.cons.443.colum. 4.vers.tertiò dici potest.

6 ¶ Solus autem omnium, quos nunc meminerim, ipse Fran. Are. d. cons. 162. illud vnũ dicit, ꝙ licèt hoc ius primogenituræ vendi non possit, viuente eo de cuius successione agitur, potest tamen bene remitti, ita vt extinguatur hoc ius. Sicuti videmus in simili quòd per pactum potest remitti ius conditionale competens ex vltima voluntate, licèt cedi non possit, per l.1.& ibi no.C.de pact. Et secundum hoc intelligit quod dictum est de Esau, vt videlicet per illam venditionẽ non fuerit illud ius transfusum, sed potius extinctum, sicut extingueretur per mortem eiusdem, de qua in l.gallus.§.& quid si tantùm.ff.de libe.& posthu. *De eadem re.*

7 ¶ Quid quòd Bal. in l.cùm antiquioribus, col. penul. vers. secundò sic, ius quod non est. C. de iure delibe. voluit simpliciter id ius primogenituræ non esse cessibile, quoniã ius ætatis cedi non potest. l.si quis domum.§.hic subiungi potest.ff.loca.& l.peto.§.prædium.ff.de lega.2.& l.lex vectigali.ff.de pigno.& §.finitur, Instit.de vsufru. de quo & nos dicemus pleniùs infrà in 40.q.in 4.ratione pro patrno, vbi patebit & per se satis patet, ætatem rem esse omniũ personalissimam. Quasi intelligat Bal. vt ad eum reuertamur, quòd quemadmodum ætas propria alteri cedi nõ potest: ita nec ius competens ratione ætatis. *De eadẽ re.*

8 ¶ Quòd si verum est Bal. dictum, non solùm patre viuente non poterit hoc ius cedi, sed nec etiam eo mortuo, cùm vtrobique vigeat eadem ratio. Et ita prorsus destrueretur omniũ Doc. sententia, qui sentiunt posse hoc ius cedi post mortem, & multi etiam ante mortem. Quorũ sententiam, vt illud quoque adiiciam, cõfirmat quod voluerunt Pe.& Cy. in d.l.pactum.C. de collati. intelligentes iura quæ prohibent pactum de futura successione, procedere cùm fit cum extraneis, secus si cum fratribus, volente eo de cuius successione agitur, per l.vlt.C.de pac.& ad l.quæ de tota.ff.de rei vendi. Et idem tenet Specul. tit. de pact.§.instrumentum, post prin.& Ang. in d.l.stipulatio hoc modo concepta. in 6.fal. *De eadem re.*

9 ¶ Et hoc tenendo potest responderi ad l.pactum.C.de pac. quod loquitur in alio casu, vt ibi videre licet. Et ad d.l.pactum de collat. quod loquitur in pacto facto patri, prout etiam videtur expressum in c.quamuis, de pac.li.6.& non in pacto alteri facto, vt ibi innuitur, à cõtrario sensu. Et huius potest assignari duplex ratio. Prima, quia lex potuit suspicari, ne reuerẽtia paterna induceretur filius ad paciscendum cum patre, iuxta no. in l.1.§.quæ oneranda.ff.qua.re act.non dat. Secunda, quia facilius inducitur ad paciscendũ cũ eo, de cuius hæreditate agitur ob id maximè quia pater posset priuare hæreditate per fas & nefas, vt plerunque videmus. Quod licèt tolerari possit, tamen durum esset, vt dicit Corne. istud obtinere contra communem omnium sententiam, quæ est vt non valeat pactum de futura successione. *De eadem re.*

10 ¶ Et hæc quidem debent intelligi, quantùm ad ea pertinet quæ primogenito deferuntur ex successione parentum. Alia autem quæ successionem non respiciunt, sed ętatẽ solã, videlicet honor qui senioribus debetur, per l.semper.ff.de iure immunit.& pleraque alia quæ suprà sigillatim declarauimus in præfatione, quæ non propter successionem debentur, cùm & locũ habeant etiam ante mortẽ patris, nescio quonam pactu cedi possint cùm ætas, quæ sola illud tribuit, cedi non potest. & ita potest intelligi quod dicit Bal. in d.l.cùm antiquioribus. Non quòd velim ex eo asserere, ꝙ nunquam possit senior iuniori cedere in huiusmodi rebus, quæ sunt honorum. Potest enim maior si velit minori cedere. Sed non trahendum erit ad consequentiam, quin posteà in aliis actibus vtatur iure ętatis siue senectutis. *Quid in his quæ non sunt successionis, sed ætatis tantum.*

11 ¶ Ne autem illud pretermittam, scriptores ecclesiastici scrupulosiùs disserũt, an valuerit venditio primogeniturę facta ab Esau fratri Iacob, propterea ꝙ videtur fuisse facta tam paruo pretio, vtpote pulmento, re nullius propè pretij, vt scribitur Gen.25.& vt loquitur D. Paulus ad Hebręos 12. propter vnam escam. Tum etiam quia ius primogeniturę apud Hebręos res sacra esse videbatur, propter sacerdotium illi, vt iam diximus, annexum. Ideo si de hac re latè videre velis, lege Nicol. Ly.& cęteros recentiores Bibliorum interpretes in d.25.c.Gene. Neq; enim quicquam nostrã interest eam rem longiùs pertractare. *De eadẽ re.*

TRICESIMA QVAESTIO.

An ius primogenituræ præscribi possit.

1 Tricesimu quęru an id ius primogeniturę pręscribi possit? Soci. con. 47. cuius hoc caput est, facti narratione.& dubiis, in 4.q.li.3. hanc rem nũcupatim tractauit, constantissimé que diffinit pręscribi posse. Motus his tribus fundamentis & rationibus. Prima quia edictum de pręscriptionibus est prohibitoriũ. Regulariter enim omnis res pręscribi potest, nisi expresse prohibeatur. l.vlt.C.de præscr.long.temp.& l.sicut.C. de præscr.30. ann. At hic casus specialiter non reperitur prohibitus. Vnde, vt hoc illi addas, consequens est, vt permissus esse cẽseatur, ex legum constitutionúmque regulis, per l.præcipimus, in fi.C.de app. *Edictum de præscriptionibus est prohibitorium.*

2 ¶ Secunda ratio Soci. Ius primogeniturę cedi potest & vendi, vt iam latè probauimus in pręcedenti quæstione. Ergo & præscribi, arg.l. alienationis. ff.de verbo.signific. vbi alienationis verbum vsucapionem continet. Quam rationem confirma, quòd pręscriptio habet vim *Quod cessibile est id præscriptibile est. Præscriptio habet vim pacti.*

pacti & contractus, secundùm Bald. & Saly. in leg. 1. vtrunque in 3. no. C. de seruit. & aqua. & Lucam Pen. in l. cùm satis, col. 1. C. de agri. & censi. li. 11. cũ aliis multis concord. à me collectis in tracta. Retractuum, tit. 1. §. 1. gl. 9. in verbo, *enlignagier*, nu. 146. at maius.

Præscriptio pacto potentior.

3 ¶ Imò verò potentior est præscriptio pacto, vt voluit Spec. tit. de feu. §. quoniam, versi. 3. Quod sic probat. nam pacto sociorum non potest fundo seruitus acquiri. præscriptione potest. l. qui pro parte. ff. de seruit. & l. sed & si post princ. ff. de seruit. vrb. præd. Item ius ascriptionis siue glebæ pacto acquiri non potest, præscribi tamen potest. l. 2. & l. quemadmodum. C. de agri. & censi. li. 11. & l. 3. ff. de diuers. tempo. præscr. Item pactum de non diuidendo non valet, impedit tamen præscriptio volentem diuidere. l. in hoc iudicio, & l. si conueniat. ff. com. diuid. & l. 1. C. de anna. excep. Prætereà feudũ quod alienari non potest, præscribi tamen potest. §. si quis per 30. tit. si de feud. fue. contro. Denique licèt res litigiosa alienari nõ possit. l. lite. C. de litig. potest tamen præscribi. l. si post acceptum. ff. de rei vendi. & l. 1. C. de præscri. long. temp. Ex quibus patet præscriptionem quãrùm ad hoc habere plus roboris, quàm aliam alienationem, vt videlicet quid faciliùs præscribatur, quàm alienetur. Ex quo sequitur, vt si ius primogenituræ alienari possit, multò magis & præscribi.

Alienatione prohibita & præscriptio prohibetur.

Fauorabilior alienationis permissio quàm prohibitio.

Quod operatur propositũ in proposito, & oppositum in opposito.

4 ¶ Et cùm aliàs sit regula communis, vt prohibita alienatione, prohibeatur & præscriptio, per l. si fundum. ff. de fund. dota. & l. 2. & ibi gl. Bar. qui eã primam eius tit. legit. Bal. & Ang. C. de vsuca. pro emp. gl. in d. l. alienationis. ff. de verb. sig. Bar. Imo. & alij in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1. cum aliis multis cõcord. à me quoq; congestis, loco nuper allegato, nu. 247. sed & hunc quoq;. Consequens est vt etiã permissa alienatione, videatur & permissa præscriptio. Tum quia fauorabilior sit permissio alienationis, quàm prohibitio, per l. 1. ff. de fund. dota. iuncta l. hac edictali. §. cæterùm. C. de secun. nupt. & declarat Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. Tum quia quod operatur propositum in proposito, operetur & oppositum in opposito. l. si ex toto, in prin. ff. de leg. 1. cum si. Et ideo videmus in eadem re quòd cùm fundi dotalis, quandiu dotalis est, sicut prohibita est alienatio: ita & præscriptio, per multa iura suprà allegata. Ita & cũ desinit esse dotalis, sicut est permissa alienatio, ita & præscriptio. Et similiter quando res desiit esse pupilli, vt latè declarat Ang. in l. vlt. C. de anna. excep.

Ex contractu nõ prohibetur præscriptio.

5 ¶ Tertia ratio Soci. vt ad eũ redeamus, hæc est. Nam aut (inquit) constitutio maioritatis facta fuit in contractu, & non censetur prohibita præscriptio, vt declarat Pan. in c. cùm non liceat, de præscr. Quinimo non potuisset, per ea quæ no. Bar. in l. nemo potest. ff. de l. 1. cũ multis concord. à me allatis in d. tract. Retractuum, tit. 2. §. 1. gl. 2. in verbo, *à tel temps*, nu. 13. vt omittam. Aut in vltima voluntate, & similiter non impeditur præscriptio, vt concludit Bar. quem sequuntur Raph. Ale. & alij in d. l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1. Pan. in d. c. cùm non liceat.

Nec ex testamento.

Quantum autẽ tẽpus requiratur ad huius rei præscriptionem.

6 ¶ Subdit autem Soci. ꝙ ad hãc præscriptionem requiritur spatium 30. annorum, duplici ratione. Primùm quia procedit sine titulo, & sic non habet locum spatiũ longi temporis, sed necessario requiritur lõgissimum 30. annorũ, per l. sicut. C. de præscrip. 30. an. & no. in c. si diligẽti, de præscri. Deinde quia similiter in feudo præscribẽdo huiusmodi tẽpus requiritur per tex. in d. §. si quis per 30. tit. si de feu. fue. cõtro. Ergo idẽ dici debet de iure primogenituræ, propter similitudinẽ quæ est inter vtruoque, vt diximus suprà in 23. q. nu. 10. tertia ratio. Et id quoq;, vt id ius præscribi possit 30. annis, tenuit ante eum licet non illum alleget, And. Iser. in c. 1. §. præterea ducatus, col. 2. vers. his deficientibus, tit. de prohi. feud. ali. per Fed. vbi dicit in id requiri scientiam & patientiam aliorum fratrum, per no. in c. cùm ecclesia, in fi. de caus. poss. & proprie. & per gl. & Inno. in c. cùm dilectus, de consuet.

Sed an requiratur bona fides.

7 ¶ Sed & in id requiritur, vt ipse Soci. dicit, bona fides, quia licèt in feudo sint diuersæ opin. quantùm ad ius ciuile pertinet, tamẽ de iure canonico semper requiritur, per c. vlt. de præscri. Cui standũ est etiam in vtroque foro, cùm agatur de periculo animę, vt voluit gl. in c. possessor, de reg. iur. li. 6. Iac. Bel. loquens in feudo, in d. c. vlt. col. 6. vers. sed pone, de præscrip. Quãquam prima fronte posset videri, non posse hic esse bonam fidẽ: nisi fortè cum quis se putaret esse primogenitum alicuius, cùm talis existimaretur, & ita longissimo tempore tanquam primogenitus possedit iura primogenituræ. Et posteà apparet non esse primogenitum, sed secundogenitum per testes, qui fortè diutius abfuerant.

Quid si primogenitus possederit res quaspiã quæ nõ erãt iuris primogenituræ 30. annis.

8 ¶ Sed hæc præscriptio aliter locum posset habere in alio casu, quàm cùm dubitatur quis sit primogenitus: videlicet cùm filius primogenitus contendens res hęreditatis subiectas iuri primogenituræ, atque ita, id est, iure primogenituræ illas 30. annis possedit, scientibus & patientibus cæteris iunioribus fratribus. Nam in hoc casu nuncupatim loquũtur And. Iser. & Soci. locis suprà citatis. Nec abs re dixi iure primogenituræ 30. annis possedisse, propter ea quę no. in l. qui iure familiaritatis, & l. communis seruus. ff. de acqui. pos. & l. si mulieri vsus. ff. qui. mo. vsusfr. amit. & l. meritò. ff. pro socio. cum si. & quę diximus suprà in 25. q.

9 ¶ At D. Cirier. & Moli. de alio casu loquentes, videlicet cùm quis, qui non est primogenitus, præscribere voluit eam qualitatem primogeniti, & consequenter ius primogenituræ aduersus ipsum verum primogenitum: scilicet Cirier. li. 3. tractatus primogenituræ, qu. 9. eadémq; vl. Moli. in Cõmentariis cõsuetud. Paris. tit. 1. §. 8. gl. 3. q. 5. In quibus locis tenẽt scilicet Cirier

posse

posse hanc præscriptionem procedere inter fratres, vt scilicet frater secundogenitus præscribat aduersus primogenitum: extraneus autem præscribere nõ possit. Nã filiatio præscribi nõ potest, nec ideo suitas, Bal. in l. 1. C. quan. non pet. part. vti nec ingenuitas, gl. in l. nemo. ff. de vsucap. Et ita quoq; illũ refert & sequitur Moli. vbi suprà. Sed attẽde, lector, ne erres. Nã Bal. in d. l. 1. illud nõ dicit ad quod illi eum allegant, sed aliud nõ omnino absimile, in col. 4. vers. primæ q. scilicet, nomẽ hęredis præscribi nõ posse aduersus verũ hæredẽ, nec per mille quidẽ annos, quod plus est si verũ sit, quàm quod de filiatione dictũ est. Ipsum tamen Bal. vbi suprà ad hoc vt suitas præscribi non potest, citat & sequitur Ro. in l. quandiu, la 1. ante fi. vers. quid tamen dices. ff. de acqui. hære. & in l. is qui putat, post prin. eo. tit. Quantùm autẽ ad 2. eorum allegationem, nulla est l. nemo. ff. de vsu cap. Et credo eos voluisse allegare gl. in l. nemo. ff. pro legato, quæ videtur dicere legitimatem, si ita loqui sit permissum, vsucapi non posse. quam sequitur & dicit sing. Ro. in d. l. is qui putat. Et idem, ea gl. nõ citata, voluit Bal. in l. nullo, col. 1. vers. sed pone quòd aliquis, C. de rei vend. per tex. in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de rit. nupt. vbi temporis diuturnitas non facit quem legitimum, sed inducit principem ad legitimandum. Sed & idem Bal. in rub. ex. de præscrip. in fi. dicit, quòd filiatio præscribi non potest l. iustè. ff. de vsucap. quia naturæ non congruit, ciuilia autem naturalibus conuenire debent. l. confessionibus. ff. de interro. acti. Nec etiam, vt subdit, spurius vllo tempore potest fieri legitimus, quia est de reseruatis principi quæ præscribi non possunt: sed in id necessaria est dispensatio, vel priuilegium principis, per tex. vt ipse dicit peregrinum in §. diuus. De veritate tamẽ illius gl. videbis Alberi. & Angel. in ea ipsa l. nemo. Illud tamen non omittendum quod ad hunc locum pertinet, quòd dignitas ingenuitatis & primogenituræ ęquiparantur à Bal. in l. cum antiquioribus. col. antepe. ver. tertiò arguo ad idem. C. de iur. delibe. quem in id expendit Matth. Afflic. in c. 1. col. 4. vers. decimò arguitur, tit. de success. feud.

Quid si qui non est verè primogenitus vt primogenitus possedit.

10 ¶ Cæterùm ipse Moli. vbi suprà, constantissimè tenet, nec per vnum quidem ex fratribus ius præscribi posse, tum illis rationibus Cirier. tum etiam quia id ius datum est primæ genituræ, siue natiuitati. Ideo sicut iura sanguinis & agnationis sunt immutabilia, & nullo iure Ciuili dirimi possunt. l. ius agnationis. ff. de pactis, & l. iura sanguinis. ff. de regul. iur. & l. abdicatis. C. de patri. pote. Sic nec iura præcisè & immediatè data a lege, ipsi sanguini vel naturæ. Tum quia quod fieri non potest per verũ & expressum cõsensum, nõ potest induci per præscriptionẽ, quę, vt id addam, tacitũ cõsensum inducit, gl. in l. si mulier. §. 1. in verbo, ratũ. ff. quod met. cau. Bar. in l. filiusfa. §. Diui, col. vlt. ff. de lega. 1. & latè diximus in tracta. Retract. tit. 1. §. 1. gl. 9. nu. 246. at maius, & q. seq. Aliàs tacitũ plus operaretur quàm expressum, cõtra no. in l. cùm quid. ff. si cert. peta. & in l. 5. ff. de lega. 3. cũ si. Nullo autem pacto fieri potest, vt is sit primogenitus, qui non est. Et certè vix credẽdũ vt quis possit præscribere se esse primogenitũ alterius, qui minimè est: sed si est primogenitus, potest præscribere, vt tanquam talis ius aliàs competens primogenito obtineat, secundum id quod diximus num. 7. Et vide quæ scripsimus suprà tractatu præcedenti de Nobilitate, c. 14. quo tractamus an nobilitas præscribi possit.

De eadem re.

TRICESIMAPRIMA QVAESTIO.

1 TRicesimoprimo Quęro, natus est cuipiam adhuc priuato filius, deinde & illi Regi facto alius, vter eorum Rege mortuo tanquam primogenitus Regis succedet in regno? Res hæc admodum dubia est, vt in qua multi primi nominis in legibus, nihil certi diffiniant, veriti, vt credere est, fallere fallique, si rem palàm iudicassent. Inter hos sunt Bar. & Io. Fab. in l. imperialis. §. illud bis. C. de nup. ille aliò remittere negotium contentus: hic in vtranque partem aliquid adducere. & Alberi. Rosa. in l. Senatoris filium. ff. de Senat. & in l. moris. §. parẽtes. ff. de pœnis. & in prima parte statutorũ, quęst. 157. incip. sed supponamus. & in suo repertorio, in verbo, Senatoris filius. & Feli. in c. inter cęteras, in prin. de rescrip. qui omnes rem hanc veluti in medio reliquerunt.

Quis præferatur in regno an primogenitus natus ante regnũ an post regnum. Qui dubitarũt.

2 ¶ Pro nato autem post regnum adeptum facit tex. in l. si Senator. C. de dignit. libr. 12. vbi non sequitur paternam dignitatem, qui ante susceptam dignitatem susceptus est. Ex quo no. ibi Bar. quòd non dicitur filius Regis, qui natus est antequam pater Rex esset, quod & ante illũ dixerat gl. in d. l. imperialis. §. illud bis adiungimus, in verbo, natę sunt. C. de nup. vbi & illud quoque addit, quòd non dicitur filius sacerdotis, qui natus est ante sacerdotium. Sicuti è diuerso non dicitur filius scenicæ, qui natus est postquam mater desiit esse scenica, vt dicit tex. ibi. Et illam gl. sequitur Bar. in l. cùm satis, col. vlt. & ibi quoque Io. Plat. C. de agri. & cens. lib. 11. vbi tamen ipse Bart. nõ simpliciter loquutus de filio regis: sed de primogenito filio Regis, tanquã scilicet nõ dicatur filius primogenitus Regis, qui natus est ante dignitatem regalem. Et Baldum illam gl. simpliciter allegat in l. in suis. ff. de liber. posth. Pet. Anca. & Philip. Fran. in c. ne aliqui, de priuil. lib. 6. qui ex hoc dicit, huiusmodi filios non gaudere priuilegio concesso Regibus & eorum filiis. & Ioã. Ana. in c. 2. col. vlt. vers. quid autem si filius, de Iudæ. Ioan. Plat. in l. cùm adoptiuum. C. de Decur. lib. 10. & idem sensisse videtur Zenze. in extrauag. execrabilis, in versi. nec itaque, in verbo, filiis, in multis quęst.

Pro nato post regnũ.

3 ¶ Facit præterea text. in l. si quis Decurio, aut subiectus, & in l. Doctitij, & in l. neminem, non semel

Ad idem.

ſemel.& in l.diuæ memoriæ,& in l.vlt.etiam non ſemel.C.de Decur.lib.10.quibus cauetur filios natos ante Decurionatum patris non gaudere priuilegiis dignitatis paternę,ſed tãtùm natos poſteà.propterea ex dicta l.vlt.no.gl.in c.iam itaque j.q.4.non dici filium Decurionis, qui natus eſt antequam pater eſſet Decurio.& ibi Cardi.Ale.Ad quod etiam eſt bonus tex.in l.ex libera,ibi,nec vt Decurionis filius.C.de ſuis & legi.Facit item tex.in l.j. §.vlt. ff.de bono. poſ.cont.tabu.& in l.ſi necé.§.ſi deportatus.ff.de bonis libe. & in l.filij.§.Senatores,ibi,qui eo tempore nati ſunt.ff. ad municipa. & in l.quicunque, verſ.ſi verò poſtquam adeptus fuerit principatum.C.de prin.agen.in rebus,lib.12.vbi no. Lucas Pen. quòd dignitas patris nullũ commodum affert filio nato ante dignitatem. Sed & ex eo not.Ioan.Plat. quòd non dicitur filius principis,qui ante principatum natus eſt.

4 ¶ Et eſt generale vt filij eam parentum dignitatem aut conditionem ſequantur,quæ eſt tẽpore aut natiuitatis,aut certè conceptionis:nõ quæ antè fuit aut poſteà,per tex.in l.2.C. de lib. & eorum libe. Ex qua no.Bald. delicta parentum non nocere filiis primò natis, ſed tantùm naſcituris,quoniam contrahunt rubiginem à linea iam infecta.& per tex.in l.emancipatum. §.j.ff.de Senat.vbi ſi natus eſt filius poſt dignitaté iã amiſſam,nihil ea dignitas prodeſt filio. quẽ tex.dicit optimum Petr.Anc.in dicto.c.ne aliqui,de priuil.lib.6.ad hoc ꝙ filius Regis nõ dicitur,qui poſt adeptũ regnũ natus eſt.Et per eum etiam dicit Calderi.conſ.3.incip. an filij orthodoxi,tit.de hęre.quòd filij nati ante hęreſim patris non afficiũtur pœnis à iure filiis hęreticorum indictis,præſertim illis quæ excludunt ab honoribus.& ſequitur Domi.in cap.2.§. hęretici,in fin.de hęre.lib.6.& Io.Ana.in c. vergentis,ad fi.extrà eo.tit. cum multis in eandẽ rem concord.adductis per gl.in d.l.imperialis.§.illud his.C.de nup.

Ad idem.

5 ¶ Adiuuat & hanc partem text.in l.2.§.in filiis.ff.de Decur.vbi non is ſolus Decurionis filius dicitur,qui natus eſt ex Decurione,ſed & qui antequam pater Decurio eſſet, natus eſt,quãtùm ad id ne fuſtibus caſtigetur,& ne in metallum detur.Ex quo facilè colligitur,id tantùm procedere,quantùm ad pœnarum genera,non etiã quò ad dignitates & honores, vt dicit gl. ibi,in verbo,quantùm pertinet.& Alberi.in dicta l.imperialis.§.illud his.& Io. Plat. in dicta l.cùm adoptiuum. C.de Decur.lib.10. Ideóq; ex illo tex.in d.§.in filiis.Bart.ibi not.filiũ natũ ante nobilitatem patris nõ eſſe nobilé.de quo & nos in tractatu Nobilitatis pleniùs diximus. c.15.nu.7.extende3.Et eſt in idem text.loquens etiam de generibus pœnarũ,in l.moris. §. ſed vtrùm ij ſoli.ff.de pœnis,vbi dicitur quòd non ſolùm patre Decurione,ſed & qui plebeio, videlicet antequam Decurio eſſet,nati ſunt, non debent iis pœnis affici, quibus nec Decuriones. Et text.loquuns generaliter in omnibus liberis in l.diuo. C.de quæſtio.

Ad idem.

6 ¶ Addunt aliqui vltra ea quæ diximus rationem,quæ tantùm Reges & cæteros illuſtres,non etiam alios reſpicit.Nam natus ante dignitatem patris quæ illum illuſtrem facit, nõ illuſtris eſt,ſed tantùm clariſſimus,vt voluit gl.in dicta l.Senatoris filium.ff. de Senat. & in dicta l.ſi Senator.& ibi And.Bart.& Ioã.Plat.C.de dignit.libro duodecimo.& Alberi.in dicto. §.illud his.At Reges illuſtres ſunt.vt no.in l.j.C.de offi.eius cui mand.eſt iuriſd. & plenè per Ant. Corſe.in trac.de pote.& excel.Regi.q.219.

Ad idem.

7 ¶ Qui hanc partem tenent,reſpondent ad d.l.Senatoris filium. ff.de Senator.& c.ad extirpãdas,de fil.presb.quæ nos ſtatim pro cõtraria parte adferemus,vt d.l.intelligatur largo modo & in materia fauorabili,quod ſatis patet ex eo quod idem tex.dicit, filium adoptiuum dici Senatoris filiũ.Secus in noſtro caſu in quo de prędiudicio alteri⁹ agiť. D.autẽ c.ad extirpãdas, loquitur quò ad effectũ de quo ibi agitur: & in effectu voluit dicere ille tex. ꝙ repellitur fili⁹ in illo caſu,ſiue ſit legitimus,ſiue nõ & propter id dicitur ibi,ſiue natus in ſacerdotio,ſiue nõ. Et ita hos text.refellit Deci.in c.inter cæteras,de reſcr.vbi tenet hanc opin.vt ſtatim dicemus

Ad idem.

8 ¶ Propterea vt ad quæſtionem in ſpecie accedamus.Sunt multi & ij quidem maxima autoritate,qui ſimpliciter tenent,non ſuccedere in regno, aut alia dignitate, qui ante dignitatem natus eſt, videlicet Cyn.in d.l. emancipatum. ff.de Senat. prout illum refert Tancredus de Corneto,& poſt illum Panor.qui & hoc videtur voluiſſe in c.licèt,col.vlt.ver.quæro conſuetudo eſt,extrà de voto.Collecta.in c.ex tenore,in prin. extrà qui fili.ſunt legit.Dyn.in dicta l. 2.§.in filiis.ff.de Decurio.& in dicta l.moris.§.ſed vtrum.ff.de pœnis,Iac.Ra.& And.Piſa.in dicta l.Senatoris filiũ.ff.de Senatori. prout illos retulit Alberi.in ea.l.& ipſe Alberi.vt à multis citatur in prima parte ſtatutorum,q.157.incip.ſed ſupponamus,vbi tamen de ea re, vt etiã ſuprà diximus in prin.huius q.ita loquitur, vt neſcias in quã partem inclinet. Hanc quoque partem tenet ſimpliciter Signo. Homod.loquens in regno Franciæ,conſ.37.factum ſic proponitur,quædam mulier,col.vlt.& Lucas Pen.in dicta l.ſi Senator,in fi.per illũ text.C.de Sena. li.12.& Fulgo.in dicta l.Senatoris filium,per gl.ibi.ff.de Senatori.Fran.Cremon.ſing.50.vidi pulchrã diſputationẽ.& ibi Io.Bap.Caſte.in addi.qui & hoc dicit ſe publicè diſputaſſe. Mar. Laud.in tracta.primogenituręcol.8,ver.rurſus quęro.& Nic.Peruſ.in tract.de ſucceſ.ab inte. in prima parte prin.in 6.ſpecie liberorum,col.6.ver.& hæc faciũt ad aliam quęſt. Card.Alex. in c.Adrianus.63.diſt.Philip.Deci.in d.c.inter cæteras,col.5.de reſcrip.& Catel.Cota. in memoria. primogenitus,verſ.ſed quid ſi Rex,vbi hoc reputat ſing.& And. Alcia.in l. bona fides,

Qui hanc partem tenent.

in verbo,

in verbo,reus capitalis.ff.depofi.Bonus Curt.in tracta nobilitatis, parte 3.ad fi.Et in hac itē op.videntur esse Bart.& alij suprà citati num.2.& Catel.Cota.in memo.incip.primogenitus, col.1.versic.sed quid si Rex.

Huius opi. cōfirmatio ex historiis.

9 ¶In hanc sententiam Herodotus in Polymnia,qui est lib.7.statim circa initia describit histo riam barbaricam quidem illam, sed quæ instituto negocio optimè conuenit. Cùm Darius Hystaspis filius,Persarum Rex aduersus Græcos Aegyptiósque pararet expeditionē, ingens inter eius liberos de principatu orta est dissensio, quoniam ex instituto Persarum oportebat ita demum Regem ire in expeditionem, cùm Regem successorem declarasset. Erant autem Dario iam antequā regitaret liberi tres è priore vxore Gobris filia suscepti,& post partū regnū alij quatuor ex Atossa Cyri filia.Superiorum maximus natu erat Artabazanes: posteriorum Xerxes. Qui cùm ex eadē matre non essent, disceptabant Artazabanes quidem, quòd omnis paternæ sobolis ipse maximus natu foret,cùm apud vniuersos homines sit institutū, vt maximus natu liberorum obtineat principatum:Xerxes verò,quòd ipse Atossa genitus esset filia Regis qui Persis libertatem peperisset.Dario nondum ferente sententiam, aderat fortè Demaratus Aristonis,qui per id tempus altercationis Spartano regno exutus, ac Lacedæmone profugus,Susa ascenderat.hic vir audita liberorum Darij controuersia, adiit, vt fama fertur, Xerxémque admonuit,vt ad cętera quę pro se dicebat,hoc adderet,se quidem genitū è Dario iam Rege & Persarum regnum obtinente:Artabazanem verò è Dario adhuc priuato. Proinde neque æquum neque iustum esse alium quempiam, potiusquàm se illam dignitatem adipisci:quoniam Spartæ quoque sic vsurparetur,vt si cui antequam regnet filij nascantur, deinde Regi iam alius,huius posteà nati successio regni sit.hac à Demarato subiecta ratione vtentem Xerxem,tanquam iustè dicentem Darius regem declarauit.

De eadem historia.

10 ¶Eandem historiam & Trogus,quíque ipsius epitomen fecit Iustinus lib.2.recensent,in hoc tamen ab Herodoto dissentientes,quòd post Darij obitum hanc dicunt controuersiam actā, & ab Anapbarne vtriusque patruo diiudicatam atque compositam. Arthemenémque eum appellat, qui Herodoto Artabazanes nuncupatur. Sed & eam quoq; tetigit Plutarchus in Artaxerxe,vt posteà dicemus,& in libello de fraterna beneuolentia,vbi ille maiorē natu filiū Ariamenē appellat,dicitque hāc cōtrouersiam ab Artabano Darij fratre fuisse diiudicatā.Sed & hanc quoque è nostris referunt ex Iustino Lucas Pen.in d.l.si Senator.C.de dignit.li.12.& Nicol.Perus.in d.tractat.de succes.ab intest.& D.Citierus in tractatu primogenitur̨ lib.3.q.12.in qua hanc nostram principalem quæstionem latissimè & doctissimè tractauit.

Ex Iosepho

11 ¶Nec hinc dissentit quod Iosephus scriptor primæ classis acerrimiq; iudicij,lib. Antiquitatū, 16.c.3.veluti indignanter,nec sine bile retulit, Herodem Regem,postpositis Alexandro & Aristobolo suis & Mariannæ filiis,successorem in regno sibi designasse Antipatrum,ante principatum,& de priuata vxore sibi genitum.

Pro nato ante regnū.

12 ¶Sunt tamen qui contrà asserunt præferendum esse primogenitū omnium,etiam natū ante patris principatum,per d.l.Senatoris filium,in fi.ff.de Senat.vbi scribitur in hæc verba, Nec interest an in Senatoria dignitate constitutus eum susceperit,an ante dignitatem Senatoriam. Pro quibus est & tex.in l.cùm aduocatio,in verbo,cum liberis quandocunque genitis, & ibi Albert.C.de aduo.diuer.iudicio.& in l.2.C.de aduo.diuer.iudicum,vbi scribitur,Cum liberis iam natis,vel posteà procreandis.& in l.neque Dorotheum,ibi,& si ante paternas illustres dignitates natus est,& alibi sæpe.C.de Decur.lib.10.vbi filij quandocunque geniti gaudent patris dignitate & priuilegiis. Et d.c.inter cęteras,ibi filius sacerdotis & in sacerdotio genitus extrà de rescrip. Ex quo probatur esse filium sacerdotis eū, qui ante sacerdotiū natus est. aliàs enim frustra tex.subdidisset ea verba,& in sacerdotio genitus. Et ita illic per illū text. volunt Panorm. Maris,& Fran.Ripa.& idem Maria.in repe.c. veniens,in 2.no.de accusat.Sed & de hoc est clarior tex.in c.ad extirpandas,extrà de fili.presbyte. Nam primùm filios presbyterorū simpliciter vocat.& posteà de iisdem loquens,dicit,siue geniti sint in sacerdotio, siue non. Ex quo constat nihil interesse vt filij presbyterorum dicantur, siue nati sunt post sacerdotium, siue ante. Et rursum in c. adhęc,eod.titu. vbi primùm nominantur à Pontificibus generati: deinde autem subiungit,quòd si ij sint ex legitimo matrimonio procreati (& ita ante pontificatum)nec aliud canonicum obuiat,licitè possunt ad sacros ordines ascendere: & in eisdem ecclesiis,in quibus præsunt vel præfuerunt genitores eorum,beneficium obtinere.

Ad idem.

13 ¶Item successio post mortem competit.l.j.§.si impubes.ff.de collat.bon.sed natus ante partū regnum reperitur primogenitus tempore mortis,ergo præferendus,per l.si quis filio exhæredato,in secundo responso.ff.de iniust.& rup.testamen.& l.capitis.C.vnde cogna.& l.j.§.proximus.ff.eodem titulo,& l.non intelligitur.§.quando.ff.de iure fisci,& §.proximus,Instit.de legi.ag.suc.vbi proximus quis per hoc tempus requiritur,quo mortuus est is,de cuius hæreditate quęritur. Nec enim oportet priùs quæri de conditione alicuius,quàm hæreditas vel legatum ad eum pertineat.l.non oportet.ff.de legatis secundo,& l.interuenit,de lega. præstan. Non inspicitur igitur quod priùs fuit,sed quod nunc est,l.quod ita ff.de ædi.edic.& c.ferrum 50.dist.& c.non enim,& c.non est,quod est vlt.32.q.j.& c.eam te,de rescrip.

¶Adhæc

14 ¶ Adhæc si aliter diceremus, absurditas maxima hinc sequeretur, videlicet quòd si Rex decederet relicto vnico filio qui natus esset ante partum regnum, is non succederet. Sequeretur item & alia absurditas, quòd præferrentur in successione regni aut comitatus, nati post digni tatem illius de cuius successione agitur, exclusis anteà natis, proximioribus forte in gradu, contra iura, quæ primo loco admittunt proximiores, per d. §. hæreditas. Et alia quoq; generalia, videlicet quòd filij non succederent in quibuscunque rebus post eorum natiuitatem acquisitis, sed eos excluderent posteà nati, quod nullo iure cautum repetitur: quin ex iure communi liberi omnes nullo delectu æqualiter succedunt, vt suprà latè diximus in 4. q.

Ad idem.

15 ¶ Adde & hanc rationem, quia filiationis substantia & proprietas habetur à patris substãtia, non à qualitate patri adhærenti, quia qualitas patris non generat, sed generatũ & natum cognominat. Nam natus ex B. tunc Senatore, dicitur filius B. Senatoris, & tandiu sic nominandus est, quandiu pater à Senatu remotus non est. At patre posteà remoto, non est dicendus filius B. Senatoris, quoniam secundùm illud tempus, quo sic profertur B. non est Senator, sed fuit. Tamen adhuc ei quædam priuilegia reseruantur, quæ non amittit, propter casum patris d. l. moris. §. iste, & sequen. ff. de pœnis, & dicta l. 2. §. in filiis. ff. de Decurio. & d. l. emancipatũ. §. 1. ff. de Senat. Et isto respectu, dicetur etiam filius Senatoris, vt ibi dicitur. E diuerso quoq; natus B. nondum Senatore, non dicitur tunc filius Senatoris, sed filius B. plebei. Sed B. posteà facto Senatore, tunc dicetur filius B. Senatoris, quandiu durabit ea dignitas, per tex. eum non cauillando, in d. l. Senatoris filium, in fi. & in d. §. in filiis.

Ad idem.

16 ¶ Et id confirmatur ea ratione, quòd qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundùm tẽpus verbi cui adiungitur. l. in delictis. §. 1. & l. quod ait prætor. §. Iulianus. ff. de noxa. & l. Titius. ff. de testa. mili. vbi est text. optimus ad rem de qua agimus, quòd testamentum militis dicitur etiã quod tũc miles fecit antequàm cinctus esset. Et sic in casu de quo tractamus, qualitas significata per illud verbum, Senatoris, debet inesse secũdùm tempus præsens, si per verba præsentis temporis loquimur: & secundùm tempus præteritum, si per verba temporis præteriti loquimur. Et hæc ratio & præcedens est Sal. in d. l. imperialis. §. illud bis. C de nupt. vbi hanc partem sequitur, vt statim dicemus, & respondet ad eum text. quia ibi propria filiorum macula obsistebat priuilegio. Sed in nostro casu nihil inest personę nati ante dignitatem, quod ei obsit. Item ibi de priuilegio agitur, hic de beneficio, & lege regni interpretanda & declarãda.

Ad idem.

17 ¶ Et huc quoque pertinet quod scriptum reliquit Bald. ille nostrorum legum interpretum (Accursium & Barto. semper excipio) facilè princeps, sed qui omnes acumine ingenij (pace omnium dixerim) nemine dempto superauit, in l. 2. ad fi. ver. item nota quòd distinctio. C. de liber. & eor. liber. quòd in fauorabilibus factum patris indistinctè ac sine delectu & discrimine prodest liberis tam natis, quàm nascituris. Et ideò (inquit) recepto patre ad ciuitatem, vel extimum, vt appellat, ciuium, omnes filij gaudent priuilegio illius extimi, per no. l. 2. C. qui æta. se excu. lib. 10. vbi gl. vt ex ea omnes vbique assumunt, dicit extimum patris, esse extimũ filij. De quo nos latissimè disseruimus in repe. l. si vnquam, in priu. nu. 23. iam satis. C. de reuo. donat. vbi & hoc dictum Bal. inter plurima alia adduximus.

Ad idem.

18 ¶ Et hanc quoque opinionem non modicum fulcit quod in simili à viris doctis scriptum est, quòd si in facultate legitimãdi excepti sunt filij Comitum. Si quis suscepto antè filio naturali comitatum consecutus est, non poterit huiusmodi filius ex ea facultate legitimari, tanquã is existimetur, & sit filius comitis, quamuis ante comitatũ natus. Ita voluit Ant. Rosel. in suo amplissimo tractatu legitimationis, q. 61. vbi & ita dicit se cõsuluisse, & Zoch. qui & in eã rẽ dicit se vidisse plura cõsilia, & se quoque simul cõsuluisse, in c. per venerabilẽ. & ibi etiã Card. Alex. in §. quod autem, col. 116. vers. quæro secundò principaliter, extrà qui filij sunt legitimi.

Ad idem.

19 ¶ Postremò hæc pars in casu de quo loquimur, non caret autoritate nostrorum, vt scilicet natus ante regnum præferatur nato posteà. Ita enim in specie tenet Guid. Suz. in d. l. Senatoris filium. ff. de Senatori. per eum text. quem conciliat cum dicta l. si Senator. C. de dignit. lib. 12. vt videlicet filius natus ante dignitatẽ præferatur quò ad bona & successionẽ. Natus posteà, quo ad honores & dignitates. & Saly. in d. l. imperialis. §. illud. C. de nupt. Alex. aut quisquis est, in addi. Bal. in l. cũ antiquioribus, col. 5. super ver. modò quæritur. C. de iure delib. Nico. Mil. in suo repertorio, in verbo, filius primogenitus sicuti, in fi. vbi erranter pro hac op. citat Bart. in d. l. cum satis. & nouissimè Frã. Ripa. in d. c. inter cæteras, col. 2. vers. & inducitur, extrà de rescrip. & D. Cirierus in d. tract. primoge. in d. 12. q. lib. 3. & Moline. in consuet. Paris. ut. 3. §. 8. gl. 3. q. 11. eadémque vlt. Et ad hanc quoq; op. trahitur à nonnullis Albe. in d. l. Senatoris. ff. de Senat. & in tract. statut. parte 3. d. q. 152. vbi certè videtur inclinare in hanc partem.

Qui tenent præferri na tũ ante regnum.

20 ¶ Necearet item hęc posterior opinio exemplo. Nam cùm Bela huius nominis secundus Vngariæ, quæ ante Pannonia dicebatur, Rex in priuata fortuna Geicam, aut, vt alij vocant, Geisam filium suscepisset, Rex autem posteà factus Lasdilaum, Stephanũ, & Almum, successit Belæ patri mortuo Geica ante regnum natus, suis fratribus post regnum natis antepositus, quos res nouas, vt regnum vsurparẽt, molientes, facilè pepulit, vt à Michaële Riccio in regibus Vngarię scriptum est.

Eius opi. cõprobatio ex historiis.

¶ Sed &

21 ¶Sed & ab antiquitate quoque exemplum eius rei repetamus. Scribit Plutarcbns in Artaxerxe. Cum Dario Persarum regi ac Parysatidi ipsius vxori, essent filij Artaxerxes ipse natu maximus, & Cyrus ætate post illum proximus, & alij duo. Mater Cyrũ maiori charitate amplexa, eum in regno succedere, postposito Artaxerxe, cupiebat: nitebatúrque, non sane probabili (quod ipse Plutarchus dicit) ratione, ea qua olim Xerxes priscus, Demarato Lacedæmone autore, vsus fuerat. Artaxerxem se priuato Dario Cyrum Regi peperisse, nec tamen suadendo perficere potuit, vt id obtineret. Nã qui ætate anteibat Rex cõstitutus est. Ex quibus plane potes intelligere Plutarchũ virum in omni doctrina admirabilẽ huic opinioni subscripsisse.

Ad idem.

22 ¶ Nec desunt in hac tanta controuersia, qui non parum referre dicunt, an consuetudo vel statutum deferens successionẽ primogenito, loquatur simpliciter de primogenito sine alia adiectione: an verò de primogenito Regis, comitis, & similium, vt scilicet primo casu præferatur primogenitus ante regnũ: secundo casu, primogenitus post regnum. quasi is dicatur primogenitus Regis, de quo loquitur consuetudo, non cæteri nati ante. Ita expresse voluit Bal. post Iac. Bel. in d. l. imperialis. §. illud his. C. de nupt. & idem Bal. in l. vlt. C. de Decur. lib. 11. vbi allegat l. Titius. ff. de test. mil. & l. de eo qui. §. vlt. ff. de falsis, & d. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de nox. & sequitur Iac. Alu. in c. j. col. vlt. & ibi etiã Car. Alex. col. 2. vers. quæro si ante regalẽ, tit. de feu. march. Et cũ hac op. videtur cõuenire Fel. in c. prudentiam, col. 3. ver. quid si aliquis est natus, de offic. del. dum fatetur, quod natus post regnũ adeptum bene dicitur filius Regis, sed non primogenitus Regis, quia ab eo nõ fuit genitus, tanquã à Rege, sed tanquã à priuato.

Distinctio an constitutio loquatur de primogenito, an de primogenito regis.

23 ¶ Declarat autem Bal. in §. illud. quando dicatur pater regnum adeptus, vt filius ipsius vocetur filius Regis. Nempe, ait, per coronationem, per d. l. Titius & d. §. si extraneus. De qua re superfluum est in hoc loco disputare, cum non sit præsentis tractationis. Sed si tu de ea videre velis, lege Cy. Bar. Alb. Sal. late, & cæteros in l. bene à Zenone. C. de quad. præscri. & Io. And. & alios in c. venerabilem, de elec. Bal. in l. directis. C. de testa. manu. & in addi. Specul. & post ipsum Spec. tit. de præscrip. præsen. §. vlt. vers. item quod obtentum, in addi. quæ incip. donatio.

Quando quis dicatur regnũ adeptus.

24 ¶ Sunt & qui ita quoque distingunt, an filij, inter quos contenditur, prætendunt qualitatem à patre tantum, qui scilicet ipsum regnum primum acquisiuit. an etiam ab auo paterno, quia videlicet regnum est auitum, aut aliorũ superiorum, vt videlicet primo casu procedat, quod dictum est, præferri natum post dignitatem, alteri ante nato. Et licet non fuerit natus ex patre Rege, tamen quia natus est ex auo Rege, est illustris: vt qui dignitatem regalem statim ab auo veluti ex radice receperit, ar. d. l. emancipatum, in fi. ibi, vt aui ei potius dignitas prosit. ff. de Senat. Ita voluerunt Pet. Cy. Bal. Alb. Rosa. Raph. Fulg. in d. l. imperialis. §. illud his. C. de nup. & Iac. Rebuf. in d. l. si Senator. C. de dign. lib. 12. & omnium latissime Ant. Corf. in tract. de pot. & excel. Regia, in 26. q. vbi dicit hanc esse communem op. & adducit rationem, vt dicit, inconuincibilem, quæ tantum primam partem huius distinctionis respicit. Accidẽtia magnam partẽ conferunt ad cognoscendũ quod quid, teste philosopho. Qualitas autẽ adueniẽs enti qualificat & diuersificat illud ens, per tex. in c. licet canon, iuncto c. statutum, de ele. lib. 6. Cum ergo qualitas regalis adueniat enti post esse completum, & sic post filium natum. Ergo non debet trahi retro ad tempus, in quo non erat illa dignitas. Nec etiam isto casu, vt dicebat Sal. debet considerari tempus præsens in præiudiciũ alicuius filij nati tempore dignitatis.

Alia distinctio an regnum sit paternum an auitum.

25 ¶ Alij item hanc rem non adeo anguste concludunt, vt eam distinctionem auorum tantum qualitate metiantur: sed generalius dicunt natum ante dignitatem præferri in successione natis postea in regno, quod patri obuenit iure hæreditario, & ex successione generis, nedum aui & aliorum ascendentium. Nam talis erat cui erat implicitus, vt ipsi loquuntur, status regalis, & ad regnũ spem habebat. At in regno quod electione, aut alia causa aduentitia & non hæreditaria alicui obuenit, præferri natos postea. Ita voluit no. Pet. Iac. in arbore successionis regni Franciæ, col. 4. vers. ponamus quod Philippus, vbi dicit quod leges, quæ videntur velle contrariũ, loquuntur in Senatoribus, Decurionibus, & cæteris id genus, quas quidem dignitates electione, aut alio quouis modo, præterquã iure hæreditario, nãciscimur. Idem quoque nominatim voluit Guil. Cu. in d. l. si Senator. C. de dig. li. 12. vbi & hoc dicit procedere, etiam si is qui natus est ante dignitatem est naturalis tãtum, nempe susceptus ex concubina, quam pater dum esset in dignitate accepit in vxorem, & Io. Ray. qui illum citat & sequitur in c. præterea ducatus, col. 6. in paruis, vers. quæro iuxta prædicta pone quod habens, tit. de prob. feud. ali. per Fed. & iterum in tract. nobilitatis, in 10. q. prin. vbi & hoc dicit se tenuisse in rep. l. nobiliores. C. de commer. & merc. & quendam Egidium Sancium, in d. §. illud. Idem quoque voluit D. Cos. Gui. in procem. prag. sanctio. post prin. in verbo, primogenito. & Iac. à S. Geor. in tract. feudorum, col. 4. vers. sed iuxta hæc quæro, & D. Bened. in rep c. Ray. in verbo, in eodem testamento relinquens, le 1. nu. 200. & seq. de testa.

Alia distinctio an regnum obuenerit ex quacunque successione an ex electione, aut alia causa.

26 ¶ Et huic distinctioni consentiunt duæ illæ historiæ quas supra eadem q. adduximus ex rebus Persicis, scilicet altera nu. 9. in hanc sententiam, & seq. Altera autem num. 21. sed & vt. In priore enim prælatus est natus post regnum à patre adeptum, quia non iure hæreditario, nec à maioribus, nec à genere Darius pater regnum consecutus fuerat, sed sorte, vt diximus suprà

in 17.q. in 1.op. nu. 28. Darius ille primus. In posteriore, alter Darius qui à primo illo descenderat, regnum per manus à suis maioribus acceperat. Ideóque qui primus etiam ante regnum adeptum natus erat, prælatus est cæteris post natis.

Autoris opin.

27 ¶ Non is sum, Lector amantissime, qui possim ex Heracliti antro res adeo obscuras eruere. Verum si in dubiis sententia libera cuique est, nihil prohibet quin & ipse dicam quod sentio. Certe omnium maxime placet mihi secunda opi. quæ indiscriminatim ad successionem dignitatis admittit natum ante partam dignitatem: siue ea ex naturali ordine successionis, siue ex noua omnino causa, quæ nihil ad genus pertinet, obuenerit. Tum rationibus iam allegatis in ea secunda op. quæ semper & vbique locum obtinent. Tum quoque quia licet natus ante regnum patris, interim dum pater est priuatus, non dicatur filius Regis: tamen cum primum pater Rex fuit, is quoque filius Regis fuit, per iura ad hoc in eam sententiam allegata: & ita continuo incipit esse primogenitus Regis. Nam si est filius Regis, & nemo illum præcedit: consequens est vt sit Regis primogenitus, per c. Ioseph, de verbo. signific. cum concord. adductis supra in 1.q.

Responsio ad contraria.

28 ¶ Nec obstant iura allegata, quia loquuntur in his quibus filij parentibus non succedunt, sed in his quæ ex dignitate parentum ad filios transeunt in vita ipsorum parentum, in quibus non prodest ea dignitas natis ante dignitatem. Hic autem loquimur in his quæ transeunt post mortem, & iure successionis, vt dicit Bal. in d. l. vlt. C. de Decur. lib. 10. per hoc respondens gl. ibi, in verbo, ediderit, quæ voluit per illam l. quod delictum patris non nocet filio nato ante feudum quæsitum, sed post tantum nato: quia vt dicit Bal. feudum post mortem transit in filium, & non in vita patris. Cui tamen gl. alia est similis in d. l. 2. C. de liber. & eorum liber. vbi etiam de hoc per Bald. & rursum per Barto. in l. eum qui. ff. de inter. & relega. & ibi concord. per Alex. in addi. ipsius Bart.

Ad idem.

29 ¶ Vel etiam potest dici ex sententia ipsius Bald. in d. l. vlt. C. de Decur. quod ea l. & similes nihil faciunt ad nostram quæstionem, cum loquantur de priuilegio quod competit patri, quod non trahitur ad filios ante genitos, quia certam conditionem habere cœperunt per d. ll. Sed consuetudo regni quæ vocat primogenitos, dat in hoc priuilegium ipsi primogenito, & non patri. Et ideo dicit, quod per alias leges hæc quæstio definienda est. Et vide quæ diximus suprà in tractatu Nobilitatis, c. 15. num. 7. extende tertio, dum tractauimus, an nobilitas patris transeat ad filios natos ante nobilitatem partam.

TRICESIMA SECVNDA QVAESTIO.

An solus primogenitus regis debeat appellari filius regis, an & cæteri.

1 TRicesimosecundo quæro, quia in præcedenti quæstione diutius semper appellatione filij regis immorati sumus. An solus primogenitus regis debeat appellari filius regis, an & cæteri quoque. Et ne quæstio superuacanea videatur, pone quod sit constitutio quædam quæ priuilegium concedat filiis regum, sicuti est in c. ne aliqui, de priuil. lib. 6. & in Cle. j. de Baptis. & in extrauag. execrabilis, vers. non itaque. Et vt res quoque sit magis dubia. Pone quod rex sit mortuus relicto primogenito, qui solus successit in regno, & aliis quoque filiis. Nam quamdiu pater viuit, incertum est quis post illum ex filiis sit futurus rex: quia forte qui nunc primogenitus est, morietur ante patrem. Et filij ex patre viuente plus lucis splendorisque recipiunt, quàm ex mortuo, per tex. in l. vlt. & ibi Bal. C. de iniur. & quod voluit glos. in l. 2. in verbo, filij, & ibi Cy. Bar. & Bal. C. de epis. & cler. cum si.

De eadem re.

2 ¶ Igitur vt in casu magis dubio loquamur, Vtrum iste solus primogenitus, qui patre mortuo successit in regno, dicendus sit filius regis, an vero & cæteri quoque ita sint appellandi, gaudeántque priuilegiis concessis filiis regum, Io. And. de hac re nominatim loquens in d. c. ne aliqui, dicit, quod omnes dicuntur filij regum, & gaudent huiusmodi priuilegiis, nedum primogenitus, qui successit. quem sequuntur Pet. Anc. in 2. no. Dom. col. 2. vers. quæro an sine hic sublata, & Philip. Fran. paulo ante fi. & idem dicit Card. Alex. in c. Adrianus. 63. di. Alioquin (inquiunt Pe. An. Dom. & Francus) sequeretur, quod qui haberent hoc priuilegium viuente patre, sine culpa, per mortem patris desiuerent habere, contra regulam, decet. de reg. iur. li. 6.

Quid si priuilegiũ sit concessum filiis propter patrem.

3 ¶ Quod tamen intellige, ne id omittã, quod de primogenito dicunt procedere in casu de quo loquuntur, videlicet cum priuilegium concessum est filiis regum. Nam cum ea qualitas duret etiam mortuo patre, priuilegium quoque ei qualitati concessum durat. At si priuilegium sit alias concessum filiis propter parentes, certe mortuis parẽtibus cessat priuilegium, per d. l. vlt. C. de iniur. & voluit gl. in d. l. 2. in verbo, filij, & ibi Cy. Iac. Bar. Bal. Alb. & Salic. C. de epi. & cler. & gl. in l. medicos, in verbo, & filius. C. de profes. & med. lib. 10. Et facit etiã bonus tex. in l. in omnib. ff. de reg. iur. cuius hæc verba sunt. In omnib. causis id obseruatur, vt vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoq; deficiat. Quanquã huius cõtrariũ tenẽt Io. And. Dom. & Phil. Fran. in d. c. ne aliqui, de priu. li. 6. nisi dicas quod ibi non competebat priuilegiũ filiis propter parentes, sed ob eã qualitatẽ, quod essent filij regũ.

TRICESIMA TERTIA QVAESTIO.

An primo

1 SEd tricesimotertio quæro, an ipse primogenitus, & alij quoque filij, non solum filij Regum, vt in præcedenti q. sed etiam Reges possint appellari. De qua re nos late, de filiis

simpliciter

simpliciter loquentes, diximus in repet. l. si vnquam, in prin. nu. 21. huc quoque pertinent. C. *genitus &*
de reuo. don. Veruntamen hic repetemus, propterea quod nonnulla addemus, quæ sola non *cæteri filij*
potuissem congrue hic scribere. Igitur primo loco glos. habes in c. vlt. 24. q. 1. quæ ex eo tex. qui *regum pos-*
regem vocat quempiam filium Regis, no. filium Regis debere vocari Regem, licet nondum *sint reges*
habeat regnum. Et est arg. inquit, pro Comitibus Teuthoniæ & Italiæ. Iam enim, vt subdit, *vocari.*
domini sunt, & sola administratio deest, per tex. in l. in suis. ff. de liberis & posth. Ex quo potes
intelligere, quod licet loquatur simpliciter de filio Regis, vt videri possit intellexisse de omni
filio. Tamen ex ratione illius aperte declaratur, quod tantum de eo intelligitur, qui post mor
tem patris est regnaturus, & administrationē suscepturus, quod tantū primogenito cōuenit.

2 ¶ Et ita etiam intelligit Bal. loquens tantum de primogenito, in l. quæsitum. §. si seruus mihi. *De eadem*
ff. de leg. j. & cons. 389. consuetudo est, col. 3. in prin. vers. item primogenitus dicitur Rex, lib. 2. *re.*
& Panor. dum dicit illis solum deesse administrationem, in c. tanta, col. 3. vers. quidam sunt
filij legitimi, extra, qui fili. sunt legit. & Iason loquens de primogenito, consil. 192. in præsen-
ti, col. 3. vers. corroboratur, lib. 2. & expressius Carol. Rui. cons. 19. in hac controuersia, col. j.
num. 2. lib. j. & Benedic. in repet. c. Raynutius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le j.
num. 166. extra de testa.

3 ¶ Illam tamen gl. simpliciter, ac si etiam simpliciter loqueretur de filio, sine discrimine ætatis, *De eadem*
citat & sequitur And. Iser. in c. j in prin. & ibi etiam Aluar. col. pen. vers. quæro an filius Re- *re.*
gis. Mart. Laud. col. vlt. Card. Alex. col. 3. in prin. & Matth. Afflic. col. 2. vers. & in tantum, tit.
quis dica. Dux, Comes. March. Idem And. in prologo constitutionum Siciliæ, & in const. in-
cip. prosequentes, & ibi post eum Matth. Afflic. in 8. q. vbi ex hoc dicunt quòd filius Comitis
gaudet priuilegio illius const. loquentis de Comite. & idem Afflic. in constit. incip. intentio-
nis nostræ, col. 8. versic. item pro ista parte, ruisúmque in tract. πρωτιμήσεως in princ. colum. 7.
versic. item filius.

4 ¶ Sed & eam gl. sequitur Albe. in l. partum, nu. 3. C. de rei vend. & in d. l. in suis, post medium. *De eadem*
vers. item propter prædictam, & ibi quoque Bal. per illum tex. tam in lec. ord. quàm in repet. *re.*
in pen. q. ff. de liber. & posth. Lucas Pen. in l. j. col. j. in verbo, regiam. C. de conduc. & proc. lib.
11. Raph. Co. cons. 131. duo fratres, col. j. Io. Ray. in c. j. §. præterea si quis, col. 3. vers. & ista indu-
cebant. tit. de proh. feud. ali. per Fed. Barb. in rep. rub. de caus. posses. & propri. char. 22. ver. op-
portune se offert modo q. & cons. 49. illud afferam, col. 2. lib. j. & cons. 10. sapienter, col. 3. lib. 2.
quibus locis dicit eam gl. valde sing. & con. 73. magnanimus, col. 3. li. 4. & Card. Alex. in c. per
venerabilem. §. quod autem, col. 30. vers. postremo ad eandem materiam, qui filij sunt leg. Ias.
cons. 10. videretur, col. 3. vers. prædicta fortius, lib. 3. Philip. Dec. cons. 262. in causa magnifici,
col. 2. vers. septimo late. Ant. Cors. in tract. de potest. & excel. Reg. in 25. q. Fran. Luca in tract.
de priuilegiis fisci, parte j. in 109. casu. Ludo. Gozad. qui illam gl. dicit sing. in repe. l. qui se pa-
tris, col. 10. vers. tertio sequitur. C. vnde lib.

5 ¶ Sed & idem plerisque videtur voluisse alia gl. in c. Adrianus, le j. in verbo, Augustos, 63. dist. *De eadem*
quæ dicit filios Imperatorum dici Augustos, vt ipsos Imperatores, per eum tex. qui non tan- *re.*
tum Basilicum (sic enim legendum est, vt monuimus in d. l. si vnquam, non Basilium, vt vbi- *Decreto-*
que legitur in nostris Decretis) Imperatorem Constantinopolitanū, sed & ipsius filios Con- *rum locus.*
stantinum & Leonem Augustos appellat. sed id certe fuit propterea quod pater eos consortes
imperij fecerat, vt ex historiis Imperatorum patet. Nam supra in 17. q. in 4. op. nu. 22. atque li-
cet, & 2. sequent. docuimus, eos Augustos appellari solitos, qui iam ad imperium asciti erant:
Cæsares, qui successores designabantur.

6 ¶ Alia item gl. in id quoque citatur, scilicet in c. denique, in verbo, Rege suo. 7. q. 1. & ita eam *De eadem*
intelligit, citat, & dicit ante eam Fran. Curt. Senior cons. 74. super memorata. col. j. in fin. tan- *re.*
quam scilicet censeat filios Regum de iure Reges esse, & vocari debere. Verum ea gl. in libris,
quos hactenus vidimus, nihil de huiusmodi appellatione dicit, sed illud tantum scribit, filios
Regum debere esse Reges, id est, succedere patribus in regno. vt aperte insinuat text. ibi, lo-
quens de Roboan filio Solomonis. qui patri successit, & alia iura quæ ea gloss. allegat. Sed in
hanc sententiam est illud Virgilij loquentis de Rhea filia Numitoris Regis, lib. j. Aeneid.

—Donec Regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

Regina igitur, id est, Regis filia, vt interpretatur Seruius, in id quoque citans quod alibi de
Pasiphaë dicitur, lib. scilicet 6. statim post prin.

Magnum Regina sed enim miseratus amorem.

Vbi & ipse Seruius Reginæ (inquit) id est, filiæ Regis Ariadnes. Cui adde & illud eiusdem
Virgilij, lib. 9. Aeneidos, Ascanium viuente Aenea patre Regem appellantis, ob id scilicet
quod Regis esset filius.

Regémque requirunt.

Quo in loco & ipse Seruius interpres id expressim annotat.

7 ¶ Et huc quoque pertinet quod omnes & Iurisconsulti & cæteri probatissimi scriptores dum *De eadē re.*

loquuntur de Tarquinio Rege,& filiis eius exactis, his verbis passim vtuntur, Exactis Regibus: tanquam & filij ipsius Reges dicerentur. Nam sic loquitur Pomponius Iurisconsultus in l.2.§.exactis deinde Regibus.ff.de orig.iur.vbi Zazius,& post eum Hiero. Cagn. ex eo no. filios ipsius Regis Tarquinij Reges dictos fuisse: tametsi vere nondum Reges essent,nec postea fuerunt.quamuis Accursius aliò nô inscite tamen, eam pluralem locutionem referat. Sic quoque de illis loquitur Tullius Philip.3.rursúmque 5.& lib.de Diuinatione 1. cum priori loco paulo ante dixisset singulariter Tarquinium expulsum. Et Liuius sæpe circa initia lib. 2.& lib.3.cum primum dixisset, quæ si in Rege tum eodem, aut in filio Regis ferenda non fuerit: quem laturum in tot priuatis? paulo post dicit Regibus exactis fuisse Patritios magistratus creatos. Et sic quoque loquitur Valerius Maximus lib.j.c.8.vbi de Valerio Publicola, & lib. 4.c.j.post prin.& rursum lib.8.c.9.etiam post prin.& Plin.lib.7.c.28.

Sed an primogenitus & cæteri quoque filij regis dicantur proprie reges.

8 ¶ Possunt & alia pleraque hnc adferri ex his quæ latissime scripsimus in d.repe.l.si vnquam, in præfat.à nn.15.sed quis hunc, vsque ad nu.24.& alios quoque seq.vt ostenderemus patrem & filium censeri vnam personam: & quæ statuta sunt in patre, & in filia quoque obtinere, quæ non est opus hic repetere, cum sint illic amplissime tractata. Sed illud non possum nec debeo omittere, id quod diximus filium primogenitum Regis, siue etiam intelligamus cæteros dici Reges viuente patre, ficte & improprie dici, cum nec vere nec proprie sint reges, vt expresse voluit Raph.Co.in d.l.in suis, vt illum citat & sequitur Ias.ibi,col.45.vers. itê Raph. ff.de liber.& posth. licet id ipse Raph.in meo codice non dicat.sed & idem tenet Mart.Laud. & Car.Alex.in d.c.j.ille col.vlt.hic 3.tit.quis dic.Dux, Comes, March.& idem Card. in d.c.j. col.j.per tex.ibi, cum gl.tit.de vasal.decre. ætat.& Ias.cons.192.in præsenti consultatione, col. pe.vers.non ob.dum dicebatur, lib.2.& Iac.à S.Geor.in tract.feud.col.j.vers.dubitatur etiam, & Molin.in Consuet.Paris.tit.j.§.8. gl.3.in j.q.

De eadem re.

Quasi dictio improprietatis.

Et quodammodo.

9 ¶ Et hoc quidem probatur ex d.l.in suis, qua omnino innititur gl.in d.c.vlt.24.q.j.quæ vtitur verbis, quasi,& quodammodo, quæ ex propria & genuina vi fictionem important, & improprietatem, vt de dictione, quasi, voluerût gl. Bar.& alij in l.si ante nuptias.ff.sol.matr. & Doc. vbique,& alibi diximus plenissime. Et de dictione, quodammodo, est tex. in l. Prætor. §.j.vbi not.Bart.ff.de eden.& in l.j.& ibi etiam gl.& Bart.ff.rerum amo.& in l.4.§.Cato, & ibi Bart. in 6.oppo.& Fran.Are.qui dicit non esse meliorem tex. ff.de verb.oblig. & omnes etiam vbique. Ergo ea glos.quæ veluti est asylum omnium eam sententiam tenentium, debet intelligi secundum eam l.quam allegat ex doctrina Bartol. in l. non solum. §. liberationis verba.ff.de lib.leg.cum aliis concord.

De eadem re.

Pene nota improprietatis habetur.

10 ¶ Confirma hanc rationem, quæ Ias.est, ex eo quod omnes tex.eam partem astruentes,& qui solent allegari pro connexitate, aut etiam vnitate patris & filij, etiam per verba fictioné aut improprietatem denotantia loquuntur, videlicet l.cum scimus.C.de agri.& cens.lib.11. quæ etiam vtitur dictione, quodammodo, cum dicit, pars quodammodo corporis eius,& l.vlt.C. de impub.& ali.substi. quæ vtitur dictione, pene,& l.patris & filij.ff.de vulg. & pupil.substi. quæ vtitur verbo, habetur, quod quandam fictionem denotat, vt no.Ang.Imo.Alex.Francis. Are.& Ias.ibi,& est tex.in l.mercis.ff.de verb.sign.& in l.2.C. de inter.mat. & voluit præterea Bart.in l.si maritus, la 2.§.legis. ff. de adult. Et alia fere iura loquentia de hæreditate paterna respectu filiorum, loquuntur verbis improprijs, videlicet text.in l.nec adiecit,& l. sequent. ff. pro soc.vbi dicitur, quod quasi debita nobis hæreditas obuenit,& in l.cum ratio, in prin. ibi, velut ad debitam successionem.C.de bo.damna.& in l.j.§.Largius. ff. de succes.edic. vbi filij pene ad bona propria veniunt: iunct.not.per gl. Bart.Bal.& alios in d.l.2.C.de iur.& fac.ign. vt non immerito dixerit Bald.in l.potuit, in 7.q.C.de iure delib.quod licet suo hęredi potius inferatur quàm deferatur hæreditas, per tex.in d.l.in suis. hoc tamen est quantum ad fictionem, sed non quantum ad veritatem, secundû quam nô est continuatio, sed delatio hęreditatis, ex multis ll.vtentibus verbo, delata,& similibus, videlicet in l.vlt.§.cû igitur, in verbo, delata, iûcto ver.sin auté dubius, in verbo, immiscuerint.C.de iure delib.& l.si infanti,& in d.l. cû antiquiorib.eo.tit.& idê ferè dicit ipse Bal.in l.j.in fi.C.de app.& Alex.& Ias.in d.l.in suis.

De eadem re.

Patronus seipsum præsentare non potest, filium potest.

11 ¶ Similiter Pan.in c.consuluit,& ibi ante eum Collecta.de iure patr. dicit quod licet pater & filius censeantur esse eadem persona, per d.l.vlt.de impu.& ali.sub.& d.§.hac autoritate.hoc tamen procedit ex fictione, non ex veritate. Et propterea licet patronus non possit seipsum præsentare, vt c.per vestras, eo.tit.potest tamen filium, vt no.gl.Inn.Io.And.Imo. Pan. & alij, in d.c.consuluit,& gl.in c.quia clerici,& ibi Car. Flor.in j. q. Ant. qui ita dicit consuetudine obseruari, Pan.qui hâc dicit esse communem op.eo.tit.& Host.in summa, eo. tit.§. in quibus. col.pen.vers.sed nunquid filium.Goffre.etiam in summa eiusdem tit.col. vlt. vers. sed opponitur. Nam in spiritualibus est potius attendenda veritas, quàm fictio, secundum Gof.vbi supra,& Arch.in c.vnico, de voto, lib.6. Et idem omnino voluit idem Pan.in c.ex ore, in j.no. de his quæ fiunt à maio.par.c.l.vbi & hanc dicit esse communem,& cons.96.ad claram decisionem, col.j.lib.2.vbi & hanc dicit communem, & Fel.in c.afferte, col.2.de præsumpt.& in c.j. col.2.de mag.vbi tamen facit mentionem solius Pan.in d.c.consuluit,& Gaye.in reper. c. vlt.

col.50.de

col.50.de elect.lib.6.Paul.Cicad.in tract.de iure patr.in 6.parte, c.3.& Rochus Curt.in eodem tract.in verbo,honorificũ,in 4.q.prin.col.pe.vers.circa aliud, & latissime Cæsar Lamb. in eodem quoque tract.in 12.artic.8.q.prin.1.part.2.lib. Similiter licet is cui commissa est electio,seipsum eligere non potest,gl. in l.plane. ff. quod cuiusque vni. potest tamen eligere filium, vt probat tex.in l.illud,quæ confestim illam l.plane sequitur,eod.tit.& ibi Bald. qui ex eo not.quod pater executor testamenti poterit nominare filium in pauperem, si is vere pauper sit,& sequitur Matth.Afflic.in §.contra omnes,col.2.nu. 27.tit.hic fin.lex.

12 ¶ Præterea Bald.in d.c.j.tit.quis dic.Dux,Co.Marchi.dicit per eum text.quod is proprie dicitur Comes,qui est inuestitus de Comitatu alicuius castri vel loci. Qui autem sine Comitatu est,non dicitur Comes proprie,sed abusiue. Et sequitur Iac.Alu.Mart.Laud.qui dicit sing.& Car.Alex.ibi,& Pan.in c.veniens,in 3.no.de præscrip.& in c. legebatur, de maio. & obed. & Iac.à S.Georg.in tract.feu.char.5.in verbo,Comes de Villariis,in prin.& ipse Ias.in l.id quod apud hostes,col.j.ff.de leg.j.Propterea,vt dicit idem Ias.in d.l.in suis,vt ad illum redeamus, si aliquis habet priuilegium ab Imperatore legitimandi quoscunque spurios, exceptis filiis Comitum & Baronum,posset legitimare filium spurium filij comitis viuentis, cum huiusmodi filius Comitis non sit proprie Comes,vt in simili determinat Mart. Laud. in d.disputa. Et è contrario filius Comitis Palatini, cui & successoribus ipsius concessum est priuilegium legitimandi, non potest legitimare viuente patre, sed tantum post mortem illius, cum videlicet erit vere & proprie Comes Palatinus,vt late consuluit Fran.Curt.Senior d.cons.74. in 1.dubio.Sicuti & similiter filius patrem,ipso patre viuente,præsentare non potest,secundum Car. Flor.post Matth.in Cle.vlt.in prin.in 8.q.de iure patro. *De eadem re.*

13 ¶ Huc quoque spectat quod scribit Archid.in d.c.vlt.24.q.1.intelligens d.gl.ibi,quæ dicit filium Regis vel Comitis dici Regem,vel Comitem patre viuente,vt spe tantum dicatur, non re.& sequitur Iac.à S.Georg.in tract.feud.in d.verbo, Comes de Villariis,in prin. Quantum autẽ distet res ipsa à spe,non obscure declarat versus ille prouerbialis Palladis lib.j.Florilegij, *De eadem re.*

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

Multa cadunt inter calicem,supremáque labra.

De quo nos multa diximus in nostris Legibus Cõnubialibus,post ipsas ll.nu.33.in quam rem, & multis tum præcedentibus, tum seq. Ex quibus illud tantum dicam, quod huc priuatim pertinet,Bar.post Guil.Cu.in l.sciendum,in pe.q.ff.qui satisd. cog. bona patris non releuare filium à satisdatione,quia multa(inquiunt)accidere possunt ne filius capiat.& sequuntur recentiores,& Alex.ad hoc nostrum propositum,in d.l.in suis,col.3.vers. pro hoc facit. ff. de lib. & posth.de quo & nos aliquid dicemus infrà in seq.q.nu.29.sexto iniuriose,& seq.

14 ¶ Hæc sunt quæ in hac quæstione dicenda mihi sese obtulerunt. Ex quibus illud breuiter concludemus, quod ex filiis Regis aut Comitis solus primogenitus, non etiam cæteri reges aut Comites appellari possunt, vt patet ex omnibus iuribus in eam partem citatis, vtpote quæ loquuntur de filiis successuris,& quibus nihil restat præter administrationem,vt dicitur in d.l.in suis,quæ est præcipuum principaléque fundamentum eius sentẽtiæ. Quod quidem non potest conuenire cæteris filiis, vt iam diximus. *Conclusio principalis quæstionis.*

15 ¶ Porro autem primogeniti ipsi non proprie sunt,possúntve dici Reges viuente patre, sed ficte & improprie. Et vt apertius dicam, magis spe & destinatione, quàm reipsa. Nam & leges eam rem spem appellant,in l.necei.§.præterea.ff.de adopt.& l.j.ff.de inoff.testam.& in l.vlt. in princip. C.de pact. & in l.j.§.si impuberi. ff. de collat.bonor. vbi tamen species corrupte legitur. Et ideo in his quæ vere & proprie intelligi & interpretari debent, primogeniti Regum non venient appellatione Regum.

TRICESIMAQVARTA QVAESTIO.

1 TRicesimoquarto quæro, an filius naturalis legitimatus succedat in iure primogenituræ,ita videlicet, vt tanquam primogenitus cæteris filiis legitimis & naturalibus natiuitate posterioribus præferatur. Nam naturales non legitimati haud dubie non succedunt in eo iure, vt patet ex his quæ tibi late diximus suprà in commentariis Nobilitatis, c.15. nu.10. incip.sed & illud.Quibus tamen illud addere potes,quod à Tito Liuio proditum est, 4.deca. lib.10.quòd cum Philippus ille vltimus Macedonum Rex duos haberet filios, Perseum maiorem natu,sed pellice ortum,& Demetrium minorem quinquẽnio, vt alibi postea declarat, sed iusta matrefamiliâs natum, huic regnum spe minime dubia destinabatur. Quid igitur si hic Perseus natalibus fuisset restitutus,an is Demetrio præferendus fuisset in regno. *An filius legitimatus succedat in iure primogenituræ ita vt cæteris legitimis posterioribus præferatur*

2 ¶ In qua re possent multa adduci quæ pares omnino videntur facere legitimatos, & legitimos,quæ omittenda duximus,quando ea res abunde,imo superfluenter tractata sit ab omnibus,in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebel.& Bened.Plumb.in sua disputa. incip. statuto Pisano,Ant.Rosel.in tract.legitimationum,lib.j.in causa finali,in prin.& Ro. in l. si is qui pro emptore.& ibi latissime Ias.col.44.vers.non diligenter & perpetuo,cum multis seq. ff.de vsucap.Alex.cons.2.visis codicillis,lib.j.quod & repetitum est cons.87.lib.lib.2. Barb.cons.27. scripsit doctissimus,col.17.vers.capio aliam dubitationem,& aliis seq.lib.j.& Soc.cons.226. *Legitimi & legitimati an æquiparantur.*

quæstio præsentis consultationis:& latissime omnium Fran.Curt.Seniore con.13. statuto Ianuæ,per totum,& consi.35.statuto seu in capitulis,etiam per totum,& consi. 74. super memorata,in 3.dubio: & nouissime Ias.in l. si inquem pater. ff.de lib.& posth.& in l.cum acutissimi.C.de fideic.& Phil.Dec.consi.258.in casu domini Francisci,& à me omnium (absit verbo inuidia)latissime in rep.l.si vnquam,in verbo,susceperit liberos,nu.63.hæc posterior,& multis aliis tam præcedentibus,quàm sequent. vsque ad nu.82.

De eadem re.

3 ¶ Sed vt ad speciem nostræ quæstionis veniamus.Sunt qui dicunt,& illi quidem numero & autoritate superiores,secundogenitum legitimum & naturalem natum ante legitimationem primogeniti naturalis præferri in iure primogenituræ ipsi naturali legitimato. Verbi gratia in legitimato per subsequens matrimonium (nam in aliis res ipsa satis se exhibet fine exemplo)Titius ex concubina filium suscepit,deinde cum alia matrimonium contrahit,ex qua & alium filium suscipit:ea mortua in vxorem ducit eam concubinam,quæ illi, vt diximus, filium pepererat. qui ob id efficitur legitimus. Neque enim medium illud matrimoniũ (vt id obiter dixerim)legitimationem illius impedit,vt voluerunt Goffre.& Host.in summa,tit. de fili.presby.ille in §.2.in fi. hic in §.quod si quis natus.Richar. Malumb. in sua dispu. incip.in quibusdam prouinciis.Io.And.in c.tanta,in verbo,post contractum matrimoniũ,& ibi quoque Pet.Anc.col.3.vers.secundo facit.Ant.col.3.vers.quæro quando,Pan.in 3.no.& Car.Flor. vers.pone procreat quis filium,Car.Alex.col.10.vers.quæro 7.ex qui.fili.sunt leg.Idem Ioan. And.in c.fine culpa,in 2.q.prin.& ibi etiam Phil.Fran.de reg. iur. lib. 6.Iac.Are.in l.cum decem.§.vlt.&ibi Bart.& Ang.ff.de sol.idem Bart.in l.pe.§.vxor,& ibi quoque Bald.& Imo.ff. sol.matr.Alb.Io.Fab.& Bal.in l.cum quis.C.de nat.lib.idẽ Alb.in l.si pater.ff.de adopt. Ang. in §.si quis igitur,per tex.ibi,in auth.quib.mo.nat.effi.leg.& in §.si vero solummodo,per tex. ibi,tit. quib.mod.nat.effi.sui.& consi.17. Comes Brandisius,col.2.vers. primus modus,vbi ad id dicit sing.tex.in d.§.si vero solummodo.Paul.Cast.qui ita dicit cõmuniter teneri in l.Pomponius.§.quæsitum,in lect.Paduana,& ibi quoque Fran.Are.& Ias.ff. de acquir. posses. idem Pau.in l.naturaliter,in prin.ff.eo.tit.in lect.Bononiensi.Flor. late in sua disputa.inci. Baro. in 5.dubio,vbi id copiose disputat.Ant.Rosel.in tract.legitimationis,li.3.col.26. cum multis seq. Nico.Pern.in tract.de succes.ab intest.in 3.parte prin.in 6.specie filiorum,post prin. Ang. Are. in §.vlt.col.vlt.paulo ante fi.Inst.de nupt.& D.Ciner.in tractatu Primogenituræ,lib.3. q.14. & Mol.in consuet.Paris.tit.3.§.8.gl.3.in 7.q.& sentiunt multi ex his quos statim citabimus, & vix reperies qui contrarium teneat,præter Laud.Sard.in tract.legitimationis,char.5. vers. secundo quæritur,habui concubinam. Vide tamen quod dixi in nostris commentariis,ad l.bouẽs.§.hoc sermone,in regula,nu.4.inci.& alius quoque tex.& iterum in 3.limita.num.8.hue etiam pertinet,rursũmque nu.18.eodẽmque vlt. verum aduersus hæc.

An mediũ matrimonium impediat legitimationem.

Qui dicũt legitimum & naturalem præferri naturali prius nato, sed postea legitimato.

4 ¶ Igitur,vt redeamus,ea est multorum sententia, legitimum & naturalem secundogenitum præferri naturali prius nato quidem illi, sed legitimato post natiuitatem ipsius secundogeniti.Ita volunt Tancre.in sua 9.q.Barth. Brix.in sua 55.q.inci. aliquis habuit filium, vbi & hoc dicit voluisse Hug. Io. And. qui hanc partem multis magnísque rationibus ac munimentis vallauit,in d.c.fine culpa,in 3.q.2.q.prin. vbi & hanc partem dicit se delegisse, communicato consilio cum tribus solennissimis,vt ipse loquitur,Doc.legum, & suo præceptore Theologo, & ibi quoque Phil.Fran.col.2.& idem Io.And.in d.c.tãta,post prin.& ibi quoque Henr.And. col.3.vers.de hoc dicit,Pet.Anc.vbi supra,& Car.Flor. vbi etiam supra,qui fily sunt leg. idem Io.And.in d.c.prote,& ibi Pet.Anc.in fi.& Dom.col.2.vers. quæritur hic, de rescript. lib. 6. Iac. Bel.qui & ad hoc multa allegat in §.tribus,in Authen.quib.mod.nat.effi. sui, citátque Ioan. And.vt & ipse Io. And.mutuo illum citat in d.c. fine culpa, vt proinde intelligas eos eodem tempore vixisse & scripsisse,contra quàm nonnulli voluerunt, quod nos obiter dicere voluimus.Sed & idem quoque tenuit Iac. Are.& post eum Bart.dum Io.And.in d.c. fine culpa, allegat in d.l.cum decem mihi.§.vlt.& ibi quoque Ang.ante fin. ff.de solut. idem Iacob.Aret. Iacob.Bu.Rayn. Alber. Bald.Angel.Paul.Cast.& Iason in l.quoties, C.de rei vend. Alber. in procemio ff.in §.discipuli,ante fin.& in l.vlt.col.3.vers.ex quibus potest. C.ad SC.Mace.& in d.l.cum quis,col.3.& iterum col.penult. vers.sed an ex tempore,& ibi quoque Ioan.Fab.col.2. vers.quid ergo.C.de natur.lib.& idem Alber.in l.filio.ff.de liber.& posth.dum se remittit ad ea quæ dicit in d. l. cum quis, & in l. cum decem. §. 1.ff. de solut.dum etiam se remittit ad ea quæ scripsit in d.l.vlt.C.ad Maced.Bald.in l.eam quam, col.antepen. vers.sed pone quod est nominatim dictum. C.de fideicommis.& in l.potior est.§.si paratus. ff. qui pot. in pign. hab. Ioan.Ligna.& Franc.Rampo.inter consil.ipsius Bald.consil.18.in quæstione proposita,dum allegant Ioan.And.vbi supra Ang.in l.Gallus.§.& quid si tantum,ad fi. & ibi quoque Alex. qui hanc dicit esse communem opin. col. pen. vers.& hoc facit, & iterum col. vlt. versic.circa tertium articulum,Franc. Aret. col. 12. vers. confirmatur ista inductio, Soc. col. pen. vers. secundum correlarium,& Iason col. 18. versic. facit quod vult, in 3.lect.& in 2.lect.col.13.versic. istam conclusionem,& Fortu. Gar. col. 121. versic. ex his breuissime, & Ioan. de Montefer. char.11.col.3.versic.circa primum articulum.ff.de lib.& posth. idem Ang. in sua disput. incip. nobilis

Io. And. et Iac. Bel. contemporanei.

nobilis quidam genere. Pett. Anca. in cap. quanu's, in fin. de resct. libr. 6. & cons. 339. pro maiori intelligentia, in fin. & cons. 427. circa primum quæsitum, col. j. vers. pro hoc specialiter adduco. Imo. in l. ex facto, col. 4. vers. item quia videtur, & ibi etiam Franc. Aret. qui hoc dicit uo. col. 8. vers. confirmatur ista conclusio. ff. de vulga. & pupil. & idem Imo. in l. si alienű. §. in extraneis. ff. de hære. instit. Paoot. in sua disput. incip. Augerio, col. 3. versic. quattò & vltimò. Alua. & Card. Ales. post And. Iser. in cap. naturales, ille col. 5. hic col. pen. vterque versic. pone quòd quis, tit. si de fend. fue. contro. inter do. & agn. vbi & hoc dicunt fuisse determinatum in directorio iuris, titul. de fili. legi. & illeg. §. quidam. Matri. Laud. in tract. primogenituræ, col. 8. vers. quæro proposita consuetudine. Anton. Rosel. qui id latissimè omnium tractat in tract. legitimationum, li. t. in causa finali sine effectiua, col. 2. vers. testat modò, vbi de hoc facit tria dnbia. Primum an statntum loqnens de primogenito verificetur in primogenito naturali, legitimato ante mortem patris. Alterum an hic legitimatus fingatur tetto legitimatus à tēpore natiuitatis. Postremum si ita fingatur, an cōpræhendatur in verbis statuti, vti videre apnd eum poteris. Nicol. Perusi. in tract. success. ab intesta. in j. patre, in 6. specie filiorű, col. eius speciei. vers. & reuertendo ad propositnm. Alex. con. 25. circa primum dubium, col. 2. vers. addűt etiam, lib. 1. & cons. 67. consideratis his, col. 3. vers. pro hoc etiam specialiter, eod. lib. 1. & cons. 94. col. 3. vers. septimò confirmo, eod. li. 1. dum allegat Io. And. in d. c. sine culpa, & cons. 5. auētis narratis, col. 2. vers. fortificantur prædicta, lib. 7. & in sua disput. incip. Sigismundus Rex Romanorum, in 4. dubio, Corne. cons. 25. circa primum, col. j. lib. 3. dű etiam allegat Io. And. vbi suprà. Barb. in repe. l. cùm acutissimi, col. 58. versic. quid si testator dicit si filins mens. & iterum col. 95. vers. non obstat quartum. C. de fideicom. Soci. consi. 225. quæst. præsentis consultationis, col. 4. versi. præterea not. lib. 2. & cons. 251, quoniam in præsenti, col. 10. vers. confirmatur etiam, eod. li. 2. & cons. 246. eleganter, col. 4. vers. confirmatur per ea, eo. lib. 2. quod & repetitur inter cons. Franc. Curr. Senioris, cons. 18. & Card. Alex. in d. c. per venerabilem. §. quod autem, col. 19. vers. & ex his, qui est in num. 32. qui fili. sunt legi. Fely. in c. vlt. col. 12 vers. sub ista declaratione, de constit. & in c. cùm olim, col. 11. ver. primnm exemplum, de re ind. Ias. in l. si is qni pro emptore, col. 48. vers. consuetudo. ff. de vsucap. & cons. 192. exorta est, col. 5. versic. septimò pro eadem parte lib. 2. Caro. Rui. consi. 19. in hac controuersia, col. 3. vers. sed tamen præmissis, & vers. seq. libr. 1. & cons. 1:6. in qnæstione, col. 3. nu. 6. libr. 3. D. Cos. Guy. in procemio pragma. sancti. post princ. in verbo, primogenito. Philip. Deci. cons. 85. cuius superscriptio incipit, de gradibus, col. pen. vers. postremò. Franc. Curti. Iunior dum citat Ioan. And. vbi suprà, consi. 157. præsupponitur, col. 2. num. 5. & Catel. Cot. in memor. incipi. primogenitus, vers. nunquid autem. Moline. in Consuet. Paris. tit. 1. §. 8. glo. j. in 7. q. colum. 2. vers. quantùm ad secundum. & Maria. Soci. iunior consi. 52. memini me fuisse, colum. vlti. versi. & vltra allegata, libr. 1.

5 ¶ Huius sententiæ multæ sunt rationes, ex quibus nonnullas attulisse non inutile visum est licèt naturalis sit prior naturâ, tamen est iure posterior: quia naturale & ciuile vinculum, ex quibus constat successio, reperinntur priùs in legitimè nato, quàm in legitimato. At quoties duo requirūtur ad ius quodpiam consequendum, is potior est, in cuius persona ea duo priùs reperiūtur: quamuis vnum in alio priùs fuerit. per d. l. quoties. C. de rei vendi. cum si. vbi eùm duo reqnirnntur ad translationem dominij, videlicet titulus & traditio. neque enim titulus sufficit, per l. traditionibus. C. de pact. Certè is præfertur, in cuius persona vtrunque adimpletum reperitur, licèt titulum posteriorem habeat.

Rationes illius opi.

Potior est in quo duo necessaria priùs reperiuntur, licet vnum in alio prius fuerit.

6 ¶ Idem in pignore. nam si priùs cum vno imperfectè conuenit, deinde cum alio perfectè, demnm secuta est perfectio cum primo: præfertur ille medius. per l. Titius. ff. quę res pign. obli. poss. & l. 1. & l. qui balneum, & l. qui potior, in primo responso. ff. qni potio. in pign. hab. Item sponsalia de futuro, & copnla matrimonium absoluūt. Sed si inter ista despōsentur alij de pręsenti, anteponitur quod medium factű est, c. veniens, de sponsa. & cap. si inter, de eo qni cogn. consang. & c. 1. de sponsa duo. Ita similiter in nostro casu is qui priùs vtriusque, scilicet naturæ & iuris robur assecutus est, & ita prior à natura simul & iure cognitus est, ideò præferendus est et qui posteriùs à iure cognoscitur beneficio legitimationis, licet naturæ vinculum prior haberet.

Ad idem.

7 ¶ 2. ratio, Tum demum successio defertur natnrali filio, si is posteà legitimetur, non aliàs, nec ante legitimationem. Si ergo ante huinsmodi conditionis implementum, & vt dicunt nostri, ante conditionem pnrificatam, nascitur alter filius naturalis & legitimus, & sic ad succedendű aptus huic iuri primogenituræ, is debet succedere alio excluso: cùm iam sibi ius sit quæsitum, per d. c. si pro te, de rescript. lib. 6.

Potior est cui ius est quæsitum ante conditionis euentum.

8 ¶ 3. Legitimatio non trahitur tetrò in præiudicium alterius, per tex. optimnm in §. liceat igitur, ibi, & snos de cætero. & iterű ibi, & hoc facto eis inde filios. & ibi Ange. not. in Auth. quib. mod. nat. effi. legi. & in §. illud tamen, in fi. ibi, quo facto ex hoc filios, & ibi gl. in verbo, facto, & in verbo, ex hoc, in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. & in c. tanta, in verbo, post contractű matrimoniű, qui filj. sunt leg. & voluerűt Bart. & omnes in l. Gallus, §. & quid si tantű. ff. de libe.

Legitimatio non retrotrahitur in præiudicium alterius.

& postb.& ibi concord.per recentiores.quibus adde Bald.cons.102.incip.est considerandum
col.2.lib.4.& omnium elegantiss.And.Alcia.lib.Paradox.3.c.12.qui & hoc putat passim pro-
cedere nullo discrimine,an sit in alterius præiudicium,nécne,cum text.in d.§.& licèt,palam
eo casu loquitur,quo pater legitimam sobolem non habebat.Et etiam diximus in nostra re-
pet.l.si vnquam,in verbo,susceperit liberos,nu.64.sed in dubium.

Nec collatio. Nec restitutio. Nec confirmatio. Nec fictio.

9 ¶ Et id quidem verum est, siue legitimatio sit quædam collatio, per d.c.si pro te, de rescript.
lib.6.siue quædam restitutio,per c.quanuis,eo.ti.li.6.& per no.in l.vlt.C.de sen. pas.vbi resti-
tutio quæ fit ad bona,non trahitur ad ea,quæ medio tempore fuerunt in alium translata. &
est etiam bonus tex.in l.& si sine.§.sed quod Papinianus. ff. de minori. & ibi concord. & Ias.
latè cons.139.in causa quæ vertitur super canonica,in col.2.lib.1.Siue etiam sit quædam con-
firmatio,per c.si apostolicæ,de præben.lib.6.Siue item habeat vim fictionis, & tunc etiam in
præiudicium aliorũ non retrotrahitur,ex sententia Argen.& Paganini,& Vbertini inter cõs.
Bal.cons.16.in Dei nomine,&c.visis testaméto,&c.lib.4.ar.no.per Cyn.in l.vlt.C.ad Maced.
De quibus omnibus & aliis si.nos latiùs diximus in nostro tractatu Retractuũ tit.1.§.1.gl.10
in verbo,*dedans l'an*,nu.68.est autem generale,& seq.

Non retrotrahitur quod hodie incepit valere.

10 ¶ 4.Quod hodie incepit valere,nõ retrotrahitur.c.1.de desp.impub.li.6.valet igitur,vt ex nũc
vt nostri loquuntur,per not.in c.non firmatur,de reg.iur.li.6.& patet in l obseruare, in fi.ff.
de off.Procõ.& in l.quod ab initio.ff.de mil.test.& in §.pe.Insti.eo.& facit l.Tribunus.ff.eo.
& l.Titius.ff.quę res pig.obl.pos.igitur huiusmodi legitimatio retro vires suas nõ extẽdit,sed
iam robur incepit habere à tempore suo. Ergo legitimus ante id tempus ius primogenituræ
adeptus,ipsum non perdit per legitimationem naturalis, quam metimur ex suo tempore.

Iniquitas, si aliter dicamus. Et periculum.

¶ 5.Quid si aliter teneamus?nónne insurget magna iniquitas aduersus mulierem quæ primo
11 loco nupsit huic viro non nuptura,si is habuisset primogenitum,qui cæteris suis liberis exclu
sis huiusmodi ius obtineret?ad quod facit text.in l.vlt.C.de pactis inter emp.& vendi.ad fin.
dum loquitur de eo qui aliter non erat contractus.& in c.filij,tit.si de feud.cont.fit inter do.
& ag.Item magnum illi mulieri imminet periculum ex huiusmodi primogenito antè nato,
qui spe huiusmodi iuris consequendi illam veneno fortè, aut vi interimet, vt pater matrem
ipsius in vxorem accipiat.

Quid decet inspiciendũ.

¶ 6.Legitimatus ea tantùm habere debet,quæ huiusmodi appellationem decent.§.dubitatũ,
12 in fi.in Auth.de incæst.nupt.nam quid deceat semper inspiciendum est,c.magnæ,& ea.cùm
non deceat,de voto.Sed non decet ꝙ legitimatus plus iuris habeat,quàm legitimus,per text.
in §.si quis ergo,& §.quoniam variè,& §.si quis autem,in Auth.qui mod.nat.effi.sui.Cõse-
queretur autẽ plus iuris,quàm legitimus,si in hoc iure primogenituræ succederet, quod mi-
nimè dicendum est.Ad quam rationẽ vide omnino quæ scribemus infrà,nu.49.& ego.

Prolis fauor non est ampliãdus contra aliã prolẽ. Nec dotis cõtra dotem.

13 ¶ 7.Istius legitimi cæpit esse hæreditas,quia filius,ergo hæres,ad Gal.4.& l.in suis.ff.de libe.
& posthu.Et primò fuit constitutus in iure succedendi.§.sed sui,Inst.de hęred. quali. & diff.
Nec est hic fauor prolis ampliandus, contra aliam prolem priùs legitimam. Sicuti nec doti
datur fauor aut priuilegium contra dotem, quin in illis temporis prærogatiua seruetur,per l.
1.circa princ.C.de rei vxo.actio.& l.vlt.C.qui potior in pign.habe.vbi fictio stipulationis de
dote non habet locum in præiudicium alterius dotis,ne quod legitimè factum fuerat,ob su-
peruenientem euentum vicietur aut perdatur,contra regulam,factũ legitimè, de regu. iuris,
li.6.cum concord.Nam & alia est etiam regula,quòd id quod nostrum est, sine facto nostro
à nobis auelli non potest.l.id quod nostrum.ff.eo.Primogenitus autẽ nihil fecit ob quod sibi
debeat huiusmodi ius deperire.Nec pater ei expresse auferre potest,vt latè diximus suprà q.
21.Ergo nec tacitè contrahendo cum concubina.c.dilecto,de præb.Nec enim potest in illius
præiudicium mutare consilium, per c.mutare, de reg.iur.li.6.

Legitimatio nõ trahitur ad tempus cõceptionis.

¶ 8.Legitimatio non trahitur ad tempus cõceptionis,sed inspicitur tempus partus, per tex.in
14 §.tribus,ante fi.in Auth.qui.mo.nat.effi.sui.Ergo multò magis non inspicitur tempus ante
conceptionem,per illum tex.& in l.nuper,in fi.C.de nat.libe.

Certi modi quibus secũdus locus in primũ adducitur.

¶ 9.Habemus certos modos quibus in successionibus constitutus in secundo loco, in locum
15 prioris adducitur,vt in morte naturali,quæ primo subducto facit locũ alteri:& morte ciuili,
scilicet deportatione vel dãnatione in metallum.l. Gallius.§. quid enim si nepos.ff.de libe. &
posth.& l.1.§.si filius,& seq.vsq; ad §.post suos.ff.de suis & legi.cũ si.Sed modus legitimatio-
nis non reperitur esse de illis modis,nisi quis fortè vellet argumẽtari de casibus expressis ad
legitimationẽ.quod fieri nõ potest,cùm casus omissus à lege pro omisso habeatur.l.si verò.§.
de viro.ff.sol.mat.&c.dilectus,de temp.ord.cum concord. alibi à me latè traditis.

Primogenitus non est, nisi & idem sit legitimus.

¶ 10.Ad hoc vt quis ius primogenituræ obtineat,duo requiruntur, quòd sit primogenitus &
16 legitimus,quod nõ est in huiusmodi primogenito:quia licet sit prior filius hũc enim natura
genuit,nõ honestas coniugij.& c.vlt.32.q.4.imò etiam spurius filius vocatur in c.tãta,qui fili
sunt leg.Non tamẽ in iure succedendi prior est,sed is qui priùs illa duo nactus est,ex quib9 ius
successionis competit:vt sic ponderetur huiusmodi ius primogenitutę,nõ natiuitas, per tex.
in §.vlt.22.q.4.vbi dicitur,quòd Iacob dicendo se esse primogenitum non est mentitus.Non

enim dicit

enim dicit se esse primogenitum natiuitate, sed iure: & hęc ratio accedit ad primam.

17 ¶ Quòd si quis contédat istum censendum esse legitimum à natiuitate, hoc certè non est verũ secundùm veritatem naturæ, sed secundùm dispositionem legis, vel ciuilitatem. Sed constat quòd illum quem excludunt filij secundùm naturam, non excludunt secundùm ciuilitatem l. si ita quis. ff. de leg. 2. & l. fidei commissum. ff. de condi. & demon. vnde non est satis ciuiliter fieri. c. susceptum, de rescrip. li. 6. & facit tex. in l. ex ea parte. §. insulam. ff. de verb. obli. & in l. vlt. C. de his qui veni. æta. imp.

Ciuiliter fieri nõ satis est, nisi & naturaliter fiat.

18 ¶ 11. In fictionibus quę ad principiũ suapte natura trahuntur, oportet eandé causam & essentiam perseuerare, alioquin naturam suam mutant, nec iam trahũtur ad initium, vt patet in l. 1. §. videamus. C. de rei vxo. actio. Cùm ergo eo tempore, quo pater habuit primam vxorem & ex ea filium, non potuerit ea concubina esse illius vxor (duas enim vxores simul habere nó potuit) certè fictio, qua is debuit censeri legitimus ex sequenti matrimonio, mutat naturam, & ad id tempus non trahitur. Nec enim trahi debet ad tempus, quo sequi potest iuris repugnãtia. l. si ita qui. ff. de vsucap. & l. 2. C. de inof. dona. & l. donationes. la 1. C. de dona. inter vir. & vxo. Nec item trahitur mutata códitione personę, vel quando res posset viciari. l. si certarũ. §. vlt. ff. de testa. mili. & l. in bello. §. codicilli. ff. de capti. & postli. reuer. & l. 1. C. de testa. manu. Nec denique cùm nuptiæ in parte téporis consistere potuerũt, & in parte non consistere. Aliàs enim sequeretur quòd quis partim temporis esset legitimus, siue legitimatus, & partim non, quod esset absurdũ. l. cùm aliis. C. de cura. fur. & c. per venerabilem, versi. præterea etiã. extrà, qui fili. sunt legi. cum aliis multis concor. à me congestis in repe. l. si vnquam, in verbo donatione largitus, nu. 232. tertia ratio. C. de reuo. donat.

Fictio nõ retrotrahitur, cùm suã naturã mutat. *Nec cùm sequi potest iuris repugnantia.* *Nec cùm res posset vitiari.* *Nec cũ nuptiæ partim temporis cõsistere potuerũt, partim non.*

19 ¶ 15. Fictio omnino locum nó habet cum alterius præiudicio, vt patet ex eo quòd actio de dote quæ non cópetit constante matrimonio, facto diuortio cópetit, reintegrato matrimonio desinit cópetere. l. si mulier diuerterit. ff. sol. mat. & aliis ll. ibi alleg. & id quidé ex fictione, quoniã fingitur nó diuertisse. l. plerunq;. ff. de tit. nup. Sed hoc tantùm procedit quando debetur, vel restituéda est soli mulieri, vel ei simul & patri. Secus si extraneo, per l. stipulatio de dote. ff. de iure dot. & l. in insulam. §. vl. ff. sol. mat. Quasi videlicet in illius præiudicium non procedat illa fictio. Sic & in hoc casu, licèt quò ad parentes & huiusmodi filium naturalé possit procedere huiusmodi fictio, vt videlicet censeatur legitimus, non tantùm in præiudicium alterius legitimi nati ante huiusmodi matrimonium, iam habenti ius efficax, vt dictum est.

Nec cũ alterius præiudicio.

20 ¶ 13. Eadem fictio non habet locum in statutis. in quibus verba verè ac propriè, non fictè non impropriè accipienda sunt. l. 3. §. hæc verba, & ibi no. ff. de neg. gest. cum si. Legitimatus autẽ etiam per matrimonium non verè, sed fictè, dicitur legitimus. l. cùm quis, in fi. C. de natur. libe. cum dicit, simili perfruátur fortuna. nullum enim simile idé est, vt not. gl. l. quod Nerua, in verbo, dolum esse. ff. deposi. cum si. Nam & vbi fictio locum habere nó potest, nec legitimatio quoq; quę fit per matrimoniũ. l. Paulus. ff. de stat. ho. & l. & si cótra. & ibi Cy. & alij. C. de nup. Si ergo is legitimatus nó potest cóprehédi à verbis statuti, nec ab eius dispositione potest. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exer. act. & l. 4. §. toties, & ibi Bar. & alij. ff. de dã. infect. cum infinitis propè concord. à me collectis in repe. l. si vnquam. in versi. libertis, nu. 2. & multis seq.

Nec in statutis.

21 ¶ 14. Quando qualitas, vel solennitas substantialis requiritur certo aliquo tempore, si eo tempore non affuerit, etiam si post superueniat, nihil operatur. l. obligari. §. tutor, & ibi no. ff. de author. tut. & l. matrem. C. de prob. & l. his verbis. §. interdum, & ibi Ang. ff. de hære. insti. & no. à Iac. Bu. & Bar. in l. quid ergo, in prin. ff. de his qui no. infa. & Cyn. in l. vlt. C. ad SC. Maced. & Bart. in l. bonorum. ff. ré rat. hab. cum aliis multis si. & cócord. à me collectis in Legib' Cónubialibus in gl. 4. in verbo, *consentement*, nu. 2. & 2. seq. At qualitas legitimationis requiritur tépore natiuitatis, vt dicatur primogenitus legitimus. neq; enim primogenitus legitim' est. qui non legitimè gignitur, siue nascitur. Et hæc ratio maximè procedit in dignitatibus & prerogatiuis, in quibus requiritur habilitatem inesse eo tépore, quo dignitas, siue pręrogatiua defertur. Nã superueniens inefficax est. l. si filiusfami. ff. de test. & l. 1. §. exigit Pretor, & §. seq. & l. pen. §. testamento. ff. de bo. pos. secun. tab. & c. innotuit, & ibi gl. in verbo, cóiugata, Host. Io. And. & alij. & c. dudum. & c. cum in cunctis, & vbique not. de electi.

Qualitas substantialis superueniens nihil operatur, si defuerit tẽpore necessario.

22 ¶ 15. Lex ipsa facere non potest, vt factum infectum fiat: nec è diuerso infectum, factum. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & postli. reuer. cuius authoritate Bal. in c. contingit, col. 2. ver. dicunt Doc. de dolo & contu. dicit nũquam procedere fictionem quò ad veritatem inducendã: neq; enim autoritatem legum posse tollere naturalem veritaté. Ex quo etiam nec pactũ, nec cótractus factum quoq; tollere potest. l. verũ. ff. de regu. iur. quod enim factum est, infectum manere impossibile est. vt scribitur in §. 1. versi. quæ igitur, in Auth. de æqua. dot. & apud Platoné libr. 11. de legib. Phocylidem apud Aristotelem lib. Ethicorum 6. c. 2. Plautum in Aulularia, & Terentium in Phormione, cum aliis multis à me collectis in tractatu Constituti. quem mox in lucem edemus. in 7. limitat. Ex quo illud consequens est, vt lex ipsa aut matrimonium postea contractum non possit facere, vt hic non fuerit illegitimè genitus vel natus. Præsertim quòd quæ naturaliter contrahuntur, tolli aut immutari non possunt: cùm continuò

Factũ infectum lege fieri non potest, nec contrà. *Nec pacto.*

suo sub

ſno ſubiecto inhæreāt.l.ius agnationis.ff.de pact.& §.ſed naturalia,Inſti de iure natur.gen. & ciuil.& §.vlt.Inſt.de legi.agna.ſucceſ.

Fictioni nõ eſt locus, niſi extremis habilibus.

23 ¶16.Antequã ſit locus fictioni trãſlatiuæ,vt ſcilicet quis dicatur retro talis, neceſſe eſt extrema eſſe habilia.l.huic ſcripturæ.ff.ad leg.Aqui.Bart.in l.ſi is qui pro emptore,col.3.verſ.3.cõtra iſtud.ff.de vſucap.& d.l.bonorum.ff.rem rat.hab.cum ſi.Hic autem extremum à quo non eſt habile,cùm reperiatur aliquis iam primogenitus,& idem legitimus,qui hunc legitimatũ in ea qualitate legitimitatis præcedit.

Qui cõtrà tenuerunt legitimatũ per matrimonium præferri.

24 ¶Fuerunt tamen & alij magnæ autoritatis viri,qui contrariã partem tenuerunt,videlicet huiuſmodi primogenitum naturalem,legitimatũ per matrimonium præferri legitimo ante legitimationẽ nato(adeò nihil in iure noſtro eſt ſine cõtrouerſia) videlicet Guil. Aemeſ. in ſua diſputatione in eam rem nuncupatim facta,inci.cùm Rex Anglicus,quem retulit Io Andr. in c.ſine culpa,vbi & hoc dicit tenuiſſe alios duos Doc.ſolennes,& ſummæ ſcientiæ,ob quod dicit ſertemulum propter autoritatem illorum contrariam partem ſequi.Sed & hanc partem tenuerunt Richar. Mal.in ſua diſputatione incip.in quibuſdam prouinciis, vt illum retulit Alber.in d.l.cùm quis.C.de natu.lib.Tenuit item & Collecta.in d.c.tanta,col.1.& 2.qui fili. ſunt legi.Bart.ſibi contrarius,in §.tribus.verſ.quærit hic Iac.in Auth.qui.mo.natur.effi.ſui.& Saly.in l.quoties.col.3.verſ.quęrit Iac.Bel.C.de rei vẽdi.& Paul.Caſt.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,col.pe.verſ.ex iſtis patet.& ibi quoque Fran.Are. ſibi contrarius col. antepe. ff.de libe.& poſthu.Flori.in l.in delictis.§.ſi extraneus,col.2.verſ.item facit iſte tex.ff.de noxa.& in ſua diſputatione cuius eſt initium, Baro quidam de nobili ſtirpe progenitus,in 2.dubio, & Ant.Roſel.in tract.legitimationum lib.1.col.15.verſ.vltimò eſt videndum.Fely.in c.prudentiam,col.3.ver.primogenitus,de offi.deleg. & D.Boër.dec.159.donatio iuris,in ſi. Et in hanc partem clanculum inclinaſſe videtur Panor.con.84.videtur primò dictam donationem, in ſi.iuncto eo quod dixerat col.2.verſ.quartò principaliter,lit.1.& And.Alcia.li.3.de verb.ſign. in 2.axiomate.Sed & ſunt qui in hanc partem trahunt Card. Alex. in c. per venerabilem.§. quod autem,loco ſuprà allegato in contraria parte.

Rationes huius opi. Hic legitimatus cum cæteris ſuccedit.

25 ¶Nec ſuæ huic parti rationes deſunt & argumenta,ex quibus aliqua & ea quidem præcipua huc quoque ſubſtituemus,vt ſit legentibus liberum hinc & inde omnibus collectis diſcernere,vtra pars ſit verior.Prima,Is dicitur primogenitus,qui nullum habet ante ſe.c.Ioſeph. de verb.ſig.& latè ſuprà diximus in 1.q.Sed iſte reperitur primò natus,naturaliter.& etiã legitimus eo tempore,quo defertur hæreditas.Ita vt ceſſante conſuetudine hauddubiè cũ reliquis ſuccedat,vt in §.dubitatum.in Auth.de incæ.nup.& in auth.item ſi quis.C.de natu.lib.& c. tanta,iam ſuprà ſæpius alleg.cum ſi.Et idem ius eſt de toto,quod de parte.l.quę de tota.ff.de rei vend.& c.paſtoralis.§.1.de offi.deleg.cum ſi.

Et excludit agnatos remotiores

26 ¶2.Iſte ita legitimatus de iure communi excludit agnatos remotiores,qui aliàs ſine huiuſmodi legitimatione erant ſucceſſuri,per tex.in §.ſi quis autem defunctus,in Auth,qui. mod. nat.effi.ſui.& c.1.qui filij ſunt legi.Ergo & etiam ex conſuetudine huiuſmodi ius primogenito deferente,debet excludere ſecundogenitum,qui etiam aliàs erat ſucc. ſſurus.

Proximitas attenditur ſecundũ tempus mortis. Et capacitas.

27 ¶3.Quemadmodum de iure ex gradibus diuerſis ſuccedit proximior.l.conſanguineos.§.2.ff. de ſuis & legi.cum ſi.Ita & hic de conſuetudine in perſonis eiuſdem gradus ſuccedit primogenitus.Sed ita eſt,quòd vt ſciatur quis ſit proximior, inſpiciendum eſt tempus mortis, vel poſterius,non anterius,per d.l.poſt conſanguineos.§.proximũ.ff.de ſuis & legi.& l.1.ff.vnde legi.& §.proximus,Inſtit.de legi.ag.ſucceſ.& §.quinetiam,tit.epi.vel ab.cum ſi.Sicuti & cùm aliàs quæritur de capacitate,vel incapacitate prohibiti capere.l.in fraudem.§.1.ff.de his quib. vt indig.& l.non intelligitur.§.quãdo autẽ.ff.de iure fiſci.Nec enim priùs debet de cuiuſq; conditione quęri,quàm hæreditas vel legatum ad eum pertineat. l. non oportet. ff. de lega.2. & l.interuenit,quę eſt pe.ff de lega.præſtan.Et ſi aliter dicamus,id eſt,tempus natiuitatis filij non mortis patris eſſe inſpiciendũ.confeſtim illud abſurdum ſequitur, vt ſi pater triũ filiorũ moriatur,mortuo iam primogenito,non haberet hæredem regni,cùm inſpecto tempore natiuitatis neuter ſuperſtitum filiorum ſit primogenitus.

Qualitas adiuncta verbo,intelligitur ſecũdũ tempus verbi.

28 ¶4.Qualitas adiecta verbo recipit interpretationem ſecundùm tempus ipſius verbi. d.l.in delictis.§.ſi extraneus,& ibi omnes.ff.de noxa.& l. Titius, & ibi Bar.& Bal. ff. de mili.teſta. Ideò cùm dicitur,quòd primogenitus ſuccedit,debet intelligi de eo qui eſt primogenitus tẽpore ſucceſsionis, præſertim cùm ante mortem patris nullum ius ſit quæſitum alteri, cùm viuens non habeat hæredem.

Amiſſa per peccatũ,reſtituta per gratiã pleniſſimè reſtituuntur.

29 ¶5.Iſta legitimatio reducit ad ſtatum primũ contrahentes & eorũ liberos,per tex.in d.c.tãta, & voluit Hoſt.in ſumma eiuſdem tit.§.qualiter, & à quo. Fit enim per principem principũ, videlicet Deum,propter pœnitentiam,& conuerſionem quæ ad cũ fit,per huiuſmodi ſequẽs matrimoniũ:& ideò latiùs operari debet,per ea quæ not.ipſe Hoſt.in c.ex trãſmiſſa,de renun. Nã cùm agimus de amiſsis per peccatum,reſtituẽdis per gratiã, debet reſtitutio pleniſsimè intelligi,quia Deus opus imperfectũ nõ nouit.c.maiores,de Bapt.ſicut legitur de Maria ſorore Aarõ quæ prophetiæ donũ,quod amiſerat per peccatum,recuperauit per gratiã, vt legitur

in §.

in §.è contrario.50.di.facit c.quia tua,& c.domino sancto,eadem di.& §.ex his. de pœn. di.1.

30 ¶6.Iniuriosè & vitiosè spoliatus restituitur ad omnem modum & causam,c.Pisanis,de resti. spo.& ad locum eundem.l.2.in prin.vers.restitutus.ff.de Decur.& c.in primis.2.quæst.1.& c. nullus.2.q.2.& c.quanto.2.q.5.& c.reintegranda.3.q.1.& c.hoc quippe.3.q.6.& c.conquerẽte.de restit.spol.& c.ad petitionem, de accusa. eum si. Propterea non obstat d.c.quamuis, de rescrip.lib.6.quia non loquitur de iniuriosa spoliatione,qualis hic est cum extra bonum matrimonij proles generatur,vt probatur in c.nasci.56.di.& in cap. innotuit,ibi, præripuit quasi furtim,extra de elect.Et quia etiam in d.c.quamuis,ius erat expressè acquisitum impetranti. Sed hic ante legitimationem nullum ius quæsitum est legitimis;sed solùm spes quędã succedendi,quæ non tanti est,vt ius quæsitũ esse dicatur,cùm multa interuenire possunt, ne filius hæreditatem accipiat,ar.l.naturalem.§.1.ff.de acqui.rer.do.& c.de his,in fine,extra de sepul. & pulchrè voluit Bar.in l.sciendum,in prin ante fi.ff.qui satisda.cog.Ideóque, vt ille subdit, ista spes successionis non debet attendi,per l.post emancipationem.ff.de adi. lega. & aliquid diximus suprà in præced.q.num.13.huc quoque spectat.& dicemus plenius in 40.q.

Iniustè spoliatus restituitur ad omnem modũ,causam & locum.

31 ¶Et propterea Bal.in l.certum.C.vnde legi.Ange.& Imo.in l.si alienum.§.in extraneis.ff.de hære.instit.dicunt quòd si pater instituit filium spurium,& posteà facit eum legitimari viuẽte ipso patre,institutio reconualescit. nam retrotrahitur legitimatio, cùm viuente testatore nullus habeat ius formatum in hæreditate.l.qui superstitis.ff.de acqui.hære.& l.1.§.si impuberi.ff.de colla.bo.Ex quo satis patet huiusmodi spem non esse considerandam.

Institutio filij spurij conualescit per legitimationem.

32 ¶Et id quidem perspicuum videri potest.Alioquin enim sequeretur,q̃ ex quo quis natus est suo patri,& ideò spem habet succedendi in totum,natiuitas filiorum sequentium, aut etiam legitimatio sequens nihil illi obesset,quin in totũ succederet.quod tamen falsum est:quia id ita intelligitur,nisi & alij nascantur etiam naturales qui legitimẽtur,per tex.supra allegatos. Et propterea etiam in nostro casu spes succedendi in iure primogenituræ acquisita primogenito,ex primo matrimonio,debet intelligi,nisi antè nati ex concubina legitimentur per subsequens matrimonium,vt no.in c.quemadmodum,de iureiur.Imò verò ante natiuitatẽ istius primogeniti ex primo matrimonio fuit etiam spes acquisita naturali nato ex concubina,succedẽdi patri naturali,vt no.Host.in summa,tit.de succes.ab intest.§.circa successionem,vers. quid de naturalibus: saltem in quota,per no.in c.nisi.de renun.

Absurdu.

33 ¶Et quod aliàs ius in spe quæsitum non impediat retrotractionẽ,satis probat tex.in l.1.§.qui mortis.ff.ad SC.Trebel.vbi si is qui mortis tempore ciuis Romanus erat,ante aditam hæreditatẽ in seruitutem deducatur,legitima hæreditas ei nõ defertur,nec si postea liber factus sit: nisi beneficio principis fuerit restitutus. Et tamen eo seruo pœnæ effecto interim erat alteri scilicet sequenti proximiori ius quæsitũ. Et id quoq; proba.l.1.§.vl.ff.de bo.pos.cont.tabu.iũctis iis quæ no.glo.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de libe.& posthu.ex quibus intelliges q̃ licèt habens primum locũ eum perdat,quia forte deportatus est,& sic secundus sit in spe iuris suitatis,quam vocant:ille tamen postea restitutus,qui primus erat,recuperat locum suum.

Ius in spe quæsitum nõ impedit retrotractionem.

34 ¶Confirmatur,quia ex aliorum sententia legitimatio, quicquid dictum sit in priore parte, retrotrahitur ad tempus natiuitatis,quia legitimatio est restitutio nataliũ,quæ fingit medio tempore non fuisse spurium,dicta l.vlt.ff.de nata.restit.per quam ita tenet Bar.in l.2.in prin. col.2.ver.item talis legitimatio,& ibi quoque Ale.col.4.versi.successiue,& recentiores. ff. de vulga.& pupil.Ange.in l.his verbis.§.interdũ.ver.& idem dicam.ff.de hære.inst.Per. Anca. cons.225.videtur prima facie dicendum,col.2.vers.his nõ obst.Raph.Co.in l.filio quẽ pater, in prin.ff.de libe.& posth.Ias.post alios multos in d.l.Gallus.§.& quid si tãtùm,in priore lec. col.15.vers.circa primum verùm legitimatio.& in 2.lec.col.10.vers.prima conclusio.ff.de libe. & posthu.& cons.127.dubitatur in occurrenti casu, col.7. vers.& quod legitimatio,libr. 4.ex quibus intelligere potes istud haud dubiè procedere,cùm aliis nondum est quæsitum ius aliquod formatum,vt nostri loquuntur,& incommutabile,cuiusmodi est hęreditas,vt diximus in præcedenti vers.

Legitimatio retrotrahitur.

35 ¶7.Aliquid retrotrahi procedit non solùm in iudiciis,& maleficiis, & in contractibus, vt in concord.quæ traduntur in l.vlt.C.ad Maced.& in c.ratihabitionem, de regul.iur. lib.6. Sed & in aliis quoque.Nã videmus quòd retro dicitur in ciuitate fuisse,qui ab hostibus aduenit. l.retro.ff.de capti.cui quidem iuri postliminij nihil adeò simile est ac huiusmodi ius legitimationis. Nam sicut postliminium eum à quo seruitutem amouet, facit esse eius conditionis, ac si nunquam in ea seruitute fuisset.l.postliminium.ff.eo.& c.prima actione 16.q.3.Sic & legitimatio istum perinde facit haberi,ac si nunquam fuisset illegitimus.l.si quis filio.§.pen.ff. de iniu.test.Et sicut per postliminium reuersus excludit secũdogenitos & remotiores,per d.l. si quis filio.§.sed & si pater,& l.si necem.§.si deportatus.ff.de bo.liber.& l.qui ex liberis.§.1.ff de bo.pos.se.tab.ita & per legitimationem, vt iam diximus.

Retrotractionẽ nõ solum in iudicijs,maleficijs,& contractibus,sed in aliis.

Collatio iuris postliminij cũ legitimatione.

36 ¶8.Si legitimatio retro non trahatur,illud cõtinuò sequetur, legitimatum aliquando fuisse naturalem tantùm,aliquando quoque naturalem & legitimum,quod esset mõstrum,vt no. in c.cùm inhibitio,de clande.desp.cum aliis multis cõcord.à me traditis in repe.l.si vnquã,in verbo,

Non potest esse quis filius naturalis tantũ & naturalis & legitimus

verbo, donatione largitus, nu. 232. tertia ratio. C. de reuo. don. Et sic etiam censeretur eadẽ res duplici iure, imo & contrario, contra l. 1. ff. de rer. perm. & l. vlt. C. de codic. & c. cùm in tua, de deci. & c. cognouimus 12. q. 2. cum his quæ diximus suprà nu. 17. vndecimò in fictionibus.

Legitimati per matrimo. promouentur ad sacros ordines.

37 ¶9 Legitimati per matrimonium possunt ad sacros ordines promoueri. d. c. tanta, qui fili. sunt legi. & ad dignitates ecclesiasticas eligi, vt no. glo. & Doc. in d. c. innotuit, de elec. Ergo & primogeniturã assequi. Tum quia quod in spiritualibus conceditur, multò magis & in temporalibus concessum videtur. c. per venerabilem, in prin. qui filij sunt legit. & c. solitæ, de maio. & obed. & c. duo sunt 96. di. Tum quia primogenitura est etiam veluti quædam dignitas, vt no. gl. in c. quàm periculosum. 7. q. 1. & alibi latè diximus.

Primogenitura est quadam dignitas.

38 ¶10 Hoc est beneficium sacramenti matrimonij, & Iuris Ciuilis & Canonici, vt scilicet naturales filij per matrimonium sequens, cui occasionem dederunt, legitimentur. l. cùm quis. C. de natur. libe. & d. c. tanta, qui filij sunt legi. cum si. Ergo id latissimè interpretandũ. l. beneficium. ff. de consti. prin. & c. cùm dilecti, de dona. & c. olim, de verb. signi. cum si.

Beneficiũ legitimationis per matrimo. latissimè interpretandum.

39 ¶11 Videtur de hoc esse tex. apertissimus in §. reliqui, in Authe. quib. mo. nat. effi. sui, ibi, semel eos efficientes legitimos damus habere etiam successiones illas, quas habent hi qui ab initio legitimi sunt. & rursum in §. illud, vers. si quis ergo. in fi. ibi, nihil à legitimis filiis differentes eo. tit. cum aliis multis similibus à me collectis in repe. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, nu. 70. horum omnium. C. de reuo. don. vbi etiam annotaui vim illius dictionis vniuersalis, nihil, vt ibi videre poteris.

Legitimatos nihil à legitimis differre.

40 ¶12. Per sequens matrimonium potest diminui ius legitimæ filiorum legitimorũ præcedentium, licèt aliàs pater non possit filiis in legitima præiudicare, text. est in §. generaliter, in d. Auth. quib. mo. nat. effi. sui. & melius in §. vlt. in Auth. de tri. & semis. Ex quo apertè patet, ꝙ pater contrahendo matrimonium potest deteriorem facere eorum conditionem, quibus aliter disponendo non poterat, vt de iure primogenituræ etiam diximus.

Matrimoniũ sequens minuit legitimã filiorũ primi matrimo.

41 ¶13. Inducta ad augmentum, non debent diminutionem operari, nec è diuerso. l. si à milite. §. 1. ff. de testa. mili. & l. si Ruffinus. C. eod. tit. & l. legata inutiliter. ff. de le. 1. & l. 3. ff. de adi. lega. & l. cùm tale. ff. de condi. & demon. cum si. Statutũ autem præferens primogenitum inductũ est ad augendam successionem primogeniti, vt per se patet. At eam diminueret, si hunc legitimatum non comprehenderet, vt qui hauddubiè cum aliis legitimis recipiatur ad successionem. d. §. reliqui, in Auth. qui. mod. natur. effi. sui. & diximus suprà in 1. ratione huius partis.

Inducta ad augmentũ non operantur diminutionem.

42 ¶14. Legitimatio quæ fit per matrimonium non minoris est potentiæ, quàm quæ fit per rescriptum, vt patebit ex multis quæ dicam inferius. Legitimatus autem à principe perinde censetur, ac si medio tẽpore nulla fuisset illegitimitatis macula aspersus. l. 2. & l. vlt. ff. de nata. resti. & l. imperialis. C. de nupt. Ergo haberi debet, ac si omni tempore fuisset legitimus. Ad quod etiam bene facit quod scribit Bartol. in l. si is qui pro emptore, in 3. q. priu. ff. de vsucap. Præsertim cùm priuilegium æquipolleat naturæ, vt per Io. And. in c. vlt. de consuet. li. 6. in nouel. & Bal. in l. siue possideris. C. de prob. Ergo idem & in legitimato à matrimonio. Sed hæc ratio dependet ex iis quæ posteà dicemus.

Legitimatus à principe nulla illegitimitatis macula aspergitur.

43 ¶15. Continuò quàm naturalis legitimatus est, ei competit ius succedendi, quod primum & principale est ius primogenituræ, vt latè ostendemus infrà q. seq. Vnde & illud quoque consequens est, vt qualitas & ius ipsum primogenituræ, quod ad ius succedẽdi se habet vt annexum, ac accessorium, sequatur naturã sui principalis. l. cùm principalis. ff. de regu. iur. & c. accessorium, eod. tit. li. 6. & vtrobique cõcor. Vt proinde effectus habilis ad succedendum quod principale est, sit & habilis ad obtinendum ius primogenituræ alterius iuris consectaneum.

Succedẽdi ius cõpetit legitimato.

Authoris sententia.

44 ¶Tu tamẽ tene priorem partem, vt quæ numero & autoritate (quod iam diximus) & ratione vincit. Nam quod ad rationes secundæ partis pertinet, satis iis potest respõderi ex rationibus primæ partis, quibus ostensum est legitimationem non retrotrahi in præiudiciũ alterius, cui ius iam est quæsitũ. Nec satis huic rationi facit, quod dictũ est, nullũ hic esse ius quæsitũ, nisi spe quadam minimè considerabili. Nam licèt aliàs spes successionis fortassis non esset tanti, vt ius quæsitũ esse videri debeat. Id tamẽ minimè procedit in iure primogenituræ, quod adeo primogenito, etiam viuente patre, competit, vt non possit pater aliter in eius præiudicium disponere, sicuti latè suprà disseruimus in 21. q. & dicemus etiam in 40. q. in multis locis.

Respõsio ad contraria.

45 ¶Et ex hoc tolluntur fermè omnes rationes adductæ pro 2. parte. Quanquam & illis sigillatim potest responderi ex lõgè latèque in eam rem tractatis à Io. An. in d. regula, sine culpa. & Alberi. in d. l. cum quis. C. de natura. libe. ad quos studiosos relego. Neque enim mihi consilium est (quod alibi sæpe protestati sumus) neque etiam possem, si velim, omnia huc transcribere: sed satis est loca demonstrasse, quæ omnes adire possunt, si non ex his quæ hic comperient, illorum ingenio & stomacho satisfactum fuerit.

Ad idem.

46 ¶Illud tamen vnum dixerim, iura quæ suprà adduximus ad probandum ius in spe alteri quæsitum non impedire restitutionem ad priorem locum amissum ob deportationem vel seruitutem, loqui de restitutione iuris & loci, qui competebat ab initio, ante spem alteri quæsitam: hic verò de noua collatione iuris, quod nondum is cui cõfertur habuerat: legitimitatem, dico

quæ ante

quæ ante legitimationem legitimati nunquam fuerat, quod longe abest.

47 ¶ Hanc tamen primam partem præferentem legitimum legitimato post ipsius natiuitatem intellige, nisi consuetudo regionis aliter haberet, vt expresse voluit Io. An. in d.c. sine culpa, ad fi. de reg. iur. lib 6. in Merc. Nicol. Perusi. in d. tract. de succes. ab inte. in prima parte in 6. specie filiorum. & Ant. Rosel. in tract. legitimat. lib. 1. col. 30. vers. his igitur decisis, per text. in l. de quibus. & l. si de interpretatione. ff. de leg. Et hoc quoque voluit Card. Alex. in d. c. per venerabilem. §. quod autem. col. 31. vers. sed dubium posset esse, & paulo ante, qui fil. sunt leg.

Consuetudo tamen hac in re seruanda.

48 ¶ Igitur præfertur secundogenitus legitimus primogenito naturali legitimato post natiuitatem ipsius primogeniti, nisi aliter consuetudo haberet. Quod si primogenitus naturalis legitimetur per matrimonium ante natiuitatem secundogeniti, vt fit cum post susceptum ex concubina filium pater, nullo matrimonio intermedio, vxorem ducit eam concubinam, ex qua & alium filium suscipit, ille qui prior natus est naturalis, & prior legitimus factus est per huiusmodi matrimonium, certe omnium sententia alteri præfertur. & id quidem optimo iure, tum quia hic naturalis iam est legitimatus ante natiuitatem alterius legitimi, & sic habet vtrunque vinculum & ciuile & naturale ante illum. Tum quia hic prior filius causa est, quare pater concubinam ex qua natus erat, duxit in vxorem, & ex ea alios filios suscepit. Qui ob id gratias agere debent illi filio priori, cuius beneficio ipsi legitimi nati sunt, vt dicit text. in l. cum quis. & l. nuper. C. de natura. lib. & §. vlt. in Auth. quib. mod. nat. effi. leg. & §. tribus, in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. & diximus suprà num. 37. incip. 10. hoc est beneficium. Et ita in hac specie non obscure voluit Ang. Aret. in §. vlt. in fi. Instit. de nupt.

Quid si primogenitus naturalis legitimetur per matrimonium ante natiuitatem secundogeniti.

Naturalis filius causam dat sequentis matrimonij.

49 ¶ Sed id in legitimato per principem non adeo certum est, cum in ea cesset posterior causa quam diximus. Et quoniam ius primogenituræ non sit eiusmodi, quod pendeat à libera patris dispositione, vt diximus, sed ex statuto vel consuetudine, velit, nolit pater, defertur liberis primogenitis: aut, illis non extantibus, consanguineis proximioribus: & ipsis quidem primo genitis, quo casu nihil prodest legitimatio per rescriptum. vt voluerunt Imo. & Dom. loquentes in regno, in c. grandi, de sup. negl. prælat. lib. 6. quos sequitur Alex. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, col. pen. & ibi Ias. in 1. lec. col. 18. ver. primo limita, & in 2. lec. col. 14. ver. limita istam conclusionem. & Carol. Rui. in rep. col. pen. ff. de lib. & posth. & idem Alex. cons. 25. circa primum dubium, col. 3. vers. ad prædictorum confirmationem, lib. 1. vbi hoc dicit sing. & cons. 67. consideratis his, col. 4. vers. iuuatur ista cōclusio, eo. li. 1. vbi & hoc dicit sin. & con. 94. quod est eiusdem initij, col. pen. vers. septimo confirmo, eo. lib. 1. vbi hoc dicit no. & Philip. Deci. qui hoc generaliter intelligit de omni iure primogenituræ. cons. 85. cuius rit. incipit de gradibus, col. penult. vers. postremo prædicta legitimatio, vbi & hoc quoque reputat not. Et ante illum Franc. Aret. in d. l. Gallus. §. si eius, col. vlt. ff. de lib. & posth. vbi dicit quod primogenitus legitimatus non capit ius primogenituræ.

Quid in legitimato per principem.

50 ¶ Et ego huic sententiæ subscribo, motus primo ex tex. no. in c. & quoniā varie, in Auth. quib. mo. nat. effi. sui, vbi scribitur ad verbum, quod legitimatus nihil dissimilis est legitimis, ita tamen vt non amplius habeat vno horum, qui ab initio legitimi sunt, & inter omnes minus habente. Nam verba Constitutionis Græcæ hæc sunt, οὐδ' τι ἀποδεκῶς τῶ γνησίων, οὕτω μέντοι, ὥστε μὴ πλέον χεῖν τῶ ἐξαρχῆς γνησίων ἑνὸς τ τὸ πάντως ἐλάχιστον ἐχοντος, quæ sic clarius Haloander interpretatus est, In nullo dissimilis legitimis, sed ita, ne quid amplius habeat, quàm vnus aliquis ex verè, & iam inde ab initio legitimis, qui omnium minimā partem habet. Quem text. ad id dicit no. Bal. cons. 206. casus talis est, quidam A. habebat, col. vlt. lib. 3. & Soc. cons. 246. eleganter, col. pen. vers. præterea dicta clausula, lib. 2. & Ias. cons. 68. dicta legitimatio, col. 2. vers. sexto facit, & aureum. Ro. in l. necessariis. ff. de acqui. hær. vbi dicit illum didicisse à Catalano quodam singulari & mirabili viro sibi incognito, dum forte cum eo peregre proficisceretur. Sed & illum quoque aureum dicit Fran. Cur. Senior con. 16. clarus vir, col. 4. Sing. autem illum dicit Bal. in c. per tuas, de maior. & obed. & Ang. in eo ipso §. & Ias. in l. 1. col. 11. ver. item attende. C. quan. non peten. part. & Fran. Cre. no. 51. filius, vbi tamen dubitat de ratione illius, quia hoc modo, inquit, legitimatus erit deterioris conditionis, quàm extraneus. Sed Corn. l. Cota memor. incip. legitimatus per oblationem, dicit nihil esse quod dubitaret, quia cum imperator concesserit hoc priuilegium legitimatis, vt succederent cum legitimis: voluit tamen frenum adhibere, ne nimia patris affectio, quæ ostenditur ex filij legitimatione, in hoc nimium euagari posset. in maximum legitimorū præiudicium: quæ ratio cessat in extraneo, quia lex non præsumit patrem eum propriis filiis anteponere. Pro qua ratione vide omnino quæ scripsi in nostris commentariis consuetudinum Pictauicarū, tit. *de donations.* § 3. vbi reddidi rationem quare consuetudo eius generis magis permittat donare extraneo, quàm suo hæredi. Et vt redeamus, licet ille text. pro sing. ab illis, vt diximus, citetur: est tamen illi omnino fasimilis in l. communium. §. vlt. in fi. C. de nat. lib. qui à paucis in hoc fuit annotatus. At si iste legitimatus haberet ius primogenituræ, plus haberet quàm cæteri liberi, quod fieri nō potest.

Legitimati plus consequi non possunt, legitimo minus omnium habente.

Siue hi sint legitimati per oblationem curiæ, siue per rescriptum.

Legitimatio per oblationem fauorabilior est ea quæ fit per rescriptum.

51 ¶ Et quamuis illi text. loquantur expressim de legitimato per oblationem curiæ, ne quis id causetur, tamen & procedit in aliis legitimationibus, præterquam ex matrimonio sequente,

vt dicit Ang. in priori loco,& voluit etiam in §. tribus,eo.tit.dum illum tex. loquentem in legitimato per rescriptum intelligit,iuxta per eum dicta,in d.§.& quoniam.& sequitur & commendat Philip.Dec.cons.393.consului superioribus diebus,col.1.vers. sed ad hoc respõdetur. Nec id quidem iniuria. nam legitimatio quæ fit per oblationem curiæ, fauorabilior atque potentior est,quàm quæ per rescriptum.quod & hinc patet,quod ista non potest fieri existentibus filiis naturalibus,& legitimis,per tex.in §.illud,& §.generaliter,in Auth.quib. mo.nat. effi.sui. illa fieri potest,per text.in d.l. communium. §.vlt.& d.§.& quoniam variæ:& voluit Bar.& Sal.in Authen.item si quis. C.de nat.lib.Imo.& Paul.Cast.in l.ex facto,in princ. ff.de vulg.& pupil.Alex.in l.necessatis,col.vlt.ff.de acqui.hæred.Maria.Soc.iunior cons.142.viso puncto cum aliis,col.5.nu.33.lib.1. Et facit quod scribitur in §.vlt.in Auth.de nupt.quod hæc legitimatio curiæ æquiparatur legitimationi sequentis matrimonij,quæ omnium est fauorabilissima. Quanquam scio quibusdam aliis hanc legitimationem,quę fit per oblationem, videri debiliorem ea,quæ fit per rescriptum , vt videre licet ex Bar. in l.communium.C.de nat. liber.& Ang in §.& quoniam, per eum tex.in Auth.quib.mod.nat.effic.sui. Franc. Aret.in.l. Gallus.§.& quid si tantum,col.15.vers.circa quartum.ff.de lib.& posth. & Maria.Soc.iuniore,in d.cons.142.nu.39.& 40.lib.1.

Legitimati per rescriptum non repellunt fœminas ex statuto.

52 ¶ Sed redeundo ad illum tex.& quoniam variæ,per illum dicit Bal.in d.c. per tuas, de maio.& obed. quod si ex statuto masculi repellunt fœminas à successione, aut earum legitimam minuunt,legitimati per rescriptum id minime faciunt.& idem Bal.in aliis locis,& alij plurimi,quos tibi congessi in rep.d.l.si vnquam,in verbo,susceperit liberos, num. 98.& quamuis multi,vt hinc posis intelligere hanc esse communem op.vti etiam dicit Philip.Dec.con.275. in causa quæ Lucæ agitatur,in addi.illius cons.col.pe.vers.superest tertium.Sunt enim nonnulli qui tenent legitimatum ex eo statuto repellere fœminas , quos etiam tibi collegi in d. rep.l.si vnquam,in d.verbo,susceperit liberos,nu.80.hinc quoque fit,& postea amicus noster intimus Carol. Mol. vsus illo Pythagoræ prouerbio , omnia amicorum communia , in commentariis consuetudinum Parisiensium tit.1.§.8.gl.1.nu.45.Sed vel plurimi illorum,vel simpliciter loquuntur de legitimato , vel etiam loquuntur de legitimato per matrimonium , de quo minime dubium est.Nam & alias huiusmodi legitimatio est fauorabilior, plúsque habet ponderis,vt etiam diximus in dicta rep.l.si vnquam,in eadem gl.nu.71.si hanc opin.

Legitimatio quæ fit matrimonio non reuocatur per natiuitatem filiorum licet de aliis dubitatur.

53 ¶ Et ex eo satis patet, quod cum plurimi teneant huiusmodi legitimationem per rescriptum factam reuocari per natiuitatem liberorum legitimorum , quos & ego quoque cumulaui in d.l.si vnquam,in verbo,donatione largitus, nu. 226. verum Dyn. & seq. Minime tamen dubium est eam,quæ fit per matrimonium,non aboleri,vt dicit Bal.in l. eum quis. C.de natur. lib.Cum ibi sit tex.sic legitimatos succedere cum legitimis postea natis,de quo etiam diximus in d.gl.nu.223.quæro 16.vtrum reuocetur.Sed siue illa op.quæ dicit legitimationem ex rescripto reuocari per natiuitatem legitimorum,siue contraria verior sit: nam & hæc multos habet assertores,vt etiam diximus in eadem gl.nu.229.sunt tamen maiori.Certe non aduersatur illi op.quæ dicit,legitimatum per rescriptum etiam ante natiuitatem legitimorum non succedere in iure primogenituræ ante ipsos legitimos.Nam si primum,haud dubie talis legitimatus non succedet in primogenitura , vt cuius legitimatio reuocata est : si secundum,& adhuc non poterit succedere in eo iure, cum plus non posit accipere ex hæreditate , quàm qui ex ea minimam partem capit,vt diximus.

Legitimatio principis non tantum habet virium quã legitimatio matrimonij.

Legitimatus à principe nõ succedit in feudo.

Legitimatus per matrimonium succedit.

54 ¶ Porro ex aliis multis liquido apparet,legitimationem à principe factam non tantum habere roboris & virium,quantum quæ fit ex matrimonio:vt non mirum videri debeat,legitimatum ex matrimonio succedere in primogenitura.postpositis his qui post huiusmodi legitimationem nati sunt: non etiam legitimatos per rescriptum. Nam legitimatus à principe non succedit in feudo,c.naturales,tit.si de feud.contro.fue.inter do.& ag.At legitimati per matrimonium,succedunt,And.Iser.Iac.Bel.Bal.Matt.Laud.Iac.Alua.non semel,& Card.Alex.& nouissime Matth.Afflic.in 5.not.col.1.in d.c.naturales,per tex.in §.dubitatum,in Authen.de incœ.nupt.& hoc voluit Iac. Bel. & etiam per tex.in c.tanta, vbi & hoc voluit Pan.col.2.qui fil.sunt legit.Io. And.in c.lator,col.2.vers.dicit autem,& ibi Ant.Car.Flo.& Pet.Anc.eo.tit. Alber.in rub.C.de nat.liber.col.1.vers.sed nunquid legitimatus.Cal.sub rub.de feud.cons.5. an naturales.Bal.in c.quæ in ecclesiarum,col.pen.vers.dubitatur vtrum naturalis, de consti. & cons.129.ad euidentiam.in prin.lib.3.vbi hanc dicit esse communem op.Panor.in c.innotuit,col.pen.vers.& ex prędictis.Mart.Laud.in c.1.circa medium.tit.de leg.Cor.Nicol.Perus. in trac.succes.ab inte.in 6.specie filiorum,col.5.Alex.qui id quoque dicit communiter teneri, in l.ex facto.§.si quis rogatus,le 1.col.9.vers.quid autem in contractibus.ff.ad SC.Treb.Soc. cons.3.in causa domini,col.5.vers.præterea in casu nostro,lib.3.Philip.Dec.cons.155.cuius superscriptio incipit,an natus ex muliere,col. 2. licet de eo dubitet Bald.cons.367.quidam tres hæredes,col.1.lib.5.& contrarium teneat Ang.cons.29. Titius, col. vlt. vers. item non ob. dictum.& Ro.vt à quibusdam citatur,licet in meo codice non reperi,in l.si quis pro emptore.ff. de vsucap.& Marinus Caramanicus in const.regni,sancimus, de matrimoniis contrahendis, in glo.sed

in gl. sed quid de filiis. Et id maxime notandum est ad ea quæ suprà diximus in 23.q.num.10. tertia ratio, feudum & ius primogenituræ veluti fraternizare, vt sic loquar.

55 ¶ Item licet emphyteusis ecclesiæ accepta pro se & suis liberis non transeat ad naturales filios legitimatos, vt voluit Bal. in l. generaliter. §. cum autem, & ibi Ias. col. vlt. C. de insti. & substi. & idem Bal. in c. quæ in ecclesiarum, vbi suprà citauimus, cum concord. traditis per Alex. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus, vbi supra. & à me supra in tract. Nobilitatis, c. 23. nu. 17. nam & quod. Fallit tamen in legitimato per matrimonium, ex sententia Pet. Anc. cons. 241. ex tenore priuilegij, col. vlt. & Imo. in l. quod dicitur, char. vlt. vers. & per hanc rationem. ff. de verb. obl. & Alex. vbi supra. & Phil. Dec. in c. cum in cunctis, in prin. col. 2. de elect. & d. cons. 153. col. vlt.

Emphyteusis ecclesiæ non transit ad legitimatos. Nisi per matrimonium.

56 ¶ Præterea legitimatus ex matrimonio habet querelam inofficiosæ donationis, non etiam ex rescripto, vt prodit Bal. in l. 1. col. penul. vers. item quæro vtrum filius. C. de iure fisci, lib. 10. Et quamuis legitimati censeantur infames sicut illegitimi, vt voluit Bal. in d. l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. cum concord. à me traditis in d. tract. Nobilitatis, c. 15. num. 17. hoc amplia, & seq. Id tamen non procedit in legitimatis per matrimonium, vt satis patet ex eo quod diximus de feudo. Et ex eo quoque quod huiusmodi legitimati admittantur ad dignitates, vt voluit gl. in d. c. innotuit, in verbo, coniugata, de elec. & satis innuit alia glo. in c. tanta, in gl. r. qui filij sunt leg. quibus quidem gl. subscribunt Doc. vtrobique. Cald. con. 2. constituto, qui fil. sunt leg. & Ang. d. cons. 29. col. vlt. & Ant. in c. per venerabilem, char. antepe. vers. alius est effectus. eo. tit. & Alex. cons. 5. attentis, col. 1. lib. 7. & Dec. d. con. 155.

Legitimati per matrimonium habent querelam inofficiosi donatio. Nec infames censentur.

57 ¶ Adhæc huiusmodi legitimati per matrimonium repellunt fœminas exclusas à statuto per masculos, non etiam cæteri legitimati, ex multorum sententia, licet nonnulli dissentiant. De quo videbis quæ scripsimus in rep. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, nu. 67. hinc quoque, & nu. 81. & quamuis. C. de reuoc. don. Nam & isti legitimati ex matrimonio dicuntur legitime, siue de legitimo matrimonio procreati, etiam in materia stricta & statutaria, vt per d. gl. in d. c. innotuit, voluerunt ibi Ant. col. 3. vers. no. gl. quod appellatione, & Imo. col. 2. vers. & not. ex hac gl. & Panor. col. pen. vers. & ex prædictis.

Et admittuntur ad dignitates. Et repellũt. Et dicuntur legitime nati.

58 ¶ Sunt & alia multa quibus facile ostenditur potentiorem esse legitimationem quæ fit ex matrimonio, quàm quæ fit ex rescripto: sed satis est retulisse quæ memorabilia mihi visa sunt. cęteta enim sunt omnibus obuia: de quibus etiam videbis apud Ludo. Gozad. cons. 25. in hac causa, col. j. & vbique apud omnes. Si quis autem scire cupiat an legitimatus excludat substitutum, & an rumpat testamentum prius factum, & alia pleraque similia, legat omnino quæ scripsi in d. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 223. vsque ad nu. 263. & iterum in verbo, susceperit liberos, num. 52. vsque ad nu. 83. Sed interim summa nostræ disputationis in hac q. hæc est, Primogenitum & naturalem, & legitimum præferri in iure primogenituræ naturali ante genito, sed postea legitimato etiam per matrimonium: atque etiam naturali ante se genito, & legitimato aliter quàm per matrimonium.

Alia quibus ostenditur legitimationem efficaciorẽ esse cæteris. Summa huius quæstionis.

59 ¶ Ex quibus satis intelligis filiũ naturalem primogenitũ non eũ esse primogenitum, qui cæteris legitimis & naturalibus natu minoribus præferatur, ex statuto vel consuetudine præferente primogenitum: quia licet is sit natu primogenitus, non tamen iure, vt expresse dicit Bal. in l. eam quam, col. antepen. vers. sed pone quod est. C. de fideicommiss. quod haud dubie verum est, ex his quæ diximus. Vnde Titus Liuius lib. 31. de Demetrio Philippi Macedonum Regis filio, Nam & si (inquit) minor ætate quàm Perseus esset, hunc tamen iusta matrefamilias, illum pellice ortum esse. Constat autem naturales ab intestato non succedere. l. humanitatis. C. de natura. lib. maxime si sint legitimi, auth. licet, eod. tit. Ac ne legitimatos quidem in feudis, nisi vt suprà diximus.

Filius naturalis primogenitus natu nõ iure; Ex historia.

60 ¶ Quod si nullo alio existente primogenito naturali & legitimo, multi filij naturales simul legitimantur, vel per matrimonium, vel per rescriptum, vel oblationem curiæ, Dubitatum est an illorum primogenitus obtineat ius primogenituræ. Et non obtinere, sed omnes æqualiter succedere tenuit Ant. Rosel. in tract. legitimationum, col. 30. vers. vbi autem concurrunt, motus quod statutum hunc casum non cogitauit, qui ideo debet remanere in dispositione iuris communis. & Card. Alex. in d. c. per venerabilem. §. quod autem, col. 32. vers. sed dubium posset esse, qui fil. sunt leg. Sed contrarium tenuerunt D. Cirier. in tract. primogenituræ, lib. j. q. 14. col. vlt. vers. vltimam conclusionem: & D. Mol. in consuet. Paris. tit. j. §. 8. gl. j. in 7. q. col. vlt. vers. sed quid si non sunt, quibus accedo.

Quid de multis naturalibus legitimatis nullo legitimo existente.

61 ¶ Sunt autem multi qui in his quæstionibus distinguunt, an statutum loquatur simpliciter de primogenito, an cum ea adiectione, primogenito legitimo, vt scilicet propter eam adiectionem inspiciendum sit tempus natiuitatis, vt videre licet per Flor. in illa disput. incip. Baro. & Ant. Rosel. in tract. legitimationum, in causa finali, siue effectiua, col. 2. vers. restat modo, & aliis. Sed ego nihil interesse video, an statutum dicat simpliciter primogenitus, an primogenitus legitimus. nã cum simpliciter loquitur de primogenito, intelligitur de legitimo, etiam si non exprimat. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. cum simil. propterea illa legitimi adiectio siue expresio, quæ per se & tacite satis intelligebatur, nihil omnino operatur.

An intersit statutũ loquatur de primogenito simpliciter, an de primogenito legitimo.

l.3.& ibi Pet. Cy. Bat. & alij.ff. de leg. j. Ideo non immerito hanc quoque differentiam reiecit Molinæ.in consuet. Paris.tit.j §.8.in 7.q.col.3.vers.& hæc vera sunt.

62 ¶ Sunt item qui distinguunt, an statutum simpliciter loquatur de filiis, siue etiam filiis legitimis, an vero de filiis legitime natis ex corpore legitime descendentibus, vt in primo casu habeant locum diximus, in secundo vero non veniant legitimati etiam per matrimonium. de quo tamen tu vide Host.in c.j. qui fil.sunt leg. And. Ise. Bald. & Aluar.in d.c.naturales,& ibi late Matth. Afflic.in 5.no.col.2.vers.sed ista conclusio,tit. si de feud.fue. contro.int. do. & ag. Lucam Pen.in l.eos qui,col.7.vers.quarto quærit,tit.de his qui spont.publ.mune.fusci.lib.11.

Quintiliani controuersia.

63 ¶ Ad hanc autem nostram principalem quæstionem nonnihil pertinet controuersia à Fabio Quintiliano relata lib.3.c.6.aut vt alij secant 8.in quo tractat, quot & qui status. Testamenta legibus facta, rata sint. Intestatorum parentum liberi hæredes sint. Abdicatus ne quid de bonis patris capiat. Nothus ante legitimum natus, legitimus filius sit: post legitimum natus, tantùm ciuis. In adoptionem dare liceat. In adoptionem dato redire in familiam liceat, si pater naturalis sine liberis decesit. Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicauerat, sustulit nothum: instituto hærede abdicato decesit. Omnes de bonis contendunt. Nothum, qui non sit legitimus, Græci vocant. Latinum rei nomen, vt Cato quoque in oratione quadam testatur, nó habemus, ideóque peregrino vtimur. Sed ad propositú. Hæredi scripto opponitur lex,&c. Et paulò pòst, Notho duplex fit quæstio, quòd post legitimos natus sit,& quòd nó sit ante legitimos natus. Prior syllogismum habet, an pro non natis sint habendi, qui à familia sunt alienati. Altera scripti, & voluntatis. Non enim esse hunc natum ante legitimum conuenit, sed voluntate legis se tuebitur, quam dicet talem fuisse, vt legitimus esse nothus, tum natus, cùm alius legitimus in domo non esset. Scriptum autem legis excludet dicens, non vtique si postea legitimus natus non sit, notho nocere: vtetúrque hoc argumento, Finge solum natum nothum, cuius códitionis erit? tantùm ciuis? Atqui non erit post legitimum natus. Filius? atqui non erit ante legitimos natus. Quare si verbis legis stari non potest, voluntati standum est. Et cætera quæ sequuntur. Ex quibus capere poteris quę in 64 hanc rem tibi facere videbuntur.

Nothus dictio Græca.

Quid in filio legitimo filij nothi primogeniti.

¶ Sed vnum est de quo posset dubitari, quia suprà diximus primogenitum nothum legitimatum post natiuitatem legitimi non præferri in iure primogenituræ ipsi legitimo. Quid in filio legitimo ipsius filij nothi? verbi gratia. Quis ex concubina suscepit filium nothum qui postea ex vxore habuit filium legitimum: moritur ille nothus, relicto illo suo filio legitimo: postea pater nothi vxorem duxit ex qua legitimos liberos habuit, & post illius mortem duxit vxorem illam concubinam. Vult nepos illius succedere in iure primogenituræ. nam dicit se nepotem legitimum & ex filio primogenito. Ideóque se esse præferendum patruis, iuxta ea quæ latè examinabimus infrà in 40.quæst. Sed tu dic breuiter tantùm abesse, vt hic obtineat ius primogenituræ, vt nec aliquo pacto succedat, vt qui non legitimetur respectu sui aui per matrimonium ab eo contractum cum concubina matre sui patris antè defuncti, vt nuncupatim voluit Guil.Cu.& post eum Bal.& Alberi.in l. benignius. ff. de legib.& dicemus in-

65 frà in 40.q.in 5.tatione pro patruo.

De eadē re.

¶ Nam hic, inquiunt, deficit persona filij, qua mediante deberét legitimari: ideóque non potest habere locum retrotractio.l.bonorum.ff.rem rat. hab. & l.veluti. ff.de bon. poss. Et bene facit tex.in l.si ille.C.de Decur.lib.10. A filio enim debuit hoc beneficium proficisci: ideóque eo mortuo cessat. nam amotio medij directiui in finem, impedit effectum extremi. l.huic scripturæ.ff.ad leg.Aquil. & qui libertinus.§. posthumus.ff.de ope.lib.& l.si ex patronis.§. Iulianus.ff.bo.liber. Nec obstat l.quoniam. C.de natur.liber. quæ videtur dicere legitimationem retrotrahi, quia ibi intelligitur quando in persona patris poterat operari. Hîc autem nullo modo poterat. Et huc faciunt multa quæ diximus suprà in 12.quæst. præsertim verò nu.13.sic & in simili,& seq.

TRICESIMA QVINTA QVAESTIO.

An primogenitus obtineat ius primogenituræ à patre, an à genere.

1 TRicesimoquintò quæro, an primogenitus qui ex statuto vel consuetudine obtinet vel totam hæreditatem, vel maioré partem, huiusmodi ius primogenituræ obtineat & consequatur à patre, an verò à genere. Multum enim interest, vtrum horum verius sit, vt planè demonstrat tex. in l.eum qui.ff.de interdic. Cuius verba non abs re, vt posteà patebit, huc adscripsimus, Eum qui ciuitatem amisit, nihil aliud iuris adimere liberis, nisi quòd ad ipso peruenturum esset ad eos, si intestatus in ciuitate moreretur, hoc est, hæreditatem eius, & libertos,& si quid aliud in hoc genere reperiri potest. Quæ verò non à patre, sed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur: ea manere eis incolumia. Itaque & fratres fratribus fore legitimos hæredes: & agnatorum tutelas,& hæreditates habituros. Non enim hoc fratres, sed maiores eius eis dedisse.

Quæ probant à genere obueneri.

Ad idem.

2 ¶ Ex quibus verbis potest videri ea quæ ciuitas tribuit, non censeri à patre profecta. Ideóque cùm primogenitus hoc ius à statuto vel consuetudine, & sic à ciuitate habeat, consequens est, vt magis iure proprio quàm hæreditario, id est, non tam quia hæres, quàm quia primogenitus est, consequi

est,consequi videatur. Et hoc certè potissimùm, cùm agitur non de consequendo eo iure ex morte patris, sed fratris,aut alterius agnati,qui regnum, aut comitatũ,aut aliud eiusce modi à maioribus acceperat, vt est in fine illius l. Et ita expressè voluit Io.Laud. inter cons. Oldra. non ipse Oldr. vt non nulli putant,cons.224.istæ sunt allegationes,col.7.vers.hoc autem ius. & Bal.cons.121.à capite inchoantes,col.pen.vers.modò facio vnam, lib.3.vbi quod beneficio progenitorum,& naturæ,non mero iure hæreditario capit. & Cardi. Alex. in c. j. col.4. vers. tertiò deducitur,titu.de feud. Marchi.

Qui sunt eius opi.

3 ¶ Tamen Oldr.ipse con.94.eleganter circa negotium,in 3.dubio,contrarium tenuit, videlicet primogenitum succedere in regno tanquã hæredẽ,non autem illud iure proprio aut sanguinis consequi. Quem sequitur Alberi.in procemio ff.in §.discipuli,col.4.vers. & ex prædictis subiicio,cum multis seq.& in l.penult.col.2.ver.nunc transeamus. C.de don.inter vir.& vxo.& in d.l.eum qui.ff.de interdic.& releg.& Pe.An.in c.licèt,de vot.Lucas Pen. in l. si quis in sacris,ante fi.C.de proxi.sacro.scrin.li.12.Panor.cons. 12. casus talis est magnificus dominus.col. 4.lib.j.& iterum in suo vbere & eleganti cons.3.nitar in præsenti, col. 2. vers. tamen vltra quæsitũ,lib.2. Marti.Laud.in suo tract. primogenituræ,col.vlt.ante fi.Soci.cons.47.facti narratione,col.2.lib.3.& Philip. Deci.in l.pactum quod dotali,col.6.vers.extrà glos. addũt moderni.C.de pact. Et idem quoque voluit ante hos Pet. Iaco. loquens in regno Fran. in arbore successionis regni Fran.col.4.vers.ponamus quòd Philippus.

Qui sunt contraria opi.

4 ¶ Mouentur his propemodum rationibus.Prima,Ius naturale cætera iura tempore præcessit, vt patet ex multis legibus,quæ habentur in tit.ff.de iusti.& iur.& in Decretis canonicis j.dist. inter quas & illud comperies,regna esse de iure gentium,in l.ex hoc iure, eod. tit. At de iure naturali omnes filij nullo ætatis discrimine æqualiter parentibus succedebant,vt dicit Oldra scripsisse Aristotelem lib.7.Ethicorum.& est text.in l.scripto,in fi.ibi,liberos naturę simul & parentum commune votum.ff.vnde libe.& in l.cùm ratio,in princ. ff.de bon.damn. vbi dicitur,Cùm ratio naturalis quasi lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem adiiceret, velut ad debitam successionem eos vocaret,&c.cum aliis simi.

Rationes huius opi. *Iure naturali omnes filij æqualiter succedebant.*

5 ¶ Posteà verò exigẽtibus quibusdam rationibus,quas alibi declarauimus,statutũ est solũ primogenitũ post mortẽ patris regnũ obtinere. Nec tamẽ ob id tollitur ratio naturalis,nec veritas naturæ obumbratur,secundũ quã filius primogenitus cũ cæteris hæres est patris, arg.l.2. ff.de vsufr.ear. rer. quæ vsu consu. vbi dicitur, quòd naturalis ratio autoritate Senatus commutari nõ potest.& l.filio quẽ pater,in prin.ibi,ne imagine naturæ veritas obumbretur.ff.de lib.& post.Nec iuri filiationis detrahere debet ius primogeniturę posteà additũ,ar.l.j.§.vlt.in fi.ff.si à pat.quis man.fu.Nã & aliàs quoties lex obligationẽ introducit,nisi nominatim cauerit,vt sola ea actione vtamur,etiã veteres eo nomine actiones cõpetere,scribitur ad verbũ.in l.quoties.ff.de acti.& obli.Nec enim ꝓpterea iuri veteri derogatũ est.l.qui sepulchra. C.de sepulc.viol.Quod quidẽ si obtinet in iure positiuo addito priori iuri etiã positiuo, multò magis in positiuo addito iuri naturali,quod omnino tolli non potest.§.vlt.Inst.de iure nat.gen.& ciuil.

Ad idem. *Nec id ius tollitur per statutũ præferens primogenitum quò minùs & ipse succedat.*

6 ¶ 2. Ratio.Dispositio inducta ad excludendas aliquas res vel personas nõ operatur iuris noui collationẽ.l.ex facto.ff.de hęre.inst.& l.legata.ff.de leg.j.& l.cùm tale.§.vlt.ff.de condi. & demon.Nam talis iuris exclusio fit.quò magis certæ personæ à dignitate aliqua excludantur, prout in simili habetur in l.vt gradatim.§.& si lege,& l.rescripto. ff.de mun.& ho. Non verò quò magis alicui ius nouũ conferatur.Nam si ita quis dixerit:Si legitimus nolit esse hæres,tu hęres esto.quãuis legitimus vi verborũ possit excludere huiusmodi institutũ:nõ tamẽ admittitur ex testamẽto,sed ex iure intestati aliàs sibi cõpetente.l.si quis ita hęres instituatur,& ibi glos.& Doct.ff.de hære.instit.Et similiter si dicat, si filius meus decedat sine liberis, tu hæres esto:vel tibi hæreditas restituatur. Nam si filius habet liberos,ij quidẽ excludũt substitutũ, ex vi conditionis testamẽti,non tamẽ sunt ex testamento hæredes,vt no.in l.Lucius,in fi.ff.eo.& l.filiusfa.§.cũ quis.ff.de leg.j.& probatur in l.ex facto.§.ex facto tractatũ.ff.ad Trebel.vbi licèt in ea specie liberi excludãt substitutũ,nõ tamẽ fiscũ:quod tamẽ facerẽt,si ex testamẽto admitterentur.& facit tex.in l.Claudius.ff.qui poti.in pig.ha.& in auth.licèt.C.de nat.libe.

Ad idem. *Dispositio excludens res vel personas non operatur iuris noui collationẽ.*

7 ¶ 3. Ratio hæc est.Is duntaxat in testamento potest grauari,ad quẽ aliquid ex ipso peruenturum est.l.j.§.sciendũ.ff.de leg.3.& l.Labeo.C.de fideicom. Sed filius potest à patre adeo efficaciter grauari,vt nisi onus iniũctũ impleat,iure primogenituræ priuari possit,per c.licèt,extrà, de voto. Ex quo sequitur quòd à patre ius ipsum ad filiũ peruenit:alioquin enim non posset à patre grauari. Super ista tamen ratione vide quos tibi allegaui suprà in fi.22.quæst.

Non grauatur qui non honoratur.

8 ¶ 4. In omni iure,quod patri tempore mortis ipsius incommutabiliter competit,filius succedit eidem,& ipso iure est hæres ipsius.l.in suis.ff. de lib.& posth. & d.l.scripto hęredi. ff. vnde legi.& l.j.§.qui in potestate.ff.si quis omis.cau.testa.& l.liber homo.§.apud Labeonem.ff. de stipul.seruo.Sed certũ est secundũ op.quæ pręstantior est,de veritate iuris, vt dicit ipse Oldra quòd si primogenitus ante patrẽ decedat relicto filio,& fratre secundo genito, pręfertur ipse secundogenitus nepoti,arg.l.cùm ita.§.in fideicommisso.ff.de lega.2.& alia intra quę allegat. Ex quo illud necessariò sequitur, quòd filio, viuente patre, non fuit ius incommutabiliter

Filius ipso iure hæres est in omni iure quod patri tempore mortis incommutabiliter competit.

quæsitum, alioquin ad filium ipso iure transmisisset, per iura suprà allegata. Sed tu super hac ratione vide quæ late dicam infrà in 40. quæst. prin.

Filius post mortẽ patris retinet quæ sibi eo viuẽte quæruntur in etiamsi hæreditatem repudiet.

9 ¶ 5. Ea quæ filio viuente patre quæruntur, eadem retinet post mortem patris, etiamsi paternam hęreditatem repudiet. l. si quis prioris. C. de secun. nupt. & not. in l. vlt. §. in cõputatione. C. de iur. delib. Sed si mortuo Rege filius repudiaret hęreditatem patris, mox regnum deuolueretur ad secundogenitum, arg. l. 4. §. assignare, & iterum l. 3. §. j. cum duabus ll. seq. ff. de assig. libe. & c. j. tit. an filij vel agnat. & diximus suprà in 3. q. prin. Ergo non ob aliud regnum ad filium pertinet, nisi quia hęres est patris.

Legitima iure natura debita. Eam tamẽ capit filius vt hæres.

¶ 6. Licet legitima sit filio de iure naturæ debita, vt est text. in c. Raynutius, de testa. tamen illam capit filius vt hęres, & in ea valet institutio, vt voluit glo. ibi, in verbo, legitimam ipsam, & glo. in l. 3. §. sed verùm, in verbo, patrimonium. ff. de mino. Ideóque, vt id addas, non potest filius legitimam consequi, si hęreditate abstineat, vt voluit Bar. in l. gerit, col. 5. vers. sed quęro quid si aliquis. ff. de acquir. hęre. & in l. quia poterat. ff. ad Trebel. de quo late Cy. Ray. Alber. Bal. Ange. Saly. Pau. Ca. Alex. Corne. & recentiores in l. hæres. C. de impub. & ali. substi. Bal. & Ro. in l. j. & ibi Alex. ante fi. C. quando non pet. part. Bal. in l. scimus, in 5. quæst. C. de inof. test. & in l. Papinianus. §. quarta, & ibi Ang. in §. si conditioni. ff. eo. & in l. 3. ff. de acqui. hære. Ang. in l. si pater. C. eo. & cons. 81. subtiliter, Saly. & Pau. Ca. in l. quoniã prioribus. C. de inof. test. Pet. An. cons. 312. ex sola vulgari substitutione. Panorm. in d. c. Raynutius, ad fin. de testa. Paul. Cast. & Ro. in l. j. ff. de acqu. hære. & Corne. cons. 119. in præsenti consultatione, col. 15. vers. remanet ergo, lib. 2. Ergo & idem dicendum in iure primogenituræ, quòd & ipsa legitima est, vt diximus suprà in 5. quæst.

Feudum est debitũ filio. Filius tamen hæreditatẽ repudiãs feudũ retinet.

11 ¶ Et simile dicimus de feudo, vt videlicet quamuis sit debitũ filio, per d. c. j. tit. de succes. feud. tamen non potest filius hæreditatem repudiare, & feudum retinere, per text. in c. j. tit. an ag. vel filij repu. hęre. pote. feud. reti. & in c. filius, tit. de capi. qui curi. vendi. & c. j de grad. succes. De quo tu vide Host. in summa, tit. de feud. vers. pen. Spec. & Io. An. in eo. tit. §. quoniam, ver. 37. Dy. & Bar. in l. si patroni. ff. ad S. C. Trebel. Bart. in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de peti. hær. & in authen. post fratres, & ibi Pau. Ca. de leg. hære. Iac. Bel. in d. c. j. & ibi And. Iser. Bal. & alios in tit. an ag. & in c. Titius filius, tit. si de feud. fuer. contro. And. Iser. in c. j. tit. de ali. feud. & in c. j. & ibi Bald. & alios, tit. de succes. feudi. Bald. in l. j. in 2. quæst. ff. de rerũ diuis. & consi. 215. proponitur quòd inuestituræ, col. j. in fin. lib. 2. Alber. in l. tres fratres. ff. de pact. Ange. in §. si verò filiorum, in authen. de nupt. Angel. Imo. Ro. Paul. Castr. & Fran. Are. in l. si quis non quasi. ff. de acquiren. hęred. Paul. Castr. & Fran. Areti. in l. pro hærede. §. quid si tamen. ff. eod. Ale. cons. 19. super eo de quo quæritur, col. j. 2. 3. li. 5. Fran. Areti. cons. 14. viso & diligenter cõsiderato, & in 2. dub. Et idẽ in iure patronatus, vt dicemus posteà in se. quæst. nu. 1.

Ab absurdo.

12 ¶ 7. Ratio est, vt ad Oldra. & Albe. redeamus. Si primogenitus caperet feudũ, non tanquam hæres patris, sed iure proprio, & vt sibi omnino debitũ, pater non posset primogenitũ ex causa priuare feudo. quod & omnino falsum est, vt patet ex iis quæ late diximus suprà, in 21. quæst.

Primogenitorum ius propter bonum publicum cõtra regulas iuris communis.

13 ¶ 8. Primogenitorum successio est introducta propter bonum publicum, contra omnes regulas iuris communis, quę nolunt vnum filium admitti, & alios exclud. l. maximum vitium. C. de lib. præteri. & §. hinc lex, in authent. de tri. & semis. Licet ergo lex vel cõsuetudo deferat regnum primogenito, intelligendum est vt hæredi, quia non debemus recedere à regulis cõmunibus, nisi quatenus statutum reperitur. l. præcipimus. C. de appella. sed in ea re non reperimus recessum à iure communi, nisi vt dignitas deferatur primogenito, per dictum c. licet, de voto. Ergo in aliis debemus stare iuri ipsi communi, vt videlicet deferatur iure hæreditario, & non proprio, sicut alia bona.

14 ¶ Denique vt summoueamus omne dubiũ, est text. de hac re apertus in d. c. licet, in illis verbis, paterna te reddas successione indignum, & hæreditatis emolumento priueris. Nam ibi agitur de successione regni quam paternam vocat veluti à patre accipiat, nedũ à genere. Sed & hæreditatem quoque appellat, vt ostendat tanquam hæredem filium primogenitum, de quo loquimur, accepisse.

Responsio ad contraria.

15 ¶ Non obstat (inquiunt Oldr. & Alber.) d. l. eum qui. ff. de inter. & releg. Imò magis pro hac parte facit. Inibi enim cauetur, ciuitatis amissioné adimere liberis, quod à patre ipsorũ ad eos esset prouenturum, si intestatus in ciuitate decessisset. Constat autem quòd si Rex intestatus moriatur, ad filiũ primogenitũ perueniet hæreditas illius, nõ solũ quia de genere est, sed quia filius est, & quidẽ iure filiationis. Si enim filius eius patris nõ esset, regnũ non haberet quãuis esset de genere. Ex quo (inquiunt Oldra. & Alber.) patet, quòd de genere esse, nõ est per se causa, vt regnum obtineat, sed esse filium est causa proxima & immediata. Secunda autẽ pars illius l. loquitur de his quæ à patre nunquam administrata sunt vel possessa, & in quibus non potest dici hæres ipsius patris, qui ciuitatem amisit, aut certe loco hæredis, aut etiam affectu hæres censendus. Quæ responsio quantùm ei l. satisfaciat, aliorum sit iudicium.

Ad idem.

16 ¶ Nec similiter obstat, dicit Marti. Laud. in d. tract. primogenituræ, ad fi. quòd ius primogenituræ defertur ex prouidentia superioris, vel ex iure consuetudinario. Nã nihilo ob id secius

illud

illud consequimur iure hereditario, vt patet in feudo quod debetur ex prouidentia superioris. c. j. §. cùm verò Conradus, tit. qui feu. dar. pos. tamen defertur iure hæreditario, per d. c. j. de grad. succes. & suprà latè diximus. Et vide quid dicam in seq. q.

17 ¶ Ex quibus illud continuo sequitur, sententiam de regno latam contra patrem adferre præiudicium primogenito non vocato, cùm sit ipsius hæres, per tex. in authen. de iureiur. à mori. præstit. Et ita in specie voluerunt Oldra. & Albet. vbi suprà. & Matt. Lauden. in d. tract. col. pen. vers. an autem si feratur sententia. Quam rem vltra prædicta confirmat Oldra. procedere, etiamsi primogenitus non diceretur hæres patris. Nam qui alij succedit in vniuersali regimine & administratione bonorū seu iurium, siue etiam in certa parte per modū quotæ, licet is reuera non sit hæres, nec caussam habet à prædecessore, sortitur tamen hæredis effectum, in eúmque transferuntur actiones, & actiuæ & passiuæ: obstátque, ei sententia aduersus prædecessorem lata, etiam si contra voluntatem prędecessoris succedat, vt licet videre in episcopo, & œconomo, cui patrimonium pauperibus relictum distribuendum lex defert. l. si quis ad declinandam. §. licentiam. C. de epis. & cleri.

Sententia de regno lata contra patrē nocet primogenito nō vocato

Sententia ei nocet qui alteri succedit in vniuersali regimine.

18 ¶ Et videri quoque potest in filio etiam exhæredato, vel alio quocúque, cui ex Senat. Trebe. hęreditas est restituta. l. si filius. ff. quod cum eo. & l. si necesse. §. vlt. ff. de bon. libe. & l. j. circa princ. ff. ad Trebel. Et in fisco, cui alterius bona omnia, vel ipsorum quota quędam est publicata. l. si marito publico iudicio. ff. solut. matr. & l. 2. C. de vi publ. Et in eodem fisco contra voluntatem defuncti, ex legis tamen permissione succedente. l. cum fiscus. ff. de SC. Sylla. & l. Marcellus. §. vlt. ff. ad SC. Trebel. & l. quędam testamento. §. j. ff. de l. j. Et in prelato in beneficio succedēte in regimine & administratione, qui ex cōtractu sui prędecessoris tenetur. c. j. extra, de solut. Et cui sententia contra prędecessorem lata nocet. c. cùm inter. de sen. & re iud. & c. cùm olim. de pręscrip. Comparatur enim prælatus successor hæredi. d. c. j. de solut. quāuis tamen à prædecessore causam non habeat. c. Moyses, & c. apostolica. 8. q. j. & c. 2. & ibi Io. Mo. post princ. Ioan. And. Domi. & Philip. Fran. omnes ad fi. vt lit. pen. Inuo. & Ioan. And. in c. ex parte, vterque in verbo, sublato, post princ. de arbit. Ia. Mo. in c. indemnitatibus, col. 2. ver. sed ius non habet, de elect. lib. 6. & in c. si tibi absenti, col. 2. ver. itē dices, de preben. eo. li. 6. Ant. in c. cura, ver. nota tamē, de iure patr. Imo. in c. vlt. col. 2. ver. potes dicere, de præscrip. Panor. in c. cura, col. 2. de iure patr. Alex. cōs. 213. viso, col. 4. vers. vel secundum, lib. 2. Bar. inter cons. Laurē. Calca. cons. 28. illud in mediū, col. 6. & ipse Calca. cons. 124. in causa R. col. 6. ver. nec ob. latè D. Cos. Guy. qui & alios citat in pra. sancti. tit. de pacif. pos. in verbo, possedit, Step. Bertr. qui & alios allegat, dicitque procedere, etiam si beneficium fuerit collatum per resignationem, siue renunciationem prędecessoris, cons. 250. viso processu causę, col. 2. vet. tertia ratio, lib. 2.

Et filio exhæredato.

Et ei cui hęreditas restituitur.

19 ¶ Adduut & Oldra. & Alberi. paulò antè finem, quòd Reges & principes possunt facere donationes & alienationes dignitatem regiam grauiter non lędentes, teneturq; eas filius regni successor obseruare, per text. in c. abbate sane, de sent. & re iud. lib. 6. & not. in c. intellecto, de iureiur. Aliàs enim, si id facere non possent, vt subdit ipse Alb. in dicto proœmio, miserrima esset eorum conditio, & propè seruilis, qui neque inter viuos donare, neque in testamento legare possent ob primogenituram filiorum. Subiungitque id vbique fuisse obtentū. Imò verò possunt princip. facere donationes, nō obseruatis iuris solęnitatibus aliàs requisitis, vt patet in l. donationes quas diuus. C. de dona. inter vir. & vxo. & in l. sancimus. C. de donat. & latè diximus suprà in tractatu precedenti Nobilitatis, c. vlt. nu. 47. & huc quoq;. Ideò si donationi per Regē factę, & per quam cōtrahere dicitur, per l. si donationis. C. quod metus caus. cum cōcordantiis à me traditis, in nostris Legibus Connubialibus, in gl. 3. nu. 42. contrà tamē, & seq tenetur stare primogenitus. Eadem ratione tenetur etiā stare gestis in iudicio, cùm in iudicius quasi contrahere dicamur, per l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul.

Reges possunt facere donationes dignitatem regiā grauiter non lędentes.

Etiam non obseruatis legum solēnitatibus.

20 ¶ Quibus adde quod in eandem sententiam scribit Bal. in c. vlt. ante fi. extrà de sent. & re iudi quòd Rex potest donare res ad regnum pertinentes, & obligat successorē: quod intelligit de rebus particularibus non reseruatis Regię dignitati. Et cons. 159. super eo quod quæritur, col. j. lib. 3. quòd etiam in regnis, quę non transeunt ad heredes per successionē, sed electione deferuntur, contractus Regum, qui contrahunt nomine suo & regni, non finiuntur morte illorum, sed in successores transeunt, per §. illud, in authen. Consti. quę de digni. & c. si gratiosè, de rescrip. lib. 6. Nam regnum continet in se non solùm territoriū materiale, sed & ipsum regni populum, cuius circunscripta obedientia Rex non potest diu regnare l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur. Et hęc quidem vera sunt, vt subdit Bald. nisi Rex enormiter lęderet ipsum regnum, per no. in Authen. quo. op. epi. & cleri. in prin. & in d. c. intellecto, extrà de iureiur. & in c. gradi, de sup. negl. prelat. lib. 6. Et nisi etiam in quibusdam contractibus, qui ex natura sui transmissionem non recipiunt.

An contractus regum transeat in successores.

21 ¶ Vnde sciendum est, inquit, quòd vtrùm dispositio Regis sit realis, an personalis cognoscitur pluribus modis. Primò ex forma. Nā si tenor scripturę facit mentionem successorum ex vtraque parte, ista dispositio est in rē scripta, & transit in successores vtriusque, siue loquamur de successoribus iure hęreditario. l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pact. siue de successoribus

De eadem re.

dignitatis & administrations, per not. in c. j. tit. qui. succes. tene. & c. vlt. ne præl. vic. suas, & in alus iuribus ibi citatis. Et expressum est in coutractibus Regum, quòd transeunt ad successores in regno, si celebrati sunt nomine dignitatis, in c. abbate sanè, in prin. de re iudi. lib. 6. & per Inno. in d. c. intellecto.

22 *De eadē re.* ¶ Nec mirum, vt subdit, quia in regno debet considerari dignitas, quæ non moritur, & etiam vniuersitas siue respublica ipsius regni, quæ etiam exactis regibus perseuerat. Non enim resp. moritur. ideò non babet hæredem, quia semper viuit in semetipsa, vt legitur & no. in l. j. §. vlt. ff. si quis ius dic. uon obtemp. vnde intellectualiter loquendo non est mortua persona cōtrahens, scilicet ipsa respub. regni. Nam vetum est dicere quòd respub. nihil per se agit, sed qui regit tempublicam, agit vi reipub. & dignitatis sibi à repub. concessæ. Porrò duo concurrunt in Rege, persnna & significatio. Et ipsa significatio, quæ est quoddam intellectuale, semper est perseuerans ęnigmaticè, licèt nō corporaliter. Nam licèt Rex deficiat, nihil ad rumbum, vt ipse loquitur. Nempe loco duarum personarum Rex fungitur. l. tutorem. ff. de his qui. ve indig. & persona Regis est organum & instrumentū illius personæ intellectualis, & publicę. Et si promissor decedat sine hærede, non tamen cessat promissio, vt not. in l. t. §. planè. ff. depo. & l. Stichum aut Pampbilū, in prin. ff. de solut. & l. postquam. ff. vt l. not. cauea. & l. ex facto. §. vlt. ff. ad Treb. & l. si quis bæredem, in prin. ff. de admi. tnt. & l. sancimus. §. cùm autem. C. ad Trebel. Tandē subdit, Ex his manifestè concluditur, quòd dictus contractus est transitorius ex forma, ac etiam ex dignitate & autoritate concedentis, necnon ex ipsa republi. repræsentata. Deiude respondet quibusdam quæ in contrarium possunt allegari, vt ibi latè per eum.

23 *De eadē re.* ¶ Quòd si pleniùs scire velis an princeps ex suis contractibus obligetur, & possit obligare suos successores, vide tex. in c. non liceat. 12. q. 2. & in c. quia iuxta. 16. q. j. & gl. vtrobique. & in c. vlt. & ibi etiā gl. pen. & vlt. de rescrip. li. 6. Guid. Suz. Cyn. & Bal. post antiquiores, in l. dign. vox, ver. modò iuxta hoc. C. de legi. Bar. in l. probibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Alb. in l. j. col. pe. & vlt. ff. de offi. procu. Cęsar. Bal. in l. j. in prin. & ibi etiam alios, maximè Ias. col. 3. vbi loquitur de regno quod defertur ad primogenitum. ff. de constit. prin. & in l. pen. C. de bonis quæ libe. & in l. donationes quas diuus, & ibi D. Io. Igne. in repe. col. 2. & seq. C. de dona. inter vir. & vxo. & eundem Bald. in Authen. qui sē patris. col. pe. vers. & adde quod no. & ibi Rom. col. vlt. vers. item inquantum ponit an princeps. C. vnde liberi. & in c. 1. in prin. & iterum vers. quærunt docto. tit. de natur. feud. & in c. 1. tit. qui succes. tene. & in c. 1. in verb. successorum nostrorū. tit. de pace Cōstan. & in c. vlt. ad fi. extrà de re iudi. & cons. 271. casus consilij talis est dominus Ferrandus, lib. 1. & cons. 371. verba Cy. lib. 3. Ant. in c. 1. in 4. no. & ibi alios post eum, præsertim Fely. & Philip. Deci. extrà de probati. Io. Ana. in d. c. vlt. col. antepe. vers. quod autē in coutractu principis, ne pręla. vices suas. Mart. Laud. in tract. de princip. cōclus. 137. Alexād. cons. 16. in caussa & lite, col. pen. vers. quinimo etiam, lib. 5. Angel. Aret. in §. cùm filius, col. j. versi. deinde ista regula. Instit. de bære. quæ ab inte. defer. Franc. Aret. in l. quoties, col. j. ff. de acq. bær. Corne. cons. 278. cuius nomen, col. j. vers. cùm igitur, lib. 3. Ludo. Bol. cons. 6. reuerendissimns, col. antepe. in fi. vers. accedat pro confirmatione. Iac. à S. Geor. in tract. feu. in verbo, princeps Pedemontium, col. 2. vers. sed an princeps. Ias. cons. omnium. 1. quanuis præsentium, col. 2. vers. circa secundum, libro primo, & iterum cons. 227. Carolus, col. sexta, versic. quintò facit, eo. libr. 1. & Steph. Bertran. cons. 1. nume. 75. & seq. & nume. 151. libr. 1. & Matthæ. Afflic. deci. Neapo. 17. regia curia, nu. 5.

24 *An princeps possit alienare vnā ex suis ciuitatibus inuitis subditis & in praeiudiciū successorū.* ¶ Et an etiam princeps possit alienare vnam ex ciuitatibus, aut aliis rebus regni in præiudicium successorum, vel etiam inuitis subditis, videbis apud plurimos ex iis quos citaui in præcedenti versic. & prætereà Inn. Host. Io. And. Ant. Imo. & Panor. in c. dilecti, de maio. & obed. eundem Inno. & alios in d. c. intellecto, de iureiur. Spec. tit. de instr. edi. §. nunc autem, versic. vlti. & ibi Ioan. And. in addi. Alberi. Rosa. in prœmio. ff. §. discipuli, col. 4. versi. & ex prædictis subiicio quæstionem, & multis sequen. maximè verò col. 6. vers. sed quare quærimus. Barto. cons. 196. ciuitati Camerini, in j. dubio. Bald. in prœmio C. colum. 2. vers. modò ista quæstio, & id præludiis feudo. colum. 7. vers. expedita diffinitione & in c. in generali, tit. si de feud. fue. contro. inter do. & agna. vbi loquitur de rege Franciæ, & in c. si quis, titu. quo tempore mil. & in c. licet causam, col. 3. vers. item no. quòd ecclesiæ, & 2. vers. seq. extrà de probat. Paul. Cast. consil. 70. quia frustra, col. 3. in 2. dubio, lib. 1. Ioan. Ana. consil. 81. viso instrumento, prope per torum. Iaco. Aluar. in c. 1. colnm. vlti. vers. quæro an Rex, tit. qui feud. dar. poss. Alexan. consi. 1. ponderatis, colum. 5. vers. pręmissis non ob. lib. 5. & cons. 24. simili exordio, colum. vlt. eo. lib. 5. Soci. consi. 7. super quæstione, col. j. lib. 3. Guid. Pap. loquentem nuncupatim de Rege Francię deci. Delphi. 239. Rex Franciæ. Fran. Curt. Iuniorem cons. 174. sacratissimæ, col. 4. ver. aggrediar nunc, lib. 2. & Ias. cons. 56. colum. j. num. 1. & iterum colum. 2. versi. in primis ergo, libro 1. Anto. Corset. in tract. de pote. & excel. reg. quæst. 4. & iterum qu. 62. & rursum qu. 98. vbi etiā tractat an ipse Rex qui alienauit, poterit reuocare. & Fabia. in tracta. empti. & vendit. in 11. quæstio. 3. q. prin.

25 ¶ Ex illis item quæ suprà dicta sunt facile colligitur, Reges & principes esse obnoxios exoluendis

uendis

uẽdis nominibus ac debitis eorum, quibus in regno successerũt, siue sint filij, siue alij agnati. Nisi fortè quantùm ad agnatos pertinet, regnum teneretur in feudum, propter distinctioné, quæ fit in c.j.tit.an ag.vel fili.& ibi plenè Doctor. Nam & aliàs quoque principes ex contractibus superiorum principum obligantur, quando ij sunt qui non per electionem assumũtur, sed per successionem, & iure sanguinis, vt suprà latè diximus.

An reges teneantur soluere debita regum quibus successerunt.

26 ¶Et ea quidem maximè locum obtinent, si fuerint debita ex regni commodo contracta. Id enim semper procedit, etiam si non per successionem sanguinis, sed per electionem regnum ad successores perueniat, per id quod in simili no. in c.j. de solut.& ibi gl.& Doct. Videat igitur num rectè agant qui & animis & auribus regum nostrorum ingerũt, non eos teneri luẽdis superiorũ Regum nominibus. Dum Ludouicus 12. regnum nostrum moderaretur: vrbs quædam, cuius nunc non subit recordatio, ab eo repetebat munimenta quædã bellica (vulgò bombardas vocant) quæ Carolus Rex, vti asserebant, ex ea mutuò acceperat. Responsum est non esse Ludouicum Regem hæredem Caroli, proinde non teneri earum restitutioni.

De eadẽ re.

27 ¶Sequitur denique ex iis quæ diximus, primogenitum teneri ad soluenda debita patris pro portione, quã consequitur iure primogenituræ: nempe qui eam consequatur tanquam hęres vt si duas partes in hæreditate habeat, & duas quoque partes debitorum exoluat. nam debita pro portionibus hæreditariis sunt exoluenda. l.1. C. si cer. pet. & l. pro hæreditariis. quæ est 2. C. de hære. acti. & ibi concord. in gl. Nec est quòd his obiici possit, quod præterea scribitur in d.l.1. si cer. per. debita nõ esse soluenda pro æstimatione rerum prælegatarũ, quia explorati iuris sit onera ad hæredes pro portionibus hæreditariis, nõ pro modo emolumenti pertinere. Ita enim ibi scribitur. Quia fateor si quid sit prælegatũ vni ex hæredibus, id non pertinere ad onus hæreditarium. neque enim id auget portionem, siue quotã hęreditatis. nec pro maiori parte dicitur hęres, qui prælegatũ recipit. veluti si testator pręlegat Titio domũ, eúmq;, & Sẽpronium, & Męuium ęqualiter in reliquis bonis hæredes instituit. Certè Titius licèt prælegatũ acceperit, nõ est hæres, nisi pro tertia, & cæteri singuli etiã pro tertia parte. At in casu nostro, quod primogenitus plus cæteris capit, non capit iure prælegati, sed iure successorio, vti diximus. ideóq; cùm in duabus portionibus succedat, duas quoque partes onerum exoluet.

An primogenitus soluere teneatur debita patris pro portione hæreditatis, an pro virilis tantum.

28 ¶Et ita nuncupatim tenuit D. Citierus huius nostræ curiæ Consiliarius laudatissimus in tracta. primogenituræ li.2. in 5.q. Cuius sentẽtia mihi placet, tum ex iis quę diximus, tũ quoq; ex his quæ dicemus. 3.nu.seq. Licèt D. Moli. in Con suet. Paris. tit.1. §.11. col. 4. vers. quęro vtrũ primogenitus, & aliis multis seq. tenuerit contrarium. Quam opi. si sequeremur, vide quid inde sequeretur. Nempe ipsum primogenitum ad nullam parté debitorum teneri, sed alios fratres ad omnia debita teneri. Nam primogenitus, quicquid habet iure primogenituræ, id totum ex genere haberet, & sic iure proprio, & non hæreditario. si vera esset prior illa opin. quam suprà adduximus in prin. huius quæstionis: eadem enim esset totius ratio ac partis, cũ id totum habeat iure primogenituræ, nec quicquam teneatur conferre, vt dicemus infrà quæst. 51.

29 ¶Et huc pertinet alia quęstio in simili tractata ab Albe. post Guil. Cu. in l. hinc quęritur. §. potest, qui est 1. ff. de pecul. & in tract. statutorum. in 2. parte, q. 105. sed pone statuto, vers. quid si ex forma, quòd si ex statuto bona immobilia veniant ad proximiores ex parte patris. mobilia ad proximiores matris, quęrebatur quomodo teneretũr satisfacere creditoribus. Et videtur (inquiunt) quòd si credita respiciunt immobilia. soluentur de immobilibus à proximioribus patris: si mobilia, de mobilibus à proximioribus matris per tex. in d.l. hinc quęritur. §.1. & in l. si certarum. §.1. ff de testa. mili. Sed vt dicunt, ea iura loquuntur, quãdo tempore contractus erant duo patrimonia, sed in casu illius statuti vnicum erat patrimonium. Nam paganus licèt habeat bona in diuersis locis, non tamen habet diuersa patrimonia, sed vnicum. l. iurisperitos. §. cùm oriundus. ff. de excu. tut. Et concludunt quòd bona omnia debeant ęstimari, & secundùm ęstimationem eorum creditoribus satisfieri, vt scilicet qui plus habet. plus soluat, per l. Celsus. ff. de relig. & sumpti. fune. vbi scribitur, quoties mulier decedit, ex dote quę penes virum remanet, & cęteris mulieris bonis pro portione funeranda est, & l. si vir vxori. ff. ad leg. Falci. vbi tex. est in eandem sententiam.

De eadẽ re. Si mobilia deferuntur aliis, & immobilia aliis quomodo ij teneantur satisfacere creditoribus.

30 ¶Subdit tamen Alber. in d.q. 105. 2. parte statutorum. quòd idem Guil. in authẽ. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. videtur tenere, quòd isti debeant soluere ęqualiter, nullo ęstimationis habito respectu. & de hoc ipsum Alberi. scripsisse in d. auth. in vers. & ex prędictis soluit, sed ego in eo loco nihil de hac re reperi. Et hanc postremam. op. videtur sequi Pau. Ca. in d. §. potest. quia (inquit) videntur esse ęqualiter hæredes, quantùm ad ius hæreditariũ: alias autẽ tes videntur habere iure prælegati, ex dispositione statuti, quod non disponit super iure, sed super rebus corporalibus, argu. l. ex facto proponebatur, versic. vnde scio. ff. de hęre. instit. Et sic (inquit) æqualiter tenebuntur, licèt bona æqualiter non habeant, per illam leg. Et hoc si erant æquales in gradu, ita vt de iure communi admitterentur ad hęreditatem. si autem erant inæquales in gradu, tunc proximiores erunt hęredes in solidum: tamen alij habebunt mobilia vel immobilia. Et qui sunt hęredes, debent conueniri, nõ qui habentur loco legatarij

De eadem re.

l.quoties.ff.de hære.instit.Hæc propè Pau.

Decadē re.

31 ¶ Ego autem priorem opi.semper secutus sum,vti etiam secuti sunt Raph.Fulgo.in d.§.potest in fi.vbi id dicit esse satis conueniens,& neminem Doc.cōtradicere.Alex.cons.31. viso titulo quæstionis,col.3.vers.& ad ostendendum,lib.1.quod repetitur cons.111.li.4.& Iac.à S.Geor. in tract.de Roydis,col.7.vers.& quia ista solutio.Et confirmatur ex alia eiusdem Guil.Cun. deci.in l.2.in prin.ff.dec.dim.quòd quando propter publicationem bonorum existentium in diuersis territoriis quilibet fiscus capit bona sui territorij:ęs alienū inter eos diuidetur non pro modo territorij,nec pro virili,sed pro rata bonorum ad quemlibet fiscum pertinentium, per illum text.& in d.l.Celsus,& seq.vsque ad l.sic pro rata ff.de relig.& quod in simili dicitur in l.sed & si lege.§.quod autem quis.ff.de peti.hæred.Et facit text.optimus,vt ipse dicit, in l.vlt.C.de debit.ciuit.lib.11.Et eum sequitur Alberi.in d.l.2.vers.ex prædictis concludo,de capi.dimi.& in l.si fideicommissum.§.tractatum,vers.& faciunt etiam.ff.de iudi.vbi id non adeò clarè dicit.& Alex.& Iac.à S.Georg.vbi suprà.

De eadē re. Michael Hospitalis.

32 ¶ Hæc principalis quæstio, an scilicet primogenitus teneatur solùm pro virili, an pro modo bonorum, agitata fuit in magna Camera Inquestarum, quas vocant, relatore amico nostro vnico D.Michaële Hospitali,Cōsiliario huius curiæ integerrimo,doctissimo,& vt vno verbo absoluam,omnibus numeris consummatissimo:fuitque ea quæstio paribus suffragiis calculisque adæquata,vulgò partitam vocant, cùm scilicet sententiæ fuerunt æquo numero (sic enim loquitur M.Celius lib.8.epist.familiarum Ciceronis epist.incip.& si de Repub.)posteáque in tertia camera iterū relata ad Curiam:tandem frater primogenitus obtinuit, vt pro æstimatione bonorū in quibus successerat tantùm,pro virili debita solueret. Id'que maximè propter quasdam clausulas in contractibus maiorum suorum appositas, mansítque integrū in aliis causis vt disputaretur, an primogenitus & cæteri fratres soluerent debita pro virili, an pro rata bonorum:nam ea quæstio inter alios vertebatur, cui nolebat curia facere præiudicium,præsertim cùm causa de qua agebatur,alio iure poterat diffiniri.

TRICESIMA SEXTA QVAESTIO.

An primogenitus solus succedens ex statuto,solus etiam obtineat ius patronatus.

1 TRicesimosextò quæro, stante ea consuetudine, quòd primogenitus succedat cæteris exclusis.Nunquid solus primogenitus etiam obtinebit ius patronatus in beneficio, cæteris etiam exclusis.Breuiter dic quòd sic.Nam cùm ius patronatus ab hæreditate veluti gubernetur,vt qui hæres est,illud obtineat,qui non est,nō obtineat.c.cùm seculū,& ibi Ant.Pano. & alij extrà de iure patr.& no.etiam Inn.in rub.co.tit.& in c.1.& ibi etiam Panor.& cæt.eo. tit.Card.Flo.post alios in cle.plures,in 6.& 7.q.eo.item tit.& in rub.ex.co.tit.col.vlt.ad fi. cū aliis multis concord.collectis à Cæsare Lambertino in tracta.de iure Patro.in 17.arti.2.qu. princ.2.partis lib.1.Ideò primogenitus, qui hęreditatem solus obtinet, solus quoque hoc ius nanciscitur. Ita voluit Ioā.And.in c.ex insinuatione,& ibi Card.Flor.Pet.Anc.& Panor.extrà de iure patro.ad hoc referētes tex.ibi.& idem Pet.Anc.in d.c.cùm seculū, & ibi quoq; Panor. col.2.versi.2.habes notare,per tex.ibi Philip.Deci.in l.pactum,col.6.vers.extrà gl.addunt.C. de collat.& Albert.Brunus in tract.staturorū fœminas à successione repellentiū,art.8.q.24. Laurus de Palac.in eodem tract.col.vlt.Domi.Bened.in repe.c.Raynutius,in verbo, in eodē testamento relinquens.le 1.nu.143.& Lambert.vbi suprà,& iterum in 9.art.eiusdem quęst.si modò inquit,valeat consuetudo solum primogenitum admittens ad successionem. De quo nos suprà latè diximus in 4.q.quod multùm facit ad præcedentem quæstionem.

Si fœmina ex statuto repellatur à successione,& à iure quoque patronatus arcetur.

2 ¶ Simile est.quòd si ex statuto vel consuetudine fœmina dotata non succedit, ius patronatus ad eam non transit,sed ad masculos tantùm,vt voluerunt Pet.Anc.& Pan.in d.c.ex insinuatione,co.tit.Card.Flo.in rub.eiusdem tit.in 8.q.Fede.Sené.cons.111.quęstio talis est, an diocesanus,col.9.in paruis,ver.itē quęritur an filius,vbi hoc dicit ita seruare consuetudinē, optimam legum interpretem,Panor.cons.54.casus contingentia talis est,quidam Iacobus, ad fi. li.1.& Laurus à Pallaciis in d.tract.col.vlt.& nouissime Rochus Cur.in tract.de iure patr.in verbo,ipse vel is à quo causam habuit,in 6.q.Qui quidem omnes ferè & illud dicunt, filium qui renuntiat hęreditati nō obtinere ius patronatus:licèt contrariū videatur voluisse gl.in c. cōstitutū.16.q.1.& in c.cōsiderandū.16.q.7.in eā rem trahens leges,quę id in iure patronatus respectu libertorum statuunt.de quo vide plenè per Panor.in disput.incip.Augerio.

An ius patronatus diuidatur in stirpes, an in capita.

3 ¶ An autem ius ipsum patronatus diuidatur in stirpes, an in capita, quod nonnihil ad hanc nostram quęstionem pertinet,vide gloss.in c.si plures,in verbo,communi,& ibi Arcbi.16.q. 7.Inno.Host.Io.And.Ant.Pet.Anc.Card.Flor.in c.1.extrà de iure patro.Pet.Anca.consi.355. cuius est initium,viso puncto,in 1.dubio,Panor.d.cons.54.col.3.lib.1.Alex.in addi.Bar.in l. vt iurisiurādi.§.si liberi.ff.de oper.liber. Et quamuis nonnulli tenuerint in capita,altera opinio quę hęredes admittit in stirpes videtur approbari in cle.2.de iure patro, de quo ibi latissimè Imo.in prin.& Card Flor.in 2.q.

TRICESIMA SEPTIMA QVAESTIO.

1 TRicesimoseptimò consequenter quęro,si ius patronatus ex consuetudine pręscripta, aut aliàs spectet omnino ad primogenitum,siue seniorem domus.Si iste senior vendit partē suam castri

ſuam caſtri ratione cuius competit huiuſcemodi ius patronatus, vtrùm id ius tranſeat ad emptorem, an ad alium primogenitum, vel ſeniorem familiæ poſt hunc venditorem. Super qua quæſtione aditus ipſe Cardi. Flor. reſpondit, conſ. 48. cuius eſt caput, quidam nobiles: id ius non tranſire in emptorem, per regulam c. priuilegium, de reg. iur. libr. 6. vbi priuilegium perſonale extinguitur cum perſona, tanquam id teneat vicem priuilegij competentis ſeniori domus, quod in alium tranſmitti non poteſt. Igitur cùm deſinat competere huic ſeniori qui vendidit, nec tranſeat in emptorem cum ea prærogatiua: conſequens eſt, vt ſequens ſenior ius id habeat. Et nonnihil ad id faciunt quæ ſcripſimus ſuprà in 3. q. prin.

An ius patronatus cōpetens primogenito transeat in emptorem.

2 ¶ Huius autem cōſi. Cardi. meminit Cæſar Lamberti in tractatu de iure patronatus, in 8. art. 2. q. prin. 2. par. 1. lib. & iterum in 16. arti. 5. q. princ. d. 2. partis 1. lib. Et in posteriore loco posteaquam ipſius reſponſum retulit, ita tandem in hac re diſtinguit. nam aut conſuetudo diſponit ſeniorem familiæ ſiue parentelæ præſentare, & tunc procedat dictū Cardi. vt ſcilicet donec supereſt quiſpiam ex huiuſmodi familia, is habeat ius pręſentandi ante alios extraneos, etiam ſi illis ſit ſenior. Sed ſi conſuetudo haberet vt ſenior patronus id ius præſentandi habeat, tunc emptor, ſi ſit cæteris ſenior præſentabit, non autem ſi iunior.

TRICESIMAOCTAVA QVAESTIO.

1 AT triceſimooctauò conſequenter quoque quæro, an ſi omnes filij ſuccedant æqualiter, valeat tamen conſuetudo huiuſmodi deferens ius patronatus ſoli primogenito. Et certè Card. Florē. conſ. in præcedenti quæſtione allegato, ſatis innuere videtur valere. Et id nuncu patim reſpondit etiam Rom. conſ. 368. præſens conſultatio, col. 1. in 2. dubio.

An valeat consuetudo deferens ius patronatus soli primogenito cæteris fratribus æqualiter succedentibus.

2 ¶ Sed dicit ipſe Ro. eam conſuetudinē eſſe admodum probatu difficilē. Primùm enim ea eſt contra ius cōmune, quod defert id ius omnibus hæredibus, nō ſoli primogenito. c. ſi plures, & c. filiis vel nepotibus. 16. q. 7. & cle. ſi plures, de iure patro. Igitur ad eius præſcriptionem requiritur de iure Canonico tempus 40. annorū, vt concluditur in c. vlt. de conſue. & in c. vlt. eo. tit. lib. 6. & in c. conſuetudo. 12. di. licèt aliter ſit de iure ciuili, vt no. in l. de quibus. ff. de leg. & in l. 1. & 2. C. quæ ſit long. conſue. Requiritur etiā quòd ex certa ſcientia patriæ. & non per errorem iuris fuerit introducta, vt concludit gl. in d. c. vlti. Nam cùm conſuetudo ſit tacitus populi conſenſus. l. ſed ea quę. ff. de legi. ſi error ſit, excluditur conſenſus. l. ſi per errorem. ff. de iuriſ. om. iudic. Requiritur prætereà populum vſum fuiſſe ea conſuetudine non ſemel, ſed ſæpius animo conſuetudinis introducendæ, & ita quidem notoriè, quòd veriſimiliter ſit in notitiam populi non contradicentis tranſiuiſſe, vt per glo. in d. c. vlt. & Bart. in d. l. de quibus. vnicus enim actus quantumuis notorius non inducit conſuetudinem, vt concludit Bart. in d. l. de quibus, & patet ex l. 3. C. de epiſ. audi. Niſi actus ille vnicus, & notorius habuiſſet cauſſam ſucceſſiuam, & continuationem temporis, quod poteſt introducere conſuetudinem contra ius commune, per textum no. in c. cùm de beneficio, de præben. li. 6.

Quid antē requiratur ad probationem huius consuetudinis.

3 ¶ Requiritur item quòd maior pars populi ex habentibus ius patronatus vſa fuerit huiuſmodi conſuetudine, ſecundùm gl. in d. c. vlt. Nec enim minor pars poteſt facere conſuetudinē, ſicut nec legem. l. nulli, & l. plane. ff. quod cuiuſque vni. cum ſi. Deniq; requiritur quòd ante completam huiuſmodi pręſcriptionem nullus actus contrarius interueniat. Vnicus enim interrumpit, eſſétque opus noua præſcriptione, vt etiam concluditur in d. c. vlt. & in l. nemo alit no. §. temporalis. ff. de regu. iur. & in d. l. de quibus. Sed tu de hoc vide Io. And. in d. c. vlt. col. 7. verſi. 6. an iudex, & in aliis multis quæſt. de conſue. vbi nominatim tractat, qualiter inducatur conſuetudo, quòd primogenitus ſolus ſuccedat.

Ad idem.

4 ¶ Poſt verò priorem noſtram editionem comperimus Cæſarem Lamberti. in d. tracta. de iure patro. in 20. articul. 2. q. princip. 2. lib hanc q. tractantem, An poſsit conſuetudo inducere vt primogenitus ſolus ſuccedat in iure patro. vbi dicit non inueniſſe ſe ſpecialiter tactum. ſed id ex eo pendere, an conſuetudo valeat vt primogenitus ſolus ſuccedat in ſucceſsione paterna, de quo inquit per Cald. in c. ad probandum, & ibi Felyc. col. vlt. de re iudi. & nos quoque latiſsimè diximus ſuprà in 4. q. prin. Nam ſi non valet ea conſuetudo in hæreditate, nec in iure quoque patronatus valet, quod hæreditatem ſequitur, vt etiam diximus in 36. q. Adducítq; prætereа Rom. in d. conſ. 368. col. 2. dicentem, vt ipſe refert, non valere conſuetudinem temporis immemorialis, inducentem ius patronatus per ſe conſideratum poſſe dari in feudum, & tanquam ad primogenitum tranſire, ex quo ſequitur (inquit) nec valere conſuetudinem, vt ſolus primogenitus ſuccedat in iure patronatus.

TRICESIMANONA QVAESTIO.

1 TRiceſimononò conſequenter item quæro, Quid ſi primogenitus id ius præſcripſerit cōtra fratres in quibuſdam beneficiis, an & hoc præſcriptum cenſeatur in aliis. Rom. in d. conſ. 368. col. 2. verſ. dum autē quæritur, reſpondet non cenſeri, quia præſcriptio veluti odioſa non extenditur vltra quàm quis reperitur poſſediſſe. l. j. §. ſi quis hoc interdicto, & ibi glo. & Bart. ff. de iti. actúque pri. Et id quidem ſiue ad rem, ſiue ad perſonam, ſiue ad locum reſpiciamus, per c. auditis, & c. cùm olim, de præſcrip. & c. dilectus, de cape. mo. & c. cùm cōtingat, & c. cùm in tua, de deci. & quod voluit gl. in c. odia, de reg. iu. li. 6. Inn. in c. tua, le 1. in fi. de deci. vbi no. dicit,

Si ita præscriptū in quibusdam beneficiis, an ad cætera trahantur.

Præscriptio nō extenditur.

dicit, quòd licèt quis probauerit, quòd per totam alienam parochiam percepit & præscripsit excepto vno prædio, de quo non probauit, non debet ei adiudicari decima in illo prædio, per d.c. cùm cõtingat. Ideò (inquit) quãdo quis petit decimas, quas dicit se præscripsisse in aliena parochia, debet probare de singulis fundis, vt in singulis obtineat. Et quod etiam voluit idem Inn. in c. vlt. de offi. Archid. & in c. dilectus, de capel. mo. Host. in c. cùm officij, de præscrip. Archi. in c. 1. de iure patro. li. 6. Aegidius in c. ecclesia, de elec. Fede. Senẽ. cõsi. 125. vt illum citat Rom. vbi suprà, vbi dicta illorum sigillatim declarat. Cui adde And. Iser. in præludiis feud. in 1. q. in fin. & in rub. de consuet. recti feud. vers. item in consuetudine. & in c. 1. §. præterea ducatus, col. 3. vers. nunquid sufficit probare, tit. de prohi. feu. ali. per Fede.

Possessionẽ generalis iurisd. quæri & præscribi vnico iurisdicti. modo. Et quare.

2 ¶ Nec obstat (inquit) quòd à multis dicitur, possessionem generalis iurisditionis quæri & præscribi per vnicum actum & exercitium iurisditionis, secundùm eundem Inn. in d.c. dilectus, de capel. mona. Bald. in l. 2. col. 8. vers. sed nunquid qui fecit. C. de seruit. & aqua. Ant. in repe. c. vlt. col. pen. vers. ideo si dominus, de cau. pos. & proprie. cum aliis multis concord. vt ibi ei addas, citatis ab Alex. qui idem tenet. consi 68. & viso & dudum discusso, colum. pen. versic. hoc probatur. lib. 2. Quia illud ideò est, quia iurisdictio respicit vniuersalitatem, vt nostri loquũtur, & ipsa vna est, etiam si multis modis exerceatur. vnde vno modo exercitata, vt & ipsi loquuntur, inducit quasi possessionem iurisdictionis vniuersalis, cùm quis intendit eam quærere, arg. leg. vna est via. ff. de seruit. rusti. prædi. & l. restituta. ff. ad S C. Trebel. & l. 3. in princ. ff. de acquir. poss. Hic autem loquimur in casu, in quo non quæritur de præscriptione alicuius vniuersalitatis.

Nisi alter esset in possessione illius.

3 ¶ Sed & illud tum demum procedit, si nullus alius est in possessione iurisdictionis vniuersalis, secundùm ipsum Innoc. in d.c. dilectus. Nam si alius erat in possessione, tunc non nisi in illo actu, in quo iurisdictionem exercuit, eam præscripsit, per l. quod meo. §. vlt. ff. de acqui. pos. quod & ipsum voluit vt id ei addas, idem Inno. in d.c. vlt. col. vlt. de offi. Arch. vbi & ad hoc allegat. c. vlt. de relig. domi. vbi & ipse idem quoque tenet, & Panor. in d.c. cùm olim, in vlt. not. de præscri. & in c. cùm inter, col. 4. versic. quarto & vltimo casu, de senten. & re iudi. & consil. 54. videtur primò, col. 2. vers. secundò ad idem, lib. 1. & cons. 71. videtur prima fronte, li. 2. vbi ad hoc multa adducit.

De eadẽ re.

4 ¶ Nec itẽ obstat tex. in c. 1. de religi. domi. vbi, vt dicit, videtur nota. probari, quòd ex eo quod in quopiam loco probat se exercuisse ius baptizandi, intelligitur etiam probasse sibi quæsitũ fuisse ius consecrandi ecclesiam in eodem loco constructam. Et sic posset videri fieri extensionem acquisitionis ex præscriptione præcedenti, de vno iure ad aliud: quoniam illud ideo ibi fit, secundùm Inno. quia locus ille erat in diœcesi ipsius episcopi: saltem non constabat quòd esset in diœcesi alterius. vnde exercendo iurisdictionem in vno actu, probatur retentio iurisdictionis in quocunque actu. l. si stillicidium. §. vlt. ff. quẽadmod. seruit. amit. & hoc quoque ita intellexit Panor. in multis ex dictis locis suprà citatis. Hic autem nihil tale est, quoniam constat de iure communi facultatem præsentãdi in omnibus ecclesiis pertinere ad omnes hæredes, non ad solum primogenitum.

QVADRAGESIMA QVAESTIO.

Vter præferendus sit nepos ex primogenito, an patruus. Et quid si primogenitus superstes fuerit patri.

1 QVadragesimo quæro, vter præferatur in iure primogenituræ an filius primogeniti, an verò patruus ipsius. Et certè si primogenitus patri superstes fuerit, ita vt ipsius patris hæres in eo iure primogenituræ fuerit, & posteà moriatur relicto filio & fratre, tũc hauddubiè filius primogeniti id ius primogituræ consequetur, patruo suo omnino excluso. nam tũc non agitur de successione aui, sed primogeniti filij, cui filius debet succedere, & non frater. Et de ea re est text. in c. licèt, vbi id not. Card. Flo. in vlt. q. & Panor. in vlt. not & etiam in cap. grandi, de supplen. neg. prælat. lib. 6. vbi Pet. Anc. & Philip Frã. dicunt id minimè esse dubiũ. Et hoc quoque satis voluisse videtur And. Iser. in c. 1. §. & olim. col. 2. vers. si ergo viuens, tit. de succes. feu. & Bal. in l. tutela. §. si duo. ff. de legi. tut. Marti. Laud. in tract. primogenituræ. col. pen. Nicol. Perus. in tracta. succes. in j. parte, in 6. specie filiorum, col. 6. ver. item quæro an filius, ibi, & hæc procedunt. Alex. in disputa. incip. Sigismundus, in 3. dubio illius disputa. vbi id latè tractat. Cato. Rui. cons. 13. præsupponitur quòd Ioannes, col. pen. & vlt. lib. 1. & Card. Alex. in c. 1. col. 9. vers. decimoquintò hoc probatur, tit. de feud. Match. Ias. in l. is potest. col. 5. versi. adde pro ista parte. ff. de acq. hæred. Philip. Deci. cons. 443. in casu ad me transmisso, col. 4. ver. quintò non obstat. Ant. Corse. in repe. c. grandi, col. 21. ver. nota, ibi, qui eidem Regi, de suppl. negl. prælat. li. 6. & in tract. de potest. & excel. Regi. quæst. 115. Hiero. Gratus cons. 6. visis ac diligenter, lib. 1. vbi loquitur in casu qui videbatur dubius ob quædam verba concessionis. & iterum cons. seq. & in satis. & And. Alcia. cons. seq. quod est. 8. verba priuilegij. statim post priu. & per totum, & omnes propè passim & vbique. vix enim reperies, qui id neget. Et optimè facit quod in simili tradit Cyn. post Vgol. de la Fontana, in l. j. in vlt. q. C. de adul. & And. Iser. in c. 1. in fi. princ. tit. de eo qui fi. & suis hæred.

Cõprobatio ex historia.

¶ Id'que veteri atque memorabili exemplo comprobatur. Nam Eunomus Lacedæmoniorum Rex reliquit Polydecten, aut, vt alij vocant, Polibitan ex priore vxore, & Lycurgum Iu-

uiorem ex

niorem ex Diouassa regnauitque Polydectes post mortẽ patris aliquo tempore, qui quidem mortuo cùm ignoraretur, vxor illius prægnans esse, regnauit & ipse Lycurgus. sed postea quã rescinit viduam fratris pregnantem esse, continuò declarauit regnũ pueri esse, si quidem mas foret principatum verò ipse tanquam tutor moderatus est, tametsi mulier eũ clanculum accerseret, verbáque faceret de perdendo pueto, quo illi Spartę imperanti nuberet. Id quod Lycurgus dissimulanter laudans, sed non oportere (inquit) per abortum partum atque medicamentum ipsam sibi corporis detrimentum afferre periclitarique: sibi enim curę fore, vt cõfestim quàm nasceretur, è medio tolleretur. Hócque pacto ad tẽpus vsque pariendi mulierem deduxit, atque vbi illam parientem sensit, misit qui parturienti assiderent, eàmq; asseruarent. hísque imperat, si fœmina nasceretur, eam mulieribus traderent: si mas, eum ad se deferrent. Accidit autem, vt ipso cum principibus cœnante marem pareret: ministri autem ad eum infantem deportarent, quem ille suscipiens ad discumbentes dixit, Rex natus est nobis ô Spartiatę, illúmque Chatilaum nominauit. testes historię, Plutarchus in vita ipsius Lycurgi, & tetigit etiam Iustinus libro tertio.

3 ¶ Adeóque id obtinet, vt etiã filia primogeniti, qui auo superstes fuit, & ei successit, preferatur patruo suo, si pater eius filię postea moriatur. ita enim voluit Andr. Iser. qui aliàs semper tenet pro patruo secundogenito contra nepotem ex primogenito mortuo ante auũ (vt dicemus infrà nu.13.) in c.1. vers. nunquid hoc c. habet locũ in regno, tit. de eo qui sibi & suis hęre. & Neopodanus, & Matth. Afflic. qui & ipse tenuit pro patruo in illo casu, tamẽ in hoc tenuit pro filia primogeniti, in c.1. col.3. num.19. tit. de natu. success. feud. & in c. omnes filij, col.3. nu. 33. tit. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agna. Licet aliter obseruabant Lacedęmonij, vt patet ex historia nu. pręcedentis. Et facit quod scripsimus suprà in 14. q. n.7. & seq.

4 ¶ Quanquam vt homines ad dissentiendũ minima quaque occasione proni sunt admodum & procliues, pręsertim regnandi cupiditate, *Regni causa ius violari solitum.*

Nam si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est, aliis rebus pietatem colas.

Vt apud Euripidem in Phœnissis sceleratissime Eteocles pronunciauit. Nam ita vertit Cicero lib.3. Officiorum illos Euripidis versus,

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν, τ᾽ἄλλα δ᾽εὐσεβεῖν χρεών.

Quos ad verbum ita potes traducere,
Si enim iniuste facere oportet, tyrannidem propter
Potissimùm ius violandum est, cęterà pium esse oportet.

Subdit autem Cicero, Capitalis Eteocles, vel potiùs Euripides, qui id vnum, quod omnium sceleratissimum fuerat, exceperit.

5 ¶ Igitur Demetrius ille, qui obses Romę fuit, mortuo Antiocho fratre maiore Rege Syrię, relicto filio paruulo à Senatu petiit se dimitti ad regnum petendum, id æquum esse dictitans, quòd sicut fratri maiori cesserat, ita sibi à pupillo quem ætate antecedebat cedẽdum esse. Et cùm se non dimitti animaduerteret, specie venandi ab vrbe profectus, & in Syriam naui delatus, secundo fauore omnium exceptus est, regnúmque occiso pupillo traditum, vt à Lucio Floro lib.4. & Iustino li.34. traditum est, vt videre quoque licet ex lib.1. Machab. c.7. in prin. & nos suprà in pręfatione meminimus. Sed & Agide Lacedæmoniorum Rege mortuo, in regno prælatus est Agesilaus Agidis frater Lentichidæ filio ipsius Agidis, vt scribunt Probus Aemilius, & Plutarchus vterque in vita Agesilai. Sed Plurarchus Lentichidem nothum fuisse tradit. Legimus quoque apud Pandolphum Collenutium li. Historiæ Neap.3. Robertum Guiscardum ægrè ferentem, quòd Gofridus Comes Poloniæ, frater eius, suum ipsius filium Bagelardum Comitatus successorẽ reliquisset, ipsum Bagelardũ Comitatu armis pepulisse. *Diuersa historia.* *Alia quoque.* *Itemq̃ alia.*

6 ¶ Similiter parum dubij est, si nepos ex primogenito ante pattem mortuo (Is apud antiquos, vt id obiter dicam, Cæsar Opiter dicebatur, qui scilicet patre mortuo auo viuo gignebatur, vt tradit Caius Titus Probus in Epitome li.10. Valerij Maximi, si non fallax est titulus) Si inquam hic nepos sit maior natu patruo secundogenito, nil dubiũ est quin ipse nepos præferri debeat patruo ætate iuniori. Nam & id cõstanter affirmãt Bal. & Raph. Fulg. nisi verba consuetudinis, vel statuti resisterent, vt quia loqueretur de primogenito filio, in l. vt intestato. C. de suis & legi. Marti. Lauden. in trac. primogenituræ, col. pe. Nicol. Petus. vbi suprà, & Alex. in d.l. is potest, col.2. & Ias. col.7. vers. vlt. in isto. ff. de acqui. hæt. & idẽ Alex. cons.4. ponderatis verbis, col.2. versi. præterea qualitas, li.4. & Phil. Dec. cons.453. in causa ad me transmissa, col. 3. vers. verba enim illa. & Chasse. cons.53. ex facto, col.12. ver.16. facit. & Matt. Afflic. in c.1. col. 55. vers. secundò fallit, tit. de success. feud. Nam & potissima pars eorum, qui aliter præferunt patruum nepoti, innititur maiori ipsius patrui ætati, vt posteà dicemus. *Quid si nepos est senior patruo.* *Cæsar Opiter antiquis quis dicebatur.* *Quid si nepos est minor.*

7 ¶ At si primogenitus filius mortuus est ante patrem relicto nepote, & eo quidem minore natu patruo, vter eorum præferatur, altissimum est omnium pelagus, cuius vix fundũ reperias. Propterea Bal. in l. cùm antiquioribus. C. de iure deli. post multa in vtranque partẽ adducta, *Magna huius dubij difficultas ex Bal.*

rem minime decisam relinquens. Soluat (inquit) Apollo, secutus loquendi formam Io. celatam ab Accursio in l.2.ff.ad leg. Aqui. Et idem Bal.con.275.quod pro regula, col.3. vers. quæstio talis est, li.2. dicit hanc rem potiùs consistere in ingenij qualitate, quàm possit in alterutram partem vere determinari. Ita quod certum quicquam asserere esset potiùs superstitiosum, quàm discretum. Et in l.ex hoc iure, col.2. vers. sextò quæritur. ff.de iusti.& iure, & dicit se in hac re habere oculos nycticoracis.

Ea controuersia iudicio gladiatorio commissa.

8 ¶ Refert autem Firmia. in suo vbere repertorio, in verbo, nepos, vers. 50. audiuisse se à Fran. Patauino auditore Rotæ legisse in quibusdam Annalibus Ottonem imperatorem iudicio gladiatorio eam rem commisisse, tanta erat rei perplexitas: nepotémque victorem bis euasisse. Id quod etiam retulit idem Firmianus, in verbo, filius Regis, vers.8.& Do.Cos. Guy. in ti. de nun.& qualitate Card. in verbo, fratres: & Ias. in d.l. is potest, col.5.ff.de acqui.hær.& in d.l. maximum vicium. C.de lib. præte.& And. Alcia. in lib.de Monomachia.c.7.

Et aliàs multo antè tempore.

9 ¶ Sed vt ex antiquiori tempore exempla repetamus. Scribit Iustinus li.23. Agatocle Rege Siciliȩ mortuo, aut certe moribundo bellum inter filium nepotémque eius ortum, regnum sibi vendicantes: nepotémque victo occisóque filio regnũ occupasse. Eamdémque penè controuersiam, Corbis & Orsua fratres patrucles de regno contendentes ferro diremerunt in eo spectaculo gladiatorio, quod Scipio Affricanus Carthagini nouæ præbuit, vt retulit Liuius lib.8.2. belli Punici. & Plutarchus in Scipione.

Roberti Siciliæ regis iudicium. Et Bonifacij papa.

10 ¶ Quid quod Rex Robertus Siciliæ pro quo pronunciauerat in regno Apuliæ Bonifacius contra nepotem ex fratre Carolo primogenito Caroli Martelli, posteà pronunciauit pro nepote contra patruum, in comitatu Sancti Seuerini, assistentibus illi multis Cardinalibus, vt retulit Oldra. qui & in ea causa pro nepote tenuit, con. 224. incip. sunt allegationes, in fi. Idémque Rex Robertus nixus est regnum transferre ad ipsum nepotem Regem Vngariæ, aut descendentes ex eo, dum neptem suam ex Carolo filio Ioannem reginam vxorem dedit Regi Andreȩ, qui descenderat ex nepote & primogenito Regis Vngariæ, vt retulit Bal. in l.si viua. C.de bonis mater. Et alibi dicit idem Bal. videlicet in l.liberti libertæque, col. 5. vers. sed dubitatur de tali q. C.de bon. liber. Bonifacium fuisse magis partialem quàm apostolicum, dum pro Rege Roberto iudicauit, respexisséque, vt idem Bal. dicit in l.vt intestato. C.de suis & legi. ad prudentiam ipsius Roberti, qui fuit alter Salomon, vti etiam ex eo retulit Pandolphus Collenutius Historiæ Neapolitanæ lib.5. Et ita quoque comperies apud Paulum Aemilium lib. rerum Gallicarum 9. haud multò post princ.

Quidoc. id dubiũ indecisum reliquerunt.

11 ¶ Ex quibus satis constat rem hanc esse admodum difficilem. Ideóque & multi præter Bal. in d.locis, suprà nu.6. citatis eam in medio, quod dicitur, reliquerunt, nihil certi diffinientes, aut ita obscurè loquentes, vt nescias vtram partem sequãtur, videlicet idem Bald. Paul. Cast. & Corne. in d.l. vt intestato. C.de suis & legi. Paul. Cast. Alex. Corne.& Ias. in d.l. maximum vicium. C.de lib. præteri. vbi ipse Iason dicit hoc sibi semper visum fuisse dubium. idem Paul. in Authen. post fratres. C.de legi. hære. Nicol. Mil. in suo Repertorio, in versi. filius primogenitus. Marti. Laud. in cap.1. in fin. tit. de gradib. succes. in feudo. & Felyn. in cap. auditis, col.7. versi. consuetudo præferens, de præscrip. & Hiero. Gratus consil.6. visis, col.3. nume.25. lib.1.& D. Cirier. lib.1. de primogenitura. q.25. vbi in fin. dicit tutius sibi visum fuisse hanc fabam alij cudendam relinquere, quàm inter tantos iuris interpretes suum iudicium proferre.

Qui pro nepote tenuerunt.

12 ¶ Vterque tamen & nepos & patruus multos magnósque habet autores, & propè ex æquo, vt vix facile dignosci possit, quæ sit communis opi. vt dicit Philip. Dec. consi. 443. in casu ad me trãsmisso, post princ.& Gratus. d.consi.6. Pro nepote tenet Oldra. aut quisquis is fuit, sunt enim qui alterum fuisse dicunt cons. 224. istæ sunt allegationes, vbi etiam refert alios Doc. sui temporis eam partem fuisse secutos, videlicet Ioan. Laudunẽsem, & Armandum Narcesium auditorem sacri palatij. Et eam quoque sequitur Ioan. And. in addi. Specul. in rub. de feudis, col.3. versi. redeundo ad indiuiduum. neque enim dubium esse potest, quicquid nonnulli dicant, qui eam partem tennêre. non ob id tantùm quòd eam postremam scripsit, sed & quòd argumenta & rationes alterius refellit. Albe. in proœmio ff. in §. discipuli, col. antepenul. versic. decimò in ista materia. Bald. subobscurè, in d.l. liberti libertæq; quo loco nuper citauimus. C.de ope. lib.& apertiùs in d.l. ex hoc iure, col.2. vers. sextò quæritur. ff.de iusti.& iure.& cons. 386. in regno libero, lib.2. vbi dicit hanc esse communem opin.& iterum cons.389. cõsuetudo est in nonnullis regnis, col.3.& seq. vsque ad fin. eod. lib.2. Eandem quoque partẽ tenet Ioan. Fab. in §. cùm filius, col.2. versi. sed quid dices, Instit. de hæred. quæ ab inte. defer. Pet. Anca. Card. Flor.& Panor. in d.c. licet, de voto. idem Pet. Anca. in c. grandi, in 2. not. de suppl. negli. prælat. lib.6. Panor. cons.85. in præsenti quæstione, in 1. dubio, lib.1.& iterum consi. 3. nitar in præsenti causa, col.3. vers. ex quibus omnibus, & seq. lib.2. Paul. Cast. in d.l. is potest, in prin. & ibi quoque Franc. Are. col.2. ff.de acqui. hær. idẽ Paul. Cast. late cons.164. in præsenti causa, lib.2. vbi idem dicit si statutum loquatur de maiore. Ro. cons.29. in causa Maioricæ, vbi tamen se fundat in ratione & verbis concessionis. Ioan. Rayn. in c.1. prȩtereà ducatus, col.5. in paruis, vers. quæro præsupposita, tit. de prohi. feud. ali. per Fed. Iac. Alua in c.1. in fi. ti. de feud. March.

Etiã si statutum loquatur de maiore.

dum

dum simpliciter remittit ad Io. And. vbi suprà, & ibi Card. Alex. col. 2. cum multis seq. vsque ad fi. Bella Mera. dec. 724. etiã de extra rotan. Barb. cõs. 10. sapiẽter scribitur, col. 4. li. 2. vbi etiã dicit cõmunem opi. Franc. Are. cons. 162. diligẽter & maturè. per totũ, vbi itẽ dicit esse cõmuniorem Nicol. Perusi. in tracta. succes. ab inte. in j. parte, in 6. specie filiorũ, col. 6. vers. itẽ quæro an filius. Soci. in l. si cognatis. col. 2. vers. secundò infertur. ff. de reb. dubi. vbi & ipse de maiore quoque loquitur, & cons. 252. visis instrumẽtis, per totũ. lib. 2. & cõs. 47. facti narratione, col. pe. vers. confirmatur etiã, & iterũ vers. non omitto, lib. 3. Bert. in suo Repertorio, in verbo, filius Regis, vers. 8. & in verbo, nepos, vers. 50. Felyn. in cap. prudentiã, col. 2. vers. amplia adeo, de offi. deleg. & subobscurè in c. audiuis, col. 7. vers. consuetudo præferens, de præscr. Corse. & Aufrer. in deci. Tholosa. q. 433. item fuit quæsitũ an ius primogenituræ. Ludo. Bol. cons. 62. viso igitur puncto, col. 6. vers. vel & tertiò dico. Iac. à S. Geor. in tract. feud. in prin. col. 3. vers. sed pone decessit Rex, vbi hanc dicit quotidie obseruari. D. Cos. Guy. in proœmio pragma. sancti. in verbo, primogenito, col. 2. & iterũ in ti. de mun. & quali. Car. in verbo, fratres. Guil. Bened. in repe. c. Raynucius in ver. in eodẽ testamento relinquẽs, le 1. nu. 187. & multis seq. & rursus in verbo. mortuo itaq; testatore, nu. 42. itẽmq; in verbo, & vxorẽ nomine Adelasiã, nu. 620. Matth. Afflic. in c. omnes filij, col. 2. vers. sed dubiũ stat, tit. si de feud. fuer. contr. inter do. & ag. Io. Montol. qui & hanc dicit esse communẽ in suo Prõptuario vtriusq; Iuris, in verbo, primogenitus, & nouissime Bar. Chas. in Cõs. Bur. ti. *des successiõs*. §. 10. col. j. ex quo videtur, & cõs. 53. ex facto, col. 4. vers. 11. facit, & iterũ col. 17. vers. vndecimò nõ obstat, vbi hãc quoque dicit esse cõmunẽ. & Paulus Paris. cons. 72. ad verã, col. pe. nu. 107. lib. 4. & nouissime Phi. Probus in additione Ioan. Mo. in d. c. grãdi, col. j. vers. & tales primogeniti, de suppl. negl. præ. li. 6.

13 ¶ Et eam opi. passim sequimur in Francia, Anglia, & Hispania, vt testatur de Francia & Anglia Bal. d. cons. 389. col. 4. versic. sequitur aliud dubium, lib. 2. vbi & id dicit ita fuisse determinatum in illis regnis, & idem dicit, in d. l. cùm antiquioribus. col. 5. vers. decimò sic, & in d. l. ex hoc iure, col. 2. de iustit. & iure, vbi dicit Regem Angliæ ita decreuisse cum cons. suorum procerũ. Et de Gallia item Cardi. Alexand. in d. c. r. col. 3. vers. & ita plerunque, de feud. Marc. Similiter de Anglia Bald. in d. l. liberti libertæque, col. 4. vers. item secundum membrũ. C. de bonis liber. Et de Hispania Pau. Cast. d. consi. 164. in princ. vbi plus dicit, legem esse in hoc æditam, quam se vidisse dicit. & Card. Alexand. in d. c. 1. de feud. March. vbi idem dicit de regno Castellæ. Et quantùm ad Angliam illud certum est, Anglos Eduardo Regi Richardum nepotem ex Eduardo filio eius primogenito (is est ni fallor, qui Ioannem Regem nostrum in bello ceperat) suffecisse, postpositis aliis tribus ipsius Eduardi Regis filijs. & si mater ipsius Richardi de impudicitia male audiuisset, sed id nihil obfuit eius filio, videmúsque Regem Robertum, quem alterum Salomonem vocat Bald. vt diximus, iudicasse pro nepote, tametsi ipsemet fuisse prælatus nepoti, vt etiam diximus. *Gentes quæ eam opi. sequuntur. Franci. Angli. Hispani.*

14 ¶ Hancque legem obseruatam fuisse apud Lacedæmonios illos legum obseruantissimos testimonio est, quod cùm Cleomeni Regi superstites fuissent Areus nepos ex Accotato maiore natu filio ante patrem Cleomenem mortuo, & Cleonymus filius minor, magnam inter patruum & nepotem controuersiam ortam, vter eorum in regno succederet, de qua re Lacedæmoniorum senatus aditus regnum Areo nepoti adiudicauit. Quod Cleonymus ægre ferens Pyrrum Epirotarum regem in patrios fines asciuit. Quod à Pausania tum li. 1. quo Attica, tum latius lib. 3. quo Laconica describit, proditum est.

15 ¶ Pro patruo autem tenuerunt alij plurimi, scilicet Old. sibi contrarius. cons. 94. elegãter, col. 5. versi. amplius certum est, vbi dicit hanc partem de veritate iuris esse præstãtiorem (ita enim loquitur) licet illud cons. nonnulli allegent pro alia parte. And. Iser. in c. 1. col. 4. versi. quærit glo. iuncto versi. hæc essent vera, tit. de natu. succes. feud. & in c. 1. §. & olim, col. 2. versi. si ergo viuens, tit. de succes. feud. & in c. 1. §. his verò, & ibi Cardi. Alex. sibi contrarius, sed incogitans, in fi. omnino, tit. de grandi succes. in feud. & idem Iser. in consti. Siciliæ incip. comitibus, vbi tamen dicit hanc quæstionem indigere Cæsarea decisione. Archi. in c. vlt. 24. q. 1. Ricar. Mal. Cyn. Bald. sibi contrarius, Saly. Paul. Ca. sibi item contrarius, & Raph. Fulg. in l. si viua, per eum tex. C. de bonis mater. vbi & ipse Bald. ita dicit tenuisse nescio quem Guid. de Vallodo. Bar. in auth. post fratres, per illum tex. C. de legi. hære. vbi tamen mouetur ex verbis concessionis. Bal. in l. tutela. §. si duo. ff. de legi. tut. & cons. 275. quod pro regula, col. 2. versi. quæstio talis supposita, lib. 2. Petrus de Monte forti, quem Lucas Pen. in l. 1. C. de can. frn. vrb. Ro. lib. 11. dicit fuisse profundæ intelligentiæ in quodam sub consilio quod ad verbum transcripsit Matthæ. Affl. in d. c. 1. col. 3. versi. sed dubiũ stat, tit. de natu. suc. feud. vbi & idem ipse sibi cõtrarius tenet, sicut etiam facit in c. 1. col. 2. & multis sequen. tit. de succes. feudi. vbi hanc controuersiam latissime disputat, & dicit hanc opinio. esse communem, & refert Bartholomæum Capuen. virum mirabilem. hanc eandẽ tenuisse in allega. quas fecit pro Rege Roberto contra Regem Vngariæ. Pet. Anc. etiam sibi contrarius cons. 82. dicta facti narratio. Imo Domi. & Philip. Fran. in d. c. grandi, de suppl. negli. prælat. lib. 2. Raph. Fulg. in d. l. vt intestato. C. de suis & leg. Lucas Pen. in l. nepotes, col. 1. & seq. C. de his qui num. libe. lib. 10. & in l. si quis. C. *Qui pro patruo tenuerunt.*

de profes.& medi.eo.lib.10.& in l.si quis in sacris,ad fi.C.de proxi.sac. scrin. lib.12.& in l.qui-
cunq;.C.de princ.age.in reb.eo.lib. 12.& in l.j.col. 2.& multis seq.C.de pri.eo.qui in sac.pala.
mil.eo.lib.12.& in l.tyrones,quę est vlt.col.1.& seq.vsq; ad fin.C.de tyr.eo.lib.12. Ioã.ab Are-
mone præceptor Ioan.Rayn.in l.pactũ,in l.vlti.quæst.C.de col.Ant.Rosel.in tract.succes. ab
inte.col.31.Fran.de Porce.in suo tract.de duobus fratrib.in 3.parte,quæstio.54.Anto.de Pra-
to veteri.in l.in quartam,in 6.quæst.ff.ad l.Falci.Guil.de Perno.cons.13. in hac causa agitata.
Mansueti.tit.de succes.§.item in pluribus.Alex.cons.123.discussis,col.2.vers.tum etiam,cum
multis seq.lib.1.& cons.4.ponderatis verbis testamenti,col.3.versi.pro ista secunda parte,lib.
4.vbi dicit se semper secutum fuisse istam opi.tanquam communem, & melioribus rationi-
bus suffultam. Barb.sibi contrarius cons.27.scribsit doctissimus,col.22. vers. prætereà faciat,
lib.1.Corne.consi.199.in præsenti cõsultatione,col.17. vers.nec obstat quòd mater,lib.2.Phil.
Deci.latè cons. 443.in casu ad me transmisso.Fran.Curt.Iunior in tracta.feud.in 2.parte,col.
pe.versic secundò moueat.Anto.Rub.consil.149.in contractu matrimonij,vbi tamen princi-
paliter mouetur ex verbis contractus deferentis id ius,de quo quærebatur,primogenito.

Gentes quæ eam opi. sequuntur. Arabes. Numidæ. Galli aliquando.

¶ Nec huic parti desunt populi qui eam obseruant.Scribit enim Strabo lib.16.in Aromatife-
16 ra Arabum regione fratres honore filios fratrum antecedere,quòd natu grandiores sunt.Sed
& Numidæ fratres regis filiis eiusdem anteponebant,si maiores natu essent,vt scribit Liuius
lib.2.secundi belli Punici,& diximus suprà in præfatione,nume.31.Numidæ.
¶ Apud Gallos quoq;,vt ex nostris annalibus didicimus , Carolus ille Magnus reliquit Ber-
17 nardum nepotem ex Pipino filio natu maiore,vt nonnulli tradunt, & Ludouicũ cognométo
Pium,natu minorem filiũ.Hic tamen successit patri in regno.Cùm auté Bernardus regnum
ipsum vsurpare conaretur, quòd non deterioris iuris esse contenderet, ad aui Regis regnum
obtinendum ex maiore filio nepotem esse,quàm filiũ minorem. Ipse tandem victus captúsque & luminibus orbatus,ac postremò interemptus est. Id quod inter cæteros retulit Paulus
Aemilius lib.de rebus gestis Francorum 3. vt non omnino verum non sit, quod dicit Barpto.
Capu.vbi suprà,Francos hoc iure vti,vt refert Matthæ. Afflic.in d.c.1.col.14.nu.88.ti.de suc-
ces.feud.Porrò ex consuetudine expressa Normanorum qui sunt Frãciæ populi,patruus præ-

Normani Galliæ populi.

fertur nepoti in primogenitura,tit. *de escheance*,qui est 25.§. *& pource doit l'on scauoir*, & §. *ce
sont les coustumes, &* iterũ tit. *de brief de prochaineté de antecesseur*, qui est 99. propè per totum
illum tit.vbi tamen scribitur,hanc malam esse consuetudinem.

Longobardi. Vandali. Syri.

¶ Iure quoque Longobardorum frater excludit filium fratris,vt not. Carol.in Longo.de suc-
18 cessione lib.1.referente Luca Pen.in d.l.vlti.col.3.vers.hæc maxime.C.de Tyro.lib. 12. Sed id
minime verum esse puto,cùm ex legibus ipsorum Longobar. nepos ex filio mortuo ante auũ
ipsi auo succedat cum patruis in ea portione quam pater percepisset,si vixisset. Ita enim scri-
bitur in l.si quis habuerit, ti. de succesi. Vandalos quoque hoc iure vsos fuisse constat ex eo
quod Procopius de bello Vandalico lib.3. tradit, post mortem Gizerici Vandalorum Regis,
qui decessit Honoricho eius filio minore, & Gundabundo nepote ex Genzone filio maiore,
ipsum Honorichum prælatum in regno illi filio primogeniti, qui tamen postea mortuo pa-
truo regnauit. Sed id fuit propter eà quòd ipse Gizericus suo testaméto iusserat. vt per manus
eius regni successores illi propinquiori ex genere virilis prolis traderentur, & ex his qui ætate
præcederent. Honoricbus autem erat natu maior quàm Gundabundus. Suprà autem nu.4.
sigitur Demetrius diximus Demetrium eo nomine sibi regnum Syriç vendicasse,expulso in-
teremptóque filio fratris Antiochi natu maioris.

RATIONES QVAE PRO NEPOTE FACIVNT.

Rationes pro nepote. Nepos ex filio iã mortuo succedit cum patruis in locum patris. Etiam in feudo.

19 ¶ Vtriusque autem partis rationes maxima ex parte huc adferam, vt quisque videre possit,
quæ iustiores sibi videbũtur. Et primo quidé loco eas quę pro nepote faciũt: secundo quæ pro
patruo, quas & ipse qui semper partes nepotis sectatus sum, refellam. Pro nepote igitur hæ
sunt. Prima est,ex iuribus,quæ statuunt nepotem ex filio iam mortuo succedere pariter cum
patruis per repręsentationem,& in locũ ipsius patris.l.vt intestato.C.de suis & legi.& l.post-
humorum.in prin.ff.de iniust.testa.& authen.cessante,& authen.post fratres.C.de leg. hær.
& §.cùm filius,Instit.de hęre.que ab inte.defer.& in Authen.vt fratrum filij,in prin. vbi in-
ter cætera dicitur,quòd nepotes ingrediuntur gradum paternum.
20 ¶ Nec id solùm procedit in rebus allodialibus,quas vocãt,sed & in feudo quoque,& in em-
phyteusi,& in iure patronatus ecclesiæ,vt de feudo est tex.in c.1.& ibi gl.in verbo,solus.Bald.
& alij,tit.de natu.succes.feud.& c.1.in prin.& ibi etiam Bald.& Iac. Alua. qui id dicit esse in-
dubitatũ secundùm omnes,per eum text.tit.de succes.feud.& c.1.vers.his verò desinentibus,
ibi,vocãtur primò fratres cum fratrũ præmortuorũ filiis:& ibi And.Iser.Bal.Marti.Laud. &
alij.tit.de succes.stat.vel grad.succes.in feu.& cap.1.§. si capitanei, & seq.tit.de feud. March.
Alb.in auth.cessante,in fin. C.de legi.hær.Anto.cons.47.Iesu,&c. prætermittendũ quòd quan-
quam,vbi id dicit hauddubie procedere in successione ascendentiũ. Raph. Fulg.in auth. post
fratres.C.de leg.hære.Panor.consi.86.in pręsenti quæstione,col.pe.lib.1. Corne.consil.24.ad
euidentiam,

euidentiam,col.vlt.verf.fed dubitatur,eo.lib.2.& confi.131.præmittendum,propè per totum, eo.lib.2.Soci.confi.252.visis instruméntis,col.1.lib.2.Iason in l.si auiæ,col.2.verf.item adde.C. de succes.edic.Anto.Rub.conf.85.citra dubium,col.1. Idem, nisi alius sit cui simile nomé est, Ioan.Anto.inter conf.Alber.Brun.consi.70.diuino,col.1.Ex quibus intelliges procedere non tantùm in successione ascendentium,sed & fratrum.

21 ¶ Et de emphyteusi respondit Corne.consi.24.ad euidentiam.col.vlt.vers.sed dubitatio est, lib.2.vbi dicit id se pluries vidisse consultum ab aliis egregiis & insignibus Doc. Et de iure patronatus ecclesiæ tenuit Benedic.in repe.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelasiam,nu.6.18.de testa.& ante eum Ioan.Fab.& Angel.Aret.in §.cùm filius,Inst.de hære.quæ ab intest.defe. Quid autem in iure patronatus libertorum, videbis in 21.ratione pro patruo. & vide etiam,quantùm ad id caput pertinet,quæ dicam infrà in 34.ratione pro patruo.

Et in emphyteusi.
Et in iure patronatus ecclesiæ.

22 ¶ Sed & quod multò plus est,id quoque obtinet in statutis vocantibus proximiores in gradu ad successionem,vt scilicet nepos admittatur cum patruo,tanquam patrem repræsentans,licet aliàs statuta sint strictè & propriè intelligenda. Nam eandem recipiũt extensionem passiuam,procedentem ab aliis regulis iuris communis.l.1.§.1.ff.ad leg.Falci. Bar. & alij in l. si quis seruo.C.de furt.& dicemus pleniùs infrà nu.47.mouẽtur tribus. Et ita in specie de qua loquitur, ex facto cõsultus Alex.respõdit cõs.88.q. cõcurrere,li.1.q. cõs. repetitur cons.137.eo. lib.1.sed quod est alio initio,nempe hoc, præclarè à priori. & Ias.consi.159.Odericus,col.4. vers.quintò & vltimò,lib.4.& Phili.Dec.in l.1.col.6.in 14.nor.C.de secun.nup.& cons.484. æquitati,col.2.vers.& ex hoc colligitur,& cons.527.in ciuitate Rauen.col.1.& consi.553.in ciuitate Lucana,col.1.& Benedic.in repe.d.c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam,nu.625.de test.vbi ex hoc repræhendit dictum Bal.in quodam consil.

Etiamsi statutũ vocet proximiores.
Statuta recipiunt extensionem passiuã ex regulis iuris communis.

23 ¶ Et vt intelligas legem hanc repræsentationis veluti nutu diuino conditam, Thare duos filios habuit Abraham & Aram.hic mortuus est ante patrem, & reliquit filium suum Loth: Thare mortuo Abraham admisit Loth nepotem ex fratre ad successionem, eúmque fratris nomine vocabat,tanquam frater esset, aut certè fratrem repræsentaret, eiúsque locum teneret,vt videre licet ex Geneseos c.11.& duobus seq.Sic & apud Apollonium Rhodium lib.Argonauticôn 3.Medea dicit filios Chalciopes sororis suæ sibi esse fratres.hæc enim sunt verba illius suam illam sororem alloquens.

Εἰ ὅτι τ᾽ ψυχῆς προφερέστερον ἤ τι παίδων
Σῶν θέλω, οἳ δή μοι ἀδελφειοὶ γεγάασιν.

Repræsentatio iuris diuini.

42 ¶ Verùm in his quæ diximus(vt inquiunt aduersarij) nepos non excludit patruum,sed pariter cum illo admittitur. Ergo non licet extẽdere ad exclusionem,quia aliud est simul admitti,aliud cæteros repellere,quod multò grauius est.Sed hi non vident, quod iuris est in parte quò ad partem,id quoque esse in toto quò ad totum.l.quę de tota.ff.de rei vendi.&c.pastoralis.§.item cùm totum,de offi.deleg.cum si. à me adductis in tracta.Retractuum,tit.1.§.1. gl. 7.nu.40.quibus illud. Videmus(inquiunt)sed & illud etiã scimus,huiusmodi argumentum de parte ad totum procedere,cùm pars & totum eodem iure deferuntur,aliàs secus,vt no.per Io.An.in regula,sine culpa,de reg.iur.li.6.atque etiam cùm eadem est vtriusque ratio, aliàs non.l.sed si lege.§.adeo,& ibi gl.ff.de peti.hær.cum si.à me quoque collectis in illa eadẽ glo. nu.40.tum postremò.In hoc autem casu pars defertur ex iure communi,totum autem ex iure speciali,& contra ius commune,quod æquales facit liberos,vt suprà alibi dictũ est in quarta prin.quæsti.Itẽ est longe diuersa ratio succedendi pariter cũ alio,& illũ omnino excludẽdi.

Sed an habeat locum ad exclusionem proximioris.

25 ¶ Sed ista sanè responsio non valet,quia etiam de iure communi cessante iure Authen.proximior solùm admittebatur posterioribus exclusis. Ita vt soror excluderet fratres, per l.consanguinitatis.C.de legi.hær. Et ideo etiam in hoc casu,quo admissi sunt nepotes cum patruis,id fuit ex iure speciali,& contra regulas iur.communis, & propterea priuilegium nuncupatim appellatum est, vers.huiusmodi verò priuilegium, in Auth.de hær.ab int. Ex quo aperte demonstratur id esse ius speciale,per c.priuilegia,3.di.

De eadẽ re.

26 ¶ Vt tamen non omittam,& erit pro 2.ratione,quod etiam de iure communi, vbi repræsentatio fit,ea etiam fit ad exclusionem eorum qui fiunt remotiores ob eam repræsentationẽ, vt hinc intelligas eandem esse rationem & succedendi cum alio,& illum excludẽdi, si pater exclusisset. Nam id videre licet in filio fratris, qui ipsi fratri succedit, per repræsentationem sui patris,qui erat frater defuncti:atque sic repellit auunculum,aut patruum eiusdem defuncti, ob id quòd patris gradum ingreditur,text.est expressus in d.auth. post fratres autem.C.de legi.hære.vbi ita scribitur,Hi autem fratrum filij cùm pares sint defuncti fratribus, præferuntur proculdubiò eiusdem defuncti patruis,& aliis similibus,quem text.ad hoc bene annotauit Bal.cons.101.super primo quæsito,in prin.li.4.Et id satis intellexit glo.in d.auth. post fratres,cùm dicit,quòd sine illa repræsentatione isti filij fratrum non excluderẽt patruos, vt qui sint cum illis in eodem gradu,sed per repræsentationem fiunt proximiores, ideo illos excludunt. Et vide alium casum in quo fit repræsentatio ad exclusionem alterius,vers.seq. & quæ dicemus infrà in 2.ratione pro patruo,& in responsione illius.

De eadẽ re. 2.Ratio.
Filius fratris per repræsentationem sui patris repellit patruum defuncti.

Filius fratris vtriusque lateris per repræsentationẽ patris repellit patruũ vnius lateris.

27 ¶ 3. Ratio. & ea quidem fortior, assumitur ex d.§. reliquum, nuper allegato, vbi quemadmodum frater ex vtroque latere excludit fratres ex altero tantùm, sicut etiam est tex. in auth. itaque. C. de succes. & in d. auth. post fratres. C. de legi. hær. & in Auth. de consan. & vteri. fratri. in prin. Ita & liberi ipsius fratris coniuncti ex vtroque latere excludunt alios fratres ex altero tantùm, licet liberi non sint coniuncti defuncto ex vtroque latere, sed ex vno tantùm, videlicet ex parte patris: proptereáque in illis non sit repulsiua qualitas, scilicet vtriusque vinculi, sed ob id tantùm quod in illis repræsentatur qualitas patris. Et propterea etiam in nostro casu licet in nepote iuniore annis non sit qualitas ætatis, quæ in patre erat, & propter quam cæteros fratres repellebat, tamen quia patrem repræsentat, cui ea qualitas inerat, æque repellit patruos, ac pater repulisset, si viueret.

Decadẽ re.

28 ¶ Porrò notandum, quòd in d.§. reliquum, primo loco dicitur, quòd fratres vtrinque cõiuncti cæteros excludunt: deinde quòd nepotes ex fratre vtrinque coniuncto succedũt cum aliis fratribus etiam vtrinque coniunctis. Postremò in versi. vnde consequens est, ex iam dictis infertur id quod suprà diximus, nepotem ex fratre vtrinque coniuncto præferri fratribus ex altero tantùm, quoniam, vt ibi etiam dicitur, ponitur nepos in locum patris, vt succedat cum patruis: ponitur etiam, vt excludat in eo casu, quo pater illius, si viueret, exclusisset.

Fit repræsentatio ad exclusionẽ etiã in materia correctoria iuris antiqui.

29 ¶ Colligitur, inquam, hanc conclusionem procedere etiam in materia correctiua, & contra ius antiquũ iure nouissimo instituta. Nam iure antiquo fratres, siue ex vtroque parente, siue ex altero tantùm, nulla huius rei differentiâ, æqualiter succedebãt, vt patet in dd. iuribus. Sed & præterea ad aliud ponderanda est d. ratio, quæ in fin. illius tex. ponitur, quoniam videlicet filius ponitur in locum patris. Nam ex eo clarè probatur, quòd qualitas, propter quam frater fratrem excludit, transit in nepotem, qui in eius locum ponitur. Nam esse vtrinque coniunctum, est qualitas quædam naturalis, quæ inest alicui, sicuti esse primogenitum. Constat autem, quod iam diximus, nepotem non esse vtrinque coniunctum patruo defuncto, de cuius successione agitur, sed tantùm ex latere patris, vt diximus. Et tamen tanquam esset vtrinque coniunctus, excludit cæteros. Quod & similiter dicendum est in nostro casu, vt nepos tanquam primogenitus etiam patruos excludat.

Adequatorum par priuilegiũ. Dictio sicut significat omnimodã similitudinem.

30 ¶ Quinetiam ponderandus est ille tex. in eo quod adæquat nepotem patri, eo mortuo, in successione, & portione patris. dum dicit, Tantã ex hæreditate percipiunt portionẽ, quantã eorũ patẽs futurus erat accipere, si superstes esset. Nam & ex hac adæquatione omne priuilegium patris censetur filio attributũ, per no. in l. 1. ff. de leg. 1. Item & in eo quòd posteà ille text. ea verba ponit, sicut pater si viueret. Nam dictio sicut, regulariter denotat omnimodã similitudinem, per l. si quis obrepserit. ff. de falsis, & c. olim. & ibi no. de verb. sign. & voluit Io. An. in c. nouit, de iudic. & Anto. cons. 19. quia hîc agitur de potestate episcopali. Et maxime id procedit in eo tex. vbi præcedit dispositio, quæ in successione & portione patris, vt iam diximus, idem statuit in nepote, vt in fratre. Nam tunc hauddubie ea dictio, sicut, omnimodam similitudinẽ significat, etiam si aliàs non id faceret, per tex. in c. parochianos, ibi, excõmunicatos publice nuncietis, ipsósque sicut excommunicatos vitari, de sen. exc. quem tex. ad hoc allegat Ro. cons. 328. præsens consultatio, col. 3. vers. aliquando verò ponitur in materia.

Pater et filius eadem persona.

31 ¶ 4. Ratio ex eo assumitur, quod late diximus & probauimus in rep. l. si vnquam, in prin. nu. 15. sed quis hunc, & seq. C. de reuo. don. patrem & filium censeri vnam & eandem personam vnam carnem, vnam vtriusque vocem, alterum alterius esse partem: filium existimari dominum bonorũ patris, solámq; ei deesse administrationẽ. & alia in eã rẽ ibi copiosè cõgregata, Quæ non omnino ex fictione sunt, vti illic diximus, sed partim ex veritate, vt etiã probat tex. in l. vlt. C. de impub. & aliis substi. cùm dicitur, Naturâ pater & filius eadẽ esse persona pene intelliguntur. Est enim vere filius patris portio, in eóq; est substantia & caro patris. Imò vnus est cũ patre ipso, vt expresè dicit tex. in cap. iam itaque, ibi, vnus erat cũ illo. 1. q. 4. Nã vt scribunt rerũ naturaliũ scriptores, & asserit Bal. in l. vlt. C. de ser. fugit. pater in generatione filij

Pater præbet formã.

præbet formã. Ea autẽ dat esse rei, sicuti & illi autumant, & etiã nostri in id citantes tex. in l. adeo. §. insulam, ante fi. ff. de acqui. re. do. & in l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhib. cum si.

Caro filij caro patris est.

32 ¶ Ideóque, vt eleganter scripsit Pau. Ca. d. cons. 264. colu. 3. lib. 2. Caro filij est veluti caro patris aucta, ita quidem vt licet efficiatur nouus homo, propter nouam animam, non tamen dicitur primus homo omnino extinctus. Sicuti in simili dicimus, quòd nec arbor ob id mortua dicitur, quòd antiquis radicibus mortuis, quæ loco animæ sunt, cùm vitam suppeditent, nouas egerint, ar. d. l. adeò. §. vltim. & l. qua ratione, in prin. ff. de acquiren. rerum domin. licet alio respectu dicatur alia arbor, propter nouas illius radices. l. sed & si ex meis. §. arborib. eod. titu.

Actio in aliã trãsfusa non cẽsetur extincta.

33 ¶ Et aliàs quoque in simili videmus, quòd si vna actio in aliã transferatur, vti actio ex testamento in actionẽ ex stipulatu animo nouandi: licet prima extinguatur, non tamen censetur extincta, propterea quòd superest alia in eius locum subrogata, in quã fuit trãsfusa substãtia primæ. Ita vt dici possit debitũ esse ex testamento, licèt nõ ex actione ex testamẽto debeatur. l. cùm filius. §. hæres meus. ff. de leg. 2. quia nõ titulus actionis, sed originalis causa inspiciẽda

est

est l.tutor.ff.de fideius.& l.qui id quod.ff.de donat. Et ad hoc vt aliquid dicatur esse verum, sufficit, vt aliquid sit veritati admixtum.l.quid tamen.ff.de contra. empt. Vt'q; aliquid dicatur extare, sufficit aliquid quantumcunque modicum ex illo extare.l.domum,vers.si verò quantacunque pars.ff.eo.& l.si cui vsufr.

Verum dicitur quod veritati admixtum est.

34 ¶ Ex quibus illud cōfestim assumitur, quòd primogenitus non dicitur extinctus, siue non desiit extare, cùm nepos ex eo superest, in quem transfusa fuit caro & substātia patris. Quod & apertè significat illud Ecclesiastici, 30.c. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus. similem enim reliquit sibi pòst se. Et eo quoque satis probatur, quòd videmus in substitutionibus non dici patrem extinctum, ex quo viuit nepos.l.cùm acutissimi.C. de fideicom. & l. generaliter.C. de instit.& substit.& l.cùm auus.ff.de condi.& demon. & latè diximus in repet.l.si vnquam, in præfatione.

Primogenitus nō dicitur extinctus, cum ex eo nepos superest.

35 ¶ Ex iis quoque illud subsequitur, quòd cùm in casu nostro secundogenitus ex mente legis vel statuti videatur esse substitutus loco primogeniti deficientis, dicta legalis substitutio intelligitur habere conditionem, si primogenitus sine liberis decesserit, per dicta iura: tanquā non videatur ipse extinctus, qui liberos reliquit, de qua re dicemus latiùs in 45.ratione. Sicut non dissimiliter non videtur consumptum tutelæ iudicium, quod alterius officij querelam habuit.l.tutores.§.adolescens.ff.de admi. tut.

De eadē re.

36 ¶ Ideóque & dicitur nepos natus ex auo siue corpore aui, vt ipse filius, per leg.1.C.de condi. insert. iuncta l. Lucius, la 2.ibi ex se natum.ff.de hær. instit. vbi conditio si decesserit sine filiis ex se natis, deficit, si reliquerit liberos. & consequenter nepotes, qui appellatione liberorum continentur.l.liberorum.ff.de verb.signi. Et ita etiam ad id illum tex.expendit Bar.in d.l. liberorum, col.penult.vers.quæro quid si in aliqua dispositione.& ibi quoque Alcia. Et Bal. in d.l.1.col.1.vers.quæro quid si dicatur, & ibi Pau.C.col.2.in fi.2.no.& Corne.col.4.ver.quinimo etiam.C.de condi.inser.vbi addit ipse Bal.rationē, quia in nepote est sanguinis cōtinuatio. Et immediatè dicitur fieri, quod per rerū naturā continuatiuè vnū est & idē, per d.l. cùm acutissimi.C.de fideicō, & rursum idē Bal.in l.imperialis.§.his illud, ad finem.C. de nup. & in c.1.col.1.vers.sed immediatè op.tit. de eo qui sibi vel hære.suis.& in c. 1.§. filia, in fi. & ibi quoq; Aluar.& Card.Alex.col.4.vers.quæro ab extra.tit.de succes.feu.& con.13.pūctus talis est quidā testator, li.3.Imo.in d.l.Lucius.col.1.Pet.Anc.in repe.c.1.in 14.q.prin.vers.quid si statutū, de cōstit.Pau.Ca.cons.410.viso facto, col.3.vers.tertiò opponitur, li.1.& cons.161.in presenti causa.col.3.in fi.li.2.& cons.198.super primo quæsito, col.2.vers.septimò probatur.eo.li.2.Alex.in l.ex facto.§.vlt.col.1.& ibi Frā.Ripa col.itē 1.vers.vlt.ff.ad SC.Trebel.Bened. Capra cons.22.punctus, quidā Thadeus, col.3.ver.quod & demonstratur.Barb.in repe.c. Raynaldus, col.31.ver.expedita sunt textualia, de testa.Guid.Papa.cons.176.pro diffinitione, in 4. dubio, post prin.Steph.Bertran.cons.1.viso, col.6.nu.33.& multis seq.li.2.& iterum cons.249. eod.initio, col.1.eo.li.2.& Steph.Bertran.cons.302.visis copiis, col.3.vers.& quanuis illa, lib.3. vbi adducit illud Matthæi 1.Ioram autem genuit Oziam, veluti Ozias dictus sit genitus ex Ioram, quanuis inter vtrunque fuerint Ochozias, Ioas, & Amazias, vt patet ex lib. 4. Regū. De quo tamen vide ipsum Guid.Pap.deci.Delph.353.testator, & sing. 355. sub verbis de proprio corpore.& Franc.Ripam lib.2.Respon.c.26.Allobrogum, nu.1.& 20.

Nepos dicitur natus ex auo & aui corpore

37 ¶ Proinde si pater erat primogenitus, ita & nepos etiā ex eo natus, est etiā primogenitus, quia generatio secum habet concomitantiam, vt nostri appellant, temporis necessariam, c.abbate sanè, de re iudi.lib.6. Nā & ex eo tempore debet existimari fuisse natus, quo & pater natus est, licèt etiam postea iterúmque natus fuerit, quia huiusmodi iterata natiuitas non tollit, nec obumbrat veritatem primę, ar l.filio quē pater.ff.de libe.& posthu.& l.assumptio, in priu.ff. ad municip. Ex quo dicit tex.in l.vlt.C.de impub.& ali.substi.patrem & filium naturâ reputari eandem personam. Nam dum dicit id naturâ fieri, demonstrat id esse non tam ex fictione iuris, quàm ex veritate iuris naturalis, vt suprà diximus in princ.huius rationis. Et vide quæ dicam infrà in 9.ratione.

Filius primogeniti primogenitus est.

Non fictè, sed verè & naturaliter

38 ¶ 5.Tex.in l.3.§.vlt.cum duabus seq.ff.de assignan. liber. vbi si pater assignauit vni ex liberis libertum: fratres eius, cui ea facta est assignatio, nūquam ius in eo habent, donec is cui facta est, vel ex eo aliquis superest, siue is patri superstes fuit, siue non, Propterea & in simili quādiu superest primogenitus, cui huiusmodi ius primogenituræ est à lege aut consuetudine assignatum, aut aliquis ex eo: non possunt fratres ipsius quicquam iuris prætendere. Nam non est minoris roboris hæc legis vel statuti assignatio, quàm quæ fit ab homine, per l.si libertus minorem.ff.de iure patro.

Simile de libertis assignato vni ex filiis.

39 ¶ 6.Licèt emancipatus emancipato de iure communi non conferat, per l.1.§.portiones. ff. de colla.bo. Confert tamen filius emancipatus nepoti emancipato ex filio in potestate constituto, per tex.in l.si nepotes, eo.tit.& expressiùs in l.1.§.si sit filius.ff.de coniung.cum eman.libe. Ex quo planè cōstat filiū habere ex persona & qualitate patris, quod ex sua habere nō posset. Ex sua enim nō sibi conferretur, cùm sit emancipatus, vt diximus: sed quia est filius eius, qui erat in potestate, confertur. Nam cùm patrem repræsentet, succedit in priuilegium & quali-

Emancipatus confert nepoti emācipato ex fratre filio,

tatem ipsius, vt ponderat gl. in d.§.si sit filius.& Io.An.in rub.de feu.& Bal.in l.si emancipati.C.de colla.Saly.post Ray.Porli.in l.illam.C. eo.tit.

Nepotes nō debent esse deterioris conditionis q̃ filij.

40 ¶7.Tex.in l.maximum vitium, vers.sancimus, ibi, & hoc non solùm. C.de libe.præteri. vbi nepotes ex filiis non debent esse deterioris conditionis, quàm ipsi filij, prout illum tex.ponderant Bal.Pau.Ca.Corne. & recentiores, ex quibus ipse Pau. & posteriores illum trahunt ad nostram.q. pro nepote. Nam si patruus secundogenitus excluderet nepotem ex primogenito esset nepos multò deterioris conditionis, quàm filius.

Filius ante parentes mortuus transmittit in nepotes lucrū sibi prouēturū ex secundis & eorum nuptiis.

41 ¶8.Tex.in l.in quibus,& l.si quis prioris.C.de secun. nup.vbi filius mortuus ante patrē aut matrem, aut etiam ante secundas nuptias alterius parētis superstitis, transmittit ad nepotes portionem lucri, quod erat sibi prouenturum ex futuris illis nuptiis, si ad eas vsque vixisset: nec quicquam ex ea portione obtinent patrui. Quod trahit Bald. in ar.statuti disponentis, q̄ filia dotata existentibus liberis nō succedat, sed ipsi filij obtineant hæreditatē. Nam si is qui habet filium,& nepotē ex altero filio iam mortuo, dotet filiam,& decedat: velitque filius omnino obtinere quod soror de iure cōmuni habuisset supra dotē, repulso nepote, quia pater eius decessit eo tempore quo transmittere non poterat, nec continētur nepotes appellatione filiorum in materia stricta. Concludit tamen contrarium, quia nepotes ita ingrediuntur gradū paternum, vt omnino obtineant portionem, quam pater percepisset, si vixisset.

Ius primogeniturę trāsmissibile est cum sit cessibile.

Transmissio requirit eandē qualitatem.

42 ¶9.Ius primogenituræ est cessibile siue alienabile in singularem successorem, per c.quàm periculosum.7.qu.1.& diximus suprà in 29.qu. Ergo est transmissibile, ar.l.si ex pluribus.ff.de admi.tut.& l.1.ff.de fund.dot. præsertim in filiū eundémque vniuersalem successorem, ar.l.quædam.ff.de acq.ret.do.& l.1.ff.de fun.dota.cum si. Si autem est transmissiblle, cōsequens est, vt qualitas quæ est in filio, inhęreat nepoti, in quem fit trāsmissio, per l.si quis filium.§.pen.ff.de acq.hęr. Et propterea nepos dicetur primogenitus, sicuti & pater ipsius: vti etiam is primogenitus dicitur, cui ius primogenituræ cessum est, licèt is sit secundogenitus, vt dicit text.in c.vlt.§.item opponitur.22.q.1.vbi scribitur, Iacob non fuisse mentitum dicendo se esse primogenitum. quamuis enim non esset primogenitus natiuitate, erat tamen iure cessionis huiusce iuris. Ad quod etiam vide quæ dixi suprà nu.34.proinde. Tamē id quod de cessione diximus, non admodum tutum est, ex eo. quod diximus suprà in d.q.29. vbi tractauimus, an & quomodo id ius cedi possit, vbi videre poteris.

Nepos ex primogenito primogenitus dici potest.

Subrogatū sapit naturam eius in cuius locū subrogatur

43 ¶10.Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.leg.1.§.hæc actio. ff.si quis testa.lib.esse iuss.fue.& l.si eum.§. qui iniuriarum. ff.si quis caut.& c.ecclesia S. Mariæ, extrà vt lit.pen.& c.1.vt eccle.bene.cum si. Ideò si sponsus alienum annulū sponsæ muneri misit,& post nuptias pro eo suum dedit, valet donatio, quamuis sit facta constante matrimonio, per tex.no.in l.si donatæ.§.vlt.ff.de dona.inter vir.& vxo. Quod non ob aliud est, nisi quia secūdus repræsentat primum, cuius valebat donatio, vtpote facta ante nuptias, illiúsque locum tenet, vt dicit gl.ibi quæ adducit concord.& illum text.ad hoc dicit sing. Ro.cons.146.cuius caput est, ista quęst.in si.

Et vtitur iisdem priuilegiis.

Etiā competentibus ex antiquitate temporis

Præsertim subrogatione naturali.

Natura præpollet accidenti.

44 ¶ Hincque etiam fit, vt persona subrogata vtatur iisdem priuilegiis, quibus ille in cuius locū subrogatur, vteretur.l.decernimus,& ibi Bar.C.de aquę duct.lib.11.Id que etiam in priuilegiis competentibus ex antiquitate temporis, per text. optimum, quem & idem Bar. si is est, annotat.in l.comperimus.C.de proxi.sacr.scri.libr.12. Et bene facit tex.in l.maior.§.penul.& quod ibi scribit Bal.ff.de procur. Et hæc maximè debēt procedere in subrogatione naturali, cuiusmodi est nepotis in locum filij.l.posthumorum.ff.de iniust.testa.& l.vlt.in verbo, natura.C.de impub.& ali.substit. Natura enim longè plus ponderis habet, quàm accidens. l. qui habet.§.1.& ibi Dyn.Bar.& alij.ff.de tutel.cum si.

Priuilegiū, honor, beneficium parētū trāsit ad filios.

¶11 Priuilegium, honor, beneficium parentum regulariter transit ad filios.l.emancipatum.ff. 45 de Senat.& l.milites,& ibi Cy.& l.diuo Marco.C.de quęst.& l.Decurionum.C.de pœnis.ff. de iniust.rup.& irri.testa.& §.posthumorum & l.1.C.de priuil.eo.qui in sac.pala.mili.lib.12. Id q; etiam si in tēporis prælatione consistat, per l.assiduis.§.exceptis.C.qui poti.in pig.hab. & no.per glos.& Doc.in l.1.C.de priuil.dot.& in l.etiam, in prin. ff.sol.mat. Item etiam si sit priuilegium personale, per d.l.etiam, iuncta l.maritū,& l.seq.ff.eo.tit.& l.assiduis.§.exceptis C.qui poti.in pig.hab.& l.sordidorum.C.de excusa.mune.li.10. Licèt huiusmodi priuilegiū personale non transeat in extraneos hæredes, per l.in omnibus,& l.priuilegium. ff. de regul. iur. Et ita distingit gl.in d.l.maritum,& in d.§.exceptis, in verbo, eis,& in l.& si fideiussor.§.si maritus.ff.de re iudic.& in l.1.C.de priuil.dot.& in l.ex pluribus, in gl.vlt.ff.de admini.tuto. quæ tamen hoc omninò non asserit.& in l.dabimus.§.1.ff.de priuil.credi.

Impugnatio præcedētis rationis.

46 ¶ Sed ne erres, aduersus hæc pugnare videtur tex.in l.pe.§. si puellæ. ff.de rit. nupt. quem ad hoc expendit Bar.ibi, post Iac.Are.& in d.l.ex pluribus,& Alex.in d.l.quia tale, quæ obtinuò d.l.maritum, sequitur.ff.sol.mat.vbi hāc dicit esse cōmunē op. Ideò super hoc cogita, & vide quę dicā infrà in 59.q.prin.nu.2.& multis seq.& quæ scribit Bal.cōs.355.incip. præmittendū est, lib.1.& Soci.cons.58.visis priuilegiis, lib.1.& cons.84.accuratissimè, col.3.lib.3.

47 ¶12.Persona ipsius primogeniti non est causa huius priuilegij, quod datur primogenito, saltē propin

prupinqua,sed ipsamet primogenitura,seu ipsius dignitas.Igitur non extinguitur cum ipsa persona,cùm competat ratione dignitatis,quæ non moritur,c.quoniam abbas,extrà de offi. delega.& c.si gratiosè,de rescrip.lib.6. propterea, vti ibi scribitur,transmittitur ad successores,saltem filios huius dignitatis capaces.

Dignitas nõ moritur.

48 ¶13.Si filius viuo patre moriatur,ita,nepos in eius locum succedit, vt eodem modo iura suorum hæredum nanciscatur:proindéque si præteritus fuerit, æquè rumpit testamentum, vt pater rupisset,si superuixisset,per d.l.posthumorum,ff.de iniust.rup.& irr.testa.& §.posthumorum.Institu.de exhære.libe.& idem quoque habetur in l.si auus.C.de libe.præteri.Quod apertissimè ostendit eadẽ iura competere nepoti ex filio mortuo ante auum, quæ & ipsi filio competerent, si auo superstes esset.

Nepos iura suorum nãcisscitur, & præteritus rumpit testamentũ

49 ¶14.Quod voluerunt multi verendæ apud nos autoritatis,in statuto disponente, quòd filia non succedat existente masculo.Quid enim si filius viuo patre decedat relicto nepote?An ex huiusmodi statuto nepos excludet amitam sororem patris?Et profectò excludet,quemadmodum pater ipsius,in cuius locum subrogatur, exclusisset, si vixisset. Ita voluit Iac. Are. in sua disput.incip.statutum est.& Iac.Butr.in alia etiã disputa.cuius initium est,statuto vel cõsuetudine,quos refert & sequitur Io.And.in addi.Spec.tit.de succes.ab inte.col.j. Bart.in l.liberorum,col.5.ver.his præmissis.ff.de verbo.sign.Albe.in l.sic euenit,col.j.ff.de adult.Bal.in l.maximũ vitiũ,col.2.& seq.& ibi Saly.Pau.Cast.& Alex.col.j.& seq.C.de lib.præteri. & idẽ Bal. in l.venia,in fi.& ibi quoq; Saly.Pau.Ca.Alex.Fran.Are.Iason Philip.Deci.& Frãc.Purp.C. de in ius vocan. idem Bal.in l.scimus,in prin.in 7.quęst.C.de inof.testam.& in l.j.col.3.vers. & no.istum text.pone dicit statutum.C.de secun.nup.& iterum in l.in quibus, col.j. vers. & prædicta faciunt,eo.tit.Pet.Anc.in repe.c.j.in 14.q.prin. vers. tertiò principaliter. & rursus ch.penul.vers.dominus Bald.itémque ch.vlt.vers.accedãt hic,extrà de constit.& in cle.j.col. pe.de baptis.Fulg.in l.de quibus,col.3.vers.si ergo statutum,& ibi Iason col.4.vers.visa theorica.ff.de legib.idem Fulgo.cons.78.supposito statuto.Roma.cons.129.licèt magna, ante fi. Panor.cons.75.primò est videndum,col.4.li.j.& Pau.Cast.in l.si verò.§.de viro,circa mediũ ff.solu.mat.& cons.47.proponitur in castro,in fi.j.dubij.lib.1.& cons.40, præsens casus modicũ videtur,libro 2.& cons.83.eiusdem initij,col.j.eod.libro 2.Bella Mer.deci.724.etiã extra rotam,col.penul.vers.pro præmissis facit.Maria.cons.14.sequendo ordinẽ,col.2.vers.quartò prædicta conclusio,& cons.30.quãuis ex his,ver.nec ob.quod allegari potest.Alex.in disput. incip.Sigismundus,in 3.dubio,col.eiusdem 3.vers. & pro hac parte. & cons.36. viso themate, col.3.vers.sed ita est,libro 6.vbi dicit communiter approbari.Ang.Are.in §. ius autem ciuile, col.vlt.Instit.de iure natu.Fran.Are.in l.si quis posthumos.§.j. col.5. vers. sed ista ratio. ff. de liber.& postb.vbi id dicit communiter approbari.Cardi.Alex.in c.j.col.12.vers. ao.tit.de feu. Marc.& in arbore consanguinitatis,quam ponit in fi.tit.de consang.& affini.col.12.ver.Iac. But.disputauit.Laur.Fauen.in repe.§.cæterùm.col.4.Instit.de legi.agna.succes. Iason in l.j. §.hoc autem,col.2.vers.hinc est quòd stante statuto.ff.ad Trebel.Lauren.à Pala.in tracta.statutorum fœminas repellẽtium,col.3. Io.Campez.in eodem tract.quæst.41.& seq. Geur.Nat. in eodem in quoque tract.quem posuit in c.quamuis,de pactis,li.6.in 11.& 12.quæst.4. quęst. prin.Fran.Cur.Senior cons.80.rectè præfatus,in toto j.dubio.Ias. in l.qui se patris,col.antep. num.57.C.vnde libe.latè Philip. Deci.cons.372.visis & diligenter consideratis,colũ.penult. vers.postremò in terminis,& cons.397.viso puncto,col.vlt.Carol.Rui.in repe.l. Gallus. §. & quid si tantùm.col.34. sed hic oritur nouum dubium, & ibi etiam Fortu. Grati. subdubius tamen,col.14.versic.superiora reddunt, & seq.ff.de libe.& postb.Benẽd. in c.Raynutius, in verbo,duas habens filias,nu.150.de testa.

Si ex statuto frater excludit sororem, ita & nepos amitam.

50 ¶Mouentur tribus ex illis,quas iamiam diximus,rationibus,scilicet quia subrogatum sapit naturam,&c.vt diximus in 10.ratione. Et quia cùm per statutũ non disponitur an huiusmodi beneficium transeat ad nepotes,debemus sequi ius cõmune,quod id fieri voluit. Et quia nepos sublato filio incipit tenere locũ filij,eiúsque iura nancisci.Hęc enim huiusmodi statuti interpretatio siue extensio vt dicit Bar.vbi suprà.passiua est, cuiusmodi recipit quæcunq; dispositio etiam correctiua & pœnalis,vt & voluit glo.no.in l.si quis seruo,& ibi Bar. & Bal. C.de furt.& in l.quod verò.ff.de legib.& idem Bart.in l.omnes populi,in 6.quæst. princ. in materia interpretationis passiuæ.ff de iusti.& iure.& in l.Marcellus.§.quid autẽ.ff.ad Treb. & in l.2.ff.de lega.2.& in l.j.ff.de muner.& honor.& alibi sępe.Quin & per huiuscemodi interpretationem passiuam extenditur etiam fictio inducta de iure speciali,per l.j.§. lex Falcidia,& ibi Barto.ff.ad leg.Falci.vbi etiam Alex.adducit multas concord.

Passiua extensio habet locum etiã in correctiuis & pœnalibus.

Et per eam extenditur fictio inducta de iure speciali.

51 ¶Ista autem quæstio de nepote excludente amitam,tam similis est huic nostrę de qua dissetimus,quàm apes,quod dicitur,apibus.Nam sicut hic primogenitus propter primogenituram prefertur cęteris liberis eiusdem gradus,ac si essent posterioris.Ita & isto casu masculus propter sexum præfertur fœminis eiusdem gradus,nõ secus ac si essent remotioris.Item sicut hic quęritur,an nepos ex primogenito mortuo ante patrem nanciscatur priuilegiũ excludendi patruum gradu potiorem:ita & in isto casu an nepos ex masculo assequatur etiã huiusmodi

Similitudo huius speciei cum ea de qua quærimus.

priuilegium

priuilegiū excludendi amitam gradu quoque propinquiorem. Denique rationes quibus in huiusmodi statuto mouentur Doct. habent & locum in hac nostra q.

Qui cōtrariū tenuerunt.

52 ¶ Sed attende, Lector, quia illa decisio non est omnino sine dubio, quandoquidē contrarium tenuit Bal. sibi contrarius, in d.l. si verò. §. de viro, in fi. & ibi post eum Imo. in repe. col. vlt. ff. sol. mat. Idem Bal qui id dicit no. dignum, in l. sed & milites. in prin. ff. de excus. tut. & in l. Gallus. §. instituens, col. vlt. vers. & ex superius dictis. ff. de liber. & posthu. & cons. 30. presupposito statuto, col. j. vers. quæritur vtrùm filius, lib. j. Barb. cons. 39. clementissimi, col. 2. vers. & adduco, li. 2. Philip. Deci. sibi cōtrarius cons. 315. superioribus diebus, col. 3. vers. præterea à tali ratione. Et hanc quoq; partem videtur tenere Alberi. post alios in l. ex pluribus. ff. de admi. tut. per l. pen. §. si puellæ. ff. de rit. nupt. & alia multa quæ ibi allegat.

Neptis ex filio non repellit amitā.

53 ¶ Præterea si prima pars esset vera, non videretur quicquam ad nostram quęstionem facere, quia ibi eadem qualitas repulsiua, vt sic loquar, scilicet masculinitas, vt sic quoque loquar, verè est in nepote: sicut in filio. Quòd si non eadem esset, quia scilicet neptis esset, & non nepos ex filio, non repelleret amitā, vt multi dicunt simpliciter, aut vt alij dicunt, nisi iam filius hæreditatem aui excepisset: quos simul, & sine illa distinctione, quia nihil hoc pertinet, tibi hic citabo. Hi sunt Iaco. Are. Cyn. qui dicit Vber. Bob. & Vgol. Font. sic tenuisse, Alber. Saly. Ang. in lec. Paduana. in l. j. C. de adulte. Io. And. in addi. Spec. in rub. de succes. ab inte. col. 3. vers. similem quæstionem de amita. Bar. in d.l. liberorū, col. 6. vers. 4. pone retenio. ff. de verb. signi. Alber. in l. ex pluribus. ff. de admi. tut. & Pet. Anca. cons. 26. in quæst. supradicta, col. 2. vers. ad hoc respondetur. Card. Flor. cons. 80. præsupposito statuto. Pau. Ca. in l. vlt. eo. tit. & d. cons. 47. in 2. dubio lib. 1. Masuer. tit. de succes. & vlt. volunt. §. item in pluribus. Fran. Are. in d.l. Gallus. §. & quid si tantùm, col. 10. vers. non ob. tex. ff. de libe. & posthum. & latè cons. 1. 4. 5. viso statuto communis Aretij, Soci. cons. 116. non potest negari, col. 6. vers. 3. hæc opi. lib. 1. vbi hoc reputat sing. & cons. 153. quod est 1. 2. vol. incip. pulchra & subtilis, in 2. dubio, & cons. 252. visis instrumentis, col. 4. vers. 7. eo. lib. 2. & cons. 296. in præsenti consultatione, col. 2. vers. sed præmissis, li. 2. Iason in l. venia, col. 2. C. de in ius vocan. & in l. si arrogator, col. 8. vers. istam quæstionem. ff. de adopti. & cons. 201. pręsentem consultationem, per totum, lib. 2. & Philip. Deci. consi. 309. viso puncto, col. 1.

Qualitas requisita in filio si non sit in nepote nō idem de vtroque iudicatur.

54 ¶ Nam quando qualitas requisita in filio, vt quicquam obtineat non est in nepote, vt erat in filio, non idem iudicatur de nepote, vt de filio, vt probatur ex no. in l. vlt. C. de natura. liber. & in l. j. C. de priuil. dotis. & in l. pen. §. si puellæ. ff. de rit. nupt. & voluit Bar. in d l. liberorum, col. 4. vers. itē prædicta vera. ff. de verbo. signi. Bald. in repet. l. in suis, ad fi. ff. de liber. & posth. Pet. Anc. in cle. j. col. 3. in 2. q. de Baptis. Alex. cons. 223. discussis. col. j. vers. sic etiam videmus, lib. 1. & cons. 4. ponderatis, col. 2. nu. 7. lib. 4. Et si filia succederet in locum patris, non tamen succederet vt masculus, sed vt fœmina. l. si quis sub hac, & l. plures. ff. de ope. libe. & leg. non tantùm. §. si emancipatus. ff. de bono. pos. contra tabu. & l. Titia Seio. §. de vsuris. ff. de leg. 2. & l. adoptiuum. ff. de in ius vocan. & l. si quis in suo. C. de inof. testa.

Non inspicitur qualitas subrogati, sed eius in cuius locum subrogatur.

55 ¶ Tamen huic impugnationi est quod respōderi possit, videlicet quòd ea patris qualitas inhæret nepoti, ita vt dicatur primogenitus, sicut pater illius, vt dictum est suprà in 9. ratione. Deinde si etiam concedamus eam qualitatem non transire in nepotem, nihilo tamē secius transit potentia succedendi ex ea qualitate producta, per text. in d. §. reliquum, in Auth. de hære. ab intesta. vbi licet in nepotem non transeat qualitas vtriusque vinculi, transit tamen potentia excludendi, quæ non ab ea proficiscitur, vt plenè declarauimus suprà numer. 23. vt tamen, & seq. item nepos subrogatur in locum priuilegiatū filij, vt suprà pluribus ostensum est: vnde non attenditur qualitas ipsius nepotis subrogati, sed eius tantùm, in cuius locū subrogatur, per l. item illa. ff. de constitu. pec. & l. si eum. §. qui iniuriarum, cum sua materia. ff. si quis cautio. & diximus etiam suprà in 10. ratione.

Qualitas inclusiua sui & cæterorū exclusiua transmittitur ad filium.

56 ¶ Præterea ex quo semel fuit in filio qualitas illa inclusiua ipsius, & exclusiua cæterorum filiorum, iuxta no. per Io. And. in regula, sine culpa. ff. de reg. iur. lib. 6. Talis potentia succedēdi & excludendi transmittitur ad nepotem, secundùm no. per Bar. in l. is potest, col. 2. vers. est aliud, & alibi sępe in ea. l. ff. de acqui. hęr. vbi nepos succedit in ius filij, id est, in spē quā habebat viuente patre, quę approbatur à iure, & ius quoddā dicitur: quod quidē sufficit, licèt non sit in eo qualitas maioris ætatis siue primogenitutę. Nec obstat quod dictū est de nepote ex filio in casu statuti repellētis fœminas, quia ibi est in ea nepte qualitas sexus, phibita succedere: propterea nō mirū si repellatur à nepote, vt in simili dicitur in c. j. tit. de eo qui sibi vel hęre. suis.

Nepotes an proprie dicantur filij.

57 ¶ 15. Ratio, nepotes propriè dicuntur filij, secūdùm gl. in §. vlt. in verbo, appellatur, Instit. qui testa. tut. da. pos. per tex. in d. l. liberorum. §. sed & Papinianus. ff. de verbo. signi. & aliam gl. in §. cùm igitur, in verbo, filiorum, in Authen. de non elig. secū. nub. & Iac. But. in quadam disputatione allegata per Bar. in d l. liberorum, col. 4. vers. secundò principaliter. Bal. in l. maximum vitium, col. 2. & seq. C. de liber. & postbum. Pet. Anc. in repe. d. c. j. char. vlt. vers. accedāt hic, de constit. & latè Cepol. con. causa ciuil. 7. punctus quæstionis, per totum.

58 ¶ Tamen hoc fundamentum non admodum tutum est, cùm multi teneant id nō esse ex propria signifi

pria significatione vocabuli, per l. iusta, vbi hoc voluit Dy. ff. de verb. signi. & l. filium. ff. ad SC. Mace. & gl. in cle. j. in verbo, libe. de baptis. latè Io. And. & Ant. in c. ad extirpandas, de fili. presby. Bar. in d. l. liberorum, col. j. in vlt. oppo. & iterum col. 4. vers. secundò principaliter. vbi id latè examinat. Alb. in tract. statutorum, in 2. parte, q. 107. item an statutú loquens de filiis. Bald. sibi contrarius in l. filiú, in 2. no. ff. de his qui sunt sui iur. & in l. Gallus §. instituens, col. vlt. ff. de lib. & posth. & cons. 2. verba statuti, circa medium, lib. t. Saly. in l. 1. in at. q. C. de iure emphy. Flor. in l. j. ff. de fid. instr. Pau. Cast. in l. j. col. 2. ver. tertiò & vltimò. C. de cond. insert. & cons. 40. præsens casus, in 2. locis, lib. 2. & cons. 97. ne impropriis. li. 2. Pan. in c. 2. de verb. signi. Lucas Pen. in l. 3. col. 3. C. de tyro. libr. 12. Alexá. qui hanc dicit esse communem opi. cons. 194. perspectis his, in fi. lib. 6. Corn. cons. 182. videtur, col. 3. vers. 6. videtur, lib. 2.

De eadē re.

59 ¶ In quibus locis de hac re latè poteris videre, præsertim apud Bart. in d. l. liberorum, & Bal. in d. l. maximum vitium. & prætereà Hostien. & Ant. in c. penult. de pœnis. Bart. & alios in d. l. Gallus. §. instituens, de libe. & posthu. & in l. Lucius, la 2. ff. de hære. insti. Signo. consi. 157. in quæstione quæ vertitur, & cons. 247. quidam fecit testamentum. Bald. in l. quisquis, col. 1. vers. super ista lege. C. ad leg. Iuli. maiest. & in d. l. j. C. de códic. inser. & in c. j. §. & quia vidim' col. 3. vers. 3. not. & ibi Barb. in addi. tit. qui feu. dar. pos. & cons. 303. ad euidentiam, li. 2. & cós. 302. non continentur, lib. 4. & cons. 362. opiniones variæ, eo. lib. 4. & cons. 414. viso testamento eod. lib. 4. & Iaco. But. inter cons. ipsius, cons. 304. paterfa. condidit testamentú. eo. lib. 4. Pet. Anc. in d. cle. j. col. 3. vers. sed iuxta omnia, de bapti. Ro. cons. 438. in causa consultationis præsentis, in vlt. dubio. & Alex. cons. 1. perspectis, col. antepen. vers. 6. principaliter, cum multis seq. & ibi Carol. Moli. in addi. lib. 2. & eundem Alex. cons. 9. visis verbis, ferè per totum, eod. li. 1. & cons. 26. videretur, li. 5. & latissimè cons. 37. viso themate, per totum, lib. 6. & Corne. cons. 97. primò consulitus, col. 3. & seq. lib. 1. & cons. 248. circa hanc, col. 1. vers. nec ob. si dicatur, & seq. eo. lib. 1. & cons. 199. in præsenti, col. 11. vers. nec etiam ob. l. quandiu, libr. 2. & cons. 207. de pluribus, propè per totum, eo. li. 2. Frã. Are. cons. 145. respondendo summatim. Maria. con. 14. sequendo ordiné, in j. dubio. Barptol. Soci. eius filius, in l. cùm vir, col. j. ff. de condi. & demon. & cons. 152. casus iste, per totú, & in multis subscriptionibus Deci. illi subiunctis, lib. j. & cós. 17. casus super quo, lib. 4. & cons. 51. visa facti narratione, col. 2. eo. lib. 4. & cons. 73. capiendo primum, col. 5. & alibi sæpe in eo cons. eo. li. 4. & Philip. Deci. cons. 445. in casu, nu. 52. & Frá. Cur. Iuniorem in l. venia, col. 3. vers. ex ista communi. C. de in ius vocan. & in tractatu feudo. char. 19. col. eiusdem 3. vers. circa hanc materiam. & Lud. Gozad. cons. 36. in facto præsupponitur, per totum. In quibus, vt diximus, latè comperies an, quando, & quomodo nepos veniat appellatione filij. neque enim hic opus est aliter & specialiter eam rem tractare.

De eadē re.

60 ¶ Illud tantùm adiiciemus, apud Euágelistas aliósque scriptores ecclesiasticos υἱὸς, id est, filios dici de nepotibus & omnibus posteris, vt in princ. euangelij D. Matthæi, liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Et Ioánis 8. c. Scio quia filij Abrahæ estis. & id passim, & infinitis locis reperitur, quę minimè necessarium est huc adducere, contenti illis duobus iam citatis, quæ id apertissimè probant.

Filij de nepotibus apud ecclesiasticos scriptores.

61 ¶ 16. Ratio, nepos nascitur ex radice priuilegiata, & quæ cæteris præferebatur: ergo & eandé naturam priuilegij assumit, quam pater habebat. quia forma & origo quæ à radice ducitur, in quolibet deriuato reperitur. l. in ratione, la j. §. si filio, ibi, formam & originem. ff. ad leg. Falci. & l. qui id quod, in prin. ff. de don. & l. tutor. ff. de fideius. Et omne quod decidit per medium sapit naturá medij, si illud mediú sit naturale, & nó simpliciter instrumentale: quia per mediú specificatur & naturatur, vt vtar verbis Bal. cons. 389. cósuetudo, post prin. lib. 2. Quod & natura manifestú facit, quia quod insertú est, facit poma suę speciei, non poma radicis. Et hoc est ex l. naturę, quæ vnúquodq; generat tale, quale ipsum est. Ideò causa naturalis transit in nepotem, qui ex semine patris producitur, & in quo nomen patris perpetuatur. Hic enim accipimus primogenitú, prout est ex radice parétis, & ex massa ipsius. l. pronúntiatio. ff. de ver. sig.

Radix suā naturā impartitur ei quod producit.

62 ¶ 17. Si diceremus patruum esse nepoti præferendum, tanquam natu maiorem, huiusmodi absurdum subsequeretur. Ponamus enim quòd & primogenitus & secúdogenitus habeant liberos, sint'que liberi secundogeniti ętate antiquiores. Certè ipsi anteponentur liberis primogeniti ex istiusmodi ratione, quia antiquiores: quod nemo sanæ mentis dixerit.

Absurdú.

63 ¶ 18. Sæpe aliàs videmus quòd liberi ex persona parentum aliis cópetitoribus præferuntur, vt in l. nemini. §. filios autem. C. de aduoc. diuer. iud. & in l. iubemus, versic. & filios aduocatorum, & in l. petitiones, in simili vers. tit. seq. C. de aduo. diuer. indi.

Liberi ex persona parentú aliis præferútur

64 ¶ 19. Successio est ius sanguinis, vt no. in l. ius agnationis. ff. de pactis, & l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Iura autem sanguinis transeunt in liberos. l. 3. ff. de interd. & releg. & l. j. C. de priuil. eo. qui in sac. pal. milit. lib. 12.

Iura sanguinis trãseunt in liberos.

65 ¶ 20. Nepotes subducto filio de medio rediguntur ad conditionem filij, tex. ad literam in l. sed & si in conditione. §. nepotes. ff. de hære. insti. Ideóque nepos ex filio censendus est & ipse primogenitus sicut filius, vt ad illius conditionem redigatur.

Nepotes rediguntur ad conditionem filij eo subducto.

66 ¶ 21. Prima causa semper repręsentatur in secunda, in quam influit. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur.

Prima causa repraesentatur in secunda. 67

procur. sed primogenitus est prima causa quæ vim suam ac potestatem transmittit in filium suum qui est ex patris natura. & ideò debet esse eiusdem censuræ, quia legis censura naturam imitatur. l. nam adoptio. ff. de adop.

Statutum in causa proxima, & in remota statutum est quæ ex illa descẽdit. 68

¶ 22. Quæ proximè ad præcedentem accedit, quod statuitur in causa proxima, censetur statutum in causa remota quæ per illam vel ex illa descendit: verba sunt Bal. in l. illam. C. de colla. quæ reassumit Pau. Cast. cons. 119. hæreditas prædicta, col. 2. lib. j. Ex-eóque infert, quòd si statutũ excludit sororem à successione fratris existente fratre, censetur etiam excludere existẽte filio fratris, qui cõiungitur ex persona patris. Quod multùm hic notandũ est, quia filiꝰ intrat in locum patris, vt alium excludat à successione. Tu tamẽ de hoc casu Pau. vide latè per Soci. cons. 9. viso statuto terræ, lib. 3. & quæ etiam latè diximus suprà in decimaquarta ratione.

Quod per nos non habemus, per aliũ in cuius locũ reponimur habemus. 69

¶ 23. Quod quis non habet per se, habet per aliũ, in cuius locum reponitur, per l. Aristo. §. j. ff. quę res pig. oblig. pos. & l. qui prior. ff. qui pot. in pig. hab. vbi tertius creditor præfertur secũdo, propter iura ei concessa à primo creditore: ideóque simili ratione debet præferri nepos, qui habet ius primogenituræ à patre primogenito. Et ad hoc quoq; bene facit tex. in c. autoritate, de conces. pręb. li. 6. vbi ex tribus expectantibus secundus qui ex persona sua primã præbendam obtinere non potuisset, ex persona tamen tertij, qui primum superat, illam obtinet.

Ius accrescendi nõdũ competens transmittitur in filiũ Et spes competens ex contractu conditionali. 70

¶ 24. Hoc ius primogenituræ videtur in filium transmitti, siue illud ęquiparemus iuri accrescendi nondum cõpetenti, per l. si pluribus. ff. de suis & legi. siue iuri deliberãdi, per l. cũ antiquioribus, in prin. C. de iure deliber. siue etiã spei cõpetenti ex contractu conditionali. per l. is cui. ff. de acti. & oblig. & §. ex conditionali, Insti. de verbo. oblig. & l. dies. ff. de condi. & demõ. Nã & si cõcedimus ius primogenituræ nondũ filio competere viuente patre, quãtùm ad successionem pertinet, quod tamẽ admodum dubium est, per ea quæ alibi suprà q. 21. diximus, Tamen negari nõ potest quin spes cõsequendi sit huiusmodi iuris, & ea quidẽ firma & inuariabilis, vtpote quã nõ possit pater, nec alius quiuis inuito filio adimere, vt latè ostendimus eadẽ q. 21. & dicemus quoq; postea intra in 6. ratione pro patruo, in respõsione illius, & alibi sæpe. Propterea non est de ea spe iudicandum, sicuti de cæteris, quæ plerunque fallunt, vti copiosè demonstrauimus in nostris Legibus Connubialibus, post easdem in 1. q.

De eadẽ re.

¶ Ideóque nõ ob. lex vnica. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tol. & l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de leg. j. vbi legatum conditionale ante cõditionis euentum non trãsmititur. Quia præter rationẽ diuersitatis adductã per gl. in d. §. ex cõditionali, quæ est huiusmodi, ꝙ magnũ est discrimen, an quid debetur sub cõditione in spe ex vltima voluntate, an ex cõtractu. Nam hic interuenit factũ paciscentis volentis non solùm sibi, sed & suis hæredibus prospicere. l. si pactũ. ff. de prob. quod non est in legatario cuius nullum factũ interuenit. Alia est in promptu. Illi enim tex. loquuntur in his, quæ nec debita sunt, nec quasi, possúntque simplici voluntate testatoris adimi, vsque ad extremum ipsius vitæ exitum. l. cùm hic status. §. hæc oratio. ff. de dona. inter vir. & vxo. & l. si quis in prin. testamenti. ff. de leg. 3. & l. ex parte. ff. de adi. lega. & c. cũ Marthæ, de celeb. mis. Igitur cùm hoc ius primogenituræ non dependeat à mera voluntate patris, sicuti nec contractus à voluntate eius, qui semel cõtraxit, per l. sicut. C. de acti. & obliga. Certè ita de huiusmodi iure debemus iudicare, sicuti de contractu, cuius spes conditionalis transit in hæredem, vt suprà diximus.

71

Patris calamitas non nocet filio.

¶ 25. Quantùm ad dignitatem ingenuitatis, aut aliam quanuis, calamitas aut patris, aut matris nõ nocet filio iam nato, aut etiã concepto, vt de primo est tex. in l. emãcipatum. §. vlt. ff. de Senat. vbi si pater amiserit Senatoriam dignitatẽ, eius tamẽ filius eam ex persona aui retinet. & facit etiam text. in l. 2. ibi, quia illis delicta parentum non nocẽt, &c. C. de libert. & eo. libe. De secũdo in §. & econtrario, instit. de ingenu. Ergo nõ absimiliter quãtùm ad dignitatẽ primogenitura non debet filio obesse mors patris, quæ calamitas quædam est, & ea quidem omnibus communis, vt proinde nulli sit vitio assignanda. Præsertim quòd dignitas ipsa primogenituræ, & ingenuitatis de qua loquitur d. l. 2. & d. §. & econtrario, æquiparantur. Bal. in l. cum antiquioribus. col. antepen. vers. tertiò arguo ad idem. C. de iur. delib. & Matthę. Afflic. in c. j. col. 4. vers. decimò arguitur, tit. de success. fend. & alibi quoque diximus.

Paciscẽs & contrahens & suis hæredibus pacisci videtur. 72

¶ 26. In dubio prouidens sibi pacto vel stipulatione, videtur & suis hæredibus pacisci vel stipulari, etiamsi illorum mentionem non faciat. l. si pactũ. ff. de pact. cũ multis concord. alibi à me adductis in consuet. Picta. tit. 9. §. 3. in prin. & in tracta. Retractuum, tit. 2. §. j. in glo. 6. in verbo, *ou ses heritiers*. Igitur & eodem modo prouisio legis aut consuetudinis facta primogenito vt succedat, videtur & ipsius hæredibus prouidisse. Alioqnin nec id paciscens fecisse videri debet, cùm in dubio censeatur & ipse legis & consuetudinis dispositionem sequi, per no. per Bat. Ang. Imo. Raph. Co. Pau. Ca. in lec. Paduada, & recentiores, qui adducunt concord. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. & dixi latissimè in repe. l. si vnquã, in verbo, susceperit liberos, nu. 84. sed illud hic quæro. Et aliàs par est potestas legis, & cõtractus. l. non impossibile. ff. de pac. & l. vlti. C. de fideius. Et in dubio prouisio legis censenda est realis, vt ad hæredẽ trãseat, nisi aliud expressè dicatur. l. nõ solùm. §. vlt. & ibi glo. ff. de no. ope. nũci. Imò verò & priuilegium in dubio reale est, si credimus glo. in l. forma. §. quanquam, iuncto text. ff. de censib.

Legis prouisio realis esse cẽsetur in dubio.

Priuilegiũ in dubio reale.

censib.& glo.in summa 15.quæst.2.De quo tamen latè per Alex.& alios recentiores in l. quia tale,ff.sol.mat.quos alibi citauimus.

73 ¶ 27. Primogenitus nascendo & sese inclusit,& hoc agens secundogenitum perpetuò exclusit,per c.j.§.quinetiam,tit.epi.vel ab.& no. Bal.in c.j.tit de matr.ad morg.cont. Nam durante finali causa exclusionis(ea enim durat etiam primogenito mortuo,cuius intererat transmittere in filium propter naturale votũ.l.nam & si parentibus,in princ.ff.de inof.testa.)Durante igitur causa finali exclusionis,durat & exclusio: quia ꝙ vni est collatũ, alteri est sublatum. l.quod in rerum.§.si quis.ff.de leg.j. Et ad id facit quod diximus suprà nu.50.præterea.

Primogenitus se includens secundogenitum perpetuò excludit.

74 ¶ 28. Quid si vnicus est tantùm filius,nónne primogenituræ vis(is enim est primogenitus licet vnicus,vt diximus suprà in 1.q.)transit ad nepoté? Et certè trãsit, aliàs remaneret regnum sine hærede:aut certè eo nepote excluso succedet alius ex sanguine remotior.quod nemo dixerit.Igitur nepos est primogenitus:neque enim aliàs succederet, cùm cósuetudo exigat primogenitum.Si igitur est primogenitus,consequens est vt excludat secundogenitũ, si quis sit.

Absurdũ.

75 ¶ 29. Edictum successorium ita locum habet ex renũtiatione, sicuti & ex morte. l.si is qui.ff. de test.Ponamus ergo quòd primogenitus renunciat regno,vel efficitur Franciscanus postquam genuit filium,nunquid excludemus ipsum nepoté,& dabimus regnum patruo? Nequaquam:apertum est enim edictũ nepoti.l.si quis filiũ.C.de inof.test. Et diximus suprà tum alibi,tum in 26.q.nu.5.sed & illud,& dicemus infrà in responsi.33.rationis pro patruo.

Edictũ successoriũ locum habet ex renunciatione.

76 ¶ 30. Auus paternus propter filiũ aut filiã debet dotare nepté ex filio aut filia, quemadmodum & ipsam filiam,si viueret.l.dedit dotem.ff.de coll.bo. Bar.in l.j.col.2 ver.quid in auo,& ibi omnes.ff.sol.mat.Bar.Bal.& Sal.post antiquiores in l.vlt.C.de dot.promis.& omnes propè vbique. Quod non ob aliud statutũ videri potest, quã ꝙ filia ipsa repræsentat personã patris,aut matris,quã & auus tenebatur dotare. Tu tamé super eo an auus teneatur dotare nepté vide omn.Ant.cós.56.si filius sola habet,& Ias.in d.l.j.col.7.vers.iuxta prædi.ff.sol.mat.

Auus debet dotare neptem vt filiam.

77 ¶ 31. Vbi rei quæ deficit,supersunt aliquæ reliquiæ, nondũ locus est ei quod iuris ordine erat successurum,vt videre licet in materia tutelarum. Nam primum locum obtinet testamentaria,si aliqua sit:& ea deficiente,legitima:qua etiam deficiente datiua. Quòd si testamentarius tutor tanquã suspectus remouetur,vel etiã se excusat,nó propterea succedit legitima,sed ad datiuam confugitur,vt est tex.in l.si quis sub condicione.ff.de test.tute.nempe propter reliquias prioris tutelæ testamentariæ,quæ subsequentem excludit,vt dicit ibi Bart.col.j. Et sic datiua tutela adminiculo testamentariæ excludit legitimam,quod per se non faceret, vt ex hoc nuncupatim colligit gl.in l.j.in fi.vlt.gl.C.eo.tit.Et facit l.3.§.sed si omnes.& §. vlt.cum l.seq.ff.de legi.tuto.Cùm igitur ex filio primogenito supersunt reliquiæ,id est, nepos ipsius, non debet esse locus secundogenito,qui aliàs deficiéte primogenito erat successurus. Præsertim quòd valet arg.à tutela ad successionem:cùm eodem iure vtraque deferatur.l.j.in prin.ff. de legi.hære.& l.quò tutela.ff.de reg.iur.& §.j.Insti.de legi.patro.tutel.

Dum super sunt reliquiæ eius quod præcedit, nõ est locus ei qui ordine sequitur.

78 ¶ 32. Querela inofficiosi testamenti non nascitur ante aditam hæreditatem. l. Papinianus.§. si conditioni.ff.de inof.test.Tamen si filius moriatur ante aditam hæreditatem ab hærede instituto,transmittit in filium querelam,licet nondum natam,nec præparatam , vt est text. expressus in l.si quis filium.C.eo.tit.Cuius rationem reddit gl.ibi,in verbo,caussam, quoniam pater spem habuit. Igitur si etiam fateremur primogenitum viuente patre nihil iuris ex primogenitura habere,tamen ratione spei,& eius quidem certæ, & quæ tolli non potest,vt alibi diximus,transmittit hoc ius in filium.

Filius moriens ante aditam hæreditatem trãsmittit in filiũ querelã inofficiosi testamenti licet nondũ natã nec præparatam.

79 ¶ 33. Pater & filius sunt in primo gradu inter se.l.Iurisconsultus.ff.de gradib.& §.j.Instit.eo. tit.Ex quo illud subsequitur,quòd & ambo sunt in iure primogenituræ.Alioquin enim non essent ambo in primo gradu.

Pater filius inter se sũt in primo gradu.

80 ¶ 34. Quoties plura requiruntur , vt alius aliis præferatur , non vnum satis est interuenire.l. qui balneum.ff.qui pot.in pig.hab.& no.in l.quoties.C.de rei véd. & diximus suprà in 34.q. prin.nu.4.huius senrétię,& seq.Sed ad hoc vt secundogenitus succedat,plura requirũtur:scilicet quòd tépore mortis ipse sit ætate prior,ac etiã ratione efficacior.Sed ita est, quòd non est efficacior ratione,ergo non excludit nepotem.Et si quis huiusmodi rationé retorqueat contra nepotem,quoniam non sit ætate maior,responderi potest ex eo , quod dicemus infrà in 4. ratione pro patruo,& in respon.illius,& iterum in 13.ratione pro patruo,& respon.

Ex duobus requisitis nõ satis est vnum interuenire.

81 ¶ 35. Videmus aliàs ius competens ex beneficio legis transmitti ad hęredem,antequam deferatur.Exempli causa.Is qui datur in adoptionem,habet quartã in bonis arrogatoris, ex constitutione dmi Pij,quam & ipse moriens,etiam patre arrogatore superstite,ad hęredem transmittit.l.j.§.si impuberi.ff.de colla.bon.Et dicemus etiam infrà in responsione 8. rationis pro patruo.Et hæc quidem ratio proxime accedit ad 32.

Ius cõpetẽs lege nondũ delatũ trãsmittitur.

82 ¶ 36. Huc pertinet tex.quem nonnulli dicunt hanc quęstionem decidere,in l.si operarum.ff. de ope.lib.vbi si operarum iudicio actum fuerit cum liberto,& patronus decesserit:filio eius, & si hæres non existat, lisque non fuerit contestata, omnimodo competit. Imò verò est apertior tex.in l.à duobus, eo. tit.vbi si à duobus manumissus vtrique operas promiserit,altero ex

Tex.qui videntur expressi pro hac parte.

his mortuo, filio eius (quamuis superstite altero) datur petitio operarum.

Successoriū edictū de gradu in gradū præfertur edicto de capite in caput.

83 ¶ 37. Successorium edictum de gradu in gradum, præfertur successorio edicto de capite in caput. tex. habes & exemplum in l.4. in prin. ff. si tab. testa. vbi de iure veteri secundus gradus etiam vltimus agnatorum, præfertur primo gradui cognatorum, quia faciliùs transit successio in habentibus symbolum. Nam & è contrario vbi est maior differētia, ibi quoque est maior difficultas. l. cùm in adoptiuis. C. de adop. Cùm igitur sint duo capita, videlicet primogeniti inclusi, & secundogeniti exclusi, nunquam transit caput primogeniti in alterum secundogeniti, donec superest aliquis ex primo capite.

Seminalis vis tandiu durat quādiu semē vel fructus eius reperitur.

84 ¶ 38. Quæ per seminalē rationem procedunt, tandiu durant in sua essentia, quandiu semen vel fructus eius reperitur in sua etiam essentia, sicut dicit lex de subrogatione, quæ fit in locum capitum demortuorum. l. vetus. ff. de vsufr. Sed ista successio transit per seminalem rationem. Ergo transit in nepotem.

Successor eodem iure vtitur.

85 ¶ 39. Qui succedit in locum alterius, vtitur eo iure, quo ille vti poterat, per text. in l. qui quadringenta, ver. nam hær. ff. ad Trebel. & l. Caius. ff. de manū. At filiū succedere in locū patris non est dubium, cùm tex. id expressim dicat, in §. cùm filius, Instit. de hære. quæ ab inte. defe. & alibi suprà sæpius diximus. Igitur & eodem iure primogenituræ vti debet, vt pater ipsius.

Lex pont. quod contrahentes. Pacto ius competens potest transmitti.

86 ¶ 40. Quod possunt contrahentes, potest & lex vel statutum. l. non impossibile. ff. de pact. & l. vlt. C. de fideiuss. cum simi. & diximus suprà ad aliud propositū in 26. ratione. Constat autē conuentione partiū ius competens posse transmitti ad posteros. §. Conditionali, Inst. de verb. obli. Ergo & id potest lex vel statutum ex quo ius primogenituræ competit. Et quamuis hæc ratio adducatur à quibusdam hanc partem sequentibus, ea tamen non videtur mihi concludere, nisi si statutum expressè diceret, quòd primogenitus mortuus ante patrem transmitteret id ius ad filios, quia posset faceret per hanc rationem.

Quæ quis capit magis vt filius quā vt hæres transmittuntur.

87 ¶ 41. Ea, in quibus quis magis consideratur vt filius, quàm vt hæres, transmittūtur ad filios eius qui decessit ante patrem, vt probatur ex l. in quibus, & l. si quis prioris. C. de secun. nupt. quas & nos ad aliud non admodum dissimile citauimus suprà in 8. ratione. Sed in dignitatibus cuiusmodi est primogenitura, atque etiam in feudis & officiis magis attenditur filiatio, quàm hæreditas. l. à duobus, & l. vt iurisiurandi. §. si liberi, & l. si operarū. ff. de ope. liber. quas & nos ad aliud item citauimus in 36. ratione, & alibi, & l. si quis in sacris. C. de proxi. sacr. scri. li. 12. & c. j. tit. an agna. vel filius. Specul. tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. 78. Bar. in l. si non sortē. §. libertus. ff. de cond. indeb. & in l. quod dicitur. ff. de verb. obl. Bald. in l. qui se patris. C. vnde lib. & in l. liberti libertęque. C. de oper. liber. & in auth. si quas ruinas. C. de sacro. eccl. Et eò quidem magis, quòd omnia iura dignitatis & prærogatiuæ debitæ generi, & iure naturali & ciuili descendunt ad posteros. l. 3. ff. de interd. & releg. & no. Cy. in l. diuo. C. de quæsti. & Guil. Cu. in l. emancipatum. ff. de Senato. & dicemus infrà in 51. ratione. Sed tu tamen vide quæ diximus suprà quæst. 35.

Filius primogeniti tractat de damno vitando.

88 ¶ 42. Filius primogeniti tractat de damno vitando, vt probatur in l. in suis. ff. de lib. & posth. & no. in auth. sed cùm testator. C. ad leg. Falci. & in auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. & in l. vlt. §. penul. C. de iure delib. & in l. 2. C. de iur. & fac. ignor. & voluerunt Dy. & Bart. in l. vlt. ff. de libe. agno. & in l. is potest. ff. de acq. hær. Et facit quod scripsit Bald. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pup. & in l. omnimodo. §. j. & iterum in l. si quando. §. 4. de inoff. testam. Sed statutum patitur interpretationem secundum ius commune, ne quis indebitè damnum patiatur vel lædatur. l. si serui. C. de noxali. & l. quamuis. ff. de in ius vocan. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & c. cùm dilectus, de consuet. & not. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & in d. l. vlt. §. pen. C. de iure deli. Vnde etiā si statutū diceret, vt mortuo primogenito succedat sequēs, intelligeretur si primogenitus decederet sine filio, ne ipse filius indebitè dānū pateretur.

An & secundogenitus tractet de damno vitando.

89 ¶ At huic rationi respondēt nonnulli, quòd secundogenitus eadem ratione tractat de damno vitando, qui per primogenitum fratrē fuisset exclusus, si superuixisset. Vnde in pari causa vitandi damnum, magis est fauendum verbis & menti statuentium loquentiū de antiquiore vel primogenito, vel maiore, ar. l. in ambigua, & l. benignius. ff. de legib. Et quoties sermo capit duas sententias, ea sumenda est, quæ rei gerendæ aptior est. l. quoties idem serm. ff. de reg. iur. Sed ad hoc facilis est responsio ex his quæ posteà dicam in responsionibus rationum, quæ faciunt pro patruo.

Ius primogenituræ venit iure naturæ.

90 ¶ 43. Ratio naturalis facit pro filio eodémque nepote, maxime quia ius primogenituræ venit iure naturæ. l. cùm ratio. ff. de bo. dam. & l. scripto. ff. vnde lib. & d. l. 3. ff. de interd. & releg. Nec tam personæ, quàm causæ videtur id ius datum. ideóque in nepotem transit, sicut ipsa primogenitura & sanguis. Ea enim iura causæ data transmittuntur ad hęred. l. non solùm. ff. de in inte. resti. & no. Dy. in c. priuilegium, de reg. iur. lib. 6. Card. Alex. cuius hęc ratio est in c. j. col. 9. ver. duodecimo facit tit. de feud. Mar.

Succedēdi potentia transmittitur.

91 ¶ 44. Licet ius ipsum primogenituræ non transmitteretur, veluti non quæsitū ante mortem aui, de cuius successione quæritur, iuxta no. c. licet, de vot. vti in simili dicit Bart. in l. is potest. ff. de acqui. hær. quòd filiatio non transmittitur, cui annexum est ius primogenituræ. Tamen

dici

dici potest transmitti potentiam succedendi, quæ surgit ex primogenitura, vt videtur decidere idem Batt. in d.l. is potest, col. 2. vers. est & aliud, dum dicit, potentiam, quam habet filius, succedendi patri, esse quippiam diuersum ab ipsa filiatione. Quod hinc, inquit, patet, quod filio mortuo in vita patris, nepos ex eo succedit in hanc potentiam. l.j. §. suos. ff. de suis & legi. & §.j. in authen. de hære. ab inte. licet non succedat in filiatione quæ cum persona extinguitur. Et hoc sequuntur Paul. Cast. Fran. Are. & Ias. in d.l. is potest. idem Pau. cons. 304. primum dubium, ante fin. j. dubij, lib. j. Fran. Curt. Senior cõs. 74. super memorata, col. 2. & Soci. cons. 252. visis instrumentis, col. 9. vers. sextò ad idem, lib. 2. Caro. Rui. cons. 86. attenta, col. 2. num. 5. lib. 3. & cons. seq. col. 4. nu. 6. eo. lib. 3.

92 ¶ Et hoc quoque ex eo patet, quòd filius potest renunciare successioni patris viuentis, c. quãuis, de pac. lib. 6. & tamen non desinit esse filius. Et hinc dicit Bal. in auth. in successione, ad medium, vers. vlt. quæritur. C. de suis & legi. quòd renuntiatione agnatio non tollitur à radice, licet tollatur à successione, per l. ius agnationis. ff. de pac. Vt non absimiliter ius cognationis ab ipsa cognatione est discretum & separatum. quod ex eo patet, quòd ipsum ius cognationis tolli potest, vt no. gl. in §. quod autem, Insti. de cap. dimi. Bal. in l. ius naturale, in priori lec. col. vlt. ff. de iust. & iur. Ro. cõs. 82. quò ad id de quo quęritur. Ipsa autẽ agnatio nõ tollitur. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. & l. abdicatio, cum glo. C. de pat. pote. & no. in d.l. ius agnationis, de pac. & nos quoque diximus in repe. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 259. nec id quidem. *Agnatio nõ tollitur renunciatione.*

93 ¶ Ex quo fit vt id concludamus, quòd licet qualitas propter quam primogenitus succedebat & secundogenitum excludebat, siue ea sit filiatio, siue ætas, extinguatur simul cũ ipso primogenito, durat tamen illa potentia succedendi in nepote: vt potè cum etiam viuente auo talis qualitas acquiratur. Nam videmus quòd in primogenito adeo inest qualitas exclusiua secundogeniti, vt si secundogenitus efficiatur clericus, ligatur tamen statuto vel cõsuetudine præferente primogenitum cæteris liberis, cum ante clericatum, vt nostri loquuntur, iniectum sit vinculum, vt disputando per hanc rationem tenuit Io. Andr. in c. sine culpa, de reg. iur. lib. 6. & alij multi quos tibi colligemus infrà in 43. quæst. ex quibus Soci. d. cons. 252. col. 10. nu. ex quibus infero, li. 2. hanc rationem adducit pro nepote contra patruum. *Qualitas cessans non tollit potentiam.*

94 ¶ 45. Hæreditas, legatum, fideicommissum cuipiam relictum, ea lege, vt post suam mortẽ ad alium quempiã res redeat, intelligitur si is cui primo loco relicta est, decedat sine liberis, etiã si id expressè dictũ nõ sit. l. cũ auus. ff. de cond. demon. & l. cũ acutissimi. C. de fideicom. & l. generaliter. §. cũ autẽ C. de insti. & substi. Nã semper intelligitur ea cõditio, si sine liberis decesserit: vt not. omnes quotquot in eas ll. scripserunt, & latissimè diximus in rep. l. si vnquã, in prin, nu. 6. hinc dicunt pleriq;. Id'q; procedit etiã (& hoc maximè ad hunc nostrũ casum notandũ est) si res reditura esset ad alterũ filiũ relinquentis, & sic ad fratrẽ ipsius cui primo loco relicta fuerat, ita vt nepos ex hoc cui res relicta est, præferatur patruo, cui res restituenda erat post mortẽ patris sui. Id enim aperte declarat d. l. cũ auus, quã in hoc expendit Raph. Co. ibi, & Bal. in d. l. cùm acutissimi, col. j. vers. quæro si pater. & ibi quoq; Saly. Pau. Cast. & Barb. in rep. col. 26. vers. nihilomin. & alij prope infiniti, quos tibi cõgressimus in d. l. si vnquã. in verbo. donatione largitus, n. 240. q si dicatur. sed quib. addere potes Car. Rui. cõs. 131. in themate, col. 3. n. 4. li. 3. Ph. Dec. cõs. 568. domina Daria, col. vlti. vers. nõ ob. q neptis, & Lud. Goza. cõs. 4. prima facie. col. 4. nu. 15. Licet ipse Bald. alibi incogitans in hoc lapsus fuerit (quod pace tanti viri dixerim) videlicet in l. cũ quidã, post prin. C. de impub. & ali. subst. dũ dicit cõtra tex. d. l. cum auus, eam & similes non habere locũ, cum substitutus est alius filius. quẽ tamen secuti sunt nonnulli quos tibi quoque adscripsi in d. l. si vnquam, in verbo, libertis. nu. 61. & sicut. *Ratio deprõpta ex l. cum auus. & si.* *L. cũ auus habet locũ etiã si alter filius sit substitutus.*

95 ¶ Ex eo autem quod dictum est, illud conficitur, quòd cùm lex ità interpretetur dispositionem hominis relinquẽtis quippiam alteri filio post alterũ filiũ, vt intelligatur si is cui primo loco relictum est, decedat sine filio, scilicet præferens sobolem illius prioris filij alteri filio. cui deficiẽti alter in ea re ex patris cõmunis dispositione succedebat, tanquã scilicet decessisse nõ videatur, vt locũ alteri faciat, qui filiũ relinquit, vt etiam diximus suprà n. 31. ex quibus illud. Ita quoq; legis aut statuti vel cõsuetudinis dispositio, quæ primogenitũ primo loco præfert, deinde secundogenitũ, illo sublato, vt diximus suprà q. 3. etiã debet intelligi, si is primogenitus sine filio decesserit, vt potè cùm lex ipsa hãc eandẽ interpretationem hominũ dispositionibus dederit, per ea quę traduntur in l. non impossibile. ff. de pact. & in l. vlt. C. de fideiuss. suprà ad aliud alleg. Nam & aliàs testamentum (de eo enim loquitur d. l. cùm auus, & similes) & lex eodem iure censentur. l. seruus hac lege. ff. de manumis. & l. si ita fuerit seruis duobus, in fi. & ibi Bar. ff. de manu. test. & l. cùm quidam, ibi, quemadmodum enim. C. de verb. sign. *De eadẽ re.* *Testamentũ & lex eodem iure censentur.*

96 ¶ Denique suprà sæpius diximus, sed obiter, spem primogenituræ in filio primogenito patre viuente firmã esse ac certam & immutabilem, vt quam non possit pater vel alius primogenito filio inuito sine causa tollere, vt diximus suprà quęst. 21. Sed quibus addere potes id quod generaliter dicit Bar. in l. is potest, col. 2. vers. est & aliud. ff. de acquir. pos. succedendi spem in filiis esse legitimam & cõsiderabilem, per l. nec ei. §. præterea. ff. de adopti. Nempe, vt subdit, *Spes succedẽdi certa et legitima.*

propter commune votum naturæ, simul & parentum. l. scripto, in fio. ff. vnde libe. Quod & hinc, vt ille quoq; dicit, patet, quòd mortuo filio primi gradus, nepotes in locū patris succedunt. l. j. §. suos. ff. de suis & legi. & l. Gallus, per totū, & maximè in §. nunc de lege. ff. de libe & posth. & §. j. in autb. de hære. ab inte. Quæ ratio ad hunc locum priuatim pertinet.

De eadē re.

97 ¶ Sed & illi adde text. illum vulgarem in l. in suis. ff. de lib. & posth. vbi scribitur in suis hęredibus continuatiouē domini perdurare, vt nulla videatur hæreditas fuisse: quasi olim hi domini essent, qui etiam viuo patre quodammodo domini existimantur. Et statim pòst, Itaque post mortem patris non bæreditatem percipere videotur, sed magis liberam bonorū administrationem consequuntur. Ex quo tex. Doct. ibi & alibi sæpe multa annotant quæ huc admodum spectant, vt latè diximus in d. l. si vnquam, in prin. nu. 19. & sanè, de reuo. dona. quæ illic videre poteris, ne bîc repetam. Vt non immeriò dixerit Bal. in l. vlt. ad fi. C. de impub. & ali. substi. quod pater babet, & filium censeri haberi, cum aliis multis simi. à me quoque collectis in d. l. si vnquam, etiam in prin. nu. 15. sed quis hunc.

Hereditatem patris esse debitā filio aut quasi debitam.

98 ¶ Ex quo etiam plerique dicunt hæreditatem patris deberi filio, quod apertissimè dicit tex. in d. l. scripto, in fi. cuius hæc verba sunt, Liberis parentum debetur hæreditas. Vt minùs mirum videri debeat quod dicit glo. si quis autem non implens, in verbo, auferri, ibi, item hoc erat, in auth. de hær. & falc. hęreditatē aut certe legitimā filius esse debitā viuente patre, quam dicit sing. Imo. in l. cùm filius, in prio. ff. de verb. obl. sed est alia quę id quoque non obscure voluit, in l. si quis legatum. §. vlti. in verbo, non posse. ff. ad leg. Cor. de fals. Et minùs quod dicit alia glo. esse quasi debitam, in l. & quia. C. de cura. furio. & in l. si emancipata, quæ est 3. & ibi Bar. Bal. & Paul. Ca. C. de iur. & fac. ignor. & glo. in l. si duo, & ibi Imo. & recentiores. ff. de acqui. hær. Cy. Bal. Pau. Ca. & alij plerique in l. iuris ignorantia. C. qui admit. & Bart. in l. vlt. ff. de lib. agno. Et facit quod scribit Bal. in l. a. col. 2. vers. sed pone pater. C. si in fraud. patro. & Ro. in l. 2. §. quòd si in patris. ff. sol. matr. & in l. Imperator. ff. ad S C. Trebel.

In feudis filij censentur esse vasalli etiā patre viuēte.

99 ¶ Et cùm hæc semper aliàs procedūt, tum verò maxime in feudis, in quibus Francorum moribus maxima ex parte ius primogenituræ locum habet, noo etiam in cæteris rebus: ex quo id ius & feudū veluti fraternizant, vt etiam diximus suprà in 23. quæst. n. 10. 3. ratio. In feudis igitur filius ipse primogenitus, & cæteri pro sua quisque portione etiam patre viuo cēsentur esse veluti iam domini, vt per d. l. in suis, voluit glo. in c. j. §. vlt. tit. de feud. cogni. quæ dicit filium post mortem patris non acquirere feudum succedendo ipsi patri, sed iam in vita patria acquisitum capere cum libera administratione. quā expendunt Iaco. Bel. Bald. qui dicit mēti tenendum hunc pulchrum & sapidum morē loquendi, sunt enim bæc verba illius. & præterea Marti. Laud. Iac. Alua. & Card. Alex. ibi, & ipse Bald. in l. cùm antiquioribus, col. 5. ver. to. sic licet. C. de iure deli. vbi per eam dicit, quòd in feudis filius viuo patre intelligitur esse inuestitus, ac etiam posidere. & sic, inquit, continuatur in eum possessio feudi, sine alia inuestitura, adeo quod viuo patre non deest ius filio, sed administratio. Et idem Bal. in c. j. col. j. tit. de cont. inter mascu. & fœmi. de benefi. vbi dicit, quòd in feudis filius magis venit ad possessionem continuatiue, quàm ad nouæ possessionis adeptionē. & in c. j. tit. an mut. vel ali. imper. ꝙ filius viuo patre dicitur feudatarius, cū sit eadem persona: nec post mortē patris dicitur acquirere siue succedere, sed retinere. Marti. Laud. in tract. primogenituræ, col. 10. versi. quartò quia licet, Bapt. Cacia. qui illā gl. dicit no. in repe. c. j. io 6. parte prin. in vlt. differentia, d. tit. de feud. cogn. Barb. qui eam dicit valde sing. in repe. rub. qui admit. col. 14. versi. secuudò mihi videtur, & cons. 10. sapienter, col. 3. lib. 2. & cons. 73. magnanimus, col. 3. lib. 4. Firmia. in tract. de episcopo. in j. parte. lib. 3. quæ. 56. Card. Alex. in c. j. col. 10. vers. 17. tit. de feud. Marchi. Ias. in d. l. in suis, col. 2. ff. de libe. & posthn. & in l. quoties, col. 8. vers. nota etiam perpetuò. C. de rei vendi. vbi dicit sing. illud dictum Bald. in d. l. cùm antiquioribus, nondùmque fuisse ab aliquo ponderatum. & idem Ias. in l. si sorori, ad fin. C. de iure delib. & cons. 87. consultus, col. 2. vers. & circa istud, lib. j. vbi dicit sing. & cons. 182. vertitur quæstio, col. 7. vers. septimò notabiliter, lib. 2. & cons. 10. videretur, col. 3. circa medium, lib. 3. vbi item id dicit singul. Caro. Ruiqui & id singul. dicit cons. 19. in hac controuersia, col. j. lib. j. Catel. Cota in memor. incip. feudum etiam viuo patre, & Anto. rub. in l. non solùm. §. morte, col. 8. nu. 56. ff. de no. ope. nuntia. De qua re tamen pleniùs dicemus in tractatu, *Le mort saisit le vif*, quem propediem ędemus, in septima limitatione. Atque hîc finem faciam huic parti, modò intelligas alias multas rationes pro nepote depromi ex responsionibus rationum, quas mox afferam pro patruo.

100

RATIONES QVAE PRO PATRVO FACIVNT.

Filij nō debēt esse deterioris cōditionis, quam nepotes.

¶ PRO PATRVO igitur multę magnę'que rationes militant. Pręter eas quas iam adduximus in priori parte, respondeodo quibusdam rationibus nepotis. Prima hęc est, Non debent filij esse deterioris conditionis, quàm nepotes. l. si viua matre. C. de bon. mater. vbi & hoc no. Richar. Cy. Bal. Saly. Raph. Pau. Ca. & Corne. qui & ipsi no. illum tex. pro patruo, in nostra quæstione. Nam si nepos admitteretur ad regnum excluso patruo, esset filius deterioris conditionis nepote.

¶ Sed

101 ¶ Sed huic rationi responderi potest, quòd in hoc casu non tam dicetur filius esse deterior nepote, quàm altero filio scilicet primogenito, patre ipsius nepotis, in cuius locum subrogatur, proptereaque eandem sapit & retinet naturam & priuilegium, vt satis dictum est suprà, in decima & vndecima ratione pro nepote. Item illud procedit de iure communi, ex quo non magis filius nepote est deterior, quàm filius, altero filio: cùm de iure communi omnes filij æqualiter succedāt, vt plenè diximus suprà in tertia quæstione. At cùm ex statuto vel consuetudine primogenitus est melioris conditionis, quàm secundogenitus. Certe etiam filius ipsius debet esse melioris conditionis, ex iis quæ dicta sunt suprà, in tertia ratione pro nepote.

Respōsio ad eā rationē.

102 ¶ 2. De rigore iuris præfertur is, qui gradu prior est. l. pater filium. ff. de inof. testa. & §. j Instit. de legi. ag. succes. cum si. verùm ex æquitate statutū est in filiis fratrum, vt videlicet ęqualiter succedant cum cæteris fratribus eorum patruis, per tex. in l. j. §. si filius ibi, naturali ęquitate. ff. de suis & legit. cum simi. quæ suprà pro nepote adduximus. Et ideò cùm illa æquitas sit solùm scripta, cū agitur vt æqualiter nepos succedat cum patruo, non etiam vt ei præferatur. Secus est dicendum, cùm agitur de præferendo altero alteri: neque enim tunc habet locum eadem æquitas, propterea standum est rigori, qui præfert proximiorem.

Præfertur qui gradu prior est.

Non est eadē æquitas succedendi æqualiter & excludendi.

103 ¶ Sed & huic responderi potest, quòd imò est eadem æquitas. Nam qua ratione in hæreditate diuisibili inter plures, nepos in portione sui patris patruum excludit, qui est in potiori gradu, cùm tamen de rigore videretur patruum esse præferendum, vt in successione liberti vidēmus. l. si libertus prætetito. §. j. ff. de bon. liber. cum si. quæ infrà adferemus. æquū est enim nepotem, qui est eadem persona cum patre, succedere in locum ipsius: & ita censeri esse eiusdem gradus, cuius & pater, vt dicit Bart. in l. liberorum, col. 5. vers. his pręmissis, de verb. sign. Eadem ratione in hæreditate indiuisibili, & quæ ad vnum duntaxat debet peruenire, ex rei ipsius natura, debet nepos excludere patruum. nec ob id iudicatur esse æquitas, aut iniquitas ex alterutra parte, sed iuris quædam ratio.

Responsio qua ostenditur eadem esse æquitas & iuris ratio.

104 ¶ Sicuti videmus in eo qui stipulatus est, vel aliàs sibi cōparauit seruitutem itineris per fundum alterius, cùm esset in initio solus, nec propterea multum grauaretur fundus seruiens. Si tamen decedat pluribus relictis hæredibus, quilibet illorum ea seruitute vtitur insolidū. sicque grauiùs seruit fundus. Tamen hoc debet æquo animo pati dominus, quia hoc contigit propter naturam rei, ar. l. j. §. pen. ff. de aqua plu. arc. Et etiam quia qua æquitate aut ratione nepos succedit in locum patris in parte hęreditatis, quam pater obtinuisset: eâdem debet succedere & in toto, quod pater habiturus fuisset, si vixisset, per l. quæ de tota. ff. de rei vēdi. cum si. Cæterùm suprà nu. 21. verùm in his, & 3. seq. ostendimus repræsentationem habere vim non solùm succedendi æqualiter, sed & alios excludendi.

Ad idem.

105 ¶ 3. Aut vult nepos venire ex consuetudine loquente de primogenito, & non potest: quia non est primogenitus, vt pote quem genitura præcedit patruus. Aut ratione iuris communis, & non potest, vt præferatur, sed solùm vt æqualiter veniat, vt dictum est: sed regnum est indiuisibile, nec reperitur æquitas scripta, quæ illum præferat, vt iam diximus. Igitur præferri non debet, & hæc ratio conuenit cum præcedenti.

Alia ratio.

106 ¶ Sed ad hoc facilis est responsio Nam quantum ad primum caput de consuetudine loquente de primogenito, certè consuetudo etiam in nepote primogeniti verificatur, vt more nostrorum loquar. Nam dici potest primogenitus sicuti pater ipsius, vt suprà ostēdimus in multis rationibus pro nepote. Et esto quòd non posset dici primogenitus: satis tamen illi est esse filium primogeniti, vt excludat secūdogenitum, vt pater excludebat per 2. & 3. rationem pro eodem nepote adductam. Quantùm autem ad secundum caput de iure communi, satis respondimus in præcedenti ratione.

Nomē primogeniti est nomen ætatis.

107 ¶ 4. Nomen primogeniti est nomen ætatis. At qualitas ætatis non est transmissibilis ad hæredes, vt not. in c. j de reg. iur. lib. 6. Nam vbi consideratur ætas, inspicimus successorem, non eum cui successit, in his quæ post mortem illius sumunt initium, vel effectum. l. ea quæ. C. de tempo. in inte. rest. Et ideò si minor succedit maiori, vtitur iure minoris, & è cōtrario. l. Aemilius. ff. de minor. vbi minor qui maiori successit, debet iudicari & censeri ex sua ætate, & non ætate eius cui successit, quantùm ad consequenda beneficia, quæ ex persona sumunt originem nec reperiebantur in persona ipsius prædecessoris consummata, sed consummanda.

Aetas successoris inspicienda, nō eius cui successit.

Aetas personalissima.

108 ¶ Est enim ætas res omnium personalissima, vt quæ nunquam transit in filium. Nec enim potest esse ætas patris, ætas filij. l. si paterfa. §. vlt. de adopti. & §. minorem. Instit. eo. tit. Nec ea quidem cedi potest, nec transmitti. l. peto. §. prædium. ff. de lega. 2. & §. vlt. Insti. de vsufr. Et si ætas est personalis, ita quoque priuilegium ratione ipsius competens, quod ideo personam non egreditur, per l. 1. ff. de consti. princ. & l. in omnibus. ff. de reg. iuris, & c. priuilegium, eo tit. lib. 6. & vtrobique concord.

Priuilegiū ætatis personale.

109 ¶ Hincque videmus quòd licet deferatur legitima tutela, sicut hæreditas. l. j. ff. de legi. tutor. & §. ex his, cum seq. in Auth. de hær. ab inte. Et ex consequenti in ea nepos assumat locū patris. Id tamen verum est, si is sit maior 25. annis, vt erat pater illius. Nam si minor sit, non poterit assumere locum patris maioris, vt probatur in d. §. ex his, iuncto §. t. & in l. vlt. C. de legi.

In tutela legitima nepos assumit locū patris tum demū si maior est, non alias.

tutel. iuncta l. de tutela, quæ est antepe. ff. de tutel. Ex quo & illud sequitur, filium primogeniti non posse assumere locum illius, nisi & ipse sit primogenitus, vt erat pater illius.

Responsio.

110 ¶ Cui rationi ita responderi potest, quòd sicut corpus patris partim in filium transfunditur, & propagatur, vt diximus suprà in 4. ratione pro nepote: ita effectus ętatis & primogenitur ę inceptus in patre, etiam propagatur & transfunditur in filium, vt quemadmodum pater exclusisset secundogenitum: ita & filius, qui est eadem persona, & eius locum ingreditur, vt suprà pluribus ostensum est, iure propagationis, & repræsentationis etiam excludit. Et id quidem etiam si qualitas exclusiua non esset verè in eo. Satis enim est vt sit repręsentariuè, vt plenè ostensum est in 3. & iterum in 6. ratione pro nepote. Nam subrogatus qualis est filius in locum patris, eadem obtinet priuilegia, quæ & is in cuius locum subrogatur, vt dictum est in 10. ratione pro nepote. Ideóque priuilegium, honor, & beneficiũ patris etiam personale transit in liberos, licet nõ in extraneos hęredes, vt & ostensum est in 11. ratione. Et patet hîc in huiusmodi priuilegio primogeniturę, quia si diceretur id non transire in nepotem tanquam personale, quod nemo non falsum dixerit.

Ad idem. Etiam sine trãsmissione ius deuoluitur ad sequentem.

111 ¶ Prętereà licet ea res non transmittatur, nihil tamen ob id impeditur nepos, quin patruo pręferatur, non quidem iure transmissionis, cùm extinguatur cum persona defuncti, si hoc concedimus: sed ex alio iure penitus diuerso, quod viuente ipso filio primogenito erat etiam in nepote, obumbratum tamen & suspensum: sicut & ius ipsius filij suspenditur viuente auo, per id quod in simili habetur in l. si seruus communis Męuij. §. vltim. ff. de stipul. seruo. vbi si seruus fructuarius locat operas suas, & stipulatur aliquid annuum loco mercedis, vsusfructuarius agit ex ea stipulatione, quandiu durat vsusfructus. At eo finito agit proprietarius, non quòd stipulatio semel pręstita fructuario transmittatur in proprietarium. Nam ea finitur, & incipit alia, quę fuit iam ab initio in proprietario producta: sed ea suspendebatur, nec locum habebat viuente vsufructuario.

Ad idem.

112 ¶ Similiter in l. quandiu institutus, in fin. ff. de acqui. hęre. vbi si sint plures vulgariter substituti, vnus post alium: mortuo primo ante aditam hęreditatem, ius adeũdi siue spes illi competens extinguitur, & venit substitutus ex iure suo, non ex iure primi ad se transmisso. Ideóque postremus substitutus seductis prioribus venit perinde ac si solus ab initio fuisset substitutus, & ingreditur locum priorum. l. cohęredi, in princ. ff. de vulga. & pupil.

Ad idem.

113 ¶ Et hoc quoque videmus in successione intestati, cùm sunt plures gradus. Cuilibet enim gradui defertur successio à lege: & seducto primo gradu, per expressam vel tacitam repudiationem, ius illius non transmittitur ad gradum sequentem, quia ius repudiatum non transmittitur, per l. si quis filiũ. C. de inof. testa. Sed ius illud prioris extinguitur, & sequens venit iure suo, & ex sua persona, vt patet ex no. per Bart. in l. qui superstitis. ff. de acqui. hęr. & Bald. in l. vlt. C. de pac. dum quęrunt, an cùm filia renunciauit hęreditati paternę, noceat nepoti. Et sanè si vult venire tanquam hęres filię, nocet: sed si ex sua persona per successoriũ edictum non nocet, quia illud est ius nouum, cui renunciatum non fuit. Et hoc maxime procedit, si filia quę renunciauit, mortua est in vita patris, secundùm ipsum Bald. quia tunc ea semota venit nepos ex sua persona, de quo latissime alibi dicemus.

Renuntiatio matris an noceat nepoti.

Ad idem. Nepos admittitur ad querelã repudiatã nõ iure trãsmissionis, sed ex sua persona.

114 ¶ Patet & hoc in querela inofficiosi testamenti per filium repudiata vel expressè, vel tacite per lapsum temporis. Nam nepos ex eo non admittitur ad huiusmodi querelam ita repudiatam, ex persona patris, & sic ex iure transmissionis, per d. l. si quis filium. C. de inoffi. testa. Potest tamen venire ex sua persona, cùm ipse censeatur exhęredatus, licet fuerit pręteritus, quia non tenebat primum locum in suitate, secundùm Bar. in l. pater filium. ff. eo. ti. & in l. in suis. ff. de libe. & posthu. venítque per successorium edictum. l. si is qui. ff. de inof. testa. nec hoc casu merita vel demerita filij considerantur, sed ipsius tantùm nepotis. l. 3. §. si emancipatus filius. ff. de bono. posses. contr. tabul. Ex quo patet id competere nepoti ex nouo diuersóque, quàm quod patri competebat, remedio.

Legitimatio non extẽditur ad nepotes ex naturali filio ante mortuo.

115 ¶ 5. Legitimatio quę fit per subsequens matrimonium, qua nulla naturalior, nulla fauorabilior est, vt late ostendimus suprà in 34. quęstione, non extenditur ad nepotes natos ex naturali filio iam pręmortuo, ita vt tales nepotes succedant auo tanquam nati ex legitimo patre, vt no. voluerunt Guil. Cu. Alber. & Bald. in l. benignius. ff. de legi. & Fran. Cre. no. 32. habebam, & late Iason qui adfert concord. in repe. l. si is qui pro emptore, col. 29. vers. ista conclusio Bar. ff. de vsucap. & diximus etiã suprà in d. 34. quęst. nu. 62. sed vnũ est, & seq. vbi eius rei rationem reddidimus. Ergo non absimiliter ius istud primogeniturę & succedendi competens tanquam primogenito, non debet extendi ad nepotes filij pręmortui.

Responsio.

116 ¶ Sed ad hoc dici potest, quòd hoc ideò fit, quoniam vt dicunt Guil. Bal. & Albe. vbi suprà, ista fictio requirit personam filij, vt per eam extendatur ad nepotem. Ergo amotio medij directiui in finem impedit effectum extremi, ar. l. huic scripturę. ff. ad leg. Aqui. Hîc autem nihil tale requiritur, quando nepos ex filio pręmortuo succedit, vt plane probauimus. Quanquam etiam non omnino indubitata est illa decisio, cùm de ea multum dubitarit Soc. in l. Gallus. §. si eius, col. 2. ver. 2. aduerte. ff. de libe. & posth.

¶ 6. Quod

117 ¶6.Quod in spe tantum est,id vtique transmitti non potest.l.sed si plures,in prin.& leg.qui plures,& l.qui habebat.ff.de vulgar.& pupil.substit.& l.Sempronius.ff.de vsu & vsufr.lega.& l.si cùm hæres.ff.quando dies lega.ced.& l.hæres meus, in secundo responso.ff. de condit. & demonst.& ad hoc quoque allegatur c.non ex quo,de consec. dist.4. *Quod in spe est trãsmitti non potest.*

118 ¶Sed & huic responderi potest,quod suprà in 4.ratione diximus,vt videlicet quanuis ius primogenituræ non trãsmittatur in nepotem,nihilò tamẽ secius nepos ipse iure proprio id ius obtinet.Quin negari potest esse verũ simpliciter,spẽ nõ esse trãsmissibilẽ.Sed tũ demũ id ꝓcedit,cùm spes nõ satis firma est nec certa,cuiusmodi non est hæc de qua agimus,quæ primogenito tolli non potest,vt diximus supra in 21.q.atq; etiam in vlt.ratione pro patruo. Ideóq; hauddubiè trãsmittitur,vt liquidò apparet ex iis quæ dicta sunt,in 24.ratione pro nepote. *Responsio*

119 ¶7.Licèt nepos in successione aui succedat in locum patris antè mortui,ex eo tamen non sequitur quòd succedat ex persona patris tanquam ex iure transmisso:sed illud tantùm,ꝙ succedit in gradum paternum,ex propria tamẽ persona,atq; iure proprio,tanquam nepos, non tanquã repræsentans filium,cùm illi ipsi filio nũquam fuerit delata hæreditas,vt no. declarat Bar.in l.1.§.si sit nepos.ff.de colla.dotis,& in l.1.§.si sit filius.ff.de coniun.cũ emanci.libe. & in l.si auus,quæ est 2.per illũ text.& ibi Bal.in 4.oppo.Saly.Alex.Corne.Franc.Are.& Ias. C.de lib.præteri.vbi Bart.id dicit apparere ex eo,ꝙ institutio patris sibi prodest, vel nocet, si inspicitur institutio vel exhæredatio.Igitur quòd in locum succedit,intelligitur in gradũ, vt scilicet obtineat primum gradum,vt pater tenebat.Bal.autem dicit quòd succedit in locum patris priuatiuè,non transmissiuè.Nam si ita succederet,non esset necesse instituere nepotẽ si filius esset institutus,quia transmissio fit in successorem cum iisdem qualitatibus. Sed hoc falsum est,per d.l.si auus,& l.posthumorum.ff.de iniust.testa. *Nepos succedit auo nõ ex persona patris, sed propria, vide tamen nu.119.*

120 ¶Et eadem propè voluerunt ipse Bal.in l.vlt.col.pen.vers.hic incidenter quæritur.C.de pactis,vbi ex hoc fieri dicit,quòd pactum de non succedendo factum per filiam mortuam ante patrẽ non nocet nepoti:vt pote qui veniat ex propria persona,& Pet.Anc.cons.315. dominus Bar.plenè tangit,& Alex.cons.20.viso processu,col.3.vers.octauò probatur, & col.pen. vers. non ob.octauum arg.lib.1.& iterum con.4.ponderatis verbis,col.pen.lib. 4.& cons.117. viso tit.col.3.li.6.quod iterum repetitur cons.57.li.7. Franc.Aret.in l.2.col.2.C. de in ius vocan. & in l.qui superstitis,col.6.vers.tu autem dic.ff.de acqui.hær.& Cor.cons.116.difficultas, col.4. vers.prætereà licèt succedat,lib.2.Ias.in l.si arrogator,col.8. vers.pro pleniori. ff. de adopt. *Ad idem.*

121 ¶Et hoc quoque ita probare potes,quia tex.in l.Gallus.§.nunc de lege.ff. de libe. & posth. & in §.sui,Insti.de hær.quali.& dif.dicunt,quòd tum nepos ingreditur locum patris in suitate cùm per mortem naturalem vel ciuilem filius desinit esse suus. Si igitur in filio extinguitur suitas,quomodo potest nepos succedere iure transmissionis? Porrò si successio nõ potest trãsferri in nepotẽ iure trãsmissionis,cõsequens est,vt nec ius itẽ primogenituræ,quò ad successionem. Quoniam hæc est vna qualitas,& vnus modus succedendi, quæ non potest esse sine subiecto.l.Iulianus.§.1.ff.ad exhib.& l.adeo.§.cùm quis.ff.de acqui.rer.domi. *Ad idem.* *Qualitas non potest esse sine subiecto.*

122 ¶Verùm quod huic respondeatur in promptu est,ex responsione 4.rationis.Nec enim refert an iure transmissionis,an aliàs nepos succedat in locum patris,vt excludat patruũ, sicuti illic probatũ est. Quanquam & aliter responderi potest,videlicet illã doctrinam Bar. & sequaciũ non omnibus placere,& inter cæteros gl.in d.§.si sit filius.quę dicit ibi conferri filio emancipato ex persona patris,non filij,quã sequuntur Io. And in rub. de feud.& Bal. in l. si emancipati,loquẽtes in casu d.§.si sit filius.Sed & quod alias succedat nepos ex persona patris,& tãquam illum repræsentãs,tenet Bar.sibi contrarius,in d.l.Gallus.§ & quid si tantùm,col. pe. ff.de libe.& posth.& Io.Fab.& In.Plat.in §.cùm filius,Inst.de hær.quæ.ab inte.defe.& Pau. Cast.cons.421.quòd ista mater,col.2.vers.& primò probatur,lib.1. *Cõtra superiorem opi.*

123 ¶Nec quicquã facit quod de iure suitatis dictũ est.Nam illud ideo est, quia huiusmodi ius respicit successionem,& continuationem iuris de patre in filium.per l. in suis. ff.de libe. & posthu.& no.in l.apud hostes.C.de suis & legi.& in l.si fratris.C.de iure delibe. & nullum effectum potuit habere in filio,qui mortuus est viuo patre,eodémque auo. Ideò non transmisit ius illud in nepotẽ.Sed nepos ex persona sua,vt priores illi dicũt,subintrat locũ patris, vt no.in d.l.Gallus.Quod non ita obtinet in iure primogenituræ, quia statim quàm filius natus est,velut ius illud prioritatis occupat.In eóque iam fundata est primogenitura iure quidem naturę,quòad actus iuris,licet quo ad bona paterna effectus primogenituręsit suspensus, donec viuit pater.Ideóque ex persona ipsius transit in filiũ eius per quandam continuationem, & propagationem, vt sæpius iam dictum est. *Respondet ad ius suitatis.*

124 ¶8.Aut dicimus transmitti ius primogenituræ in nepotem in actu, aut in potentia. Primùm dici non potest,quia primogenitus viuo patre nõ habet ius actuale, proptereà nec illud trãsmittere potest,per l.si quis filium.C.de inof.testa. Nam secũda causa debet agere suũ effectũ ex vi primę causæ.l.tutor.ff.de fideius.& l.qui id quod.ff.de dona. A primordio enim tituli posterior formatur euẽtus.l.j.C.de impo.lucr.describ.lib.10. Et omnis deriuatio pręsupponit vim deriuantis in alterũ,sine qua nulla potest fieri deriuatio.l.2.§.1.ff,de stip.seruo.Secundũ *Ius nondũ actuale nõ transmittitur.* *Secũda causa agit ex vi primæ.*

quoque,

Caducũ nõ transmitti tur.

quoque, quod de potentia est, fieri etiam non potest, quia talis potentia est effecta caduca morte filij: ideò nec transmitti potest, per l.1.§.pro secundo, & §.in nouissimo, & §.si autem. C. de cad. tol. & no. in l.1.C. de his qui ant. apert. tab.

Beneficiũ legis etiã non delatũ trãsmittitur.

125 ¶ Sed huic rationi præter ea, quæ dicta sunt in præcedentibus, ex quibus apertum colligitur responsum. Illud quoque dici potest, quòd ius competens beneficio legis transmittitur etiã antequam fuerit delatum, vt patet in arrogato, qui legis beneficio habet quartam in bonis arrogati, quam & in hæredem transmittit nondum delatam, per l.si arrogator. ff. de adopt. & l.1.§.si impuberi. ff. de colla. bon. & diximus suprà in 32. ratione pro nepote, & iterum in 33. Itẽ dici potest, quòd potentia succedendi etiam transmittitur in nepotẽ à filio mortuo ante patrẽ per tex. in §.1. in Auth. de hær. ab inte. & expresse voluerunt Bar. & Paul. Cast. in l. is potest. ff. de acqui. hær. Et facit etiam quod diximus in 24. ratione pro nepote.

Potentia succedendi trãsmittit.

Per mediũ inhabile nõ fit trãsitus.

126 ¶ 9. Per medium inhabile & imperfectum non potest fieri perfectus transitus in aliquo extremorum. l. qui sella. §. in rusticis. ff. de seruit. rust. præ. Sed primogenitus est medium inhabile & imperfectũ, cùm mortuus sit viuo patre. Igitur in nepotẽ ipsius filiũ transitus fieri non potest. Cui rationi vltra iam dicta in superioribus, quę hãc quoq; rationem refellũt potes respõdere ex iis quæ dicta sunt suprà, in 23. q. nu. 14. intelligeigitur, & seq. vbi inhabilitas filij primogeniti non impedit, quin nepos ex eo in iure primogenituræ succedat.

Responsio.

Per alium iã extinctũ quis venire non potest.

127 ¶ 10. Quando quis venit per alium, non potest venire, si medio tempore ille alius sit extinctus vel inhabilis effectus. l. proinde. ff. ad leg. Aqui. & l. vlt. C. com. præd. & l. Diuo Marco. C. de quęst. & no. Cy. vt à nonnullis citatur, in Auth. post fratres. C. de legi. hær. Ex quo fit vt quod obstat patri, obstet & filio. l. in omnibus. §. non debeo. ff. de reg. iuris, cum aliis concor. adductis suprà ante fin. 12. q. vbi & tu responsionem ad eam rem videre poteris præter ea quæ diximus in præcedentibus rationibus.

Fũdamẽto destructo destruũtur cætera.

128 ¶ 11. Non potest nepos sese fundare in patre qui sublatus & præcisus est à rerum natura, antequam esset ipse pater fundatus in iure succedendi. Nam destructo fundamento destruuntur cætera omnia. l. nam origo. ff. quod vi aut clam, & l. lex vectigali. de pign. & c. cùm Paulus. 1. q. 1. cum aliis infinitis simílib.

Responsio.

129 ¶ At hoc nihil obest nepoti, tum quia possumus dicere, quòd non se fundat in patre, vt qui ex persona sua venit, non patris, vt diximus suprà in responsione 4. rationis, nu. 111. patet & hoc, & iterum in 7. ratione pro patruo, Tum quia pater ipse etiã viuẽte auo potest dici ius primogenitura saltẽ habitu occupasse, vt diximus in respõsione 7. rationis, Tũ quia ad minus, vt vulgò loquimur, in spe huiusmodi ius habuit, & ea quidẽ firma & non variabili, vt pote quæ tolli non potest. Propterea & illi potest nepos ex eo inniti, per ea quæ dicta sunt in 24. ratione pro nepote, & latiùs in vlt. ratione pro eodem, & in responsione 6. rationis pro patruo.

Qualitas non potest esse extincto subiecto.

130 ¶ 12. Primogenituræ qualitas non potest esse extincto proprio subiecto, argu. qui libertinus. §. posthumus. ff. de oper. liber. & l. tutela. §. si duo. ff. de legiti. tut. & nota. in l. defuncto. C. si in fraudem patron. Nam ista qualitas inhæret ipsi subiecto, id est, personæ primogeniti, qua extincta extinguitur ipsa qualitas: quia non entis, vt nostri loquuntur, nullæ sunt qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. pet.

Responsio.

131 ¶ Sed & huius quoque aperta est responsio, quòd non dicitur extinctũ primogeniti subiectũ, cùm ex eo superest nepos, qui eadem est persona cum patre primogenito. Ideóque & ipse primogenitus in eo viuere dicitur, vt late patet ex iis, quę diximus suprà in 4. ratione pro nepote.

Beneficium tẽporis alteri non potest cõcedi.

132 ¶ 13. Aetas huic beneficio primogenitutę causam pręstat, non filiatio, quod hinc patet, quia non satis est filium esse, vt obtineat hoc ius, nisi & ipse sit primogenitus. Quod ergo tempus ei concedit, alieri concedi non potest. l. si filius. §. cùm filius. ff. de bonis lib.

Responsio.

133 ¶ Sed ex superioribus satis apparet responsio, præsertim ex iis quæ dicta sunt in responsione 4. rationis pro patruo, & etiam in 2. & 3. ratione pro nepote, ex quibus colligitur ætatem patris repræsentari in filio: ita vt idem priuilegium obtineat ratione huiusmodi repræsentationis, ac si veram ipsam ætatem haberet. Et vide etiam hic quæ diximus suprà in 44. ratione pro nepote.

Verba naturaliter intelligenda.

Repræsentatio fit ex fictione.

134 ¶ 14. Et hęc quidẽ ratio erit veluti pręcedentis responsionis destructrix, Verba sunt intelligenda naturaliter & non secundùm fictionem. l. filio quem pater. ff. de iniust. testa. ibi, ne imagine veritas obumbretur, cum concord. adductis suprà in fi. 1. q. Sed quòd ætas patris repręsentetur in filio, procedit ex iuris fictione, & nõ vere & naturaliter, vt dicit Bald. in Auth. cessante, col. vlt. C. de suis & leg. hęr. & in l. tutela. §. si duo, in fi. ff. de leg. tut. & in c. 1. in fi. tit. Impet. Loth. Euge. Pap. Alex. cons. 204. consideratis verbis col. 2. vers. cõfirmantur prædicta. lib. 2. Hiero. Gratus consi. 25. cùm magnifica, col. j. vers. maturiùs libr. 1. At patruus reuera & naturaliter est primogenitus, & filius. Igitur videtur esse anteponendus, tanquam de eo sentiat consuetudo loquens de primogenito, pręsertim cùm statutum vel consuetudo loquens de primogenito, non habeat locum in casu ficto. l. 3. §. hęc verba. ff. de neg. gest. & in specie voluerunt Iac. Bu. & Bal. in l. quoties. C. de rei ven. Et idem de statuto loquente de proximiore respondit Gratus d. consi. 25.

¶ Sed dici

135 ¶Sed dici potest, quòd nó tam ex fictione nepos est primogenitus, quàm ex rei veritate, sicuti & pater ipsius erat, per tex. apertum in l. vlt. C. de impub. & aliis substitu. Ibi enim dicitur, q natura pater & filius eadem esse persona intelliguntur. Ponderandum est enim verbum, natura, quod ostédit id esse ex veritate iuris naturalis, vt diximus suprà in 4. ratione pro nepote, tum in prin. eius rationis, tum num. 24. proinde. Atque etiam in 9. ratione etiam pro nepote. Ideóque etiam in statutis filius intrat in locum & gradum patris, vt post alios voluit Franc. Aret. in l. Gallus. §. instituens, ad fi. ff. de liber. & posth. Quibus adde & quæ dicam in responsione sequent. rationis.

Responsio.

136 ¶15. Quæ admodum pręcedenti rationi concinit, vbi casus verus & casus fictus operantur eundem effectum, debet in dubio dispositio intelligi de casu vero, non ficto. l. ex ea. §. in insulam, & ibi not. ff. de verb. oblig. & l. cùm pater. §. hæreditatem filius. ff. de lega. 2. & l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fisci, & not. Bald. Imol. & recentiores in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posth. Imo. in l. 1. §. 1. ff. ad leg. Falcid. Propterea & constitutio loquens de primogenito debet intelligi de primogenito verè, & non ficte, vt expresè voluerunt Iacob. Bu. & Bal. in d. l. quoties. C. de rei vendi Nam consuetudo (inquiunt) præferens primogenitum, respicit in dubio naturalem & realé veritatem, & non fictionem, per l. vlt. C. de his qui veni. ęta. imp.

Dispositio in dubio intelligitur de casu vero, non ficto.

137 ¶Et generale est vt consuetudo præsertim contra ius commune, qualis hæc est, vt dictum est in 4. q. debeat intelligi in casu vero, nec trahi debeat ad fictum, vt per Io. And. & Archi. in c. vlt. de consuet. lib. 6. & Bart. in l. omnes populi, in 6. q. princ. ff. de iusti. & iure, & in leg. hæres quandoque. ff. de acqui. hære. Bal. in l. si quis non dicam rapere, col. 2. vers. iuxta hoc incidenter. C. de epi. & cleri. & in l. siue possideris. col. 2. vers. secundò quæro. C. de probat. & no. in d. l. 1. §. 1. ff. ad leg. Falc. cum similibus. Id'q; maximè quando fictio tendit ad præiudicium alterius, vt declarat Ioan. And. loquens in huiusmodi consuetudine præferente primogenitũ, in c. sine culpa, de regul. iur. in Mercur. in ea videlicet q. vter præferatur primogenitus legitimatus, an secundogenitus legitimus.

Cõsuetudo contra ius cõmune nõ trahitur ad casum fictũ. Maximè cũ tẽdit ad præiudiciũ alterius.

138 ¶Sed & id quoque præsertim procedit, quando concurreret duplex fictio, vt necessariò fieret, si nepos succederet in iure primogenituræ, excluso patruo maiore ętate. Prima quia nepos fingeretur primogenitus ex persona patris. Altera quòd qui est in vlteriori gradu, fingeretur esse in proximiori. cùm tamé duplex fictio circa vnũ & idé non possit concurrere, vt no. Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & ante eum gl. & alij in l. 1. C. de dotis promis. cum in fi. si.

Duæ fictiones concurrunt.

139 ¶Sed & huic dici potest primùm quod diximus in præcedenti ratione. Deinde & illud quoq; quòd hic non agimus, an sit nepos primogenitus verè & naturaliter, an verò fictè. Sufficit enim quòd habeat priuilegium annexum gradui patris primogeniti, in quo fictè succedit. Sicut videmus quòd ille qui fictè repræsentat personam defuncti, hac sola fictione omnia defuncti iura & priuilegia obtinet. l. nó solùm. ff. de in inte. resti. & l. hæred. §. an ea. ff. fami. hercis. & l. 3. C. de nego. gest.

Responsio

140 ¶Prætereà & illud, quòd nepos æquiparatur patri, ac si ipse pater succederet, si viueret, per tex. in d. §. reliquum, in Auth. de hær. ab inte. veni. At dispositio noua facta in casu vero, extéditur ad casum fictum vero æquiparatũ, per d. l. Gallus. §. & quid si tantùm, & ibi Bald. ff. de libe. & posthu. & d. l. 1. § primo. ff. ad l. Falcid. & c. ad audientiam, & c. cum dilectus, & vtrobique Imol. & Panor. de cleri. non resid. Et id est quod diximus suprà in 1. ratione pro nepote, num. 20. sed & quod, & iterum in 14. ratione, nom. quadragesimoseptimo, mouentur, quòd consuetudo & statutum admittunt interpretationem passiuam.

Ad idem. Noua dispositio facta in casu vero trahitur ad fictum.

141 ¶Quod autem dictum est non posse duas fictiones in vnũ concurrere, non procedit quando vna venit accessoriè & in consequentiam alterius, per l. sub conditione. & ibi Barb. ff. de sol. & l. cùm duæ. ff. de capt. & postli. reuer. & §. si ab hostibus, Instit. quib. mo. ius patri. pot. sol. gl. in l. seruus communis Mœuij, in princ. in verbo, stipulatio. ad fin. ff. de stip. seruo. Bar. in l. si is qui pro emptore, col. pe. vers. circa id verò, & ibi Ias. col. vlt. vbi adducit alios concord. ff. de vsucap. Hic autẽ ita fit ex eo quòd nepos fingitur esse in gradu filij, & sic subrogatur loco illius: sequitur accessorie, q debet fingi primogenitus, vt vtatur illius priuilegio. Vel etiam dici potest, quòd hic est vna tantùm fictio producens diuersos effectus. Nam fingitur nepos esse in gradu filij, & ex hoc sequitur q quanuis non fingatur esse primogenitus, habet tamen priuilegium primogenituræ annexum gradu in quem ficte succedit. Sicut aliàs hæres qui repræsentat personam defuncti, consequitur priuilegia illius, vt nuper diximus.

Duas fictiones concurrere vnam in consequẽtiam alterius.

142 ¶16. Ratio, quę & pręcedentibus congruit, ex text. nota. in l. cùm hic status. §. si sponsus. ff. de dona. inter vir. & vxo. vbi cùm donatio fit sponso, licet conferatur in tépus matrimonij, tamẽ non comprębenditur sub verbis legis ad consequendum priuilegiũ confirmationis ex morte donatoris, quem tex. dicit not. Fran. Are. in l. diuortio, columna vltima. ff. de verbo. obliga. Ex eóque dicit sing. not. quòd vbicunque ad priuilegium quodpiam consequendum requiritur certa qualitas, si ea inest ficte tantùm, & non vere, non comprębenditur sub verbis legis. Nam sponsus qui ita donat, vt donatio effectum habeat post matrimonium, vere quidẽ non est maritus, sed ficte censetur donare tanquam maritus, ex quo confert in tempus quo

Priuilegiũ datum qualitati requirit qualitatem veram, non fictam.

erit ipse

erit ipse maritus. Et ad hoc quoque illum tex. ponderat Socin. Aret. discipulus in l. 1. col. 14. in fin. ff. sol. mat.

Responsio.

143 ¶ Sed quod respondeatur huic rationi vltra ea quæ diximus suprà, videlicet nepotem non fictè, sed verè esse primogenitũ, in prõptu est ex eo ipso text. qui dicit, quòd licèt ea donatio non compræhendatur sub verbis legis, qua cautum est donationem inter virum & vxorem non valere, sed morte tamen confirmari: ad sententiam tamen legis pertinet. Ideóq; & lex in ea donatione locum obtinet, vt ibi scribitur. Igitur licèt hic noster casus non comprahenderetur in verbis cõsuetudinis præferentis primogenitum, quod tamen non concedimus, cõprahenderetur tamen in sentẽtia, quod quidẽ satius est. Nã verba sensui, mẽti, & sentẽtiæ subseruiunt, c. intelligẽtia, & c. propterea, & c. ex his, extrà, de verb. sign. cum si. Ideóque iudicandum de hoc casu, ac si in verbis compræhenderetur, vt etiam dicitur in d. §. si sponsus.

Filius causa proxima nepos remota.

144 ¶ 17. Filius est causa proxima, nepos remota. At de causa proxima intellectum fuisse videtur, non de remota. l. qui liberis. § hæc verba, & l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupil. substi. & l. socium qui in eo. ff. pro soc. & l. huic scripturæ. ff. ad leg. Aqui. & voluit Bal. qui & hoc multis rationibus confirmat in l. ex placito, col. 1. & 2. C. de rer. permut. cũ multis concor. quas dedi, in tractatu cessante causa, cessat effectus, in 20. limitatione.

Nisi prima influat in secundam.

245 ¶ Tamen huic respondere potes, quòd id procedit, nisi prima causa in secundam influat, vt in hoc casu ex iis quæ diximus suprà in 21. ratione pro nepote. Atque etiam cùm causa remota longè distat à prima, secus si non sit admodum remota, sed proximè coniuncta. Tunc enim ea æquè attenditur, vt proxima & immediata. per l. cùm de lanionis. §. asinã. ff. de fun. instr. & l. vxori quis, & ibi Bart. ff. de auro & arg. leg. cũ si. quæ & tu videre poteris in d. tract. cessante causa, loco suprà alleg. hic autem adeo nepos proximè coniunctus est patri, vt idem esse videatur, vt iam suprà diximus. Ideò æquè attenditur ac pater ipse.

Nepos ex filia excludit amitam si mares excludant fœminas.

246 ¶ 18. Si feudum fuerit concessum alicui & ipsius liberis masculis, & eis deficientibus, fœminis. Si vasallus decedit relictis superstitibus vna filia, & nepote ex altera filia, nepos filiam eandémque amitam excludit, quia in eo est qualitas sexus inclusiua: & in filia è contrario exclusiua, licet sit ex patre masculo, per text. in c. 1. tit. qui sibi vel hæred. suis, & ibi latè Doc. & Calderi. tit. de feudis, cons. 13. concessum est feudum. Quod & similiter videtur dicendum in hoc casu, vt videlicet considerata ætate nepons potiùs quàm filij ex quo natus est nepos, ipse excludatur, contrà includatur secundogenitus.

Responsio.

147 ¶ Huic tamen respondebis, quòd ideo ibi ratione fœminini sexus illi successores repellũtur, quia sunt inhabiles, vt dicit ille tex. In casu autem nostro nepos non est simpliciter inhabilis: imò verò ipse per repræsentationem censetur primogenitus, vt suprà diximus. Vel etiam dici potest, quòd ille tex. loquens de sexu & in materia feudali, nõ est trahendus ad alios casus in quibus nepos de iure communi succedit in locum patris, vt etiam patruos excludat, quibus casibus filius ipsius pater excluderet. per §. reliquum, de hære. ab inte. Vel illud denique, quod ideo illud procedit in d. c. 1. quoniam expressè dictum fuerat in concessione feudi, quòd ita demum admitterentur filiæ, si masculi omnes deficerent: & propterea, cùm aliquis masculus superesset, repelluntur fœminæ etiam ex masculis. hic autem nihil omnino tale est.

Nemo plus iuris in alterũ transfert quàm ipse habeat.

148 ¶ 19. Si nepos præfertur patruo, is ex patre plus consequitur, quàm pater ipse primogenitus habebat tempore mortis suæ, contra regulam illam vulgatissimam, nemo plus iuris ad aliũ transferre potest, quàm ipse habeat, vt ad verbum scribitur in l. nemo, & ibi concord. in gl. & Philip. Deci. ff. de reg. iur. & c. Daibertum, 1. q. 7. Quę etiam sententia est Platonis in Symposio. Quod quis non habet, dare non potest.

Hæres plerũque plus habet q̃ defunctus.

149 ¶ Sed hæc ratio in hoc casu non militat, quia videmus quòd etiam de iure communi nepos vna succedit cum patruis in portione, quam filius pater ipsius habiturus fuisset, licet eam nõ haberet, cùm mortuus est, per d. auth. cessante, & auth. post fratres. C. de legi. hær. & alia iura suprà allegata, in 1. & 2. ratione pro nepote, idque etiam vsque ad exclusionem patruorum, per d. §. reliquum. Et aliàs videmus quòd plerunque plus habet hęres, quàm defunctus, per l. 1. C. de dome. & protec. lib. 12. & l. si quis in sacris. C. de proxi. sacro. scrini. eo. lib. 12.

Nepos non rumpit testamentum aui etiã si pater ipsius rupisset

150 ¶ 20. In hanc partem facit tex. in l. si quis filio exhæredato, in prin. ff. de iniust. testa. vbi nepos non rumpit testamentum aui, quo casu filius, idémque pater ipsius nepotis in eo testamento exhæredatus rumperet, si viueret. Ex quo facile omnibus liquet, quòd nepos non repręsentat patrem. Nam si repræsentaret, æquè testamentum rumperet, vt pater ipse exhęredatus.

Responsio. Nisi reperiatur exhæredatus.

151 ¶ Sed hoc non obstat, quia ibi auus, qui filium exhæredauit, & nepotem præteriit, mortuus est superstite filio exhæredato, & nepote pręterito: quem quidem nepotem pręcedebat filius pater ipsius tempore mortis aui. Ideò non poterat rumpere testamentum etiam post mortem filij, cùm casus superueniens nihil officiat testamento iam cõfirmato morte testatoris. Quòd si filius diem obiisset viuo patre, & nepos reperiretur exhæredatus tempore mortis sui, æquè rumperet testamentum, ac filius exhęredatus rupisset, si viueret. per leg. posthumorum. ff. de iniust. testa. & diximus suprà in 13. ratione pro nepote. Et ita ea iura conciliat Bal. in l. si auus, col. 1. in 2. op. C. de libe. præteri.

¶21. Videmus

152 ¶ 21. Videmus etiam in iure patronatus, quòd filius non repræsentat patrē, sed à patruo excluditur, tam in tutela, quàm in successiōne liberti. l. tutela. §. si duo, vers. proinde, & ibi glo. ff. de legi. tuto. & l. à duobus. ff. de oper. liber. & l. si libertus præterito. §. 1. & l. communi, iūcta gl. in verbo, decesserit, in prin. ff. de bon. lib. Et facit etiam ad huius rei confirmationem. l. idē erit. §. vlt. iuncta l. vtrùm portio, vers. quòd si sine liberis. ff. de assig. liber. vbi si libertus assignatus est duobus fratribus, altero mortuo etiam cum liberis, præfertur frater in iure patronatus filiis fratris mortui: quod procedit etiam si id factū esset contra voluntatē fratris defuncti, per l. si ex duobus, eo. tit. Et hæc quidē veluti iure accrescendi, vti dicit glo. in d. l. vtrùm, & Bar. in l. re coniuncti, col. 12. vers. secundò in assignatione libertorū. ff. de l. 3. de quo etiam loquitur Bal. allegans d. l. vtrùm, in auth. si quas ruinas, paulò ante fi. C. de sacr. ecc. quasi scilicet per mortem alterius ex fratribus totū alteri fratri accrescat, nulla liberorū fratris mortui ratione habita. Ergo non absimili ratione idem dicere debemus in iure primogenituræ.

Filius patrē non repræsentat in iure patronatus.

153 ¶ Sed quod huic respondeatur omnibus palàm est. Aliud enim est in successionibus libertorū, aliud in successionibus sanguinis. In illis enim nepos non succedit loco filij, per dd. iura: in his secus, vt patet ex multis iuribus allegatis suprà in prima ratione pro nepote. & aliis etiā multis. Quam differentiam expressim adscripsit gl. in d. §. si duo, & in l. 2. C. si in fraud. pat. Ratio autem differentiæ est, quia ius patronatus non defertur iure hæreditario. l. vt iurisiurandi. §. vlt. ff. de ope. libe. quā rationem adducit Ioan. Fab. in §. cùm filius, Instit. de hære. quę ab inte. defe. Siue etiam propter ampliorem libertatem, ne scilicet libertus plures patronos habeat. Quam etiam rationem adducit idem Faber. in §. vlt. Instit. de succes. liber. & approbat Ias. in l. si auiæ, col. 2. C. de suc. edic.

Responsio. *Rationes differentia inter ius patronatus & alias successiones.*

154 ¶ Siue etiam quia ius patronatus est merè personale, vnde non ita de facili transmittitur, vt nepotes cum patruis in locum defuncti veniāt. quam rationem adfert Christo. Castel. in l. si duo patroni, in prin. ff. de iureiur. & Iason qui & alias quoque rationes adducit, cons. 215. ex Valentia, col. pen. vers. non obstat text. libr. 2. Sed & præterea quantùm ad tutelam pertinet, dici potest, quòd ea quoque iure hæreditario ad alium transire non potest, vt est tex. in l. tute. ff. de tut. sicuti nec alia officia & dignitates. l. nō distinguemus de officio. ff. de arbit. & c. quod sicut, & ibi gl. de elec. & c. vno delegatorum, de offi. deleg.

De eadē re.

155 ¶ Quanquam etiam aliter eas obiectiones diluit Alex. in d. disput. Sigismundus, col. 44. ver. non ob. text. in l. Nempe quòd in dictis legibus ideo illud fuit statutū, quia hæreditas spectare debebat ad compatronos, vt ipse loquitur, non ad libertos, vnde ad illos etiam transibat onus tutelæ. l. quo tutela. ff. de regu. iur. & §. 1. Institu. de legi. patro. tutel. & id per ius accrescendi, quod est potentius successorio edicto. l. meminimus, quæ est vlt. vers. cùm autem tertio in illis verbis, nullúsque alius sit in secundo gradu. & ibi Bal. qui id not. C. de legit. hæredi. Sed in casu nostro nullum potest esse ius accrescendi, quod tum demum tantùm habet locū cùm aliqui sunt coniuncti, & admittuntur vel admitti sperantur ad partes eodem tempore, & per concursum, vt probatur in l. si Titio fructus. §. 1. ff. de vsufruc. & leg. hæc scriptura. ff. de cond. & demonst. & l. r. & ibi doc. C. quan. non pet. par.

De eadē re. *Ius accrescēdi non habet locum, nisi cum plures simul admittuntur eodem tempore.*

156 ¶ Hic autem ambo fratres scilicet primogenitus & secundogenitus non simul admittuntur ad ius primogenituræ, sed vnus post alium insolidum. Ideo tractandum est de successorio edicto, non de iure accrescendi, c. 1. §. cùm verò Corradus, & ibi Bald. tit. qui feud. dar. poss. & c. 1. titu. de grad. succes. in feud. & not. ipse Bald. in cap. 1. col. 1. titu. an agna. vel fili. Sed in successorio edicto prima causa est liberorum & descendentium, l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legi. & no. in l. qui se patris. C. vnde libe. & in §. placebat. Instit. de legi. agna. suc. Vel rectiùs, inquit, tractandum est de ordine succedendi ex legibus duodecim tabularum vel legis feudalis, quibus cauetur filium semper præferri. l. lege. C. de legi. hæred. & §. 1. Institu. de hære. quę ab intest. defer. & cap. 1. de succes. feud. cum si. Præterea ius accrescendi non habet locum cùm quis admittitur ad partem suam de iure speciali. l. mulieri, & ibi not. ff. de conditio. & demōstrat. Bartol. in dicta l. re coniuncti, col. 11. vers. tertiò est considerandum, cum si. Certum est autem id ius primogenituræ esse iuris specialis.

De eadē re. *Ius accrescendi non habet locū in iure speciali.*

157 ¶ 22. Patruus iure communi ad successionem aui patris ipsius vocatur, vt & probatur præter leges nostras ex illa Pauli sententia, Filius, ergo hæres. Nepos verò iure quodam singulari, ob id videlicet quòd patrem repræsentat. per d. §. cùm filius, Institu. de hære. quali. & dif. Firmius autem est ius quod venit iure communi, quàm quod iure singulari. l. eius militis. §. militia. ff. de testa. mili.

Ius firmius quod venit iure communi quā quod iure speciali. *Responsio.*

158 ¶ Verùm dici potest, quod imò etiam nepos iure communi veniat, per d. §. cùm filius, & alia suprà allegata in 1. ratione pro nepote. Præterea cùm consuetudo, statutū, & priuilegium ius faciant, Primū quidem, per c. vlt. de cōsuetudi. Secundū per l. omnes populi. ff. de iusti. & iure & c. omnes, de constitu. Tertium per c. 1. di. 3. Et ex iis, videlicet consuetudine, statuto, vel priuilegio excludatur secundogenitus per primogenitum, nullo respectu potest dici cōcurrere cum eo, vt suprà alibi diximus. Ergo perinde est ipse secundogenitus, ac si nō esset, vt in simili dicit Bart. in l. 1. §. sciendū. ff. de suis & legi. & in l. vlt. ff. ad SC. Tert. Bal. & Ang. in l. Gallus §. & quid

Consuetudo ius facit *Et statutū.* *Et priuilegium.* *Exclusus habetur ac si non esset.*

§.& quid si tantùm.ff.de lib.& posthu.& in l.posthumus.§.si quis ex iis.ff.de inof.testa.& in l.vlt.C.de libe.præteri.Ideóque non poterit secundogenitus tanquam semel exclusus concurrere cum nepote ex primogenito. Et sic frustra consideratur,quòd vnus veniat iure communi,alter speciali.

Appellatio proximioris sequentem non admittit.

159 ¶23.Licèt aliàs nepos repræsentaret filium. Non tamen id procederet cùm fit mentio de proximiore.l.si libertus prætertito.§.si libertus.ff.de bo.liber. Nam nec tunc comprehenditur sequens,licèt is sit qui soleat repræsentare proximiorem,per text.in l.iubemus,in prin.iuncto.§ vlt.C.ad SC.Trebel.vbi Bal.per illum tex.dicit,quod licèt vbi fit mentio de filiis,comprehenduntur nepotes,qui succedunt in locum illorum,per l.liberorum.ff.de verbo.signifi. Tamē vbi fit mentio de filiis & de gradu,non comprehenduntur nepotes.Sed nomen primogeniti gradum denotat,vt proximior.Ideò sub eo non comprehenditur nepos.

Nepotes nō veniūt appellatione filiorum si de gradu fit mentio.

An sit differētia inter appellatione proximioris & primogeniti.

160 ¶Sed tu dic primùm fatendo priorem illius rationis partem,negandò inferiorē. Aliud enim est,cùm dispositio loquitur de proximioribus,vt tunc nepotes non comprehendantur, aliud cùm de primogenitis. Nam primogenitus non dicitur respectu illius cui succeditur,sed aliorum fratrū posteà genitorum. Igitur cùm quis decedit relicto nepote ex primogenito iam mortuo,& secundogenito filio. Certè licèt ipse secundogenitus sit proximior fratri,nō tamē est primogenitus,sed is qui decessit. Quàmprimùm enim is natus est,sibi & posteris ius primogenituræ vendicauit. Nā primogenitura est qualitas instantanea & momentanea, quam continuò quis acquirit,vt natus est,& ita etiam confestim excludit posteà natos quandiu superest,vel aliquis ex eo,cui & hoc ius veluti ex propagatione atque ex traduce ipsius competit. Ideò non mirū,si quocunque posteà tempore tractatur de iure primogenituræ, filius ipsius primogeniti sit tanquam primogenitus præferendus. At verba, proximus, proximior, agnatus,& alia similia habent tractum successiuum per l.si cognatis.ff.de reb.dub. & proptereà ex tempore variantur,non autem momentanea,ar.l.insulam in bienniū, vers.neque enim.ff.de verbo.obliga.

De eadē re.

161 ¶Et ita distinguit inter primogenitum & proximiorem Pau.Cast.d.cons.164.in præsenti causa,col.7.vers.ad secundū respondetur,lib.2.Licèt vtrunque nihil differre, quantùm ad casum nostrum pertinet,consuluerit Soci.cōs.252.visis instrumētis,prope per totum id cons. sed expressiùs col.eiusdem 12.vers.secundò ego respondeo, li.2.& id quidem opinione mea rectiùs.Nam licèt aliàs etiam de iure cōmuni proximiores cæteros repellant, tamen nepos succedit cum patruis in locum patris, vt suprà dictum est.quin excludit patruos, quo casu pater exclusisset,per d.§.reliquum.Et ideò dicit text.in auth.post fratres. C. de leg.hęr. quod post fratres & filios fratrum qui proximior est admittitur. Quibus satis datur intelligi, quod in fratribus & filiis fratrum huiusmodi proximitas gradus non attenditur. At in d.l.iubemus, suprà alleg.ideo non comprehenditur,quòd ita nominatim ea l.declarat & disponit, vt etiā intelligit Bar.in d.l.liberorum, col.2.vers primo casu.ff.de verbo.signi.

Sententia papæ & principis facit ius & habet vim legis.

An autem vbique.

Bonifacius 8.cuiusmodi fuerit.

162 ¶24.Bonifacius Papa,quod iam diximus,in prin.huius q. pro Rege Roberto patruo contra nepotem pronunciauit,de quo plerique omnes allegant cle.pastoralis, de re iudi. Sententia autem Papæ & principis facit ius & tenet vim legis inter omnes.l.vlt.& ibi Doc.C.de legi.& l.1.ff.de constitu.prin.& c.in causis,& ibi omnes Doc.de re iudi.& And.Iser.in c.1.§.prętereà ante medium,tit.de cap.Cor.Ange.in l.1.col.2.vers.in gl.quæ incipit,imò,& ibi Alex.col.pe. vers.in glos.in verbo derogare.ff.de seri.& Doc.vbique.Nec ad rem facit,si quis dicat quod non obstat sententia aut constitutio papæ in terris imperij quibus legem imponere non potest in temporalibus,per no.in c.per venerabilem,qui filij sunt legitimi. Nā id hauddubiè verū est, cùm de iure ciuili casus minime dubius est. Quòd si nō cert' est,vt profectò hic noster casus est,in quo omnes & cum aliis & secum quoque nonnūquam pugnāt, certe standum est dispositioni Papæ,etiā in terris imperij,per no.in c.1.de no.ope.nūci. Et id quidē maxime debet procedere in ipsius Bonifacij sententia,vt pote quo nemo sedit in cathedra piscatoris ingenio excellentior,vt scribit Archi.in proœm.libri sexti. Quin de eo huiusmodi perhibet testimonium Bal.de hac nostra quæstione loquens,in d.l.cùm antiquioribus.C. de iure delib. quòd in aurea quam appellat,ipsius compilatione libri Sexti nullus error reperitur.

De eodem Bonifacio.

163 ¶Atqui est & aliquid, quod huic responderi potest, præter ea quæ ex aliis diximus suprà in princ.huius q.nu.2.§.quid quòd rex. Et quæ item possemus dicere de probitate & moribus ipsius Bonifacij,ex ipsomet Bal.in c.1.tit. de nat. feud. vt interim cæteros taceam. Ex quibus multò credibilius est Bonifacium,quod Bal.ipse dicit,fuisse in hac re partialem,quē vocant. Nam & illud quoque dici potest,non apparere ex d.cle.pastoralis, Bonifacium ita pronunciasse,nisi idipsum ex ea ob id expromas,quòd Robertū Regem Siciliæ illic vocitet. Sed hoc certe sententiam,iudicium,probationem non inducit, per cle.vlt.de senten.exc.

Concessionis regni verba inspicienda.

164 ¶Et si aliàs constaret id ab eo fuisse nuncupatim factum,potuit moueri ex quibusdam cōuentionibus in cōcessione ipsius regni appositis. Multùm enim refert,quò ad hoc dubiū, de quo nunc disserimus,quibus verbis vtatur statutum, aut priuilegium hoc ius deferens primogenito,cùm talia esse possint quę si non expresse, tacite tamen præferant patruum nepoti, vt

licet

licet colligere ex no. in eam rem expresśim per Bald. post Nicol. Mar. in l. liberti libertæ'que. C. de ope. liber. & in d. l. cùm antiquioribus, in fi. istius quæsti. C. de iure delib. & consi. 389. consuetudo est, col. vl. versi. tenor disputationis, lib. 2. & in l. ex hoc iure, col. 2. versi. sextò quæritur. ff. de insti. & iur. Pan. cons. 85. duo vt morem, lib. 1. Alex. con. 123. discussis hæsitationib. li. 1. & con. 4. ponderatis verbis. lib. 4. vbi dicit referre an constitutio loquatur de maiore, an primogenito, de quo tamen alibi diximus. & latè Barb. cons. 10. sapienter scribitur. post prin. lib. 2. & etiam apparet ex his quæ tradit Ro. cons. 30. in causa Hispalensis, & quæ diximus in præcedenti ratione.

An referat cõcessio loquatur de primogenito, an de maiore.

165 ¶ Præterea Papæ siue Imperatoris aut alterius principis sententia contra ius commune non facit ius generale, secundùm Bal. inter cons. Ang. cons. 106. sanctissima & illustrissima regina. Quinetiam vt pronunciatio principis habeat vim legis, debet fieri cum causæ expressione, Imo. in c. 1. in prin. extra vt eccl. bene. Et hæc duo dicta nuncupatim sequitur Card. Alex. in c. 1. §. & quia vidimus, col. pen. vers. præterea ad hoc, tit. qui feud. dar. pos. quamuis non reperi illud posterius dictum Imo. in meo codice. Verū vt causæ cognitio in id requiritur, nuncupatim voluit Panor. in d. c. in causis, col. 2. ver. & circa hanc, de re iudi. arg. à contrario sensu illius tex. & d. l. vlt. C. de leg. Et Alex. in l. apud Iulianum. §. vtiū. col. 2. vers. quartò nota. ff. ad S C. Treb.

Papæ & imperatoris sententia contra ius cõmune nõ facit ius generale.

166 ¶ Cæterùm non potest videri hic casus esse dubius de Iure Ciuili, cùm præter plurimos tex. qui in locum & gradum patris nepotem substituunt, vt patet in prima ratione pro nepote, tex. habeamus apertum, qui ita illum loco patris substituit, vt excludat patruos, si pater exclusisset, in d. §. reliquum, in 2. ratione adductum, & alios in d. quoquæ ratione adductos. Nec me præterea latet Bella. Mer. affatim aliis multis rationibus ostendisse in deci. 724. quæ incipit, etiam de extra. ipsius Bonifacij in hac re declarationem non posse habere vim legis, vt ibi videre licet. Vereor enim ne si omnia huc adferam, fastidium studiosis pariam.

An hic casus sit dubius de iure ciuili.

167 ¶ Sed & aliud est quod satis ostendit quæstionem illam à Bonifacio Papa decisam nihil ad hunc locum pertinere, in quo tractamus de successione aui inter nepotem ex filio primogenito, & alterum filium secundogenitum. In illa autem quæstione non tractabatur de successione aui, imò nec patrui quidem, sed alterius remotioris, in qua nunquam filius assumit locum patris, vt est tex. in auth. post fratres. C. de legi. hęre. vbi Bar. ipse id optimè expendit, dicitque ob id meritò regnum Roberto vt pote proximiori fuisse adiudicatum. de quo & nos latiùs dicemus in seq. quæsti. nu. 4. illud autem fateor.

Casus à Bonifacio decisus nihil pertinet ad nostrũ casum.

168 ¶ 25. Consuetudo præferens primogenitum est odiosa, & contra ius commune, quòd æquales omnino facit liberos nulla ætatis & sexus differentia, vt abundantissimè dictum & ostensum est suprà in 4. quæ. Ergo restringenda est vt non extendatur ad nepotem, cuius nullam facit mentionem. per c. odia, de reg. iur. lib. 6.

Consuetudo præferẽs primogenitum an sit odiosa.

169 ¶ Sed respon[...]ri potest negando simpliciter huiusmodi consuetudinem esse odiosam, cùm ea magis sit fauorabilis, vt diximus etiam in d. 4. quęst. Et si odiosa esset, nihil tamen obest, quin nepotem comprehendat non tam vi extensionis, quàm interpretationis cuiusdam declaratiuæ, quę procedit in quibus suis dispositionibus, quantumcunque odiosis, l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de muner. & hono. & l. quicquid. ff. de verbo. oblig. Aut etiam, vt aliter id fore pronunciemus, vi interpretationis passiuæ, quæ obtinet in quibuscunque dispositionibus etiam correctoriis & pœnalibus, vt diximus suprà in 14. ratione pro nepote, num. huius quæstionis 47. mouentur.

Interpretatio declaratiua habet locum in dispositioni bus etiam odiosis.

170 ¶ 26. Cessante caussa cessat effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & c. cùm cessante, de appel. & propterea cessante causa priuilegij, cessat priuilegium. l. ex facto, in prin. & ibi Bar. & Bal. ff. de vulga. & pupil. cum infinitis propè si. quæ ubi congessi in tractatu, cui hunc titulum nuncupaui, cessante causa cessat effectus. Quibus adde, ad huius rationis corroborationem, quòd priuilegium concessum respectu certę qualitatis ei, cessat cessante ea qualitate. l. vlt. vbi hoc no. Franc. Are. in 5. not. C. de inof. test. & l. Titius. ff. de test. mili. & l. cui cõrum. §. affinitas. ff. de postul. At in nepote cessat primogenitura, quę causa est huiusmodi iuris & priuilegij, de quo contendimus. Ergo cessat priuilegium, quod primogenitura tribuit.

Cessante causa cessat effectus. Priuilegiũ cessat cessante causa illius.

171 ¶ Sed & dici p[...]st, primò limitando priorem partem, vt videlicet procedat, nisi remaneant quędam reliqu[...] causę. Nam tunc licèt cesset causa, non tamen cessat effectus, propter reliquias illius, per tex. in l. 2. & 3. ff. rerum amo. & voluerunt Dy. & Io. And. in c. decet. de regu. iur. lib. 6. cum multis similibus à me adductis suprà loco nuper alleg. in 14. limitatione. Hîc autem supersunt reliquię ipsius primogeniturę, vt suprà diximus in 31. ratione pro nepote. Ideo & hac ratione consuluit Spec. consi. 84. incip. accuratissime, lib. 3. transferri priuilegium patris in filios in casu de quo loquimur, cum causa finalis ipsius priuilegij non extinguatur omnino morte patris, sed supersunt reliquię, videlicet liberi. Deinde etiam negando posteriorem partem. Nem[...] cùm nepo[...] primogenitus, vt pater ipsius, vt suprà in multis locis ostendimus præsertim in 4. ratione pro nepote, tum in prin. eius rationis, tum n. 34. proinde, atque etiam in 9. ratione pro ipso nepote.

Nisi supersint quadã reliquiæ ipsius vel qualitatis.

172 ¶ 27. Potentius est ius quod quis habet iure proprio, quàm quod habet iure alieno. l. si filius. §. 1. ff. de fideic. libert. & l. pater. §. 15. ff. de leg. 3. & l. assump. §. filius. ff. ad munic. & l. sacrosanctæ C. de sacr. eccle. & meliùs in l. si quid in bello, & ibi glos. & Bart. ff. de capti. & postli. reuer. & in l. more, ibi, suo iure non alieno beneficio, & ibi etiam Bald. & recentiores. ff. de iurisdi. om. iud. Bald. cons. 485. statuto ciuitatis, col. 1. li. 1. Ang. cons. 100. sanctissima, col. 2. Phil. Dec. in l. 2. col. 2. ff. de reg. iu. cū aliis si. Sed patruus maior est ætate, & ideo primogenitus iure quidem proprio: nepos autem iure alieno, scilicet patris iam mortui. Ergo præferendus est patruus.

Potentius ius quod quis habet iure proprio quàm quod alieno.

173 ¶ Cui respondemus, vtrunque falsum esse, quòd & patruus sit primogenitus iure proprio, & nepos iure alieno. Primùm enim patruus non potest dici primogenitus, quãdiu superest primogenitus, aut aliquis ex eo qui eius locum tenet, vt suprà multis ostendimus in responsione 22. rationis, & alibi sæpe. Secundum quoque falsum est, vt pote cùm nepos sese possit dicere primogenitum, vt pater, non quidem ex persona patris, sed ex propria ipsius, vt etiam constat ex iis quæ diximus in responsione 4. rationis, & alibi quoque sæpe. Et si teneamus eam partem cui magis placet, vt nepos succedat ex transmissione & persona patris. Tamen hic nihil oberit, quia non refert siue ex sua, siue aliena sit primogenitus, cùm nemo sit alius qui se primogenitum nec iure proprio, nec alieno possit dicere.

An secundogenitus habeat id ius proprio iure. Et an nepos iure alieno.

174 ¶ 28. Quod in alterius locum statuitur, non idem est cum eo. l. 1. & ibi latè Lucas Pen. C. de Castrensi. lib. 12. Et ideò qui iuris fictione in locum eius quem natura priùs genuit, constituitur, non habet eundem effectū. l. si ita quis. §. 1. ff. de leg. 2. & l. fideicommissum. ff. de cond. & demon. & l. ex ea. §. in insulam. ff. de verb. oblig. & l. vlt. C. de his qui veni. æta. impe. Proinde licet nepos cōsequatur locum patris, non tamen habet realem atque integrā formā ipsius. Ergo nec ipsius priuilegium, & effectū. l. si is qui quadraginta. §. sed & si opus. ff. ad le. Falci.

Quod in alterius locum ponitur non est idem cū eo.

175 ¶ Responde primùm illud non procedere in patre & filio, qui locum patris tenet. Censetur enim esse vna & eadem persona, non tam fictione quàm natura, vt diximus suprà in 4. ratione pro nepote, non semel, & iterum in responsione 14. rationis pro patruo, & aliis locis ibi citatis. Deinde non semper verum esse, non habere eundem effectum quod in locum alterius substituitur, conuincitur ex eo quod no. in l. portiones. ff. de his qui. vt indig. vbi à pari procedunt dominus, & qui loco domini est, & l. interdū. §. qui tutelā. ff. de furt. & l. sciendū. §. pen. ff. de ædi. edic. vbi similiter idem iuris est in domino, & in eo qui loco est domini, & in l. rei iudicatæ. §. vlt. cum l. seq. ff. solu. matrim. vbi socero idem honor debetur, qui & patri, quia & ipse patris locum obtinet, & aliis infinitis. & id maximè procedit in filio in locū patris substituto, qui & idem priuilegium nācisciтur, per l. vnicuique, & l. in sacris. la 3. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. Ideóque & eandem portionem in successione auto btinet, quam pater obtinuisset: partem quidem, si partem. totam, si totam pater excessisset, vt suprà satis diximus.

An semper illud verum sit.

176 ¶ 29. Qualitas verbo cuipiam aut participio iuncta interpretationem ab eo tempore mutuatur, quod inest verbo participióve, cui adiecta est l. Titius, & ibi Bart. & Bal. ff. milit. testa. & l. in delictis. §. si extraneus, & ibi Dy. Iac. Bu. Bar. & Bal. ff. de noxali. acti. & l. quod ait. §. Iulianus. vbi etiam Bar. eo. tit. & l. 2. ff. de aur. & argen. lega. & declarat Bar. in l. ex facto, in prin. ff. de vulg. & pupil. ad prin. & in l. præcipimus. §. sanè. C. de Appel. & per Ioan. And. in c. statutum, in prin. de rescrip. li. 6. & Bal. in l. humanitatis, col. 5. C. de imp. & ali. subst. & in l. si quis hæredē. C. de instit. & substi. cū aliis cócord. late collectis à Lud. Bolog. cōs. 40. reuerēdus dominus, col. 10. vers. præterea dato. Vnde cū statutū dicat aut cōsuetudo, quod primogenitus post mortem succedat, debet intelligi de illo qui tempore mortis, quo debet succedere, reperitur primogenitus. Nec enim attenditur quis fuerit tempore præcedenti. l. 2. §. vlt. ff. de suis & leg.

Qualitas adiuncta verbo mutuatur tempus ab illo.

177 ¶ Confirmatur, quia nomina aut participia denotantia præsens aut præteritum tempus, relata tamen ad verbum, effectum suum producens in futurum tempus, intelliguntur secundùm illud tempus futurum. l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. prædi. & l. si ita fuerit. ff. de leg. 3. & c. sicut, & ibi Ioan. And. in nouella, de verb. signifi. lib. 6. Igitur licet primogenitus ex se denotat tempus præteritum, tamen quia refertur ad verbum, succedit, quod suum effectum porrigit in futurum tempus mortis, debet intelligi secundùm illud tempus.

Nomina & participia cuiuscū que tēporis intelliguntur secundū tēpus verbi alterius tēporis.

178 ¶ Et vt generaliùs loquamur, quæcunque dispositio, cuius effectus & executio differtur in tempus, consideratur secundū illud tēpus. l. quod sponsæ, & ibi Bar. qui hoc d it nunquā fallere. C. de dona. ante nupt. & l. eū qui. ff. de iurisd. omn. iud. & l. si res, & ibi Bal. . de iure dot. & l. si spōsus. §. si vxor, & ibi Bart. & iterū l. cū hic status. §. si spōsus. ff. de don. inter virū & vxo. cū multis concordantiis, quas adduxi in tract. Consti. in 2. limitatione. At euentus dispositionis, qua defertur successio primogenito, excurrit in tēpus mortis, quo ipsa successio obtingit. Et eo quidem tēpore primogenitus qui fuit, nō ampliùs est, nec potest capere, quia mortuus est. Sequens autem & ætate & gradu proximior, & propterea etiam primogenitus, tūc reperitur.

Qualibet dispositio refertur ad tēpus in quod differtur illius executio.

179 ¶ Sed huic rationi breuis fit respōsio. Nepotem videlicet tempore mortis aut reperiri primogenitum, vt iam sæpius dictum est, propterea nihil ob e eam rationem. Item verbum, succedit, est verbum iuris, & secundùm ius interpretari debet. Sed de iure filius in successione repræsentat personam patris, & cum aliis succedēdo, si pater cū aliis successisset: & alios excludendo,

Responsio.

dendo, si pater exclusisset, vt ex supradictis apparet. Ergo & ita quoque hîc intelligi deber.

180 ¶ 30. Si pater filio substituit, filius autem viuo patre moritur apud hostes: substituti vi substitutionis non succedunt, vt pote mortuo ante patrem filio, cui substituti fuerant. l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pup. Ideóq; similiter in hoc casu nepos, qui post filium legum destinatione erat hæreditatem habiturus, & ita quodãmodo substitutus erat filio, non eam potest percipere, filio ipso ante patrem eundémque auum mortuo.

Substitutio euanescit mortuo ante testatorẽ instituto.

181 ¶ Verùm ad hanc rationem potes dicere, quòd ibi substituti non admittuntur, non tam ob id quia mortuus est filius ante patrem, quàm quòd in hostium potestate decessit, propter eáque nulla bona in ciuitate reliquit, & ita heredes nullos habuit, vt dicit etiam ille text. Nam eo iure filiusfa. non habebat hæredem ab intestato, sed quicquid eius erat, quasi peculiũ patri deferebatur. l. 2. ff. de Castren. pecu. Præterea cum text. habeamus expressim disponentes, vt filius succedat in locum & gradum patris mortui ante auum, non est quòd laboremus huiusmodi argumentis à simili sumptis illos infringere, corrigere, conuellere, labefactare, per not. in l. conuenticulam. C. de epis. & cleri. cum si. Nam si illa ratio aliquid momenti haberet, nunquam filius in locum & gradum patris antè mortui succederet.

Quomodo illud procedit.

182 ¶ 31. Non priuilegiatus hîc succedit non priuilegiato, quia non erat priuilegium consummatum, vnde casus superueniens impedit originem priuilegij. propterea etiam cessat ipsum priuilegium. l. pluribus. §. & si placet, & l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obl. & l. ea quæ. C. de tempo. in integ. restit.

Casus superueniens impedit originem priuilegij.

183 ¶ Sed dic quòd vterque hîc erat priuilegiatus. Primùm pater cùm viueret, vt cui spes erat firma, & quę tolli non poterat, percipiendi iuris primogenituræ, & alios excludendi. Deinde & nepos post mortem illius, qui in ipsius locum successit ad integram hæreditatẽ, si integram pater erat habiturus, per d. §. reliquum, iam suprà sæpius alleg. Qui quidem ita est in ea re apertus, vt nulli cauillo subiaceat, nulláque ratione aut argumento subuerti possit.

Responsio.

184 ¶ 32. Iure veteri non solùm frater, sed etiam soror quæ erat secundi gradus præferebatur filio fratris, qui erat in tertio gradu, ex computatione iuris Ciuilis. l. consanguinitatis. C. de legi. hære. Hoc autem iure Authenticorum correctum est & statutum, vt nepotes succedant cum patruis, per authen. cessante, & authen. post fratres, eo. tit. cum si. suprà alleg. Licet igitur illud ius sit correctum, ratio tamen illius durat. l. eas obligationes. ff. de capi. dimi. & c. nouit, vers. nec illud, de iudi. Ideò ex ratione legis correctę argumentum sumi potest, vt censet glo. in l. j. in prin. ad fi. glo. j. ff. de coniun. cum eman. libe. Cùm igitur duret ratio illa proximioris gradus in materia, in qua non est correcta. Et hîc quæratur de re, in qua nõ potest esse locus pluribus: debet præferri patruus nepoti, maximè cùm ex hoc res reducatur ad antiquum ius, ar. eorum quæ suprà diximus in 24. quæst. nu. 5. & id præsertim, cum multis seq.

Ratio iuris correcti durat.

Et ex ea sumitur argumentum.

185 ¶ Sed tu dic istam rationem non concludere, quia & nos similiter videmus, quòd ante iura Authenticorum nullum erat discrimen in successione fratrum, an essent vtrinque coniuncti superstites defuncto, an ex altero tantùm latere, sed hanc primùm differentiam, vt præferretur vtrinque coniunctus coniunctis ex altero latere tantum, introduxit ius Authenticorum, per d. auth. cessante, & in corpore vnde assumitur, videlicet in d. §. reliquum, in auth. de hær. ab intest. veni. Tamen in illo ipso §. huiusmodi consequentia assumitur, quòd cùm nepos in successionibus obtineat locum patris, vt succedat cum patruis: etiam in illo casu ita obtineat, vt nepos ex vtrinque coniuncto excludat patruos ex vno tantùm latere cõiunctos. Et propterea apparet valere eam consequentiam in materia correctoria, & noui iuris introductiua, vt etiam diximus suprà, in 3. ratione pro nepote, nu. huius quæst. 26. colligitur inquam.

Responsio.

186 ¶ 33. Si primogenitus renuntiat iuri primogenituræ, ad secundogenitum peruenit. l. j. § assignare. ff. de assignan. liber. & c. j. tit. an filij & agna. & diximus latè supra quæst. 3. Ergo idem illo sublato de medio per mortem naturalem. Nam si hoc facit mors ciuilis, debet & naturalis facere, per no. in l. ex ea parte. §. j. ff. de verb. obl. & in c. susceptum, de rescript. lib. 6.

Renuntiatio primogeniti facit locum secundogenito.

Ergo & mors.

187 ¶ Sed quod huic respondeatur facilè est. nam non simpliciter verum est, quòd primogenitus renuntians iuri primogenituræ faciat locum secundogenito. Sed tum demum id procedit, si nullos relinquat liberos. Neque enim potest in illorum præiudicium huic iuri renuntiare, vt voluit Bald. cons. 389. incip. consuetudo, col. 3. vers. 16. lib. 2. & Card. Alex. in c. j. col. vlt. tit. de feud. March. & diximus suprà in 21. quæst. prin. & iterum in 26. quæst. nu. 5. sed & illud, & in 29. ratione pro nepote.

Responsio.

188 ¶ 34. Cùm plures vocãtur sub nomine familiæ, generis, liberorũ, agnatorũ, cõsanguineorũ, & aliorũ id genus vniuersaliũ, vel indefinitorũ, nõ omnes simul eiusdẽ familię aut generis, siue omnes liberi, agnati, & cõsanguinei admittũtur, sed tantũ primo loco proximiores, & deinceps cæteri ordine successiuo. l. cũ ita. §. in fideicõmiss. ff. de leg. 2. vbi ex hoc no. Bal. & Raph. Co. quòd eo casu non admittuntur filij fratris cũ patruis, quia vbi cõsideratur sola prioritas gradus, frater excludit filium fratris, per l. 3. §. si duo. ff. de leg. tut. Id quod Bal. ipse dicit esse menti tenendum, & ad idem est tex. in l. pero. §. fratre, & in l. omnia. §. vlt. ff. eod. titu. de leg. 3. cum multis concor. à me collectis in tract. Retractuum, tit. j. §. 11. glo. 4. num. 2. & quia etiam.

Vocati sub nomine vniuersali vel indefinito veniunt ordine successiuo.

Si res relicta sit alicui pro se & suis filiis & nepotib. solus filius primo loco succedit.

189 ¶ Et idò si emphyteusis data sit. aut res quæpiam legata alicui pro se & suis filiis & nepotibus, aut pro se & liberis si is cui emphyteusis data est, aut res legata, relinquat filium & nepotes ex altero filio, solus filius succedit exclusis nepotibus, vt voluerũt ipsi Bal. Flor. & Raph. Co. qui dicit sing. in d. §. in fideicommisso. & Ang. in l. Gallus. § quidam rectè, col. 2. in 2. conclu. in fin. iterúmque in 3. ff. de lib. & posth. Raph. Co. con. 106. mulier instituit maritũ. col. 2. vers. accedat ad hanc partem, Benedi. Capta cons. 5. punctus, quædam domina, ante fi. Ange. Are. in §. cùm filius, col. j. vers. deinde ista regula, Insti. de hære. quæ ab intest. defe. Alex. cons. 204. consideratis verbis, col. 2. vers. confirmantur prædicta, lib. 2. & con. 4. ponderatis verbis testamenti. col. 3. vers. fortificantur, lib. 4. & cons. 129. perspectis his, col. 2. vers. istis sic præsuppositis, li. 5. Corne. cons. 182. videtur, col. 4. vers. concurrentibus aliis, lib. 2. vbi tamen dubitat, propter autoritatem glo. de qua statim dicemus. & con. 131. videtur, col. 2. vers. item dato, lib. 3. Ias. & Phil. Dec. in l. si autæ, ille col. 2. vers. item adde, hic col. etiam 2. vers. ex prædictis. & ibi quoque Anto. Rube. C. de succes. edic. vbi Dec. negat eam glos. de qua statim loquemur, id velle ad quod allegatur idem Ias. in l. qui liberis. §. hæc verba, col. j. versi. tertiò adde. ff. de vulg. & pup. vbi tamen subdubitat: & in l. pater impuberis, in fi. eo. ti. & cons. 4. Nicolaus, col. 2. versi. secundò ad idem, lib. j. Phil. Dec. qui propè vbique dicit id quod iam diximus de d. gl. in l. j col. 6. in 14. no. C. de secun. nupt. & cons. 1. memini, col. 2. vers. tertiò non ob. & con. 79. cuius superscriptio incipit, in fideicõmisso, in prin. & cons. 217. in casu proposito, per totum. & con. 408. in præsenti, col. 2. vers. 3. conclusio, vbi ita dicit fuisse iudicatum in tota curiæ Romanæ, & cons. 412. viso eleganti, col. 2. vers. tertiò respondetur, & seq. vbi & illud idem dicit. & consi. 478. in causa domini, col. vlt. & cons. 480. in casu qui contingit, col. 3. ver. sed ad ista. Fran. Cur. Iunior in trac. feud. in 2. parte, col. pen. vers. secundò moueor, & cons. 22. præsupponitur, col. 4. vers. ex præmissis. Anto. Rub. cons. 36. col. vlt. & con. 37. circa primum, per totum, qui videtur esse Ias. & cons. 38. memini, etiam per totum, & cons. 40. circa dubium, col. 2. vers. sed præmissis, & cons. 85. circa dubium, in fin. & Car. Rui. inter con. illius con. 40. cui est simile initium, etiam in fi. & Ludo. Gozad. cons. 29. videtur prima facie, col. 4. ver. corroboro quia licet.

An id procedat, cum res defertur ex dispositione legis vel statuti.

190 ¶ Quam rationem ita subuertes. vt primùm dicas illã procedere in successione ex testamento vel ex contractu, & sic ex prouisione siue dispositione hominis, sicuti etiam dicta iura & similia, & potissima pars Doct. quos citauimus, loquuntur. Tunc enim consideratur affectio, quæ videtur esse maior circa proximiorem, vt dictis iuribus probatur, & in l. hæredes mei. §. vlt. ff. ad S C. Treb. Secus autem in successione ab intestato, quæ scilicet defertur ex dispositione legis vel statuti, quia tunc nepos obtinet locum patris cum patruis, per d. authent. cessante, cum si. Et ita etiam distinguunt Bal. & Raph. in d. l. cùm ita legatur. §. in fideicommisso, & late Alex. d. con. 139. lib. 5. Phil. Dec. d. cons. j. & penè maior pars eorum quos suprà citauimus.

Sed & an etiã ex dispositione hominis.

191 ¶ Sed & illud potes dicere, quòd siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex lege vel statuto, siue ex dispositione hominis res deferatur familiæ, aut aliter sub nomine vniuersali aut indefinito, semper debet intelligi, vt proximiores tantùm admittuntur, sed ita vt nepos cum patruis succedat: nisi expresse testator aut contrahentes aliter disposuerint. iuxta text. in d. auth. cessante. Et ita expressè voluit gl. vt ab omnibus (præter Decium, quod diximus) intelligitur in d. §. in fideicommisso, quam expressè sequuntur Imo. Pau. Ca. Ang. Perigl. & Iac. Pute. qui eam æquiorem esse dicit, & ibi etiam tacite Bat. Ang. & reliqui qui eam non impugnant, ob quod eam approbare videntur, vt probatur in l. item quod Sabinus, in fi. ff. de hær. insti. & diximus latiùs in tracta. Retractuum tit. j. §. 35. in glo. 4. in verbo, ignorãs, nu. 45. nam minores. nam vt hoc addam, aliter lectores dissimulando deciperent.

De eadẽ re.

192 ¶ Sed & eam expressè sequuntur Fran. Are. cons. 162. diligenter, col. vlt. vers. venio igitur ad quartum. Alex. sibi contrarius cons. 88. quòd concurrere debeãt. col. j. li. j. quod reperitur sub alio initio, cons. 137. præclare, eo. lib. j. & cons. 26. videatur fortasse, col. pen. vers. præterea glo. lib. 3. & cons. 124. viso processu, col. j in fi. lib. 7. Corn. in l. vlt. col. vlt. vers. posset etiam hic. C. de ver. sig. vbi dicit, id seruandum esse in practica: & cons. 97. primò consultus, col. 6. vers. consultum verò, lib. j. & cons. 37. in hac consultatione, in litera h, in fi. & seq. eo. lib. j. & con. 97. primò cõsultus, col. 6. vers. consultatio verò, eo. lib. j. & cons. 21. in hac consultatione. col. 5. vers. & dicitur consuluisse, & cons. 24. ad euidentiam, col. vlt. eo. lib. 2 vbi dicit ita vidisse & consultum ab aliis egregiis, & insignibus Doc. & cons. 115. in hac consultatione, col. vlt. ver. confirmatur, eo. lib. 2. & cons. 131. præmittendum est, per totum, eo. lib. 2. in quibus etiam id dicit fuisse consultum à Benedic. Cap. excellentissimo & famosissimo Doc. & consi. 95. diu post tedirũ, col. 2. ver. & insuper videtur, iuncto eo quod dicit ante fi. lib. 3. & con. 222. quanquam in hac, col. vlt. eo. lib. 3. & cons. 159. in hac præsenti, col. 3. vers. vltimò hæc pars, lib. 4. & con. 254. principalis, in litera F, eo. lib. 4. Soci. in l. si cognatis, col. vlt. ff. de reb. dub. & cons. 252. visis instrumentis, col. 13. vers. ad secundam rationem, libr. 2. & consi. 51. visa facti enarratione, col. 4. versi. his tamen non obstan. lib. 4. Ias. sibi contrarius cons. 215. ex Valentia, col. 5. vers. sed præmissis, lib. 2. vbi id multis probat. & consi. 159. in præsenti, col. 3. versi. tertiò pro ista parte, libr. 4. Carol. Rui. consi. 13. præsupponitur, col. vlt. lib. j. Philip. Dec. sibi item contrarius, cons. 87. pro resolutione,

luſione,in fin.& conſi.427.in ciuitate Rauennæ, poſt princ.& iterum col.2. verſ.ſed ad hæc. Ludo.Gozad.ſibi etiam contrarius conſ.4.prout potui,col.penul.verſ.non obſtat,dum dicit, iunctis his quæ dixerat col.3.ver.ſeptimò ſi volumus,& conſ.19.dubitatur,col.2.ver. ſeptimò adduco.& Anto.Rubeus ſibi quoque contrarius,conſ.82.viſo eleganti conſilio,per totum.

193 ¶ Et idem,nulla illius glo.mentione facta,voluit Bal.ſibi contrarius,conſ.488.caſus talis eſt. quidam Titius,lib.3.& Imo.in d.l.Gallus.§.quidam rectè,in fi.ff.de libe & poſth.& Pau.C. in d.l.vlt.C.de verb.ſig.Quibus ego facilè accedo. nam diſpoſitio teſtatoris & contrahẽtium in dubio debet intelligi,ſecundùm ius commune,aut ſtatutum,ſi quod ſit. d.l. hæredes mei. §.ita,& ibi Dy.Bar.Ang.Imo.Raph.Co.Pau.Ca.in lec.Padu.Ro. Alex. & alij recentiores. ff. ad Trebell.cum aliis multis concord.à me collectis in repe.l.ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos,nu.84.ſed illud.

De eadẽ re.

194 ¶ 35. Caſus omiſſus ſiue à lege,ſiue à canone,ſiue à ſtatuto vel conſuetudine, ſiue à teſtatore, ſiue à contrahentibus,ſiue à principe,ſiue à iudice,aut alio ſuperiore aliquid decernente, ſiue ab arbitro vel arbitratore, ſiue ab impetrante,ſiue ab appellante,ſiue à dante procuratorem, ſiue ab actore, pro omiſſo habetur. Vt de lege probatur,in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.matr. cum infinitis ſimi. De canone,cap.2.de tranſl.præla.&c. dilectus,de temp. ordi. & c.is qui primò, de ſen.excom.lib.6.& cle.ne Romani.& cle.conſtitutionem,de elec. De ſtatuto & conſuetudine,cap.pen.de iureiur.& c.in noſtra,de iniu.Bald.in l.ſi plures,col.8. verſ.iuxta prædicta C. de condi.inſer.& conſi.452.ſtatuto ciuitatis,in prin.lib.1.Alex.qui affert concor.conſ.13. circa primum,col.5.verſ.bene facit,lib.3.& Philip. Deci.conſ.188.in caſu propoſito.verſ.ſed breuiter. De teſtatore probat tex.in l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſthu. & l.ex his.ff. de excuſ.tut. Bal.in l.cùm proponebatur,in ſecunda oppo.ff.de leg.2. De contrahentibus,l.inter ſocerum, & l.Bebius.ff.de pact.dota.& l.ſi eùm dotem,in princ.& ibi Doct.ff.ſol.matrim.& l. ſi extraneus.ff.de condic.ob cauſ. & l.quicquid aſtringendæ. ff. de verborum obligationib. & l. vlt. C.de pactis conuen. Bald.in l.2.per illum text. C. de nauti.fœno. De principe Bald. loquens in diſpenſatione,conſ.490.ponitur quòd quidam,circa medium, lib.1.per text. in c.1. de fili. presbyte.lib.6. De iudice,l.ſolemus.§.vlt.ff.de iudi.& l. ſi de proprietate. C. ſi à non compet. iudic. & capi.ſuſceptum,de reſcript.libr.6.Bald.conſil.60.ſicut proponitur libr.3. De arbitro ſiue arbitratore, Bald.conſi.142.quidam dominus Paſinus,col.2. ſubſequenter præmittendum,lib.2. De impetrante,d.c.ſuſceptum,& c.cùm in illis,& c.cui,de non ſacerdotali, de præben.lib.6. De appellante.l.præcipimus.C.de appell. & cle. appellanti, eod. tit. De dante procuratorem,l.maritus.C.de procurat.& c.cùm olim.de offic. deleg. De actore,Bald.conſ. 335.ſtatuto,in fin.lib.3.

Caſus omiſſus à lege pro omiſſo habetur.

Et à canone.

Et à ſtatuto & cõſuetudine.

A teſtatore.

A contrahentibus.

A principe.

A iudice.

Ab impetrante.

Ab appellante.

195 ¶ Ex quibus multa congeſſit Ioan.Andr.in d.c.ſuſceptum, & Bald.in l.ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtitut.& Lucas Pen.in l.vlt.col.2.C.de priuileg.ſcho.lib.12.Petr.Anc.conſi. 37. contra Ioannem,col.2.verſi. item caſus,& iterum conſi.356.ex ſerie,col.2. verſi.ſecundò hoc probat. Barb.conſ.35.clementiſſimi,col. penult.lib.1.& conſ.10.ſapienter ſcribitur, col. antepenult. verſ.nec obſtat ſi quiſpiam,lib.2.&conſequen.col.15.eo.lib.2.&conſil. 82.clementiſſimi,col. 4.lib.4.& Maria.conſi.32. ex his quæ ſuperius, col. 6. Et id in omnibus diſpoſitionibus dicit procedere Petr.Anc.conſ.120.proclariori,in princ.

A dante procuratorem.

Ab actore

De eadẽ re

196 ¶ Et id quidem optimo iure. Quandoquidem in caſu omiſſo ne tacita quidem voluntas præſumitur l.militis codicillis.ff.de mili.teſta.vt per eum tex.dicit Bal.conſ. 167. quidam Franciſcus,col.2.lib.5. At ſtatutum vel conſuetudo loquitur tantùm de primogenito, nõ etiam de nepote:& verificatur in patruo, qui inter proximiores deſcendentes reperitur primogenitus tempore mortis. Nec de nepote quicquam dicitur. Ergo is omiſſus eſſe cenſetur.

In caſu omiſſo nec tacita quidẽ voluntas præſumitur.

197 ¶ Sed dic quòd hic caſus non eſt omiſſus. Nam ſtatutum vel conſuetudo loquens de primogenito comprehendit etiam nepotem ex eo primogenito, vt qui eſt & dici poteſt primogenitus,vt ſuprà diximus in quarta ratione pro nepote,& alibi ſæpe. Quin & illud quod dictum eſt, omiſſum haberi pro omiſſo,procedit, niſi caſus omiſſus ſit ſimilis expreſſo,per d.l. ſi extraneus ff.de condi.ob cauſ.& in l.vlt.§.vlt.ff.man.& l.ſi quis mihi bon.§ ſed ſi mandaui,& ibi Bald. & recentiores.ff.de acquir.hæred.& voluit glo.in l.ſi cùm dotem, in princ.in verbo, mulieri, poſt princ.ff.ſolu.matr.& in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,in verbo,emancipatus.ff. de lib.& poſth.Io.Laud.apud Old.con.224.iſtæ ſunt allegationes, col.8.ver.nec ob.quod dicebatur, vbi nuncupatum loquitur de noſtro caſu,cum aliis concord.à me adductis in tract.Retractuum, tit.1.§.2.glo.1.nu.19.incip.niſi tamen diceres. Quid antè,ſi diuis placet, magis ſimile eſt, quam patri filius? Denique ponamus hunc caſum eſſe omiſſum, & præterea non eſſe ſimilem expreſſo: quid deinde ſequitur,niſi vt remaneat in diſpoſitione iuris communis? per d.l.extraneus,& ſi. At de iure communi nepos ſuccedit in locum & gradum filij.

Reſponſio.

Niſi caſus omiſſus ſit ſimilis expreſſo.

198 ¶ 36. Diſpoſitio generaliter loquens,cuius tamen finis,euẽtus, executio in vno tantùm ſuppoſito vim ſuam exercet,licet omnia ſuppoſita ipſius generis ex vi orationis videatur complecti,iuxta l.Mæuius.§.duobus.ff.de leg.2.& hoc quidem veluti ſub declaratione ipſius futuri euentus,per l.3.ff.qui & à qui.man.libe. non fi. Tamen ſecundùm veritatem nullum ſuppo-

Diſpoſitio generalis an & quãdo & quomodo omnia ſui generis ſuppoſita cõprahendit.

sitorum sub ipsa dispositione determinate compræhenditur. l. si duo. & l. inter stipulantem. §.
sacram. & l. continuus. §. illud. ff. de verbor. obliga. & l. qui decem. §. Stichum, in secundo re-
spon. ff. de solut. & l. cùm incertus. ff. de leg. 1. Verum illud suppositum, in quo per sequen-
tem declarationem, vel euentum terminatur ipsa dispositio, habetur perinde, ac si fuisset ab
initio specialiter. & determinatè in ipsa dispositione compræhensum, per c. pastoralis, in fin.
de re scri. Tamen quia, vt diximus, in ea generali dispositione nullum suppositorum deter-
minatè extendebatur. Stante declarationem vel euentum esse desinat, vel mutet statum, pe-
rinde est ac si ex diuerso ab initio nō fuisset sub illa generalitate compræhensum. l. cum quis.
§. si hominem, & d. §. Stichum. ff. de solut. & d. §. sacram. & l. qui hominem. ff. de adi. leg.
& c. quia cunctis, versic. subiunctum, de concess. præben. lib. 6. & cle. si de beneficio, eod. titu.

199 ¶ At statutum vel consuetudo loquens de primogenito incerta est & generalis, aut certe (quod
Ad idem. idem est) indefinita, quia ad illum refertur, qui ex pluribus reperietur primogenitus. Et licet
sit maior spes de primo filio: tamen potest esse quòd morte præuentus eam non capiet. §. illud
quæsitum, in fi. Insti. de rerum diuisi. Igitur hæc incertitudo generalis facit quòd nullus nec
ipse primò natus, nec alius censeatur ab initio determinatè compræhensus sub statuto vel
consuetudine. Ideóque si interim moriatur ipse primogenitus, perinde est ac si non fuisset ab
initio compræhensus, per iura suprà alleg.

200 ¶ Ista quidem ratio satis est subtilis, sed quę non admodum subtiliter discuti potest ex iis quę
Responsio. suprà sæpe diximus. Nā confestim quā primogenitus natus est, is sibi & posteris ius primoge
nitutę veluti occupatione vendicanit, tam firma & certa spe (si spes tantū sit appellanda) vt ne
à patre quidē aut principe sibi tolli possit. Ideóq; nec sibi obest pręmatura mors, quin & poste
ri illius suū ipsius locū retineant, vt iura statuūt: nec spectare casum aduersamque fortunā il-
lius, qui sine posteris mori potuit, ciuile, neq; naturale est, iuxta dictū §. sac. & §. homo liber.

201 ¶ 37. Paria sunt non nasci, & natum mori. §. dubitatum, in authen. de incest. nupt. maxime si
Paria non moriatur viuo eo de cuius successione agitur. Nam viuentis hæreditas non censetur, nec vi-
nasci & na uens habet hæredem. l. j. ff. de hær. & act. vend. & l. j. ff. pro hære. & l. qui hæreditatem, & l. ne-
tum mori. minem, & l. qui superstitis. ff. de acq. hær. cum aliis concor. adductis à gl. in d. l. neminem.

202 ¶ Sed præter id quod suprà diximus in quarta ratione pro nepote, non censeri mortuum qui
An illud reliquit filium. Negari quoque potest semper ea esse paria non nasci & natū mori: quin suf-
semper pro ficit quem fuisse natum, etiam si confestim moriatur, vt aliū excludat, vt liquidò patet ex no.
cedat. per Bald. in l. si quis posthumos. §. j. col. j. ff. de liber. & posthum. & in l. si quis hæredem, in se-
cunda oppo. C. de institut. & substitut. & in l. in quibus, vers. sed hic concurrit alia quæstio.
C. de secund. nupt. & Anto. consil. 20. æquitas valde suggerit, cum aliis concordantiis à me
adductis in repeti. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, num. 151. in diuersam, cum multis
203 sequent. C. de reuoc. donat.

Maior æ- ¶ 38. Ratio prælationis primogeniti est, quoniam propter ætatem maiorem præsumitur cæ-
tas proin- teris prudentior, & animi quibusque viribus superior, quibus idoneior censetur moderando
déque sa- principatui, vt suprà late in præfatione ostēdimus. Igitur cùm patruus hic sit maior natu ipso
pientia ma nepote, est etiam nepoti in principatu maxime præferendus, ex statuti vel consuetudinis ra-
ior facit vt tione, quæ veluti pro anima ipsius est, vt dicit Bal. in l. si quis seruo, col. vltim. C. de furt. cum
præferri de multis alibi à me allatis, in dicta repetitio. l. si vnquam, in verbo, libertis, nume. 46. incip. nec
beat pa- id quidem. C. de reuocan. donatio. Quid enim si nepos, vt plerunque euenit, sit infans? Num
truus. illi dabimus principatum gubernandum reiecto abiectóque patruo iam ætate graui? Facien-
Væ terra cu tes locum ei quod scribitur Ecclesiastes 10. Væ tibi terra, cuius Rex puer est, cum similibus al-
ius rex puer legatis suprà in præfatione, nu. 162. hincque illud, & multis seq. & per Corse. in tract. de pote.
est. 204 & excel. Reg. quæst. 89.

Ascanius ¶ Ex quo & Ascanius Aeneæ filius cùm moreretur, reliquit Syluium Posthumium fratrem
prætulit regni post se hęredem, posthabito Iulio proprio filio, qui nécdum per ętatem idoneus erat re-
fratrē filio gendis ciuibus, vt tradit Eutropius lib. 1. de gestis Romanorum, cap. 2. Quanquam Dionysius
adolescen- Halycarnasseus, lib. 1. Anti. Roma. aliam huius rei rationē adfert. Sed & Pharnaces ille Par-
tiam regno. thorum Rex qui Mœdos validam gentē domuit, cùm moreretur relictis multis liberis par-
Et Phar- uulis, illis quidē pręteritis, Mithridati fratri se iuniori, insignis virtutis viro imperiū reliquit,
naces. plus regno quàm patrio nomini deberi, potiúsq; patriæ quàm liberis esse consulendū ratus,
Responsio. vt scribit Iustinus lib. 41. Quinetiam Pyrrhus ille Epirotarum Rex cùm à filiis interrogare-
An præsū- tur, cui ex iis relinqueret imperium. Quicunque (inquit) vestrûm acuriorem ensem habuerit.
ptio 205 Significans se non ætati daturum principatus successionem, sed virtuti. huius autor Plutar-
maioris pru chus tum in vita illius, tum in apophthegmatis illius.
dētiæ sit ra ¶ Sed profectò illa prudentiæ & morum præsumptio in ætate maiore, non vnica est ratio sta-
tio statuti tuti præferentis primogenitū: quin & alias plures esse naturæ magis innitētes docuimus su-
præferētis prà post prin. huius tractatus, in præfatione. Et hoc quoq; ex eo satis probatur, quia si ea esset
primoge- vnica, sequeretur quòd ea cessante, cessaret & statutum, per no. in l. quāuis. C. de fideicom-
nitum. mis. cum concord. ibi adductis à recentioribus, & à me plenissimè in cōmentariis consuetu-
dinum

dinum Pictonum, tit.9.§.17. in octaua limitatione, versic. intelligendum est tertio. Ideóque si secundogenitus esset prudentior, præferretur primogenito, quod nemo vnquam dixit, præter Lucam Pen. in l.j. col.j. in verbo. credere. C. de Consuli. li.12. vbi id tenet simpliciter: licèt alibi etiam simpliciter teneat pro secundogenito, vt suprà diximus in prin. alibi quoque distinxerit inter dignitates regales, & alias, vt postea dicemus. *Nō præfertur secūdo genitus ob maiorē prudentiam.*

206 ¶ Et vbique tamen, vt opinor, perperam, quando & Lacedæmonij à quibus maxima pars legum Romanarum defluxit, Cleomenem Anaxādridis Regis filium primogenitum Dorico natu minore virtute quidem omnibus numeris superiori in regni successione antepofuerūt, vt tradit Herodotus in Terpsichore, & suprà alibi diximus. Dolebat & Ioannes Galeacius Mediolani dux, quòd Philippum Mariam ex filiis natu quidem illum minorem: sed animi viribus maiorem, non posset anteponere Ioanni primogenito, vt & retulit è nostris Barb. cons.20. illud affectam, col.5. lib.2. & alibi item diximus. Quanquam legimus apud Albertum Crantium lib. Historiæ Vuandalicæ 2.c.24. quòd cum principes Vuilsorum duo fratres Ludouicum Imperatorem Caroli Magni filium arbitrum delegissent de paterna eorū successione & regno, cùm amborum pater moriens ætatis iura secutus maiorem præfecisset, sed is per ignauiam regno imperat à populo improbabatur præferēte minorem, Ludouicus ipse studium populi secutus minori regnum adiudicauit. *Lacedamoniorū in ea re mos. Galeacius dolebat se non posse præferre minorē maiori quod prudentior esset. Ludouici imperatoris in ea re iudicium.*

207 ¶ Nec ad rē pertinet quod de infante & puero diximus, cùm & si id spectandum foret, certè etiam primogenitus, qui infans esset, aut prior à regno esset abigendus, tanquam regni minimè capax. Quod nemo non falsum videt, quando etiam potest in Regem eligi, & regnum per tutoré: & cùm pubes est, per curatorem administrare, vt no. Bar. in l. quidam consulebat, ante fi. ff. de re iud. & Bald. in l. vlti. & ibi Roma. Alex. & Ias. C. de milit. testa. & in c. cùm vicesimum, & ibi quoque Panor. & recentiores, cattrā, de offi. deleg. Oldr. conf. 52. quæstio est talis, an tutela Regis. vbi & illud dicit, curatorem dari Regi minori, etiam inuito, vt & pleríque ex his quos citauimus, & mox citabimus, voluerunt Ioan. And. in c. cùm inter vniuersas, de elec. & in addi. Spec. in rub. de tuto. col.1. vers. nostris temporibus, & seq. vsque ad fin. rub. & Alber. in l. de creationibus. C. de epi. audi. & in rub. ff. de curat. furio. in princ. & in rub. C. quando tuto. esse desi. Imo. Domini. Philip. Fran. in c. grandi, & ibi etiā Corse. in repe. col. pe. de supplen. neglig. prælat. lib.6. Ioan. Ana. in rub. de delic. puer. col.2. Iacob. à S. Geor. in tract. feud. in princ. & iterum paulò pòst, col.4. vers.2. pro hac parte, & versic.3. adducitur. Philip. Deci. in l.2. §. item impuberes, col.2. vers.2. regula. ff. de regu. iur. & latè Ant. Corse. in tract. de pote. & excel. Regia, q.18. & iterum q.89. in fi. *Infans rex esse potest. Et per tutorē & curatorē regnū administrat.*

208 ¶ Id'que iure veteri, scribit enim Cornelius Tacitus libr.2. cùm regnum Thraciæ à Senatu fuisset diuisum in Rhoēme Talcen filiū Rhescuporidis, liberósque Cotyis, iisque nondum adultis datum Trebellenum Rufum prætura functum, qui regnum interim tractaret, exēplo quo maiores Marcū Lepidum Ptolemæi liberis tutorem in Aegyptum miserant. Quod postremum etiam recenset Iustinus libr.30. Quin legimus longo antè tempore Lycurgum tutorem Charilai, aut vt alij vocant, Charilli ipsius ex fratre nepotis, Regis Lacedæmoniorū principatum eo nomine administrasse, vt refert Aristot. lib. Politicon 2.c.8. & Iustinus li.30. & Plutarchus in vita ipsius, vbi & hoc quoque dicit pupillorum Regum tutores apud Lacedæmonios vocari Prodicos, vt ex hoc quoque intelligas, eam rem semper obseruari solitā apud eosdem. Nam & Pausanias libro tertio, scribit Pausaniam Cleombroti filiū Plistarcho Leonidæ filio Regi Lacedæmoniorum tutoré datū fuisse, quod & tradit Herodotus li.9. eodémque lib. & Diodorus Siculus lib.11. vbi ipsum adolescentem nō Plistarchum, sed Leonidem vocat. Sed & idem Diodorus eodem quoque li. tradit Nicomedem Pleistonactis Lacedæmoniorū Regis tutorem fuisse. Et Polybius lib.4 tradit Agesipoli etiam Regi Lacedæmoniorum tutorem datum fuisse Cleomenem Cleombroti filium. Et Plutarchus in Agide scribit, Leonidā Cleonymi filium tutelam filij Acrotati pupilli Lacedæmoniorum regis suscepisse. *Antiqua eius rei exēpla. Lacedæmoniorum regū tutores Prodici dicti.*

209 ¶ Sed & Iustinus libro quarto, scriptum reliquit Anaxilaum Siciliæ Regem filiis suis paruulis tutorem reliquisse Micythum seruum, quod & retulit Macrobius lib.1. Saturnali. c.11. idē Iustinus lib.7. Philippum Argei filium Regem Macedonum sibi successorem reliquisse Europum (Herodotus Aeropum appellat) paruulum admodum, cuius infantiā Illyrij contemnentes bello Macedones sunt aggressi, qui prælio pulsi, Rege suo infante in cunis posito, & pugnæ ante aciem prolato acrius certamen repetierunt, tandémque magna cæde Illyrios fuderunt, ostenderúntq; hostibus suis priore bello Regem Macedonibus, non virtuté defuisse. Quā rem etiam eleganter memorauit Nazarius in Panegyrico Cōstantino dicto. Idem autē Iustinus lib.13. tradit mortuo Alexandro Magno relicta Roxane vxore prægnante, cùm inter magnates diu certatum esset de successore Alexandri, tandem consensu vniuersorū placuisse Roxanis partum expectari, & si puer natus fuisset, tutores Leonatum, Perdicam, Craterum, & Antipatrum fore. De quo tamen vide Q. Curtium libro decimo. Idem Iustinus libr.17. scribit Arysbæ filio Pyalæ Regis Epirotarum tutores publicè constitutos, quòd ei pupillo regnum obtigerat. Sed & paulò post tradit Pyrrho illi eiusdem nepoti annorum 11. idem *Alia.*

regnum adepto datos tutores fuisse, qui regnum vsque ad adultam eius ætatem tuerentur. Idem in initio lib.28.memoriæ prodidit, Olympiadem illam Pyrrhi Epirotarum Regis filiá amisso Alexandro marito tutelam filiorum ex eo susceptorum regníque administrationem suscepisse. Sed & idem eod.lib.refert Demetrio Macedoniæ Rege defuncto Antigonum tutorem datum filio illius paruulo Philippo. De quo etiam Polybius lib. Historiarum 2. Sed & Iustinus ipse libr. 34. scribit mortuo Antiocho rege Syriæ tutores à populo datos filio illius paruulo, de quo & nonnihil Iosephus lib. Antiquitatum Iudaicarum 12.c.14.

Alia.

210 ¶ Sed ad alios authores accedamus, Labdacus Cadmi nepos ex Polydoro, patris regnum sub Lyco tutore obtinuit, post quē & Laius ipsius filius sub eodē tutore regnauit, vt scribit Pausanias lib.9.quo Bœotica describit. Qui & paulò pòst tradit, Laodamantem Eteoclis filium & ipsum puerū patris imperium assecutū. Creōte Menæcei filio eius tutore imperium administrante. Liuius lib.1.ab vrb.con.tradit, Ascaniū Aeneæ filiū sub tutela matris post mortem patris Aeneæ regnasse. Et lib.4.2.belli Punici Hieronem Siciliæ Regē Hieronymo nepoti & successori in regno 15.tutores reliquisse, qui regnum ipsum administrarēt. Sed & lib.10.belli Macedonici, & Asiatici, cuius fragmentum nuper Mogūciæ cōpertum est, Antigonū Philippi Macedonū Regis tutorem fuisse, quē ob id, vt ille subdit, Græci Tutorem, vt cognomine à cæteris distinguerent, appellarunt. Polybius autem lib.4.scribit eidem Philippo Apellē vnū ex tutoribus ab Antigono patre fuisse relictum. Sed & Iulius Florus Epitom. Titi Liuij li.46 tradit Antiocho filio Antiochi Regis Syriæ tutorem fuisse Lysiam.

Alia.

211 ¶ Legimus quoque apud Procopium lib.1.de bello Persico, & Agathium lib. 4. Historiarum peregrinarum Græcos authores, Arcadium imperatorem reliquisse Isdigertem Regem Persarum curatorē Theodosij filij sub mammis adhuc educati & imperij. Legimus item Dauidem & Salomonem in adolescentia vnctos in Reges fuisse. quod & in Decretis canonicis repetitum est, in §.hoc regulariter.78.dist.& Azariam 16.annorum regnasse in Iuda 4.Reg.14 Et Manassem 12.annorum cœpisse regnare in Hierusalem.4.Reg.21.c.& 2. Paralip.c.33. Et Iosiam eius ex filio nepotem 8.annorum.4.Reg.22.in prin.& 2.Paral.c.34.in prin. Et Augustulum puerum occidentis imperium suscepisse. Ex quo & Augustulus vocatus est, vt tradit Procopius lib.1.de bello Gotthorum, in prin. In quo etiam libro scribit Atalaricum annos 8. tantùm natum regnum Gotthorum suscepisse sub matre Amalasunta. Quod & tradit Iornandes in lib.rerum Geticarum, vbi dicit illum vix decennem regem factum. Et Baldarum admodum puerum Longobardorum regnum sub Adriano tutore suscepisse scribit idē Procopius lib.3.eiusdem operis. Sabori autem adhuc in vtero existenti regnū Persarum cōsensu gentis delatum est, & cidaris ventris matri imposita, vt tradit Agathius lib.4.Historiarum peregrinarum. Et vt de nostris regibus tandem aliquid dicamus, Vetus lex est apud Frācos, quę

Francorū lex vetus.

filios etiā infantes ad paternum regnū vocat, vt tradit ipse Agathius lib.1.de bellis Gotthorū. Nam & in Francorū Annalibus legimus, D. Ludouicum eius nominis nonum, & Carolum 8.impuberes ad regnum euectos fuisse, & coronatos. Sed si plura scire velis de eo quod ex nostris diximus de Regum tutoribus & curatoribus, vide omnino (neq; enim opus est, vt plura huc afferamus) Bened.in repet.c. Raynutius, in verbo, adiectę impuberi, nu.41.& multis seq. de test.& Moline.in commentariis Consuet.Paris.tit.j.§.29.nu.2.& seq. vsque ad fi.eius §.

Priuilegiū atque etiā beneficium intelligi debet sine alterius præiudicio.

212 ¶ 39. Si huiusmodi constitutio siue statutum loquens de primogenito traheretur ad nepotem ex filio ad exclusionem patrui, ea extenderetur cum alterius præiudicio, quod fieri nō debet, per l.2.& ibi Bald.C.de bon.quæ lib.& in c.j.§.cùm verò, & quòd ibi not.idem Bald.tit.qui feudum dare poss. Et ita communiter limitatur l.beneficium.ff.de constit.princ.& c.cùm dilecti, de donat. quia priuilegium siue etiam beneficium quod est cum alterius præiudicio, est semper strictè interpretandum, vt per Ioan.And. loquentem in statuto pręferente primogenitum, in c.sine culpa, de regu.iur.lib.6.in Mercur.

Responsio

213 ¶ Cui rationi ita sanè respondebis, non hanc esse extensionem, sed interpretationem declaratiuam & passiuam, quæ semper & in quibuscunque dispositionibus locum obtinet, etiā cum præiudicio alterius, vt liquidò apparet ex iis quæ diximus in 1.ratione pro nepote, nu. huius quęst.18.sed & quòd, & iterum in 14.ratione pro nepote, nu.huius quæstionis 43.mouentur, & in responsione 25.rationis pro patruo.

Priuilegiū filiis cōcessum an ad nepotes transeat.

214 ¶ 40. Priuilegium concessum filiis non extenditur ad nepotes. l.iubemus.§.vlt.C.ad Trebe. vbi & id no. Bald.in prin.& cons.2.verba statuti, col.j.lib.j. Sed tu ad hoc responde ex vndecima ratione, quam suprà pro nepote adduximus, qua dictum est & probatum, priuilegium patris transire ad filios.

Inseparabilia à filio nō trāseūt ad nepotē.

215 ¶ 41. In his quæ inseparabiliter insunt in filio & eius ossibus adhærent. nō fit extensio ad nepotem.l.3.§.si emancipatus. ff.de bon. pos. contra tab. quam ad hoc citat Bal.cons.67.si dicta institutio, col.j.lib.j. At ætas & qualitas primogenituræ est eiusmodi. Sed hæc ratio in eam recidit, quam diximus suprà in 4.ratione pro patruo, vbi & tu responsionem videbis.

216 ¶ 42. Statutum loquitur de primogenito, nec ab eius verbis recedendum est, nisi appareat de mente leg.j.§.si is quis nauem.ff.de exerci.act.& l.non aliter. ff.de lega.3.& l.prospexit. ff.qui & à quib.

& à quib.cum multis concord.à me congestis in repe.l.si vnquam,in verbo,libertis,nume.2.
& multis seq.C.de reuo.donat.At si secundogenitus in casu de quo loquimur, est maior natu *A verbis statuti non recedendum.*
filio primogeniti,atque ita primogenitus. Ergo ex verbis statuti succedere debet. Sed ad hoc
patet responsio ex his quæ suprà diximus.

217 ¶ 43.Ius primogenituræ quod filio primogenito cõpetebat,eius morte extinctum fuit,vti etiã *Suitas per mortẽ filij extinguitur.*
dicimus de suitate quæ per mortem filij extinguitur,vt est tex.expressus in §.sui autẽ,ibi, de-
fierit esse suus,aut morte interemptus,aut qualibet alia ratione liberatus potestate, in Auth.
de hær.quali.& dif.Sed ad hoc responderi potest, id ius non esse peremptum morte filij, vt
ostendimus suprà in 4.ratione pro nepote,per totam eam rationem. & alibi sæpe in ea parte.

218 ¶ 44.Quòd nepos censeatur esse in eodem gradu quo filius,id ex fictione est.neq; enim verè *Fictio non nisi ex æquitate fit.*
in eodem gradu est:fictio autem non fit nisi ex æquitate. l.postliminium,in princ. ff. de capti.
& postli.reuer.& l.denique, & l.nec vtilem.ff.ex quib. cau. maior.Ideo & ea cessante, cessat
æquitas.l.qui in vtero.ff.de stat.homi.Barto.in l.si is qui pro emptore,tum in 2.oppo.1.partis,
tum in 6.q.ff.de vsuca.& latè Ias.ibi,char.pen. Quæ verò,si diuis placet,æquitas est,vt nepos
qui est gradu posterior,sit melioris conditionis quàm filius gradu prior,contra l.si viua.C.de
bo.mater.licèt aliquando sit paris conditionis.§.cùm filius,Instit.de hære.quæ ab intest.defe.
& §.reliquum.in Authen. eiusdem titu.

219 ¶ Sed ad id responsio clara est:primùm hanc non esse fictionem.sed potiùs veritatem & eam *Responsio.*
quidem naturalem,vt ostendimus suprà in responsione 14.rationis pro patruo.Deinde ꝙ hic
nepos non est melioris conditionis,quàm filius pater ipsius in cuius locũ subrogatur cũ priui
legio exclusionis alterius,vt & nos quoque clarè documus suprà no.23. vt tamen nõ omittã,
& seq.præsertim ex text.in d. §. reliquum , ex quo manifeste patet nepotem ex vno filio esse
melioris conditionis,quàm alterum filium,cùm pater eius est melioris conditionis.

220 ¶ 45. Spes succedendi in filio viuente patre neq; legitima est , neque vllo pacto cõsideranda, *Spes successionis an sit legitima.*
per l.post emancipationem,ibi,id enim:& ibi Bart.ff.de libe.lega.& l.vlt.in verbo,acerbissi-
ma spe.& ibi idem Bart.in j.oppo.& iterum in vlt.q.C.de pactis,& l.j §.si impuberi.ff.de col-
lati.bono.quæ hanc spem præmaturam vocat, licèt nonnulli ibi legant speciem , non spem,
sed ille tex.ne fallaris,loquitur in filio impubere arrogato,& non in filio naturali. Et l.vlt.ff.
de libe.agno.Sed is tex.loquitur nõ de successione sanguinis,sed patroni in bonis liber.quod
lõgè differt,vt suprà alibi diximus.& l.lex Cornelia,ibi,qui nulla bona in ciuitate reliquit,
&c.ff.de vulg.& pupil.ex qua no.Bald.Angel.Imo.Alex.Franc.Are.& Ias.latè,ꝙ filius viuẽ-
te patre nulla bona habere dicitur:ex eóque dicũt plurimi eorum statutum quo pater tenetur
pro condemnatione filiorũ vsque ad legitimam eorum,esse iniquum & irrationabile, & ad
alia quoque trahunt,vt ibi videre licet:& Bald.in l.non potest,in j.lec.ff. de adop.

221 ¶ Sed & quòd hęc spes sit prorsus inanis,astruunt alij plurimi,& inter hos Spec.tit.de execut. *De eadẽre.*
senten.§.sequitur,vers.quid si filiusfa. Bar.in authen.si qua mulier,col.vlt.ver.quæro quãdo
filij.C.de sacros.eccles.& in l.sciendũ,circa fi. prin.& ibi quoq; recentiores.ff.qui satisd. cog.
per d.l.post emancipationem:& idem Bart.in l.qui Romæ,col.1. ver.certe dixi,& alibi quoq;
in eadem l. & ibi etiam Imo.ff.de verbo.oblig.Bal.in l.illud,in 3.q.C.de sacrosanc.eccl.& in
l.quanquam,in fi.C.ad leg Falci.& in §.si quis miles,col.3.vers.sed pone ꝙ instrumento, tit.
Imper.Lotha.Euge.Pap.alias est,Constit.Feud.domi.Lotha.vbi dicit,quòd quædam est po-
tentia,quæ nõ est ens,sicut est posse succedere alicui:nam etiam antequã pater moriatur,ista
propositio est vera,filius potest succedere patri:tamẽ ista potẽtia nihil est.Et facit quod voluit
idem Bal.in l.si qua pœna,col.3.vers. quæro an filio.ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l.
omnimodo.§ imputari,col.2.vers.quæro quid de eo.C.de inof.testa.& in l.si filius,in fi.C.de
bon.dam.& Ang. in l.qui cum tutoribus.in prin. col.3.ff. de transac.

222 ¶ Sed ad hanc rationem præter ea quæ iam diximus allegando illos tex. pro ea,possunt & alia *Responsio.*
responderi quæ tu videre poteris suprà in 21.quęst.prin.vbi nuncupatim loquor de spe iuris
primogenituræ,& quæ itẽ diximus supra in 24.ratione pro nepote,& rursum nu.93.deniq;,
& tribus seq.quibus ostendimus spem hanc succedendi maxime in filiis non improbari, hę-
reditatem aut certe legitimam filiis deberi,aut quasi deberi.Idq; præsertim procedere in feu-
dis,in quibus quidem ius nostrũ primogenituræ potissimùm consistit:ex quo vt & illic dixi-
mus ex alio loco,feudum & ius primogenituræ veluti fraternizant.

223 ¶ Sunt autem,qui in hac quęstione distinguant.Nam Bald.in l.vt intestato.C.de suis & legi. *Qui in hac quæstione distinguunt.*
scribit multùm interesse,an consuetudo loquatur de filio primogenito,an verò simpliciter de
primogenito.Primo enim casu pręferri patruum:secũdo nepotẽ,si sit ętate maior:& id quidẽ
iure primogenituræ,non iure transmissionis.Si autem sit ętate minor,semper succumbit.Et si
nullo modo apparet de verbis,in dubio natura plus influit in filium, quàm in nepotem , per
iura quę illic allegat.Hanc Bald.distinctionem & doctrinam sequitur Raph.Fulgo.in d.l.vt
intestato,& Alex.in l.is potest,col.2.& ibi Ias.col.7.vers.vlt.in hoc.ff.de acqui.hęred. & idem
Alex.cons.4.incip.ponderatis verbis,col.2. in fi.lib.4.

224 ¶ Sed aliter distinguit Nicol.Mat.in l.vlt.ff.de iurisd.om.iud.prout illũ refert Bal.in l.liberti. *Qui aliter.*
libertæ

libertæ'que,col.6.C.de oper.liber. Vtrùm videlicet res de cuius successione agitur,est feudalis,an non feudalis. Primo casu præferri nepoté,per c.j.circa prin.& ibi no.tit.de gradi.succes. secundo casu præferri patruum,argu.eius quod dictum est suprà in 21.ratione patrui,de iure patronatus,in quo patronus præfertur nepori. Nam eiusmodi iura non iure successionis siue hæreditatis veniunt,sed ex proximitate liberorum,per l.vt iurisiurandi.§.si liberi.ff. de oper. liber. At idem Bal.cons.396.in regno libero,ad fi.lib.2.dicit contrarium ex diametro, nempe in regno feudali præferri patruum,in naturali nepotem.

225 *Qui item aliter.* ¶ Verùm Bar.in auth.post fratres,la 2.C.de legi.hære.contrarium omnino sentire videtur,vt videlicet in cæteris rebus nepos sit præferendus,in feudo autem patruus: quia feudum non iure successionis obtinetur,sed ex concessione domini. & idem in effectu voluit Bal.in l. ex hoc iure,col.2.in 6.q.ff.de iusti.& iur.& apertiùs Raph.Co.in l.cùm ita.§.vlt.ad fi.ff.de lega. 2.& multi ex his quos suprà citauimus in 34.ratione patrui, vers. & ideo si emphyteusis. Ex quo apertè videntur voluisse,quòd si feudum obtineatur iure hæreditario, prout verè obtinetur,sicuti diximus suprà in 35.q.prin.nu.11.& simile dicimus, ita quod etiam nepos in feudo filium repræsentat,vt diximus suprà in 1.ratione pro nepote. Certè etiam nepos in feudo præferetur patruo,sicuti & in alia hæreditate. Quanquam & illud prætereà dici potest,quòd vbi agitur de successione generis siue iure hæreditario, nepos semper reputatur eadé persona cú filio patre ipsius. Ideóq; in locum ipsius succedit,per rationes pro nepote allegatas,quę vbiq; locú obtinét. Et etiá in feu.vt ostédimus suprà in prima ratione pro nepote,ver.nec id solùm.

226 *Qui item aliter.* ¶ Lucas autem Pen.in l.j.col.9.C.de priuil.eo qui in sac.pal.mili.lib.12.& iterum in l.3.C.de tyro.co.lib.aliter quoque distinxit. Nam referre dicit an loquamur in regno & cæteris dignitatibus,vt Ducatu,Comitatu,Marchionatu. Anverò in aliis non regalibus. In istis enim prę- ferri secundogenitú patruum nepoti:in illis prudétiorem idoneiorémque regni administrationi,siue is sit nepos,siue patruus,per hoc destruens omnia legum & canonum, & eorú interpretum placita & rationes.& nihilominus eum sequitur Matthę.Afflic.in c.1.col.15.vers. quartò fallit,tit.de succes.fend. Fateor tamen quòd si per electionem regna deferrentur, non per successionem:satiùs esset è multis idoneiorem anteponi. At cùm per successionem iam à multis seculis obueniant,vt latè diximus in §.j.titu.j.consuet. Pictaui.debemus sequi iura de successione loquentia,nisi aliud suaderent cóuentiones in eorum concessione appositæ, statuta,& consuetudines patriæ.

227 *Qui rursus aliter.* ¶ Atqui Nicol.Mil.in suo Repertorio,in versicu.mortuus pro republica, dicit, quòd cùm is qui pro Repub.mortuus est,censeatur viuere ad commodum suorum parentum, per text. in §.filij autem,Instit.de excu. tut. multóque magis ad commodum filiorum, cùm pars patris maneat in filio,non filij in patre,vt not.Ioan. Andr.in addi.Spec.super rub.de feu. Ideò si primogenitus quispiam ante patrem mortuus sit pro Repub.filius ipsius primogeniti succedet in iure primogenituræ excluso patruo,quia primogenitus censetur adhuc viuere,ad vtilitaté sui filij patrem ipsum repræsentantis. Quod dicit tenendum esse menti fixum. Ex quibus facilè potes intelligere,Nicol.ipsum in ea esse sententia,vt patruus excludat nepotem, nisi primogenitus causa Reipub.sit mortuus.

228 *Qui & aliter.* ¶ Cæterùm Marti.Laud.in d.tract.primogenituræ, col.peu. aliter & quidem cæteris latiùs eam rem secuit. Nam aut constat de consuetudine,quòd nepos excludat patruum,vel è contrario,& standum est consuetudini,per l.minimè.ff.de legi.& in c.vltim.& ibi no.de consue. Aut de nulla apparet consuetudine. Et tunc si cóstat de mente cócedentis ex verbis,vel aliter quòd nepos excludat patruum,vel è contrario,ei stamus,per c.si Papa,de priuil.lib.6. Qualiter autem mens colligatur,traditur per Cyn.in l.voluntatis. C. de fideicom. & in l. si seruus plurium.§.vlt.ff.de lega.j. Aut nó constat de mente,& tunc aut verba constitutionis loquũtur de potiori in gradu,videlicet quòd solus potior in gradu succedat,& tunc patruus qui est potior in gradu,succedet,per l.consanguinitatis.C.de legi.hęred. Aut loquuntur de iure primogenituræ:& tunc si prior natus est patruus,excludit nepotem:alioquin nepos patruũ,cùm tunc sit primogenitus,per c.Ioseph,de verbo.significa. Aut non constat vter ætate sit prior,& vterque succedit,secundùm no.Bald.in auth.ex testaméto,col.vlt. C.de collat. Et hæc quidé esse vera subiungit,nisi regnum iam fuisset deuolutum ad patrem nepotis, quia tunc nepos excluderet patruum succedendo patri suo,per c.licet,de vot.& c.grandi.de suppl.negli. pręl. lib.6.quo in loco Ant.Corse.in sua repet.col.21.ver.nota,ibi qui eidem Regi hanc Marti.doctrinam ad verbum refert & sequitur,prout etiam facit in tract.de pot.& excel.Regi. qu.115. Sed & quod de consuetudine in ea re obseruanda illi dixerunt,idem voluit Alex. in disputa. incip.Sigismundus,in 3.dubio,post prin.

229 ¶ Nec desunt qui distingunt,vter eorum sit in possessione iuris primogenituræ, viuente auo nepotis eodémque patre patrui. nam si nepos erat in huiusmodi possessione, is præferendus erit,aliàs patruus. ita enim voluit Barpto.Capuen.in allegationibus quas fecit pro Rege Roberto contra Regem Vngarię,vti illum refert & sequitur Matth.Afflic.in d.cap.j.colum.16. versi.sextò & vltimò fallit,tit.de succes.feud.nam statutum inquit de hærede habet locum in

bonorum

bonorum possessore, vt not. Bart. in l. j. §. de illo quæritur. ff. ad Trebel. Et sic ille dicetur primogenitus, qui est in possessione primogenituræ. Et sic no. & tene menti, vt subdit, quod ex possessione ius primogenituræ quæritur, sicut naturaliter quæritur. Cui adde & quod nos latè cumulauimus suprà in 11. opi. 17. quæst.

Quid autẽ in posthumo, ex filio primogenito, an & ipse patruo præferetur.

230 ¶ Nec hîc omiserim D. Ctrier. in tract. primogenituræ post eam quæstionem quæ est de nepote & patruo, quę apud illum est 25. li. 1. continuò altam subiecisse, an posthumus ex primogenito mortuo ante patrem excludet etiam patruum: & quædam allegat in vtranque partẽ, & tandem concludit illum posthumum præferendum patruo: tametsi in præcedenti quæst. dubitasset an filius iam natus ex patre mortuo ante auum, esset præfendus patruo, vt diximus suprà in quæst. præced. nu. 10. ex quibus constat: tanquam scilicet minus esset dubium in posthumo, quàm in iam nato. Sed quod ad hanc quæstionem de posthumo pertinet, vide omnino quæ latissimè disseruimus in tractatu Retractuum, tit. 1. §. 1. gl. 9. in verbo, *ou lignagier*, num. 75. sed vt ad institutum, & multis seq. vsque ad nu. 103. iden & ei finem, atque etiã in repe. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, num. 122. sed & illud, & multis quoque seq. Et eam historiá quam de Lycurgo illo Lacedæmoniorum legislatore retulimus suprà huius quæst. nu. 2. id'que veteri, ex qua intelliges nihil interesse inter posthumum & iam natum, in hoc iure primogenituræ.

QVADRAGESIMAPRIMA QVAESTIO.

An quæ dicta sunt in præce. quæ procedãt in successione fratrum.

1 QVadragesimaprima quæro, An quod diximus nepotem tenere locum filij primogeniti, & excludere patruum secundogenitum in successione aui, procedat etiam in successionem fratrum. Nam vt id intelligas, etiam in successione collateralium est locus iuri primogenituræ, vt satis probat tex. in ca. licèt, de voto, vbi mortuo Rege sine liberis, relictis multis fratribus, non succedunt omnes fratres, sed solus secundò post illum genitus. & post alios multos ab illo citatos tradit Paulus Paris. cons. 72. ad veram. col. pen. nu. 109. & multis seq. lib. 4. Quid igitur hic dicendum? Et sanè in hac quoque successione filius fratris primogeniti alium fratrem excludet. Verbi gratia, ex pluribus fratribus moritur primogenitus Rex sine liberis superstitibus: nepote ex fratre secũdogenito iam mortuo, & altero fratre tertiogenito: certè nepos ex secundogenito, qui respectu tertiogeniti dicitur primogenitus, vt diximus suprà in 3. q. prin. præfertur tertiogenito ipsius, licet ætate maiori, vt nuncupatim in ea specie consuluerunt Franc. Are. cons. 162. diligenter, col. j. & multis seq. & Soc. ipsius Are. discipulus cons. 252. visis instrumentis, per totum, & maxime colum. 7. vers. præsuppono etiam, cum multis seq. lib. 2.

Primogenitura habet locũ in successione collateralium.

Qui idem tenẽt in successione fratrum.

Qui cõtrarium tenẽt.

2 ¶ Quanquam Ant. cons. 47. præmittendum est quòd quanquàm, tenuit simpliciter, quòd in successione transuersalium non habet locum primogenitura inducta per repręsentationem. Et in hanc quoque partem multos alios insignes Doct. consuluisse tradit Matth. Afflic. qui ob id non ausus est suum in eam rem proferre iudicium, in const. Siciliæ incip. vt de successionibus, col. 8. ver. sed iuxta hoc quęro. Sed idem in c. omnes filij, col. 2. vers. sed dubium stat, tit. si de feud. fue. contro. inter domi. & agn. tenet, quòd frater in successione fratris excludit nepotes ex alio fratre in iure primogenituræ. Et idem ante hos voluit And. Iser. in constit. Siciliç incip. vt de successionibus, & in c. 1. §. his verò, & ibi idem Matth. col. tertius tit. 5. vers. sed quęro hic an primogenitura. tit. de gradib. succes. in feud.

Nepotes tenent locũ patris in successione fratrum in non feudalibus.

Et in feudalibus.

3 ¶ Verùm pro prima parte facit, quòd non solùm cùm agitur de successione ascendentium nepotes obtinent locum patris, vt iam multis docuimus suprà, in pręce. q. & maximè in j. ratione pro nepote. Sed & etiam cùm agitur de successione fratrum inter se, per Auth. cessante, & Auth. post fratres. C. de legi. hær. & §. reliquum, in Auth. de hęr. ab inte. veni. cum si. Et id quoque in rebus feudalibus, per tex. clarum & apertũ in c. 1. §. his verò deficientibus, & ibi And. Iser. Bal. & alij, tit. de succes. fra. vel de gradi. suc. in feu. & in c. decedente fideli, de nat. suc. feud. quod tamẽ c. vulgò nõ reperitur, sed ipsius verba adscribit Bal. in c. 1. §. & quia vidimus, col. 2. tit. de his qui feu. dar. pos. & diximus pleniùs suprà in q. pręcedenti, num. 18. nec id solùm. Igitur isdẽ omnino rationibus, quibus in successione aui, similiter quoq; in successione patrui nepos qui patrẽ primogenitum repręsentat, patruum ętate maiorem excludit, pręsertim cùm d. §. reliquum, ex quo maxima ex parte nepotis partes aduersus patruum tutati sumus, loquatur non de successione aui sed fratris eiusdẽmque patrui.

Quid autẽ in successione aliorum collateralium quàm fratrum.

4 ¶ Illud autem fateor quòd in aliis successionibus collateralium, siue trãsuersalium quàm fratrum & filiorum fratrum, forte non haberet locum ius primogeniturę, quod per repręsentationem inducitur, vt pote cùm repręsentatio de iure communi non habeat locũ, nisi in linea directa in infinitum, aut vt alij malunt, vsque ad pronepotes tantùm, & in collaterali inter fratres & filios & fratrum duntaxat, vt latè diximus in commẽtariis cõsuet. Picta. tit. *des successions*. §. 1. Et ita in specie nostri casus videtur voluisse Bart. in auth. post fratres. C. de legi. hęred. Nam nepos (inquit) succedit in locum patris sui tantùm, quando tractatur de successione aui vel patrui, secus in aliorum successione, per text. ibi. Ob idque dicit Romanam ecclesiam pronunciasse in regno Neapolitano pro Rege Roberto contra Regem Vngariæ,

qui erat

qui erat nepos Caroli primogeniti. Et sequitur Rapb. Co. in l. cùm ita §. in fideicommisso. ff. de lega. 2. Alex. cons. 204. consideratis verbis. col. 3. lib. 2. & cons. 129. perspectis his col. 2. versi. istis sic præsuppositis. Philip. Deci. latè consil. omnium 1. & iterum cons. 127. in casu proposito, lib. 5. & alij multi ex his quos suprà citauimus in 40. q. prin. in 34. ratione pro patruo. Ideo in illis gentibus in quibus repræsentatio habet locum vltra hos gradus, filius primogeniti præferendus est patruo. In ceteris minimè.

QVADRAGESIMA SECVNDA QVAESTIO.

An primogenitus secundogeniti veniens per repræsentationē illius ad successionē aui habeat ius primogenituræ.

1 QVadragesimosecundo quæro, quoniam ex consuetudine Pictonum & aliis multis huius regni primogenitus capit duas partes hæreditatis. Secundogenitus autem, aut cæteri filij, cùm plures sunt, tertiam partem. Aut etiam secundogenitus habet aliā quampiā partem aut maiorem aut minorem, vt aliis in locis: nihil enim, quātùm ad id quod volumus tractare, interest. Igitur nobilis quispiam reliquit primogenitum & nepotes ex altero filio secundogenito, nunquid in ea tertia aut alia parte, quam accipiūt huiusmodi nepotes per repræsentationem filij secundogeniti eorum patris, primogenitus ipsius secundogeniti debeat iure primogenituræ habere duas partes, aut aliam partem debitam primogenito? Nam illud certum est, quòd si pater eorū superstes fuisset auo, & ei successisset in illa sua parte, & postea decessisset, primogenitus illius iure primogenituræ obtinuisset duas illas partes, aut aliam debitam primogenito. Sed in specie nostræ quæstionis, hic secundogenitus mortuus est ante patrem suum. Ob quod dubitabatur, an filij eius aui succedant per repræsentationem sui patris cum iure primogenituræ in sua portione, idque ex facto contigit.

De eadē re.

2 ¶ Et fuerunt qui dicerent & hunc primogenitum nepotem ex secundogenito filio obtinere debere ius primogenituræ in ea, in qua hi fratres succedunt, parte. Neque enim negari potest quin ipse sit primogenitus patris, eúmque & cæteros fratres venire ad successionem aui ex repræsentatione patris iam mortui, tam de iure communi, quàm ex nostra consuetudine: proindéque æquè rem esse æstimandam, ac si pater illorum, videlicet filius secundogenitus iam patris eiusdémq; aui successionem excepisset, & posteà decessisset: quo casu, vt diximus, hauddubiè filius ipsius primogenitus huiusmodi ius primogenituræ habuisset.

De eadē re.

3 ¶ Contrarium tamen verius semper mihi visum est. Nam aliàs sequeretur, quòd in eadem successione essent duo iura primogenituræ, videlicet primogeniti filij, & primogeniti ex secundogenito, quod est contra mentem & verba consuetudinis loquētis de principali herede, aut de primogenito. Cùm stante huiusmodi consuetudine, non possint esse duo primogeniti sed vnus tantùm, vt expressè voluit Oldr. cons. 231. cuius hoc caput est, vt eius de quo quæritur, col. 2. per tex. in c. Ioseph, de verb. sign. Nisi in casu de quo locuti sumus suprà in 17. & 18. q. qui non potest huic nostro casui conuenire, cùm non est dubium, quis ex omnibus filiis est primogenitus, nec sunt duo simul extracti ex vtero matris. Est quoque huiusmodi consuetudo cōtra ius commune, quòd omnes liberos æqualiter admittit, vt late ostendimus suprà in 4. quæst. prin. ideóq; restringenda, vt in eo minùs lædat ius commune, quàm fieri potest, iuxta no. in l. 2. C. de noxa. & in c. cùm dilectus, de consue. cum si.

In eadem successione nō possunt esse duæ primogenituræ.

4 ¶ Item si aliter id fieret, essent duo specialia primogenituræ iura in vna eadémque successione, contra no. in l. 1. C. de dot. promis. & in cle. 1. §. sanè, in verbo, assertionibus, de foro compe. cum si. Deniq; si ita fieret, vide quid absurdi inde sequeretur. Pone enim quòd auus decessit relictis ex primogenito, & ex quinq; aut sex aliis liberis multis nepotibus. Certè omnium liberorum primogeniti iure primogenituræ duas tertias partes portionis parentū accipiēt. Neq; enim erit maior ratio in primogenito secūdogeniti, quàm cæterorum posteriorum liberorū.

De eadē re.

5 ¶ Nec obstat quod dictum est, nepotes per repræsentationem patris succedere, quoniam non propterea ex hoc sequitur, quòd primogenitus nepos habeat ius primogenituræ, sed id potiùs per huiusmodi repræsentationem ponuntur omnes nepotes in locum & gradū patris, vt succedant in portione, quam ipse erat accepturus, vt dictū est suprà sępius in 26. q. Nec propterea perinde est ac si pater eorum iam successisset, nisi quantùm ad idipsum, quòd obtinet locū & gradum patris: in cæteris autem lata est differentia. Nā cùm filius moritur ante patrē, deinde verò pater ipse, idémque auus, nepotes quantùm ad res ipsius aui, illi succedunt per repræsentationem patris, non autem ipsi patri, cùm nondum hæreditatem acceperit aui viuentis: nam viuens non habet heredem, vt satis suprà diximus in 40. q. in 37. ratione pro patruo.

De eadē re.

6 ¶ At cùm auus moritur ante ipsum filium, qui ipsius hereditatem adit, iam ex ipsa aditione desinit esse hereditas ipsius, & incipit esse filij per l. sed & si plures. §. filio. & ibi omnes Doc. ff. de vulg. & pupil. & l. heres per seruum. ff. de acqui. hęr. & voluit Bar. in l. vlt. post prin. ff. ad Tertul. & omnes vbique. Ideò filio post auum mortuo, nepotes dicuntur succedere ipsi filio eidémque patri, non auo. Et ex hoc quoque videmus quòd si filius viuo patre moriatur relicto nepote, debet auus nepotem ex eo aut exheredare, aut instituere veluti suū heredem: alioquin rumpet nepos ipse tanquā preteritus testamentum illius. l. posthumorum. ff. de iniust. testa. & l. si auus. C. de libe. præter. At si auus prior moriatur, satis est instituere vel exheredare filium, nulla nepotis mentione facta, nec poterit nepos ipse tanquam preteritus conqueri, vt qui

non est

non est hæres ipsius propter patrem filium, & qui illum gradu & iure præcedit, per l. si quis filio exhæredato, in princ. ff. de iniust. testa. Ex quo faciè liquet, quòd licet nepos repræsentet filium in successione aui, non tamen perinde est ac si filius fuisset auo superstes & hæres, præterquam quòd locum & gradum ipsius obtinet, vt iam diximus.

7 ¶ At vnum est quod rem magis dubiam facit. Quid enim si è diuerso decessit auus relictis nepotibus ex primogenito, & relicto quoque secundogenito. certū est quod nepotes isti tanquam patrem repræsentantes iure primogenituræ accipiant duas tertias partes hæreditatis, quas pater habuisset. Ex quibus partibus primogenitus nepos accipiet alias duas tertias partes, vt omnes apud nos pro re iudicata accipiunt & passim obseruāt. Quod si verum est, nulla videtur esse ratio diuersitatis, quin & primogenitus nepos ex secundogenito accipiat etiam duas 3. partes ex portione ipsius secundogeniti patris. Nam & similiter in hoc postremo casu, cùm videlicet primogenitus decessit relictis nepotibus, concurrent duo specialia, id est, duo iura primogenituræ in eadem successione, videlicet quòd omnes nepotes simul obtinebunt ius primogenituræ ante patruum, deinde antiquior nepotum ante cæteros nepotes. Quòd si res ita haberet, vt viuo patre decessissent omnes liberi relictis nepotibus, certe si teneremus eam op. quæ hoc casu vult nepotes succedere in capita, non in stirpes, de quo latè per glos. & Doc. in auth. cessante. C. de leg. hær. & alios quos tibi aceruatim collegimus in tractatu Retractuum tit. 1. §. 11. glos. 12. in verbo, *pour vne teste* n. t. & seq. tes esset minùs dubia. Nam tunc nepos primogenitus ex filio primogenito ius primogenituræ acciperet, cæteri autem & fratres ipsius, & patrueles reliquam partem hæreditatis in capita obtinerent. Tu circa hoc cogita quid dicendum. Quocunque enim me vertam, in vado mihi hærere videor. Tu tamen vide quæ scripsimus suprà in 13. quæstio.

Quid si auus decedat relictis nepotibus ex primogenito, & aliis filiis.

QVADRAGESIMA TERTIA QVAESTIO.

1 QVadragesimo tertio, an huiusmodi consuetudo præferens primogenitum cæteris fratribus liget secundogenitum clericum, vt ei præferatur primogenitus laicus. Fuerunt qui tenerent huiusmodi consuetudinem non ligare secundogenitum clericum, videlicet Hosti. in summa de consue §. vlt. versi. sed pone. & Iac. Are. alicubi prout illum refert Io. Ana. in c. sine culpa, col. 6. li. 6. in Merc. & ex recentioribus Phil. Dec. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 22. vers. & licet prædicta responsio, de constit.

An hæc cōsuetudo primogenitura liget secundogenitū clericū.

2 ¶ Et simile est quod à quibusdam traditur, quòd statutum præferens agnatos cognatis non nocet clericis cognatis, quin possint succedere. Ita enim voluit Imo. in c. quod clericis, versi. & per hoc videtur, de foro compe. prout illum refert & sequitur Alex. consi. 44. cuius initium est, videretur prima facie, col. 3. versi. & sic manifestè, lib. 5. & Phil. Deci. consi. 13. cuius superscriptio incipit, in appellatione, in fi. verùm Imo. vbi suprà, id non dicit. sed aliud quod proximè accedit, de quo dicemus intrà in 45. quæst. in prin. vti ibi videre poteris.

Quid in statuto præferēte agnatos cognatis.

3 ¶ Pro quibus pugnat hæc ratio, quòd statuta vel consuetudines laicorum non ligant clericos, nec res ipsorum. c. quæ in ecclesiarum, & c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & c. vlt. de reb. eccle. non ali. & vbique per Doc. & quod etiam no. Io. An. post Host. in c. postulasti. col. vlt. de for. comp. & Cy. in l. 1. col. vlt. vers. 3. quæritur. C. quæ sit long. consu. Et hoc potissimùm procedit in statutis odiosis & quæ grauamen inferunt clericis, per auth. cassa. C. de sacrosa. eccle. & d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. & c. 1. de consuet. & c. clerici. de iudi. & c. cùm causa, de re iudi. cum si.

Statuta laicorū nō ligant clericos nec res ipsorum.

4 ¶ Cuius rei triplex redditur ratio. Prima, quia clerici sunt superiores, maiores, digniores laicis. l. 3. C. de sum. tr. & l. 1. C. vt nemo pri. & c. deniq; 4. di. & c. duo sunt. 12. q. 1. cū si. At inferiorū statuta superiores & digniores eis q; non ligāt. c. cū inferior. de mai. & obe. & c. infer. 21. di. Hinc plebiscita Patricios & Senatores, vt pote plebe superiores non ligabant. l. 1. §. deinde. ff. de ori. iur. & §. plebiscitū, Inst. de iure nat. gent. & ciuil. Secūda, quia statuta nō ligant nisi subditos. l. t. & ibi plene no. C. de som. tri. & c. à nobis, le 1. de sen. exco. & c. q. autem, de pœni. & remis. & c. 2. de constit. lib. 6. cum si. Adeò autem non sunt clerici subditi laicis, vt nec sponte quidem possint se illis summittere. c. si diligenti, & cap. significasti, de for. comp. Tertia, quia condere statutum iurisditionis est, vt per glos. in l. j. ff. de iurisd. om. iud. & plene per Bat. & alios in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & plenissime diximus suprà in 16. q. prin. Laici autem non habent iurisdictionem in clericos iuribus suprà allegatis. ergo nihil possunt in illos statuere.

Clerici digniores Laicis.

Digniores nō ligātur statutis inferiorum.

Statuta nō nisi subditos ligant.

Statutum condere iurisditionis est.

5 ¶ His tamen non obstantibus plerique omnes tenent, quòd si statutum, vel consuetudo inducta est ante clericatū secundogeniti, & ita iniectū est iam vinculū in ipsum nondū clericum, estque ius semel acquisitū primogenito: qualitas clericatus posteà acquisita nō tollit huiusmodi vinculū statuti, nec ius iam quæsitū etiā in vita patris, vt pote cū pater nō illū posset eo iure priuare, vt late diximus suprà in 21. q. Quin si aliter fieret, facile posset fieri fraus: quia secundogenitus, vt statutum frustraretur clericus efficeretur. Cui quidem fraudi obuiandum est. l. in fundo. ff. de rei ven. & l. 1. §. exceptiones. ff. quar. rer. act. non dat. & c. quanto, de diuor. cum si. Aliud esset si fieret statutum secundogenito iam facto clerico, quia tunc illi non obesset statutum.

Opinorum qui dicunt clericum li gari statuto ante facto, non postea.

Qui fuerunt illius opi.

6 ¶ Et hæc fuit sententia Io. An. in d.c. sine culpa, in vlt. q. quæ est in col. pe. versi. quia in præcedenti, & ibi quoque Philip. Fran. in fi. de reg. iur. lib. 6. Alber. latè in l. cùm quis, col. vlt. C. de natu. liber. Henr. Bo. in c. tanta, col. 2. vers. secundum dubium, extrà qui filii sunt legi. Anto. in d. c. ecclesia sancta Mariæ, & ibi quoque Imo. & Panor. col. vlt. in lec. & in repe. col. 13. versi. 5. quæritur, ibi, secundus quando in eccles. & iterum col. 15. versi. prima quando tendit, & Fel. col. 30. vers. secunda conclusio, & iterum col. 43. vers. decimoquintò, extrà de const. Idem Ant. in d. c. quod clericis, & ibi quoque Imo. col. 3. vers. & per hoc videtur, & Panor. char. pe. versi. si verò iniecit vinculum, & versi. si verò consuetudo, & Barb. col. 16. n. 19. & seq. & de for. comp. Io. Cal de. in sua disputatione. quæ incipit, statuto ciuitatis cauetur, col. vlt. Pe. An. in repe. c. 2. in 12. q. prin. versi. accedat hic quæstio disputata, de constit. & c. postulasti, in 5. quæsti. in fi. de foro compe. & cons. 433. postquá ista domina, col. j. Imo. & Ro. in l. stipulatio hoc modo cócepta, ille col. 2. vers. nec obstat q no. hic col. 6. ver. vbi autem constitutio. ff. de verb. oblig. Idem Imo. cons. 35. in casu præmisso, circa primum dubium, col. j. Card. Flo. in c. perpendimus, in 9. q. extrà de sen. exco. Pau. Ca. con. 423. ea puncto transmisso, col. 3. lib. 2. Panor. cons. 3. saluatoris, in 2. dubio, lib. 2. Marti. Laud. in tract. de primogenitura, col. 7. ver. pulchrum dubium est. Maria. Soc. cons. 36. rectè ac mature, col. 4. & Barth. Soc. eius filius con. 81. in præsenti consultatione, col pen. lib. j. & cons. 183. eleganter sunt omnia, ad fin. lib. 2. & con. 230. viso testamento, col. vlt. eo. lib. 2. & cons. 241. circa primam difficultatem, col. 2. & iterum col. 6. eod. lib. 2. & cons. 252. visis instrumentis, col. 10. ver. ex quibus infero, eo. lib. 2. & cons. 45. supponitur in facto, lib. 3. dum allegat Io. An. in d. c. sine culpa, & cons. 12. ni fallor, lib. 4. dum etiam eundem allegat. Bar. con. 4. scribitur. 1. Regú, col. antep. vers. item potest dari alia responsio, lib. j. Alex. consi. 217. visa facti narratione, col. 2. versi. præterea casus noster, & iterú col. antepe. versi. nec etiam obstat si diceretur, lib. 2. & cons. 9. ponderatis his, col. j. lib. 5. Ang. Cla. in sua summa, in verbo, lex. vers. 5. Ioan. Bapt. de S. Sene. in repe. l. j. col. vlt. & ibi etiam Fran. Aret. col. 12. C. de sum. tri. Card. Alex. in c. per venerabilem. §. q auté, col. 30. vers. vlterius ex consequentia prædictorum, extrà qui filij sunt legi. Ias. in l. vlt. col. antepe. ver. primò illud. C. de pactis. Alber. Bru. in tract. statutorum ad fœminas pertinentium, ar. 6. in 2. q. col. 4. Corn. con. 94. circa primum dubium, col. 2. vers. quod in successione, lib. 2. & cons. 205. quanquam videatur, col. vlt. lib. 4. & Rocb. Cur. in repe. c. vltim. in 11. q. prin. in 6. limitatione, & dominus Benedic. in rep. c. Raynutius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le 1. num. 143. de test. Fran. Ripa. lib. j. respon. c. 6. viso, col. pen. versi. circa secundum. Et in effectu idem voluit ante hos omnes Pe. Bel. Pert. ab horum nullo memoratus, in d. §. plebiscitum, insti. de iure nat. gent. & ciuil. dicens huiusmodi statutum esse in rem, non in personá, ideóque ligare res quæ erant laicorum tempore statuti. licet postea factę sint clericorum, non etiam res quæ iam sunt clericorum.

Quid dē te unerunt in statuto repellente fœminas.

7 ¶ Et simile dici solet in statuto repellente filias, existentibus filiis, vt videlicet filius excludat sororem monialé ea huiusmodi statuto facto ante ingressum religionis. Secus si post ingressum: quia non comprehenderet monialem iam factam vt voluit Lapus alleg. 110. incip. in ciuitate Florentię. col. pen. vers. nec obstat si dicatur, Anto. Imo. & Panor. in d. c. quod clericis, de foro comp. vbi & ipse Ant. scribit se & Pet. Anc. simul ita consuluisse in ciuitate Ferrariæ. Idem Ant. in c. ecclesia, le 1. vt lit. pen. Pet. Anc. in repe. c. 1. col. 21. ver. primò quęro, cum seq. de constit. Panor. in d. c. ecclesia, in lec. col. vlt. & iterum in repe. col. 11. vers. secundus casus, & ibi Fely. col. 30. in 2. concl. 6. q. & iterum d. col. 43. in 15. q. de constit. Idem Panor. cons. 111. in causa Catherinæ monialis, in 2. dubio, lib. 2. Ro. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, vbi suprà. ff. de verbo. oblig. Pau. Ca. cons. 304. primum dubium de quo quæritur, col. 3 versi. si verò statutum non loquitur, lib. 1. Barb. d. consi. 4. col. antep. vbi suprà, lib. 1. Cor. con. 94. circa primum, colum. 2. versi. quod in successione. lib. 2. Soci. d. consi. 81. colum. pen. lib. 1. & d. consi. 230. col. vlt. lib. 2. & in tract. fal. regula 40. hoc capite. causa quando de iure canonico, in 2. fal. Iason in l. seruo legato. § si testator, colum. 2. ff. de leg. 1. Matth. Afflic. in constitut. Sicilię, cuius initium est, in aliquibus, colum. 6. versi. 6. quęro. Lautus à palaciis in tract. statutorum fœminas
8 repellentium, col. 4. versi. an autem hoc statutum. De quo postremo alibi fortè dicam latiùs.

Et idem in statuto repellēte vterinum.

¶ Et idem in simili casu, scilicet statuti repellentis fratrem vterinum ob patruum, vt scilicet habeat locum, quamuis frater sit clericus, respondit Signo. cons. 6. cuius caput est, Titius in infantili ætate, in fin. Sed & idem quoque in statuto repellente fœminas, & descendentes ex eis, vt repellatur filius fratris clericus, tenuit Cardi. Flo. cons. 144. incip. statuit ciuitas, col. 3. versi. si verò nihil.

Tributa imponi nō possunt rebus iā trāslatis in ecclesiā, nondū trāslatis possunt.

9 ¶ Nec item absimile est, quòd rebus iam translatis in ecclesiam non possunt tributa aut alia onera imponi: nondum tráslatis possunt, vt posteà translatis durent, vt voluerunt Archi. Pet. Anc. Domi. & Imo. in c. 1. de immunit. eccle. lib. 6. Idem Archi. & Ioan. An. in c. 1. de censi. eo. lib. 6. Guil. Cun. Iac. Bu. & Bar. in l. placet. C. de sacro. eccle. Idem. Bart. in authen. item nulla communitas. C. de epi. & cleri. & meliùs in l. rescripto. §. sciendum, versi. sed quęro virùm. ff. de mun. & hono. vbi hoc dicit esse de mente Inno. in c. postulasti, de for. com. Et idem Bar. in l. vlt. C. de exac. trib. lib. 10. & in l. j. ad fin. C. de mun. & hon. & in quo loco, eo. lib. 10. & consi.

18. si

18.si aliqua possessio, in fin. Bal. qui id latè disputat, consi. 280. præmisso statuto, lib. 2. & Calder. cons. 7. an si statuto, in tit. de constit. & consi. 2. statuto Perusino, in tit. de censi. quibus locis dicit ita fuisse responsum à Doc. Perusinis. Angel. consi. 24. ecclesia non tenetur. Petr. An. cons. 214. dubium facit in prædicta q. & cons. 503. hoc statutū communis pistorij. Henri. Boh. & clariùs Panorm. in c. 1. extrà de censib. Car. & apertiùs ipse Panor. in c. non minùs, de imm. eccle. ipse Panorm. in d. cap. quod clericis, col. antepe. versi. & idem dicit generaliter, de for. comp. Soci. d. consi. 81. col. vlt. lib. 1. & consi. 12. ni fallor, per totum lib. 4.

10 ¶ Quid quòd ipse Bar. ille nostrorū interpretum facilè princeps cons. 37. quidam Cola Pauli, consuluit, quod valet statutum, vt monachus non possit succedere: id hoc quidem vt nondum monachus factus tempore testamenti, si posteà efficiatur monachus, nō succedat. Nam quod potest fieri per pactum, & id quoque per statutū fieri potest. l. non impossibile, & quod ibi no. ff. de pac. cum si. Sed si quis antequam sit monachus, fecerit pactum de non succedendo, interposito iuramento: certè postea factus monachus non succedet, per cap. quamuis, de pact. lib. 6. Ergo & eadem ratione statutum quod est quædā sponsio vel pactū totius Reipublicæ. l. j. ff. de legi. astrinxit illum monachum, vt non succedat. sed de hoc dicam alibi latiùs.

De statuto vt monachus nō succedat.

11 ¶ Aduerte tamen quòd contra huiusmodi decisionem de qua in nostra quęst. disserimur, fortiter vrget quod dicit Saly. in d. Authen. cassa. C. de sacro. eccl. & reassumit Fran. Are. in d. c. quod clericis, in fin. de foro compe. quòd cùm hìc tractemur de successione, non potest videri iniectum vinculum ex statuto, nisi tempore delatæ successionis, id est, mortis patris, quod inspiciendum est, iuxta no. in l. si cognatis. ff. de rebus dub. Nam & exclusio videtur fieri eo tempore, quo defertur hæreditas, ar. l. qui superstitis. ff. de acqui. hær. Sed tempore delatę successionis reperitur secundogenitus clericus. Ergo nondum in illum iniectum est vinculum statuti. Quod & ita confirmatur. nam exclusio dicitur respectu inclusionis, vt per Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad S C. Tertul. Sed viuente patre de cuius successione agitur, non potest quis dici inclusus, cùm nondum illi sit delata successio, nisi spe, quæ non habet causam de præterito, vt no. idem Bar. in l. is potest. ff. de acqui. hær. Ergo nec similiter potest dici alter inclusus.

Contra superiores opi.

Exclusio respicit tēpus delatæ hæreditatis.

12 ¶ Hæc fermè Fran. Are. qui ob id dicit forte illam Ioan. An. & sequacium doctrinā non procedere de iuris subtilitate: ideóque super ea esse cogitandum, licet tandem dicat, esse ab omnibus sequendam, tanquam communiorem, nulla tamen responsione facta ad huiusmodi obiectionem. Cui & tu adiicies ex Philip. Dec. quod no. Bald. in l. omnes populi, colu. 6. vers. sed pone statutum. ff. de iusti. & iure. quòd filia dotata ante statutum, excluditur à statuto posteà facto disponente quòd filia dotata non succedat: quia licet ratio exclusiua, scilicet dotatio sit ex causa de præterito, casus tamen deferendæ hæreditatis est de futuro. Quod & idē dicit ipse Bald. in l. illam, post medium. C. de donat. & Iason consi. 11. in dubio, col. 2. versi. nec ob. illud dictum, lib. 1. vbi idem dicit voluisse Bar. in consi. incip. statuto ciuitatis Asisij, quod non aliter designat, sed est consi. 99.

Confirmatio præcedētis opini.

13 ¶ Addes, inquam, quòd semper aliàs inspicimus tempus executionis & effectus statuti, quo scilicet sortitur effectum, non ipsius statuti, vt videre licet ex eo quod scriptum est à gl. in c. 1. in fi. de iniuriis, lib. 6. ex qua Domi. ibi in fin. no. q. vbi lex punit actū & eius executionē, trahitur ad actum habentē originē ante constitutionē si habet executionē de futuro. & gl. in cle. 2. in verbo, in posterū, de æta. & quali. ex qua Anto. Card. Flor. qui illam dicit sing. in 5. oppo. & Panor. not. quòd constitutio compræhendit actus præteritos, respectu suorum effectuum futurorum. & glo. in cle. 2. in verbo, vtetur, & ibi Pau. Eleaz. Steph. Lau. Imo. Cardi. Flor. in 4. q. de vita & hone. cleri. glos. in cle. 1. in verbo, deputans, & ibi Imo. Cardi. Flor. in 1. oppo. & Panor. de testa. Cy. & Alber. in l. leges & constitutiones, col. 3. versi si verò lex noua: & iterum col. pe. vers. & ex prædictis. C. de legi. Bart. in l. omnes populi, col. 16. versi. ecce alia dicit statutum, & ibi Bald. col. 6. versi. sed an trahatur ad veteres. ff. de iusti. & iure. Alberi. in quarta parte statutorum, quæstio. 55. aliam quęstionem quęro. Bald. in l. si ita scriptum. §. vlt. ff. de legat. 2. & consi. 93. primo statuto cauetur, in fi. lib. 4. & con. 477. punctus quæstionis, col. 2. eo. lib. 4. Rosel. inter consi. ipsius Bald. consi. 91. viso prędicto puncto. d. li. 4. Angel. consi. 382. statuto communis. Anto. in sua disput. incip. stante statuto municipali. Pet. Anc. in cap. licet canon. col. 3. versi. secunda quæstio, & ibi Domi. col. 3. versi. Iacob. de Bel. disput. de electi. lib. 6. & idem Anca. cons. 225. visis & diligenter, ad fin. ipse Domi. in cap. vlt. col. 2. vers. quid si tempore. de elect. lib. 6. & in c. ex antiquis, col. 5. versi. tertiò, quando repetitur 54. di.

Ad idem.

Tēpus executionis & effectus statuti inspicitur, non ipsius statuti.

Statutum trahitur ad actus præteritos respectu effectuū futurorum.

vide infrà nume. 17.

14 ¶ Sed hìc potest dicere, quòd in casu de quo loquimur ius est quæsitū primogenito ante mortem patris, quod patet ex iis quæ habentur in c. quàm periculosum. 7. q. 1. & quæ diximus suprà in 21. q. & iterum in 40. quæstione, in locis infinitis. & expressim in nostro casu voluit Io. An. in d. regula, sine culpa, & Alex. in d. consi. 212. col. pe. lib. 2. & multi eorum, quos supra citauimus. Quemadmodum etiam in casu statuti excludentis filias dotatas existentibus masculis, confestim vt masculus natus est, recipit qualitatem inclusiuam: & filia etiam, vt nata est, impotentiam succedendi. Ideóque ingreditur monasterium cum illa impotentia, existentibus masculis. Sicuti semoto illo statuto ingreditur cum facultate succedendi, quam habet

Responsio ad præcedentia.

de iure communi. Sufficitque quòd per ingressum non efficiatur deterioris conditionis, iuxta tex. in l. Deo nobis. §. hoc etiam, in fi. cum aliis seq. cùm etiã sine ingressu vterque & secundogenitus & fœmina essent exclusi. Nec enim debet conqueri, si non melioris efficiatur, ar. l. qui autem. §. vlt. ff. quæ in fraud. credi. Et propterea non est verum, quòd monialis excludatur, cùm priùs esset exclusa iam à tempore natiuitatis suæ, vt optime declarat Pau. Ca. d. con. 304. lib. 1. Id quod similiter dici potest de secundogenito clerico. Et ita dicitur iniici vinculum ante clericatum, cùm exclusio nascatur ex qualitate præcedenti clericatum. Et hoc modo ius quæsitum considerat in hoc casu Lapus. d. alleg. 9. ad fin.

Impugnatio illius responsionis.

15 ¶ Verùm his secontinuò aduersum opponit Decius in d. cap. ecclesia, quoniam, vt ipse dicit, si secundùm illam considerationem dicamus esse iniectum vinculum, fere semper statuta laicorum ligabunt clericos, quia quando nascuntur, sunt laici & subiiciuntur statutis: & propterea licet postea efficiantur clerici, remanent semper ligati, quia iniectum esset vinculum. Nec est, inquit, verum, quòd primogenito sit ius quæsitum in regno vel hæreditate patre viuente, secundùm Oldra. consi. 94. eleganter, & Pe. An. consi. 82. dicta facti narratio, cum similibus adductis per Alex. vt ipse dicit, consi. 4. ponderatis verbis, col. 4. lib. 4. Nec placet, vt ille subdit, ratio Pau. Ca. quòd sufficiat monialem non esse deterioris conditionis, quàm prius esset: quia si attenderetur huiusmodi ratio, clerici ferè semper statutis laicorum subiicerẽtur. Ideò videtur quòd nec secundogenitus, nec monialis excludantur ex huiusmodi statutis, nisi in fraudem ille clericatum arripuisset, illa religionem. Et ita residet Decius.

Responsio ad illã impugnationem.

16 ¶ Sed huic obiectioni possumus dicere. primùm huic quod dictum est, omnia fermè statuta ligatura clericos, si huiusmodi interpretationem sequamur, negando id esse verum: tum quia sæpius fiunt noua statuta & reformationes, in quibus illud cõsiderabimus: tum quia ea consideratio non adeò late patet, vt sit locus obiectioni Decij. Nam vt optimè declarat Calder. in d. disput. incip. statuto ciuitatis, col. vlti. tantùm habet locum in casibus, qui iam robur, effectum, & consummationem acceperunt ante clericatum, vt in d. casu Ioan. An. loquentis de primogenito & secundogenito clerico, in quo sola genitura cõfert ius ipsi primogenito. Non autem in iis casibus, in quibus actus habuit initium ante clericatum, & consummationem post eundem. Verbi gratia, in statuto prohibente probari solutionem debiti per testes. Nam laicus post solutionẽ factus clericus, poterit probare per testes, nec ligabitur eo statuto: quia statutum non iniecit vinculum ante clericatum, vt pote cùm respiciat actum probationis, qui tempore clericatus conficitur. Quam Calderi. doctrinam sequitur Pe. An. in repe. d. c. 1. in 12. quæstin. prin. versi. accedat hic quæstio disputata. & præterea in c. ea quæ, in secunda quæstio. & plenius, in vigesima sexta, de reg. iur. lib. 6. & Raph. Co. cons. 140. Pilacus, col. 2. & seq. & Fely. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ in 15. quæst. & ibi quoque idem Dec. col. 21. vers. & ista conclusio de constit. & Roch. Cur. in repe. d. cap. vltim. in 6. limit. 11. q. de consue. Id quod etiam licet videre in aliis casibus in quibus loquuntur ij quos citauimus suprà, versi. ab hinc tertio, addes inquam.

De statuto prohibente probari solutionẽ debiti per testes.

17 ¶ Quanquam & illud quoque dici potest, non id adeo certum esse, vt quidam putant, vt scilicet inspiciendum sit tempus effectus & executionis statuti, potius quàm ipsius statuti, cũ tex. huic sententiæ repugnet, in l. iubemus. C. de testa. vbi constitutio dans formam testamentis non extenditur ad præterita testamenta, licet testator adhuc viuat, proindéque adhuc pẽdeat testamentum, & ipsius effectus ex morte testatoris, vt ibi subtiliter annotat Pau. C. paulò post medium, versi. circa finem, & Corne. col. 1. versi. nota quòd quò ad formã. Ex quo & ibi Iason in 3. not. colligit quod constitutio noua procedit etiam si effectus actus præteriti conferatur in futurum, & sic post statutum nouiter conditum. & ad hoc eum text. dicit no. quem & ad hoc expendit Angel. in §. 1. versi. aduerte pro declaratione, in auth. vt cùm de appel. cogno. & Pan. in c. vlt. col. pen. & ibi etiam Fely. col. 2. versi. amplia quartò, de constit. Hincque est quod scribit Bal. in l. si quis hæredem, ad medium. C. de inst. & substi. quòd si rusticus ruri confecerit testamentum cum quinque testibus tantùm, cùm plures habere non posset, secundùm l. vlt. C. de testa. posteáque vrbem aliquam habitat, manet tamen validum illud testamentum prius factum, inspecto scilicet tempore quo fuit conditum: non mortis, quo effectum sortitur. Et sequitur Pau. Ca. consi. 184. ex facto proponitur quòd testator, in fi. lib. 2. & Iason in d. l. vlt. col. 1. versi. tertiò responde. C. de testa.

Aduersus id quod diximus statuta trahi ad tempus effectus & executionis statuti.

18 ¶ Et ne quis putet id tantùm obtinere quantum ad formam, siue solennitatem testamenti, legat Inno. in c. statuimus, circa medium, versic. item not. quòd priuilegium, de maio. & obed. dicentem, quòd recepti in canonicos autoritate Papæ ante illam decretalem, præcedent maiores ordine posteà receptos, iuxta antiquum stilum, licèt præbendas assequantur post illam decretalem. Et sic etiam intelligitur ille text. nam licet præbendam sint habituri post illam l. nouam, tamen ius est in præbenda quæsitum prius ex receptione facta Papæ autoritate, per c. bi qui, de præben. lib. 6. Et ideò per illam l. nouam tale ius non tollitur.

Non solũ quantũ ad formã & solennitatẽ sed quantũ ad reliqua.

19 ¶ Et illud dictum sequitur Imo. in d. cap. vlt. col. 3. versi. iuxta prædicta, & iterum col. pen. ver. sed aduerte, & ibi Fely. vbi suprà, & per hoc tenẽt, statutum de lucro dotis non habere locum in dotibus

in dotibus datis ante statutum, quarum restituendarum tempus post ipsum statutum cessit, vt scilicet inspiciendum sit tempus matrimonij, non mortis, vel alterius dissolutionis ipsius, contra quàm voluerunt Bar. in d. l. omnes populi. loco suprà allegato. Cui consonat q̀ scripsit Iaco. Bu. in sua quadam disputa. quam retulit & secutus est Pet. Anc. in cap. 1. in 13. quæsti. prin. versi. hîc subiicio quæstionem. Iac. Bu. de constit. quòd dispositio cle. super cathedram, de sepult. quæ vult quòd de relictis factis ecclesiis conuentualibus mendicantibus soluatur quarta portio parochiali ecclesiæ, non habet locū in legatis factis à testatore ante illam constitutionem, etiam si talia legata post illam constitutionem incipiant habere effectum. Quod & sequitur Fran. Are. consi. 85. considerata diligenter, col. 1. Et id confirmat quod tradit Pan. in c. pastoralis. §. verùm, col. 1. per illum tex. de appel. quòd licet noua constitutio concernat futura & non præterita, si tamen illa futura omnino dependeant à præteritis, non illa comprahendit noua constitutio.

20 ¶ Nec verum est quod dicit ipse Decius, quòd nullum est ius quæsitum primogenito in vita patris: cùm apertè contrarium probetur in d. c. quàm periculosum. Quin & si de hæreditate patris tantùm ageretur, & non de iure primogenituræ adhuc acquisito, satis videtur esse qualitas succedendi. Nam filij habent viuentibus parentibus probabilem spem succedendi, vt no. Bar. in l. 1. §. pater. ff. de acqui. hære. & Pau. Ca. d. consi. 304. & Soci. d. cons. 241. col. 6. libro 2. & plenè diximus in 40. q. Nec interim tamen prætermittendum est fuisse quosdam, qui simpliciter dixerunt, huiusmodi statutum excludere clericos secundogenitos, videlicet Card. Flor. in c. perpendimus, in 9. q. de senten. excom. vti eum allegat, & sequitur Pau. Ca. cons. 423. ex puncto transmisso, col. 3. versi. clerici autem, lib. 2. quanquam Card. ibi illud non dicat, sed aliud in quo illum citabo in seq. q. nu. 7. & idem in statuto.

Filij parētibus viuis habent probabilē spē.
Qui tenuerunt simpliciter valere id statutum.

QVADRAGESIMA QVARTA QVAESTIO.

1 QVadragesimo quarto quæro, quid è diuerso, si primogenitus sit clericus, secundogenitus laicus, an possit ipse primogenitus clericus vti beneficio huiusmodi consuetudinis ad excludendum ipsum secundogenitum? Hanc quæstionem latissime tractauit D. Cirier. in suo tractatu primogenituræ, li. 1. in 24. q. At nos eam breuiùs concludemus: alia, si tibi videbitur, videbis apud eum. Et primum videtur quòd non, duabus potissimum rationibus. Prima, quia licet valeat huiusmodi consuetudo, ius tamen iniquum inducit, dum quos natura simul & lex æquales fecit, inæquales prorsus efficit, alios aliis præferens: & interdum alteri videlicet primogenito totum deferens, alteri nihil. Propterea non debet eo iure vti ecclesia, nec personæ ecclesiasticæ, ar. c. vlt. 17. q. 4. vbi non debet ecclesia recipere, quod ei defertur ex hæredis exhæredatione.

An primogenitus clericus posit vti iure primogenitura aduersus secundogenitū.

2 ¶ Nec aliàs quoque debet vti iure iniquo, etiam ex iure communi introducto, per id quod dicit gl. no. in §. hoc ius, in verbo, vt plus 10. q. 2. quòd licet ius commune permittat contrahentes sese inuicem decipere, per l. in causæ. ff. de mino. Non tamen debet ecclesia id facere: nec ideo cum aliquid vendit, recipere plus iusto precio, si offeratur, per c. per tuas, de donat. Quod & idem putat de personis ecclesiasticis Anto. in c. in ciuitate, de vsur. cum multis concord. quas adduxi in Legi. Connub. in 9. lege, nu. 10. sed tamen, nc hîc iterum repetam.

Ecclesia nō debet vti iure cōmuni iniquo.

3 ¶ 2. Quia statuta laicorum aliorum quidem quàm imperatoris, quantumuis fauorabilia, etiamsi generaliter loquantur, nihil prosunt ecclesiis & ecclesiasticis personis, nisi sint à Papa approbata, per tex. in c. bene quidem 96. di. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ, extrà de consti. & ita voluit Hosti. in c. vlti. & ibi post eum Io. An. col. pe. & Panor. col. vlti. de solu. Bal. consi. 135. articulus, col. vlt. ver. præterea quamuis, lib. 2. & Pe. An. in repe. c. 1. in 12. q. priu. ver. hîc etiam quæro vtrum statuta, de const. vbi & ad hoc allegat no. per. Ioan. And. in d. c. 1. de ope. no. nu. & idem quoque voluit Matth. Matthesi. no. 111. nota vnam lucrosam, & Barb. in c. dilecti, col. 4. de for. compe. vbi ad hoc multa allegat, quæ omnibus videre licet.

Statuta laicorū fauorabilia etiā generalia non prosunt ecclesiis, nec clericis, vide num. 7.

4 ¶ Nec id mirum videri oportet, cum extranei non debeant potiri beneficiis statutorum, per l. vlti. ibi, æquum quippe est, vt qui nostris, &c. C. de sum. tri. vbi hoc no. Iac. Are. & Albert. qui alios antiquiores citat in 2. parte statutorum, q. 9. cuius est exordium, sed ex quo diximus. & Guido Susa in quæstione incip. sed pone quæstionem, statutum, Bar. qui multas rationes affert in tract. Repressaliarum in 1. q. 5. q. prin. Bal. in rub. C. qui admit. ad fi. Ang. con. 73. in statuto Florentino. Pau. Ca. in l. omnes populi, ad fi. ff. de iust. & iure, & consi. 343. statutū suprà relatum. Ro. consi. 224. ista captura, col. 2. versi. tertia princ. ratione. Alex. consi. 44. videretur prima facie, col. 3. versi. accedat prædictis, lib. 5. & consi. 41. ex multis in themate, col. 2. li. 7. & Soci. consi. 241. circa primam difficultatem, col. 5. lib. 2.

Extranei non potiuntur beneficiis statutorum.

5 ¶ Idcóque fuerunt plerique in ea op. vt ex statuto vel consuetudine disponēte, quòd filia non succedat existentibus masculis, filius clericus non repellat filiam. Ita enim expresse voluerūt Pe. Anc. & Matthesal. in dd. locis, & subobscure Imo. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. & rursùm in c. dilecti, eo. tit. vbi tamen dicit contrarium seruari in practica. & Rom. vt illum aliqui allegant, sing. 443. cuius est initium, habeo casum in facto, dum dicit se multum du-

Clericus nō repellit fœminam ex statuto repellente fœminas ob mares. vide num. 7.

bitare.Barb.iu c.quod clericis,col.27.de for.compe.& cou.53.pręclare,col.vlt.li.2. Et in han pariem videiur inclinare Alex.in d.consi.41.lib.7.

Clericus potest vti iure primogenituræ ex statuto.

6 ¶ TAMEN quòd in casu nostræ consuetudinis præferentis primogeuitum cæteris liberis, posit vti primogenitus clericus ea consuetudine, ienet expresse Panorm.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ,col.vlt.de constit.& Mart.Laud.in tract.primogenituræ.col.7.ver.pulchrum dubinm.Barb.in rep.rub.de reb.eccl.non alie.in 2.dubio,col.eiusdem 13.versi.& iuducit ad duo.& Carol.Rui.cons.195.ex thenate,col.2.lib.2.

Et repellere fœminas ex statuto præferente mares fœminis.

7 ¶ Et idem in statuto præferente masculos fœminis,vt scilicet posit masculus clericus ex eo repellere fœminas,quicquid dicant ij quos suprà citauimus,tradit Bal.in repe.l.1.col.7. vers. sed hîc vlteriùs quæritur.C.de sum.tri.& consi.30.præsupposito statuto, col.2.versi.quęritur verũ statutũ,lib.1.& subobscure Ang.cons.68.Martinus,col.a.vers.nec.obstat quòd quidam,quę & repetitur cons.281.Lap.Ab.alle.109.iu quęstione proposita,& Io.Lign.Fran.Alber.& Lap. Castel.qui in casu ipsius Lapi Ab.consuluerunt alleg.seq.incip.in ciuitate Florentię.Ant.in c.quæ in ecclesiarum,col.j.de consti.& in d.c.quod clericis, ad fin.& ibi Cardi.Flo.& Pano. tam in lec.col.antepe.quàm in repe.col.26.versi.secundus casus,de foro compe.Cardi.Flo.in rep.c.perpendimus,col.12.vers.quid si constitutio,de sent.excom.Pau.Ca.in l.omnes populi, post medium,ibi,item an clerici.ff.de iust.& iur. Panor.in d.c ecclesia,tam in lec.col.vlt.quã in repe.col.15.vers.vnde si statutum,& ibi Fely.in 7.q.de consti.& idem Panor.in c.constitutus, in 5.no.de in inte.rest.& in d.c.1.col.3.vers.secundo casu,de no.ope.nunci. Alex.sibi contrarius in addi.Bar.in l.1.§.qui babebat.ff.de bono.pos.contra tab.& cons.111.videretur prima consideratione,col.2.lib.7.Soci.d.cons.241.circa primã difficultatem,col.j.lib.2.vbi banc dicit esse communem op.& cous.128.circa præsentem.col.2.lib.4.vbi & idem dicit.Bar.sibi contrarius in repe.rub.C.qui admit.col.5.vers.tertiò facit.& consi.50.illud afferam,in 1.dubio, libr.3. & cou.73.magoanimus,col.3.vers.faciat quod cousuluit,lib.4.Ang.Clara.in verbo,lex,versi.5. Philip.Decius consi.282.viso puncto,col.3.vers.vltimò quæritur.Bened.in repe.c.Raynutius, in verbo,duas babens filias,nu.142.Geor.Nata.in rep.cap.quanuis,cbar.15.vers.16.quæro,de pactis,lib.6.Matth.Afflic.in consti.Siciliæ incip.iu aliquibus,col.17.vers.15.quæro. Laur. à Palaciis in tract.statutorum fœminas repellentium,col.16.

Statuto generali fauorabili an & quando possint vti clerici.

8 ¶ Mouentur plerique omnes,quoniam si statutum generale sit fauorabile,nec procedat prohibendo,præcipiendo,puniendo,aut aliàs imperiose, & veluti specie quadam autoritatis & iurisdictionis,sed magis cõcessionis aut priuilegij,possunt eo vti clerici & monachi, vt etiam præter illos ac loca suprà aduocata voluerunt ipse Card.in d.c.perpendimus, in 2.q. ad fi.de sen.exc.Pau.in c.ex literis,quod est vlt.in 1.no.per eum tex.de vita & hon.cleri.Ro.sing.443. capitulum.Domi.in c.vlt.in prin.circa medium,versi.quęro pone,de offi.dele.lib.6.& Alex. consi.111.ponderatis his omuibus,col.pen.vers.ad id quod no.lib.2.& cons.211.visa,col.1.latè Roc.Curt.in repe.c.vlti.iu 11.q.de consuet.Auto.Rubeus,qui alios quoque allegat,con.159. clari iuris est,in fi.

Comprobatio illius opi.

9 ¶ Pro quibus est optimus tex.iu d.c.constitutus,de iu inte.restitu. vbi clericus vtitur consuetudine, quę dat facultatem retrahendi rem à consanguineo venditam , & illum text. ad hoc facit sing.Ro.d.sing.443.& nos quoque diximus in nostro tractatu Retractuum,ti.1.§.1.glo. 8.in verbo,*le parent*,n.41.sed consequenter.Facit etiam tex.in d.c.dilecti , de foro compe. vbi priuilegium simpliciter cuncessum hominibus alicuius loci, compręhendit clericos illius loci,vt etiam ex illo no.Io.And.in verbo,Anglicis,Cardi.Flor.Anto.Pe.Anc.Pan.post prin.& alij. Et etiam in c.2.de consuet. vbi & ecclesia vtitur cousuetudine transferente rei possessionem ex aliquo actu,& c.si adiutorium,to.di.

Quid si statutũ priuilegiatiuũ specialiter loquatur de clericis.

10 ¶ Imò verò sunt nonnulli uon iufimæ autoritatis,qui ea quę diximus dicuut procedere,etiã si statutum priuilegiatũ nominatim & specialiter loquatur de clericis.Et inter hos Bal.consi. 241.verba capituli,li.3.Pan.iu d.c.ecclesia sanctæ Marię,ad fi.in priori lec.& ibi post eũ Phil. Dec.col.22.versi.& ista conclusio,de constit.& idem Deci.d.consi.282.in fin.& D.Cirier.in tracta.primogenituræ lib.1.q.24.col.12.versi.his adde,& alibi sæpe in ea quęsti.

Laici possunt conferre priuilegia clericis.

11 ¶ Quis enim ignorat laicos posse clericis conferre priuilegia, cùm text.de hac re sit apertus in c.nouit,de iudi.& in l.omnia priuilegia.C.de epis.& cleri. uec solùm Imperatores de quibus ea iura loquuntur,sed etiam inferiores,vt patet ex c.auditis,& ibi gl.s. Ligna.Pet.An.Anto. Imo.& Aegid.Belleme.de restit.in iutegr.& c.inter dilectos,de fide instru.&c.dudũ, de deci. quæ in id expedit Card.Flor.in rep.c.perpẽdimus,col.11.ver.de priuilegiis,de sent.exc. Nam & quilibet,inquit,priuatus potest donare & conferre ecclesiæ.c.cùm dilecti, de condi. appo.

Priuilegia conceduntur non subditis.

Possunt enim & omnes non subditis coucedere priuilegia , sicuti & alias eorum commodo consulere,vt est tex.expressus in l.1.& ibi glo.C.de eman.libe. & Cardi.in d.c. perpendimus, col.12.vers.quid si constitutio.Et facit l.non dubium,& l.postliminium.§.inducię.ff.de cap.& postli.reuer.& l.conuentionum.ff.de pac. Et ita quidem , vt huiusmodi priuilegia non subditis concessa non possint reuocari,vt voluit Inn.& recentiores, qui adferunt concord. in d. c.nouit de iudi.

¶ Nec

12 ¶ Nec obstat quod primo loco dictum est, huiusmodi consuetudinem esse iniquam, propterea nec debere clericos ea vti. Nam id falsum esse satis depræhéditur ex iis quę scribit Io. An. in regula, sine culpa, in vlt. q. de reg. iur. li. 6. dum probat eã consuetudinem in æquitate fundari. Quod cùm semper verum sit, vt & latè ostendimus suprà in 4. q. princ. Tum verò maximè cùm cedit in commodum clericorũ, quandoquidem ex lege Mosaica, quam diuinã multi appellant, omnes primogeniti, & ij quidem soli erant sacerdotes, & diuinis mysteriis mancipati, vt & suprà in præfati. docuimus post prin. cùm de Iudæis loqueremur, nu. scilicet 17. adiiciunt. Quis igitur est adeò mentis impos, vt nunc clericos ab eo iure repellat, quod veluti diuino nutu illis priuatum competebat?

Respõsio ad contraria.

13 ¶ Secũda autem ratio qua dictum est fauorabilia laicorum statuta non prodesse clericis, facilè diluitur ex iis quę suprà diximus. Ea enim procedit, cùm statutum fit specie quadam autoritatis & iurisdictionis. Tunc enim clerici eo vti non debent, ne videantur id agentes recognoscere laicorum in se autoritatem & iurisdictionem, quod facere non possunt, per c. si diligenti, & c. significasti, de for. compe. At si fiat specie tantùm priuilegij, nihil est iam quod impediat clericos eo vti, cùm & externis prorsus, & non subditis possit conferri priuilegium, vt suprà probatum est.

Ad idem.

14 ¶ Alioquin quod in fauorem eorum est introductum, in illorum læsionem retorqueretur, contra l. quod fauore. C. de legi. cum si. Nec mirandum est si cómoda illis possimus conferre quibus grauamina inferre non possumus, cùm id & aliàs fieri videamus, in l. quotiens. C. vbi Sena. vel clar. & no. per gl. loquentem expresſè de laicis erga clericos, in l. nemo qui condemnare. ff. de regul. iur.

Commoda iis facere possumus quibus incommoda non possumus.

QVADRAGESIMA QVINTA QVAESTIO.

1 QVadragesimoquinto quæro, quid si is de cuius successione agitur, erat clericus, an in successione illius locum habebit statutum præferens primogenitum cæteris? Imo. in c. quod clericis, col. 2. vers. & per hoc videtur, de for. compe. loquens in statuto pręferente mares fœminis, tenet quòd non habet locum, quando agitur de hæreditate clerici, cùm non sit eorũ subditus, qui voluerunt suo statuto facere hæredem ipsi decedenti, per ea quæ habentur in d. c. quod clericis, & no. per Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & ita dicit Imo. se pridie cõsuluisse apud ciuitatem Lucanam. & sequitur Alex. cons. 44. incip. videretur prima facie, col. 4. ver. & sic manifestè concludere, lib. 4. & Phil. Deci. in c. ecclesia sanctæ Marię, char. pe. col. 1. vers. nota tamen quòd tale statutum, de constit. & Benedic. in c. Raynutius, in verbo, duas habens filias, nu. 145. Geor. Nat. in repe. c. quamuis, char. 14. ver. 18. quæro, de pactis, lib. 6. vbi hoc dicit esse no. quia sæpius contingit de facto.

Quid autẽ si is de cuius successione agitur, erat clericus.

2 ¶ Sed ego tamen non id recipio, rationibus allegatis suprà in duabus pręcedẽtibus quęstionibus, quas non est opus hic repetere: nisi fortè quis esset iam clericus ante huiusmodi cõditum testamentum, per ea quę diximus in 43. q. nu. 5. his tamẽ non obstãtibus, & multis seq. & voluit expresſè idẽ Imo. in d. c. quod clericis, vbi suprà. Verùm id in Gallia nõ obseruaretur.

QVADRAGESIMA SEXTA QVAESTIO.

1 QVadragesimosexto quæro, In successione de qua agitur, sunt bona nõ solùm in ea prouincia quæ primogenitum cæteris pręfert, sed & in alia, in qua filij succedunt æqualiter, quid agendum in hoc iure primogenituręʔ Sunt in hac quæstione, qui simpliciter dicunt inspiciendum cuiusque prouinciæ statutum, vt videlicet nulla ratione habita originis, domicilij mortis defuncti, nulla item domicilij hęredum, iudicetur secundùm statuta, & consuetudines locorum, in quibus bona sita sunt: vt scilicet in prouincia quę præfert primogenitum, pręferatur primogenitus in bonis ibi sitis: in alia quę æqualiter omnes admittit, omnes æqualiter succedant, per l. pupillo. ff. de tut. & cur. dat. ab his, & l. Titium. §. tutor. ff. de admi. tut. & l. constitutio. ff. ad municip. & l. certa forma. C. de iure fisci, lib. 10.

Si sunt bona in loco qui vtitur iure primogenituræ & in loco qui non vtitur quid agendum.

2 ¶ Et ita voluerũt Iac. Ra. Iac. Are. Guil. Cun. Dy. Ray. Io. Fab. Bal. col. 9. vers. venio ad secundũ in l. cunctos populos. C. de sum. tri. Collec. in c. 1. col. 2. vers. quid si consuetudo, & ibi quoque Pe. An. in repe. in 12. q. prin. post prin. vers. sed circa personas, & vers. per ista soluitur quęstio, & iterũ vers. quęro iuxta prędicta, de cõsti. in quo postremo loco dicit Pe. An. communẽ esse op. vt in successione intestati attendatur locus bonorum, sine distinctione, an sit statutũ personale, an reale. Hanc quoq; sententiam tenet Bal. con. 245. quęritur vtrùm ille, li. 1. vbi dicit hãc op. cõmuniter practicari, & obseruari. & con. 132. quanquã super hoc pũcto, ad fi. libr. 2. Maluer. in tit. de succes. & vlt. volũt. §. itẽ illud quod dicitur. Nicol. Perusi. in trac. de suc. ab inte. in 6. specie filiorũ. 1. partis prin. col. 5. vers. sed nunquid stante tali consuetudine. & Alex. cons. 16. viso titulo quęstionis, in j. dubio, lib. 1. & cons. 128. consideratis verbis testamenti, col. 2. vers. & pro hac opi. & col. seq. lib. 1. & con. 19. primũ dubiũ, col. 2. li. 6. Corne. cons. 115. in hac consultatione, col. j. lib. 2. & cons. 202. circa pręsentem consultationem, col. 4. vers. dato autem sine pręiudicio, li. 2. & iterum cons. 85. plura dubia, col. 3. in litera g. in fi. lib. 3. & Soci. cons. 288 circa primam quęstionem, col. 2. lib. 2. & iterũ cons. 292. visis statutis magnificę ciuitatis, col. 2. eo. lib. 2. & Iacobus à S. Geor. in tract. feud. col. 6. vers. insuper quęro quidam. & Geo. Nat. in

Statutum cuiuslibet loci sequendũ in bonis ibi sitis.

Qui id tenuerunt.

c.quanuis,col.61.vers.9.facit,de pact.lib.6.vbi hoc dicit no.Nicol. Eueraldus in Locis legalibus,loco quidem 79.col.9.vers.hinc etiam videmus.

Qui idē in similibus casibus.

3 ¶ Et idem quoque in caeteris similibus casibus voluit Bal.in l.si arrogator,col.antep. versi.& facit ad plures quaestiones.ff.de adop.vbi ita dicit se pridie cōsuluisse Bononiae,& Lapus Ab. alleg.92.quae à multis citatur pro cōs.ipsius 306.cuius initium est,in primis videndū est, in 4. dubio.Card.Flo.cōs.2.hoc capite,circa statutū,ver.ité praesupposito.Pau.Cast.cons. 32.incip. circa primum quaesitum,in princ.lib j.Corne.d.cons.85.col.4.vers.hinc dicit Bal.li.3.& iterū consi.162 hoc principio constat quòd de iure,col.2.nam huiusmodi statuta, eo.libr.3.

Qui distinguut virum in rem an in personā sint concepta.

4 ¶ Alij concedunt eam op.procedere cùm statutum vel consuetudo est in rem, siue disponit circa rem,videlicet per huiusmodi verba,bona decedentium veniant ad primogenitum. statutum enim reale res ipsas afficit,à quocunque possideantur siue à ciue,siue ab extraneo,per l.rescripto,in fi.ff.de mun.& hon.& l.an in totum.C.de edic.priuat.Secus si in personam,per huiusmodi verba,primogenitus succedat.quia tunc non respicit res, sed personas, nec ideò extraneos & forenses etiam ibi bona possidentes complectitur,per l.j.C.de mulieri.& in quo loco,lib.10.cum si.

Quid id tenuerunt.

5 ¶ Ita enim voluerunt Pe.& Cy.in d.l.cūctos populos,vterque col.vlt. C.de sum.tri.Pet. Anc. consi.163.visis & diligenter inspectis,in j.dubio.Imo.in cap.cum olim,ad fi.de cleri.coniug. Panor.in capit.quod clericis,col.6.vers.& cum hoc temperamento, & ibi quoque Barb. col. 14.de foro compet.Idem Panor.in cap. postulasti ,col. penult.eo.tit. Et facit quod in simili voluit Cald.in sua disputatione,cuius est initium,statuto cauetur,& in d.c.quod clericis,& ibi quoque Panor.col.3.& sequen. & Roch. Cur. in repe.cap. vlt.in ti.quaest.princip.in 2. limitatione, extrà de consuet.

Ea distinctio nō dicēda verbalis magis quàm realis.

Vt qua habet locū in legibus & edictis praetorum.

Et in testamentis.

6 ¶ Et ne quis putet huiusmodi distinctionem vanā esse & verbalem, magis quàm realem , vti putauit in re quapiam simili Pet. Anca.in c.accessoriū,col.5.vers.aduertatis domini,de regu. iur.lib.6.& Fran.Are.in l.iuste,col.vlt.vers.prætereà ista differentia.ff.de verb.oblig.Sciat similem quoq; distinctionem ad plures effectus fieri in legibus & edictis Praetorū, vt patet ex l.si seruum.§.ait praetor.ff.de acqui.haere.& l.aut qui aliter.§.vlt.& ibi Bar.ff.quod vi aut clā. Et in testamentis.l.pater filiae.ff.de seruit.lega. Et in stipulationibus.l. si sic stipulatus.ff. de verb.obli.Et in pactis.l.cōtra.§.si filius,& l.qui in futuriū.§.j.ff.de pact.& l.iurisgentiū.§.pactorum,eo.tit.vbi ea differētia verbis ipsis exprimitur,scilicet in rē,& in personam, & declaratur quādo sunt in rem,& quādo in personam,nō eo tamē modo,quo declarat Bar.loco suprà allegato.Et in rescriptis ad lites c.quoniam abbas,de offic.deleg.Et in priuilegiis,c.priuilegiū,de reg.iur.li.6.Et in cōcessionibus & immunitatibus.l.aetatē.§.vlt.& l.forma.§.quāquā. ff.de cēsib.Quę omnia ab ipsomet Pet.Anc.sunt collecta,cons.327.discurrit,in prin.& quędā quoq; cons.244 quia quaestio,col.1.ver.in contrariū.Et in statutis praeter eos,quos suprà citauimus,& ad aliū effectū per Saly.in Auth.cassa,col.4.ver.quid dicem⁹.C.de sacrosanct.eccl.

In stipulationibus.

In pactis.

In rescriptis.

In priuilegiis.

In cōcessionibus & immunitatibus.

7 ¶ Caeterùm Bar.in d.l.cunctos populos,in 7.q. vers.sed posset dubitari, hanc distinctionem refert,ad illámque quippiā addit.Aut enim statutū est circa rem,& tunc de omnibus bonis iudicabo secundùm consuetudinem & statutum vbi bona sita sunt,à quocunque possideātur.Aut circa personam,& tunc aut is,de cuius successione agitur,est eius patrię quae praefert primogenitum,vel origine,vel domicilio : & tunc succedit in bonis eius patriae secundùm huiusmodi statutum:In aliis verò secūdùm ius cōmune.Si sit alterius patriae,& tunc non potest illum cōprachendere statutum,vtpote quod nō porrigitur ad forenses,per l.j.in fi.ff.de tut.& cur.dat.ab his.& l.etiā,& ibi no.ff.de tutel. Ideóq; succedunt omnes aequaliter ex iure cōmu.

Et in statutis.

Alia distinctio.

Qui idē tenent.

8 ¶ Et hāc opi.sequitur Sign.Homo.in repe.d.l.cunctos populos,col.10.ver.sed posset dubitari,si tamen is est,quod nō crediderim,proptereà quòd ea repetitio similis est ab initio ad finē, lec.Bart.nec aliud quippiam vnā dicit quam alia, sunt que per omnia & ad verbum similes. Ideò putauerim impressores falsò eā repe.Signo.attribuisse,nisi is Bart.surripuerit.Nam fatentur omnes eā lec.esse Bar.illúmque ex ea vbique citant.Et inter caeteros hanc ipsam [illegible] distinctioné ex eo refert & sequitur Frā.Are.ibi,col. pen.& Calde.cons.17.statuto ciuitatis [illegible] tit.de cōstit.& Fran. Rampo.inter con.illius cons.34.statuto Ferrariensi,tit.de testa. & [illegible] in c.ecclesia sanctae Maria ,col.pen.versi.ad praedicta faciunt,de constit.& Alexan.con [illegible] 4. videretur prima facie,col.2.vers.sed praemissis non obstantibus,lib.5.& Barb.cōsi.75.il [illegible] in medium referam,col.4.& iterum col.pen.lib.3.vbi dicit hanc esse communem opi. & Soci. cons.128.circa praesentem consultationem,col.j vers.secundò respondeo, lib.4.

Qui dicūt inspiciendū locum aditae haereditatis in omnibus bonis.

9 ¶ Alij rursum,sicuti refert idem Bar. in d.l.cunctos populos, vbi suprà proximè citauimus. inter quos fuit Iac.But.dicunt inspiciendum esse locum vbi est adita haereditas,& sic in quo est celebratus quasi contractus,iuxta l.apud Iulianum,in fi.ff.ex quib.cau.in pos.eat.sicuti in contractibus inspicimus etiam locum contractus,per l.si fundus.ff.de euictio. Sed hanc opi. pauci admittunt,quoniam,vt postea subiungit Bar.non potest adiri haereditas, nisi prout ea defertur.l.antiqui.ff.si pars hęre.pe.l.& si ex asse,& l.ex semisse.ff.de acquir.haere. Sed nō est delata nisi modo prędicto.At contractus se extendūt quatenus volūtas cōtrahentis fuit,quę

fuisse

fuisse præsumitur secundùm consuetudinem loci vbi res agitur.

10 ¶ Alij item statuta loci in quo decessit is de cuius hæreditate tractatur, hac ratione moti, quia sicut hæredes instituti capiunt ex testatoris expressa voluntate: sic venientes ab intestato ex tacita. Sicut ergo se habet expressa ad institutos: ita tacita ad veniẽtes ab intestato. l. conficiũtur, & l. si quis nullum. ff. de iure codi. & l. j. §. pe. & vlt. ff. de lega. 3. Sed expressa regulatur ex loco, vbi disposita est l. si non speciali. C. de testa. arg. l. 2. C. quẽad. testa. ape. Ergo & tacita. At tacitè quis censetur disponere, cùm moritur, de veniẽtibus ab intestato, si de alijs nõ disponit. Igitur consequens est, vt locus mortis, id est, dispositionis tacitæ, sicuti expressæ inspiciatur.
Qui locũ mortis eius de cuius successione agitur.

11 ¶ Et in hac opi. fuisse Iac. But. refert Albert. in 2. parte statutorum quæst. 130. incip. ex hoc insurgit. & hunc nuncupatim sequitur Siguo. cons. 250. super dubiis, col. 3. vers. his visis. Quod tamen intellige secundùm ipsum Iac. But. si nullum est factum testamẽtum. Aliàs enim inspiciendus est locus, in quo factum est, per l. 2. C. quemad. testa. aperi. Et in hac quoque opi. vt locus mortis inspiciatur, fuisse Ia. Rauẽ. in d. l. cunctos populos, testatur Alex. d. cons. 16. col. j lib. j. Sed ea passim reprobatur per auth. omnes peregrini. C. com. de succes.
Qui illius op. fuerũt.

12 ¶ Sunt & qui dicunt inspiciendum esse statutum originis atque domicilij eius de cuius successione agimus, quò ad omnia bona vbicunq; sita sint, per l. nulli. C. de epi. & cleri. & l. data, & l. illam. C. de dona. & l. vlt. C. de præscrip. lõg. tẽpo. & l. magis puto. §. illud quæri. ff. de reb. eorum. Et quia etiam ex persona fit executio in bonis quibuscunq; vel alibi sitis. l. à diuo. ff. de re iud. & l. cùm vnus. §. penul. iuncta glo. ff. de bon. autor. iud. pos. Et in hac sententia fuit Alber. Rosates in d. l. cunctos populos, col. 7. & ibi quoque Fulgo. & idem Alber. in j. parte statutorum quæst. 46. incip. item quæro aliquis mercator, col. 2. vers. & ex iit soluit aliam quæstionem, & iterum in 2. parte d. quæst. 136.
Qui inspiciendũ statutum originis & domicily defuncti.

13 ¶ Et idem quoque in simili casu consuluit Roma. citans Alber. in d. j. loco, cons. 39. in proposita quæstione nobilis. in 2. dubio, vbi & hoc dicit procedere, si aliò domicil ũ transtulerit: tũ quia nõ potest renuntiare origini, per l. assumptio, in princ. ff. ad municipal. nec ideò mutatio domicilij eximit ciuem iurisditione suæ originis. l. j. ff. de Decur. & in l. qui originem, in prin. ff. de mune. & hono. Tum quia cùm sint diuersa statuta originis & domicilij, potentius est originis, per l. libertus. §. cùm simul. ff. ad municip. Facit item quod in simili consuluit Per. Anc. cons. 37. contra Ioãnem, in 2. dubio. & ante hos Oldra. cons. 248. præsuppolita consuetudine, in 1. dubio. Et ita in statuto repellente fœminas tenuit Ioannes Campez. in tract. eius reiq. 49. incip. an talis exclusio, vbi ad hoc multa allegat.
Qui originis tantum non etiam alterius domicily.

14 ¶ Fuit & in alia opi. Pe. Ferra. in tit. forma libel. quo pet. hære. ex testa. in verbo, vallatum legitimo numero testium, col. penul. versicu. vltrà quæritur. Nam postquam ad verbum recẽsuit distinctionem Bart. in d. l. cunctos populos, primam partem sequitur, quæ loquitur de cõsuetudine vel statuto disponente circa rem. At in statuto vel consuetudine disponente circa personam, si defunctus sit eius patriæ, in qua est huiusmodi statutum vel consuetudo disponens primogenitum cæteris præferri (nam in hoc casu loquitur) succedit in omnibus bonis vbicunque sitis ex statuto suæ patriæ. Nam cùm persona, inquit, sit in hoc habilitata, vt ipse loquitur, per legem municipalem, porrigit suum effectum ad quæcunque loca, per quandam consequentiam, argu. l. j. ff. de autor. tut. & §. j. Instit. de legi. pa. tut.
Alia opi.

15 ¶ Sed Saly. in d. l. cunctos, col. 5. vers. postquam vidimus de statutis, nullum priorum scriptorum secutus eam rem ita dissecat. Nam aut origine ciuis alterius patriæ moritur in altera, in qua domicilium non constituit, sed est prorsus extraneus & aduena: aut in qua domicilium constituit: aut moritur in sua ipsius patria. Si primum, debet vbique attendi statutum & cõsuetudo originis à qua non recessit, sed secundùm illam [illegible] viuere & mori, per l. omnes peregrini. C. com. de succes.
Alia item in tria membra. Primum membrum.

16 ¶ Si secundum, debet inspici cõsuetudo cuiuslibet loci, [illegible] eius qui præfert primogenitũ in bonis ibi sitis: alterius qui æquales facit liberos, in bonis [illegible] ibi sitis, arg. d. l. rescripto. §. vlt. ff. de mune. & hono. & l. incola. ff. ad municip. cõsuet[illegible] ligat externũ habentẽ ibi domiciliũ, fingitúrq; in hoc casu defunctus homo dupl[illegible] ginis, quam mutare nõ potuit. l. origine. C. de mun. & orig. li. 10. & domicilij, in q[illegible] t in origine debet subire munera, per l. j. eo. tit. & [illegible] C. de incol. eod. lib. 10. [illegible] ius tacita voluntate consuetudo originis est seruat[illegible] nis originis: & cons[illegible] ilij in bonis domicilij.
Secundum

17 ¶ Adducítque simile pup[illegible] llo arrogato, cuique [illegible] datus est vnus substitutus, ab arrogatore alius. [illegible] fingitur duplex ho[illegible] uos patres habeat. Propterea in bonis quæ ab vn[illegible] erunt, succedit [illegible], in altis alius, vt no. in l. si arrogator ff. [illegible] dopt. quo [illegible] vt illud præter[illegible] ol. penult. versic. & facit ad plures quæst[illegible] s, hoc tra[illegible] lem quæsti[illegible] rigine est vnius loci: domicilio, alteriu[illegible] bique ha[illegible] a: vt videlice[illegible] q; bonis statutum seruetur, vt ita fiat sep[illegible] bon[illegible] prætor alibi [illegible] e separat. bo. Iste enim est subditus diuersis [illegible] iis, si[illegible] patribus. Quil[illegible] suo territorio præualet, argu. eo. quæ no. in [illegible] de [illegible] ntum.
De eodem.

¶ Si tertium.

Tertium. Primaratio Saly.

18 ¶ Si tertium, quia decedit in loco originis, nec habet alibi domicilium. Túc licèt dubium sit, vt ipse dicit, arduum, tamen putat esse seruandum statutum originis in bonis vbique sitis. Mouetur Primùm, quia cùm in domicilio originis perstiterit, videtur voluisse mori, & bona ipsius ab intestato peruenire, secundum statuta & consuetudines illius tantùm, & non loci in quo bona sita sunt: vt sic quod operatur expressa volūtas testati, secūdùm statutum & priuilegium patriæ suæ. l. si non speciali. & l. omnium, & l. vlt. C. de testa. idem quoque operetur tacita voluntas morientis ab intestato, arg. l. si quis nullum, & l. conficiuntur. ff. de iure codi. & leg. j. §. vlt. ff. de legat. 3. At in testamento institutus hæres vniuersalis succedit in omnibus bonis, vbicunque sitis. Igitur etiam ab intestato debet primogenitus succedere ex tacita volūtate defuncti, quam accommodasse videtur primogenito, secundùm consuetudinem suę patriæ, quam non mutauit, sed in ea perstitit, arg. l. qui vniuersorum. ff. de pign. acti. & l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edic.

Secūda ratio. Collecta potest imponi sub duo pro bonis alibi situ. vide num. 24.

19 ¶ Secūda ratio, quia statutum potest afficere personam sibi subditam etiam respectu bonorū in alieno territorio existentium, vt patet in collecta, quam vocant, quam ciuitas potest imponere ciui suo, etiam pro æstimatione rerum, quas possidet extra territoriū, per tex. in d. l. rescripto. §. vlt. & iterum in l. munerum. §. patrimoniorū. ff. de mune. & honor. & quod no. glos. in rub. C. de muner. patri. lib. 10. Nam si id procedit in collecta, multo fortius in successionis pręlatione: cùm inuitus collectetur, vt ipse loquitur, & successor voluntarius spontaneo detur.

Tertia ratio. Datio tutoris extenditur ad bona alterius iurisdictionis.

20 ¶ Tertia ratio, quia videmus quod simplex datio tutoris à iudice vnius territorij, vim suā extēdit ad bona alterius, per l. propter litem. §. licèt. ff. de excu. tut. & l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eor. & l. j. in fi. ff. de tut. & cur. dat. ab his, & l. j. si bene expendatur. C. vbi pet. tut. & arg. l. fidei commissum. §. tractatum. ff. de iudic. & ita voluerunt Dy. & Iac. Are. in l. non solùm. §. qui testamento, contra gl. ibi. ff. de excu. tut. Idem Dy. in l. j. & in l. pupillo, & ibi quoque Bar. ff. de tut. & cur. dat. ab his, Cy. & Bart. post Azo. & Iaco. Are. in d. l. j. C. vbi pet. tuto. Ergo multò magis destinatio successoris vniuersalis facta à statuto debet extendi & ad bona alterius prouinciæ: cùm potentiùs agat lex, quàm iudex, vt voluit, licèt non alleget, Inno. in c. præterea re quisisti, de appella. & Bald. cons. 454. quidam Ioannes, lib. j. & Per. Anca. cons. 97. in quæstione quæ vertitur, col. j. vers. 2. probatur.

Quarta rat. Hæreditas non cōcernit locum.

21 ¶ Quarta ratio, hæreditas non concernit locum, sed est successio in vniuersum ius defuncti, quod incorporale est l. hæreditas. ff. de reg. iur. & l. j. §. imperialis. ff. de rer. diui. Ideóque frustra locus bonorū consideratur: sed secundogenitus à statuto exclusus & veluti interdictus eo iure vniuersali cēsetur exclusus, & interdictus rebus omnibus particularibus in eo iure vniuersali cōprehensis, per l. si quis cùm totum, in prin. §. vlt. ff. de excep. rei iud. vt etiam in simili videmus quod interdictio iudicis effectū suū trahit ad bona alterius territorij, per l. iscui. ff. de test.

Quinta ratio.

22 ¶ Quinta ratio, quia statutum originis valet tam autoritate Iuris Ciuilis, quàm Canonici. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & c. cùm olim, de cler. coniug. & c. ex parte, le 3. de verbo. sign. & c. j. de constit. lib. 6. Quare etiam cùm statutum autoritate vtriusque Iuris det vniuersalem successorem defuncto, eadē quoque autoritate dat eum successorē in bonis omnibus vbicūque positis, arg. l. nihil aliud. ff. de verb. sign. & l. hæreditas, de reg. iur. Et hoc dicit procedere siue statutū sit in rem, siue in personā: quia omni casu hæreditas pertinere dicitur ad primogenitū iure directo. l. hæredi. C. de pact. conuen. & l. si infanti. C. de iure delib. & l. j. §. vlt. C. de cadu. tol. & l. de emancipatis. C. de leg. hære. & l. Lucius. ff. de vulg. & pup. Et facit doctrina Inn. Io. And. & aliorū in c. Raynutius, de test. & Bar. in l. cēturio. ff. de vulg. & pupil. Et ita demū dicit Salyc. se consuluisse, cùm q. ex facto contigisset, & obtinuisse: secumque multos insignes doct. & Bononię & Florentię consensisse. Et hanc Saly. doctrinam (nisi fallor) visus est approbare Mari. Soci. licèt & alias in eam rem sententias adferat, cons. 36. rectè ac maturè, col. 3. & seq.

Responsio ad rationes Saly. Ad primam.

23 ¶ His tamen rationibus Saly. sigillatim respondet Alex. d. cons. 128. li. 1. Nā primo loco quod dictum est de hærede vniuersali instituto in testamento, qui succedit in omnibus bonis, hoc ideò est, quia nō se fundat in statuto vel cōsuetudine locali, sed in iure communi, quod vbique seruari debet, quando sta[illegible] contradicit. l. 2. C. de legi. & c. j. de constit. Sed quando nō est conditum testamentu[illegible] est vt primogenitus volens succedere in omnibus bonis, se fundet in statuto vel co[illegible]ne, quod est contra ius commune. Ideóque non operatur, quantùm ad bona alibi si[illegible]ūm doctrinam omnium, [illegible] cunctos populos. Et licèt videatur defunctus tacite [illegible]ari illam consuetudinem [illegible] tamen sequitur quòd velit eam seruari aliter quàm se[illegible] videlicet in bonis in loco statuti sitis.

Ad secūdā. Collecta an possit imponi pro bonis alibi situis. Statutum an possit afficere pro bonis alibi sitis.

¶ Quod secundo loco dictum [illegible]em posse afficere subditum, etiam respectu bonorū alibi sitorum, vt patet in collecta, respondet duobus modis. Primùm enim nō omnino expeditum est, posse collectam imponi pro bonis alibi sitis, cum contrarium voluerit Guil. quem refert Bar. in l. j. col. 5. vers. item quæro aliquis est hic ciuis. C. de mulieri. & in quo loco, lib. 10. per l. eùm vnus, ff. de iurisd. om. indi. Præterea si hoc esset verum, quòd statutū posset afficere subditum respectu bonorum alibi sitorum: hoc posset procedere quando expressè statuentes hoc dicerent, argu. l. vlt. ff. de decre. ab ordi. faci. & l. mercatores, & l. non solùm. C. de commer. & mer. Aliàs

mer. Aliàs autem secus, per c. vt animarum, de constit. lib. 6.

25 ¶ Et hanc distinctionem facit Bar. post antiquiores in d.l. cũctos populos, in 7. q. prin. iunctis iis quæ scribit sub eadem quæst. versi. item quæro quid si in statuto, & ibi etiã Bal. in vlt. char. vers. viso an forensis intra territorium, in lec. & rursum in repet. col. 30. vers. de secundo mẽbro, & ibi quoque Saly. & Ioan. Aud. in addi. Specu. tit. de cõpet. iudi. adi. §. j. in addi. magna. Bal. in repe. l. neganda, col. 7. & seq. C. qui accu. & in l. vlt. in 2. q. prin. ff. de iurisd. om. iud. & Petr. Anca. in repe. c. postulasti, in 5. quæstione, de foro compet.

De eadẽ re.

26 ¶ Ad tertium de datione tutorum, quæ vbique vim suam obtinet, dicit non esse id mirũ, cùm actus sit fauorabilis. At hoc statutum est odiosum, vt voluit Bal. in l. omnes populi, col. 7. ver. tertiò quæro. ff. de iust. & iure, & fuit de mente Bart. in d.l. cunctos populos, in fi. 7. qu. Ideò non extendendum ad bona alterius territorij, per l. ex ea. & ibi no. ff. de postul. & c. si sententia. §. j. de senten. excom. lib. 6.

Ad tertiã rationem.

27 ¶ Sed quia hoc dubium est, propter ea quæ diximus suprà in 4. q. prin. Potes dicere, quòd si etiam huiusmodi statutum non esset odiosum, tamen non extenderet vim suam ad bona alterius territorij, non suppositi huic statuto: quia contraria dispositio iuris communis, vel etiã alterius statuti, quæ in hoc seruatur in altero illo territorio, impedit ius accrescendi in illis, in quibus ex forma statuti accresceũt alia bona supposita statuto, per l. mulieri & Titio. ff. de condit. & demon. vt ea ratione voluit Bald. in statuto quod præfert agnatos fœminis, in d.l. cunctos populos, char. vlt. vers. sed hic quæro de effectu, & nonnihil in l. 2. col. vlt. ver. & ideo si consuetudo. C. quę sit lon. consuet. de quo dicam latiùs. Iẽ cùm statutum hoc sit contra ius cõmune, vt diximus in d. 4. q. ita restringendũ est, ne ad bona alterius loci trahatur, secũdùm omnes in d.l. cũctos populos, & ipsum Alex. consi. 16. viso titulo quęstionis, col. j. li. j. & aliquid diximus in nostris Legibus Conoubialibus, in gl. 6. in verbo, *de son mary*, in 28. qu.

Ad idem.

28 ¶ Sed & Alex. vt ad eum super principali proposito redeamus, aliter respondet, quòd videlicet tutor simpliciter datus habet administrationem bonorum etiam alibi existentium, cùm de alio tutore nõ est prouisum illis bonis. Nam si de alio prouisum est, non se extẽderet datio tutoris ad ea bona, per l. pupillo. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. & l. si tamen, cum ibi not. ff. de testa. tut. Cùm igitur in casu nostro in bonis alibi sitis iam prouisum sit per ius commune, vel etiam statutum illius loci, non debet ad ea bona extendi prouisio alterius statuti.

Alia respõsio.

29 ¶ Ad quartum, quo dictum est hæreditatem non concernere locum, id certũ est. Sed nõ propterea sequitur, quòd propter diuersitatem patrimoniorum subiectorum diuersis legibus seu statutis, & sic habentium diuersas qualitates, non debeat fieri diuisio ipsorũ patrimoniorum diuersimodè, ex diuersitate legum vel statutorum, quibus subiiciuntur. Sicut videmus quòd pupillus arrogatus propter diuersitatem patrimoniorum, potest in vno decedere intestatus, in alio testatus, per d.l. si arrogator, & ibi glo. & Doct. ff. de adop. Et idem de milite dicitur in l. j. & 2. ff. de testa. mili.

Ad quartam rationem.

30 ¶ Nec simile est quod de interdictione bonorum dictum est. Ea enim fit de iure cõmuni, quod vbique vim suam extendit, vt dicit Bal. in d.l. cunctos populos, col. antepen. vers. viso an forensis obligetur. Hic autem loquimur de dispositione statuti, quod non ligat extra territoriũ. Itẽ huiusmodi interdictio est fauorabilis, ne bona scilicet prodigi pereant, ideo extendit effectũ suum vbicunque sint bona, vt dicit Bart. in l. cunctos populos, in 6. q. Hoc autem statutũ excludens secundogenitos, est odiosum, vt dictum est. Ideò non extenditur ad bona alibi sita, per d.l. ex eo. Sed tu circa hoc vide quod dixi in responsione præcedentis obiectionis.

Ad idem.

31 ¶ Ad quintum quo dictum est statutum robur sumere ex Iuris & Ciuilis & Canonici autoritate, non respondet Alex. Sed D. Ioannes Ciriecus, ne illum ea re defraudem, dicit hoc verũ esse, vt valeat quantùm ad territorium statuentium, non etiam quantum ad alia, per c. illa 12. dist. & quod post Bal. voluit Philip. Fran. in c. j. col. 5. de constit. quòd consuetudines locales quò ad locum ipsum, dicuntur ius commune, quia iure communi confirmantur: quasi dicat, non etiam quò ad loca alia. quæ res amplissime tractatur in d.l. cunctos populos, & etiam in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in l. de quibus. ff. de iusti. & iure.

Ad quintam.

32 ¶ Hactenus Doc. sententias in eam rẽ recensuimus. At in Gallia fermè vtuntur, vt secundùm eam opin. quam primo loco posuimus, in successionibus inspiciatur consuetudo & statutum cuiuslibet loci, siue in rem sit, siue in personã. vt videlicet bona Pictauiæ diuidantur inter hęredes secundùm consuetudinem Pictauiæ: bona Turonię, secundùm consuetudinem Turoniæ, & sic de aliis. Quid autem dicendum sit in casu testati, vide in quæstione sequenti, & in 54. quæstione.

Quam op. sequamur in Gallia.

QVADRAGESIMA SEPTIMA QVAESTIO.

1 QVadragesimoseptimò, quia in quæstione præcedenti locuti sumus in casu intestati, QVAERO quid in casu testati. Verbi gratia, Quis in suo testamento instituit primogenitum in omnibus suis castris, & is habet castra in Gallia, in qua est consuetudo vt primogenitus succedat: & in Lombardia, in qua primogenitus ex iure communi æqualiter succedit: Vtrùm ex huiusmodi institutione ipse primogenitus debeat habere castra, quæ sunt in ea

Quid si testamẽto primogenitus sic institutus, an & is habebit bona eius loci vbi liberi succedunt æqualiter.

prouincia

prouincia, in qua succedunt liberi æqualiter? Bal. in d. l. cunctos populos, col. 9. vers. sed quæro de effectu. C. de sum. trin. ita distinguit. Aut condidit testamentum de iure communi, puta in præsentia septé testium, & trahitur institutio ad omnia castra. l. ex facto proponebatur. ff. de hæredi. instit. Aut fuit testatus secúdùm legem Frácorum, in præsentia duorum testiú. Et túc, inquit, sunt diuersæ opi. Vera tamen conclusio est, q cùm effectus insit suæ causæ suóque ritu. sicut titulus est vniuersalis: ita eius effectus. l. non solùm. §. & qui in testamento. l. propter lité. §. vlt. ff. de excu. tut. Licèt Iac. But. dixerit esse inspiciédum locum aditionis, quod nó est verú, quia aditio dependet ex testamento, non à loco. l. Titius. §. Romę. ff. de excu. tut. Et sic primogenitus institutus habebit omnia castra in vtroque casu. hæc Bal. quem ad verbum sequitur Iac. à S. Geor. in tract. feud. char. 3. vers. insuper quæro, quidam Marchio. De quo tamen vide Saly. in d. l. cunctos populos, col. 5. vers. nunc quæro an testamentum.

Declaratio dicta opi.

2 ¶ Sed tu interim tamen hæc Bal. declara, nisi sit statutum aut consuetudo quæ prohibeat ne quis possit testari vltra certá partem suorú bonorú, cuiusmodi multa sunt in Italia & Gallia, quia tunc quatenus ea castra excederent eam partem quæ statuto vel consuetudine præscripta est, rescinderetur testamentum: cùm nemo possit facere, quin leges aut statuta locum habeant. l. nemo. ff. de lega. j. Et idem si aliàs etiam cessante statuto, aut consuetudine testamentum esset inofficiosum, quia locus esset tit. de inoff. testamen.

QVADRAGESIMAOCTAVA QVAESTIO.

Quid si primogenitus debeat habere omnia bona mobilia, etea sint in diuersis locis diuersorú statutorum. Mobilia sequuntur personam.

1 QVadragesimooctauò, an ea quoque quæ in duabus proximis quæstionibus diximus, procedant in bonis mobilibus. Nam & ex multis consuetudinibus primogeniti soli habent bona mobilia. ea enim erat vetus Pictonum consuetudo. Bald. in l. mercatores. C. de commer. & merc. illud dicit interesse inter bona immobilia & mobilia, quòd illa sequuntur suum territorium: hæc verò personam domini. Ideóque Imperator ibi cófiscat bona mobilia subditorú existentia extra territorium ipsius. Quod dictú pro eleganti refert & sequitur Alex. in addi. Bat. in l. j. col. pe. C. de sum. trini. & fid. cathol. & cons. 31. viso titulo, col. 2. ver. pro quo primò allego, lib. j. quod repetitur cons. 111. lib. 4. nisi q huius initium est, viso themate quæst. & idem Alex cons. 19. circa primum dubium, col. 2. vers. subdo tamen, li. 6. vbi & per hoc dicit quòd vbi sunt diuersa locorum statuta, bona mobilia sequuntur personam testatoris. & cons. 141. viso statuto, col. vlt. lib. 7. Et Soci. cons. 101. viso testamento, col. 2. lib. j. Iac. à San. Georg. in tract. feud. in verbo, cum mero mixto imperio, col. 4. vers. sed formo vobis q. & in tract. de ope. col. 6. vers. 3. pro hac parte. Io. Roger. Mot. in repet. l. j. num. 75. ff. de iudi. & Bartho. Chasse. in Cósuet. Burgú. tit. *de Confiscations*, in verbo. *& appartient la confiscation*, col. postremę editionis 3. vers. aduerte quia Bald. & Matthæ. Afflic. in c. j. §. his consequenter, col. 3. nu. 11. titu. hîc finit lex. & in c. j. in 10. no. col. j. tit. de pac. tenen. Et idem quoque voluit Masuer. in tit. de dote & matri. §. item cùm agitur. Secundum quam sententiá, si vera est, semper esset inspiciendú statutum loci, originis, vel domicilij defuncti, quantùm ad successionem bonorú mobilium, & non loci in quo ea existunt, tanquam scilicet personæ inhæreant, non territorio.

Alia opi. Mobilia sequútur statutum loci in quo sunt

2 ¶ Verùm ipse Bal. sibi contrarius in d. c. j. in prin. col. 2. In verb. publicentur, de pac. tenen. dicit, quòd bona mobilia censentur esse eius territorij, in quo reperiútur. Ideóq; populo siue fisco eius loci confiscantur, per illum text. quem ad hoc dicit sing. & sequuntur Alua. in §. si verò pacis, col. 2. Mart. Laud. & Card. Alex. vterque in princ. ille col. j. ad fi. hic col. 2. eo. tit. ad hoc quoque dicentes facere, quod habetur in l. forma. §. si verò. ff. de censib. Sequitur item Alex. sibi etiam contrarius in addi. Bar. in l. j. in prin. ff. de requir. reis. & cons. 16. viso titulo quęstionis, in 2. dub. lib. j. vbi & hoc dicit esse obseruandú in successione, vt videlicet mobilia sequátur statutum loci in quo sunt. & Stepha. Bertran. cons. 109. etiam si verum esset. libr. j. & cons. 105. ponitur in facto, nu. 2. lib. 2. Hippo. Mars. cons. 57. Spiritus Sanctus, col. 3. lib. j. Albet. Bru. in tract. statutorum fœminas concernentium, ar. 8. q. 23. & Ludo. Gozad. cons. 49. circa primú col. 2. nu. 4. Miror autem eos omnes vtriusque partis assertores non meminisse Oldra. cons. 17. thema tale est, quidam clericus, vbi in re non admodum absimili multa in vtranq; partem allegat, quæ ibi videre poteris.

Si ibi sunt vt perpetuò maneát

3 ¶ Saly. autem in d. l. cunctos populos, col. 6. ver. & hoc intelligo, loquens etiam in casu successionis, hanc ita sententiam admittit, quando bona sunt in loco, vt ibi perpetuò maneant, nó etiam si ad tempus tantùm. Et sequitur Alex. d. cons. 16. col. 2. vers. venio ad secundum, lib. j. & d. cons. 19. col. 3. vers. idem voluit, lib. 6. & d. cons. 141. col. vlt. paulò ante fi. lib. 7.

De eadé re.

4 ¶ Et id quidem verum est. Nam quæ sunt ad tempus in loco, ad alium locum reuocanda, non censentur esse eius loci in quo sunt, sed alterius, ad qué reuocanda sunt. l. ex facto. §. rerum. ff. de hære. instit. vbi Pet. Cy. Bal. Albe. Ang. Imo. & recentiores hoc no. & trahunt ad multas quæstiones, & l. huiusmodi. §. legatum, & ibi Ias. post cæteros, in 2. no. ff. de leg. j. & l. qui filiú, & l. si fundus legatus, & l. si chorus. §. j. & l. qui saltú, & l. seruus qui fundo. ff. de l. 3. & l. pen. §. cùm ita. ff. de aur. & arg. leg. & l. debitor, & ibi Alb. ff. de pig. & l. cùm de lanionis. §. Sabinus, & l. prędia. §. j. ff. de fun. instr. & l. quęsitú. §. Papinianus. ff. eo. & l. Seię. §. Pamphilę, eodé quoque tit. & l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. lega. & l. fundi. §. Labeo, & ibi Albe. ff. de acti. emp. &

l. is qui

l.is qui natus,& ibi Bar.& Alcia.ff.de ver.sign.& l.j.& 2.C.eo.tit. Et bene facit l. testamento.ff.de ali.& cib.leg.& l.4.§.non perpetuæ.ff.de sepulcb.vio.& c.ex parte tua,de cle.coniug.

5 ¶ Et id voluerunt alij multi ex nostris legũ interpretibus, scilicet ipse Bal. qui nulli vnquam sententiæ defuit,cons.341.super primo puncto,circa medium,lib.4.Card.Flor.con.51. Titius condidit testamentum.in fi.Pet.Anc.cons.155.optimus,col.vlt.Alex.con.167.visis & ponderatis,col.2.lib.7.Bened.Cap.con.45.punctus testator,col.pen.in 2.dubio,& iterum in 4.& con.159 punctus Bartholomæus,col.j.Phil. Dec.cons.472.testator legauit,col.3.ver.venio ad tertium,Steph.Bertran.d.cons.105.in 3.dubio.lib.2.

Qui eius fuerunt sententia.

6 ¶ Quæ autem ita sunt in loco quopiam,vt ibi perpetuò maneant,ita censentur cohærere loco,vt quodammodo sint immobilia,per notat.in l.iubemus,la 2.in princ.C.de sacr.eccl. Et est tex.optimus in d.l.fundus.§.Labeo.ff.de acti.emp.& vend.vbi scribitur,ea esse ędificij quę perpetui vsus causa sunt in ædificiis:non etiam ea,quæ sunt ad pręsens.Sed & est alius bonus tex. in l.cætera.§.item hoc probibetur,ibi,vt si qua ibi fuerint perpetuò, quasi portio ædium, distrahi non possunt.ff.de lega.j.Ex quo not.Iac.Are.Bald.Alexan. ibi. in fin. quòd domo vendita cedunt emptori ea,quæ ita sunt in ea domo,vt perpetuò maneant, licet non sint affixa. Quod dicit no.ipse Bal.& sequitur etiam Ias.ibi.in §.hoc senatusconsultum,in fin.& in l.beneficium,col.2.ff.de constit.prin.

Confirmatio.

Quæ in ædificio sunt vt ibi perpetuò maneant,censentur esse portio ædificij.

7 ¶ Ex his quoque fit illud,quod boc admodum pertinet, vt cum in actione reali possit reus conueniri coram iudice rei contentiosæ,per l.vlti.C.vbi in rem actio.cum simi. Id quc etiam procedit in re mobili,secundum gl.& Doct.in c.vlt.extrà,de for.compe.Inno.& Compostel. in c.dilectus,le 2.de rescript.Azo.in summa,de for.compe.Francisc.Accursi.Oldra.& Saly.in l.vlt.eo.tit.Host.in summa,eiusdem tit.§.2.vers.item ratione possessionis. Hoc tamen iũ demum procedit,si in boc ea res est ibi posita vt remaneat in eo loco,aliàs secus,vt voluerũt Pe. Cy.Alb.Bar.Ioan.Fab.Ange.& Pau.Cast.in d.l.vlt.C.vbi in rem actio.per d.l.debitor.ff.de pigno.vbi est text.optimus quòd obligans res in aliquo loco existentes, intelligitur eas tantùm obligare,quæ ibi sunt,vt perpetuò maneant:quod & ibi no. Bart.& Bald.ex eo text.Io. And.in d.c.vlt.col.3.vers.in glos.ratione possessionis,& ibi quoque Panor.col.16.vers.quò ad primum,de for.compe.& in addit.Spec.tit.de compet.iudi.adit. §.j. vers.quid si quis, qui est sub vers.20.Panor.in repet.c.ecclesia sanctæ Mariæ,col.penult.vers. ex boc infero,de constit. & Maria.Soci.qui & alia allegat in c.sanè,col.2.vers.secunda declaratio,de for.compe.

Quis iudex est res mobilis.

QVADRAGESIMA NONA QVAESTIO.

1 QVadragesimononò quęro, & longè maior est dubitatio de nominibus siue debitis & actionibus. Nam & ex multis consuetudinibus Franciæ primogenitus eas accipit ea lege,vt ipse soluat debita hæreditaria. Hæc autem nullo loco circunscribuntur, nec veniunt appellatione bonorum existentium in loco.l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. & l. Caius,in prin.ff.de leg.2.& l.vxorem.§.legauerat.ff.de leg.3.& l.si mihi.§.j.eo.tit.& d.l. cùm de lanionis.§.vlt.& d.l.quæsitũ:§.Papinianus.ff.de fun.inst.& l.vlt.C.de præscr. long.temp.

Quid autem de nominibus debitis & actionibus.

2 ¶ Et id certè no.Bald.in l.j.post prin.ff.de sta. homi. cum aliis multis concor. à me collectis in repe.l.si vnquam,in verbo,bona,num.9.quid autem si quis.C.de reuo. donat. Sed quibus addere potes eundem Bal.cons.483.qui legat,lib.4.Alex.d.con.31.lib.j.& Fran. Are.cons.54. in causa magistri Blasij,col.vlt.Ias.in repe.l.cunctos populos, col.vlt. vers.secundò mouetur. C.de sum.tri.Carol.Rui.cons.155.viso testamento,in fin.lib.3.Steph.Bertran.cons.162.visa & sæpius reuisa,lib.j.& con.186.ponitur in facto quòd Titius,in 3.dubio,eo.lib.j.& cons.74.ponitur in facto quòd pridem,nu.3.lib.2.& con.167.viso præcepto,col.2.nu.5.lib.4.& Benedic. in c.Raynutius, in verbo, cætera bona,nu.8.de testa.

Actiones non censentur esse in loco.

Qui huius opi.sunt.

3 ¶ Neque id mirum,vt quæ sint incorporalia.d.l.vlt.de præscrip. long. temp. & §. incorporales,Instit.de reb.corpo.& incorpo.& ibi gl.& Doct.& in l.seruus.§. seruus. ff. de acqui. rer. domi.Propterea ea nec mobilia nec immobilia sunt,vt multis placet,optimis ll.innitentibus, vt omnium(ni fallor)latissime tractaui in tractatu Retractuum,tit.j.§.j.gl.7.in verbo,*ou autres choses censees pour immeubles*,nu.1.& multis seq.vsque ad nu.29.vt ibi videre poteris.

Nomina, sunt incorporalia.

Nec mobilia sunt aut immobilia.

4 ¶ Igitur quis locus est hìc inspiciendus,cum in nullo loco esse censeantur? Saly.in d.l.cunctos populos,col.7.vers.sin autem essent iura,loquens in casu nostro, dicit inspiciendum esse locum originis defuncti:quia licet nomina sint cum extero contracta, non tamen dici possunt esse extra territorium.cùm locũ non occupent,vt diximus:sed cohærent personę creditorum, veluti eius ossibus affixa,per l.4.& ibi glo.ff.pro socio.& no.etiam glo.in l. quis ergo casus.ff. de pecul.quę concor.allegat. Et in concernentibus personam potior est locus originis.l.libertis.§ præscriptio.ff.ad municip.Licet quantum ad administrationem, curam, & exactionem, censendum sit nomen debitorum eius esse loci,in quo debet fieri ipsa exactio,per l.Titium & Męuium.§.tutores.ff.de admini.tut.& l.quæro.ff.de solut.

Opi.quæ dicit inspiciendum esse locum originis defuncti.

5 ¶ Hęc Saly.quem ad verbum ferè sequitur Maria.cons.36.recte & maturè,col.5.in princ.& Barthn.eius filius cons.101.repetito cons.175.viso testamento,col.2.& Alex.d.cons.31.co.3.lib. j.& d.cons.19.col.2.in fin.lib.6.& cons.141.viso statuto,colum.vlti.lib.7. & Bartbo.Chasse.in

Qui sunt eius opi.

commentariis consuetudinum Burgund. quo loco citauimus suprà in præcedenti quæstione, nu. vlt. & ante hos omnes Bald. quem tamen nullus memorat, cons. 357. nulla mulier, col. vlt. lib. 3. dum tractat an statutum possit prohibere, ne quis extraneus possit petere dotem maternam consistentem in quantitate, vt ibi plenius videre poteris.

Alijs op. inspiciendu locum in quo exactio fieri potest.

6 ¶ At Lapus alleg. 92. la 3. (nam sunt duæ eiusdem numeri) tnci. in primis videndum est, col. vlt. loquens in successione, dicit quòd nomina debitorum ad eum locum pertinent, vbi de iure & facto fieri potest exactio, per l. ex facto. §. rerum. ff. de hære. insti. & d. l. quæro. ff. de solut. Nec obstat, vt subdit, quòd nomina non sunt in loco: quia illud verum est circunscriptiuè, sed per effectum exactionis sunt in loco. Et sequitur Ro. in l. si constante. §. vlt. ff. sol. mat. & sequi etiam videtur Alex. cons. 16. incip. viso titulo, in fi. lib. 3. & Steph. Bertran. cons. 74. ponitur in facto, col. vlt. lib. 2. & cons. 105. eiusdem initij, in 2. dubio, eod. lib. 2. vbi tamen subdubitat. & Alcia. in l. cùm stipulamur, in fin. de verb. obliga. & Anto. Rube. cons. 136. viso statuto, col. 4. vers. suadetur & secundò.

Alij inspiciendú locũ debitoris.

7 ¶ Alij dicunt inspiciendum esse locum debitoris. In qua sententia fuerunt Pe. Bal. & Ang. in d. l. ex facto. ff. de hære. insti. vbi dicunt quòd cum fiscus cuiuslibet territorij occupat bona, quæ in suo cuiusque territorio habebat, is qui omnia sua bona confiscauit, etiam exiget quisque debitores sui territorij, tanquam sint eiusdem loci, cuius est & debitor. Et ipse Bal. in c. 1. col. vlt. extrà de constit. & Paul. Ca. con. 319. primum dubium, lib. 1. Fran. Are. con. 10. casus talis est quidam Titius, col. vlt.

Qui illam reprobant.

8 ¶ Sed hanc op. improbat Imo. d. l. ex facto, & Alex. d. cons. 31. lib. 1. & Iaco. à S. Georg. in tract. de Roydis seu operis, col. 4. vers. quarto de nota. quæst. quibus locis respondent iuribus allegatis à Pet. & sequacibus, vt ibi videre poteris, neque enim consilium mihi adducere omnes omnium rationes.

Authoris opi. quantũ ad debita realia si ue fũdalia.

9 ¶ Res hæc admodum obscura est, vt in qua non admodum asseueranter loquuntur Docto. præterim Soci. d. cons. 101. vbi hanc rem omnium copiosissime disserit, & recenset omnes sententias Doc. præter vlti. omnésque videtur sequi, tametsi sibi aduersantur, vt planè ex iis conspicitur. Ego autem in ea sum sententia, vt si debitum tale est, qualis census est, siue vectigal. aut pensio emphyteuti. a. & huiusmodi reditus fundales, quos vulgò fonciales vocamus, hi sequuntur locum rei, ob quam debentur, vt qui ei cohæreant, & eius naturam sortiantur, vt latè diximus & probauimus in trac. Retractuum, tit. 1. § 32. nu. 79. sed is satis, & 5. seq. Nam & ex iis fundi ipsi denominationem accipiunt, vt qui vectigales ob id dicantur, vt etiam diximus in eo. tract. tit. 1. §. 1 glo. 6. nu. 2. nec interim.

Quid si castrũ situ sit in loco primogenitura sed teneatur in feudũ ab alio castro sito in loco vbi nulla est primogenitura vel è cõtrario.

10 ¶ Cætera autem debita etiam si ex huiusmodi redditibus generalibus procedant, sequi debent personam creditoris, & secundùm statuta sui domicilij regi in successionibus & cæteris id genus. nam cùm nullius loci sint rationis est, vt sequantur personam ipsius creditoris de cuius successione agitur. Quòd si ageretur de re quapiam quæ respiceret personam debitoris, vt in materia retractus, in qua consanguinei debitoris possunt rettrahere reditum annuum generalem ab eo venditum, debeátque emptor suam venditionem insinuare, vt currat tempus ipsis consanguineis, crederem eam insinuationem fieri debere in iurisdictione ipsius debitoris. vt tenuimus in d. tract. Retractuum, tit. 1. §. 26. eodémque vlt. in glo. 3. *de la iurisdiction*, nu. 15. quòd si nostra. & 2. seq. vbi multa ex iis quæ suprà diximus, adscripsimus: quod rarò facimus, sed mihi visum est hîc repetere.

QVINQVAGESIMA QVAESTIO.

Quinquagesimò superioribus quæstionibus hanc continenter subiiciendam ducimus. Quia suprà diximus ex communi opinione inspiciendum esse cuiusque rei immobilis locum in successionibus. Quid igitur si castrum aliquod situm est in Pictauia, in qua primogenitus ex consuetudine eius loci debet habere duas partes: sed quod in feudum tenetur ab alio castro sito in alia prouincia, in qua primogenitus non tantam habet portionem, aut etiam filij succedunt æqualiter. Cuius loci statutum inspiciendum est, an castri quod in successione est, an alterius à quo in feudum tenetur? De qua re nos latè diximus in dicto tracta. Retractuum, in eadem glos. quam nuper citauimus, n. 20. quid autem si res vendita, & 7. seq. Ex quibus satis intelliges quid hîc dicendum sit.

Authoris sententia.

2 ¶ Et vt breuiter dicam, ego in ea sum sententia, vt locus castri hæreditarij, sit inspiciendus, secutus sententiam Io. Fab. in l. cunctos populos, col. 7. in paruis, vers. quid si quis. C. de sum. trin. vt qui hanc op. posteriorem posuit. quam ideò sequi ipse videtur, vt dicit glo. in l. qui filium. §. Sabinus. ff ad S C. Trebel. & est bonus tex. in l. si idem. §. vlt. & ibi Bal. Ange. & recentiores qui concord. adducunt. ff. de iurisd. om. iud. Sed vide tamen omnia quæ scripsimus in d. tract. Retractuum, vbi suprà.

QVINQVAGESIMAPRIMA QVAESTIO.

An conferendum sit

1 Quinquagesimoprimò quæro, an conferendum sit cæteris fratribus, quod ad primogenitum peruenit iure primogenituræ. Quæ res minimè dubia est, quando superuacuum omnino esset atque illusorium ius ipsum primogenituræ, si fratribus esset conferendum. Nec

quæstionem

quæstionem hanc hoc loco apposuissem, nisi Bald. inter primos legum interpretes ab omnibus semper meritò annumeratus, eam his attigisset, veluti non contemnendam. Nam in repet. l. cunctos populos, col. 8. vers. venio ad secundum. C. de sum. tri. dicit quòd non est conferendum, quod obtinet primogenitus ex statuto vel consuetudine. quia istud est proprium lucrum ex eadem causa dependens. Sed & hoc quoque voluit in auth. ex testamento, colu. vlti. vers. 18. C. de collat. vbi rationem reddit, quoniam huiusmodi ius ea forma defertur, vt non diuidatur. nec enim recipit separationem, vnde conferri impossibile est, arg. l. quædam mulier. ff. famil. hercis. & l. Carmelia pia. ff. de inte patro.

fratribus quod iure primogenitura ad primogenitũ peruenit.

2 ¶ Nec fuit Bal. solus in hac opt. nã eũ sequitur Ro. in d. auth. ex testamẽto. de eadẽ re col. vlt. vers. item inquantum dicit quòd iura, & Flori. in l. quæ pater, col. 4. vers. item quid de his. ff. fam. herci. & Panor. cons. 12. casus talis est, magnificus, col. 3. vers. sed est dubium, lib. j. Marti. Land. in tract. de primogenitura, col. 9. vers. quæro an ius primogenituræ. Et Fran. Cur. senior cons. 69. dominus Ioannes, col. 12. vers. quarto modo diuiduntur. Et dominus Benedi. in rep. c. Raynutius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le j. nu. 144. de testa.

De eadẽ re.

3 ¶ Id quod tamen limitat Marti. Laud. vbi suprà. esse verum, nisi pater propria pecunia emerit feudum, in quo est huiusmodi ius primogenituræ. Nam tunc etiam si sit indiuisibile, debebitur pretium, secundum Andr. Iser. in c. j. § præterea ducatus, tit. de prohib. feud. alie. per Fed. per l. omnimodo. §. vlt. C. de inof. testam. iuncta l. illam. C. de colla. Ipsum And. omnino vide hanc rem in vtranque partem latè tractantem.

Limitatio prioris opi.

4 ¶ Tu autem ad hanc quæstionem vide quæ scripsimus in 5. quæstione, in qua tractauimus, an in his quæ iure primogenituræ obueniunt, debeatur legitima cæteris fratribus, & quæ item dicemus infrà in 55. quæst. vbi tracto, an secundogenitus exclusus possit petere legitimam. nam si non possit, nec ei quoque conferendum est, vt no. Bal. Pau. Ca. Alex. & recentiores in l. emancipati. C. de collat.

QVINQVAGESIMA SECVNDA QVAESTIO.

1 QVinquagesimosecundò quæro, Baro decessit relicto primogenito, & altero, & nulla alia bona reliquit præter Baroniam: ita quòd primogenitus ex multis consuetudinib. Franciæ habet castrum, & duas vel alias partes Baroniæ, Secundogenitus reliquam partem: an & hic censendus est & appellandus Baro, sicuti primogenitus? videtur quòd sic, ar. c. j. tit. quis dica. Dux, Comes, March. vbi capitaneus dicitur qui à principe de plebe aliqua vel plebis parte est inuestitus. Ergo in simili videtur satis esse obtinere partem Baroniæ, vt Baro quis appelletur.

An secundogenitus qui habet partem in Baronia sit censendus & appellãdus Barõ vt primogenitus.

2 ¶ Contrà videtur illũ tantùm dici & reputari Baronẽ, qui caput Baroniæ obtin. ar. l. peculiũ. §. quadrigæ. ff. de leg. 2. & l. cũ quidã & l. quæsitũ. §. si quis. ff. de fun. instr. & l. si tu aliquã, in prin. de offic. Procon. & l. qui commeatus. §. arma. ff. de re milit. & quod in simili dicitur in l. cùm diuersis. ff. de relig. & sump. fune. Et ita expressè in casu nostro hãc vltimam partem tenuit Ioan. Plat. in l. 2. col. vlt. vers. item sibi aliquid. C. vt digni. ord. ser. lib. 12. Et ante eum quoque voluerunt Bal. & Alberi. quos non citat, scilicet ille cons. 275. quod pro regula, col. 2. vers. & ad euidentiam, lib. 2. Hic in suo indice, in verbo, feudum, vers. item quæro pulchram & subtilem, col. eiusdem vers. 2. ibi, illa enim. Tamen, vt audio, contrarium sæpius fuit decisum in nostro Senatu Parisiensi. Et vide hic quæ diximus suprà in 4. quæst. num. 49. verùm illud, & nu. 52. decimò limita, & seq.

De eadẽ re.

QVINQVAGESIMA TERTIA QVAESTIO.

1 QVinquagesimotertiò quæro stante statuto aut consuetudine, quæ ad assem integrum admittit primogenitum, vt in multis locis sunt statuta aut consuetudines eiusmodi, Si pater testamento instituit ipsum primogenitum cæteris filiis præteritis, poterúntne isti rumpere aut nullum dicere testamentum, ex capite præteritionis in patria (vt more nostrorũ loquar) iuris scripti, iuxta l. j. ff. de iniust. testa. & l. inter cætera. ff. de lib. & posthu. cum simil.

Si primogenitus qui ex statuto habet integram hereditatẽ instituatur heres solus.

2 ¶ Et primùm quidem videtur, quòd potest, multis rationibus. Prima quia sunt duo iura diuersa, ius succedendi, & ius rumpendi testamentum. quod hinc apparet, quòd filius præteritus ipso iure rumpit testamentum, etiam antequam succedere possit: atque etiam si viuo testatore decedat. l. filius qui in potestate. ff. de lib. & posth. Ideò licet testamentum remoueat vnũ, tamẽ alterũ nõ videtur remouere, ab illo penitus separabile. l. si domus. ff. de ser. vr. præd.

Ius succedẽdi & ius rumpendi testamẽtũ sunt diuersa. vide nu. 13.

3 ¶ 2. Ratio, quià interest nostrâ habere ius rùmpendi, etiam si successuri non sumus, patet in filio exhæredato, qui post paratam querelam potest renuntiare hæreditati. l. quemadmodum, & l. qui de inofficioso. ff. de inof. testa. Sed & ex alio capite interest, quia beneficium rumpendi poterit esse venale. l. filium. §. erit ergo. ff. de bo. pos. cont tab. Item quia satis lucratur, qui suæ voluntati satisfacit atque iniuriæ, glos. in l. pen. & ibi Bar. Bal. & Ang. qui dicunt no. ff. de cõd. ob cau. cũ aliis multis conc. à me adductis in tract. Retractuũ, tit. j. in præfatione, nu. 25. ideóq; cùm ipse. Et fortè is cui locũ facit secundogenitus, non acceptabit hæreditatẽ, vel non poterit adire, vel non adibit, vt oportet, ar. l. posthumus à primo. ff. de lib. & posthu.

Interest habere ius rũpendi non successuri.

4 ¶ 3. Ratio, Quis in totum rumpit, licet in totum non succedat. l. 1. in fi. ff. si tab. testa. Ergo ar-

Rumpit in

Totum etiã quis in totũ non succedit. 4. ratio.

gumento illo, de parte ad totum, rumpit: etiam si omnino non succedat. l. quę de tota, in prin. ff. de rei vend. cum simi. Quarta ratio, vt hanc cum præcedente iungam. quis apetit edictum alteri, qui sibi non proficit. l. si post mortem. §. vlt. ff. de bono. poss. cont. tab.

Quæ via electa est, sola patere debet.

5 ¶ 5. Ratio, potuit pater vti prouisione statuti vel consuetudinis excludentis secundogenitum, moriendo intestatus. Si igitur aliam viam elegit, scilicet causam testati, hæc sibi sola pateat. l. mulier. §. vlti. ff. quod met. caus. Et hac quoque vtatur cum sua causa & natura, quæ huiusmodi est, vt filius instituatur, aut exhæredetur. l. inter cætera. ff. de libe. & posth. Alioquin imputet sibi, qui pro nouo statuti beneficio vetus elegerit testandi, & ita instituendi exhęredandíque grauamen. l. vlt. §. si autem hoc aliquis. ff. de iure delib.

6 ¶ 6. Ratio, dominium rerum paternarum continuatur in secundogenitum, pro portione hęreditaria, idque etiam de iure communi, & ante id statutum, nisi exhæredetur. l. in suis. ff. de lib. & posthu. Ergo institutus non potest effici dominus eius portionis, quæ ad secundogenitum debet pertinere de iure communi, nisi is exhæredetur, siue extra hęreditatem ponatur: cùm duo in solidum domini esse non possunt. l. si vt certo. §. si duobus. ff. commod. & l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. pos. & c. inter dilectos, de fid. instr. Igitur videtur ratione impossibilitatis huiusmodi testamentum vitiari.

Correctoria non extenduntur per maiorẽ rationem.

7 ¶ 7. Ratio, exclusio facta à statuto exorbitante, eodémque omnino correctorio iuris communis in causa intestati, non debet extẽdi ad causam testati, etiam si esset eadem aut maior ratio. glo. in auth. quas actiones. C. de sacro. eccle. & alia glo. in c. in fidei, in verbo, inquisitionis, de hæreti. lib. 6. cum aliis multis concor. collectis à recentioribus in d. auth. quas actiones. Pręsertim cùm semper aliàs statutum loquens de causa intestati, nihil censeatur mutare de causa testati, per no. per glo. in l. Gallus. §. & quid si tantùm, in verbo, emancipatus. ff. de liber. & posth. & in l. si emancipati, in verbo, nec vllum testamentũ. C. de collat. cum simi. Nam diuersæ sunt causæ testati & intestati. l. quandiu potest. ff. de acqui. hær. Hincq; exclusus ab intestato, non censetur exclusus ex testamento. §. emancipati, Instit. de exhære. libe. & no. omnes in l. vlt. C. de pact. & in c. quamuis, eo. tit. lib. 6. Et generale est, vt cùm alicui ius aliquod competit duplici iure, si vni renuntiet, vel ab eo aliter excludatur, nõ censetur propterea exclusus ab alio. l. si seruo meo. ff. de lega. j. & l. Aurelius. §. vlt. ff. de anr. & arg. lega. & l. & an eadem, & ibi not. ff. de excep. rei iudi. Nam & ex separatis non fit illatio. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. & l. duobus. ff. de testa. tutel. & c. quod translationem, de offi. deleg.

Qui non succedit nõ impeditur contratabulare. vide num. 12.

8 ¶ 8. Ratio, non valet id argumentum: non potest quis succedere, ergo non potest contratabulare; quia datur instantia in contrarium, in l. non putauit. §. in adoptionem datos. ff. de bono. pos. cont. tab. & d. l. filium. §. videamus, eo. titul. Ex quo consequens illud fit, vt licet secundogenitus non succedat ab intestato, vt qui excludatur à statuto, non tamen sequitur quin possit testamentũ, in quo præteritus est, contratabulare. Et maximè quia exclusus à successione, intelligitur ab intestato: cùm verbum successionis comprehendat tantùm causam intestati, vt no. in l. 3. §. de illo. ff. pro socio, & probatur in l. quædam. §. is autem. ff. de eden.

Verbum successionis.

Alia ratio.

9 ¶ 9. Iste secundogenitus solùm excluditur ab intestato tempore successionis, cùm statutum dicat quòd ab intestato non succedat. nam qualitas adiuncta verbo, secundum tempus illius intelligitur. l. Titius, & ibi Bar. ff. de vulga. & pupil. Et iste exclusus videtur solùm tempore delatæ successionis. Sed in vita patris, cùm ipse fecit testamentum nondum delata hęreditate, non erat exclusus. Ideò cùm fuerit pręteritus, testamentum videtur fuisse nullum, per d. l. inter cætera. ff. de lib. & posthu. & §. 1. Instit. de exhę. lib. Et istam rationem in simili quæstione affert Franc. Aret. in c. quod clericis, de foro compet.

Filia exclusa à statuto si preterea tur, potest cõtratabulare testamentũ. vide infra nu. 22.

10 ¶ Denique in simili casu, videlicet stante statuto, quòd masculus repellat fœminã dotatam. Si filia prætereatur in testamento, potest contratabulare testamẽtum iure Prætorio, licet non possit dicere nullum Iure Ciuili, vt post Iacob. Bu. voluit Bal. in l. si emancipati, col. 2. in 5. oppo. C. de colla. & Angel. in l. filiæ dotem, in lec. Flor. C. eo. & Pau. Ca. in l. certum. C. vnde legi. & Ro. consi. 179. amplissime doctor, col. 2. vers. secundò principaliter respondetur, & Barthol. Cepol. cautela 168. scite debes. & Io. Camp. in tract. statutorum exclu. fœminas à succes. q. 53. incip. statuto prædicto. Nam & aliàs qui non potest de Iure Ciuili succedere ab intestato, & ita nec dicere nullum testamentum, potest tamen contratabulare de iure Prætorio, vt patet ex eo quod scribit Bar. de nepote ex filio emancipato, in l. j. in prin. colum. secunda. ff. de coniun. cum eman. libe.

Qui cõtrarium tenuerũt in specie primogenitura.

11 ¶ Contrarium tamen in casu statuti, vel consuetudinis deferẽtis integram hæreditatem primogenito, cęteris omnino exclusis, voluit author non contemnendus Card. Alex. Præpositus vulgò dictus, in repe. c. per venerabilem §. quod autẽ, col. 55. extrà qui fili. sunt legi. prout eum allegat (neque enim apud illum in meo codice repeti) & sequitur alter primæ classis nostrorum Gallicorum scriptorum Guil. Bened. in copiosissima illa repe. cap. Raynucius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le j. (sunt enim duæ glos. super illis verbis) nu. 143. cuius id initium est decimo octanò limitabitis, extrà de testa.

12 ¶ Quæ sententia probabilior est, quoniam qui ab intestato non succedit, nullo modo potest testament.

testamentum impugnare, nec iure quidem Ciuili, nec Prætorio. l. non est ambigendum. ver. vbicunque lex. ff. de bo. pos. tit. generali, & l. j. post prin. §. vocantur, & §. pe. & ibi Bar. in 4. q. & l. si in adoptionem, & l. illud §. 1. & l. si post mortem §. liberi. ff. de bo. pos. cont tab. & l. posthumus, in prin. & iterum §. si quis ex his, & ibi Bald. Ang. & alij. ff. de inof. testa. & l. si necem. §. si deportatus. ff. de bo. libe. & l. 2. §. vlt. ff. ad S C. Tertul. & l. si quis filio exheredato, in prin. ff. de iniust. rup. & irri. testa. & l. maximum vitium, in prin. C. de lib. præt. & in §. item adoptiuos, Instit. de hære. quæ ab inte. defer. & no. ab omnibus propemodum in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posthu. & per Bal. in l. vlt. C. de lib. præte. & Alex. cons. 57. in casu præmisso, col. 2. vers. restat videre, lib. 4.

Qui ab intestato non succedit nõ impugnat testamẽtũ.

13 ¶ Ista enim sunt connexa, scilicet ius succedendi, & ius rũpendi: & connexè se habent in actu & priuatione. l. suus. C. de repud. hære. & l. si post mortem. §. liberi. ff. de bo. pos. cont. tab. & ar. l. si ita. §. regula. ff. de lib. & posthu. Hinc videmus quòd si filius emancipatus instituatur suo nepote præterito, non poterit huiusmodi nepos rumpere testamentum auitum, quia non succedit ab intestato, secundùm Bar. & Bald. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posth. Nec id mirum, quia qui remouetur ab effectu, æquè & ab eo remouetur, per quod ad effectum peruenitur. l. quod dictum. ff. de pactis. & l. 3. §. vtrùm. ff. de mino. & l. oratio. ff. de sponsal. vbi glos. adducit alios text. concord.

Iura succedẽdi & rũpendi testamentum connexa.

14 ¶ Secunda ratio, qui nullam partem est habiturus ab intestato, non dicitur ei legitima deberi. est enim legitima quota eius portio, quod quis habiturus est ab intestato. l. cùm quæritur, & l. parentibus, & l. cum nuper. C. de inof. test. & c. Raynutius de testa. Sed is demum potest rumpere, cui legitima competit: & è contra. l. si quis filium, & l. omnimodo, & d. l. cùm quæritur, & l. fratris, & l. fratres. C. de inof. test. & d. l. posthumus. §. si quis ex his. & ibi Bald. & Angel. ff. eo. tit. & l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. eo. tit. in ratione ipsius. Igitur cùm secundogenitus nullam sit partem habiturus, nec propterea ei debeatur legitima: consequens est, vt non possit rumpere.

Legitima nõ debetur ei qui nullam partẽ habet ab intestato.

15 ¶ 3. Ratio, Iste secundogenitus à statuto exclusus, est instar extranei, desinitque esse suus, vt in simili dicit Bart in l. 1. sciendum, per illum text. ff. de suis & legi. & Imo. in l. ventre, & ibi quoque Ro. qui id dicit sing. col. 3. vers. vlteriùs & secundò. ff. de acq. hær. & in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebel. cum infinitis concord. Extraneus autem nõ rumpit testamentum, sed tantùm suus, vel qui iura suitatis obtinet. l. si quis filio, & l. posthumorum. ff. de lib. & posthu. Nam & in hunc tantùm dicitur continuari dominium, iuxta l. in suis. ff. de libe. & posth. vt ibi dicit Bar.

A statuto exclusus cẽsetur extraneus.

16 ¶ 4. Ratio, qui non succedit ex statuto vel aliàs, æquiparatur ei qui non est in rerum natura. Paria enim sunt filios non extare, aut extare, & non succedere. l. pater filium, & ibi glos. ff. de inof. testa. & l. 2. §. sed si sunt sui, & ibi no. Bar. ff. ad S C. Tertul. & l. 1. §. vlt. cum l. seq. & ibi etiam Bar. ff. de bono. pos. cont. tab. & iterum l. si post mortem. §. liberi. & ibi. Dy. in addi. eo. ti. & l. 1. §. si pater emancipatus, & §. sed & si patruus, ibi, prò mortuo habetur, rursùmq; §. si pater in potestate. & ibi quoque Bart. ff. de coniun. cum eman. libe. & l. si necem. §. si deportatus, & iterum l. & si ex modica. ff. de bon. liber. & no. Guil. Cu. & Bald. in authe. nouissima. C. de inof. testa. Bald. in l. maximum vitium, col. pe. versi. item quæro nunquid. C. de lib. præteri. & in l. in substitutione, per illum tex. ff. de vulg. & pupil. & Doc. frequentissimè. Qui autem non extat non potest rumpere. ergo nec qui non succedit.

Paria sunt non extare & non succedere.

17 ¶ 5. Ratio, quid prodesset secundogenito rumpere testamentum, cùm id faciendo deueniretur ad causam intestati, quę nihil commodi ei afferre posset: cum ab intestato exclusus sit. Lex autem nihil frustra fieri vult. l. non agendum. §. vlt. & ibi glos. vlt. ff. de proc. & l. quibus idem. ff. de verbor. oblig. & dicemus latè in commentariis consuetudinũ Pictauicarum tit. 22. §. 9. in glos. 2. in 6. q. & latius in nostro tract. cui titulus est, Nihil frustra. Nam & hinc diximus eum tantum rumpere, qui sibi locum facit. l. nam & si sub condicione. §. rumpendo, & §. sed si à primo. ff. de iniust. testa. & d. l. si post mortem. §. liberi. ff. de bon. pos. cont. tab. Et id generale est, vt quis non admittatur ad id quod alteri nocet & sibi non prodest. l. qui vias. ff de dam. infec. & l. j. ff. de aqua plu. arcen. & c. cùm ecclesia Vulterana, extrà de elec.

Lex nihil frustra facit.

Is tantum rumpit qui sibi locum facit.

18 ¶ Quòd si quis quantùm ad hanc rationem pertinet, obiiciat d. l. si filius qui in potestate. ff. de lib. & posthu. vbi testamentum secundum, in quo filius est præteritus, est nullum: licèt non prosit filio, sed instituto hæredi in primo testamento. Sciat eam l. debere intelligi, quãdo filius erat in primo testamento institutus: quòd si erat exhæredatus, tunc locus est l. si ex duobus. §. si prius. ff. de bon. pos. cont. tab. quæ dicit tunc valere secundum, vt tollat primum, & sic filius contratabulet secundum. Vel si in primo filius fuerit exhæredatus, sęcũdum in quo fuit præteritus, erit nullum, quia ipsius filij interest, vt si instituti in primo non adeant hęreditatem, ad ipsum deuoluatur ab intestato, quod non esset si valeret. Quę ratio probatur in l. si posthumus à primo in prin. ff. de libe. & posthu. Sed in casu nostro nihil omnino interesse potest secundogeniti, cùm non sit habiturus, sed alius.

Responsio ad l. contrariam.

19 ¶ 6. Ratio, quia si verum esset, vt qui non succederet ab intestato, posset rumpere testamẽtum, *Nõ est me-*

lior cõditio eius qui venit contra voluntatẽ defũctiquã qui non venit.

esset melioris coonditionis is qui veniret contra volontatem defuncti, quàm qui non veniret, contra notata in l.vlt. C.de libe. præteri. Et aliàs semper videmus, voluntatem testatoris in omnibus dominari, eámque imprimis spectandam seruandàmque esse. l.ex facto proponebatur.§.rerum.ff.de condi.& demon.cuius hæc verba suot,& facit quidem totom voluntas defuncti.& l.in conditionibos primum. ff. de condi. & demon. vbi scribitur, voluntatem primom locum obtinere, cum alijs multis si.à me congestis in repe.l.si vnquam, in verbo, libertis, num.42.sed non solùm.C.de reoo.donati.

Voluntas testatoris in omnibus dominatur

Quare præteritus rũpit testamẽtum.

20 ¶ 7 eáque postrema ratio, Ideò præteritus rumpit testamentũ, quia testator ei facit ioiuriam, nec iuris solemnitatem obseruat.d.l.Gallus.§.in omnibus,& d.l.inter cętera.ff.de li.& posth. & l.vlt.ff.de posth.hęre.instit.& no. Bar.in l.cùm ex filio.ff.de vulg.& pupil.Sed quantum ad primum pertinet, iste testator nullam facit iniuriam filio, cui nihil aufert ex eo quod sibi debetur ab intestato, quippe cui nihil debetur. Nec est quod imputet patri ob id solum quòd intestatus non decessit.l.posthumus, in prin.ff.de inof.testa. Nam quod ad eum attioet, pater liberas ædes habet, vt vtar verbis iurisconsulti in l.loci corpus.§.competit. ff.si seruit. vendi. Ergo potest & ipse liberè testari, ar.l.vltim.C.de bonis liber.

Liberas ædes habet.

Qui incognitus est eius mẽtionem fieri non necess est in testamento.

21 ¶ Quaotùm ad secundum, quod de iuris obseruantia dictum est. Cùm iste secundogenitus filius sit incognitus à Iure Ciuili suę ciuitatis, de eo mentionem fieri minimè necesse est, sicuti nec olim de emancipatis, cùm essent incogniti ex legibus X II.tabul. Et ideò Prætoris peculiari auxilio eguerunt.l.certum. C.vnde legi. Quod quidem Prætoris auxiliũ in hoc casu non reperitur, nec ad alium casum illud extendendum est, vt in simili dicit Bar.in l.Titia.§.imperator, col.vlti.versi. quæro pone filij. ff.de lega. 2.& diximus pleniùs in d.repe.l.si vnquam, in verbo, susceperit liberos, nu.161.nec huic rei.C.de reuo.donat. Nam & regulariter remedium contrarabolandi iure prætorio illis tantum datur, qoi nullũ possunt dicere, si nõ sunt emancipati, nec aliàs capitis diminutio eis obstaret.l.4.in j.respon. ff. de bono. pos. contra tab. Ideò illam deci. Bar.de nepote ex filio emancipato.in d.l.ff.de coniun.cum eman.libe. à nobis relatam suprà nu.10.reprehendunt Imn.Raph.Co.& Alex.in l.vlt.ff. de libe.& posth. & Fran. Are. cons.160.longa, in 11.dubio. Iasoo in d.l.filiæ.C.de colla. Igitur, vt concludam, cum nec Ius Ciuile, nec Prætorium patrocinetur huic secundogenito excluso, nullo etiam modo potest rumpere, vel nullum dicere testamentum.

Filiam exclusam a statuto, præteritam nõ impugnare testamẽtũ.

22 ¶ Ideóque stante statuto, de quo suprà in priori parte diximus, videlicet quòd filiæ dotatæ nõ succedant, si filia dotata prætereatur, nullo pacto potest impugnare testamentum ex capite præteritiooìs, quicquid illi voluerint, quos suprà in ea parte n.10.citauimus, ex communium scribentium sententia, scilicet Bar.in d.l.vlt.col.pe.ver.quid si ista filia.ff.ad S C.Tertul.& in d.l.1.§.si pater in potestate, vers.ex hoc concedo.ff.de coniung.cum eman.liber.& in l.1.§.qui habebat, in 4.quæstio.ff.de bono.poss.cont.tab.& cons.20.factum sic se habet, quidam dominus, col.j.si tamẽ id con.est ipsius Bar.& con.37.quidã Cola, col.2.& con.44.super prædictis, in prin.Alber.in 2.parte statotorum, qoæst.104.ex eodẽ themate.Signo.Homo.con.153.quæst. talis est, vtrum, ad fin.& consi.250.super dubiis, col.3.versi.his visis,& consi.256.in quæstione transmissa, in prin.Bal.qui se dicit ita consuluisse, Ang. Pau.Ca.sibi contrarij, Imo. Alex. qui hanc dicit esse communem.Fran.Are.Soc. qui ab ea dicit non recedendum & iudicando & consulendo, Iason & alij recentiores in d.l.Gallus.§.& quid si rátum.ff.de libe.& posth. Bald. & Angel.in d.leg.posthumus.§.si quis ex his.ff.de inof. testamen. Bald. Imo. Raph. & Pau. Ca.in l.si quis posthumos.§.1.ff.de libe.& posthu. Bal.in l.maximom vitium, col.pen.ver.ext. quæritor.C.de lib.præteri.& in l.si auus.C.eo.tit.& in l.lege X I I.tabularum.C.de legi.hęr. & in l.cum lege.C.de epi.& cleri.& in l.si defunctus, col.vlt.C.de suis & legi.& in c.1.§.1.tit. epis.vel abba.& consi.68.proponitur quòd pater, lib.1.& cons.seq.in 1.dubio, eo.lib.1.& cons. 407.statuto ciuitatis, col.2.lib.2.& cons.34.quęritur vtrum filia, lib.3.& consi.36.proponitur quòd dominus, in 1.dubio, eo.lib.3.& cons.215.verba legis, circa medium, eo.lib.3.& cons.328. cum in causa, in 1.dubio, eo.lib.3.& con.95.considerandum est, ver.& hoc est verũ, lib.5.Iacob. Solanos inter consilius cons.329.circa primum dobium, lib.3.Pet.Iacob.tit.de cond.ex lege, omoimodo acti.ex test.col.3.ver.sed quid erit si filius, Angel.in l.Papinianus.§.si quis mortis. versi.vltimò allegatur.ff.de inof.testa.& cons.99.viso themate, col.1.& cons.136.in qoæstione vertente, in fi.Imo.in l.si ita quis promiserit.§.ea lege.& Franc.Are.col.4.vers.dicit etiam nohîc.ff.de verbo.oblig.Pet.Anc.consi.26.in quæstione, in prin.Fulgo.Pau.Ca.Alex.Coro.Iason,& Philip.Deci.in d.l.filiæ dotem, de colla.Raph.Co.in repe.d.l.si filius qui in potestate, col.18.ff.de libe.& posth.& consi.16.casus talis est.A.decessit, col.2.& cons.89.derisorium est, in 2.dubio,& cons.127.Mengus in testamento.Pau.Ca.in aoth.ex caosa, col.5.versi.& prædicta inducuntur.C.de lib.præteri.& cons.196.in puncto quæritur, col.j.vers.secunda quia & si in nullo,& iterum col.3.versi.prætereà filiæ, lib.1.& cons.213.si dicta domina, eo.lib.j.vbi ita dicit se sæpios consuluisse,& ab aliis coosulrum vidisse.& cons.289.in facto præsenti, columna vlt.versi.sed respondetur, eo.lib.j.& consi.286.quoniam fundamentum, colum.2.versi.restat nunc expedire, eod.lib.j.& cons.323.super primo puncto, quo quæritur an testamentum, col.2.

colum.2.verſ.breuiter ſuper iſto paſſu,eod.lib.j.& conſ.6.ſuper eo de quo quæritur,in princ. lib.3.& conſ.27.dicendum eſt dictam hæreditatem,in fi.eod.li.2.& conſ.67.in caſu præſenti poſt prin.eod.lib.2.& conſ.146.viſo puncto,col.2.eo.lib.2.& conſ.215.primò videndum eſt,in prin.eo.lib.2.& conſ.274.præſuppoſita validitate,eo.lib.2.& conſ.280.præſuppoſito ſtatuto, col.3.eod.lib.2. Rom.ſibi etiam contrarius, in l.vt liberis. C.de colla.& conſ.13.idem videtur mihi,in prin.Steph.Phede.in lib.de legum interpretatione.parte prima.col.3.verſ.hinc dicitur quòd ſi filia.Pet.Ferra.in forma libel.quo petit.hęre.ex teſta.in gl.ac etiam realiter,col.3. verſ.ſed circa hæc quæritur.Alex.conſ.47.abunde,col.3.verſ.ideò totum,li.2.& conſ.68.circa præmiſſam,col.vlt.verſ.ergo ſequitur.lib.4.& conſ.19.circa primum,col.2.lib.6.& conſ.125. quoniam abundè,col.j.eod.lib.6.& conſ.108.viſis & ponderatis,col.j.verſic.hoc præſuppoſito,lib.7.Collegium Padua.inter conſ.ciuilium cauſarum Cepol.conſ.53.in nomine,&c.nos doctores,colum.2.vbi dicunt hanc eſſe communem opin. Angel. Are.in §.ita demum, circa medium,Inſtitu.de hæred.quę ab inte.defer.& in §.ſed ea omnia,in pen.no.eod. titu. Bened. Capra.conſ.64.viſo & conſiderato,in 1.dubio,& conſ.84.& ſi viſo,col.j.& conſ.106.punctus cùm prout in facto,colú.2.Franc.Are.d.conſi.160. longa,in 11.dubio,vbi id dicit obtinere in practica.Barb.conſ.50.illud afferam,col.10.lib.3.& conſ.54.illud in medium,col.6.& multis ſeq.eod.lib.3.Maria.Soc.conſ.36.rectè ac maturè,col.pen.verſ.quartò probatur,vbi etiam id dicit conſuluiſſe Ioann.Pagli.Franc. Ramp. Flori.à S. Petro, & alios celeberrimos iuris Doc.& Barptol.Soci.eius filius conſi.150.& nos introducere,col.3.verſ.prætereà ille admittitur,& alibi ſępe in eodem conſi.lib.j.& conſ.82.in cauſa veniente,colum.lib.j.Corne.conſil. 150.hanc quęſtionem,col.3.verſ.quod excluſus,lib.j.& conſ.316.quò ad primum, col.j.eo.lib. j.& conſi.j.col.pen.verſic.& maximè,lib.2.& conſ.48.de pluribus,col.j.verſi.& ſi aliquis,eod. libr.2.& conſ.107.in hac conſultatione,col. 2.verſi.tamen concludendum,& ſeq.eod.lib.2.& conſi. 116.difficultas,col.j.verſ.quia licet,eo.lib. 2.& conſ.40.circa hanc,colum.3.verſ.verùm quia extat,libr.3.& conſ.85.plura dubia,col.5.eod.lib.3.& conſ.291.videtur prima facie, colú. 3.lib. 4.Lauren.à Pala.in tract.ſtatutorum fœminas repellentium, col.6.verſic. & quoniam dixi ſuprà.Guid.Pap.deci.Delph.295.an filiusfa.& deci.598.item quod non eſt neceſſe.Geor. Na.in repe.c.quamuis.col.3.& iterum col.66.verſ.quartò quęro,& ſeq.de pactis,lib.6.Iaſon in authen.nouiſsima,col.vlt.de inof.teſta.& in l.non licet, colum. pen.verſic. 6.limita.C.de libe.pręteri.Philip.Deci.conſ.105.diuino,in prin.& conſ.264.reuocatur,col.3.& conſ.505.copioſè,col.j.Laurus de Pala.in tract.fœminarum excluſarum à ſucceſsione, colum.6.verſ. & quoniam dixi.Steph.Bertran.conſ.367.Chriſti &c.viſo conſultationis themate, ante fi lib.1. & conſ.299.ſuppoſito ſtatuto,in prin.vbi & hāc dicit eſſe communē opi. Lance. Poli.in repe. l.filiū quem,char.15.col.4.ver.at iuxta prędicta.C.famil.herciſ.Bene.in repe.c.Raynutius, in verbo,duas habens filias,nu.178.& iterū nu.261.And. Alcia.li.Paradox.3.c.11.ſi ſtatuto municipali.Ant.Rub.conſ.122.præſupponitur,col.1.& conſ.156.circa primū,col. 2.nu.4.& Matt. Affli.deci.Neapo.158.dicit cōſtitutio,vbi ita dicit fuiſſe deciſum communi omniū ſuffragio.

23 ¶ Sed hoc limitabis primò.procedere quando ſecundogenitus ſimpliciter eſſet excluſus,puta quia ſtatutū omnia defert primogenito,excluſo ſecundogenito.Secus ſi ad tēpus, quia videlicet excludit ſecundogenitū viuēte primogenito,aut donec ſiue quouſq; viuit primogenitus Nā tunc licèt non poſsit ſecūdogenitus cōqueri,dum viuit primogenitus: tamē ſi moriatur ſine liberis,videtur,quòd poſsit teſtamētum impugnare,ex capite præteritionis. Nam ſtatutū repellendo ſecundogenitū,quandiu viuit primogenitus,poſt illud tēpus cenſetur illū admittere.l.imperator,& ibi Pau.Ca.ff.de poſtu.& l.ſi vnus.§.ſi eū reo.ff.de pac.cum multis ſi. à me collectis in tract.Retractuū.§.2.gl.2.*à tel temps*,nu. 46.nā & è diuerſo,iunctis 2.præced. Si igitur hodie admittitur,debet & hodie poſſe vt præteritus rumpere teſtamentum.l. illud. §.j.ff.de bo.poſ.cont.tab.Nam ex quo excluſio eſt temporalis à ſucceſsione ab inteſtato, ſimiliter eſt temporalis à ſucceſsione contra teſtamentum, cùm excluſio ab inteſtato trahatur ad excluſionem contra teſtamentum,vt ſuprà diximus poſt prin. huiusq.

Limitatio, cū ſecundogenitus ad tempus excluditur.

24 ¶ Ideóque & in ſimili ſtatuto repellente filiam dotatam,quandiu viuit maſculus, voluerunt plerique filiam præteritam poſt mortem fratris poſſe impugnare teſtamentum ob præteritionem, licèt eo viuente non poterat. Nec hęc eſt potiùs quędam temporalis ſuſpenſio,quàm pręciſa excluſio.ideóq; filia incipit eſſe hęres.Ita voluit Bar.in d.l.vlt.col.vlt.ff.ad SC.Tertul & cōſ.11.proponitur quòd pater,poſt quod cōſ.Tyndarus ipſius Bar.pronepos aſſerit in eadē idem conſuluiſſe collegiū Florentinum,& multo Doc.& idem Bar.d.conſ.44. ſuper prædictis,in prin.Bal.Saly.Pau.Ca.Alex.& Cor.in l.2.C.de libe.præteri.inter quos Bal.ita dicit cōſuluiſſe Fran.Tig.& collegium Flor.Bal.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm, ad fi.& ibi Angel. col.vlt.ff.de libe.& poſth.Bal.Imo.Pau.Ca.qui tamen declarat.Alex.Franc.Aret.& Iaſ.in d. l.ſi quis poſthumos.§.j.ff.eod.tit. Bald.in l.ſi quis filium,col.3.verſ.extrà quæritur.C. de inof. teſta.vbi etiā dicit Franc.Piſa.in hac ſententia fuiſſe.& idem Bald.in l. in quibus, circa medium,verſ.& intellige hoc.C.de ſecun. nup. & in c.j.§.quin etiam,in fin.titul. epiſ. vel ab & conſ.68.proponitur quòd pater, per totum.& conſil.ſeq.cùm ſtatutis ciuitatis Peruſij, col.2.

Idem in filia ad tēpus excluſa.

vers. in contrarium, libr. j. vbi etiam ita dicit consuluisse collegium Florentinum, & multos Doc. & rursum cons. 95. considerandum est, ante fin. lib. 5. Angel. in l. & si pauciores. ff. si pars hære. pet. & in l. ei qui soluendo. & ibi quoque Imo. ff. de hære. instit. vbi etiam dicit Ang. in hanc partem cōsuluisse collegium Bono. & in auth. hoc amplius, post mediū. C. de fideicom. & in §. si quis autem non implens, in Authen. de hære. & falci. vbi ita etiam dicit consilium Florentinum respondisse. Pet. Anc. cons. 220. hæc quæstio iam vulgaris, col. 2. vers. sed reperio hanc quæstionem. & Panor. cons. 92. illud indubitati iuris, col. 2. vers. ad prædicta. lib. 2. & Raph. Fulgo. cons. 8. dominus Petrus. circa medium. Benedic. Capra. d. cons. 64. col. 4. & iterū cons. 117. subscripsi me cuidam consilio. Fran. Aret. cons. 144. visa consultatione, & d. cons. 160 in 11. dubio, in fin. & Corne. cons. 126. principale dubium, col. 2. vers. sed his minimè, lib. 2. & Geor. Nat. in repe. cap. quamuis, col. 69. ver. decimosextò quæro, de pactis. & Aufre. in dec. capellæ, quęst. 459. item fuit quæsitum si filia dotata. Soc. con. 63. in causa vertente, col. 2. lib. 4. & cons. 92. circa primum, col. 10. vers. circa quartam dubitationem, libr. 1. vbi hanc dicit esse cōmunem opinionem. & huius nepos ex fratre. Maria. Socinus iunior cons. 31. in causa dominę Honoratæ, post princ. lib. j.

Tenentes contrariū.

25 ¶ Non desunt tamen qui tenent contrarium in eodē statuto repellēte fœminas quandiu vixerint masculi, vt videlicet post mortem masculorum non possit filia prætermissa impugnare testamentum, vt voluit Raph. Co. in d. l. si quis posthumos. §. si filium. ff. de libe. & posth. & in hāc partem consuluerunt Ray. Forl. & collegium Senen. vt ferme omnes referūt. & inter cęteros Bal. in d. l. 2. C. de libe. præter. Atq; etiam collegium Paduanū, vt etiā retulerunt Angel. & Imo. in d. l. ei qui soluendo. ff. de hære. inst. & ipse Angel. in d. l. & si pauciores. ff. si pars hęr. pet. & nouissimè Barth. Chasse. cons. 55. stante consuetudine, in 2. dubio.

Testamentum nō potest partim tēporis valere & partim non valere vide nu. 29.

26 ¶ Et ista pars non lenibus argumentis innititur. Nam imprimis si aliter dicamus, duo absurda subsequentur. Primum quia testamentum aliquo tempore valebit, videlicet donec viuit filius: alio non valebit, videlicet post mortem illius, contra iura vulgaria. Alterum quia qui semel fuit hæres ex testamento, desinet esse hæres, contra l. & si sine. §. sed quod Papinianus. ff. de mino. & l. ei qui. ff. de hære. instit. cum si.

27 ¶ Vel certè aliud æquè absurdum continget, videlicet quod filius interim non posset adire, nec suus hæres esse, nec actiones hæreditarias exercere: sed manerent omnia in pendenti: quia ex testamento, quod possibile est aliquādo impugnatum iri, nō potest adiri hæreditas, neq; suus hæres esse. l. cùm quidā. §. quod dicitur. ff. de acqui. hære. & l. illud. ff. si pars hęre. peta. & l. pe. ff. de iniust. testa. & l. si filius hæres. ff. de libe. & posth. Expectādiq; antè sunt, quibus bonorū possessio contra tabulas potest competere. l. æquissimum. §. expectādi. ff. de bo. pos. secun. tab. Ideóq; nō poterit filius intentare actiones hæreditarias, iuxta no. in l. vlt. C. de peti. hære. Itē filia tempore mortis non ea est, quæ deberet institui, vel exhæredari. igitur merito testamentum impugnabile tenet, per l. si quis filio exhæredato, in prin. ff. de iniust. testa.

Ad idem.

28 ¶ Adhęc in eam rem est tex. in d. l. si quis posthumos. §. si filium, ex quo clarè cōstat, quod in iure impugnandi testamentum debet inspici tempus mortis testatoris. Ita quòd qui tūc nō potuit rūpere, nūquam posteà admittetur, etiam si ad eum casum perueniat, quò potuisset tempore mortis rumpere: quia contra eum firmatum fuit testamentum morte testatoris. Ibi enim dicitur, quòd filio exhæredato, & eo querela excluso morte vel repudiatione, nepos ex eo qui tempore mortis testatoris non tenebat primum locum, non potest rumpere testamentum ob præteritionem. Deniq; filia quæ à statuto excluditur, non censetur esse sua, sed potiùs extranea, vt voluit Bar. in l. j. §. sciendum. ff. de suis & legi. & suprà diximus. Ergo non potest tanquam pręterita rumpere, testamentum.

Filia exclusa censetur extranea non sua.

Testamētū potest partim tēporis valere & partim nō valere facto legis.

29 ¶ Sed qui priorem partem tenent, his rationibus ita respondent. Nam quod dictū est, testamentum potest aliquo tempore valere. & alio non: illud verum est ex facto hominis. At statutum id potest, vt dicit Bal. in d. l. 2. C. de libe. pręteri. & in l. si quis filiū. C. de inof. testa. & Imo. in d. l. ei qui soluendo. ff. de hære. insti. Quod ex eo probatur, quòd miles ex legis permissione potest decedere testatus ad tempus, & postea intestatus. l. miles ita, in princ. ff. de mili. testam. Sicuti similiter qui semel hęres fuit, non potest desinere esse hęres ex facto quoque hominis, vel iudicis, per iura suprà allegata. At potest ex legis dispositione, per d. authē. hoc amplius, & ibi Bal. in t. oppo. C. de fideic. & in d. §. si quis autem: & ibi quoq; Ang. in Authen. de hęre. & falc. & no. glo. in l. in substitutione filij. ff. de vul. substit. Statutum autem est pars Iuris Ciuilis. l. omnes populi. ff. de iust. & iure.

Et hæres desinit hæres esse legis dispositione.

Ad absurdum.

30 ¶ Quod autem dicitur posteà id futurum esse, vt non possit masculus adire, nec suus hæres esse, nec actiones hęreditarias intentare, ex iuribus suprà allegatis facilè dilui potest. Ea enim iura procedere, quando ius rumpendi testamentum denegatur de pręsenti, & differtur in aliquem futurum euentum: non quidem fauore instituti, sed propter qualitatem personæ rumpentis, vel alia ratione. At hic filia tempore mortis rumpere non potest fauore filij masculi instituti: ideóque non prohibetur ipse institutus interim adire, & eius contemplatione filia interim remouetur. leg. cùm emancipati. §. si duo, & ibi. Bart. ff. de colla. bo. & idem

Bar. in

Bar. in l.2.§.videndum.ff.ad Tertul. Aliàs enim statutum, quod in fauorem ipsius introdu-ctum est, nihil omnino prodesset.

31 ¶ Nec obstat denique quod dictum est filiam in casu huius statuti non esse suam, quia illud procedit cùm perpetuò, vel aliàs simpliciter est exclusa, secus si ad tempus tantũ: quia cùm tunc non omnino sit priuata, non habetur pro exhæredata, per l.Papinianus.§. si quis mortis; & ibi Aug. ad hoc no.ff.de inof.testa. Et per consequens isto casu erit sua, vt no. declarat Ale. in simili casu, con.131. cuius exordium est, transmissum est ad me lib.1.

Ad id quod dictum est filiã exclusam nõ esse suam.

32 ¶ Sed in hac re maior est dubitatio inter eos qui priorem partem sectantur. An filia rumpet testamentum, tanquam fingatur retro nullũ fuisse: An verò tanquam nũc, videlicet mortuo filio incipiat nullum esse, quod antè valuit: aliis aliud tenentibus, & omnibus suã alacriter partẽ defendentibus. Sed quia res non paucis expediri potest, latissimèque ab iis tractatur, quos suprà citauimus, præsertim à recentioribus, atque etiã à Bal.d.con.68. proponitur quòd pater, lib.1. & Corne.con.11. pro decisione, li.2. Ideo longiùs non procedo: illud tantùm studiosos admonuisse contentus, antequam hinc digrediamur, Bar. si is fuit, in d.con.20. incip. factum sic se habet, quidam dominus Iacobus, non admodum bene secum in hac re conuenire, cùm statutum his verbis vtitur, quousque masculus filius vixerit, vt videre omnibus illic facilè est.

Sed an tũc testamentũ ita rumpatur vt ex nunc, an ex tunc.

33 ¶ Ex illis autem omnibus, quæ dicta sunt & tractata etiam sunt ab iis, quos in præcedẽtibus versic. citauimus, facilè intelliges, an si primogenitus, qui ex statuto loquente per ea verba, quandiu, aut quousque viuet ipse primogenitus, integram hæreditatem accipit, eandem aut partem ipsius alteri vendidit: poterit secundogenitus, mortuo primogenito eam alienationem reuocare: vti similiter si soror exclusa à simili statuto, quandiu fuerit masculus, masculis deficientibus poterit reuocare quæ ab illis alienata sunt. De quo nuncupatim loquitur Chassæ.d.con.55.

Et si primogenitus interim aliquid alienauerit, an secundogenitus poterit reuocare.

34 ¶ Limita 2. quod dictũ est, in principali quæstione, secũdogenitũ præteritum non posse impugnare testamentum, ex capite prætertitionis, tum demũ procedere, si fuerit institutus primogenitus qui ab intestato succedere debuit. Et ita quidẽ hauddubiè, vt sic primogenitus qui ab intestato succedere debuit. Et ita quidem hauddubiè, vt sic primogenitus ipse non sit deterioris conditionis ex testamento, & sic ex volũtate expressa defuncti: quam fuisset ab intestato, & sic ex tacita ipsius volũtate. l. Titia Seio.§. vlt.ff. de lega.2.& l. si quis nullũ.ff. de iure codic. & l. Titia.ff. ad l.Falci.& quod no. Bar. in l. pater filiũ, in 2.q.ff. de inof. test.& in l. si filius qui patri, ver. præsertim.ff. de vulg.& pupi. Nã & aliàs volũtas testatoris expressa est fortior, quàm tacita. l. si ex pluribus.ff. de suis & legi.& l.2.§. vl.ff. de bono. pos. secun. tab. Nec item secundogenitus sit deterioris cõditionis facto testamẽto, & sic eo quodãmodo exhæredato ex patris voluntate: cùm præteritio sit quædam exhæredatio, vt no. Bar. in l. filio præterito.ff. de iniust. testa. Non sit (inquam) secundogenitus exclusus exhæredatúsq; veluti expressè à statuto, & à patre, deterioris conditionis: quàm si à statuto tantùm esset exclusus.

Quid si alius quam primogenitus sit institutus.

Qui capit ex statuto capit ex voluntate defuncti.

De eadẽ re.

35 ¶ At si extraneus quispiam fuerit institutus, certè cessante causa ob quam secundogenitus excluditur, scilicet fauore primogeniti, quem statutum introducere voluit, debet etiam cessare exclusio secundogeniti, quæ fiebat in consequentiam, ar.l. filium.§. sed cum exhæredatio. ibi, nec testamentũ per omnia irritum, &c.ff. de bono. pos. cont. tabu. & l. si iure.ff. de lega.3. in ratione sui. Alioquin nudum nomẽ ipsius primogeniti, qui per institutionem alterius exclusus est, noceret secundogenito, cõtra l.2.§. sed si sint sui.ff. ad SC. Tertul. Ex quo Bar.& omnes ibi & vbiq; dicunt filiam quę ex statuto repellitur à successione, si masculus propter quam repellitur, nõ succedat, debere succedere. De quo etiam est bonus text.& quidem melior totius iuris, si Ang. credimus, in d.l.& si pauciores.ff. si pars hære. pet. cum multis si.

Cessante causa exclusionis cessat exclusio.

Nudũ nomẽ hæredis alteri non nocet.

36 ¶ Neque id quidem iniuria. Nã qui non succedit, is tanquàm nõ extet habendus est, vt latè suprà diximus & probauimus nu.16. quarta ratio. Sed si nõ extaret primogenitus, cæteri liberi præteriti possent testamẽtum impugnare. Igitur idẽ dicendũ est, si extet, & nõ succedat instituto extraneo. Prætereà statutum admittens primogenitũ ad integrã successionem habet duo capita, vnum inclusiuum primogeniti, alterum exclusiuum cæterorum filiorũ, vt in simili scribit Bar.d.l.2.§. videndum.ff. ad SC. Tertul. Et vnum dicitur respectu alterius. Vnde cũ non habet locum caput inclusiuum primogeniti, instituto scilicet extraneo, debet cessare & alterum, ar.l. vl. C. de indic. viduit.& si. Et facit text. in l. alteri, & in l. filio.§. matri, & quod ibi not. Bart. in si.ff. de adi. lega. Denique priuilegium, quod conceditur primogenito contra cæteros fratres non censetur statutum communicare extraneis propter quos non ipsos fratres, exclusit. l. vlt. in vlt. respon. C. de inof. testamen. & l. hac consultissima.§. ex imperfecto. C. de testamen.

Alia ratio est.

Statutum excludens ob aliũ habet caput includendi & alterum excludẽdi.

37 ¶ Propterea in simili casu statuti repellentis filias ob masculos, multi notæ autoritatis voluerunt filiam præteritam in testamento, in quo instituti sunt extranei, posse id testamentum rumpere, ex bonorum possessione contra tabulas: licet nullum dicere non possit. Ita etiam voluerunt Imo. Frã. Are.& Soci. in l. Gallus.§.& quid si tantùm.ff. de libe.& posthu. ex quibus

Filia præterita in testamento in quo extranei sunt instituti, potest rumpere testamẽ.

quibus ipse Soci.col.3.vers.secunda conclusio,dicit ita se vidisse consultum à solennibus aduocatis Floré.Salusti.& Bened.de Accoltis,& aliis:& prӕterea à patre suo Maria.& aliis aduocatis Senen.Ro.in l.vt liberis.C.de colla.Pau.Ca.cons.196.in puncto quęritur,col.2. vers. quidá verò mediam viam,lib.1.& cons.275.super primo quӕsito.in 2.dubio,eo.lib.1. & cons. 96.si dicta Cornelia, post princ.lib.2. Lauren.à Pala.in d.suo tract.statutorum fœminas repellentium,col.6.vers.istam theoricam primò limita,vbi id latè prosequitur.Benedi. Capra. cons.84.& si viso,col.3.& cons.151.subscripsi me.Corne.d.cons.107.col.pen.vers.i.& idem cómuniter,lib.2.& d.cons.40.col.4.lib.3.& cons.290.ardua,col.9.vers.nec prӕdictis.eo. libr.3. Soci.cons.150.dominus &c.& nos introducere,col.16.vers.quam etiam cófirmo,vbi ita dicit consuluisse quatuor solennes aduocatos Florentinos,quos ipse nominat.& latissimè,con.35. visa narratione,col.pe.ver.prӕtereà contra Bar.lib.4. vbi etiam dicit vidisse se ita consultum per multos solennes aduocatos Florentinos: non adeò tamen asseueranter loquitur.& latissimè Philip. Deci.cons.296.in casu proposito,col.2.vers.sed tamen in fauorem,& multis seq. & Caro.Rui.cons.152.prosequendo ordinem,col.pe.nu.13.lib.5.& Alcia.d. lib. 8. Parad.c.11. vbi hanc dicit esse communem.& iterum li.4.c.12.Et tacitè voluerunt magna pars eorũ quos suprà citauimus nu.22.incip.ideóq; dum loquuntur de primogenito instituto.

37 ¶ Tamen contrarium voluit Bart.in d.l.1.§.si pater in potestate,col.2. vers. ex hoc concludo. ff.de coniu.cum eman.libe.motus quia is qui ab intestato succedere debuit,priuatus est successione, facto defuncti: & actus priuationis non prӕcedit actum translationis in alterum, sed vnus est & idem. Ideò licuit defuncto illi auferre,& dare alteri: & is cui aufertur, ita impedit illum qui ipso remoto succedere debuit,ac si successisset,per l.1.§.vlt.ff. de assigna. lib. Et idem quoque & expresśius & latiùs voluit Pau. Ca. sibi contrarius cons.323. super primo puncto quo quӕritur, an testamen. col.2.vers.cùm verò institutus,cum multis seq. libr.1. & Alex.in d.l. filiӕ dotem.col.2.C.de colla.Barb.con.suprà allegatis,prӕsertim con.54. li.3. vbi concor.allegat.& Geor.Nata.vbi suprà.

Contra superiorẽ sententiam.

38 ¶ Sed poteris respondere ad d.l.§.vlt.ff.de assig.libe. quòd ibi ille qui subrogabatur loco exclusi,non subrogabatur contra mentem legis deferentis ius successionis, de quo ibi dicitur. erat enim facta assignatio vni ex filiis patroni, in quem poterat, vt in hӕredem sanguinis, transire ius patronatus,per l.vt iurisiurandi.§.si liberi.ff.de ope.lib.Sed si hic extraneus subrogaretur,esset contra mentem statuti,vt iam diximus. Item in d. text. exclusus facit partem (vt cum nostris loquamur) vt filius alterius patroni excludatur à lucro:quia de portione debita nihil perdit,sed nihil etiam lucratur.Hic verò si primogenitus exclusus faceret partem, secundogenitus ab hӕreditate sibi debita excluderetur. Et lata est inter vtrunque differentia. l.vlt. C.de codicil. cum si.

Responsio ad fundamentũ posterioris op.

39 ¶ Adhӕc in d.tex.testator habuit liberá potestatem disponendi: ideò assignando libertum vni ex filiis,voluit quòd portio alterius illi acquireretur:nec de hoc cóqueri potest filius alterius patroni,quia de iure suo nihil minuitur. Et sic ibi filius exclusus per illam assignationem facit partem filio alterius patroni.secundum intentionem testatoris,qui voluit eam assignationem cedere ad vtilitatem illius.Non sic autem in hoc casu, in quo primogenitus exclusus per institutionem extranei, non potest facere partem ad exclusionem secundogeniti: quia hoc non pendet à potestate testatoris, sed à statuto, quod excludit secundogenitũm in fauorem primogeniti,qui quidem fauor cessat institutis extraneis.

Ad idem.

40 ¶ Prӕtereà non videtur esse rationabilis ea differentia,quá facit Bar.in dicto §.si pater.vtrùm videlicet prӕcedat priuatio eorũ qui deberent succedere ab intestato,& sequitur institutio extranei.an verò simul fiat vtrunque:quia saltem prioritate intellectus & ordinis,quando vnũ confertur alteri,per quòd alter priuatur, ademptio prӕcedit collationem: aliàs non valeret collatio.quia duo non possunt esse domini vel hӕredes insolidum.l.hӕreditatem.§.vlt. ff. de Castrensi pecu.& l.si vt certo.§.si duobus.ff.commo.& declarat ipse Bar. & post eum recentiores in l.in suis.ff.de lib. & posthu.

Ad idem.

41 ¶ Fuit & in hac re,tertia Angel. sententia in d.l.Gallus.§.& quid si tantùm, nullum esse testamentum,si velit prӕteritus nullum dicere,& sic erit in pendenti;prout alibi not.glo.in l.is qui,in prin.ff.de leg.prӕstan.& in l.filio.ff.de inoff. testa. & licèt illӕ glo. communiter non teneatur per Doct.dicentes statim nullũ esse testamentum,in quo filiusfa.prӕteritus est.l.1.ff. de inoff.testa.& quidem non expectata ipsius declaratione.quod hinc patet,quia confestim aperta est via intestati cӕteris filiis.l. vlt.ff.si tab.testa. In isto tamen casu procedunt illӕ glo. vt videlicet validitas & inualiditas testamenti pendeat ex approbatione vel improbatione filiӕ prӕteritӕ,ad hunc finem,vt ea possit gratificari cui voluerit,vel instituto, vel venienti ab intestato:& sic erit venale beneficium,vt & alibi in l.filium.ff.de bono.pos.contr.tab.Quod non posset,si simplicitèr esset nullum,quia non posset ius alteri quӕsitum,& apertum per viá intestati,auferre per suam approbationem.l.si post mortem.§.vlt.ff.de bo. pos.cont. tab. & l. vlt.ff.de liber.& posthu.

Tertia opi. Nullũ esse testamentũ si velit prӕteritus.

42 ¶ Sed hӕc opinio Angeli non videtur posse sustineri,quoniam testamẽti validitas vel inualiditas non

ditas non potest esse in pendenti, sed statim vel nullum est, vel validũ est. l. vlt. in fi. C. com. prædi. Ideò non poterit filia gratificari, vel vendere hoc beneficium impugnandi testamentum. Neque enim obstat d. l. filium. ff. de bo. pos. cont. tab. Ibi enim certum erat testamentum valere, & institutum posse adire, si velit: vel nõ adire, si nolit: vnde poterit ipse gratificari filio exhæredato, non adeundo: vel filio præterito, adeundo. Hîc autem nihil tale est.

Reprobatio illius opi.

43 ¶ Ideò si vis tenere priorem op. quę communior est & verior, eam intelliges procedere, quãdo extranei instituti adiissent, & primogenitus cui statutum intendebat fauere ex exclusione secundogeniti, esset omni remedio destitutus. Nã tũc cùm cesset & mens & verba statuti, sitq; primogenitus veluti mortuus, poterit secundogenitus contratabulare testamentum. Quòd si extranei non adierint, aut quia repudiarint, & ita noluerint adire; aut quia non potuerint, tũc quia causa est deuoluta ad causam intestati, certè defertur successio primogenito, qui ex statuto succedit excluditque secundogenitum: nec poterit secundogenitus venire ex bonorum successione contra tabulas, vt aliquid inde obtineat. Ita limitat Philip. Corne. in dicta l. filiæ, col. vltima. C. de colla. & ante illum Bart. quem non allegat in dicto §. si pater in potestate, ad fin.

Quid si extranei instituti adierũt & primogenitus omni remedio est destitutus.

44 ¶ Sed & tu principalem illã conclusionẽ qua diximus, secũdogenitum qui ex statuto nõ succedit præteritũ, non posse impugnare testamentum, intellige, vt nõ procedat, quando statutum loqueretur solùm in causa testati, videlicet quòd secundogenitus non succedat facto testamento. nam cùm res ita se habeat, vt si in testamento præteréatur secundogenitus, huiusmodi testamentũ non sit propriè testamentum, vtpote cùm nõ sit solenne, vt patet ex iis quæ no. in l. 2. C. de edic. diui Adri. tol. & in l. 2. in prin. ff. quemadmo. test. aper. & l. si quis aliquid §. testamentũ. ff. de pœnis, vnde nec tunc dicitur defunctus testatus decessisse, cùm ipso iure testamentum careat solẽnitate. l. si vnus. C. de testa. & l. Gallus. §. in omnibus. ff. de libe. & posthumis, & l. inter cætera, eo. titu. & l. 1. & l. posthumorũ, & l. cùm in secũdo. ff. de iniust. test. cum si. Ideóq; cùm non repellatur secundogenitus nisi facto testamento, & hoc casu pro non facto habeatur, consequens est, vt possit ipse secundogenitus conqueri, tanquam præteritus Et ita in simili casu videtur voluisse Bald. non omnino tamen eius rei securus consilio 36. proponitur quod dominus Antonius, col. 1. vers. vnde est aduertendum lib. 3. Sed istud minimè verum esse crediderim, per ea quæ suprà diximus.

Quid si statutũ loquatur in casu testati.

QVINQVAGESIMAQVARTA QVAESTIO.

1 SEd quinquagesimoquarto quæro consequenter, Quid si defunctus qui fecit testamentũ in quo præterit secundogenitum, in ea quidem prouincia in qua ex statuto excluditur secundogenitus, habet & alia bona in alia prouincia, quæ hoc iure non vtitur. nunquid valebit huiusmodi testamentũ, etiã quantùm ad illa alia bona, ita quòd nullo modo ipsum poterit impugnare secundogenitus? Certè hoc pendet ex iis quæ diximus suprà in 46. q. & seq. Sed tu prætereà vide Soci. con. 288. circa primam quæstionem, col. 6. vers. secundò quia magister Io. lib. 2. vbi dicit, quòd testamentum factum Florentiæ, vbi ex forma statutorum repellũtur fœminæ à masculis, obtinet, & par robur habet, nec poterit dici inofficiosum à fœminis, etiã quantùm ad bona alibi sita, per id quod scribit Bal. in l. cũctos populos, col. 10. ver. sed quęro de effectu, quidam Baro. C. de sum. tri. per tex. in l. Titius. §. Rom. ff. de escu. tut. & alia quędã quæ illic omnibus videre licet. Quibus & tu adde quòd si aliter fieret, certè sequeretur quòd testator partim decederet testatus, partim intestatus, contra l. ius nostrum. ff. de regu. iur. cũ si. Nam & testamentum non potest pro parte valere, & pro parte non valere, vt no. Cy. in l. furiosum. C. qui testa. fac. pos. & Bal. in l. si is qui. ff. de testa.

Quid si defunctus qui præterit secundogenitum habet alia bona, in alio loco qui vtitur iure cõmuni.

2 ¶ Verùm Albertus Brunus in tract. statutorũ repellentiũ fœminas à succes. in 4. quæst. 10. ar. tenet expresse in casu statuti repellentis fœminas stantibus masculis, valere testamentũ, quo filia pręterita est quantùm ad bona quæ sunt in loco illius statuti, non etiam quãtùm ad cętera, per multa quæ illic allegat & respondet ad id quod diximus aliquẽ nõ posse esse testatũ simul & intestatum. illum omnino vide. & illi adde quę latè congessit Philip. Deci. in d. l. ius nostrum probans multis casibus, quem posse decedere & testatum & intestatum. Ex quibus huc aliqui accommodari possunt. Et vide etiam Maria. Soci. consil. 36. rectè ac maturè, in 1. dubio.

De eadẽ re.

QVINQVAGESIMAQVINTA QVAESTIO.

1 QVinquagesimoquinto etiam consequenter quæro, nũquid quemadmodum secundogenitus excluditur à iure impugnandi testamentum, excludatur etiam à legitima in casu statuti deferentis totã & integrã hæreditatem primogenito. In qua re priùs discutiendũ esset, an possit statutum priuare filium legitima. Nã si id facere nõ possit, non est necesse vlterius progredi, sciscitarique an id videatur fecisse, cum statuentes non videãtur voluisse sibi impossibilia statuere, per tex. in c. à nobis, & ibi Pan. de sen. exc. & in c. quod clericis, & ibi etiã Pan. de for. cõpet. & no. Bal. in l. vlt. col. 5. C. de sacro. eccle. & in l. vlt. §. in computatione ad fi. C. de iure delib. & in c. cùm non ab homine, & in cap. clerici, de iudic. & alibi sæpe. Quin & si censerentur voluisse, nihil omnino prodesset, quia si expresse facere non potuissent, nec

An secundogenitus excludatur à legitima, vt à iure impugnãdi testamẽtum.

Statuentes nẽ videãtur voluisse sibi impossibilia.

tacite

tacitè quoque. Sed de ea re, an videlicet facere id possit alibi latè diximus in commentariis consuetudinum Pictauicarum.

Generalis renunciatio successionis nō includit renunciationem legitimā.

2 ¶ Sed fac posse. Quæstionis est, an simpliciter excludendo secundogenitum, censeatur à legitima, cuius mentionem non facit, excludere. Quam rem latè tractauit. Soci. cons. 150. & nos introducere, col. 3. ver. succedit alia, & seq. per 4. col. vbi multas rationes pro vtraque parte adducit, neutram tamen eligit. Sed primo loco videtur, q non censeatur, multis rationibus. Nā primùm generalis renunciatio successionis vel hæreditatis non includit renunciationem legitimæ, nisi expresè id dictum fuerit, per l. si quando. §. & generaliter, & ibi Guil. Cun. Bal. Ange. qui id dicit sing. Saly. Pau. Ca. & recentiores. C. de inof. test. & §. cæterum, in Authen. vt cum de appel. cog. & no. Guil. Cun. Alberi. Bal. & Ang. in l. de his. ff. de transac. Bar. in leg. gerit. in 3. q. prin. vers. ad secundū. ff. de acqui. hæredi. & in l. pro hærede, post prin. in quibusdam lec. ff. eo. tit. & in l. 1. in 4. quęst. prin. vers. item, quæro. ff. de vulga. & pupil. substit. & in l. quia poterat. ff. ad SC. Trebel. Bal. in rub. ff. de iureiur. col. vlt. in prin. & in l. Papinianus. §. quartum. ff. de inof. testa. & in l. quandiu, la 1. ff. de acqui. hære. & in l. sancimus, in prin. in 5. quæsti. C. de inof. test. & in l. 1. & ibi Ro. C. quan. non peten. part. Idē Bal. cons. 69. cùm statutū ciuitatis, col. 1. lib. 1. & cons. 375. certum est quòd filia, in prin. lib. 3. & cons. 474 vicarius, lib. 5. & cons. seq. Barptolemæus, col. 2. eo. libr. 5. Sign. cons. 80. factum sic presupponitur. D. Gu. col. 2. vers. prætereà ex verbis, & cōs. 181. factum sic se habet, nobilis vir, in 3. dubio. Angel. in l. iubemus post medium, ibi, sed respondi. C. ad SC. Trebel. & in l. si pater. C. de institu. & substit. & in d. l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inof. testa. & cons. 94. cùm lis & quæst. col. 7. ver. diceret quis. Pan. Ca. & Ro. in d. l. 1. ff. de acqui. hære. idem Pau. Ca. con. 73. licèt ista domina, li. 1. Ro. in l. qui superstitis, in 3. limitatione. ff. de acqui. hære. Io. Ana. con. 99. vilis & ponderatis, col. vlt. Alex. cons. 89. vtrùm emphyteusis, col. vlt. libr. 4. & cons. 209. ponderatis his, col. vlt. lib. 6. Fran. Are. in l. 1. §. si quis ita, col. 5. vers. adde dictis. ff. de verb. oblig. Barb. cōs. 19. scripsit propheta, col. vlt. lib. 1. & cons. 25. scribitur sapientiæ, col. pe. eo. lib. 1. & cons. 47. præclarè scribit, col. penul. libr. 2. & cons. 64. illud in medium, col. 1. li. 3. Geor. Nata. in tract. statutorum fœminas excludentium in 20. quæst. 2. quæst. prin. Iason in l. hæres instituta, ad fi. C. de impub. & ali. substit. & in l. 1. col. 3. vers. & confirmatur. ff. sol. mat. & cons. 4. dominus Baptista, col. pen. vers. confirmatur, lib. 3.

Etiāsi iurata fuerit.

3 ¶ Idque etiam si huiusmodi renunciatio fuerit iurata, neque enim tunc comprehendit legitimam, vt placere videmus Ro. in l. 1. §. si quis ita, col. 9. & vl. & ibi quoq; Barb. col. 12. vers. ut inquantum. ff. de verbo. obli. & Paul. Ca. in l. in ratione, la 2. in fin. princ. ff. ad leg. Falc. Alex. cons. 181. perspectis, circa medium, libr. 5. & aliis multis, quos tibi collegi in repe. l. si vnquam, in prin. nu. 139. sed quoniam. Quibus addes Iaso. con. 207. in præsenti consultatione. col. 3. ver. secundò facit, lib. 2. & Franc. Ripà in rub. ff. de verbo. obli. col. 2. nu. 4.

Ergo nec statutū generaliter excludens.
A pari procedere pactū & statutū, vide nu. 14.
Legitima velut æs alienum.

4 ¶ Ergo & idem dicendum de statuto simpliciter excludente, nulla legitimæ mentione facta. Nam statutum est legitima ciuium conuentio. l. sed ea quæ. ff. de legi. & not. Bal. in l. contractus. C. de fide instr. Ideò verba statuti & pacti æqualiter interpretantur. l. legitima, de pactis Valeriq; arg. à pacto ad statutum, vt no. gl. in l. nō impossibile. ff. de pac. & in rub. C. de decre. Decur. lib. 10. & id quidem hoc pręsertim loco. Nam si pactum liberatorium adeóque fauorabile non excludat à legitima, multò minùs statutum exclusiuum filiorum: quod propterea est odiosum, saltem respectu ipsorum, qui excluduntur, ex not. per Bald. in l. 2. C. de in ius vocand. cum si. Quod itē est correctorium iuris communis, æquales liberos facientis. Ideóq; restringendum vt nō trahatur ad legitimam, & ita minùs corrigat ius commune quàm fieri potest. l. 2. C. de noxa. cum si. Et vt non lædat ius tertij, præsertim cùm habeat vim priuilegij quod ita intelligendum est, iuxta d. l. si quando, in princ. C. de inof. testa. & l. impuberi. ff. de admi. tut. & c. relatum, de præben. Est autem legitima veluti æs alienum. l. si quis legatum. §. si patronus, in fi. iuncta gl. in verbo, non posse. ff. de falsis, & l. vlt. §. si quis verò. C. de codi. & leg. vlt. §. 1. C. de cura. fur. cum si. quòd propterea ex huiusmodi priuilegio alteri sublatum censeri non debet, per dd. iura.

Qui tenēt statutū generale non adimere legitimam.

5 ¶ Et in specie de qua agimus, vt scilicet ita debeat statutum quantumuis generale intelligi, vt ius legitimę adimere, aut etiam diminuere non censeatur, nisi id expressim, specialiter, nūcupatim disposuerit, ne autoritate in eā rem careamus: Bald. ex facto interrogatus respondit, in alio tamen casu loquens, cons. 391. cuius id caput est, præmittendum est, quòd latè statutū dicat, vers. item per statutum non intelligitur, lib. 4. atque iterum cons. 273. incip. super dicto puncto, dico quòd de iure, lib. 5. vbi allegat in argu. d. l. si quando. §. & generaliter. C. de inof. testa. loquentem, vt iam diximus, de pacto vel renunciatione generali.

Qui nō succedit non propterea excluditur à legitima, vide nu. 15.

6 ¶ Nam & aliàs sæpe videmus in iure, quòd qui non succedit, non tamen excluditur à legitima. Nam propter causam testati quis excluditur à successione ab intestato. l. quandiu. ff. de acqui. hære. & l. antequam. C. com. de succes. & tamen non is prohibetur petere legitimam. l. scimus. §. repletionē, & l. omnino, & l. si quando. §. 1. & 2. & l. vlt. C. de inof. testa. Similiter fauore monasterij non succedit filius patri ingresso monasterium: nec tamen per hoc priuatur

legitima,

legitima, auth. si qua mulier, in fi. C. de sacrosan. eccl. Nec absimili ratione, filius arrogatus qui non succedit patri arrogatori, debet nihilo secius habere legitimam in bonis ipsius. l. si arrogator, cum sua materia. ff. de adopt. Et filia damnati criminis maiestatis à materna successione repellitur: nec propterea legitima illi denegatur. l. quisquis. §. ad filias. C. ad leg. Iul. ma. Et hæres qui intra annũ non paruit iudici perficiendo iustum testatoris iudicium, priuatur illius successione, non tamen legitima, auth. hoc amplius. C. de fideicom.

Qui in legitima tantum succedit nõ dicitur succedere.

7 ¶ Nec id mirum est, quoniam successor is dicitur, qui iuris vniuersalis, vel quotę ipsius successor est. l. quidam. §. is autem. ff. de eden. Sed qui succedit in legitima, non succedere dicitur in iure vniuersali, quia non in ære alieno. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inof. testa. nec etiã in quota hæreditatis, sed bonorum, vt no. in l. non amplius. §. vl. & ibi Bal. ff. de lega. 1. & in l. cùm à matre. C. de rei vendi. cum si. Ex quo patet diuersum esse succedere vel non succedere: & legitimã consequi, vel non consequi. Ita quòd qui à successione simpliciter repellitur, non propterea legitima arcetur, veluti de re prorsus diuersa. Nam non est proprius successor, qui in legitima succedit. l. si quis priore. ff. ad S C. Trebell.

Qui tenẽt non repelli a legitima qui a successione repelluntur.

8 ¶ Ideóque multi magnæ autoritatis viri in ea fuerunt sententia, vt qui simpliciter ex statuto repelluntur à successione, non propterea repellantur à legitima, & inter eos Bal. con. 452. statuto ciuitatis Mantuæ, lib. 1. Saly. qui in eodem casu consuluit cons. seq. viso dicto casu, & in alio ipsius consi. incip. Petrus habuit filium, in quibus etiam ita dicit fuisse pronuntiatum per auditores Cardinalis Albanensis fratris Vrbani Quinti. & idem Saly. in repe. d. l. 2. col. pen. C. de noxa. & in l. sancimus. ad fin. C. de nupti. vbi plus dicit, hoc procedere si statutum prohibeat vt nihil exclusi possint petere. & auth. nouissima, col. sexta, versi. quæro. 11. C. de inof. testa. vbi tamen id certò non diffinit, sed in id declinare videtur. Car. Flo. cons. 80. præsupposito statuto. Roma. in l. vl. col. 17. versi. subiungitur etiam. C. de pactis. Alex. cons. 7. visis & diligenter ponderatis, col. secunda, vers. facit pro hoc: & seq. lib. 2. & consi. 88. visis & diligenter animaduersis, col. 3. vers. quinimo fortius, & iterum vers. fortificantur prædicta, lib. 6. Bened. Capra. consilio sexto, punctus fuit quidam vitalis, col. 2. Maria. Soci. cons. 30. quamuis ex his, col. 13. vers. fit ergo clarissima. & alibi sæpe in eo. cons. & eius filius Barptole. Soci. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. col. 2, vers. postremo circa præmissa, & seq. ff. de libe. & posth. & con. 124. viso initio. col. 4. versi. sed præmissis, lib. 3. vbi tamen multùm dubitanter loquitur. Barb. con. 61. illud deducitur, col. 2. & seq. lib. 4. Fran. Curt. Senior, cons. 13. statuto Ianuæ, col. pen. & con. 27. magnificus vir, col. 14. vers. venio ad quartum, & cons. 37. considerato themate. per totum, præsertim col. 3. vers. primò quia statutum. & cons. 39. visis & diligenter, col. 2. vers. quinimo fortius. Ias. in d. authen. nouissima, col. pen. vbi hanc op. dicit æquiorem, & rationabiliorem. Ferdi. Loaz. in repe. l. filiusfa. §. diui, col. 11. nu. 66. ff. de leg. j.

Qui tenẽt cõtrarium.

9 ¶ Verùm contrarium, videlicet legitimã non deberi, nisi his qui ab intestato succedunt, ideo & ab ea repelli, qui & à successione repelluntur, tenuerunt plurimi nec autoritate nec numero inferiores. Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero, & ibi Paul. Castr. col. vlt. vers. secundò præmittit. ff. de cond. & demonst. Bal. sibi contrarius in d. l. Gallus. §. & quid si tantùm, col. 3. ver. ex prædictis elicio. & ibi Imo. col. pen. & vlt. ver. & hoc facit ad quæstionẽ. Franc. Are. col. 8. ver. 2. ratio, & Ale. sibi quoq; cõtrarius col. quoq; 8. ver. fui pluries requisit°. ff. de li. & post. vbi Alex. ipse dicit se sæpius requisitũ pro contraria parte consulere, nunquã voluisse: quamuis videamus contrarium ex cons. suprà pro contraria parte citatis. Idem Bal. subobscurè in l. scimus, in prin. in 7. eadémque vlt. quæst. C. eod. tit. & apertiùs in l. maximum vitium, in vlt. quæst. vers. in contrarium. C. de lib. præter. & cons. 17. præteritio matris, lib. 2. & cons. 328. cùm in causa Pisani conuentus, col. j. in fin. lib. 3. & cons. 426. antiquũ statutum, primo dubio, eod. lib. 3. vbi tamen distinguit, an per statutum excludatur simpliciter, an ad tempus: videlicet donec sint masculi, vt scilicet primo casu simpliciter quoque sit exclusa à legitima: secundo temporaliter, & Argen. Ray. & Paga. à Sella inter cons. ipsius cons. 404. diligenter, in quarto dubio, lib. j. & Iaco. Solanus etiam inter cons. eiusdem, cons. 329. circa primum dubium, lib. 3. Ang. cons. 105. statuto cauetur, & cons. 359. presupposito statuto, & inter cons. ipsius Bal. cons. 465. statuto ciuitatis, lib. 3. Imo. in l. planè. §. si duobus, col. pen. ver. quid autem si statutum dicat quòd filia. ff. de leg. 1. & in l. non est ambigendum. ff. de bon. pos. ritu. generali. Raph. Co. cons. 35. stante statuto Vincentiæ, & cons. 124. dominus Antonius, col. pen. & cons. 188. spectabilis miles, vbi id dicit cõmuniter seruari. Pau. Cast. con. 275. super primo quæsito dicendum videtur, in 2. dubio. li. j. & cons. 196. in puncto quæritur, col. 2. vers. secunda verò inspectio, & multis seq. eo. lib. j. & cons. 6. super eo de quo quæritur clara, in prin. eo. lib. 2. & con. 9. respondendo breuiter, post princ. eo. lib. 2. & con. 16. viso dicto puncto & dubiis, etiam post princ. eo. lib. 2. & con. 67. in causa præsenti, post princ. eo. lib. 2. & con. 96. si dicta Cornelia, post prin. eo. lib. 2. & cons. 276. puto sine dubio, paulò post medium, eo. lib. 2. & cons. 280. præsupposito statuto, col. 5. eo. lib. 2. & cons. 403. visis. & ponderatis omnibus, eo. lib. 2. & cons. 438. quantùm ad primum quęsitu clarũ est, in 4. dubio, eo. lib. 2. Panor. cons. 75. primò videndum est, in vlt. dubio, li. j. Rô. con. 16. viso themate, col. vlt. & con. 32. visa municipali constitutione, in vlt. dubio.

Io.Pet.in l.omnimodo.C.de inof.testa.& in quodam suo cons.inci.tota vis.Alex.& Ias.in l.si emancipati,ille col.3.vers.pro hoc etiam,hic col.6.vers.secundò principaliter.C.de coll.idem Alex.cons.68.circa præmissam,col.penult.& seq.libr.4.vbi etiam dicit nunquam se voluisse consulere pro alia parte,licet sæpiùs requisitum.& cons.3.circa primam consultationem,col. vlt.lib.7.vbi idem dicit.& cons.168.visis ac ponderatis,col.j.& seq.eo.lib.7.Bene.Capra.con. 165.cùm vt facto præsupponitur,col.2.vers.contrarium tamen puto.Franci.Curt.Senior sibi etiam contrarius,cons.13.statuto Ianuæ,col.6.vers.adde quòd legitima,& con.35.statuto seu in capitulis Ianuæ,col.12.ver.attamen verior,vbi etiam dicit ita consuluisse Doct. ætatis suæ solennes.Ange.Are.Hugol.Arimi.& Franc.Are.& hanc esse communem op.Io.Bap.Sanseuer.in repe.l.omnes populi,char.70.in paruis,vers.quintò statutum in successionibus.ff.de iusti.& iur.Cor.cons.150.hanc quæstionem,col.pen.ver.& excluso,libr.j.& cons.210.in hac consultatione,col.vlt.eo.lib.j.& cons.316.quò ad primū,col.j.& seq.eo.lib.j.& cons.j.col.pen. ver.& ius petendi,lib.2.& con.48.de pluribus,col.j.eo.li.2.& con.57.videtur prima facie,col. 2.ver.tunc etiã,eo.lib.2.& con.107.in hac cõsultatione,col.2.eo.lib.2.& cons.116.difficultas, in princ.eo.lib.2.& cons.150.circa præsentem,col.2.eo.lib.2.& cons.j.col.4.versi.quòd autem legitima,lib.4.Soci.sibi item contrarius cons.246.eleganter,col.3.ver.secundo fundamento, lib.2.quod & inter cons.Franc.Curt.Senioris reperitur con.18.& rursus idem Soci.con.288. circa primam quęstionem,col.8.vers.vltimo loco,& iterum col.12.vers.primum probatur,vbi hanc dicit esse communem op.eo.lib.2.& cons.89.circa premissum,col.vlt.lib.9.vbi ita dicit fuisse consultum per solennes Doct.& cons.127.rectè & iustè,col.j.vers.secundum autem probatur,eo.lib.4.vbi etiam dicit esse communem opin.& secundum eam consuluisse Io.Paglia.Senen.Ias.subobscurè in d.l.si arrogator,col.8.versic.vel secundò.ff.de adopt.& in d.l.si quando.§.& generaliter, in fin. C.de inof.testa.& con.221.in primo consultationis articulo, col.6.vers.circa secundum,lib.2.Phil.Dec.con.276.proponitur quòd dominus,col.2.& con. 299.in causa mihi commissa,col.2.vers.est ergo videndum,& cons.303.in casu occurrenti,col. vlt.& cons.505.copiosè,ad fi.Io.Camp.in tract.statutorũ fœminas repellentiũ,quæst.23.statuto cauetur.Bened.in c.Raynutius,in verbo,duas habens filias,nu.179 de test.Lancel.Polt. in repeti.l.filium quem,char.13.col.4.in 7.quæst.vers.at iuxta prędicta.C.fam.hercis.& alter Lancelo.Gali.in repet.l.centurio,char.11.vers.circa secundam quæstionem.ff.de vulga.& pupil.Maria.Soci.Iuni.cons.25.casus iste frequenter contingit,col.3.nu.11.lib.j.

Rationes præcedentis opi. *Legitima est quota portio eius quod quis habiturus est ab intest.* *Materia sublata tollitur materiatum.* *A quo remouetur diffinitio, & diffinitum.*

10 ¶ Mouentur ij,quoniam legitima est quota portio eius, quod quis habiturus est ab intestato.l.parentibus.& l.quę nuper,& auth.nouissima.C.de inof.testa.& l.Papinianus.§.quoniã autem.& ibi Ange.& §.vnde si quis,& ibi glo.ff.eo.tit.& c.Raynutius,ibi legitimam ipsam, videlicet eius partis,&c.de testa.& Doc.vbique. Sed huic nihil debetur ab intestato. ergo nec legitima quoque,quia ex dispositionibus priuatiuis non inducitur habitus. l.ex facto.ff.de hære.insti.& l.Titia.ff.de manu.testa.& l.non hoc.C.vnde legi.Et eius quod non est,impossibile est dare partem,aut quotã.l.eius qui in prouincia.ff.si cer.peta.& l.si quis cùm totum. §.si ancillam.ff.de except.rei iudi.& c.super hoc,de renuntia. De nihilo enim non fit aliqua portio.l.actor.C.de proba.Nam in toto pars est.l.cum toto.ff.de reg.iur. Propterea nullo existente toto,impossibile est partes inueniri.Cùm & eorum quę non sunt,nullę sunt causę,testimonio Aristotelis,& probatur in l.adeò.§.si tota.ff.de acq.rer.domi.& l.2.ff.de vsuf. Et sublata materia,tollitur materiatum,vt vulgò nostri loquuntur l.quæsitum.§.illud fortasse.ff. de lega.3.At definita illa oratio,quòd quis non succedit ab intestato,æquipollet vniuersali negatiuę,iuxta l.si pluribus,cum ibi no.per Bar.ff.de leg.2.A qua quidem vniuersali negatiua nihil solet excipi.l.legitimos.§.an ergo.ff.de legi.tut. Confirmatúrq;& huiusmodi ratio, quia à quo remouetur diffinitio,remouetur quoque & diffinitum.l.j.§.dolum,cum ibi no.ff. de do.mal.Sed ab isto remouetur diffinitio legitimæ,cùm ei nulla portio ab intestato debeatur.ergo & legitima.

Legitima succedit loco querelę vel bonorũ possess.

11 ¶ Item legitima succedit loco querelę vel bonorum possessionis contra tabulas.d.l.omnimodo,& l.si quis filium.C.de inof.testam.Sed huic non competit querela,nec bonorum possessio contra tabulas,vt diximus in pręcedenti quæst. Ergo nec legitima. Nam quod in locum alterius subrogatur,sapit eandem naturam.l.certi condictio,in prin.ff.si cert.peta.cum simil. Sed & subrogatio requirit duo extrema,scilicet id quod subrogatur,& id ad quod.Sed extremum ad quod,non est hîc:igitur non fit subrogatio.Et ita nec actio quoque subrogata competit.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.

Quod operatur propositum in proposito, et oppositũ in opposito.

12 ¶ Prætereà quod operatur propositum in proposito,operatur oppositum in opposito, ex sententia Aristotelis li.j.Ethicorum,& probatur in l.si vt proponis.C.de nupt.cum aliis quæ diximus in nostro tract.Retractuum,tit.j.§.12.glo.j.nu.16.posset item. Sed vbicunque lex admittit aliquem ad successionem,censetur in solidum vocare.ar.l.si defensor.§.qui interrogatus.ff.de interrog.acti.cum si.Ergo eodem modo cùm excludit, censetur in solidum excludere.& facit tex.in l.j.C.de nat.lib. Ex quo videmus quòd filius qui propter emancipationem excludebatur à lege XII.tabul.à legitima quoque excludebatur.§.emancipati.Insti.de hęr.

quæ ab

quæ ab inte.defe. Ergo & idem in statuto dicendum est, quod recipit interpretationem à iure communi, secundùm Barto.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.cum si.

13 ¶ Denique dispositio statuti & testatoris æquiparantur.l.Labeo.ff.de statulib.& l.seruus hae lege.ff.de manumis.cum simi. Sed testator non potest pro parte exhæredare, sed necesse est, à toto, vt fiat.l.& si pepercerit.§.filius.ff.de libe.& posth.& l.cùm quidam, eod.tit. Et hæc ratio est Ro.in d.§.filius, quem legit cum principalius l.quam tamen dicit se ponere per viam argumenti, veluti de hac re dubitet. nã & illũ reperimus fuisse in diuersa opi.vt suprà diximus.

Respõsiones ad contraria.

14 ¶ Nec videntur obstare allegata pro contraria parte. Nam quod primo loco dictum est, non videri renuntiatum legitimæ per generalem renuntiationem, per d.l.si quando.§.& generaliter.C.de inof.test.dilui potest multis modis. Primò quòd ille text. loquitur, cùm renuntiat successioni iam obuentæ, & ita iuri quæsito: quod propterea non ita facilè amittitur, quàm ius nondum quæsitum, sed tantùm speratum, de quo loquimur, per l.filiusfa.ff.de solut.cum multis concor.collectis à Bar.cons.4.illud afferam, col.16.vers.nil ponderandum, & seq.li.j. & Feli.in c.quæ in ecclesiarum, col.19.vers.& consideratio, de constit.& Ias.cons.236. an Rex Ro.col.4.lib.2.& Phil.Dec.in l.seruus.C.de pact.& cons.269.cõsultus, col.4.ver.& hoc præsertim, & latiùs à me congestis in commentariis consuetudinum Pictauicarum titu. a.§.vlti. gl.4. Præterea exclusio legis siue statuti est multò fortior exclusione hominis, vt probatur ex no.per Bart.in l.j.§.si pater.ff.de con. cum emanci.lib. & in l.j.ff.de bono.poss.contra tab.& in l.pater filium.ff.de inof.testa.

Primũ ad id quod dictum est de generali renunciatione.

Ius quærẽdũ facilius amittitur quàm quæsitum.

15 ¶ Item non valet argumentum de pacto ad statutum negatiuè, hoc videlicet modo. Non potest id fieri per pactum, ergo nec per statutum: sed tantùm affirmatiuè, videlicet, hoc fieri potest per pactum, ergo & per statutum, vt declarat Bar.in l.alia.§.eleganter.ff.solu. matr.& latè diximus suprà in 6.quæst.princ.in princ. Nec officit quòd statutum hoc sit correctorium, quia in correlatiuis correctio facta in vno eorum, extenditur ad aliud, per l.vlt.& ibi no.Bart. C.de ind.vid.to.& per hoc quoque tollitur id quod dictum est, huiusmodi statutum esse odiosum, præterquam quòd id negari potest ex iis quæ dicta sunt in 4.prin.q.

Argu. de pacto ad statutum non valet negatiuè.

16 ¶ Ad iura autem quæ admittunt ad legitimam, quos à successione repellunt, in promptu est quod responderi potest, leges in illis casibus vlteriùs progredi reseruando legitimam: quod in hoc casu non facit statutum, sed simpliciter excludit ab intestato. Quin & in primo casu allegato de l.quandiu.ff.de acquir.here.illud quoque dici potest, quòd ibi ab intestato legitima debebatur, quod non hîc est.

Ad idquod dictum est, admitti ad legitimam qui non succedunt.

17 ¶ Sed & si quis vellet tueri priorem partem, possunt multa respõderi ad argumenta & rationes in posteriore allegatas, adeo omnia in iure nostro sunt obscura, quæ si quis nosse cupiat, legat præter eos quos suprà citauimus, Soci.d.con.150.incip.& nos introducere fermè per totum, lib.j.& Corne.cons.190.cuius est initium, ardua plurimum etiam fere per totum, lib.2.

Responsiones ad rationes alterius partis.

18 ¶ Illud autem minime dubiũ est, quòd in regno, ducatu, comitatu, & id genus aliis dignitatibus indiuiduis, non potest petere secundogenitus legitimam, vt satis diximus suprà in 5. quæsti. Sed & semper in nostro casu, quo videlicet defertur tota hæreditas primogenito iure primogenituræ haud dubie videtur secundogenitum non posse petere legitimam, cùm tota hęreditas iure primogenituræ sit legitima primogeniti, vt & inibi quoque diximus. Tenetur tamen primogenitus illi alimenta præstare, secundum Hosti.Io.An.& Panor.in c.licet, de vot. & latè diximus suprà in 4.q.princi.nu.33.nec obstat, inquiunt, vbi etiam videbis idem esse in casu statuti repellentis fœminas. Ex quo plane constat nõ parum interesse inter legitimam & alimenta. Quod & multis ostendit Cor.con.316.quò ad primum, col.4.ver.negatur, & seq.lib.j.

Quid in regno, & aliis dignitatib. indiuiduis.

QVINQVAGESIMASEXTA QVAESTIO.

Quid si pater non præteriit secundogenitũ, sed instituit infra legitimã an possit petere supplementum.

1 QVinquagesimosextò quęro consequenter, si pater fecerit testamentum, in quo non pręteriuit secundogenitum, de quo in præcedentibus locuti sumus, sed eum instituit in re quapiam modica infra legitimam, an saltem hoc casu poterit secundogenitus petere supplementum legitimæ. Et certe ad hanc speciem sunt quædam rationes particulares & priuatæ vltra eas quas diximus in tribus pręcedentibus quæstionibus; vt secundogenitus id possit. ex quibus multas sigillatim videbis collectas à Cor.cons.309.circa primum quęsitum, in primo dubio, lib.3.& plenius Maria.Soci.cons.30.quanuis ex his, col.9.superest ergo.& Franc.Curt. Seni.cons.37.considerato themate, per totum. nam id con.ob id factum est. Quibus ipsi moti tenent in casu statuti repellẽtis filias ob masculos, eas (si institutę fuerint) posse agere ad supplementum legitimę. vti etiam tenet Saly.in d.auth.nouissima, col. vlt.vers. sed scias quòd si statutum.C.de inof.testamen.vbi dicit se ita consuluisse Mantuæ, idẽmq; fecisse Bald. Papię, & Io.Riccium Florentię, & quosdam Doct.Paduanos vti etiam tenuit Benedi.Capr.con.151. subscripsi, in 2.dubio.& Soci.in l.Gallus.§.& quid si tantùm, col.3.vers. postremò circa pręmissa.ff.de lib.& posth.vbi & multa in hanc partem adducit.

De eadẽ re.

2 ¶ Tamen communiter tenetur contrarium iisdem prope rationibus quas diximus in pręcedenti quęstione, ex quibus satis responsum est rationibus contrariis. Nam pręter multos ex iis, quos tibi citaui in d. pręcedenti quęsti.qui hoc expresse tenuerunt. id quoque tenet Bar.

conſ.8.factum tale proponitur,quidam nomine Thebaldus,in vlt.dubio.Ange.conſ.105.ſtatuto cauetur,in 2.dubio.Pet.Anc.conſ.428.ſuper caſu nuper propoſito.Paul.Caſtr.con.196.in puncto quæritur,col.2.verſ.ſecunda verò inſpectio,lib.j.quem & nos citauimus in d. præcedenti quæſt.ſed ad alium finem.& late Corne.con.316.quò ad primum,in primo dubio, li.j.Carol.Rui.conſ.152.proſequendo ordinem,col.pen. nu.13. li.5. Sed tu tamen hic vide omnino Soci.con.150.dominus labia,&c.& nos introducere,&c.col.7.ver.ſuccedit tertiò illa principalis,lib.j.vbi hanc rem latiſsime omnium diſputat.

Authoris ſententia.

3 ¶ Sed non video tamen(vt interim meum interponam iudicium)ſi ſecundogenitus,aut quiuis alius non admittitur ad petendum legitimam, quomodo admitti poſsit ad petendũ ſupplementum ipſius,neque enim eius quod non eſt ſupplementum eſſe poteſt.Et quia etiam ſi præteritus fuiſſet,non potuiſſet impugnare teſtamentum,vt late diximus in 53.quæſt.imò nec ſi exhæredatus fuiſſet,querelam habuiſſet,cùm ab inteſtato non ſuccedat. l. poſthumus.§.ſi quis ex iis.ff.de inoſ.teſta.Ergo nec ei debet dari petitio ſupplemẽti legitimę quæ ſuccedit loco querelę,& pro iniuria illata filio.l.omnimodo.C.de inoſ.teſta.& probat Bar.& recentiores in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de lib.& poſthu.Et ſi aliter diceremus, ſequeretur quòd imputaretur teſtatori,quare teſtamentum condidit, & ſic minùs poſſet diſponere teſtando, quàm non teſtando,contra tex.in d.l.poſthumus,in prin.vt & alibi diximus.

QVINQVAGESIMASEPTIMA QVAESTIO.

An ſi ſecũdogenito quicquã relinquitur, id fieri debeat titulo inſtitutionis.

1 QVinquageſimoſeptimò. Si pater aliquid reliquit ſecundogenito,aliàs excluſo, An ſatis ſit ei relinqui quoquo relicti titulo: An verò neceſſe ſit ei relinqui titulo inſtitutionis, vt alias de iure communi relinqui neceſſe eſt.§.cæterũ.in auth.vt cùm de appel.cogno. Nam & is titulus honorabilior eſt,& pinguior ob ius accreſcendi,& alia quædã.l.filiũ.§.ſi legata.ff.de le.præſta.& no.per Bar.poſt antiquiores in l.illa inſtitutio,& l.his verbis.ff.de hær. inſt.

De eadẽ re.

2 ¶ Tu tamen dic non requiri huiuſmodi titulum. Nam ſi ſecundogenitus præteriri poteſt,vt iam ſatis diximus quæſt.53.certe maiori ratione ei relinqui poteſt quouis titulo, atque etiam ſub conditione. Bart.in l. Titio centum.§. Titio genero.ff. de condi.& demon. Et ita in caſu ſtatuti repellentis fœminas tenet Laurus à Palatiis in tractatu ſtatutorum repellentium fœminas,char.7.verſ.rurſus quæro,vtrùm filiæ excluſæ.

QVINQVAGESIMAOCTAVA QVAESTIO.

An ſtatutum primogenituræ loquẽs in feudalibus habeat locum in allodialibus.

1 QVinquageſimooctauò quæro,quid ſi ſtatutũ dicat ꝙ primogenitus ſuccedat in feudalibus:an habebit locũ & in allodialibus? Breuiter dic ꝙ nõ. Tũ quia verba ſtatuti allodialibus non conueniunt,cùm tantùm de feudalibus loquantur, & vbi verba ſtatuti deficiunt, deficit & ipſum ſtatutum.l.4.§.totiens.ff.de dam.infec.cum ſimi.à me late congeſtis in repet.l.ſi vnquã,in verbo,libertis,n.2.C.de reuo.donatio. Tũ quia caſus omiſſus à ſtatuto,pro omiſſo habetur,& remanet in diſpoſitione iuris communis,ſecundum Bal.in l.ſi plures,col. 8.ver.iuxta prædicta.C.de condi.inſer.cũ concord.adductis per Alex.conſ.13.circa primũ,col 5.ver.bene facit,lib.3.& à me latiùs ſuprà in quæſt.40.in 35.ratione pro patruo. Tum denique quia huiuſmodi ſtatutum eſt contra ius commune,vt plene oſtenſum eſt ſuprà in 4.quæſt. prin & propterea ſtricte interpretandũ,nec extendendũ,per no.in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.mat. cũ ſi.

De eadẽ re.

2 ¶ Et ita nuncupatim in caſu noſtræ quęſt.voluit Bal.in l.omnes populi, col. 7. verſi.3.quæro quæ ſunt illa.ff.de iuſt.& iur.quẽ ſequitur Pet.Anc.in rep.c.j.in 14.q.prin.ver.circa primum, vtrùm ſcilicet excludatur,de conſti.& Marti. Landen.in c.j.§.& ſi clientulus,in fi.& ibi quoque Cardi.Alex.etiam in fi.tit.de ali.feud.Idem Marti.in tracta.de primogenitura,col.7.ver.quæro ſi ſtatuto vel conſuetudine.& Maria.conſ.30.quamuis ex iis.col.8.ver.nec obſtat quod allegari.Sed & ſequi videntur dum Bal.eo in loco allegant Fran.Are.conſ.162. diligenter & mature,col.3.verſ.confirmatur iſta concluſio.& Soci.con.252.cuius hoc caput eſt,viſis inſtrumentis,col.4.verſ.ſeptimò ad idem adducitur.lib.2.

QVINQVAGESIMANONA QVAESTIO.

An priuilegium regi conceſſum tranſeat ad primogenitum. Et an ad cæteros liberos. Priuilegia an & quando dicãtur perſonalia.

1 QVinquageſimononò quæro, an priuilegium Regi conceſſum tranſeat ad primogenitum:& an ad eum tantùm,an verò ad cæteros quoque,qui in regno non ſuccedunt? In qua ſpecie illud primùm diſcutiendum eſt,an priuilegium ſimpliciter alicui conceſſum,nulla liberorum mentione facta, liberis ipſius competat. Sunt enim qui ſimpliciter dicunt non competere,ſunt & qui contrà ſimpliciter dicunt competere: ſunt præterea qui dicunt competere in vita patris tantùm. Sunt denique qui contrà poſt mortem patris tantùm, vt facile apparebit ex iis quæ infrà ſubiiciemus.Sed illud primo loco dicendum eſt,quò cætera faciliùs intelligantur, magnam eſſe altercationem inter noſtros iuris interpretes, an & quando priuilegia dicantur perſonalia,vt perſonam non tranſgrediantur:an verò realia,vt tranſeant ad hæredes,aut rerum ſucceſſores,de quo per gloſſ.in l.forma.§.quanquam.ff. de cenſib.& in l.ſordidorum,vbi & Bald.& Io.Plat.C.de excu.mun.lib.10.& in c.cum veniſſent,de inſtitu.& in c.tua,in glo.vlt.de his quæ fiunt à præla.ſine conſen.capit.& in ſumma,15.quæſtio.2. & in c.poſſeſsiones.16.quæſt.j. Pet.& Cyn.in l.vlt.in 4.q.ff.de conſtit.Dy.& Ioan.An. in c. priuilegium,de regu.iur.lib.6.Cyn.Rayn. Bartol.Bald. Angel. Imo. Alexan.& recentiores in l.

quia

quia tale, quæ communiter legitur cum l. maritum. ff. solu. matri. Cy. in l. hæredes. C. ad Velleia. Specul. tit. de instr. edi. §. nunc autem, ver. item quod fuit concessum, & vers. seq. Bart. & Bald. in l. j. ff. de constit. prin. Bart. in l. continuus. §. si ab eo. ff. de verbor. obliga. & in l. pater filiæ. ff. de seruit. leg. Bal. in l. cùm seruus, aliàs, idem Iulianus. §. si quis alieni. ff. de leg. j. & in l. liberti libertæ'que, col. 5. ver. de vno quæro, Imperator. C. de ope. lib. & in l. qui se patris. C. vnde lib. & in l. si non speciali. C. de testa. & in rubr. C. de priuileg. dot. col. 4. Pau. Liaz. in sua disputatione incip. Papa scribit Episcopo, Fede. cons. 68. super eo quod quæritur. Petr. Anc. in c. ne aliqui, de priuileg. lib. 6. & cons. 327. discurrit materiæ dubij. Alex. cons. 86. in causa Datiorum, lib. j. & Barb. cons. 44. sapienter scripsit, col. 2. & seq. lib. 2. quos omnes videre poteris.

2 ¶ Sed dubitatur à nostris, an eo casu, quo priuilegium non transit ad hęredes, procedat in hęredibus extraneis: an verò etiam in liberis? Et sanè videtur priuilegia etiam personalia ad liberos nihilominus transire, licèt non ad extraneos, per l. etiam, iuncta d. l. maritum, & d. l. quia tale, quæ confestim eam sequitur. & ibi etiā glo. ff. sol. matr. & l. assiduis. §. exceptis, & ibi quoque glo. in verbo, eis. C. qui poti. in pigno. hab. & in d. l. sordidorum. C. de excu. mu. lib. 10. & gl. in l. & si fideiussor. §. si maritus. ff. de re iud. & in l. dabimus. §. j. ff. de priu. cred. & in l. ex pluribus, in glo. vlt. ff. de admi. tut. & in l. j. C. de priui. dot. & diximus suprà in 40. q. in tr. ratione pro nepote. & ex aliis iuribus ostendimus, priuilegia parentum transire ad filios.

Priuilegia parentum transire in filios licet nō in extraneos hæredes.

3 ¶ Quibus & tu adde quod voluit Bar. in l. libertus. §. patris. ff. ad munic. quòd ciuilitas patris transit ad filios, cum aliis rationibus, tum quoniam priuilegia acquisita ob dignitatem transeunt ad filios, per l. filij. §. Senatores, eo. tit. quod & idem tenet Bald. in l. non plures, ad fi. C. de sacro. eccl. & in l. 2. col. vlt. vers. item nota. C. de lib. & eorum libe. de quo etiam per eundem in l. j. C. de patri. qui filios distraxe. & quod voluerunt Ioan. Andr. Pet. Anca. Domi. & Philip. Fran. in d. c. ne aliqui, de priuil. lib. 6. priuilegium concessum Regi & eius filiis, non amitti per mortem ipsius Regis, quin ipsi filij eo potiantur.

Ciuilitas patris transit ad filios.

4 ¶ Verùm contra hanc sententiam facit text. in l. pen. §. si puellæ. ff. de rit. nup. vbi priuilegium quod habet pupillus in actione tutelæ, non transit etiam ad liberos. & ad hoc illum tex. ponderat Bar. post Iac. Are. ibi contra glo. in d. l. ex pluribus, vbi idem quoque Bart. reprehendit gl. ibi, & Alex. in d. l. quia tale, col. 2. ver. sed an in casibus. ff. solut. matrimo. vbi dicit aliàs tenuisse priorem partem, sed nunc hanc sequi, per d. text. quem tamen corruptè allegat, nisi sit mendum in Codice, in tit. de in inte. resti. & ita dicit communiter teneri.

Contra supradicta.

5 ¶ Hæc autem intelliguntur post mortem eius cui est concessum priuilegium, vt videlicet filius succedat in priuilegio. Sed in controuersia est, an & in vita patris competat illud ipsum priuilegium filiis. Et videtur esse tex. quòd sic, in l. 2. & ibi Cy. & Bald. C. de epis. & cleri. & in l. vlt. & ibi quoque Cy. & Bal. C. de iniur. Per quos etiam tenet Pau. Cast. in d. l. maritū, col. 2. vers. an autem priuilegium. ff. sol. ma. quòd priuilegium concessum personæ extenditur ad filios, viuente illo cui concessum est, si sint tales qui possint participare, vt ipse loquitur, de priuilegio. Et ad idem est tex. in l. medicos, & in l. vlt. C. de profe. & medi. lib. 10. & in d. c. ne aliqui, & ibi Lap. & Pet. Anc. & Domi. de priu. lib. 6. Et ita quoque voluit gl. in c. 3. 11. q. 3. quę dicit quòd eodem priuilegio vtitur filius clerici, quo ipse clericus, per d. l. 2. C. de epis. & cler.

Sed an in vita patris cōpetat ipsum priuilegium filiis. Qui dicūt competere.

6 ¶ Et ita quidem filiis viuente patre videtur competere priuilegium patris, vt tantùm eo viuente competat, non etiam eo mortuo. per tex. in d. l. vlt. vbi hoc no. Cy. & Bald. C. de iniur. & voluit glo. in d. l. 2. in verbo, filij, & ibi Cy. Bal. Alberi. & Saly. C. de epi. & cleri. & glo. in l. medicos, in verbo, & filiis, & ibi Ioan. Plat. col. 2. vers. & hæc priuilegia. C. de profes. & medi. lib. 10. & idem Io. Plat. in l. filius, ante fi. C. de Decuri. eo. li. 10. Nam cùm pater ipse sit causa priuilegij, ipso deficiente, deficit & priuilegium, vt dicit ipse Plat. Et idem voluit Panor. in c. licet, in fi. de censib. Nisi hoc (inquit) esset priuilegium dignitatis innatæ, videlicet nobilitatis, quæ transit ad filios.

Sed nō post mortem ipsius.

7 ¶ Quibus adde quòd aliàs generaliter mutatione personæ, quæ causa est immediata priuilegij, mutatur priuilegium, per l. licitatio. §. vlt. ff. de publi. & vecti. & l. Paulus. ff. de acqui. hære. & l. j. C. de impo. lucra. descrip. & voluit per illos text. Bal. in rub. C. de vsur. in q. 4. & l. sed & si restituatur. ff. de iudi. quam & ad hoc expendit ipse Bald. in repe. l. 2. in 7. quæst. C. de serui. & aqua. & voluit etiam Io. Ana. in c. salubriter, de vsur. & Barb. in tracta. de præstan. Cardi. in 2. q. j. partis, col. j. & Soci. cons. 93. circa primum, col. 6. vers. ad quintam rationem, lib. j. vbi & ad hoc allegat l. si fundum per fideicommissum. §. vlt. cum ibi no. ff. de leg. j. & l. cùm patronus. ff. de leg. 2. Sed quibus addere potes optimum tex. in l. in omnibus. ff. de reg. iur.

Mutatio personæ quæ est causa priuilegij, mutat priuilegium.

8 ¶ Alij contrà negant competere filiis patrum nec ipsorum quidem viuentium priuilegia, & inter hos Bal. in l. j. col. j. in fi. per illum tex. C. si rector prouin. vbi eleganter decidit, quòd si ex forma statuti offendens potestatem obnoxius est alicui magnæ pœnæ: offendens filium potestatis, non cadit in pœnam statuti, & ita non gaudet filius priuilegio patris. & hoc dictū Bal. pro sing. sequitur Fran. Are. consi. 130. incip. consultissime domine collateralis. De quo & tu vide eundem Are. in d. l. maritum, col. vlt. ff. solut. mat. & quæ scripsimus in Legibus Connubialibus, post easdem, nu. 56. contrarium tamen.

Qui dicūt nec viuentium quidē patrum priuilegia filiis competere.

Leges id probantes

9 ¶ Et pro hac parte faciunt tex. declarantes priuilegia patrum non competere liberis, videlicet in l. in honoribus. §. vacationum. ff. de vac. mu. & in l. semper. §. immunitati. ff. de iure immu. & d. l. in filiis. C. de Decuri. lib. 10. Nisi etiam quis dicat hos text. magis contrarium probare, quasi videlicet priuilegia patrum, de quibus loquuntur, ad liberos quoque spectassent, nisi contrarium expresse statuissent. Tamen gl. in l. sed & milites. §. j. in verbo, neque horum filij. ff. de excu. tut. ita eos videtur intellexisse, vt ex iis proberur & tenear priuilegium patris non competere filiis. pro cuius sententia facit & tex. in d. c. ne aliqui, ibi, Regibus eorúmque filiis, de priui. lib. 6. ex quo no. Ioan. And. Lapus, Pet. Anc. Domi. & Philip. Fran. priuilegium patri concessum non extendi ad filios, nisi exprimatur.

Qui distinguunt.

10 ¶ Quæ quidem tantæ difficultatis anxietates non nisi distinctionibus limitationibúsque leuari possunt: ad quas quotidie cogimur cõfugere, cùm nihil in promptu est aliud, quo legum tenebras amoliri possimus. Sed satis est sigillatim sententiarum discrimina ostẽdisse. Tu autem, lector amantissime, nostrorum in eam rem distinctiones videbis per Alberi. in d. l. semper. §. immunitati. ff. de iure immu. & in j. parte statutorum. q. 114. incip. sed pone quòd concessa est. & Ioan. Plat. in d. l. in filiis, in 4. no. vsque ad fin. C. de Decur. lib. 10. & in d. l. vlt. post And. Baru. ibi C. de profes. & medi. eo. lib. Pan. in d. c. licèt, ante fin. de censi. & Fran. Are. in d. l. maritum, ante fi. ff. sol. mat.

Redit ad principalẽ quæstionẽ.

11 ¶ Sed nunc ad principalem quæstionem nostram accedamus. An videlicet cùm priuilegium concessum Regi aut baroni, censetur esse cõcessum filiis, vel quia exprimitur, vel quia est eiusmodi priuilegium, quod transeat ad filios: num ad primogenitum tantùm transeat qui solus in regno aut baronia succedit, an & ad alios quoque filios. Et vt res sit magis dubia, pone aliquod priuilegiũ esse generatim concessum Regibus & eorum filiis, quale est in d. c. ne aliqui, de priui. lib. 6. Nam si esset priuilegium aliquod concessum speciatim Regi alicui & eius filiis non tanta esset dubitandi occasio: quia filij pluraliter essent expressi, & ideo ad omnes haud dubiè censeretur pertinere.

Decisio principalis quæstionis.

12 ¶ Et sanè Ioan. And. in d. c. ne aliqui, tenet in casu d. c. quòd ad omnes transit, nedum ad primogenitum licet illi in regno non succedant, quia non tantũ primogenitus qui succedit, sed & alij qui non succedunt dicuntur filij Regum. sequuntur Pet. Anc. Domi. & Phil. Fran. ibi & Mart. Laud. in tract. de primogenitura, col. pen. vers. sed nunquid si Papa, vbi tamen limitat procedere, nisi priuilegium esset concessum fauore primogenituræ, quia limitata causa limitatum parit effectum l. in agris. ff. de acquiren. rer. Domin. & Iage cum Geminiano. C. de transac. Et propterea etiam si id esset priuilegium, quod Regi concederetur, quia rex esset, videretur quòd non transiret nisi in filium, qui etiam regnaret eadem ratione. Non etiam in cæteros, quibus non ea esset Regis qualitas.

SEXAGESIMA QVAESTIO.

An primogenitus debeat diuidere, et iunior eligere.

1 SExagesimò quæro, An verum sit quod vulgò dici solet, Primogenitũ fratrum debere hæreditatem diuidere, alterum autem posteà eligere. Quę vulgi persuasio non à paucis seculis orta videri potest, quando apud Senecam scriptorem antiquissimum, si paucos rollas, titulus 3. declamationis lib. 6. huiusmodi est, Maior frater diuidat patrimoniũ, minor eligat. Cuius & è nostris mentionem fecit Pet. An. in rep. c. j. ante fi. 5. q. pri. de const. & Io. Pla. in l. j. col. 1. C. de his qui se defe. li. 10. & in §. vlt. Instit. pro socio.

Exemplũ in hac re veteris testamenti.

2 ¶ At multis antè sęculis cùm Abraham & Loth nepos ex fratre eius sese separare vellent, & veluti terram sibi diuidere: Abraham natu maior diuisionem fecit, & Loth minori optionem dedit, vt scribitur Genes. 13. c. De qua re loquens D. Ambrosius lib. j. de Abraham patriarcha. c. 3. Cuiusmodi, inquit, esse debet diuisio, patriarcha edocet. Firmior diuidat, infirmior eligat, ne habeat quod conqueratur. Electionis enim suæ partem non poterit calumniari. Non residet occasio resiliendi, cui datur optio eligendi. Nec diuisor grauatur. nam quò est prudentior, eo cautior, vt nec diuisione circunscribatur, nec in electione fraũdetur. Sed & D. Augustinus li. de ciuitate Dei 16. c. 20. hinc dicit manasse pacificam inter homines consuetudinem, quæ maiori diuisionem, minori optionem tribuit: quem è nostris retulit non designato tamen loco, Bal. in l. si maior, post prin. C. com. diuid. & multi ex iis, quos infrà citabimus.

Qui tenẽt ita fieri debere de iure communi.

3 ¶ Et ita quoque obseruandum esse ex iure communi voluit Rayn. Forli. in l. inter pupillos. ff. de auth. tuto. Nicol. Neap. in l. j. & ibi quoque Lucas Pen. col. 2. in verbo, priuilegiũ, & Alex. in addi. Bart. C. de his qui se deferunt, lib. 10. Idem Nicol. in l. 2. in prin. C. quãdo & qui. quar. pars, eo. lib. 10. Ray. Forl. in l. inter pupillos. ff. de auto. tut. Bal. vt plurimi referunt, licet in meo codice aliter dicat, in l. suus quoque, in prin. col. 2. vers. item quærit Bart. ff. de hær. instit. Collec. Pet. Anca. & Anto. in c. j. in prin. extrà de parochi. Floria. in l. j. in fi. ff. famil. ercis. & Ioan. Ana. in c. qualiter & quando, le 2. col. item 2. ver. & prædictis, de accusa. & Guid. Papa, qui hoc dicit de iure communi procedere, & consuetudine obseruari, deci. 289. sunt duo fratres, & fin. 92. in diuisione, & Alex. aut quisquis est, in addi. ad Bal. in l. si maior. C. com. diui. & nõ obscure Corne. cons. 234. licet in hac, per totum, præsertim verò ante finem lib. j. & Ias. in l. j. columna septima, vers. adde prædictis. ff. si cert. pet. & in §. quædam, col. 17. in paruis, versic. quęro de

quæstio

quæstione, Instit, de actio. & Matth. Afflic. in tract. prothomiseos, char. 6. col. 3. versi. item pone quòd pluribus, & tacitè Steph. Bertr. consi. 117. viso casu, lib. 2. & Hiero. Zanet. in tracta. contrario. Iuris cano. & ciuil. in 88. differ. & Hiero. Schiur. consi. 71. domini &c. casus super quo, per totum. & maxima pars eorum, quos ibi citabimus in 1. abhinc versi. si hanc opi.

4 ¶ Et pro hac parte facit text. in d. l. j. C. de his qui se defer. vbi in casu illius l. quo filius & vxor defuncti vterque pro media parte rem habent communem: mulier nimirum debilior pars habet optionem eligendi. Ex quo dicunt vulgares, vt scribunt Bar. Angel. & Ioan. Plat. ibi, q maior debet dare optionem minori. Quòd si quis contendat id tantùm procedere in eo ipso casu, de quo loquitur, legat Bartol. in l. Senatus. §. Senatus, in fin. ff. de iure fisci, qui ex text. in d. l. j. no. id in vniuersum obtinere, vt cùm quis haber rem communé cum fisco, fiscus debeat diuidere, alter eligere. Facit & text. in d. c. j. de paro. vbi cùm fit diuisio episcopatus inter duos, is debet diuidere, qui diutius episcopatum administrauit, minor autē eligere. Ex quo no. gl. meliorem esse conditionem minoris. Et hoc confirma, quia cùm is text. Iuris Canonici sit in eam rem clarus & apertus, nec habeamus text. Iuris Ciuilis, qui istud clarè decidat, huic debemus adhærere etiam in foro ciuili, iuxta glo. in c. licèt ex suscepto, in verbo, vacante, de foro compe. & in c. Raynutius, de testa. & no. in c. j. de ope. no. nunci.

Comprobatio illius op.

5 ¶ Facit etiam quia autoritas sancti, cuiusmodi fuére & Augustinus & Ambrosius, munita autoritate veteris aut noui testaméti, debet præferri cóstitutioni Papæ aut Imperatoris, vt voluit gl. not. loquens nominatim de Augustino in c. de libellis, in verbo, illorum. 20. dist. quam sequitur & dicit sing. Panor. in c. tua, le j. in j. no. de deci. vbi etiam dicit semper esse menti tenédum. & in d. c. qualiter & quando, le 2. in j. no. & ibi quoque Ioan. Ana. & Franc. Are. vterque col. j. de accu. & Roma. qui eam quoque dicit sing. in sing. 681. dicas quæ autoritas. & Alexã. qui dicit sing. in l. j. col. 8. versi. circa tertiam partem. ff. si cert. pet. Sequitur item Barb. in ca. j. col. 11. extra de offi. deleg. Card. Alesan. in c. noli, le j. 9. dist. Soci. in l. j. col. 5. ff. si cert. pet. Fely. & Philip. Deci. in j. lec. in c. ne innitaris, vterque col. 2. de Constit. Sed de hoc est optimus tex. in §. hæc autoritas, & ibi etiam gloss. 36. quæst. 2. quem ad hoc etiam expendit Roma. vbi suprà.

Sancti autoritas munita authoritate veteris aut noui testamenti præfertur constitutioni papæ & imperatoris.

6 ¶ Si hanc opinionem sequaris, ita eam limitabis, vt procedat cùm maior diutius, aut certè æquali tempore rem communem administrauit, vt proinde sit verisimile illum meliùs certiusque rerum qualitates & æstimationes intelligere, vt voluerunt Hostié. Ioan. And. Colle. Anto. Pet. Ancar. & Panorm. in d. c. j. de paroch. Lucas Pen. in d. l. j. quo loco suprà citauimus. C. de his qui se defer. lib. 10. Fely. in rub. de maio. & obedi. in fi. Iason in d. l. j. ff. si cert. peta. & in d. §. quædam, institu. de acti. Fran. Purpur. in l. procurator, col. 2. vers. & maior in proposito. C. de eden. & Steph. Bertran. d. consi. 117. lib. 2.

Limitatio illius opi. Si maior diutius aut æqualiter administrauerit.

7 ¶ Et id propè perpetuum est, vt in huiusmodi casibus & similibus loquentibus de maiorib⁹ vel antiquioribus, intelligamus de his qui diutius ré de qua agitur, administrarint. Sic enim intelligit glo. in c. cùm in tua, quod est vlti. in verbo, antiquiores, in prin. de consue. li. 6. quod ibi dicitur de optione præbendæ data antiquioribus ex consuetudine. nam ea interpretatur antiquiores non ætate, sed tempore quo in ecclesia militauerunt. Et eam sequuntur Io. And. Petr. Anc. Domi. & propè omnes ibi, cum aliis multis si. & concord. congestis à Io. Plat. in l. j. C. de Consuli. lib. 12. vbi est bonus tex. & Fely. in c. j. col. 2. & iterum in fi. de maio. & obedi. Caro. Rui. consi. 19. in hac controuersia, col. 3. versi. sed tamen præmissis, lib. j. & latissimè Iaso. qui super eodem casu consuluit consi. 192. exorta est gloriosa, lib. 3. Quibus adde Philip. Deci. consi. 161. pro domino, col. j. versi. 2. dominus. & Fran. Purpur. in d. l. procurator. C. de eden. & quæ diximus suprà in præfatione nu. 106. octauò quò quis senior, & nu. 115. decimotertiò qui antiquior est. & iterum nu. 124. sed & hoc ita, & seq. Scio autem in nostra curia Parisiensi antiquiores non respectu ætatis, sed receptionis dici.

Id quod generale est.

8 ¶ Intelliges secundò huiusmodi priorem sententiam, si tenenda sit, vt sit tamen liberum minori, post diuisionem factam à maiore non eligere, sed petere rem aliter diuidi, si diuisio ab ipso maiore facta esset fraudulenta, vt expressè voluit Ioan. Plat. in d. l. j. col. j. vers. & ex hoc dicunt. C. de his qui se defer. lib. 10. & iterum in §. vlt. ad fi. Instit. de societa. Debet enim diuisio fieri ex bono & æquo, vt scribitur in §. quædam, vers. in quibus, Instit. de acti. ideóque si fraudulenta fuerit, debet in melius reformari. l. maioribus. C. com. vtriusque iudici. de quo nos etiam diximus in nostris Retractibus tit. j. §. 24. nu. 5. & seq.

Altera limita. Si ea diuisio sit fraudulenta.

9 ¶ Porro fraudulentę diuisionis exemplum habes, vt & ipse Plat. in illis locis retulit ex Senecæ declamatione, cuius suprà meminimus, quæ est huiusmodi, Maior frater diuidat patrimoniú, minor eligat. Liceat filium ex ancilla tollere. Quidã cum haberet legitimum filium, aliú ex ancilla sustulit, & decessit. maior frater sic diuisit, vt totú patrimoniú ex vna parte poneret, ex altera nothi matrem. Minor elegit matrem, & accusat fratrem circunscriptionis. Et inter alia adducit. Lex (inquit) te diuidere, me eligere iussit. Apertè ne minor circunscribatur, timet. Sic diuisit, vt si vellem, non essem mendicus: relinquerem fratrem in egestate, matrem in seruitute. Nó est diuidere, ex altera parte patrimoniú ponere, ex altera ouus, Et postea, Elige aut

Exemplum huiusmodi fraudulẽta diuisionis.

patrimonio careas, aut scelere. Et iterum pòst, Obiici (inquit) non potest, quod lege factum est. Imò nõ nisi quod ex lege factum est. Nam si quid aliter factum est, per se irritum est. Circunscriptio semper crimẽ sub specie legis inuoluit. Quod apparet in illa, legitimum est: quod latet, insidiosum. Semper circunscriptio per ius ad iniuriam venit. Lex iubet maiorem diuidere, minorem eligere. Nec tu diuisisti, nec ille elegit. Sic à te alligatus est, vt necesse haberet, quod non expediebat.

Qui tenẽt illam priorẽ opi. non esse veram.

10 ¶ Tamen communis nostrorum Doct. sententia est, fratres per omnia in ea re esse æquales, nullisq; ratione ætatis vel maioris siue minoris partis, vel alterius qualitatis tribuendam esse diuisionem, aut electionẽ: sed vel sortis iudicio, aut aliter iudicis arbitrio esse committendã: nisi, quod iam diximus, aliter diceret consuetudo, per l. nõ ampliùs. §. vlt. cum l. seq. ff. de leg. j & d. l. 2. C. quã. & quib. quar. pars. lib. 10. & §. si familiæ, & §. seq. Instit. de offi. iudi. Ita voluerunt Bar. Bal. Ang. & Io. Plat. in d. l. j. C. de his qui defer. lib. 10. Bar. & Io. Plat. in d. l. 2. C. quã. & quib. quat. pars. lib. 10. Io. Fab. Alberi. & Pan. Cast. in l. ad officiũ. C. com. diuid. idẽ Io. Fab. in d. §. quædã, col. 4. vers. quid si sint plures, & ibi etiam Ang. Aret. col. pe. ver. quæro de quęst. cotingente, Insti. de acti. Ipse Albe. in l. cùm omnes, quã legit postremã tit. C. de prędi. mino. dum se remittit ad d. l. ad officiũ. Bal. in l. iubemus, la 2. in prin. col. 2. vers. quæro iste iudex. C. de sacros. eccl. & in d. l. si maior, in prin. C. com. diuid. per illũ tex. qui vult æqualitatem per omnia seruari inter libèros. & idem Bal. in l. sancimus, in prin. col. 3. vers. rem donatam habuit: & ibi etiã Ang. in §. j. C. de donat. vbi hanc opi. dicunt seruari de consuetudine. Ipse Bal. in l. Lucius, in addi. in fi. ff. fami. ercis. & in l. vlt. ad fi. prin. & ibi Ang. in vna lec. C. com. de leg. & Pet. Vbal. eius frater in tract. societatis, in 11. parte, col. 46. vers. quæro plures fratres diu steterunt. Floria. sibi cõtrarius in l. arbitriũ. ff. fam. ercis. Imo. in d. l. suus quoque, in prin. col. vlt. ff. de hære. instit. Ro. in l. sed cum ambo, quã legit cum l. in tribus. ff. de iudi. vbi eos vocat imperitos, qui prioré illam opi. tenent. & cons. 471. lucrum autem ex dote, in 2. dubio. Panor. in d. c. j. col. 2. vers. nota quòd episcopus, de paroch. Io. Plat. & Ang. Are. in d. §. vlt. col. vlt. Insti. de societ. & idẽ Ang. in tract. malef. in verbo, dãdis & soluendis generali Camerario, statim post princi, Marti. Laud. in tract. primogenituræ, col. j. vers. rursus quærendũ. Masue. qui id dicit obseruari de consuetudine, titu. de societa. §. item si frater. Barb. in rub. de reb. eccle. non ali. col. 49. nu. 182. & seq. Iac. à S. Geor. in l. Imperator, circa medium, vers. sed addo hic vobis. ff. de pactis, Caro Rui. d. cons. 29. col. 3. vers. circa tertium li. 5. Steph. Bertr. sibi contrarius, cons. 4. donatio, in 3. dubio. in fi. lib. j. Benedic. in repe. c. Raynucius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le 1. num. 211. extrà de testa. Fabia. Gioch. qui ita dicit communiter teneri, in repe. authen. nouissima, in 10. q. princ. col. 3. C. de inof. testa. & Fran. Ripa in d. l. j col. 11. num. 69. ex quo infert. ff. si cert. pet. Et dicit Ioann. Ana. in d. cap. qualiter & quando, le 2. de accusa. ita ex facto consuluisse omnes doctores Bono. excepto vno, quamuis ipse sit alterius opini. vt diximus.

Responsio ad contraria.

11 ¶ Nec ob. d. c. j. de paro. quod est præcipuum principaléque fundamentum eorum qui tenent priorem partem: quia id nõ loquitur de maiore aut minore respectu ætatis, sed temporis administrationis, vt iam diximus, & aperte insinuat text. ibi, vt ille diuidat qui amplius temporis in episcopatu habet. Nec etiam loquitur in diuisione rerũ hæreditariarũ, in quibus nihil plus iuris habet maior ætate, quàm minor: sed æquales sunt omnes in omnibus. Sed loquitur de re communi, nõ quidem vt cæteræ solent, sed iure quodã speciali introducto fauore fidei: quia videlicet alter episcoporũ: qui deiectus fuerat ob hæresim, ad catholicam fidẽ reuertitur & ita ad mediã partẽ episcopatus, cum eo qui in eius locũ suffectus fuerat, recipitur. ea lege, vt qui diutius episcopatum administrauit, diuidat, alter eligat. Item ibi nõ agitur de tã graui præiudicio, quàm in nostro casu, in quo præiudicium perpetuum est filiis, & eorũ hęredibus: ibi autẽ ad tempus vitæ duntaxat. Ex quo satis intelligis non esse hic distinguendũ inter Ius Ciuile & canonicum: nec inter bona ecclesiastica & temporalia, vt nonnulli contendunt, & inter alios Ludo. Gomes. in §. quædam, col. pen. & vlt. Insti. de actio. nisi in casu d. c. j.

Ad idem.

12 ¶ Tex. autem in d. l. j. C. de his qui se defer. lib. 10. nihil probat pro priori sententia. Est enim ibi ius speciale quoddã introductum fauore mulieris, quæ seipsam detulit, ob id'q; priuilegiũ obtinet, vt prior eligat. Nam is tex. nuncupatim priuilegium id appellat. Ex quo apertè colligitur ius commune esse in contrarium, per c. priuilegia. 3. di. & l. quod verò, & l. ius singulare. ff. de legi. cum si. Sicuti scienter annotauit Bal. in d. l. j. in 4. no.

Ad autoritatem veteris testamenti.

13 ¶ Ea autem veteris testamenti autoritas de Abraham & Loth suprà in priore parte adducta, nõ ea est quæ pro lege habenda sit, cùm nullo pacto mores respiciat, sed iudicia, & leges. Ideo non nos obligat, neq; adstringit, vt no. in §. his ita. 6. di. & voluerunt Imo. & Ro. loquentes de venditione primogenituræ inter Esau & Iacob, in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. & omnes in c. vlt. de consti. cum multis concord. à me adductis in tractatu Retractuum, lib. 1. in prefatione, nu. 8. & horũ quidam, & 2. seq. vbi etiam comperies scriptores Theologos hoc ipsum tenere: & aliquid etiam diximus suprà in 29. quęsti. qua tractamus an illud ius primogenituręcedi possit, nu. 3. verùm Bar.

¶ Ex quibus

54 ¶ Ex quibus satis apparet posteriorem illam sententiam esse veriorē de iure communi, vt scilicet nō sit necesse maiorē diuidere, minorem eligere. Nisi tamen huiusmodi esset cōsuetudo, vt est, sicut dicit Angel. in d. l. sancimus. §. j. C. de donati. & Guid. Pap. d. deci. 289. Illa enim valeret, & sequenda esset, vt nuncupatim in hac specie voluit Ro. d. cons. 471. in fi. & Barb. in d. rub. de reb. eccle. non ali. vbi suprà citauimus. & Corne. d. cons. 234. licèt in hac, libr. j. vbi in superioribus illius hāc esse Senis consuetudinem tradit. & cons. 239. visis statutis. lib. 3. vbi tamē dicit posse partes huic consuetudini renuntiare. & cōsentire in arbitros, qui aliter diuidāt. & Carol. Rui. qui & hanc quoque cōsuetudinem esse in Germania scribit d. cons. 29. col. 4. vers. nec etiā obstat quod dc mre, lib. 5. & D. Ciriecus in tract. primogenituræ, li. 2. q. 3. in 8. prærogatiua, vbi hanc rem latè tractauit. Constat autem hanc cōsuetudinem esse apud Cenomanenses c. consuetudinum eius loci. 295. & Andegauenses c. 279. Sed apud Neustrios, quos vulgò Normanos vocamus, contrariam omnino esse consuetudinem, vt scilicet minor diuidat, & maior eligat, vt videre licet ei. consuetudinū eius gētis. 26. §. qui est *de parties d'heritage. §. quant a aucun*, & aliis multis seq. At D. Ferro. con sue. Burdi. 11. de testa. §. 25. eodēmq; vlt. in priu. ita de hac quæstione loquitur, vt nescias quæ sit ipsius sententia.

Consuetudinē hac in re seruandam

55 ¶ Non omiserim esse aliquos tex. qui videntur astruere in diuisione electionem esse eius, qui maiorem partem in re cōmuni habuerit, videlicet in d. l. sancimus. §. ne autem. C. de donat. vbi si ex donatione aliquid sit cōmune inter donantē & donatariū, is qui habet maiorē partē, habet electionem offerendi alteri suæ partis æstimationem, vt totam cōsequatur. & ita illum tex. intelligit gl. in l. vlt. in prin. C. com. de lega. & Lucas Pen. in l. 2. col. 4. C. de exac. lib. 12. Est etiā tex. quem & ipse Lucas allegat in l. 2. C. de metat. & epide. li. 12. vbi in diuidēda habitatione domus inter dominū ipsius & hospitem qui principem sequitur, dominus duas partes habet, hospes tertiam: domóq; in tres partes diuisa, dominus primo loco eligit, secundo hospes, tertia, tē domino relinquitur, vt qui aut successione, aut emptione, aut extructione gaudet, electam præcipuè iudicio suam partem teneat & relictam. Sunt enim verba tex.

Alia diuidendi & eligēdi forma.

56 ¶ Ex quo clarè liquet non id procedere in rebus cæteris communibus, in quibus non eadem obtinet ratio, vt etiam scribit Ioā. Plat. ibi, qui dicit rationem specialem esse illius l. vti etiam idē fecerat in l. 2. col. 2. ver. secundùm speciale est. C. quan. & quib. quarta pars, li. 10. Quātùm autem ad l. sancimus. §. ne autem pertinet, dicendū est eam tantum procedere in suo casu, videlicet cùm fit diuisio inter donantem & donatarium, vt autumat Angel. vbique in locis suprà allegatis. Nam in aliis casibus in diuidenda re communi non cogitur socius accipere æstimationem suæ partis, nisi res aliàs non posset commodè diuidi, iuxta tex. in l. j. & ibi gl. Bart. & Bald. C. com. diuid. Quo etiam casu cùm videlicet res ipsa commodè diuidi non potest, & ita ad licitationem peruenitur, posset habere locū d. l. sancimus. §. j. vt videlicet cùm socij sunt pares licitatione, is præferatur qui maiorem habet. sicuti etiam sentit Bal. in d. leg. sancimus. cuius dictum in ea re pro sing. refert & sequitur Iason in §. quædā, col. 15. in paruis, versic. & quomodo debet iudex, Instit. de actio. vide tamen Bal. in c. j. versic. quæritur gloss. titu. de duo. fratri. de no. bene inue.

De eadē re.

Socius non cogitur accipere æstimationem suæ partis nisi res aliàs diuidi non possit.

57 ¶ Ex quibus & illud quoque potes facilè intelligere, quòd primogenitus ex maiori parte cōsuetudinum huius regni habeat maiorem potiorémque partem in successione, præsertim in rebus feudalibus. Is certè, si aliter cōmodè huiusmodi res diuidi nō possint, præferetur in licitatione cæteris suis fratribus & sororibus. Id quod ex nostris nuncupatim voluerunt duo Regij in nostro Senatu Parisiensi Consiliarij meritissimi, scilicet Do. Ioā. Ciriecus in suo laudatissimo opere Primogenituræ li. 2. quæst. 4. in fi. Alter, Do. Ioan. Sainxon in commentariis consuetudinum Turonensium tit. *de successions*. §. 4. col. 3. vers. quid si appreciatores. Quibus & nos accedimus.

De eadē re.

SEXAGESIMAPRIMA QVAESTIO.

1 SExagesimoprimo quæro, An pater possit dotare filiam ex iis bonis quæ sunt ad filium primogenitum peruentura iure primogenituræ. Certè in regno Franciæ hæc quæstio nihil dubij habet, quoniam omnia sunt apud nos instar patrimoniorum redacta, possúntque liberè dari in dotem & donari adusque portionē à consuetudinibus cuiusque prouinciæ præscriptam: & aliàs quoque in vniuersum alienari, vt alibi dicemus, prætérquam tamen in ipso capite regni. Nam nō potest Rex Frāciæ quicquam ex his quæ sunt regni siue coronæ, vt vulgò in Gallia dicimus, alienare, ex lege perpetua Francorum. Nam quod ad ius commune pertinet, de ea re latè diximus suprà in 35. quæstione.

An pater possit dotare filiam ex bonis primogenituræ.

2 ¶ Sed fac ex pacto aut ex concessione principis ius primogenituræ alienari non posse, siue quia id expressè dictum fuerit, siue etiam quia simpliciter fuerit concessum alicui, & primogenitis ex se tractum descendentibus: quo casu alienari non potest in præiudicium primogenitorum, quibus ex concessionis forma est ius quæsitum, per no. in c. j. titu. de feud. suc. & per Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. libet. & Bal. authen. si quas ruinas. C. de sacros. eccle. & Ro. cons. 98. quò ad id, col. j. & Franc. Are. in l. apud Iulianū. §. si quid alicui. ff. de leg. j. cum concord. Nūquid hoc casu poterit pater donare in dotē filiæ, aut etiā suæ vxori propter nuptias?

Præsertim si aliàs alienari non possunt.

Qui posse dixerunt.

nuptias? Hanc quæstionem soluere potes ex eo, quod scribit Oldr. cons. 95. ex forma istius statuti, quòd cùm ex statuto à rege Aragonum edito & iurato, non possent aliqua eiusdem regni bona immobilia alienari, sed integrum ipsum regnum ad primogenitum deferri deberet, Tamen Rex ipse vxori propter nuptias quædam donasset: valet huiusmodi donatio, nec illam potest primogenitus infringere, quoniam propter matrimonium contrahendum, & propter dotem & donationem ante nuptias possunt alienari res aliàs inalienabiles, per authē. res quæ. C. com. de lega.

Ad idem.

3 ¶ Et idem quoque voluit in eodem casu Alber. qui nullam Oldra. mentionem facit, in j parte statutorum. q. 144. cuius caput est, de statuto Regis. & in l. vlt. C. de don. inter vir & vxo. & sequitur Barb. in repe. de reb. eccle. non alie. col. antepe. versi. 4. facit. & Iason. in d. authen. res quæ, colum. 6. & in l. filiusfa. §. diui, col. 8. versi. pro ista communi opi. in j. lec. & iterum in 2. lec. colum. 14. vers. intendo istum articulum. ff. de leg. j. vbi hoc dicit not. & ibi quoq; Ambro. Opi. col. 86. vers. facit quod voluit. & Ferdi. Loaz. char. 16. nu. 345. & Alciat. lib. j. de verbo. sign. char. 4. & Ioã. Lup. in repe. rub. de donat. inter vir. & vxo. fol. 7. col. 3. vbi & hoc dicit generaliter procedere in omni iure primogenituræ.

Res alienari prohibitas in dotē dari posse.

4 ¶ Nam & aliàs quoque alienari prohibita possunt in dotem dari, atque propter nuptias donari, vt etiam probatur in l. mulier. §. cùm proponeretur, & ibi Alex. & Soci. ff. ad SC. Trebel. & in l. à filia, in princ. ff. eo. tit. & in d. authen. res quę. C. com. de leg. & in l. vlt. in fi. C. de litig. & voluerũt Iac. Are. Cy. & Bal. col. 2. & Saly. in l. volũtas. C. de fideicom. Specul. & Ioan. And. in addi. ipsius, tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. 109. vbi de emphyteusi loquitur. Bar. post Iac. Are. in d. l. filiusfa. §. diui, vers. quæro vtrùm hic fundus, & ibi omnes post eum, præter Iaso. in j. lec. ff. de leg. j. Bald. & Saly. in l. vlt. col. vlt. C. de reb. alie. non ali. Pau. Cast. consi. 80. quia per supradictum, libr. 1. & cons. 131. circa ea quæ superiùs, col. j. eod. lib. j. Alexand. cons. 56. consideratis verbis testamenti, in 2. dubio, lib. 1. & latè Franc. Cur. Senior cons. 27. magnificus vir dominus Vgutio, colum. 6. vers. verùm istis omnibus non obstantibus, quem tu omnino vide & Matthæ. Afflict. in constit. Siciliæ incip. scire volumus, col. 2. vers. sed an possit, vbi loquitur in iure Regio.

An antē id in emphyteusi procedat.

5 ¶ Et id in emphyteusi procedere voluerunt Specul. & Ioã. And. in addi. ipsius, titu. de loca. §. nunc aliqua. vers. 109. Hosti. in summa de loca. §. vlt. ver. nunquid ergo res emphyteutica. ipse Io. And. dũ allegat Specul. vbi suprà in c. potuit, col. 2. super glo. 3. & ibi Imo. col. 8. vers. tangit etiam hic, extrà eo. lib. Alberi. in l. 3. col. 2. & ibi Saly. qui id declarat, col. 2. vers. quæro ab extra an res, & Iason col. 31. vers. prima ergo. C. de iure emphy. Pau. Ca. in l. vsufructu, ad fi. ff. sol. mat. & Hiero. Gratus con. 76. videtur pro domina, col. 4. versic. secundò principaliter, libr. j. Quamuis de feudo aliud statutũ sit in c. donare, & ibi Bal. & alij, tit. quali. olim feud. ali. pote. vt etiam dicit Bal. in c. j. in prin. col. 2. vers. quæro an vasallus tit. de probi. feud. ali. per Fed. Quod tamen an & quomodo procedat, videbis latè per Iaso. post alios in d. authen. res quæ. col. 8. vers. an autem res prohibita, & cons. 66. breuiter, per totum, lib. j. & cons. 89. aggredior, col. 4. in 5. dubio, eo. lib. j.

Valet donatio facta filiofa. in causam dotis.

6 ¶ Et hinc quoque videmus quòd licèt non valeat donatio à patre facta filiofa. per l. antepe. C. de donat. inter vir. & vxo. & l. 2. C. de inof. dona. valet tamen donatio illi facta in causam dotis. l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. hercis. & l. si cùm dotem, in prin. ff. sol. mat. & no. glo. & Doc. in d. l. 2. C. de inof. testamen. & Pau. Castren. in l. cùm pater filiæ. ff. de lega. 2. & Alexan. cons. 117. viso titulo quæstionis, col. vlt. lib. 6.

An ea procedunt si is qui ius primogenitura cōstituit cōtrarium disposuit.

7 ¶ Hoc tamen limitat Io. Lup. vbi suprà fol. 8. colum. 1. vers. nisi specialiter, vt procedat nisi expressè contrarium disposuit is qui huiusmodi ius primogenituræ, siue, vt appellat more Hispanorum, maioratum constituit, videlicet quòd non possit etiam causa dotis vel donationis propter nuptias alienari. Tunc enim cessat dispositio d. authen. res quæ, vt dicitur consuluisse Alex. d. cons. 56. col. j. quem sequitur Ias. in d. §. diui, col. 8. vers. quæro quærit. & ibi etiã Ambro. Opizo. & ipse Ias. cons. 157. aggredior, col. 2. vers. sed præmissis, lib. 2.

De eadē re.

8 ¶ Quinquam Iason sibi contrarius in d. authē. res quę, col. 5. vers. quintò not. & iterum colũ. vlt. vers. decimotertiò, hoc reprobat duabus rationibus: Prima, quia cùm pater sit debitor dotis vel donationis propter nuptias, nõ debet esse in potestate ipsius debitoris tollere obligationem, per l. sicut. C. de acti. & oblig. & sic d. authen. procederet non obstante dicta prohibitione ex defectu potestatis, vt expressè consuluit Pau. Castren. d. cons. 80. Secunda ratio, quia quæ sunt inducta fauore publico, vt in hoc casu non possunt mutari vel tolli ex dispositione testatoris. l. quod de bonis. §. vlt. ff. ad leg. Falc. & no. Bar. & alij in authē. sed cùm testator. C. eo. & in l. nemo potest. ff. de lega. 1. Ideò Io. Lup. vbi suprà, char. 8. ver. hoc tamen intellige, dicit istam limitationē non procedere in prohibitione patris, qui ipse teneretur dotare: sed tãtùm in prohibitione extranei, qui bona quadam in maioratum concessit. & multa præter Iaso. allegat, quæ sunt illic omnibus obuia.

Quid si res

9 ¶ Illud autem hic notandum est pro secunda limitatione, quòd si per contractum inter viuos huiusmodi res primogenituræ essent prohibitæ alienari etiam simpliciter sine mentione dotis,

dotis,tali quidem prohibitione, quæ impediret translationem dominij: tunc nec in causam quidem dotis alienari possent,per gl. in l.nulla.& ibi Cy.& Bald.qui eam dicit valde signādam,& Saly.C.de iure doti.Alex.qui id dicit fortè non esse alibi,in l.filiusfa.§.diui, colū. 4. vers.secundò limita,& ibi Ferd.Loaz.char.19.nu.357.ff.de lega.j.& idem Alex. qui eam dicit no.cons.103.visis scripturis,col.pen.vers.secundò respondeo,lib.2.Iason in d.authen.res quæ, col.8.in §.uo.vers.item res prohibita,& iterum col. pen. vers.4.limita. & in l. quæ de legato, col.2. vers.tertiò contra istam.ff.de lega.1.vbi eam dicit no.& approbatam. Et in hac quoque opi.videtur esse Soc.dum citat Bal.& Saly.vbi suprà,cons.75.circa præsentem,col.1.libr.1. & in tracta.fal.regul.12.in 2.limitat.

primogenituræ prohibita sunt alienari per contractū, ea prohibitione qua impedit trāslationē dominij.

10 ¶Sed & in tertio limita,vt procedat quod dictum est,huiusmodi bona posse dari in dote vel donationem propter nuptias,si is qui dat,non possit aliūde dotare, vel in donationem dare, vt colligitur ex d.authen.res quæ,prout illam ponderat Io.Lup.vbi suprà. char.6.col.4. vers. intellige tamen,qui & eū ad hunc casum trahit,char.8.col.2.in fi.proptereáq; si extarent fructus ex huiusmodi bonis, qui satis essent ad dotandū non possent ipsa bona dari,per text. in d.l.mulier.§.cum proponeretur,in fi.vers.quòd si fructus.ff.ad Trebel.& ibi Ang.Raph.Co. ad fi.Alex.col.2.& alij recentiores.& Ro.qui illum text. reputat sing.cons.232.quatuor sunt quæsita,in fi.& ita quoq; in casu.d.authen.res quæ,voluit Ang.ibi col.2.vers.sed si haberet, & Iac.Are.Cy.Albert.Bal.& Saly.in l.voluntas.C. de fideicom. Bar. in l.filiusfa.§.diui.ff.de lega.primo.Saly.in l.vlt.in pe.q.C.de reb.ali.non ali.Alex.cons.56.consideratis,in 2.dubio,li. j.Et facit quod in simili dicitur in l.pater filium,ad fi.prin.ibi,si non erat aliud in hæreditate. & quod per eam tradit Raph.Co.in l.peto.§.prædium.ff.de lega.2.& quod diximus suprà in 4.q.nu.35.sed vt redeamus.

Quid si aliūde possit filia dotari.

11 ¶Alias quoq; limitationes potes huc adducere ex limitationibus d.authen.res quæ quas adferunt Doc.præsertim recentiores,ex quibus Iason omnium copiosissimè.15.apposuit,vt illic promptū est videre omnibus. neq; enim statuimus omnia sigillatim referre, præsertim quæ ab alijs in vnum locum congesta reperimus:quod sæpe aliàs diximus.Sed tu hîc omnino vide quæ dicam pro declaratione huius quęstionis in seq.q.nu.12.at dices licèt,& seq.

Aliæ limitationes.

SEXAGESIMASECVNDA QVAESTIO.

1 SExagesimosecundo consequenter quæro An etiam pater aut frater primogenitus teneatur dotare filiam siue sororem ex rebus primogenituræ, si cætera bona desunt. Et certè quantùm ad patrem,si is possit facere,consequens est vt teneatur,cùm aliàs semper teneatur pater dotare filiam,si id possit facere.l.qui liberos.ff.de rit.nup.& l.vlt.C.de dot.promis.cum infinitis si.Quid autem de fratre dicendum sit,id hinc pendet,an teneatur frater sororem dotare. Et certè pleriq; omnes in ea sunt sententia,vt teneatur dotare sororem vtrinque coniunctam,aut certè consanguineam,id est,ex eodem patre natā: vterinā autē tantùm nō teneatur, per l.cùm plures §. tutor, & ibi gl.Dy.Bar.& Albe.ff.de admi.tut.& l.tutor secūdum dignitatem.§.vlt.eo,tit.& l.qui filium.ff.vbi pupil.edu.debe. Et ita quoque voluit glo.in leg.non omni,& ibi etiam Cy.Bar.Bal.& Saly.C.de admi.tut.glo.in l.nihil.ff.de in rem ver.Bar. dū se remittit ad loca suprà citata,in l.j.col.2.vers.sed quid in fratre,& ibi clariùs Alex.col.7.ver. quid autē in fratre.& Iason qui dicit ab hac opi.neminē discrepare. col. quoq; 7.vers.vltimò quærit.ff.sol.mat.idem Bar.in authē.res quę,col.j.vers.eod.modo dico.C.com.de legs.Bal.in l.qui liberos.ff.de rit.nupt.& in l.vlt.col.2.C.de dot.promis.& in c.super literis,col.2.vers.idē in sorore,de rescrip.Angel.Imo.& Alex.in l.à filia,in prin.ff.ad SC.Trebel.Paunr.cons.12.vt clarè,col.4.in 7.dubio,lib.4.Raph.Fulgo.dicens id etiam procedere in feudis,cons.228. Antonius,col.2.vers.& dato sine pręiudicio.Pet.Anc.cons.434.ex narratis,col.2.ver.ego de inte. Pau.Ca.cons.335.ad confirmationem,col.2.vers.præterea & vltimò,lib.j.Alex.cons.66. viso themate,col.j.lib.4.Matthæ.Afflic.in constit.Siciliæ incip.comitibus,col.j.in 2.no.& omnes vbique de hac re loquentes.

An autem pater aut frater primogenitus teneantur dotare filiā vel sororē ex rebus primogenituræ.

Frater an teneatur sororē dotare Et an vterinam.

2 ¶Idq; dicunt nonnulli procedere etiam in fratre clerico, scilicet Ang. vt à multis citatur in d.l.à filia:sed non reperi in meo codice.Aut.& Imo.in c.peruenit vterq;,in j.no.& ibi quoque Pet.Anc.& Panor.in 2.no.& Card.Flor.in 4.no.ext.de rescrip.Inter quos ipse Panor. dicit q cum bona conscientia,si non habet bona patrimonialia, potest eā dotare de redditibus ecclesiæ,per c.j.de coha.cleri.& c.omnia,iuncta glo.31.di.& c. non satis.88.di. & voluerunt etiam Alex.& Ias.in d.l.j.quibus locis suprà citauimus.ff.sol.mat.vbi ipse Alex. videtur plus velle, scilicet ipsum clericum teneri id facere ex redditibus ecclesiæ,citans in id Panor.vbi suprà,qui tamen nil aliud dicit quàm quod suprà ex eo diximus. & sequitur etiam Iason in d.authen. res quæ,col.4.versic.item tamen, & Nicol. Eneral.in locis legalibus,In loco ab alimentis ad dotem,col.2.vers.quintò istud facit.

Et an frater clericus.

3 ¶Sed hic paululum attende lector.Nam sunt nonnulli,qui putant Bar.in d.authen.res quę, voluisse fratrem teneri dotare sororem etiam vterinam tantùm,& ita eum allegar, & tamen repręhēdit Angel.in d.l.à filia,in prin.Sed Alex.ibi,atque etiā in d.l.j.vbi suprà.ff.solut.mat. dicit iniuriâ fuisse illū reprehensum,cùm id non dixerit Verùm Iason in d.l.1.etiā vbi suprà, nititur

Iterum de vterina.

nititur ostendere Bar. idipsum dixisse, atque ita merito fuisse reprehensum, vt ibi videre poteris: neque enim de ea re admodum laboro, sed potiùs vtrum sit verius, scilicet an teneatur, an non teneatur. Quid enim interest inter sororem consanguineam, & vterinam, quâtùm ad id de quo tractamus pertinet? nam vt frater tenetur alere sororem consanguineam inopem: ita & vterinam inopem, vt placuit expresse Cy. in l. 1. in 2. q. C. de alen. libe. & Bald. in d. l. qui filium, per illum text. simpliciter loquentem in fratre. ff. vbi pupil. edu. deb. Ange. subobscurè, sed clarissimè Alex. in d. l. à filia. ff. ad SC. Trebel. Imo. & Alex. in d. l. j. ff. sol. mat. Iason in d. authen. res quæ, col. 4. vers. tertium est.

De eadē re. Argumentum de alimentis ad dotem. vide infrà nu. 12. & sequē.

4 ¶ Ergo & vtranque dotare tenetur: hoc enim argumento, vt scilicet dotare teneatur qui alere tenetur, vtuntur passim Doc. & in his glos. in d. l. non omni, dum ad id probandum, quod de dotanda vxore diximus suprà in prin. allegat l. 1. in prin. vers. sed nonnullos. ff. de tute. & rat. distra. quæ de alimentis tantùm loquitur. Et Bart. dum in eodem casu loquens in d. §. cùm tutor, allegat etiam d. l. qui filium. ff. vbi pupil. edu. deb. loquentem etiam de alimentis. vt & faciunt Cy. & Bal. in l. neque mater. C. de iure doti. idem Cy. & Saly. in d. l. non omni, & alij plerique, ex his quos suprà citauimus: & præter eos Bart. in l. vlt. C. de his quib. vt indi. & Nico. Neapo. in d. l. à filia. ff. ad SC. Trebel. & Saly. in d. authen. res quæ, in 4. q.

De eadē re.

5 ¶ Dos enim & alimenta æquiparantur, vt multis confirmat Corn. cons. 316. quò ad primum, col. 4. vers. negatur. & seq. lib. 1. Ita vt vbique de vno ad alterum sumant nostrates argumentum, vt videre licet apud Bar. in l. si certis annis, circa mediū. C. de pactis. & in l. cùm de in rē verso, col. 1. vers. contra hoc facit. ff. de vsur. vbi ex hoc dicit dotem esse dignam pari fauore alimentorum, per no. in l. si cui. ff. de annuis lega. & in l. cùm post diuortium. §. generi. ff. de iure doti. & idem Bart in sua disput. incip. mulier habens magnū patrimonium, col. 3. vers. octauò probatur, & iterum col. penult. vers. non obstat quod dicitur. Bal. cons. 456. recolo, colum. 2. ver. prætereà dos, lib. 5. vbi & ex hoc dicit dotem succedere loco alimentorum. quod & antè dixerat. cons. 179. anno domini, col. 2. vers. statutum quod totaliter, eo. lib. 5. Alex. in l. Centurio, col. 2. vers. & similiter dicimus. ff. de vulg. & pupil. & latè Nicol. Eueral. in locis legali. in loco, ab alimentis ad dotem. Imò verò dos est fauorabilior alimentis, vt dicit Cy. in d. leg. j. in 2. quæst. C. de alen. libe. Saly. in d. l. neque mater, & in d. authen. res quæ, col. vlt. & Raph. Fulg. d. consi. 228. Antonius de Morando, col. vlt. Idq́; optima ratione. nam in dote est fauor alimentorū, vt dicemus postea: & præterea procreādæ sobolis, de quo loquitur l. 1. ff. sol. mar.

Dos fauorabilior alimentis.

¶ Et sanè nullam video esse rationem differentię inter sororem consanguineam & vterinam:
6 præsertim cùm hāc quoque inopem teneatur frater alere, vt suprà diximus. Nisi si quis dicat, fratrem consanguineum ad id potiùs teneri, quàm vterinum: quoniam pater, cuius hæres est, tenebatur dotare filiam: ergo & frater hæres patris ad id quoque tenetur. Omnes enim obligationes & actiuas & passiuas, quas nostri vocant, transire in hæredem etiam non nominatū l. si pactum. ff. de probat. cum alijs multis simi. & concord. à me traditis in nostris Consuetud. Picta. tit. 9. §. 3. in prin. & in nostro tractatu Retractuum tit. 2. §. j. glo. 6. in prin. Pater autem vt redeamus, tenetur dotare filiam, vt diximus in prin. huius quæstionis: non etiam mater. d. l. neque mater. C. de iure doti. gloss. in d. leg. vlt. in verbo, paternum. C. de dot. pro. & in d. l. à filia, in prin. & ibi Bar. ff. ad Senatusc. Trebel. Pet. Cy. & Ang. in d. authen. res quæ, cum si. Ergo nec filius aut hæres ipsius matris.

An & quæ sit ratio differentiæ sororū cōsanguineæ & vterinæ.

Mater an teneatur dotare filiā vide n. 8.

7 ¶ Sed huic rationi differentiæ posset duobus modis responderi. Primùm enim, quòd nullus nostrorum Doc. quotquot sunt, nisi me fallit memoria, eorum quos legimus, dum tractāt an frater teneatur dotare sororem, aut consanguineam, aut vterinam: expressè loquitur de fratre hærede, sed de fratre simpliciter: quanquam, vt verum dicam, de hærede possunt videri intellexisse. Et in casu de quo loquimur, ex nonnullorum sententia filius primogenitus cōsequitur ius primogenituræ, etiam si hæres non sit. quæ si vera est, nihil esset quod eo nomine obligaret primogenitum dotare sororem etiam consanguineam. Verùm huius sententiæ contrarium tenuimus suprà q. 35. Ideo hæc responsio nōn satis tuta.

Iterum de differentia sororum.

8 ¶ Posset igitur aliter responderi, scilicet id quod diximus, matrem non teneri ad dotandam filiam, igitur nec filium & hæredem ipsius: non procedere, si mater diues est, & filia inops, nec potest dotari à patre item inope. tunc enim tenetur mater dotare filiā, per id quod de alimentis dicitur in l. si quis à liberis. §. 1. vers. igitur matrē. ff. de lib. agno. Nā ita tenēt Dy. Cy. Bart. Bal. Alb. & Fulg. in d. auth. res quę. Iac. Ra. Cy. Ray. Bal. & Saly. in d. l. neq; mater, de iure doti. Alex. cons. 117. viso titulo, col. 5. vers. nec dicatur. lib. 6. Id quod respondet ei quod suprà diximus nu. 3. fratrem teneri dotare sororem vterinam inopem. Verùm eius quod nunc diximus de matre, vt teneatur dotare filiam inopem, contrarium tenuit Ang. in d. authen. res quæ, & in d. l. filia, in prin. & ibi quoque Alex. sibi contrarius, & idem Angel. in d. l. vlt. C. de dot. promis. Ro. Alex. & subobscurè Iason in d. l. j. ff. sol. mat.

Iterum an & quando mater teneatur dotare filiam.

9 ¶ Quid igitur si dicamus hanc esse rationem, vt frater teneatur dotare sororem consanguineam, non etiam vterinam, quòd frater & soror consanguinea sunt eiusdem familiæ & agnationis,

Alia ratio

tionis, vt no. in l. prouunciatio. ff. de verb. signi. quanuis ea sit finis suæ familiæ & agnationis, vt ibi dicitur. Sú nique eiusdem nominis gentilieij, cùm filij filiæque id nomé à patribus accipiant, non à matribus, vt no. in c. Raynucius, in prin. de testa. & alibi laté diximus. Quæ res habet non modicam vim & affectionem, vt etiam diximus in nostris Legibus Connubialibus. l. 5. num. 24. quid quòd simplex. Idcóque is tantùm proprie frater est, qui ex eodem patre est, vt expresse voluit Alexan. cons. 144. viso themate, col. 1. libro 6. per text. in l. Iurisconsultus. §. secundo gradu. ff. de gradibus affin. Id que dicit voluisse Bart. in. Lucius. §. quæsitum. ff. de lega. 3.

Frater qui proprie dicatur.

10 ¶ Verùm is tex. ne tu decipiaris, dicit contrarium, nempe fratré dici qui ex vtroque parente, aut ex altero tantùm est. Nec id etiam negat Bar. vbi suprà, vbi illud tantùm dicit, fratres patrueles, id est, filios fratrum nec proprie, nec simpliciter fratres dici, sed cum ea adiectione, patrueles. de quo etiam, vt id obiter dicam, per glo. in l. 1. in verbo proprij. ff. de inof. testa. & Bal. in l. vxor. in prin. C. qui accus. poss. & in c. quæ in ecclesiarum, col. pen. vers. quæro concessum est, de constit. Angel. in authen. matri & auiæ. C. quan. mul. tutel. offi. fun. potest. Imo. & ipsum Alex. in l. si dotali. ff. de inof. testa. & eundem Alex. cons. 97. viso themate. col. 2. non semel, lib. 2. & cons. 204. consideratis, col. 3. vers. quia respondeo, co. li. 2. & con. 36. viso themate, col. 2. vers. ecce ergo, li. 6. & con. 221. ponderatis verbis, col. 1. eo. li. 6. & Corn. qui multos citat, cons. 92. videtur, col. 2. vers. præterea est aduertendum, lib. 3. Soc. cons. 25. viso statuto, col. 2. ver. sed dicam lib. 3. Franc. Curti. Seni. cons. 9. Ticinensi statuto, col. :. vers. & bene facit. Ias. consi. 205. in occurrenti. col. 6. vers. nec obstat ergo, lib. 2. & Hiero. Grat. cons. 38. viso, li. 1.

De eadẽ re. Fratres patrueles non sunt proprie fratres.

11 ¶ Sed vt redeamus ad principale nostrum propositum, Vnum est quod videtur obstare ne frater primogenitur sororem, etiam paternam dotare teneatur ex rebus suæ primogenituræ, sed nec pater quidem possit filiam, nec frater item sororem in præiudicium sui filij primogeniti. Nam suprà in 21. quæst. satis ostendimus non posse patrem filio primogenito præiudicare in iure primogenituræ: & in 5. quæst. prius docueramus nullam deberi legitimam cęteris liberis. de quo etiam diximus in 55. quæst. Est autem dos loco legitimę. Ricar. Mal. Cy. & Bal. in l. sancimus. C. de nupt. idem Ricar. & Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon. cum alijs multis concord. à me traditis in repe. l. si vnquam. in verbo, susceperit liberos, nu. 93. & id quidem. C. de reuo. dona.

Redit ad princ. quæstionem.

Dos loco legitimæ.

12 ¶ At dices, licet ex his rebus non debeatur legitima, tamen alimenta debentur cæteris liberis, & masculis & fœminis, vt plene diximus suprà in 4. quæst. Ergo & dos filiabus, per id quod diximus suprà nu. 4. ergo & vtranque. Sed ex supradictis satis patet, multos non admittere id argumentum de alimentis ad dotem: & inter cæteros Ang. in d. l. vlt. C. de dot. promis. Saly. in d. auth. res quæ. & ibi late. Ias. col. 4. vers. secundò considero, Ro. in d. l. 1. & ibi item late Alex. col. 6. vers. ex quo habes. ff. sol. mat. Nec id quidem sine ratione, vt & ipsi dicunt. Nam pater tenetur alere filiam naturalem, auth. licet. C. ne natur. lib. & cap. cùm haberet, de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. dotare tamen non tenetur. l. vxorem. §. pater naturalis, & ibi Bar. ff. de legat. 3. cũ multis si. à me adductis in repe. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, nu. 50. neque prodest. C. de reuo. donat. Quanquam, ne tu hîc quoque decipiaris, id intelligit Bal. in d. l. neque mater, nisi filia esset admodum inops. nam tunc eam dotare tenetur vsque admodum alimentorum. & sequitur Nicol. Eueral. in locis legali. in loco ab alimentis ad dotem, col. 2. versi. quartò istud facit.

Redit ad argumentũ de alimentis ad dotẽ.

Pater tenetur alere filiam naturalem.

An etiã dotare.

13 ¶ Præterea filius tenetur alere matrem d. l. si quis à liberis, in prin. in verbo, matrem. ff. de libet. agno. dotare autem non tenetur. l. 1. §. præterea, versic. sed si munus, & ibi Nicol. Mat. & Bald. ff. de tutel. & rati. distra. & l. tutor secundum. §. vlt. ff. de admi. tut. cum alijs multis concord. congestis in nostris Legibus Connubialibus. l. 2. n. 6. cui respondens. In quo & illud tibi notandum, quòd filius non tenetur alere matrem, nisi adeo inopem, vt se alere non possit, vt declarant tes. supradicti. Dotare quoque inopem, & quæ se dotare nó possit, si ea sit & pulchra, tenetur, ex sententia Bal. No. in tract. de dotibus, in 6. parte, in 16. speciali, col. 2. vt etiam in d. loco diximus.

Filius tenetur alere matrẽ An & dotare.

14 ¶ Adhæc frater tenetur alere sororem vterinam, vt diximus suprà numero 3. nec tamen tenetur dotare, ex communi omnium pene sententia, vt etiam diximus n. 1. Denique pater non tenetur alere liberos, qui aliunde sustinere se possunt d. l. si quis à liberis. §. sed & si filius, & ibi glo. & Bar. & idem Bar. in l. 1. C. de mendi. vali. lib. 11. Tamen tenetur dotare filiam etiam diuitem, & quæ se potest dotare. vt probatur ex d. l. vlti. & ibi gl. in verbo, intelligi. Bal. & Ange. C. de dot. promis. Et hæc est omnium superiorum rationum fortissima, vt ex his patet quæ diximus. Et si alia videre velis de huiusmodi arg. de alimentis ad dotem, lege Nicol. Eueral. vbi suprà citauimus.

Pater nõ tenetur alere liberos diuites.

Filiã tamẽ diuitẽ dotare tenetur.

15 ¶ Ego autem vt tandem meum iudicium in hac re proferam, in ea sum sententia, vt nec pater, nec frater teneantur, imo nec possint in præiudicium filiorum primogenitorum dotare filiam aut sororem, siue paternam, siue maternam, ex rebus priuatim ac specialiter deputatis iuri primogenituę. plena quidem dote quæ ad legitimã ascendat: ea enim tum demum con-

Autheris sentẽtia in prin. quæst.

grua dos est, quæ adusque legitimam est, vt no. Saly. Fulgo. & Iason in d. auth. res quæ, per illum text. cum aliis multis concord. à me adductis in repe. d. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, nu. 92. quòd auté filia. Nam ius ipsum primogenituræ est ipsa legitima primogeniti, vt diximus in 5. quæst. nu. 3. mouentur omnes: propterea nec id conferendum est, nec ex eo debetur legitima cæteris liberis aut fratribus, vt etiam ibi diximus, & rursum in 51. quæst. & iterum in 55. quæsti.

De eadē re. Exclusus legitima, sua culpa, non excluditur alimentis.

16 ¶ Igitur vt hoc concludam, Pater & frater possunt, imo tenentur, alere filiam & sororem, possúntque illis in rebus primogenituræ dotem constituere, vtque ad modum alimentū, si aliunde se sustinere non possint, iuxta ea quæ latiùs diximus in 4. quæst. nu. 33. nec obstat inquiunt, & quod item diximus ex Bald. suprà nu. 11. Nam qui exclusus est legitima, etiam sua culpa, non per hoc alimentis excluditur, ex sententia Bal. in l. cùm scimus, in 6. quæsti. C. de inof. testa. per l. libertus qui operum, & ibi Iac. Are. ff. de ope. liber. & arg. l. Imperator, in fi. ff. ad SC. Trebe. Nec in hoc distinguo inter sororem paternam siue consanguineam, & maternam siue vterinam, per ea quæ iam satis suprà diximus.

SEXAGESIMA TERTIA QVAESTIO.

Primogenitus filiorū Titij substitutus aut vocatus sub condit. an intelligatur de tempore testamenti, aut quo alio.

1 SExagesimo tertiò quæro, Quid si testator substituit, aut aliàs sub conditione vocat primogenitum filiorum Titij, vtrum intelligatur de eo qui primogenitus est tempore testamēti siue mortis testatoris: An verò de eo qui est primogenitus, cùm cedit dies substitutionis vel conditionis? Et sanè videtur eum solùm vocari, qui primogenitus reperitur tempore diei vel conditionis, per tex. in l. interuenit. ff. de leg. præstan. vbi ad hoc vt veniens contra tabulas teneatur liberis præstare alimenta relicta in testamento rupto, sufficit in legatorio adesse qualitatem libertorum eo tempore quo cedit dies relicti, & per tex. in l. 1. § proximus. ff. vnde cognat. vbi sufficit qualitatem cognationis illi adesse, qui vt cognatus vult succedere eo tempore quo cedit dies bonorum possessionis. & per text. in l. eum qui post. ff. de cond. & demon. vbi ad hoc vt valeat legatum conditionale, sufficit in legatario adesse capacitatem tempore conditionis.

Tēpus diei vel conditionis. Tēpus testamenti vel mortis.

2 ¶ Contrà autem videtur eum præferri, qui est primogenitus tempore testamenti, vel mortis, per tex. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. & l. cùm ita. §. in fideicommisso, & §. fratre. ff. de leg. 2. vbi cùm testator generatim aliquem vocat, si in eo adsit certa qualitas, necesse est eam qualitatem adesse tempore testamenti, vel mortis, vt sit locus volūtati legatoris. Et vt intelligas, ea iura non tantū loqui in dispositione pura, sed & in cōditionali. Nónne videtur in d. §. in fideicommisso, & §. fratre, testator eos vocare, qui sunt de sua familia, & sic gradatim, per l. vlt. C. de verb. sign. Ideóque vlteriorem vocari sub conditione, si videlicet decesserit proximior.

De eadē re.

3 ¶ At inquies, in d. §. fratre, iuncta glo. in verbo, familia, dicitur ꝙ si nemo vlterior de familia testatoris foret, tamen in futurum esse speratur. Ex quo videtur ꝙ quamuis in his qui volunt admitti primo loco post testatoris obitum, requiratur qualitatem adesse tempore testamenti vel mortis, tamen in his qui volunt admitti post primos, sufficit adesse tempore cedentis diei fideicommissi. Sed hoc nihil obesse videtur, quoniam ibi sperabatur in futurum esse aliquis ex familia testatoris per eius natiuitatem, vt sit propterea necesse tempore testamenti, vel mortis eiusdem fuisse iam conceptum: quoniam si post mortem ipsius fuisset conceptus, etiam ex aliquo qui esset ex familia testatoris, ille tamen quò ad testatorem nō diceretur esse ex eius familia. d. l. 1. §. si quis proximior. ff. vnde cognat. & l. si quis filio exhæredato, in prin. ff. de iniust. testa. cum multis concord. à me latè congestis in tractatu Retractuum tit. 1. §. 1. gl. 9. in verbo, *ou lignagier*, nu. 70. & hæc quidem, & multis seq.

Respōsio ad contraria.

4 ¶ Nec etiam videntur obstare contraria, quoniam primùm d. l. interuenit. ff. de leg. præstan. loquitur, vt ibi dicit Bart. in eo qui petitionem relicti nō meretur, ex quo ad eam venit ex prętoria ęquitate. Id quod etiam possumus dicere de d. l. 1. § proximus. ff. vnde cognat. quę haud dubiè loquitur in eo qui succedit ab intestato ex æquitate Prætoria. At d. l. eum qui post. ff. de condi. & demon. loquitur vbi tractatur de consideratione capacitatis, quæ est ex iure communi, quo casu dicendum est vt ibi, & in l. 3. §. quando autem. ff. de iure fisci. & in l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hære. inst. & in §. extraneus, Inst. de hære. qualitate, & differ. Nos autem loquimur in qualitate requisita ex voluntate testatoris, in eo qui aliàs est capax de iure cōmuni.

De eadē re.

5 ¶ Non hîc, Lector amantissime, meam profero sententiam, sed rem tibi ex iis quæ diximus discutiendam relinquimus. Sed velim primùm videas Pet. An. consil. 27. non seruato ordine dubiorum, in 2. dubio, vbi loquitur de substitutione facta de antiquioribus. & Ro. à quo hęc omnia depromplimus (neque enim sustinet animus aliorum nomen subticere) cons. 438. in caussa consultationis præsentis, in 4. dubio, vbi loquitur de substitutione facta de maiore filiorum alicuius. Et ex iis facile cognosces, quid in hac causa tibi diffiniendum sit. Sed ita vt etiam videas quę scripsimus in d. tractatu Retractuum titulo primo §. 1. d. glo. 9. num. 95. ex quibus vides, & seq. & iterum nume. 98. & hanc opi. & sequ. & quæ dicam postea in 80. quęstion. vbi loquemur de concessione feudi facta ea lege, ne ad alium filium quàm primogenitum veniat.

SEXAGESIMAQVARTA QVAESTIO.

SExagesimoquarto quero, Quispiam in suo testamento hæredem Titium instituit, & ei filium ipsius Titij naturalem & legitimum substituit, iussitque eum ipsius nomen & arma deferre: huiusmodi hæreditate accepta moritur Titius relictis duobus filiis legitimis & naturalibus: vter istorum primogenitus videlicet, an secundogenitus, an vterque, an neuter admittetur? Videtur neutrum admitti, & ita substitutionem vitiari propter incertitudinem, per l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut. & in l. si fuerit, in prin. ff. de reb. dub. & in l. si quis de pluribus, eo. tit. cum aliis multis similibus & concor. à me adductis supra in 17. q. prin. in 6. opi.

Si Titio instituto substitutus eius filius iussus est nomē deferre duobus relictis filiis an primogenitus an alter, an vterque an nullus admittetur.

2 ¶ Contrà videtur valere huiusmodi substitutionem, cum certus de certis videatur substitutus, per l. vnum ex fratribus. ff. de condi. insti. & l. Quintus. §. si quis ita. ff. de hered. insti. & l. 2. §. si ita. ff. de bono. pos. secun. tabu. & voluisse videtur Bar. in l. quidam ita. ff. de reb. dub. Iura autem contraria loquuntur, cùm relinquitur incerto de incertis. Et hac posteriore sententia victrice videtur vtrunque esse admittendum, & singularitatem resolui in pluralitatem, cū de vtriusque fauore agitur. Sicuti in simili habetur in l. si quis ita. §. si quis filio. ff. de testa. tut. & l. qui filiabus. §. 1. ff. de leg. 3. cum aliis multis concor. adductis suprà in eadem q. 17. in 4. opi.

3 ¶ Tamen Guid. Pap. cuius ista sunt, deci. 467. cuius hoc caput est, testator in suo testamento, dicit hoc casu primogenitum tantum intelligi substitutum, veluti de eo senserit testator, arg. l. eum qui calendis, vers. si autem. ff. de verb. obli. & l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. & l. hæc conditio, la 3. ff. de condi. & demon. & ita dicit fuisse diiudicatum in curia Parlamenti Delphinatus. Et sequitur & dicit sing. D. Guil. Bened. in rep. c. Raynu. in verbo, in eodem testamento relinquens, num. 174. de testa. Quibus adde quæ latè congessimus in nostris commentariis ad d. §. hoc sermone, & quæ dicam in seq. quæst.

Primogenitus tantùm intelligitur substitutus.

SEXAGESIMAQVINTA QVAESTIO.

1 SExagesimoquinto quæro, quid si in contractu matrimonij, aut aliàs dictū est quod castrum quoddam perueniet ad primogenitum, aut alium nasciturum, si pater ipse maluerit. Posito quod valeat huiusmodi pactum de iure vel consuetudine, de quo suprà latè diximus in 6. q. & in 7. Et pater ipse moriatur, nulla alia declaratione facta: vtrùm primogenitus tantùm ad huiusmodi castrum admittetur: an alij quoque? Et primo loco videretur omnes admitti. l. cùm quidam ita, in prin. & l. vnum ex familia, in prin. & l. cùm pater. §. hæreditatem filius, & §. rogo. ff. de lega. 2. & l. Labeo. §. Pacuuius. ff. de statulib. & quod habetur in l. vtrùm. §. cùm quidam. ff. de reb. dub. cum si.

Si castrum debet peruenire ad primogenitū aut aliū quem pater maluerit, quid agendū, si pater non elegit.

2 ¶ Ideo Lamber. Rampo. in sua disputati. incip. quidam Menins, & post eum Io. And. in addi. Specul. in rub. de testa. col. 5. versi. item Lambert. dicunt quòd si talis facta fuerit substitutio: Petro filio meo hæredi vniuersali substituo vnum ex filiis Titij alterius filij mei, quem ipse hæres elegerit, aut nominauerit, si is decedat nullo electo aut nominato, omnes æqualiter admittentur, per quadam ex dd. iuribus, & alia inibi allegata. Et eos expresse refert & sequitur Alex. consi. 22. visis ac etiam perlectis, colu. 2. vers. sed præmissis, lib. 3. quod iterum repetitur cons. 13. lib. 4.

De eadē re.

3 ¶ Contrà tamen in casu nostræ quæstionis tenuit Guid. Pap. deci. 505. factum est pactum, & rursum fin. 521. cuius est initium, maritus facit pactū, tenens vtrobiq; primogenitū solum & insolidum admitti. Nam donatio respectu primogeniti pura est: respectu autem aliorū conditionalis, videlicet si testator ipse maluerit. Quę conditio cū defecerit, cùm nulla alia voluntas fuerit declarata. Ideo respectu secundogeniti non cessit dies obligationis. l. cedere diem. ff. de verbo. oblig. Proinde tota donatio peruenit ad primogenitum. l. a. & ibi gl. in verbo, ad eos, & rursum l. antiqui libero, cum ibi no. ff. si pars hære. pet. & quod no. per glo. & Bat. in l. si quis. ff. de hære. instit. & in l. planè. §. si coniunctim. ff. de leg. 1.

De eadē re.

4 ¶ Nam cùm donatio facta fuerit secundogenito sub hac conditione, si pater maluerit: consequens est vt sub eadem conditione adempta censeatur primogenito, & eidem concessa sub conditione contraria, videlicet si non maluerit, ar. l. si legatum. ff. de adi. lega. & l. pecuniam, & ibi no. per glo. & Bat. ff. si cer. pet. Quę quidem conditio declarationis cessat per mortem, nulla ante facta declaratione. l. locatio, quæ est 4. ff. locat. & l. mandatum. C. mand. Ex quo & illud sequitur, talem donationem nunquam sibi locum vendicasse in persona secundogeniti, ar. l. 1. §. finantem. C. de cad. tol. & l. 1. & ibi no. ff. de condi. & demon. vbi autem non fuissent adiecta illa verba, si maluerit, sed simpliciter, fuisset donatum primogenito aut alij nascituro, tunc omnes liberi concurrerent, per iura in prin. allegata. hæc fere Guido. Cui per omnia accedo, vti etiam facit Philip. Dec. consi. 578. viso consilio, col. 4. vers. ex quibus.

De eadē re.

SEXAGESIMASEXTA QVAESTIO.

1 SExagesimosexto quęro, An hodie inter Iudęos sit obseruanda lex Mosaica, quæ multa primogenito tribuit, quæ sigillatim descripsimus suprà post prin. An verò ius commune Romanorum, quod ęquales facit liberos: An denique statutū vel consuetudo regionis quam inhabitant? Quam quæstionem adscripsit Alex. consi. 161. examinatis iuribus, in fi. lib. 2. nec

An lex primogenitura data Iudeis sit bo-

iuris seruandum esse in negociis & causis Iudæorũ. nam si id verum esset, non posset Iudęus se tutari exceptione pręscriptionis, quę mero rigore iuris innititur, vt quæ dicatur iniquorum hominum impium præsidium, & improba temporis allegatio. §. habeat, in Auth. vt eccl. Roma. & ibi gl. ex eo not. odiosam esse præscriptionis exceptionem. & illum tex. ad hoc dicit no. Ang. in l. sequitur. §. si viã ff. de vsuca. Et ex hac quoq; dicit Fely. vbi suprà, Iudæũ posse morã purgare (quod certè æquitatis est l. si seruum. §. sequitur. ff. de ver. ob.) vt quemliber alium. Quamuis eam glo. sequantur Anto. & Maria. in d. c. 2. vti etiam facit Ias. in l. & si post tres, in 2. not. ff. si quis cau. & in repet. l. admonendi, col. 97. ver. 36. istud iuramentum. ff. de iureiu. & in l. si insulam, col. 3. in 2. no. ff. de ver. ob. quibus locis tenet contra Fely. in illa morę purgatione, sed illum defendit Fran. Ripa. in d. l. si insulam. col. 3. ver. no. primò. Sed vt redeamus, illam quoque gl. sequitur Io. à S. Blasio in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. & in tract. Correla. in §. patte, in 28. fal. & Corset. in c. interposita. §. sanè, post prin. de app.

An in Iudaeorũ causis sit seruãdus rigor iuris.

An Iudaeus possit purgare moram.

8 ¶ Et illa quoque Fely. sententia ex eo defendi potest, quod ex facto respondit Corne. consil. 260. visa inquisitione, ad fin. libro tertiò, quòd Iudæus minor restituitur in integrum, vt alius quilibet, quando læditur & sequitur Aymo Crauetta cons. 73. dicendum videtur prima facie, col. 7. versi. secundò illa opi. Nam illud certum est, restitutionem in integrum esse introductam ex æquitate. l. 1. ff de minor. & l. denique, & l. inter vtilem. ff. ex quib. cau. maio. Et ex hoc quoque & aliis infert ipse Aymo, iuramentum suppletiuum (quod vocat) probationis posse deferri Iudæo secundum. l. in bonæ fidei. C. de iureiur.

9 ¶ Sed & ex eo quod diximus ius commune Romanorum seruandum esse apud Iudęos, si desit consuetudo loci, in quo degunt: illud fit quod Iudæus confugiens ad ecclesiam, vt nostri id vocabulum vsurpant, gaudeant immunitate, peræquè ac Christianus, modò simulatio absit, vt tradit gl. no. in c. inter alia, in verbo, extrahendus, & ibi Host. in verbo, & hoc verum est, Vincent. Io. An. Ant. Car. Flor. in t. q. extrà de immu. ecc. Guil. Laud. in cle. 1. & ibi etiam Imo. col. 2. versi. secundò principaliter, de pœn. & remis. Io. Fantu. & Archi. in c. diffiniuit. 17. q. 4. Fely. in c. Iudæi, le 1. extrà de Iudæ. Hippo. Marsil. in repe. l. 1. nu. 114. C. de rapto. virg. Quamuis videatur esse tex. in contrarium, in l. 1. & ibi gl. 1. Bar. & Saly. C. de his qui ad eccle. confug & Oldra. con. 54. an fugiens ad fi. versi. quid de Iudæo. & Cy. in l. præsenti, in 1. quæst. in prin. eo. tit. & alia gl. in §. publicorũ, in Auth. de man. prin. Pan. in d. c. inter alia. & Io. Ana. in d. c. Iud.

Iudaei gaudent immunitate ecclesiæ si simulatio desit.

10 ¶ Et illud quoque, quòd priuilegium tacitæ hypothecæ, quod habet vxor in bonis mariti pro sua dote, de qua in l. assiduis. C. qui poti. in pigno. hab. habet locum & inter Iudęos. Host. in c. gaudemus, col. 2. in verbo, præsertim, & ibi Io. And. col. 1. in eodem verbo. & Pet. Anc. ad fi. de diuor. Matth. Afflic. in constit. Siciliæ incip. si quis in posterum, col. 16. versic. item & quartò quærit. & Io. Lupus in repe. rubr. de donat. inter vir. & vxo. §. 35. vbi ex hoc & aliis quibusdam dicit, quòd etiam inter Iudęos non valet donatio inter virum & vxorem, vti nec inter alios de iure communi, cùm ipsi legibus Romanis ligentur.

Priuilegiũ tacitæ hypotheca pro dote an habet locũ inter Iudaeos.

11 ¶ Quamuis tamen de eo quod diximus de priuilegio dotis (id enim obiter dicẽdum putamus, ne quis decipiatur) contrarium voluerunt And. Iser. in dicta constit. Siciliæ, si quis in posterum. Cy. & Nicol. in d. l. 1. ff. sol. mat. Ant. Caedi. Flor. & Pan. in dicto c. gaudemus: dicitque Pan. de hoc esse text. in authen. hoc priuilegium. C. de hære. vbi priuilegium dotium non his competit, qui catholicam communionem non participant. & Ias. in §. fuerat, char. penult. ver. antequam vlteriùs procedam, instit. de acti.

Iterum de priuilegio tacita hypotheca.

12 ¶ Sed & illud item quod tradunt Doc. quòd si conficiatur instrumentum inter Iudæos, debet obseruari solennitas iuris communis vel statuti siue consuetudinis loci, in quo conficitur. Ita enim voluit Bar. in l. si quis ex argentarus, col. 4. vers. primò dixi. ff. de eden. Ant. in procœmio Decretalium, col. 2. versic. sed nunquid vitiatur & in c. inter dilectos, col. 4. versi. & an si conficiatur, extrà de fid. instr. vt à multis ex illis locis citatur, quamuis id mihi dicere non videatur, tametsi de ea re loquitur. Fely. in c. 1. col. 2. versic. & ista consuetudo, eodem titu. Et item in testamentis Iudęorum, vt scilicet in eis debeant seruare solennitates consuetudinis loci, si quæ sint: sin minùs Iuris Ciuilis, non autem ritum eorum, respondit ex facto interrogatus Pau. Ca. consi. 377. ad primum videtur dicendum dispositioné, in 1. dubio, lib. 2. per d. l. Iudæi. C. de Iudæ. & consi. seq. instrumentum diuisionis, dicit quòd ab intestato succedunt secundum leges Romanorum. Sed & idem Pau. Ca. vt dicta eius in eam rem colligamus, cons. 90. visa quadam scriptura, dicit quòd in donationibus Iudęorum excedentibus quingentos aureos requiratur insinuatio.

In instrumentis Iudaeorũ obseruãdam esse solennitatem iuris communis aut consuetudinis loci.

In donationibus Iudaeorum insinuationẽ requiri.

13 ¶ Suntque in eam sententiam multa Bal. dicta. Is enim in l. 1. in lect. antiqua. ff. ad S C. Maced. scribit Iudæos fœnerantes filiisfa. æquè repelli ob huiusmodi S C. vt cæteros. Idem in auth. res quę, paulò ante fi. C. com. de success. tradit eam auth. habere locum inter Iudæos. Et ita intelligendam esse glo. in l. si verò. ff. de in rem vers. quòd pater tenetur dotare filiam Iudæam: nisi, inquit, & ipse Iudæus sit. & sequitur Ro. in l. 1. ff. sol. mat. Sed & idem Bal. con. 383. quæritur vtrùm signum, lib. 1. respondit beneficium inuentarij à iure communi concessum, Iudæis prodesse vt cęteris.

S C. Maced. habere locum in Iudaeis.

Statutū de offendente ciuē cōprehendis ciuē Iudaum.

Et securitas data alicui & suis sociis.

14 ¶ Idem in l.5.§.hæc verba.ff.de nego.gest.dicit statutum de offendente ciuem comprehendere Iudæum ciuem offensum. Nam & in simili securitas alicui data pro se & sociis, Iudæū socium compræhendit, Ange.in l.vtimur.ff.de sepul.viol.vbi id dicit fuisse iudicatum.& in l.1.ff.ad leg.Iul.maie.vt à multis citatur.& consi.incip.datus est saluus conductus,sed id non reperi.& Alex.d.con.75.col.2.lib.5.& d.consi.99.col.2.lib.6.& d.consil.13.col.2.lib.7. Bar.dicto consi.63.lib.4.Fely.in c.ego.Nicol.penul.versi.item infert,de iureiur.Phil.Deci.in d.c.1.col.11.versi.confirmatur hoc,de prob.& consi.51.cuius superscriptio incipit, de quodam saluo conductu,col.2.versi.vnde videmus.& Corset.in c.sedes,char.3.in 4.consideratione,de rescrip.& in c.cum M.Ferra.col.4.& 5.de const.vbi dicit se ex hac deci.lucratum fuisse vnam crateram argenteam,& in suis singu.in verbo,societas,le 1.& Cæsar Lamberti.in d.tract. de iure patro.vbi suprà col.1.Ex quo Bertha.in tract.Gabel.in 7.parte princ. q.17.scribit quòd Iudæus Anconitanus non tenetur soluere gabellam pro mercibus per eū delatis in portum Firmianum, in quo Anconitani sunt exempti à gabella: quia talis exemptio etiam Iudæos compræhendit. Et ita dicit etiam tenuisse Io.Bombellum in con.incip.viso consilio suprà scripto. & Prosperum in consi.incip.venditio introitus commercij,& iterum consi.incip.licèt bene subtiliter.

Iudæus iurat aduersus violentū & ipsum Iudæum. Non tamē cōtra Christianum.

15 ¶ Húcque spectat quod sing.consuluit Imo.consi.2.cuius hoc caput est,in casu ptn posito,q.l.si quando.C.vnde vi,quę admittit vi spoliatum ad iuramentum rerum sibi ablatarum,habet locum inter Iudęos,ita tamen vt contra Christianum eius in hoc iuramentum non admittatur.Nam cùm Iudęi in causa alterius non sint testes idonei contra Christianū,per l.quoniam multi.C.de hęr.& c.le.1.de Iudę.& no.in c.Iudęi,de testib.multò magis in causa propria recipi non debent,ar.no.per gl.in c.cùm in cunctis,ad prin.de elec.& no.in auth.multò magis.C.de sacro.eccl.Et ad confirmationem huius dicti Imo.vide quæ dicam inferiùs numer.26. verùm hæc quæ diximus.

Iudæus pater admittitur ad defēsionem.

Iudæus incidit in pœnas periurij.

16 ¶ Sed & huius gregis est quod traditum est à Barptole.Cepol.dicto consi.causarum crimin.75.patrem Iudæum admitti ad defensionem filij in causa capitali,sicuti & alios,ex no.in l.serui quoque.§.publicè.ff.de procura.& in l.penulti.§.ad crimen. ff. de publi.iudi.& sequitur Cæsar Lamber.vbi suprà col.2.nu.15. Et quod non obscurè pręsupponit Corne. consilio 107. viso themate & tenore, Iudæum qui venit contra contractum iuratum,incidere in pœnas.l.si quis maior.C.de transac.de quo tamen vide quod dicam infià nu.vicesimonono, in fi. Et q etiam tradit Fran.Ripa in l.fœminæ,num.3.C.de secun. nupti.dispositionem illius l. habere locum in Iudęa.per d.l.Iudæi.C.de Iudæ.

Iudæa an potest esse tutrix filiorum.

17 ¶ Et quod denique consuluit Bar.consil.decimoquinto, clementissimi, in 1.dubio, lib.1.Iudęam matrem posse esse tutricem filij,ex auth.matri & auię.C.quan.muli.tutel.offi.cùm Iudei vtantur legibus Romanorum. & allegat quędam ex his quę diximus. Imò verò fuerunt qui tenuerunt Iudęum posse esse tutorem Christiani,videlicet Raph.Fulgo.& Marti. Laud.in rub.ff.de iust.& iure.De quo videtur esse text.in l.spadonem.§.iam autem.ff.de excu.tut.

Iterum de matre Iudæa.

18 ¶ Sed quantùm ad primum de matre contrarium tenuit Angel. Aret.in § preterea, col. 25. versi.ex isto tex.Instit.de excepti.vbi dicit se ita Bononię consuluisse.& id expressè sentire Iac.Bel.in suo summario.§.ex his,licet,inquit quidā Doc.Bononię nō gustauerit, & fortasse intelligit de Barb.Quantùm autem ad secundum,quia multi dissentiunt,vide Ro.in l. pactū, col.4.versi.secundo induci potest,& ibi Corne.col.3.in sexta limitatione.C.de collati. Angel.Are.vbi suprà.Io.Ana.in rub.de Iudę.col.2.vers.nunquid autem Iudęus, Bertha.in tract.gabel.in tertia parte princ.in octaua quest.Soci.dicto con.70.ad fi.Fely.in c.cùm sit, in 1.no.de Iudę.& latissime Ias.in d.rub.ff.de iust.& iure.

In vniuersum Iudæos teneri legibus & statutis locorum.

Iudæi adulterium qua pœna vindicandū.

19 ¶ Et in vniuersum,quòd ius commune & statuta locorū ligent Iudęos in materia illis conueniente,tenent Pau.Eleaz.& Imo.in cle.1.de Iudeis.Laur.Rod.in c.consuluit,versic.146.de vsur.Domi.in c.1.§.vlti. eodem titu.libro sexto,& in c.ius Quiritum.1.di.Ro.consil.155.pręmissum laudum,in fi.Alex.dicto consil.75.col.2.versi.confirma etiam predicta,libro 2. Barb.dicto consi.63.libro quarto vbi eleganter consuluit adulterium Iudęi esse vindicandum pœna statuti eius loci,in quo commoratur:non mortis à lege Mosaica statutę.Soci.dicto consil.62.libro 1.& consilio 70.in presenti consultatione,columna prima, iunctis his quę scribit in capite eiusdem consi.eo.libro primo.Et aperte innuunt Pau.Cast.consilio 23.quia de defectibus,libro 2.Alex.consilio tertio,in causa & lite,libro secundo: & dicto consil.71.eodem libro secundo, & consilio 161. examinatis, per totum, eodem libro secundo dum causas quorundam Iudęorum definitionibus iuris communis & statutorum locorum, in quibus commorabantur,definiunt.

Iudæi cōcubitus cum Christiana qua pœna puniendus.

20 ¶ Sed & apertius id declarant qui dicunt Iudęum qui Christianam, aut aliam alterius religionis compresserit,non esse morte puniendum,secundùm legem Mosaicam, de qua Num.vicesimoquinto,& in c.nos si incompetentes.§.his ita responderur,le 2.secunda questi.7.& in cap.nos,25.q.5.sed aliter arbitrio iudicis,ex legibus vel statuto loci,si q sit. Ita enim voluit Oldra.consi.omnium postremo,qualiter puniatur Iudęus.Alex.d.cos.99.co.2.lib.6.& late consi.decimotertio,attentis his,per totum, libro septimo. Corne.consilio 114.licet primo aspectu,

col.vlt.lib.

col.vl.lib.1.Barb.d.conſ.63.lib.4.Soci.d.conſ.62.lib.1.Philip.Deci.in c.1.col.7.verſ.& aliàs dubitatum fuit,de conſti.in 1.lec. & in c.conſuluit.le 1.de appel.& Hippo.Marſil.d.conſil.101. col.5.verſ.ſed poſito,lib.2.D.Boët.deci.316.ſi quis volens, col.3.

21 ¶ Et vt ſpecialiùs loquamur de ſucceſsione.Sunt & qui in ea ſequendũ dicunt ſtatutum loci ſi quod ſit,aut ius commune:non etiam legem Moſaicam.Ita enim nuncupatim voluit Imo. conſi.omnium 1.in caſu pręmiſſo,ad fi. vterque Raph. Fulgo. & Co.in quodam conſ.prout illos allegat Corne.in l.maximum vitium,in fi.C.de liber.prætert.& conſ.210.in hac conſultatione.col.pen.lib.1.& conſ.115.quod eſt eodem initio,col.2.verſ.nam ius diuinum,libr.2. ſed illorum con.non reperi.In hac quoque ſententia fuit Io.Ana.in c.Iudæi,le 2.col.vl. de Iudæ. vbi ad hoc inter cętera allegat,tex.in §.1.in Authen.de Quæſtor. ibi,ciuitas noſtra populoſa in vrbis diuerſorum hominum:ex quo colligitur populares ciuitatis dici extraneos & aduenas illic cõmorantes,vt etiam per illum text.no.Bal.in d.l.3.§.hæc verba,in fi.ff.de neg.geſt. & in c.1.§.dominus verò,tit.de for.fidelt.vbi illum tex.ad hoc dicit ſing.Bal. licèt contrariũ ipſemet tenuerit in rub.C.qui accu.poſ.vbi dicit illũ tex. loqui in caſu ſpeciali. Idẽ quoq; voluit Corne.in d.l.maximum vitium,in fi.Alex.d.conſi.99.col.1.verſ.ſed præmiſsis non ob.lib. 6. & d.conſ.13.lib.7.Geor.Nat.in repe.c.quanuis,in 11.chart.verſ.23.quęro,de pactis,lib.6.Soci. d.conſ.62.lib.1.Carolus Rui.cõſi.159.ſuper,col.vlt.nu.13.lib.5.Benedic.in repe.c. Raynutius, in verbo,duas habens filias,nu.139.de te[illegible].Hippo.Marſ.d.conſ.101.col.vlt.vbi & ex hoc dicit poſt alios,ſtatuta excludentia fœminas exiſtentibus maſculis,habere locũ in Iudæis.Quibus adde quod ſcribunt Pet.à Bel.Pert.& Cy.in l.celebrandis.C.de nupt. natus ex duobus conſobrinis inter Iudæos non ſuccedere parentibus. Nam Iudæi (inquiunt) debent contrahere ſecundùm ritum Romanorum.l.Iudæorum. C.de Iudæis.

In ſucceſſionibus Iudæorũ ſtatuta locorum eſſe ſeruanda, ſi qua ſint ſin minus,ius cõmune.

Statuta repellentia fœminas exiſtẽtibus maſculis habẽt locum in Iudæis.

22 ¶ Alij tenent legem Moſaicam eſſe ſeruandam in ſucceſsionibus Iudæorum , vtpote quæ ſit eorum priuata lex,quæ derogat iuri communi,ſicuti ſtatuta ciuitatum.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure,& l.de quibus.ff.de legib.quemadmodum & ſpecies generi,capit.generi, de regul.iur.libr.6.cum ſi.Et quia etiam ſuis legibus à Romanis ſunt relicti.l.in ſynagoga,ibi,Iudaicæ legis,& in l.Iudęos,ibi,ritus ſuos,& ibi,amiſſuri permiſſa hactenus.C.de Iudæ. Vnde in c.omnia,in fi.12.di.Iudęi non humanis conſtitutionibus, ſed diuinis & veteris teſtamenti ſubiiciũtur,ſicuti & per illũ text.no.gl.in c.vlt.8.di. Et facit etiam text.in c.qui ſyncera, verſ. Iudęi.45.di.& in c.non ſatis,34.q.2.& in c.1.35.q.1.vbi & gloſ.in verbo, peruenit, colligit Iudęos non ligari canonibus,ſicuti & hoc comprobat illud Euangelicum Ioan.decimooctauo à Pilato pronunciatum,qui vices imperatoris gerebat,Accipite eum vos,& ſecundùm legem veſtram iudicate.Et quod poſtea cap.ſeq.à Iudæis dictum,Nos legem habemus,& ſecũdùm legem noſtram debet mori.Nam & ſcriptum fuerat Nume.27.Erit hoc ſanctum filiis Iſraël lege perpetua. Et facit etiam tex.in dicto c.gaudemus,& in c.vlt.cum gl.de diuor. & in c. de infidelibus,etiam cum glo.de cõſan.& affini.& c.vlt.qui filii ſunt legi.Neq; obſtat,inquiunt, dicta l.Iudęi.C.eod.tit.& ſimilia iura,quia intelliguntur,cùm eſt contentio inter Iudęum & Chriſtianum. vel etiam inter eos tantùm in caſu quo nihil diſponit lex Moſaica:aut ſi diſponit,tamen ea eſt legibus Romanorum expreſſe reprobata.

Alia opin. Legẽ Moſaicam in ſucceſſionibus Iudæorum ſeruãdam.

23 ¶ Et ita,nuncupatim in materia ſucceſsionum conſuluit Io.Calder.con.30.ſub tit.de teſtam. quod eſt omnium con.459.incip.an ſi Iudęus.dicitur etiam conſuluiſſe Saly.in quodam con. incip.Mathesias Hebræus ciuis Peruſinus:& illi conſ.ſubſcripſiſſe Fran.Rãpo.Gaſpa. Cald. & Io.à Fantu.Idem quoque ferunt conſuluiſſe Pet.Anc.con.incip.deceſsit Iudæus ab inteſtato.& ei quoque ſubſcripſiſſe Iac.à Saly.quod tamen conſ.non reperi inter con.ipſius Anc.Sed & idem tenuit Flo.in d.l.maximum vitiũ.C.de libe.prætert. vbi & ita ſe conſuluiſſe teſtatur cum Pet.Anc.Raph. Fulgo.Gaſpa. Calde.& Imo. in cauſa 30. milium ducatorum , & ipſius conſ.reperitur hoc capite,dubitari dicitur mortuo Hebręo.cui etiam ſubſcripſit ipſe Imo.hoc initio.viſis quæ ſuperiùs conſulta.Idem prætereà tenuit Io.Calder.conſ.30. an ſi Iudęus, tit. de teſta.Alex.in l.4.col.8.verſ.circa tertiam partem, & ibi quoq; Iaſon col.6.verſ.quid autem ſit de lege Moſaica.ff.ſi cert.pet.Corn.conſ.127.viſo ſupradicto themate, col.vlt. ver. & hoc etiam reperitur,lib.1.& d.conſ.210.col.pen.verſ.quod ſaltem videtur dicendum, eo. libr.1. & conſ.13.ad huius conſultationis euidentiam,col.4.lib.2.& d. conſ.115.col.2.lib. 2. & conſ.150. circa pręſentem conſultationem.col.2.verſ.licèt igitur fiat.eo.libr.2.& conſ.172. in conſiliis, col. 2.verſ.nam quando ſtatuta,eo.li.2.& conſ.180.in hac conſultatione,col.vlt. verſ.ſed addo vſq; ad fi.conſ.eod.lib.2.& conſ.125.licèt breue ſit,col.2.verſ.poteſt etiam lib.3.& conſ. 323.in præſenti.col.3.verſ.& ita aliàs,eo.lib.3.Barb.d.conſ.15.col.1.lib.1.Card.Alex.in c. de infidelibus,in 4.no.de conſan.& affi.Iaſ.in l.qui ſe patris,col.4.verſ.& nota quòd inter Iudæos.C.vnde lib.Fely.in c.j.col.10.verſ.fallit.5.de conſti.& in c.Iudæi.le 2.col.2. verſ.extra gloſſ.de Iudęis. Lautus à Palaciis in tract.ſtatutorum fœminas excludẽtium,col.antep. Io.Campeg.in tract. eiuſdem tit.q.36.an prędictum ſtatutum,& iterum q.60.eadémq; vlt.Rochus Curt.in repe. c.vlt.char.37.verſ.15.quęro,de conſue.Tho.Ferrari.in tract.Cautel. c.24. & nouiſsimè Vigilius Zuichemus in §.ſed hęc,in gl.4.in fi.Inſtit.de exher.libe.

Qui tenẽt.

Et aliàs semper.

24 ¶ Nec in successionibus tantùm, sed & semper aliàs, vbi lex Mosaica reperitur quicquam statuisse, eam inter Iudæos imprimis seruandam esse censuerunt præter illos. Bal. cons. 316. quia sæpe reuocatur, lib. j. cui subscripserũt Io. Ligna. Gaspa. Calde. Io. Fantu. & alij præclari Doc. Calde. cons. 10. incip. lex Mosaica. tit. de constit. & vt à plerisque citatur, licet non reperi, cõs. 21. factum super quo consilium petitur tale supponitur, Mathesias, eo. tit. & cons. 2. consuetudo quæ habet, tit. de consuet. Saly. loquens de gradibus prohibitis in matrimonio, in d. l. vlt. ff. de rit. nup. Pet. Anc. cons. 271. de titulis criminũ, col. 2. Flori. in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel ali. iuris. Corn. cons. 65. licèt in hac consultatione, col. 2. versic. insuper dicta prima, & multis seq. lib. 2. Alex. cons. 2. visis dubitationibus, col. vlt. lib. 2. & cons. 6. super præmissa dubitatione, col. j. & seq. lib. 6. Barb. cons. 63. illud in medium referam col. 3. vers. quinimo consideret, vsque ad si cons. lib. 2. Soci. in d. l. j. col. 5. vers. ad supradicta. ff. si cert. pet. Ioan. Campez. in suo tractat. de dote, q. totius operis vlt. vbi ita dicit fuisse seruatũ Mantuæ, in ardua quæstione, anno 1461. & Lud. Gozad. cons. 24. quæritur an Dauid, col. 3. nu. 10. & Rochus Curt. in repe. d. c. vlt. in 15. quæst. de consuet. secundum id intelligens quod suprà diximus in prin. vt scilicet ius commune vel statuta loci apud Iudæos sint seruanda, in quibus casibus lex Mosaica specialiter non prouiderit.

Puniũtur Iudæi si quicquam cõmiserint aduersus vetus testamentum.

25 ¶ Et in hanc partem videntur inclinare Inno. Hosti. Io. And. Panor. & cæteri In c. quod super his, de voto, dum dicunt, quòd si Iudæi quicquam commiserint contra vetus testamentum, potest eos papa punire. & sequitur Fran. Are. qui hanc rem latè disputat cons. 158. copiosè. in j. dubio. Et similiter ij qui dicunt Iudæos inter se debere obseruare prohibitiones matrimoniales legis Mosaicæ, non legis Ciuilis, vel Canonicæ. Item Hosti. in summa de Iudæis. §. in quibus tollerentur, vers. sed addit lex. Io. And. Panor. & alij in c. litteras, de resti. spoli. Archi. in c. peruenit. 30. q. j. vbi ex hoc dicit, quòd ideo Iudæi licitè contrahunt matrimonia cum suis commatribus. Alberi. in rub. C. de Iudæ. in prin. Bald. cons. 428. in quæsito, lib. 5. vbi dicit Iudæum non esse puniendum, ob id quòd nullo libello repudij aliã vxorem viuente prima duxerit, ex lege Mosaica. Panor. in d. c. de infidelibus, in j. no. per illum tex. de cõsan. & affi. Flori. in d. l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. & Barb. cons. 13. illud in medium, lib. 4. & Philip. Deci. in l. conditioni, in 2. no. C. de insti. & substi.

Iudæi in suis matrimoniis legẽ Mosaicã obseruãt

26 ¶ Quanquam contrarium tenuerunt Pet. à Bel. Pert. & Cy. in l. celebrandis. C. de nupt. Saly. & Raph. Fulg. in l. nemo, la j. C. de Iudæ. & Imo. cons. 3. illud in dubiũ reuocatur. Ex quibus Pet. vbi suprà, dicit quòd nisi Iudæi contrahant matrimonium secundùm ritum nostrum, liberi eorũ non eis succedunt. Et omnes quidem propè, per tex. in d. l. nemo, quæ ad id videtur expressa, nisi dicas eam tantùm intelligi in vno casu, videlicet ne Iudæus duas simul vxores habeat, vt etiam dicas secũdùm Host. vbi suprà, quòd lex Ciuilis id prohibet, sed Canonica permittit, per d. c. de infidelibus, & c. gaudemus, in prin. de diuor. vbi est etiam text. expressus.

Iudæus mittit libellum repudij, & aliã vxorẽ ducit.

Quis tenẽt Iudæos in matrimoniis sequi leges nostras.

27 ¶ Hinc manare videri potest, vt iuramentum Iudæi non confirmet contractus, pacta, & renunciationes, quæ aliàs per iuramentum confirmantur. vt in casu c. quanuis, de pactis, li. 6. ex quo confirmatur pactum de non succedendo, si iuramentum interuenerit, voluit Philip. Corn. in l. pactum quod dotali, colum. 2. versi. sextò limita. C. de collan. & cons. 37. in hac cõsultatione, colum. . versic. & licèt iuramentum, libr. 3. & D. Benedic. in repe. c. Raynutius, in verbo, duas habens filias, nu. 289. de testa. qui quidem innituntur authoritate eorum quos in seq. versi. citabimus.

An iuramẽtum Iudæorum confirmet suos contractus.

28 ¶ Nam & plurimi dicunt in casu auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. etiam nõ confirmari contractum iuratum inter Iudæos, sicut à multis dicitur voluisse Bal. in c. j. §. item sacramenta puberum, col. 3. vers. quæro nunquid ista. & ibi Matth. Afflic. in gl. 4. col. 5. num. 63. tit. de pace iur. fir. & hauddubiè voluit Ro. d. cons. 155. in fin. Pau. Ca. cons. 90. visa quadã scriptura, col. 2. lib. 2. Maria. Soc. cons. 65. circa primam quæstionem, col. pe. vers. postremò quòd iuramentum, vbi hoc dicit sing. & Bart. ipsius filius cons. seq. frustra plenitudini, col. antep. vers. secundus effectus, & col. seq. vers. postremò hæc omnia, & cons. 119. præsupponitur, col. 6. vers. & in simili, lib. 4. Corn. d. cons. 37. col. 3. vers. & iuramentum Iudæorum, lib. 3. vbi generaliter dicit contractus nullos & inualidos non confirmari iuramento Iudæorum. & Philip. Dec. in d. c. j. in 2. lec. col. 4. vers. infertur etiam, de constit. Carol. Rui. cons. 159. super eo, col. 3. nu. 9. & 10. lib. 5. Ant. Corse. in repe. c. grandi, col. 18. de supplen. negli. prælat. lib. 6.

De eadẽ re.

29 ¶ Verùm hæc quæ diximus de confirmatione huiusmodi contractuum, non sunt omnino indubitata. Nam de his admodum dubitat Io. Ana. qui nil audet asserere, in c. vlt. col. 3. vers. vltimò quæritur, & seq. de Iudæis. & similiter Steph. Bertrã. cons. 10. ponitur in facto quod dudũ, nu. 5. lib. 2. Et non obscurè videtur contrarium voluisse Bal. quicquid illi dixerint, in d. §. itẽ sacramenta, dum postea quæ dicit pro priori op. confestim subiungit, vel dic contrà. quia arctat eos imperator, vt hic. & l. quoniam. C. de hæret. & ita illũ intelligit Iac. Alua. ibi. Et id quoq; apertissimè voluit Imo. d. cons. j. col. 3. vers. item non videtur, iunctis his quæ dixerat col. 2. vers. itẽ quintò dici potest. Ro. sibi contrarius in d. l. pactũ, col. 4. ver. secundò inquantũ. & ibi latè Philip. Deci. col. 4. vers. nonò limitatur. C. de collati. & idem Ro. in l. qui superstitis. ff. de acq.

De eadẽ re.

ff.de acq.hære.Io.Ana.in c.vlt.in fi.de Iudæis,Corn.sibi contrarius,cons.45.duo principaliter,col.2.vers.nam ex quo,lib.j.Barb.d.cons.15.col.2.vers.& si dicat quispiam, lib.2.& Fran. Curt.Senior in repe.d auth.sacramenta,col.pe.vers.octauò limitatur.& Steph.Bertran.cōs. 233.ponitur in facto quod pridem,col.2.vers.nec opponat aliquis, libr.j. Et facit quòd Iudęi debent iurare de calumnia vt cęteri,vt expreßè dicit Specul.tit.de iura.calum.§.testat,vers. sed pone Iudęus.& Pet.Anc.in c.2.col.j.ver.nunquid autem Iudęus,eo.tit.libr.6. Facit etiam quod ex Imo.diximus suprà nu.14.hucque spectat. *Iudæi iurant de calumnia.*

30 ¶ Verùm si prior sententia vera sit,tamen ex alio fonte deriuari videretur,quàm quòd ius cōmune Ro.non sit seruandum à Iudęis.Nempe quòd in his quę concernunt vinculum animę, cuiusmodi sunt illi casus,non comprehenduntur Iudęi,vt dicit gl.in c.sępe.28.q.j. quam sequuntur omnes vbique,vtpote qui sunt extra ecclesiam, nec ad nos quicquam attinet de his qui foris sunt iudicare,vt dictum est à Diuo Paulo.j.ad Corinthi.5.c.& repetitur in d.c. gaudemus,de diuorti.& in c.multi.2.q.j. *Iudæi non comprehenduntur in his quæ respiciūt vinculum animæ.*

31 ¶ Qua etiam ratione tenent multi.c.quanquam,de vsur.& alia huiusmodi iura de vsuris loquentia,non procedere in Iudæis, videlicet Pe.Anc.in c.ea quæ fiunt,col.15.in 6.qu.de regu. iur.lib.6.vbi idē dicit de iuramentis,decimis, & aliis id genus vinculum animæ respicientibus.Flor.in l.vlt.C.de Iudæis,Io.Ana.in c.super his,col.j.de Iudæis.Fran. Are. cons.157.copiosè,col.3.vers.& per hæc & ferè per totū.Soc.d.cons.70.col.vlt.lib.1.Io.Bapt.Sanseueri.cōs. seq.cor mundum &c.super quęstione.Alex.etiam conseq. super præmissa, quod & ponitur in lib.6.cons.eiusdem con.item 6.Idē Soc.cons.119.præsupponitur,col.6.vers.vndecimò clarum est,lib.4.De quo tamen dubitat Philip.Dec.in d.c.j.de constit.in 2.lec.& apertè contrarium tenuit idē Dec.in c.j.col.13.vers.circa primam quæst.cum multis seq.de probati.& in l. j.col.4.vers.& circa dispositionem.C.de eden.& in d.l.pactum,vbi suprà.C.de collati.& ante eum Domi.in c.j.in fi.de vsur.lib.6.& ante vtrunque gl.in cle.j.in verbo, censura: & rursum in verbo,hæreticum,& ibi Card.Flor.in 8.quæsti.Imo.& Panor.eo.tit.& Bal.in l.j §.rationes in fi.ff.de eden. *Iura loquētia de vsuris non cōprehendūt Iudæos.*

32 ¶ Eadem quoque ratione respondit Pau.Ca.d.cons.90.lib.2.quòd si aliàs iuramentum haberet eam vim vt faciat valere donationem excedentē quingentos aureos sine insinuatione, vt multi existimant,quos tibi latè congeßi in repe.l.si vnquam,in prin.nu.138.& quamuis legibus.C.de reuo.donati.Id tamen non procederet in donatione Iudæorum.Similitérq; Ro.d. cons.155.in fi.tenet non obligari Iudæum ex iuramento apposito in compromisso. Et Matia. d.cons.65.col.pe.quòd donatio inter virum & vxorē quæ,vt iam diximus suprà nu.9.& illud non valet etiam inter Iudæos, non confirmatur iuramento eorum, licèt inter Christianos confirmetur.Et Steph.Bertran.cons.340.etiam si pro obseruantia,in fi.lib.2.Iudæos super cōtractu iurantes non teneri pœnis.l.si quis maior.C.de transac.contra quod dixi ex sententia Corn.suprà nu.15. *Iuramentū Iudæorum non tollit insinuationē donationis.* *Donatio inter vir. & vxo.non cōfirmatur iuramento inter Iudæos.*

33 ¶ His accedit quod tradit Archi.in c.si quis suadente.17.q.4.Iudæos non teneri ea constitutione,per d.c.gaudemus,& sequitur Collec.in cap.in audientia,extrà de sen.excō. Quódque respondit Bal.con.110.statuto cauetur quòd nullus artifex,libr.4.quòd statutum prohibens artifices in certis festis artem exercere,non cōprehendit Iudæos,qui ad dies festos legis Mosaicæ tantùm tenentur.De quo tu vide Bertha.in tract.gabel.parte 7.q.17.vbi erranter allegat Fed.Senen.pro Bal.nisi Fed.aliud simile con.fecerit eiusdem initij, quod tamen non reperitur inter ipsius con. *Iudæos non teneri.c.si quis suadēte.*

34 ¶ Ex his autem omnibus potes concludere,legem Mosaicam disponērem de succeßione primogenitorum obtinere inter Iudęos,sicuti & alias leges Mosaicas:nisi si quid nostris legibus fuerit expreßum de Iudæis constitutum,vt in casibus annotatis per Archi.in c.pagani.2.q.7. At vbi deficit lex Mosaica,tunc debent seruari statuta loci,in quo morantur,si quæ sint: aut si desint,ius commune,in his quæ ad Iudæos,vt ad cæteros,adaptari possunt:siue ea sint fauorabilia,siue odiosa, vt constat ex multis quæ adduximus, licèt de fauorabilibus dubitauerit Soc.d.cons.62.in 3.dubio,lib.j. *Principalis quæstionis decisio.*

35 ¶ Et hæc vera esse arbitror,quò ad casum nostrum attinet,siue omnes filij eius Iudæi,de cuius succeßione tractatur,sint & ipsi Iudęi,siue Christiani, siue primogenitus tantùm Christianus,siue è diuerso cęteri tantùm.Nam cùm differimus de succeßione aliquorum certę cuiusdam conditionis, status,aut qualitatis, eius tantùm conditio, status, qualitas inspicitur, de cuius succeßione quęritur:nisi aliud de hæredibus disponitur. Verbi gratia,ex statuto vel cōsuetudine aliter in succeßionibus nobilium,aliter plebeiorum succeditur. Illud tātùm quęritur,an defunctus erat nobilis,an verò plebeius.nec refert sint hęredes nobiles nécne,vt tractanimus in §.8.tit.de succeßionibus,consuetudi.Pictaui.vbi nobilis succedit plebeio, tanquam inter plebeios:& econtrario. *Et quid si defunctus erat Iudæus,sed filij aut quidam ex iis christiani.*

36 ¶ Et hoc quoque de iure communi probatur per not.in simili per Imo.in c. quod clericis,de foro compet.dum quęrit an statutum pręferens mares fœminis in succeßionibus, habeat locum in succeßione clericorum.& Signo, Homo.consili.166.incip. quęstio disputanda, *De eadē re.*

col.3.

col.3.verf.fed fi tu ponis ipfum,vbi differens an & quando ftatuta fuper fucceſsionibus facta trabantur ad forenfes habentes bona in loco ftatuti:dicit infpiciendum effe locum eius, de cuius fucceſsione difputatur,non hæredis.per multa iura quæ illic allegat.

De eadē re.

37 ¶ Nam aliàs femper in fucceſsionibus,vbi funt diuerfa ftatuta,ea tantùm refpicimus,quę cõcernunt aut perfonam defuncti,aut bona ipfius:nunquam autem ea quæ ad hæredes tantùm pertinent.Nifi,vt quibufdam placuit,ftatuta in perfonam hæredũ difponãt:quo etiam cafu, fi is de cuius fucceſsione agitur, fubfit ftatuto quod præfert primogenitum vel origine. vel domicilio,vel aliàs,infpicitur ftatutum eius loci,quantùm ad bona ibi fita,vt pleniſsimè no. per omnes in l.j.C.de facro. eccle.& latiſsimè difputauimus fuprà q.46. At in cafu noftro Iudęus mortuus fubeft ftatuto legis Mofaicæ quæ pręfert primogenitum, quæ quidem lex vtpote vniuerfalis,quantùm ad bona Iudæorum,ad omnia bona extenditur vbicunque fint fita,non infpectis ftatutis locorum,aut iure communi,vt fuprà diximus.Igitur reliquum eft, vt lex defuncti,non hęredum fit infpicienda.

De eadē re.

38 ¶ Prætereà aut primogenitus eft Chriftianus,& hoc cafu hauddubiè potitur priuilegio legis Mofaicæ vt etiam fatentur qui de hac re fcripferunt.Aut verò eft Iudæus,ficuti pater & fecũdogenitus Chriftianus:& tunc cùm lex Mofaica iniecerit vinculum ante religionem Chriftianam ab ifto affumptam:confequens eft vt ea quoque poftea locum habeat , vt in fimili voluit Io.An.in regula,fine culpa,in vlt.q.de regul.iur.lib.6.cum multis concord.quos videre poteris fuprà in 43.quæfti.q. priu.

De eadē re.

39 ¶ Deinde ius Primogenituræ etiã viuente patre eft in rerum natura productum,ita vt eo priuari ne à patre quidẽ poſsit,vt latè oftendimus fuprà q.21.& alibi fæpe.Id'q, maximè procedit in eo iure delato à lege Mofaica,vt quod maxima ex parte iam in vita patris primogenito competit,vt patet ex his quæ diximus fuprà in præfatione,nu.12.fed vt de antiquioribus. Igitur cùm huiufmodi ius cùm primũ natus eft primogenitus,in eius perfona iam radices egerit,fitq; ideò ftabilitum,firmatum,quæfitum vt etiam ex multis apparet,quæ diximus in 40. q.cùm in multis locis,tum in 24. ratione pro nepote, atque etiam in vlt.& in refponfione 6. rationis pro patruo.& adfirmat Alex.conf.vifa facti narratione,col.4.ver.nam ius primogenituræ.libr.2.per no.in c.quàm periculofum.7.q.j. Quis feret primogenitum hunc fuo iure priuari fine fuo facto,contra l.id quod noftrum eft.ff.de regul.iur.cum fi.

De eadē re.

40 ¶ Adhæc fi hoc dicamus,facilè fiet fraus legi Mofaicæ , cui & pater & filij primùm fubditi funt.Nam fecundogenitus,vt æqualiter cũ primogenito fuccedat,& ita fraudem legi faciat, quæ huiufmodi ius defert primogenito,fefe fimulatè quidẽ & nõ ex animo noftræ religioni & fidei mancipabit:quod ferendum non eft.Sicuti nec quòd Iudæus Chriftianus factus nõ puniatur ex delicto antè perpetrato,vt multi voluerunt, hanc inter cæteras fraudis præfumptionem adferentes.de quo latè per omnes in c.gaudemus,de diuort.cum multis concord.à me congeftis in commentariis Confuet.Picta.tit.j.§.3.in 25.caufa minuendæ pœnę. Et facit text.in l.j.C.de his qui ad eccle.confu.& no.per Bar.& alios in l.3.ff.de pœnis , in illa q. de eo qui fe clericum fecit poft perpetratum delictum:cum concord.ibi adductis per ipfum Bart. & alios recentiores.

De eadē re.

41 ¶ Poftremò ita fenfiffe videntur recentiores in d.c.Iudæi.le 2. de Iudæ. fi non ofcitanter rem ipfam expendamus.Nam primum is tex.innuit,& etiam ex eo no. Io. An.& Panor.ibi, & glo. in c.Iudæorum.28.q.j.quòd Iudæi baptifati non perdunt ius agnationis, ideóq; debent fuccedere parentibus aliifque confanguineis,perinde ac fi Iudęi permanfiffent. Hincque occafione fumpta quærit Io. Ana.an feruandũ fit in huiufmodi Iudęorum fucceſsione ftatutum loci,in quo morãtur,quod repellit fœminas ftantibus mafculis:ficuti & itidem facit lex Mofaica,Numer.27.& concludit ꝙ fic.Fely.autem in ibi multorũ authoritate fuffultus contendit legem Mofaicam non in ea tantùm fpecie,fed & aliàs femper in huiufmodi fucceſsionibus obtinere.Attẽde igitur primũ cafum illius c.nimirũ loquentis de Iudęo baptifato,deinde quid inde fubinferãt Doc.filium videlicet Iudęi baptifatum fuccedere patri. Poftremò quid in ea re fcifcitantur,an fcilicet fit feruãda lex Mofaica in huiufmodi fucceſsionibus,quod fatentur. Et non dubitabis,vt reor,quin fenferint id procedere in cafu c. ex quo ea quęftio veluti deriuata eft,pręfertim cùm aliud in eo ipfo cafu expreſsim non dixerint.

Iudæi an arceantur dignitatibus.

42 ¶ Vnum eft autem quod Iudęorũ filios iure primogenitutę poffet videri arcere,quoniã fcilicet primogenitura eft dignitas,vt dicit gl.in c.quàm periculofum.7.q.1.& omnes qui de ea loquuntur.Dignitatis autẽ & honoris prorfus expertes Iudęos pronunciat.l.vlt.& ibi Doc. C.de Iudę.& c.nulla.54.di.Ideo nec iudex effe poteft gl.in §.1.& ibi Doc.in Auth.iufiu.quod pręfta.ab his.Nec doct.Bar.in d.l.vlt.C.de Iudę. & in l.generaliter.§.vlt. ff.de Decur. & in l. oẽs.la 2.C.de Decur.& in proœ.C.§.hęc quę neceffariò.col.3.verf.quęro circa hęc.Angel.in d.§.1.in auth.iufiur.quod pręft.ab his col.2.Pau.in c.cũ fit,in 1.no.ex.de Iudę.Nec aduocatus Bar.in l.vl.C.de poft.& alibi quoque diximus.Quibus nihil officit l.generaliter.§.vlt.ff. De Decur.quę ad honores admittit,qui Iudaicam fuperftitionem fequuntur.Quoniam non de Iudęis intelligitur,fed Chriftianis,qui in Iudęa primùm fuerãt:Ideóq; Iudaicã fuperftitione fequi

sequi dicuntur à Iurecconsulto, vt eruditè, eleganter, & copiosè ostendit And. Alcia. li. dispunctionum 3. c. 8. & in l. quidam ignauiæ. C. de Decurio. li. 10. vt interim omittam quid super ea scripserint gl. & Bar. & idem Bar. in d. l. omnes.

43 ¶ Sed hic obex nihil hic obesse potest, Quoniam & d. l. vlt. C. de Iudæ. intelligitur de dignitatibus publicis, non autē priuatis, vt apertè probat ratio illius quę huiusmodi est. Ne acquisiti sibi officij auctoritate muniti aduersus Christianos &c. vt bellè expendit Iason in rub. ff. de iust. & iure, col. 2. vers. contra Bart. & ante eum Albert. post Iac. Ra. quos tamen non citat in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. At ius hoc si dignitas sit, ea prorsus priuata est, non publica, vt palam est omnibus.

Et quibus.

SEXAGESIMASEPTIMA QVAESTIO.

1 Sexagesimoseptimo quæro, Quia suprà dictum est in 6. q. nu. 10. hanc partem, posse emphyteusim ita concedi, vt solus emphyteutæ primogenitus succedat. Quid si fuerit concessa emphyteusis aut feudū duobus fratribus, ea lege, vt filius maior natu alterutrius solus succedat: an tunc primogenitus vtriusque succedat, an alterius tantùm, qui videlicet maior erit ætate? Quæ res minimè erit obscura iis, qui latinitatem intelligunt: nec eam huc adscripsissem, nisi comperissem Soci. virum summæ eruditionis in legibus bis in hac re veluti quadantenus dubia consuluisse. Is enim primùm cons. 87. viso inuestitura feudi, col. 3. vers. circa secundum deinde, & seq. con. li. 3. concludit, re non aliàs concertata, solùm eum succedere, qui ex duorum fratrum liberis est omnium maximus natu. Hanc enim esse illius dictionis alterutrius significationem, vt vnum tantùm includat, per l. si ex toto. §. 1. & ibi Bar. Angel. & Paul. Castr. ff. de lega. 1. & in §. sed si ab alterutro vestrum, Instit. de rer. diui. & clariùs in c. cùm contingat, de rescrip.

Si concessa sit emphyteusis duobus fratribus ea lege vt primogenitus alterius succedat.

An primogenitus alterius an vtriusque succedet.

2 ¶ Item & hoc quoque indicare verba illa maior natu, quæ vni tantùm conueniunt per l. qui duos, in prin. ff. de reb. dub. Prætereà & hoc adstruit intentio concedentis, ne contingat feudum per diuisiones diminui, iuxta no. in c. prætereà ducatus, tit. de prohi. feu. ali. per Fed. & in c. licet, de voto. Adhæc si concedens voluisset duos succedere, ita expressisset, ar. l. 1. §. sin autē ad desinentis. C. de cad. tol. Deniq; dictio, solus, de vno tātùm intelligitur, cùm sit taxatiua, & aliorum exclusiua. l. aduersus. C. si aduer. rem iudi. & l. his solis. C. de reuo. dona. & c. quæ sunt, de verbo. signi. cum si. Hæc fermè Soci. quem & satis sequi videtur dum illum simpliciter allegat Alcia. inter con. Hiero. Grat. con. 8. verba priuilegij, ad fi. li. 1. Quibus & ego assentior propter naturam dictionis alterutrius, nisi aliter constaret de intentione concedentis ex aliis verbis præcedentibus aut sequentibus.

Dictio alterutrius.

De cadēre.

Solus dictio

SEXAGESIMAOCTAVA QVAESTIO.

1 Sexagesimooctauo quæro, Quid si maritus & vxor maioricatum (vt appellant Hispani) constituerint, id est, bona quædam communia ita coniunxerint, vt in iis solus eorum primogenitus succedat. An poterit alter coniugum sine alio huiusmodi maioricatum reuocare quantùm ad suam partem, quam videlicet habet in iis rebus communibus, pertinet, inuito aut inscio altero. An verò & vterque simul id possiunt facere? Et primum quidem videtur vtunque, aut etiam alterum posse id reuocare. Nam huiusmodi constitutio maioricatus censetur habere vim supremi iudicij. l. si filia. §. si pater. ff. fami. hercis.

An alter coniugum sine altero possit reuocare maioricatum quē simul cōstituerunt.

2 ¶ Est autem natura supremi iudicij mutabis, sicut etiam testamentum mutabile vsque ad postremum vitæ exitum. l. 4. ff. de adi. leg. & optimus rex. loquens de voluntate non testamentaria quidem illa, sed quę vim etiā habet postremi iudicij, in l. vlt. ibi. si donec vixerit, in eadē permanserit voluntate. C. de pact. Et quòd huiusmodi voluntates etiam citra testamentum sint mutabiles, consuluit Oldra. in simili fermè casu, consi. 231. vt eius de quo quæritur, post prin. Nec dubium est, si duo simul testamentum suum confecerint, posse alterum, quantùm ad se pertinet, illud testamentum reuocare, velit nolit alter.

Postremū iudiciū etiā extra testamentum.

Testamentū factum authoritate principis potest ee inscio reuocari.

3 ¶ Nec id impedit principis authoritas. Quando & testamentum factum consentiente aut authoritatem accommodante principe, reuocari tamen potest inscio principe, per l. omnium. vbi & hoc no. Bar. Bal. & alij. C. de testa. Quod & trahit Barto. & post eum Saly. Raph. Pau. Ca. & cæteri recentiores, distinguentes tamen, in arg. posse statuentes solos reuocare statutū ab iis factum de consensu principis, ab ipso confirmatum. De quo & per eundem Bart. in l. omnes populi, in 3. q. quartæ q. prin. vers. iuxta prædicta quæro. ff. de iust. & iur. & Panor. in c. accessissent, col. pe. & ibi Fel. in 3. no. de cōst. cū cōcord. vtrobiq; adductis per ipsos recētiores.

Filiusfam. pōt solus reuocare donationē causa mortis à se factam cū consensu patris.

4 ¶ Et hoc quoque videmus, quòd si filiusfa. rem suam cum consensu patris (is enim requiritur) donauerit causa mortis, potest ipse filius patre inconsulto huiusmodi donationem reuocare, vt constat ex no. per Dy. Cy. Saly. & alios in leg. nec fratris. C. de dona. causa. mor. & per Bar. in l. 2. §. t. in 4. q. ff. de donat. Raph. Fulgo. & Corne. in l. seruum. C. qui testa. face. pos. & alibi plenè disseruimus in tract. de Legib. Connubialib. & iure maritali, in gl. 3. in verbo, *contracter*. in 6. quęst.

5 ¶ Nec huic quoque obstare videtur quòd vir & vxor simul eodem supremo iudicio vel testamēto id disposuerint, quia nihilo secius censentur esse duo suprema iudicia siue testamēta,

Testamentū à duobus

scilicet

Vno contextu factum censentur esse duo testamenta. Si vir & uxor simul testamentum suum fecerint uno mortuo, alter quantum ad se, potest renouare.

scilicet alterum viri, alterũ vxoris. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inof. testa. & quod no. gl. in l. patris & filij. ff. de vulg. & pupil. Vt etiam de pluribus simul contrahentibus dicitur in l. eò quod à multis. C. si cer. pet. Ita vt si alter eorum decesserit, & confirmatum fuerit ad iudicium respectu ipsius, alter tamen quantùm ad se pertinet, poterit reuocare huiusmodi supremum iudicium, ac si ipse solus testatus fuisset, vt ex facto consuluit Steph. Bertran. con. 329. ponitur in facto quòd nobilis, in 1. dubio, lib. 1. Nam & aliàs reperta esset via qua quis se ita astringeret, vt non posset reuocare suum testamentum, ita scilicet testando simul cum altero: quod tamen fieri non potest. l. si quis in principio testamenti. & ibi no. ff. de leg. 3 & l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. & l. cùm donatione. C. de transac.

Contra supradicta.

6 ¶ Contrariũ tamen in hac specie nostræ quæstionis consuluit Ludo. Bolog. con. 62. incip. cor mundum &c. viso igitur pũcto, in 1. & 3. dubio. Mouetur iis potissimùm rationibus. primùm enim princeps hac inter cæteras ratione, huiusmodi facultaté constituendi maioricatum cõcessisse videtur, vt memoria ipsius perpetuò in eorũ descendentes, vt ipse loquitur, conseruaretur. sicuti voluit Ro. cõ. 29. inci. in causa maioria. Ex quo, inquit Bol. infertur non tantùm priuatam eorum, qui autore principe maioricatum constituerunt, & suorum descendentium vtilitatem in hac re versari, sed & publicam principis concedentis pro ipsius memoria conseruanda, & eorum qui futuri sunt sub regimine maioricatus.

Maioricatus dignitas regitur eisdē legibus quibus & caput regni.

7 ¶ Itẽ dignitates maioricatus reguntur iisdem legibus, statutis, & consuetudinibus, quibus & caput regni, cùm ita intellexisse videtur concedens, prout cõsuluit Paul. Cast. cons. 164. cuius initium est, in præsenti causa, col. 1. & 2. li. 2. Regnum autem nullo pacto, nulla conuentione aboleri, alteri ariue potest. c. dilecti, de maio. & obed. & c. intellecto, de iureiur. & voluit Oldr. d. con. 231. in fi. Denique regnum & dignitates Regales indiuiduæ sunt, c. imperialem. §. præterea ducatus, de prohib. feud. ali. per Fed. cum multis concord. suprà à nobis relatis in 3. qu. Ergo & maioricatus, qui caput ipsum sequi debet, indiuiduus quoque est.

Responsiones ad rationes Bolo.

8 ¶ Hæ sunt in effectu Ludo. Bol. rationes, quibus non admodum difficile est respondere. Nã quantùm ad primam pertinet, Ro. con. ab eo allegato non id dicit simpliciter ad quod illum citat ipse Bol. Sed ex verbis appositis in cõcessione maioricatus de quo ibi consuluit, colligit principem eam concessionem fecisse, vt memoria ipsius perpetuò maneret in descendentes eorum, quibus idipsum concedebat. Quæ res non est perpetua, nec generalis omnibus, nec eiusmodi vt legẽ vniuersalem ex ea faciat. Nec si talis esset, propterea concluderetur ibi publicam vtilitatem versari. Quid enim commune est perpetuæ principis præsertim mali memoriæ, non quidem omnium, sed paucorum quorundam cum publica vtilitate.

Adidem.

9 ¶ Sed fac hic versari publicam vtilitatem, num id impedit mutari quod legibus mutabile est? Si quis in testamento quicquam legauerit, aut disposuerit in publicam vtilitatem, num id prohibebitur mutare aut prorsus reuocare testamentum? At maioricatus nec aboleri, nec diuidi, quemadmodum nec regnum, potest, vt aliis rationibus dissertatum est. Fateor libens equidem, vbi semel fuerit stabilitus, semel, inquam, idest, irreuocabiliter, quod non nisi per mortem constituentium accidere potest. Illi enim quãdiu viuunt, reuocare possunt quicquid instar supremi iudicij constituerint, vt plenè probauimus.

10 ¶ Imò verò & si non in testamento, sed in contractu vt pura matrimonij, vt fieri solet, id factũ sit, vt in simili voluerunt Iac. Aluar. & Card. Alex. in c. filij, in fi. tit. si de feud. fuer. contro. & latè diximus suprà in 8. principali quæstione, vbi multa videbis ad hunc quoque locum pertinentia, quæ hic repetenda non ducimus.

SEXAGESIMANONA QVAESTIO.

An dominus possit pro sua primogenita filia maritanda collectam subditis imponere. Cõsuetudines diuersæ de hac re.

1 Sexagesimonono quæro, Quia suprà in præfatione, num. 135. vicesimoprimò, & seq. diximus filiam primogenitam ante cæteras esse matrimonio collocandam. An dominus possit suis subditis & vasallis collectam imponere pro illa sua filia primogenita nuptui tradenda, vt in multis locis Franciæ nuncupatim consuetudine cautum est. videlicet apud Pictauienses. §. tertius voluminis consuetudinum eius gentis. 169. Turonenses tit. *de loyaux aydes.* §. 4. Ambianenses. §. 76. Monstrolienses maritimos. §. 57. Artesienses. §. 26. Súntque aliæ consuetudines id ius tribuentes pro primo matrimonio suæ filiæ, sine qualitate primogenitæ ve Borbonienses. §. 344. & Marchienses. §. 130. Aliæ pro primo matrimonio, suarum filiarum, vt Aruernienses titul. 25. §. 1. & 2. Aliæ pro matrimonio vnius filiæ tantùm, vt Burgundienses titul. 1. §. 4. & Britonienses tit. 2. *qui est des droitz du prince & autres seigneurs.* §. 37. Estque in eam rem constitutio Siciliæ quæ incip. quamplurimum, quæ simpliciter dicit pro maritanda filia.

Qui dicũt & id de cõmuni iure procedere.

2 ¶ Et certè de ea re nonnulli è nostris ita loquuntur, vt videri velint id ius de iure competere. Et inter cæteros Roffred. Beneuent. in rubr. de sacra. cuiuslib. vasal. versi. sit, autem vasalli. & post eum Io. Blanc. in sua summa tit. qui. mo. & in quib. cau. feud. amis. §. eruntetiã quę dicta sunt Specul. titu. de offi. ordi. & tit. de maio. & obed. §. 1. vers. eodem modo, & iterum in tit. de feud. §. quoniam, colum. pe. vers. & nota quòd vasalli. Host. in summa tit. de immu. eccle. §. à quibus muneribus, col. 1. vbi dicit & huius rei esse consuetudinẽ propè generalẽ. Alber. in suo lexico,

lexico, in verb. dominus. versi. 1. Mar. Laudén c. 1. paulò ante fi. vers. & est aduertendum, tit. an apud iudi. vel domi. Alex. in addi. Bar. in l. placet. C. de excusa. muner. li. 10. & Ias. in l. placet, in 1. lec. col. 1. ver. & aduerte. & in 2. lec. col. 4. ver. & iuxta has. C. de sacro. eccle. & nouissimè Zasius in tract. feud. parte 7. cui titulus est, ad quid vasal. domino tene. char. 9. in paruis, versi. tenetur etiam vasallus.

3 ¶ Secundùm quam sentẽtiam Caius ille Caligula Imperator Romanus (sic enim diuis placuit) munera & collationes in dotem filiæ à subditis recepit, vt tradit Suetonius in vita illius c. 42. Et id quidem manasse videtur à Romulo vrbis conditore, qui instituit patronos omnia pro clientibus facere debere, quæcunque efficiunt parentes pro liberis. Clientes autem è diuerso patronis suis ad filiarum dotem pecuniam contribuere, vt scribit Plutarchus in vita illius. Alibi autem in nostris commentariis consuetudinum Pictauicarum ostendimus, vasallos nostri temporis proxime accedere ad clientes prisci temporis.

Caligula munera & collationes in dotẽ filiæ à subditis recepit.

4 ¶ Verùm alij id non admittunt, cùm nullo iure id cautum sit, & in his Io. And. in addi. Specul. in d. tit. de feud. vbi suprà. Pet. Iac. in tit. de caus. ex qui. vas. &c. col. 11. in paruis, vers. audiui dici. & iterum tit. de cau. ex quib. domi. deb. amit. proprie. in 9. diui. feud. ad fi. Bal. in c. 1. §. similiter, & ibi Iac. Alua. & Card. Alex. tit. de Capit. Cor. Pau. Ca. in l. nemiuem. C. de sacr. eccle. & in l. in nostræ. versi. & est argu. C. de statu. & imagi. & consi. 20. in caussa istorum, col. 1. in fi. lib. 1. Guid. Pap. decis. 57. an vasallus. Cardi. Alex. in prælud, in feud. versi. sex tamen. Iaco. à S. Georg. in tracta. feu. col. 4. versi. sed an talis nobilis. Matthæ. Afflict. in d. constitutio. Siciliæ incip. quam plurimum, in 6. not. Albert. Brun. consil. trigesimo secundo omnipotens, & c. dum quæritur an homines.

Qui dicũt id de iure non esse.

5 ¶ Et id certè verissimum est. Nam nec mater vt dicunt, Ioannes Andreas, & Petrus Iacobus quibus locis suprà citauimus, tenetur dotare filiam, nec in eius dotem quicquam conferre. l. neque mater. C. de iure doti. Nec frater sororem, vt clare colligitur ex l. cum plures. §. cũ tutor, & l. seq. ff. de admi. tut. & diximus late suprà in 62. quæst. Adde nec filius matrẽ. l. 1. §. præterea, versi. sed si minus, & ibi Nico. Mat. & Bal. ff. de tutel. & ratio. distr. Guil. Cu. in l. 1. & ibi Bald. ad fi. ff. de inoffi. doti. cum aliis concor. à me adductis in nostris legibus Connubialibus l. 2. nu. 6. cui respondens.

Authoris sententia. Mater nõ tenetur dotare filiam.

6 ¶ Et quia etiam regulariter non potest dominus suis subditis collectas imponere, secundùm Pet. Iac. vbi suprà, deplorantem mores dominorum, qui quotidie satagunt exugere, vt dicit, sanguinem subditorum, & eundem titu. de causis ex quibus domi. deb. admit. proprie. Oldra. consi. 224. factum tale est, quidam miles. Bart. in l. 1. in fi. C. de excu. mu. lib. 10. Alberi. in l. vlt. col. 4. versi. item quæro an habens. C. de iurisd. omn. iudi. Bal. post Ricard. Mal. in l. cùm multa. in fi. C. de bon. quæ liber. per l. si priuatus. ff. qui & à quib. & l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. li. 11. & id Bal. dicit esse no. & ipse Bal. in l. his quibus. C. de fideic. hær. Alex. con. 145. quoniam abunde, post prin. lib. 2. Iacob. à S. Georg. in illo tracta. feud. in verbo, cum mero & mixto imperio, vers. quæro vlterius. Ias. in d. l. placet, in 1. lect. col. 1. vbi suprà. C. de sacr. eccl. Phil. Dec. cons. 199. visis, in princ. Alber. Bru. consi. 103. casus iste, col. 1.

Dominus non potest subditis collectas imponere.

7 ¶ Cuius rei est promptissima & optima ratio, quoniam huiusmodi iura imponendi collectas subditis sunt ex iuribus regalibus, vt est tex. in c. 1. tit. quæ sunt rega. proptereáque soli reges & principes eas imponere possunt. C. no. vecti. in rub. & per totum tit. & l. 1. & ibi Barb. & alij. C. de superind. lib. 10. & late consuluit Imo. cons. 121. cuius initium est in caussa quæ vertitur, in 2. dubio. & Docto. vbique.

Iura collectãdi sunt ex regalibus.

8 ¶ Sed intellige tamen, nisi esset statutum vel consuetudo imponendæ collectę pro filia maritanda, vt est in multis locis, vti diximus in priu. huius quæstion. Ea enim esset seruanda, vt videntur voluisse omnes prope quos suprà citauimus, & præterea Cy. in l. 2. col. 4. versic. sed nos quid dicemus. C. quæ sit long. cõsu. & ibi quoque Albe. in rub. col. 15. versic. quid dicemus aduertendum est. & Alex. con. 35. viso themate & dubiis, in primo dubio, lib. 2. & Masuer. titu. de talliis, versi. item quatuor casus. Vel nisi etiam id esset præscriptum, vt scribit ipse Pet. Iacob. in d. tit. de cau. ex quib. domi. deb. amit. proprie. & Alex. vbi suprà proxime.

Nisi esset statutũ vel consuetudo.

9 ¶ Sed & hæc omnia quæ diximus, siue id ius competat de iure quod non crediderim, siue de consuetudine, debes ita intelligere, secundùm Albe. in d. suo dictionario, vbi suprà, & Alex. in d. l. placet, de exc. mu. quando ipse dominus per se id ipsum facere non possit: & dummodo id moderate exigat, per c. vnic, circa medium. 10. q. 3. & c. cùm apostolus. §. prohibemus, de censi. Aliàs autem possent subditi implorare officium superioris, vt oppressionem domini reprimat vt voluit Spec. in dicto §. quoniã, vbi suprà, de feud. & Bal. in c. 1. §. prætereà si inter, col. 3. vers. pone quòd vasallus, tit. de probi. feud. ali. per Fede. & Iacob. Alua. in c. 1. col. 3. vers. sed si pares, titu. apud quem vel quos contro. feu.

Dominus tamẽ id per se facere nõ potest. Et moderate debet facere.

10 ¶ Imò verò dominus ipse non potest huiusmodi collectam per se facere & taxare, sed debet vocare subditos, vt dicit Masuer. d. tit. de talliis. §. item & prædicta. & seq. & adire iudicem qui eam faciat, vt dicit expressè Old. d. con. 134. in secundo dubio. Neque enim, inquit, potest esse iudex in sua causa. C. ne quis in sua causa iudi. in rub. & nigro. & l. pen. ff. de arbi. nec hoc ex

Et debet adire iudicem.

singulorum affectionibus æstimari debet, arg. l. videamus. §. iurate. ff. de in lit. iuran. & l. prędia. ff. ad leg. Falci. Sed hæc per subtilitatem iudicis competentis dirimenda. l. 1. circa med. C. de sent. quæ pro eo quod inter. Et bene facit §. si verò aliqui, in auth. de Quęsto. Et regulariter cùm est controuersia inter dominum & vasallum, non cognoscit dominus, sed alter. plenè not. in ca. cęterum, de iudi. Hæc ille, quem sequitur nuncupatim Bald. in cap. 1. in princi. col. vlt. versi. alia quæstio, titu. de vasal. qui curi. vend. Et bene facit quod tradit Io. Andr. in addit. Spec. dicto tit. de feud. §. nunc dicamus, versi. cæterùm, & Cardinalis Alex. in d. prælud. feud. vbi suprà.

Dominus non est iudex inter se & vasallū.

11 ¶ Et si dominus non desistat ab huiusmodi immoderatis collectionibus, poterit priuari feudo per superiorem, vt dicit Bald. in cap. publici. ibi, & ex hoc, tit. de pace tenend. per eum textum, & alia iura. Et bene etiam facit capit. ad apostolicæ, & quæ ibi scripta sunt à Docto. de re iudic. lib. 6. Nec excusabitur dominus ex eo quòd vasalli has immoderatas collectiones soluerunt, quia in dubio pręsumuntur metu extortæ, ex eo quod dicit idem Bald. in §. pactiones. tit. de pac. constan. & in cap. 1. post princ. tit. quali. deb. iura. vasal. domi. & Card. Alex. qui ad hoc alia quadam allegat in prælat. feud. vbi suprà, vbi tamen subdit, quòd dominus propria autoritate potest à vasallo inuito exigere ea seruitia quæ non sunt dubia, iniiciendo manum in feudum, quod nos saisire dicimus, vt expressim voluit Spec. dicto tit. de feud. §. quoniam, ver. aviij. per multa ibi allegata.

Dominus priuatur feudo si nō desistat ab immoderatis collectionibus.

Dominus potest iniicere manum in feudum vasalli pro seruitiis nō dubiis.

12 ¶ Sed quid in casu dictarum cōsuetudinum, vt dominus possit collectare, vt sic dixerim, subditos pro maritanda sua filia primogenita aut alia, si dominus aut sui prædecessores multis temporibus retroactis non collectauerūt subditos, ob eam causam: an se poterunt tueri præscriptione, & quæ vide omnino Cyn. de hac specie nuncupatim loquentem in d. l. 2. col. 4. d. versi. sed nos quid dicemus: & ibi quoque Alberi. in eadem quoque specie loquentem in rub. vbi suprà citauimus. distinguentes an id ius competat domino ex consuetudine, an ex præscriptione: vt primo casu possit nihilominus dominus collectare, secundo non possit: ibi eos videre poteris, atque etiam Ange. de hoc quoque casu loquentem con. 337. inter alia capitula, col. vlt. versi. ideo ibidem dicit.

Quid si dominus qui id ius habet diutius non vsus est.

SEPTVAGESIMA QVAESTIO.

1 Sed quęstionis est, & id erit pro Septuagesima quęstione. si consuetudo vel statutum simpliciter loqueretur de filia maritanda sine illa adiectione, primogenita, vt est in pluribus locis citatis suprà in principio huius quęstionis: An ita fuisset intelligendū, an de cæteris quoque. Et dicit Guid. Pap. dicta decisione Delphinatus 57. in fi. de prima tantùm esse intelligendum & de primo ipsius matrimonio, per l. sancimus, la 1. C. de Consul. li. 12. & l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signifi, & sequuntur D. Sainxon in commentariis consuetu. Turonensium. d. titul. *de loyaux aydes*. §. quarto in princ. & D. Chasse. in consuetud. Burgun. titu. 1. §. 4. etiam in prin.

Si consuetudo simpliciter loquatur de filia maritāda, an intelligatur de primogenita tantū.

2 ¶ Masuerius autem tit. de Talli. versi. item quatuor, dicit id iterari posse in personis plurium filiarum, sed non in persona vnius: quasi dicat id procedere in omnibus filiabus, sed pro primo tantùm cuiusque matrimonio. Sed de hac re latissimè Matthæus Afflict. in dicta constitutione Siciliæ incipient. quamplurimum, col. 3. versi. & prima vtrùm, vbi primùm multis rationibus argumentatur, dominum non nisi pro vna filia id ius petere posse. Deinde aliis multis, pro omnibus filiabus. Et hanc partem veriorem putat, & respondet rationibus alterius partis, vt ibi videre poteris. Et vide quæ diximus suprà in præfatione num. 133. incip. vicesimoprimo, & seq.

De eadē re.

3 ¶ Illud quoque quęri potest, si filius primogenitus vel etiam filia primogenita cui collocandæ subditi nihil contulerunt. decessit. an conferre debeant nuptiis neptis, scilicet filiæ ipsius filij, aut filię primogenitæ. Quod videtur, quia vbi lex vel statutum facit mentionem de filiis simpliciter, trahitur ad nepotes. l. liberorum & ibi Bario. colum. 3. versiculo, secundò quæro. ff. de verb. signifi. Cuius text. autoritate Bald. consi. a. verba statuti. post prin. libro primo, dicit appellatione filiæ contineri neptem ex expositiua interpretatione, sumpta ratione exponendi ab ipsa natura. Subditque paulò pòst, rationem quæ mouit disponentem de filia, eandem & mouere de nepte. Igitur perinde habendum esse, ac si de nepte expressisset. l. tale pactum. §. vlt. ff. de pactis. & not. per Nico. Matthæ. & Cyo. in l. 1. C. quæ sit longa consu. Ideo & idem Bald. in l. maximum vitium, col. 4. ver. quare dico. C. de libe. præteri. dicit, quòd vbi statutum loquens de filio recipit interpretationem, id quod facit, nisi sit expressè prohibita, tunc nepos includitur: quia huiusmodi interpretatio venit ex mēte, idest, ratione eiusdem statuti. & ideo non dicitur extendi, sed intelligi, vt se dicit plene dixisse in l. si quis seruo. C. de furt. & ita in hanc partem inclinat Bartho. Capua. & post eum Matth. Afflic. in d. consti. quamplurimum, in secundo dubio. Super hoc tamen an appellatione filij vel filiæ veniat nepos & neptis, & an propriè an impropriè, vide omnino quos ibi longo ordine citaui suprà in 40. q. n. 54. 15. ratio, & tribus seq.

An intelligatur de nepte primogenitæ cuius maritāda subditi nihil contulerant.

Lex vel statutū loquēs de filiis an trahatur ad nepotes.

4 ¶ Alias autem quæstiones, ad hanc quoque rem pertinentes tractat Matth. Affli. vbi suprà, videlicet

videlicet an id procedat, cùm dominus maritat amitam ſuam. Cùm item ſeipſum. Cùm filiam ſuam ſpuriam. Cùm fœmina domina maritat ſuam filiam. An cùm filia ipſa ingreditur monaſterium. An cùm pater reliquit dotem filiæ in ſuo teſtaméto. An cùm filius ſecundogenitus ſuccesſit in baronia, quoniam primogenitus deceſsit ante patrem relicta filia, & hic ſecundogenitus maritat illam, filiam ſcilicet ſuam neptem ex primogenito: quæ omnia ibi videre poteris. Sed quantùm ad filiam ſpuriam adde quæ nuncupatim de ea re ſcripſit Marti. Laud. in c. 1. in fi. ti. an apud iudi. vel do. Card. Alex. in c. 1. §. ſimiliter col. 1. verſ. item an teneat. tit. de cap. Corra. Iac. à S. Geor. in tracta. feud. in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum, col. vlt. verſi. ſed reſtat, & latè D. Boeri. deci. 127. ad ſecundam veniendo, nu. 1. 2. 3. 4. 18. & 19. & Chaſſe. in conſuet. Burgundiæ tit. 1. §. 4. in verbo, *mariage d'vne fille*, col. 1. in qua etiam gl. alia quædam tractat huc pertinentia, vti etiam facit D. Sainxon in dd. conſuetudines Turo. vbi ſuprà quos tu videre poteris.

Alia quaſtiones ad eam rẽ pertinentes.

SEPTVAGESIMA PRIMA QVAESTIO.

1 SEptuageſimoprimo quęro, quia maxima pars conſuetudinũ Franciæ defert principalem domũ primogenito vt præcipuá, ſcilicet Cóſuetudo Pariſiéſis tit. 1. §. 8. Et Meldéſis §. 165. Meldunéſis. §. 165. & ſeq. Senonenſis §. 190. Trecéſis. §. 14. Caluimontéſis. §. 8. & 13. Victriacéſis. §. 55. Carnutenſis. §. 4. Aurelianenſis. §. 25. Turonenſis tit. *de ſucceſsions de fiefz*. §. 3. Cenomanenſis. §. 238. Andegauenſis. §. 222. Pictanienſis. §. 221. Aruernienſis tit. *de ſucceſsions*. §. 51. Borbonienſis. §. 301. Bleſenſis. §. 143. Engoliſmenſis. §. 87. & ſeq. Rochelenſis. §. 54. Marchienſis. §. 215. Montargienſis tit. 1. §. 22. Niuernienſis tit. *de droict d'aiſneſſe*. §. 5. Britonenſis ti. 22. *qui eſt de ſucceſsions & partages*. §. 35. & ſeq. Laudunenſes, alióſque Viromandenſes tertiæ partis. §. 7. Siluanectenſes. §. 126. Claromontenſes. §. 81. Valeſienſes. §. 57. Bituricéſes tit. *de ſucceſsions. ab inteſtat*. §. 301. Burdegalenſes. §. 76. Et de huiuſmodi cóſuetudine mentioné faciunt Iaco. Ra. Nicol. Neapo. Bar. & Alberi. in l. prędiis. §. qui domum. ff. de legat. 3. Maſuer. tit. de ſucceſ. §. item primogenitus. Alex. conſ. 223. eodémque pen. col. 1. lib. 2. & Cepo. in tracta. vrb. prædi. ti. de horto, qui eſt omnium ſeptuageſimus ſextus. Quæ igitur ratio eſt huiuſmodi conſuetudinis? Neque enim videri poteſt id ſine ratione ſtatutum & obſeruatum à tot populis.

Quæ eſt ratio cur tot conſuetudines deferãt principalẽ domum primogenito.

2 ¶ Et profectò magna eſt. Nam id ius primogenituræ introductum fuiſſe videtur ad cóſeruationem domus, familiæ, & agnationis, vti voluit inter multos Soci. conſ. 47. facti narratione, col. 2. verſi. ſecunda ratio, lib. 3. & Pan. Pariſ. conſ. 72. ad verá, col. 9. nu. 81. vti etiam dicunt plerique omnes de ſtatuto præferente maſculos fœminis, vt alibi latè diximus. Familia auté tribus maximè conſtat, domo primũ, deinde vxore, poſtremò boue aratore, id eſt, reditu ex agricultura, qui omnium eſt honeſtiſsimus, ne inopia ſcilicet opprimaris. Id enim eſt ex Heſiodo haud multò poſt initium libri ſecundi Operum & dierum,

Ad idem. Familia tribus maximè conſtat.

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα.

Quod & Ariſtoteles ex eo repetiit lib. 1. Politicôn, c. 1. & Oeconomicôn, lib. item 1. c. 2.

3 ¶ Igitur conſuetudo volens cóſeruare familiam nobilium, imprimis voluit primogenito domum aſsignare, & eam principaliorem, quam ſcilicet maximè cupiũt nobiles in familia manere, honoris, memoriæ, & dignitatis cauſa, vt videre licet ex l. pater. §. Iulianus. ff. de lega. 3. vbi Primipilaris quiſpiam teſtamentó ſuo vetuit domum ſuam maiorem alienari. De quo & nos diximus ſuprà in tractatu de Nobilitate, c. 37. nu. 22. homines. Notum eſt autem illud Ennij apud Ciceronem lib. 1. Officiorum alibi in eodem tractatu ad aliud à nobis relatum. *O domus antiqua, heu quàm diſpari dominaris domino.* Sed & alibi docuimus, apud veteres Græcos ſacra domeſtica filiis natu maioribus relinqui ſolita.

Nobiles maximè cupiunt ſuam domũ principalẽ manere in familia.

SEPTVAGESIMA SECVNDA QVAESTIO.

1 AT ſuper hac conſuetudine quæro ſeptuageſimo ſecundo. Quid ſi in hac ſucceſsione eſt vna tantùm domus, An ea pertinebit ad primogenitum. Dubium enim facit id verbum quo vtitur ea cóſuetudo, ſcilicet principalis. Nam videtur principale, & alia ſimilia, cuiuſmodi ſunt, præcipuum, primum, primarium, ſupremum, & ſi quæ alia ſunt eius generis, dici & intelligi de vno ex multis, qui ſcilicet cæteris præſtat & excellit, vt probatur in c. principali, in prin. 63. di. cùm dicitur, principali deuotiſsimorũ militum. Et aliàs ſemper principalis dicitur reſpectu aliorum, vt cùm dicimus principalem, & fideiuſſorem, principale & acceſſorium ſine quod conſequitur, vt in l. cùm principalis. ff. de regu. iur. vbi ita ſcribitur, cùm principalis cauſa non conſiſtit, nec ea quidem quæ ſequuntur locum habent. Et alibi principales liberalitates, ſcilicet reſpectu aliarum non principalium, in l. patronus, in prin. ff. de leg. 3. & alia huiuſmodi infinita. Si ergo ſolum ſit & vnicum, quomodo principale & primarium ſiue præcipuum dici poteſt? Et ſi tale non ſit, conſequens eſt, vt non ſit primogeniti ex hac conſuetudine. cuius verba ad hunc caſum adaptari non poſſunt. Ergo nec eiuſdem diſpoſitio. l. 4. §. toties, & ibi Bar. & alij. ff. de dam. infec. cum aliis multis concord. à me collectis in repe. l. ſi vnquam, in verbo, libertis, nu. 2. C. de reuo. donati.

Quid ſi vna ſit tãtũ domus an & ea pertinebit ad primogenitum.

Principale an de vno dici poſsit.

2 ¶ Quòd ſi quis contendat primum etiam dici de vno, qui ſcilicet neminem ſequentem habet, vt ſcribitur in l. qui duos, in princi. ff. de rebus dub. & latè diximus & probauimus ſuprà in 1.

Quid de primo.

quæst.prin.num.3.primogenitus,& seq.veluti & idem dici debeat de principali, & aliis similibus. In promptu est responsio, quòd illud non est verè ac propriè, sed impropriè, vt liquidò probat textus in l.1.§.æstas iuncta glossa in verb.non proxima.ff.ne quid in flu. publi. quem ad id expendit & dicit no.Franc.Aret.in l.qui filiabus.§.1.col. 2.ff.de legat. 1. Consuetudines autem & statuta præsertim quæ sunt contra ius commune, debent strictè & propriè interpretari, vt alibi latè diximus.

Ad idem.

3 ¶ Verùm D.Molin.in suis commentariis consuetudinum Parisiensium tit.1.§.8.gln.4.in verbo, *principal manoir*, in 3.4.& 5.quæst.aperte nobis declarat, hanc domum vnicam ad primogenitũ deferri iure primogenituræ, dum quærit an si nulla alia sint bona in successione præter eam domum, cæteri liberi poterunt petere legitimam, & qualem, tãquam scilicet nullum sit dubium, quin consuetudo loquens de principali domo, intelligatur de ea quæ etiã sit vnica: nec aliter tractat an domus vnica possit dici principalis. Nullusque etiam eorum qui consuetudines interpretati sunt, id dubium tetigerunt: quamuis nonnulli eorum tractarunt, quę dicatur principalis domus inter multas. de quo tu illos videas, videlicet Sainxo.in consuetu. Turo.ti. *de successions de fiefz*. §.3.& D.Cirier.in suo tracta.primogeni.libro 2.quæsti.quarta, qua interpretatur.§ 8.1. tit. consuetudinum Paris. loquentem de hac consuetudine, & ipsum Moli.ibi, in principio, ex quibus intelliges, primogenitum posse eligere quam maluerit pro principali, vt & plurimæ ex his cõsuetudinibus quas tibi designaui in prin.præcedentis quęstionis, expressim statuerunt.

Authoris sententia.

Consuetudinis mens magis quã verba inspicienda.

4 ¶ Sed quantùm ad hanc nostram quæstionem pertinet, ego in ea sum sententia, vt si etiã vna sit domus, ea cedere debeat primogenito, ex mente consuetudinis, quæ illi in quo est principalis conseruatio domus & familię, habitationem relinquere voluit, vt diximus in pręcedenti quæstione: & eam quidem principalem & præcipuam si plures sunt, quasi non satis fuerit consuetudini habitationem quamlibet ei relinquere, nisi & principalem relinqueret. Cuius quidem consuetudinis mentem, rationem, sententiam, & voluntatem magis inspicere debemus, quàm verba, etiam si verba quodammodo offenderentur, vt voluerunt Cy. & Bal.in l.j. ff.si cert.pet. Bart.in l.contra legem.ff.de legibus, cum aliis multis concord.à me congestis in d.repe.l.si vnquam, in verbo, libertis, nu.44.& quoniam.

Responsio ad contraria.

5 ¶ Quanquam ea verba principalis domus, minimè læduntur intelligendo de vna, vti nec ea nomina, primum supremum, primarium, præcipuum. Nam de primo, & supremo, quod est nomen superlatiuum, quod ideo magis de multis intelligi videretur, tamen habes tex. vtrunque dici etiam si soli sint, modò nullus pręcedat, in l.ex duobus, in princ.ff. de vulga.& pupil. & alios multos suprà relatos in d.j.quæstione, ex qua intelliges & illud procedere etiã in materia stricta. Nec ea gl.in d.§.ęstas, loquitur de primo, sed de priori, quod comparatiuum est, & quod magis de multis dici videatur: nec tamen ei omnino accederem, quando apud probatissimos scriptores plerunque comparatiuum pro positiuo ponitur, vt videre licet apud Priscianum & Vallam, & ex nostris Zasium in intellectibus sing.quo loco deridet nostros iuris doct.distinguentes specie culpam latam, latiorem, latissimam, leuem, & leuissimam.

Comparatiuũ pro positiuo.

6 ¶ Denique nemo nescit principale à principe dictum esse: nam & hinc principales constitutiones, id est principum, in l.j. in princ.ff. quod cuiusque vniuersitatis & in l.j.ff. de bono. poss. ex testa mili. Et principalis maiestas, in l.famosi.ff. ad l. Iuli. maie. Et principalis autoritas, in l.hæreditas etiam.ff.de peti. hęre. cùm dicitur principali vel pontificali autoritate, id est, principis vel pontificis, vti Accursius & cæteri optime intellexerunt. Et in hac quoque significatione apud Plinium in Panegyrico, Tanta begninitas principis, tanta securitas temporum est, vt ille nos principalibus rebus existimet dignos. & alibi sępe apud probatissimos autores. Princeps autem & primus eiusdem sunt significationis vt diximus & probauimus suprà in pręfatione, num.trigesimo sexto incip.& id quidem. At primus de vno dicitur, vt dictum est, igitur & princeps. Et quod hanc opi.confirmat, vnus pro primo plerunque ponitur, vt etiam dictum est suprà in j.q.nu.4.incip.sed quibus. Ex quibus vides vnum, primum, & principem sępissime confundi, & consequenter principale dici de vno, & primo.

7 ¶ Aliàs autem quando, & quibus modis quid dicatur principale, vel principaliter fieri, ne te hîc longius detineam, videbis apud Bar.in l.ambitiosa, col.4.versic.sed contra op.quia istud. ff.de decre.ab ordi.faci.& in procemio C.col.a.versi, non obstat primum.

Principale & principaliter quid & quomodo dicitur.

SEPTVAGESIMA TERTIA QVAESTIO.

Quid si de domo simpliciter facta sit mentio nulla

1 SEptuagesimotertiò Quęro etiam circa hanc consuetudinum, An si ea loquatur simpliciter de domo deferenda primogenito, nulla horti & septorum eius mẽtione facta, Hortus quoque intelligitur & cęterę ipsius domus appendices, vt cors, aut, vt Ouidius libro 4. Fastorum appellat, cohors, stabula equilia, bouilia, ouilia, caprilia, porcilia, nihil enim prohibet vt sic loquar exemplo pręcedentium, tametsi nondum id verbum comperi: balneę, porticus, vestibulum, conclaue, ostium, area, cœnaculum, apotheca, theatrum, atrium, molendinum, viuarium vel ferarum, vel auium, vel piscium, de omnibus enim dicitur. Columbaria, fossę siue fossata, hac enim voce, ne cui insolens videatur, vsus est Plinius lib.17. c. 21. & iurisconsultu

in l.

in l.desertorem.§.is qui exploratione.ff.de re milit.quibus scilicet plerunque domus circummuniuntur siue circunuallantur:& si qua alia sunt vel iuncta ipsis ędibus,vel etiam non iuncta,sed tamen intra claustra siue septa earum posita,clausuras vulgò appellant.

horti & caeterorũ huiusmodi.

2 ¶ Nam & ob hanc consuetudinem id tractant Iaco.Ra.Nico.Neapol.Bar.& Alberi.eiusdem consuetudinis expressam mentionem facientes in l.prædiis.§.balneas,& §.qui domum.ff.de leg.3.vti etiam facit Alex.consi.224.visis verbis,col.j.lib.2.& cons.204.perspectis verbis,col.j.lib.6.& nouissimè duo clarissimi consuetudinum interpretes D.Citier.in tracta.Primogeniturę,lib.6.q.4.in qua interpretatur consuetudinem Parisiensem de ea re loquentem tit.j.§.8.in verbo,cum horto.& Moline.in eundem.§.glo.5.quæ est in verbo,*le Iardin*,vbi hanc rem vterque & eruditissime & copiosissime tractarunt.

Fossatũ dictio Plinij & Iurisconsulti.

Qui de ea re tractarunt in hac consuetudine.

3 ¶ Quibus tantùm nonnullos text.& doct.ad eum locum non modicùm facientes ab illis forte de industria omissos addam,si quis etiam forte eos scire,& adire cupit.Vide igitur text.in l.Seiæ.§.Tyrannæ,& ibi Bar.ff.de fun.instr.& l.arbor.§.de vestibulo,qui est j.ff.com.diuid.& l.Iulianus.§.vlt.cum 3.ll.sequen.ff.de actio.emp.& l.sed etiam,iunctis ll.pręcedentibus.ff.de in ius vocan.& l.vxorem.§.in testamento,qui est j.in illis verbis,domum meam cum horto.ff.de leg.3.& l.lex.Cornelia.§.si tamen,& ibi Bar.ad fi.versi.vltimò ista materia,& iterum versi.secunda quæst.ff.de iniuri.& si quando,la 1.& ibi Bald.C.de bonis vacan.libro 10.& c.Raynutius,in illis verbis,domum & hortum,& ibi Io.And.Pet.Anc.& Cardi.Flo.vtrunque col.j.in 4.no.& Panor.col.3.versi.noua ibi domum,de testa.glos.in c.vlti.12.quæst.2.Specul.& Io.And.in addi.illius,tit.de iniuri.§.j.ver.pone in statuto.Iac.Are.Bar.Bal.Alber.Ang.Imo.Pau.Cast.Fran.Are.& alios recentiores in l.cæterea.§.hoc Senatusconsultum,le.2.ff.de leg.j.eundem Iac.Are.& Bart.in l.item apud Labeonem,§.conuicium.ff.de iu.Nico.Neap.in d.l.prędiis,§.balneas.ff.de leg 3.Bar.in ea ipsa l.§.vlt.l.j.§.j.ff.de cloacis.& in l.quis sit fugitiuus.§.apud Cælium.ff.de ædil.edic.Bal.& Imo.in l.Gallus.§.ille casus,ibi latè Fran.Are.col.3.ver.quartò adde.ff.de libe.& posthu.Bal.Angel.Ro.Pau.Cast.in l.plerique,& ibi quoque Alex.col.1.& 2.& Soci.in 8 9.10.& 11.q.ff.de in ius vocan.eundem Bal.in rub.ff.sol.mat.col.j.versi.& ideò si staturum,& in l.data,col.9.vers.quintum prædicamentũ.C.qui acc.pos.& in l.si ita.§.idē ait.ff.nautæ caup.stab.& in l.j.col.3.ver.sed pone q duo.C.de ædil.acti.& in c.duo fratres,in verbo in cõmuni casa,ti.de duob.fratr.de no.bene.inue.Albe.in 2.parte statuto.quęst.35.item quæritur si ex statuto.Pet.Ancha.consi.191.super pluribus,in 1.dubio.Imo.& recentiores in l.Senatus.§.Marcellus.ff.de leg.j.Anto.in c.j.col.j.versic.nota quòd appellatione,de censib.Panorm.in c.j.col.j.vers.ex hoc,de dec.Ro.in l.j.§.domum,le 2.ff.de Senatuscon.Silla.Pan.Cast.in l.Olympico,quæ est vlt.ff.de seruit.vrbs.pręd.& consi.211.viso puncto suprascripto & consiliis,lib.j.Alex.d.consi.223.eodémque pen.visis verbis,col.1.lib.2.& consi.26.consideratis verbis in princi.Corne.consi.203.quamuis in præcedenti per totum,lib.j.& Cepolam in tract.de seruit.vrb.prædi ti.de claustro siue conclaui,qui est 44.col.2.versic.2,quæro.Ant.Rube.consi.95.viso & diligenter considerato,col.pen.versi.circa aliud dubium.& Maria.Socei.consi.61.in præsenti consultatione,col.j.lib.j.

Qui de ea re Textus & doctores ad hunc locum pertinentes.

4 ¶ Disces autem ex Citiero,& Molin.locis suprà citatis,hortum destinatum ad domus vsum deberi primogenito,etiam si non sit intra septa siue claustra domus. Sed super hoc posset dubitari,si inter domum & huiusmodi hortum sit via quædam publica,aut vicinalia siue etiam riuus:an id prohibeat,ne domui cedat?Et non puto:neque enim id impedit quò minùs contiguus dicatur.l.sed & loci.§.vlt.cum 2.ll.seq.ff.fini.regun.Et id quoque satis probare videtur tex.in d.l.prædiis.§ vlt.ff.de leg.3.vbi ita scribitur.Appellatione domus insulam quoque iunctam domui videri,si vno pretio cum domo comparata fuisset,& vtriusque pensiones similiter acceptò latas rationibus ostenderetur.Vides enim ibi insulam cedere domui legatæ,si eius vsui erat destinata.quod quomodo intelligatur,is tex.declarat,scilicet si vno pretio,& cætera.Et tamen certum est eam insulam non immediatè iunctam esse ipsi domui. Insula enim dicitur domus,quæ vndique aquis vel alio circuitu publico vel priuato cingitur:à similitudine scilicet earum terrarũ quæ fluminibus aut mari imminent,súntque in salo,à Græcis [illegible] dicta,vt docent Festus Pompeius,& Budęus noster in l.sed & addes.§.si inquilinus.ff.loca.Et tamen ille text.dicit insulam eam esse domui iunctam,quasi illud intermedium nō prohibeat,vt iuncta esse dicatur.Et facit tex,in l.licèt.ff.de contr.empti.Et quod traditum est à nostris Grammaticis,proximũ à veteribus dici non solùm adhærēs & adiunctum,sed etiam longe remotum,si tamen inter duo discreta nihil medium extitisset.Id enim inter cæteros voluit Nonius Marcellus de Doctorum indagine,autoritate Virgilij lib.5.Aeneidos,

Proximus hinc loco,sed proximus interuallo.

Et nonnihil etiam huc spectat l.Martius.ff.de acqui.ter.domi.& quod ex ea scribit Bar.in tracta.de Insula,col.9.vers.prope ripam.Et vide Corne.cons.29.in præsenti consultatione,li.3.vbi late respondit & probauit,constitutionem protimiseos permittentem vicino retractum rei sibi vicinæ,habere locum etiam si quid sit intermedium.

Quid si locus non sit intra septa.

Quid si inter domũ & hortum est via publica.

5 ¶ Alias autem quæstiones ad hanc consuetudinem deferentem domum principalem primo- *Alia quæ-*

Consuetudines ad hanc cõsuetudinẽ pertinentes.

genito, priuatim pertinentes, videbis apud DD. Ciriet. & Moline. locis suprà citatis, & latissime in nostris Commentariis consuetudinum Pictauicarum tit. *de successions*. §. 10. qui est omnium eius gentis consuetudinum 221. ex quibus poteris decerpere quæ in hanc rem vtilia tibi videbuntur.

SEPTVAGESIMA QVARTA QVAESTIO.

An secundogenitus qui ex consuetudine habet tantũ alimenta aut aliquid loco alimentorũ ad vitã teneatur cõtribuere subsidiis & collectis principũ.

1 Septuagesimoquartò Quæro, sunt plurimæ cõsuetudines quæ integram hæreditatem deferunt primogenito, relictis tantùm alimentis cæteris fratribus, vel certa quadam portione ad vitam tantùm eorum; loco alimentorum. Cuiusmodi est apud Britones titul. vicesimosecundo, qui est *de successions & partages*. §. 55. & Andeganos. c. 22 a. & Cenomanos *c. 39*. An si quid præstandum sit principi ratione rerum feudalium, vel subeundum onus quoppiam, vt scilicet regi seruiat in bello vel aliud simile. An primogenitus solus suis expensis id faciet: an verò etiam cęteri fratres debebunt contribuere pro sua rata portione? De qua re aut certe non multùm dissimili loquens Matthę. Afflic. deci. Neapo. 252. magnificus dominus, Nempe in casu quo filio secundogenito aut eius filius debetur certa portio fructuum pro alimentis, aut etiam, vt constitutiones Siciliæ loquuntur, pro vita & militia: an iste secundogenitus teneatur contribuere in solutione adohæ imposita à rege (est autem Adoha verbũ vulgare regni Neapolitani, quo significatur seruitiũ militare, cui obnoxij sunt subditi, quod nos in Gallia vulgò, *arriereban*, vocamus) dicitque primùm quòd si secundogenitus suam partem habeat pro alimentis, non tenetur contribuere, quia limitata causa vel legati vel alterius dispositionis, limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquirendo rerum dominio cum similibus.

Adoha quid sit.

Ad idem.

Vsufructuarius quas impensas facere teneatur.

2 ¶ At si habeat pro vita & militia, vt habet in feudo antiquo, in quo viuitur iure Francorum, per const. incip. comitibus. Et dicit An. de Alex. (is est qui scripsit in lib. a. C.) in consilio Neapo. ita primùm distinxisse. An solutio adohę fiat ad perpetuam vtilitatem feudi: an ad temporalem. Si primum, fratrem non debere contribuere: si secundũ, debere. vt dicimus in vsufructuario, qui impensas temporales debet subire, nõ etiam perpetuas. l. hactenus, & l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufr. Et ad hoc bene facit text. loquens de militia legata, in l. pen. §. vlt. & ibi gloss. ff. de leg. 3. & in l. quæro, & ibi Bar. ff. de vsufr. lega. & quod voluit gloss. in l. qui concubinã. §. qui hortos. in verbo, præstaturum. & ibi quoque Bar. de lega. 3. & ipse Barr. in l. quæro. ff. de vsufr. legat. Ipse autem Anto. de Alex. erat in ea op. vt adoha quę soluitur regi, respicit perpetuam vtilitatem feudi, quia seruitium quod pręstatur pro feudo, quãdo princeps declarauit velle huiusmodi seruitium pręstare in pecunia. debet enim vasallus interpellatus idipsum vt à principe petitur præstare, cap. j. §. sed nec est alia, titu. quæ sit pri. cau. amit. bene. nec potest vasallus dicere se velle personaliter præstare, vt dicit Andr. Iser. in c. j. §. firmiter, tit. de prohib. feud. ali. per Fed. & in c. j. §. vlt. ad fi. tit. quis dicat. Dux, Co. March. Et si hæc adoha non soluitur, feudum amittitur. d. §. sed nec est alia.

Vsusfructus nõ recipitur ab alterius manibus quàm vsufructuarij.

3 ¶ Verùm ipse Matthæ. dicit hanc vitam & militiam non posse æquiparari vsufructui, quoniam vsufructus nõ recipitur ab alterius manibus quàm ipsius vsufructuarij, & non proprietarij, vt dicit gloss. in l. fundi Trebatiani, in verbo, differentiam. & ibi Bar. & alij. ff. de vsuf. le. Frater autem, vt ipse subdit, recipit portionem suam à manibus primogeniti, vt patet ex scriptis per And. Iser. in d. consti. comitibus, & per Host. in c. licèt, de voto.

Tristis euentus considerari non debet.

4 ¶ Nec quod dictum est, vasallum perdere feudum, si adoham non pręstet, facit censeri eius pręstationem esse ad perpetuam feudi vtilitatem: id enim non esse considerandum: quia cùm vasallus iurauit id se facturum, non pręsumendum est postea illum deieraturum, arg. l. merito. ff. pro socio, & quia tristis euentus considerari non debet. l. inter stipulantem. §. sacrsm. ff. de verb. oblig. Nam & videmus quòd vsusfructuarius tenetur soluere collectas & tributum rei vsusfructuariæ. d. l. hactenus, & d. §. si quid cloacarij, quia iudicatur ista pręstatio temporalis: & tamen si non soluitur, mittetur fiscus in possessionem rei, vt scribit Lucas Pen. in l. vlt. C. de exact. trib. lib. 10. & in l. obsistere. C. de anno. & tribu. eo. lib.

Vsufructuarius tenetur soluere collectas.

Sententia And. Iser.

5 ¶ Et propterea And. Iser. in d. consti. Comitibus, atque etiam in consti. in aliquibus, quę paucis interiectis sequitur, dicit quòd fratres minores tenentur facere seruitium curiæ debitum pro feudo, expensis, equis, & armis fratris maioris: debet tamen semper tantùm manere apud maiorem, & tantum dari minori, vt inde possit minor viuere, vt primogenitus. Sicque ex sententia ipsius And. frater minor debet seruire regi expensis primogeniti, qui eum alet non solùm quando seruit, sed & quando non seruit. & tamen de istis alimentis nihil detrahendum est, arg. l. cùm hi. ff. de transac. Et propterea satis erit vt teneatur seruire personaliter, eo modo qui dictus est, si personale seruitium rex exigat. At si præstationem exigat pecuniariam, eam pręstabit primogenitus: & nihilominus etiam pręstabit alimenta fratri, nec ex eis aliquid detrahet: quia ista vita & militia æquiparatur alimentis, secundùm ipsum And. in dd. constit.

Alimenta finiuntur cum vita.

6 ¶ Sufficiat ergo primogenito quòd ipse honoratus est in succedendo in feudo, cuius ipse solus est dominus: nec inuideat fratri secũdogenito, qui sola ab eo aliméta recipit, & tamẽ tenetur seruire personaliter, si rex id petat: nec de huiusmodi alimẽtis in morte potest disponere, cũ huiusmodi vita & militia finiatur cũ persona illius, & propterea vita dicitur, nec proinde transmittit

transmittit ad filios, secundùm glo. & ipsum And. in d. consti. Comitibus, vbi & ipse Matthę. idem dicit, col. 5. in 8. q. Nam & aliàs vt ibi subdit, alimenta finiuntur cum persona, nec transeunt ad hęredes, vt tradit Bal. in auth. cui relictum, col. vlt. vers. quid enim. C. de indic. vidui. & in l. vlt. in 6. opp. C. de bonis.... & est bonus tex. in d. l. cum hi. §. constat. ff. de transac. & in l. mela, in prin. & ibi gl. in verbo, vitæ suæ, & Batt. ff. de ali. lega. & in l. hæreditatium. ff. ad leg. Falci. Et pretetea ista portio est adeo exigua, vt aliud onus ferre non possit, arg. l. Titia. §. qui in vna. ff. de lega. 2. & l. nauis onustę. ff. ad leg. Rho. de iac. quæ iura allegat ipse And. in c. J. in verbo, & extraordinaria collatio, tit. quæ sunt rega. Et facit, inquit, illud generale, quòd qui in vno grauatur, in alio releuatur. leg. eum qui, in princ. ff. de iureiur. cum concord. ibi adductis.

7 ¶ Nec obstat si diceretur quòd huiusmodi alimenta debentur præstantúrque ex fructibus feudi, vt satis colligitur ex mente gl. & ipsius Iser. in d. constit. Comitibus, & satis quoq; per se patet. Et fructus intelligũtur deductis impensis. l. fructus, & l. diuortio. §. impendia. ff. sol. mat. cũ si. congestis à Spec. tit. de expensis. §. j. vers. expensæ igitur. & à me omnium latissime (quod citra arrogantiam dictũ sit) in nostro tract. Retractuũ tit. j. §. 15. in gl. j. nu. 1. & multis seq. Nã non omnes impensæ minuunt fructus, sed illæ tantùm, quæ fiunt gratia culturæ & colligendorũ fructuum, secundùm gl. & doct. in d. §. impendia, & diximus quoque vbi suprà. *Fructus differentur deductis expẽsis.*

8 ¶ Sed nec hæ quoque deducuntur, vbi est fauor publicus vel fisci, secundùm Bal. in l. si à domino. §. vlt. ff. de peti. hæred. Saly. & Pau. Cast. in d. l. fructus, & ipsum Matthæ. Afflic. in cõstit. incip. quanto, in 9. q. & diximus etiã in dicto tract. Retract. vbi suprà, nu. 11. & ex hoc inferunt, vbi inter alios citaui eundem Matthæ. in d. deci. Neapo. 252. Est autem hic & fauor fisci & publicus pro tuitione regni, vt patet ex c. j. §. similiter. & ibi And. Iser. tit. de cap. Cor. Sed tu quantùm ad hanc rationẽ pertinet, vide quę scripsimus vbi suprà, nu. 12. verùm huius, & seq. *Nec tamen deducũtur vbi est fauor publicus vel fisci.*

9 ¶ Subiungit & ipse Matthę. quòd quando tractatur de restitutione quoq; vel alicuius partis, non fit deductio impensarũ, secundùm Hosti. & Panor. in c. cũ nobis, de deci. quibus & tu adde alios multos, quos & ipse collegi vbi suprà nu. 19. fallit quintò, vbi & ipsum Matth. ex hoc loco citaui, qui & ipse alia quædam in hanc sententiam scripsit: subditque paulò ante finem has rationes tandẽ placuisse ipsi Anto. ab Alex. & se credere ibi scripsisse veritatẽ, licèt aliud scripsisset in l. imperialem. §. pręterea ducatus, tit. de prohibi. feu. ali. per Fed. Sed & ipse in d. cõstit. Comitibus, col. 5. vers. septima dubitatio, eandem omnino quęstionẽ facit, & se omnino remittit ad ea quę scripsit in d. deci. 252. Ex quibus potes intelligere, q̃ si tãtùm alimẽta debẽtur, non debent fratres secũdogeniti aliquid contribuere in rebus id genus: alioquin enim viuere non possent, cùm nihil aliud quàm ipsum viuere, vt ita loquar, habeant. At si certam aliquam portionem ipsorum feudorum habeant, quam & ipsi per se & diuisim, si velint, percipiant, non video cur pro æstimatione earũ rerum quibus potiuntur, onera ipsorum feudorum non ferant. Sed interim vide quę in simili diximus suprà in 25. q. in fi. *Nec cùm tractatur de restitutione quota*

10 ¶ Et ad hanc controuersiam pertinet alia nõ longè quoque dissimilis, an sacerdotiorũ, id est, beneficiorũ, vt nostri vocant, pensionarij debeant contribuere decimis papalibus, aut regalibus subsidiis charitatiuis, quę vocant, & aliis id genus oneribus: an verò titularij, quos itẽ ita appellamus, soli huiusmodi onera exsoluant. De qua, ne te diutius detineã, vide extrau. Bonifacij. 8. incip. declarationem. §. & quia nonnulli obtinent, quæ ponitur inter extrau commu. nes sub titu. de deci. & gl. j. in cle. si beneficiorum, in 3. q. & ibi Imo. col. j. vers. tertiò quærit, de deci. Barpt. Belen. in tracta. de charitatiuo subsidio, in 37. q. iterùmque in 75. Cacialu. in tractatu de pensio. q. 17. Pau. Ro. in tractatu eiusdem operis c. vlt. §. item vlt. Philip. Deci. consil. 156. ferantũ cathedralis ecclesiæ, per totũ. Pet. Rebuf. in tracta. de pacifi. pos. nu. 110. vbi refert quędam arresta nostrę curię Pari. Chasse. in commentariis consuet. Burgun. tit. 3. qui est, *des droitz & appartenances à gens mariez*. §. 6. in verbo, *& supporter la moitié des charges*, col. 2. vlt. editionis, vers. dubitatum fuit. & nouissimè Hierony. Gigantem in tracta. de Pensio. q. 38. iterùmque 59. atque iterum 90. Et quod in similibus scribũt gl. & Bar. in l. j. C. de anno. & trib. lib. 10. Inno. in c. à nobis, de deci. & Pan. Cast. cons. 441. videtur dicendum esse lib. 1. & cõsi. 463. nouissimè, eo. lib. *Pẽsionarij beneficiorũ an teneantur contribuere decimis papalibus & ceteris id genus.*

SEPTVAGESIMAQVINTA QVAESTIO.

1 Septuagesimoquintò consequenter quęro. Quid si in casu huius consuetudinis deferentis totum feudum primogenito, & alimenta tantùm aliis, si habeant aliunde quo se possint exhibere, vt quia in successione sint alia multa bona in quibus ipsi succedunt ęqualiter, vel pater in suo testamento illis alia bona reliquit. An nihilominus tenebitur primogenitus illis alimẽta pręstare super ipsis feudis? Et certè si consuetudo simpliciter illis deserat certam portionem feudorum ad eorum vitam tantùm, nihil video cur eam portionem non percipiant, quantlibet aliàs diuites. At si consuetudo ipsa illis tantùm deferat alimenta, id tum nonnihil dubiũ est: propterea quòd vna alimenta vni sufficiunt, videntúrque alimẽta à consuetudine illis relicta, ne egeant. ideo cessante ea caussa, cessare etiam debet dispositio iuribus vulgatis. *Quid si fecũdogeniti habeant vnde possint se alere.*

2 ¶ Ideóq; pater non tenetur alere filiũ, qui se ipse potest alere. l. si quis à liberis. §. sed & si filius. *Pater non*

teneiur alere filium qui se alere potest. Nec libertus patronum.

& ibi gl.& Bar.ff.de liber.agno.Pau.in c.vlt.col.2.ver.& intellige,de conuer.Infid.Alex.cōs. 48.viso statuto,col.j.lib.1.& doct. vbique.Nec libertus patronum,in d.leg.si quis.§. alimenta autem,& §.vlt.de lib.ag.gl.in l.alimenta,in princ.in verbo, etiam si potest,eo.quoque tit.cū si.Nec ei mulieri cui relicta erant alimenta,debentur postquam dotata est,vt voluit Iac. Bel. in §.quia veró,in autb.de nupt.& Bal.in auth.cui relictum,col.a.vers.quæro ergo si pater.C. de indic.vid.Et ex boc quoque sequitur,quòd relictū simpliciter diuiti,nunquam videtur relictum pro alimentis:contra si inopi,vt patet ex text.in l.cùm hi.§.si in annos,& ibi Gul.Cu. & Bart.qui dicit no.& menti tenendū.ff.de transac.Bal.cons.255.cōfirmans,ad fi.lib.2.& expresiùs consil.225.ad euidentiam,statim post prin.li.3.Et ita nuncupatim iu hoc nostro casu videtur voluisse Marti.Land.in tractatu primogenituræ col.7.vers.vltimò quæro. id intelligens,quòd ex multorum sententia primogenitus,cui tota hæreditas ex consuetudine delata est.debeat alere cæteros fratres,vt procedat nisi ipsi habeant vnde se posiint honestè alere,per d.§.sed & si filius,vt etiam ex eo diximus suprà in 4.q.nu.35.sed vt redeamus.

Opi. Mattha. Afflic.

3 ¶ Contrariū tamen tenent in illo casu constitutionis Siciliæ incip.Comitibus,deferentis vitā & militiā,vt scilicet etiamsi pater reliquerit castrum quo se poterit alere, nó tamen prohibetur petere vitam & militiam,tenent expresè Matthæus Afflic.deci.Neapo.138.stante cōsuetudine regni,versic.& in dictis causis,vsque ad fi.eius deci.& in d.constitu. Comitibus,col. 6.in 14.q.dum se remittit ad eam deci.Nec tamen aliud allegat,quàm quòd cùm pater reliquit quippiam filio secundogenito, non videtur reliquisse pro compensatione illius vitæ & militię,cùm ipse pater non sit debitor ipsius,sed eius filius primogenitus post mortem patris. Idcóq; cessat ea disputatio à nostris facta,an quis suo creditori videatur reliquisse animo cōpensandi,vt per doc.in l.si cùm dotem.§.si pater.ff.sol.mat.& in l.huiusmodi.§.cum pater. ff de lega.j.& alibi sæpe.& bene facit l.is cui.ff.de ali.& cib. leg.

Alimentarius potest petere alimenta præterita.

4 ¶ Quòd autem,vt hoc ei addas, alimenta cuipiam debita ex dispositione legis vel hominis. debeantur etiam ei qui se aliunde alere potest,satis ex eo liquet quòd is poterit petere alimēta præterita,quibus iam ampliùs nō eget.l.libertis quos.§.j.ibi,tam præteriti temporis,quàm futuri,& ibi Bart.& alij.ff.de ali.& cib. lega. & l.j. in fi.ibi,si qua in præteritum præstita non sunt.& ibi Bal.col.2.vers.nota quòd legatatius.& Saly.col.vlt.ver.nunc quæro.C.de fideicō. Cy.in l.saucimus, ad fi. C. de nupt.Bald.cons.58.in restitutione,in 4.dubio,libr.a.& consil. quinquagesimonono,pręmittendum est,ad fi.lib.4.& cons.481.infrascripta sunt,col.vlt.ver. sequitur videre,eo.lib.4.

Alimenta relicta sunt loco legitimæ. Legitimā ei nō deberi qui hæreditatem repudiauit.

5 ¶ Pręterea huiusmodi alimenta à consuetudine relicta filiis minoribus, sunt veluti loco legitimæ,qua consuetudo illos omnino priuare noluit,sed illius vice eis alimenta relinquere:quę ideo isti obtinent iure hæreditatio, vt quæ debentur illis hæredibus patris ex bonis eius hæreditariis:neque enim si hæreditatē repudiarent,ea petere possent, vti nec aliam legitimam. Est enim recepta apud nostros sententia,ei legitimam non deberi,qui hæreditatem repudiarit:nec posse eundem legitimam petere,& hæreditatem repudiare, Cy.Ray.Bal. Ange. Saly. Raph.Fulgo.Pau.Cast.qui declarat Corne. & Iaco.à S.Geor. in l.hæres. C.de impub.& ali. substi. Bart.in l.pro hærede.§.j.ff.de acqui.hære.& in l.gerit, col.5.vers. sed quęro quid si aliquis,& ibi latè Alex.in addi.illius,eo.tit.& idē Bal.in l.quia poterat,vers.quæro an ille, & ibi quoque Ang.vers.sequitur in litera,omni.Imo.Rom.& latè Alex.col.penulti.versi.postremò ff.ad SC.Trebel.Bal.in effectu in l.j.col.sexta,vers.quò ad primam quæstionem.C.quan. nō pet.par.Ang.cons.83.subtiliter,col.j.Pet. Anca.cons.312.ex sola vulgari, post prin. Pau. Ca.in l.j.col.j.vers.sed ponamus quòd cras.& ibi Alex.col.2.vers.extra gl.& Ias. col. a. versi. amplias istas.ff.de acquir.hære.& cons.a86.quoniam fundamentum,col.j.vers.si verò sit exclusus.li.j. Panor.in c.Raynutius,col.vlt.ver.item notabis,& ibi Benedic. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam,prælu.4.nu.110.& iterum,& latiùs in verbo.si absque liberis,le 2.nume.48.& seq. de testa.Alex.cons.75.visis & diligenter, col.2. vers.nec isto casu,lib.j.& cons.189. eodémque vlt.perlectis,col.2.versi.& ibi propterea,lib.5.Fran.Are.in l.j.col.10.ver.tu verò aduerte,& ibi Iason colum.11.versi.8. quærit. ff. de vulga. & pupill.substit.& nouissimè D.Boër. deci.204. quęritur vtrum valeat pactum,sub num.43.& alij quos tibi citaui suprà in 35.quæstione, nu. 10.sextò licet.

Legitima debetur iure institutionis & sic iure hæreditario.

6 ¶ Cuius sententię est optima ratio.Nam filius debet habere legitimam iure institutionis, & sic iure hęreditario.l.inter cętera.ff.de libe.& posthu.& §.aliud quoque capitulum, in authē. vt cùm de appel.cogno.Igitur debet eam agnoscere cum reliqua hęreditate, aut totam repudiare aliàs esset pro parte hęres,& pro parte non hęres,contra l.j.& l.2.& l.ex asse.ff.de acqui. hęre.Et licèt Bald.& Ro.sibi contrarij in quibusdam locis.& nonnulli alij tenuerunt contrarium quibusdam rationibus,illis tamen doctè ac scitè respondit Alex. tum in d.l.quia poterat,tum in addi.Bar.in d.l.gerit,& Fran.Are.in d.l.j.vbi suprà.ff.de vulg.& pupil.

Exclusus à successione

7 ¶ Nam & aliàs quoque videmus, quòd exclusus per statutum vel consuetudinem à successione,exclusus quoque est à legitima.Bar.& Pau.Castr.in l.Titio centum.§. Titio genero.ff. de condi. & demonst. ipse Bald.in l.Gallus.§.& quid si tantùm, col.3.vers. ex prędictis elicio, & ibi

& ibi Imo.col.vlt.verſ.& hoc facit ad quęſtionem. Alexan.col.8.verſ.fui pluries requiſitus & Fran. Are.col.item 8.verſ.ſecunda ratio. ff. de libe. & poſthu. & alij propè infiniti, quos tibi cumulauimus ſuprà in 55.q.nu.9.verùm contrarium,& nu.ſequentibus addidimus eius rei rationes,quæ & ad hunc quoque locum non modicùm pertinent.

per ſtatutũ excluditur à legitima.

8 ¶ Igitur vt hunc locum concludamus, huiuſmodi alimenta relicta à ſtatuto vel conſuetudine, fratribus minoribus, ſunt vice legitimæ huiuſmodi fratrum, atque loco illius ſuccedunt: proptereáque eodem iure eſſe cenſentur, atque eiuſdem naturæ, vt dicit Bal.conſ.121.præſuppoſito quòd ſtatutum,col.2.verſ.nam cùm hoc loco, lib.4.Et tantò magis ſunt fauorabilia, quantò ſunt minora ipſa legitima. Quis autem dixerit eum legitimam petere non poſſe, qui aliàs habet vnde ſe poſsit alere?& certe nullus,imò omnes vbique dicunt poſſe. ex quibus in re tam clara ſatis erit vnum citaſſe autoritatis maximæ, Cy.in l.ſancimus, ad fi. C.de nupt.

Concluſio quæſtionis. Legitimam poteſt petere, qui etiã habet vnde aliàs ſe poſſit alere.

9 ¶ Quid ergo, an non bene dixit Marti.Laud.quem ſuprà citauimus nu.2.primogenitum non teneri præſtare alimenta cæteris fratribus,qui aliunde poſſunt ſe alere?Imò optimè in caſu in quo loquitur, videlicet in conſuetudine quæ integram hæreditatem relinquit primogenito: nec aliquid dicit de alimentis præſtandis cæteris fratribus: vt ſcilicet tũc nihilominus teneatur primogenitus eos alere, niſi ipſi ſe aliunde alere poſsint. At hic conſuetudo relinquit cæteris fratribus vel alimenta ſimpliciter, vel aliquid loco alimentorum, quod ipſi capiunt iure hæreditario ac proprio, loco ſuæ legitimæ & portionis: ita vt ad eos pertineat, non ad primogenitum, quandiu ipſi viuunt. Sed in alio caſu totum eſt ipſius primogeniti, qui tamen tenetur eos alere, ſi ſe alere non poſsint. Et ita ſunt caſus diuerſi.

Reſponſio ad dict. Martin. Laud.

SEPTVAGESIMA SEXTA QVAESTIO.

1 SEptuageſimoſextò quæro, quia ſuprà in 21.qu. diximus patrem non poſſe priuare filium iure primogenituræ directò, ſcilicet relinquendo id ius alteri filio. An ſaltẽ ipſe pater poterit primogenitum grauare ſubſtituendo ei alterum, aut aliàs? Et certè ſi ſint certa ſtatuta vel conſuetudines, vt ſunt plurimæ in hoc regno, quæ diſponunt quid & quãtum poſsit quis diſponere de bonis patrimonialibus, vel acquæſtibus, vel aliter, hæc ſequendæ ſunt: ſi nullæ ſunt, id tum dubium eſt. In qua re tamen non diutius immorabor. Nam cùm totum ipſum ius primogenituræ ſit legitima filij, ſecundùm Hoſti.& Ioan.Andr.& alios multos in c.licèt, extrà, de voto, cum concord. à me collectis ſuprà in 5.q.nu.3.& in 21.q.nu.item 3.& alibi ſæpe. Conſequens eſt, vt nec in eo grauari vllo modo poſsit. l.quoniam, & leg.cùm ſcimus.§. cum autem.C.de inof.teſta. Et ita nuncupatim voluit, & quidem latiſsimè Ioan. de terra rubea in libro cui titulus eſt vinea eccleſia, tract.j.ar.1.4.9.10.& 13.& Do.Benedic.in c. Raynutius, in verbo, in eodem teſtamento relinquens, le j.nu.147. & multis ſeq. & nouiſsimè Moli.qui multos allegat in conſue.Pariſ.tit.j.§.8.gl.3.in verbo, *pour ſon droit*, nu.24.& ſeq.iunctis præceden.& Do.Boë.deciſ.204.quæritur vtrùm valeat pactum, in multis locis illius conſ. vbi & alios quoque citat.

An pater poſsit grauare primogenitũ ſubſtitutione aut aliter.

SEPTVAGESIMA SEPTIMA QVAEST.

1 SEptuageſimoſeptimò, vtrùm ipſe pater poſsit aſsignare quodpiam feudum filio primogenito non conſentientibus cæteris filiis. Hic caſus contigit inter quoſdam filios ducis Sabaudiæ, propterea quòd Aymo Amedeus & alij duces ſuis teſtamentis prætulerant primogenitos ſecundò & tertio genitis in quibuſdam feudis, & nihilominus Philippus ſecundogenitus volebat in illis ſuccedere pro ſua portione. De qua controuerſia conſultus Anto.Rube. reſpondit conſ.133.viſo caſu propoſito, nihil ei obeſſe ducum illorum teſtamenta, quin is admitteretur ad dimidiam partem eorum bonorum feudalium (erant enim duo fratres tãtùm) quoniam ij fratres non venirent ex perſonis dictorum ducum, ſed ex conceſsione Cæſarea, per not.per Bar.in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liber.ff.de ope.libe.& Paul.Caſt.conſ.353.voluit allegare, conſ.374.viſis omnibus punctis, col.2.verſ.cùm ergo iſta Ioanneta, lib.j.Non potuerũt ergo, vt redeamus ad Rubeum, dd. Duces teſtari de huiuſmodi feudis vocando tantùm primogenitos, & excludendo alios filios, vt per Bal.in c.Imperialem, in prin. col.4. verſ. quæro vtrùm pater, titu.de prohi.feud. ali.per Fede. vbi dicit ſicuti refert ipſe Rubeus, quòd pater non poteſt primogenito aſsignare feudum aliis non conſentientibus, cum aliis concord. adductis à Deci.conſ.389.viſa longa ſerie, col.j.

An pater poſsit aſsignare feudũ primogenito ſine cõſenſu aliorũ filiorum.

2 ¶ Sed aduerte lector, quòd nec Bal.nec Dec. nec alij ab eo citati loquuntur de primogenito aut ſecundò vel tertiò genito, ſed tantùm de filiis ſimpliciter, vt ſcilicet non poſsit pater vni filiorum, cæteris non conſentientibus, feudum relinquere. In qua re nos in tract. Retractuũ, tit.j.§.11.gl.6.in verbo, *s'il eſt ou le plus proche*, nu.23.& huc ſpectat, plurimos adduximus qui tenuerunt poſſe id patrem, & nume.ſeq.alios plurimos, & ex his nonnullos ex prioribus qui contrarium tenuerunt, ſcilicet non poſſe, & alios item nn. quoque ſeq.qui multifariam diſtinxerunt, vt in illis locis videre poteris. Neque enim id admodum pertinet ad noſtrum tractatum primogenituræ. Niſi ſi dicas primogenitum in hac re non magis eſſe fauorabilem quàm cæteros, vt ſcilicet non magis id poſsit pater facere in fauorem primogeniti filij, quàm aliorum, ex ſententia ipſius Anto.Rube.

De eadẽ re. An pater poſſit vni filiorũ integrũ feudum relinquere.

¶ Quanquam

De eadē re. Valet testamētum quo quis disponit, vt in castro praeferatur primogenitus.

3 ¶Quanquam huic Rub. sententiæ, ex diametro contradicere videtur alia Pau. Cast. sententia cons. 179. in causa quam magnificus dominus, col. j. & aliis seq. lib. 2. quod valet testamētum quo quis disponit, vt in castro vel iurisdictione præferatur primogenitus aliis filiis, siue id allodiale sit siue etiam feudale. & respondet ad c. j. tit. de succes. feud. quo potissimum inniṫuntur qui tenent patrem non posse in feudis filium filio præferre. Et eam sententiam Paul. sequitur Alex. cons. 12. perspectis, ad fin. lib. 5. & Fely. in c. prudentiam, col. 3. ff. de offi. & pote. iudi. dele. & Iaco. à S. Geor. in trac. feud. in verbo, & cum pacto quod de ipso feudo, col. 5. vers. vlterius quæro, & Ias. cons. 236. an rex Romanorum, col. pen. vers. pro ea parte, lib. 2. & iterum cons. 107. in præsenti, col. 3. vers. ad idem bene facit, lib. 4. & diximus in 6. q. nu. 6. & hęc maximè. Sed id semper reuocandum est ad calculum illius dubij, an pater posit disponere de feudo in fauorem vnius filiorum, fine consensu aliorum.

SEPTVAGESIMAOCTAVA QVAESTIO.

An valeat pactū vt primogenitus perpetuo administret res cōmunes.

1 Septuagesimooctauò, an valeat pactum vt primogenitus perpetuò administret res communes, nec vnquā earum fiat diuisio. In qua specie interrogatus Alex. cōs. 18. visis capitulis, lib. 2. respondit id pactum non valere. nam pactum, inquit, siue conuentio de nunquam diuidendo rem communem, non valet. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. com. diui. & l. vlt. C. eod. tit. licèt valeret, si facta esset ad certum tempus, vt vtrobiquè no. Ideóque etiam si in id interpositum fuerit iuramentum, tamē poterit cōtraueniri, per id quod in simili voluit gl. in c. vlt. in verbo, reuocatus, de procur. li. 6. quā ibi communiter sequuntur Doct. qui loquuntur de eo, qui promittit iureiurando interposito non reuocare procuratorem: cum multis cōcord. collectis à Fely. in c. ex parte decani, col. 6. vers. amplia quintò, de rescrip. Et quod in alio simili scribitur per Ioan. And. in c. quod semel, de reg. iur. li. 6. in Mercu. & in addit. Spec. tit. de instr. edic. §. compendiosè, ver. quid si quis, cum aliis multis concor. ab eo allegatis loquentibus de eo qui etiā per iuramentū promiserat se non reuocaturū testamentū. Et quod item in alio simili scribitur à Bar. in l. cum precario, per illum tex. ff. de precari. cum si. qui loquuntur de eo qui promisit, nō se reuocaturum administratorem à se datum. Et quod similiter dicitur ab Anto. in c. pen. de offi. vicar. loquente de eo qui promisit non reuocaturum vicarium.

De eadē re.

2 ¶Sed hæc communia sunt omnibus liberis, nedum si primogenito concessa fuerit administratio, vt videre licet ex illis rationibus. Sed quod iam diximus in præcedenti quæst. id ostēdit, hic nihil facere fauorem primogeniti, cui huiusmodi perpetua administratio cōcessa est, quin ab ea discedi posit: quamuis essent multa quę huic dispositioni suffragarentur, quę nos collegimus suprà in præfatione huius secundę partis, præsertim verò in decimoseptimo priuilegio maioris ætatis, rursum in 19. & 20. & 43. Et quod Scribit Soci. cons. 252. visis instrumētis, col. 3. ver. ex quibus verbis. lib. 2. iuris pręsumptione feudum, aut aliud quippiam commune meliùs administrari per antiquiorem, per multa iura quæ ibi allegat.

SEPTVAGESIMANONA QVAESTIO.

An princeps posit vni primogenito adiudicare totius feudi praeminentiam.

1 Septuagesimononò, an princeps posit vni primogenito ex multis fratribus adiudicare totius feudi iurisdictionalis præeminentiam pro bono pacis, aut aliter. De qua re bís consultus Iason primò in Comitatu Mirandulæ, & Concordiæ cons. 236. viso titulo quæstionis lib. 2. deinde in aliis castris Sauonæ, cons. 107. in pręsenti consultatione. lib. 4. audenter vtrobique respondit, posse ex iusta causa atq; etiam sine causa, ex plenitudine potestatis. multáq; allegat, quæ illic omnibus sunt obuia, neque enim repetēda duximus, & maxime illud quod suprà adduximus in 77. q. ad fin. ex Paul. Cast. cons. 179. lib. 2. Dicitque in priori loco in prin. idem consuluisse Soci. sed illius cons. in eam rem non reperi. Tu tamen interim vide quæ nos scripsimus suprà, in 22. quæst. vbi tractauimus è diuerso, an princeps posit patri concedere, vt ius primogenituræ diuidat inter fratres.

OCTVAGESIMA QVAESTIO.

Si datum fuerit feudum vt ad aliū quam primogenitū nō trāseat, quod tēpus inspiciatur vt dicatur primogenitus.

1 Octuagesimò quæro, Si quis receperit feudum vel emphyteusim ea lege, ne ad alium filium transeat quàm ad primogenitum. Quod tempus inspiciendum est, vt quis dicatur ille primogenitus, ad quem feudum vel emphyteusis transeat: vtrùm cōcessionis, an verò mortis. Nam si concessionis, si is qui tunc primogenitus erat, postea decedat ante patrem cui concessio facta est, eo quo dictum est modo: finita erit emphyteusis per mortem patris, cùm nullus reperiatur primogenitus, inspecto eo tempore concessionis.

2 ¶De qua re Bal. in l. 2. col. j. vers. item an valeat. C. de iure emphyteu. posteaquam dicit huiusmodi conuentionem valere, subdit eum tunc dici primogenitum, qui tempore mortis alios antecedit: quia successio habet naturam relationis ad tempus mortis. & ideo inspicitur prioritas, quę tunc in natura rerum versatur, per l. ex facto. §. si quis autem, qui est penul. ff. ad SC. Trebell. quo in loco Alex. in j. no. refert & sequitur illud dictum Bald. dicitque prætereà ad id bene facere, q intelligitur recipiens ordine successiuo recepisse, scilicet primò pro se donec viuet, deinde pro filio post mortē, vt plenè per Bar. & alios in l. Gallus. §. quidā rectè. ff. de li. & posth. Sequitur itē Ca. Rui. cōs. 192. quæritur quis succedat, col. antepe. nu. 18. li. 2. & Alcia. in

l. proxi

l. proximus. ff. de verb. obli. & nos alibi in 3. q. ad aliud retulimus. Tu autem vide quæ latissimè tractauimus in 40. q. & quæ item scripsimus in 63. q.

OCTVAGESIMA PRIMA QVAESTIO.

1 Octuagesimoprimò quæro, Si res quędam feudalis in qua primogenitus succedit pro media parte secundum multas consuetudines Franciæ, aut pro alia parte maiori quam cæteri fratres, vendita fuerit, ea lege vt redimi possit à venditore restituendo pretium intra aliquod tempus, An primogenitus venditoris succedet in ea facultate redimendi pro eadem parte, in qua successisset in ea re, si vendita non fuisset. An verò æqualiter. Quam rem tractauit Carol. Moli. in suis Commentariis in consuetudines Parisienses, tit. j. § 11. nu. 28. & aliis seq. Et illum nuncupatim secutus sum in nostro tracta. Retractuum, tit. 2. in fi. in 43. qu. Mouetur autem Moli. cum aliis rationibus, tum & hac (meo iudicio) nõ inefficaci: quia hęc actio quę datur ad recuperandam rem feudalem, est eiusdem naturę & qualitatis, cuius res ipsa. quod ex eo patet, quòd qui habet actionem ad rem, ipsam rem habere censetur. leg. qui actionem. ff. de reg. iur.

An primogenitus succedat in iure redimēdi rem venditam pro portione qua in re successisset, an æqualiter.

2 ¶ Nam & aliàs actio, vt id addas, existimatur talis qualis res ipsa est, vt si res sit mobilis, existimetur & actio ad eam mobilis: si immobilis, & eadem quoque immobilis, vt placuit glo. & aliis Doc. in l. j. C. si aduer. transac. & in §. hæc ergo, in verbo, numeranda, in auth. de non ali. cum infinitis propè concord à me collectis in tracta. Retractuum, tit. j. §. glo. 7. in verbo, *ou autres choses censees pour immeubles*, nu. 1. Ideoq; actiones competentes ad res mobiles, triennio vsucapiuntur: ad immobiles, longo tempore. §. j. vers. & ideo, Insti. de vsucap. cum iis à me item congestis in illa ipsa gl. nu. 2. quo loco. Et sequen. quoque nu. ostendimus actiones aut ciuitatũ, aut ecclesiæ, competentes ad res immobiles, eodem iure censeri, ita vt nun sine decreto alienari possint. Easdémque esse vel diuiduas, vel indiuiduas: certas, aut incertas, secundùm naturam rei ad quam competunt, vt ibi videre poteris.

Actio talis est, qualis res ad quã competit.

3 ¶ Et ibi item nume. seq. adduxi rationem quæ satis huc pertinet. Finem demonstrare qualis quęque res sit censenda. leg. sed & si quid. §. j. ff. de vsufruct. & c. fraternitatis. §. vlt. de frigi. & malefi. & voluit Spec. tit. de fructi. & interes. §. scias igitur, vers. sed quid si debeo. Finis enim ad quem quid tendit, potiùs inspiciendus est, quàm quod præsens est. l. si idem. §. vlt. & ibi Paul. Cast. ff. de iurisdict. omn. iudi. & l. si domum. ff. loca. cum aliis similibus à me quoque collectis in illa eadem gl. nume. 44. incip. tum etiam quia finis, quo loco etiam docuimus omnia ex fine denominari. At finis huius facultatis & actionis pro ea competentis, est vt res ista feudalis vendita redeat ad venditorem, & eo quidem iure quo priùs erat, vt etiam ostendimus in d. tract. tit. j. §. 19. in gl. j. nu. 4. verùm si huiusmodi, & seq.

Finis demõstrat qualis res sit censenda.

Finis semper inspiciēdus.

4 ¶ Sed quid in hoc casu, si cæteri fratres nolint pro sua portione redimere, nec velit emptor primogenitum ad redimendam suam partẽ admittere, neq; enim ad id cogi potest, vt latè ostẽdimus in d. tracta. Retractuum, tit. j. §. 23. in gl. j. nu. 6. in hanc quoque, & multis seq. & iterũ tit. 2. §. j. in gl. 6. in verbo, *ou ses heritiers*, nu. 30. sed vt iterum. & seq. Et tunc certè poterit primogenitus fratres suos cogere ad redimendã suam partem, nisi velint ius suum ipsi primogenito vendere. l. his consequenter. §. Celsus, & l. hæredes. §. idẽ iuris. ff. fam. hercisc. & diximus in illa gl. vlt. loco alleg. nu. 32. verùm quæstionis est. Aut etiam ipse sine cessione poterit totũ reducere, restituendo totum pretium, vt & inibi diximus nu. 37. postremũ.

Quid si nolint fratres suam portionem redimere.

OCTVAGESIMA SECVNDA QVAESTIO.

1 Octuagesimosecundò quæro, quid e diuerso si quis emerit rem feudalem, in qua primogenitus debet succedere pro maiori parte, etiam hac lege, vt venditor possit redimere, & re vera ea res redimitur à venditore: verùm primogenitus tantam portionem feret ex pretio redemptionis, quantam tulisset ex re ita redempta. Et certè eandem quoque quæstionem adscripsit ipse Moli. in dictis suis Commentariis vbi supra, num. 31. vbi dicit illum eandem portionem laturum, per l. codicillis. §. insulam. ff. de lega. 2. vbi si plures legatarij eiusdem rei pro inæqualibus portionibus consenserint rem ipsam vendi, debent consequi pretium pro sua quisque portione, quam in re legata habebant.

Si res quæ peruẽtura erat ad primogenitum redimitur, an ipse totũ precium habebit.

2 ¶ Nos verò in d. tracta. Retractuũ, tit. 2. in fi. in 43. q. contrariũ tenuimus. Id enim pretiũ esse inter eos diuidendum, vt alia successionis bona mobilia, atque si pretium semper mansisset in bonis emptoris, per l. 2. §. id quoque. ff. de coll. bon. vbi resolutio cõtractus retrotrahitur ad tempus ipsius. Cuius autoritate adducti Iac. Ra. Cy. Alber. Bal. Corne. & Philip. Deci. in l. ea demum. C. de collat. tenuerunt hæredes mobilium succedere in huiusmodi pretio, non item hæredes immobilium, vti etiam latè diximus in tit. j. eiusdem tract. in fi. in 3. q.

Pretiũ rei redempta pertinet ad hæredes rerum mobilium.

3 ¶ Nec in contrarium quicquam facit d. §. insulam, quia cùm inibi res ipsa est pluribus legata non erat ex antecedenti obnoxia venditioni vel reuenditioni. neq; enim tenebantur legatarij eam vendere, aut reuendere: sed sponte sua, nulla re præcedenti eos cogente, consenserunt vẽditioni rei suæ, & quę ab eis inuitis auferri non poterat. Ideòque ferunt suam quisque portionem pretij huius venditionis. In hoc autem casu res ipsa nõ erat irreuocabiliter hęredũ: quin coacti sunt eã reuẽdere, ex pacto in venditione apposito. Ideoq; pretiũ cẽsetur esse eius naturæ,

Responsio ad contrarium.

vt erat

vt erat tempore prioris venditionis: vti etiam res ipsa eodem iure, natura, & qualitate qua priùs erat, redit ad priorem venditorem, vt diximus in præcedenti quæstione.

OCTVAGESIMA TERTIA QVAESTIO.

Si statutū præferat primogenitum ex primo matrimonio, si nullus extat ex eo, an primogenitus ex secūdo præferatur.

1 OCtuagesimotertiò quæro, quid si sit statutū, aut consuetudo, vt primogenitus ex primo matrimonio succedat solus in Baronia, cuiusmodi esse in multis locis refert Albe. quo loco statim citabimus: vtrum si non extent liberi ex primo matrimonio, primogenitus ex secundo matrimonio solus succedet in ea Baronia: an verò omnes liberi eius matrimonij atque etiam tertij æqualiter admittentur, veluti desit primogenitus qui ex statuto, vel consuetudine vocatur ad Baroniam? Hanc quæstionem nuncupatim, vt alibi retulimus, posuerunt Iac. Are. Cy. in 6.q. Albe. ad fi. Bal. circa medium, Saly. col. vlt. ver. quod deducit ad quæstionem, in l. si quis prioris. §. talem. C. de secun. nupt.

De eadē re.

2 ¶ Et primùm, vt dicit Bal. videri poterat omnes admittendos. Nam hæc consuetudo vel statutum loquitur de filiis primi matrimonij, sed ex hoc primo matrimonio nulli extant filij: ergo nulla est persona priuilegiata, & excludens. Ideo omnes debent succedere, cùm omniū æqua debeat esse conditio: non obstante ordine genituræ. l. posthumorum. ff. de iniust. testa. Si igitur nulla sit consuetudo, aut statutum in contrariū, vti nō est in hoc casu, in quo cessant verba istius consuetudinis loquentis de primogenito & filiis primi matrimonij, cùm nulli extent. Consequens est nec consuetudinem habere locum. l. 4. §. toties, & ibi Bar. ff. de dā. infec. cum multis concor. alibi à me congestis.

De eadē re.

3 ¶ Verùm hi omnes quos suprà citauimus, vno consensu tenent contrarium, nempe primogenitum ex illo secundo matrimonio, cęteri cęteris primi matrimonij filiis deficientibus, esse primogenitum primi matrimonij, respectu aliorum filiorum huiusce matrimonij, & tertij illius matrimonij. Nam secundū id matrimonium dicitur primum respectu tertij, & sic deinceps, secundùm gl. in d. §. talem, in verbo, ex secūdo thoro, quam ibi omnes sequuntur, vt & illos in hac nostra quęstione sequitur Ripa, in rub. ff. de vulg. & pupil. substit. col. a. vers. quod facit ad quæstionem, vbi & alia quædam ad hoc allegat, & nos quoque obiter ad aliud propositum diximus suprà in 3. q. nu. 6. & facit quod in simili, & seq.

OCTVAGESIMA QVARTA QVAESTIO.

An filius adoptiuus in iure primogenituræ succedat. Primogenitus nomen naturæ.

1 OCtuagesimoquartò, suprà in 34. qu. tractauimus an filius primogenitus naturalis, & postea legitimatus succedat in iure primogenituræ, vel ante alios naturales, & legitimos, vel etiam ante alios similiter legitimatos. Nunc igitur quęro, an filius adoptiuus in eo iure succedat? Et certè si consuetudo vel statutum loquitur de filio primogenito, non video quomodo hic filius adoptiuus in eo iure possit succedere, vt qui non sit nec dici possit primo genitus: nempe quia genitus non est à patre adoptiuo de cuius successione agitur: nec enim dicitur primogenitus illius, qui ab illo non est genitus: aliud enim est gignere, aliud adoptare illud enim naturæ est, hoc minimè. Et propterea Bald. in l. cùm antiquioribus, col. 4. versi. & primò pręmitto. C. de iure deli. dicit hoc nomē, primogenitus, naturę esse. At dubiū esse posset, si statutū loqueretur de primo, aut maiore, vel antiquiore filio. Nā adoptiuus filius, filius est, & quidem primus, si priùs quàm pater alios filios haberet, eum adoptauit. An igitur hic filius potietur iure, quod defertur primis, siue maioribus, vel antiquioribus filiis, ante cęteros filios naturales, & legitimos post eius adoptionem natos, vel etiam postea adoptatos?

Filij adoptiui succedūt cum naturalibus & legitimis. Suntque sui hæredes. An autem verè & propriè.

2 ¶ Hanc quæstionem tetigit Caro. Moli. in suis Commentariis in Parisienses consuetudi. tit. j §. 8. glo. j. in verbo, *le filz aisné*, in 6. q. quæ est in nu. 33. Et primùm pro illis dicit facere, quòd huiusmodi filij succedunt vnà cum cæteris filiis naturalibus & legitimis. l. vlt. C. de adopt. & §. sed ea omnia, Instit. de hære. quæ ab intest. defer. Adde l. si te parens. C. de suis & legi. & l. penè. §. & si quidē. C. de adop. Et id quoque procedere de iure authē. vt per Cyn. in authent. in successione. C. de suis & legit. quā tamē ipse legit sub tit. ad SC. Tertul. de quo tamē vide alios ibi. Eisq; suos hæredes dici, vt patet ex l. arrogato. §. vlt. ff. de adop. & l. cùm in adoptiuis, in prin. ibi, sui iuris habere iura, & ibi Bal. C. eo. tit. & l. certū, in prin. ff. de iniust. test. & in l. j. §. suos hæredes. ff. de suis & legi. & §. intestatorum, Insti. de hære. quæ ab intest. defer. gl. in l. 3. §. vlt. in verbo, non mutat, in fi. ff. de hære. inst. Bal. in l. eam quam, col. j. C. de fideicō. Ro. qui eam gl. ad hoc dicit sing. in l. venter, ff. de acquir. hęre. & ibi quoque Franc. Are. col. 15. vers. vltimò adde, vbi etiam id dicit esse verè ac propriè, & respondet ad quædam iura quæ videntur probare contrarium. & Ias. cons. 141. visa longa, col. 4. vers. secundò principaliter, lib. 4.

Idque etiā in regnis.

3 ¶ Adde inquam, hos succedere non solùm in rebus priuatis, sed & in regnis & cæteris regalibus dignitatibus, etiam cum cęteris naturalibus & legitimis. id enim obseruatum est in Iugurtha, qui per adoptionem Micipsæ Numidarum regis successit in regno cum Adherbale, & Hiempsale filijs naturalibus & legitimis, & id quidē iudicio ipsius Micipsę, & S.P.Q.R. vt scribit Salustius in bello Iugurthino. Nam & sic Tiberius Augusto, Nero Claudio, Traianus Neruæ, Antonius Pius, Adriano, & ipsi Antonino alius Antoninus philosophus, vt ab Imperatorum scriptoribus traditum est, & nos quoque diximus in l. si vnquā, in verbo, susceperit liberos, nu. 6. aduerte. Galba autem Imperator Pisonem adoptaturus vt illum successorē

designa

fignaret,eleganti oratione probauit hunc morem authoritate probatißimorum priscorum principum,apud Tacitum,lib.17.Annalium.

4 ¶ Hos,inquam,adoptiuos transmittere hæreditatem non aditam ad suos hæredes:excludere naturales filios,ascendentes,& vxorem:impedire bonorum publicationem, si nó in fraudem adoptio facta sit:reuocare alienata in fraudem: eísque deberi legitimam & alimenta: eósque venire contra testaméntum patris,si fuerint præteriti vel exhæredati:mittíque in possessionem bonorum aui adoptiui. quæ omnia latè diximus,& probauimus in d.nume.16.quibus & alia multa adiecimus in altera editinoe meorum commentariorum in eam l.

De eadē re.

5 ¶ Verùm ipse Moli. vbi suprà concludit eos non esse admittendos ad id ius. nam consuetudo loquens simpliciter de filio intelligitur de naturali,non de legitimo tantùm vel ficto.l.vlt.C. de his qui veni.æta.impe.& l. fideicommissum.ff.de cond. & demonstra. Nec adoptiuus filius venit appellatione filij simpliciter.nam is filius est,qui ex viro & vxore eius natus est.l.filium. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. Et propterea,inquit,stante statuto vt filię non succedāt extantibus filiis masculis. filij adoptiui ex eo statuto non excludunt filias,vt dicit Geor. Nat.in tracta.statutorum excludentium fœminas parte 5. quæstio. item 3. & Alber. Bru. in eodem tractatu,articu.12.quæstio 1.Hæc ille.

Consuetudo simpliciter loquens de filio intelligitur de naturali.

6 ¶ Et sanè quantum ad id quod primo loco dicit,illud verum est, quòd quæ & naturaliter & ciuiliter possunt intelligi,debent in dubio potiùs naturaliter,quàm ciuiliter accipi, per dicta infra,& præterea.l.ex ea parte §.in insulam.& ibi Bart.& alij.ff.de verbo.obli.cum aliis multis si.& concor.& tex.& doctà me collectis in dicta lege,si vnquam,vbi suprà,num.15.quin si ea, & suprà in prima quæst.num.10.sed nec illud,& sed.

Filius adoptiuus simpliciter nō est filius.

Verba in dubio naturaliter intelligenda.

7 ¶ Quantùm autem ad secundum quod dictum est filium adoptiuum non dici propriè filium, adde tex.probantem huiusmodi,filium nō verum esse filiū,sed imaginarium,in l.filio quem, in prin.ibi,ne imagine naturæ veritas obumbretur.ff.de libe.& posthu.quem ad id expendit Alex.in l.adoptiuum,in prin.post medi.ff.de in ius voc.& ibi quoque Soci.qui & illud præterea dicit,& probat multis rationibus contra Pan. Ca.ibi,filium adoptiuum in nulla dispositione venire appellatione filij simpliciter.Et tex.in l.cùm in adoptiuis.§. sed ne articulum. C. de adop.in illis verbis,quasi imaginaria quadam & c.Et in l.adoptiones,ibi,periode quasi ex vero filio,& iterum in verbo, videatur.ff. eo. Præterea que Bald.in d.l. fideicommissum, iterúmq; consi.24.statuto ciuitatis,li.1.& consi.46.tit.princ.col.1.ver.respondeo ad dubia. eo.li.1. dicit statutum loquens de filiis nunquam intelligi de adoptiuis.sunt enim,vt dicit,filij ficti, quod etiam dicit Card. Alex.in c.adoptiuus,tit.si de feud.fuer.cont.int.do.& ag.Ang. autem in dicta l.cùm in adoptiuis,col.2. C.de adop.dicit nomen filij simpliciter prolatū,& sine adiectione adoptiui,non conuenire filio adoptiuo,quod & nos latiùs tractauimus & probauimus in dicta l.si vnquam,vbi suprà,nu.6.præterea & seq.

Filius adoptiuus est filius imaginarius non verus.

Statutū de filiis loquēs simpliciter non intelligitur de adoptiuis.

8 ¶ Quod item postremò dicit Moli.statutum expellens filias ob filios non intelligi de filiis adoptiuis.præter eos duos,quos in id ipse citauit,tenuit Bal.d.consil.24.lib.1.& consi.102.est considerandum,ante fi.li.4.Io.An.consi.27.viso casu.& ibi Lud.Bolo.in addi.& Maria. Soci. Iunior consi.52.versi.& bene consideratis,col.3.nu.9.lib 1.& alij plurimi quos tibi citaui in d. verbo,susceperit liberos,nu.11.nec etiam Quod proximè accedit ad casum nostrum, nam vti ex statuto repellit masculus fœminas,ita & in nostro casu primogenitus cęteros,& vtrobique ad conseruationem domus & familiæ,vt alibi plenè diximus.

De iisdem rebus.

9 ¶ Sed & iis omnibus addes,quòd ius primogenituræ est veluti legitima primogenitorum,vt diximus suprà quæst.5.nu.3.& iterum in 21.q.nu.quoque 3.ita vt statutum vel consuetudo defferens id ius primogenito,& ita augens portionem quam de iure communi habuisset, legitimam eorum auxisse videatur. Constitutio autem augens legitimam filiorum non comprehendit filium adoptiuum,vt dicit glo.in §.1.in verbo,quale,in auth.de hære. & Falci.& in §. 1.in verbo,hoc obseruando in omnibus & ibi Angel.in authen.de trien.& semis.& voluerunt Iaco.Bu.Bart.& alij.in dicta l.si arrogator.ff.de adopti.Bened.Cap.consi.80.punctus quidam Raynaldinus,in 2.dubio,& consi.115.cùm prout in facto,col.vlti.& Nicol. Vbal.in tracta. de success.ab inte.char.3.in 5.specie filiorum,& diximus etiam,in d.l.si vnquam,vbi suprà,num. 5.sed vt vlteriùs.

Cōstitutio augens legitimā filiorū nō comprehēdit filium adoptiuum.

10 ¶ Et quod maximè hîc annotandum est, In feudis in quibus maximè ius primogenituræ obtinet,magis quàm in cæteris,ex plurimis Franciæ consuetudinibus,adoptiui filij non succedunt ex dicto c.adoptiuus,& ibi Bal.& omnes,tit.si de feud.fuer.cont.inter do. & ag. Quin & adoptio ita fuerit expressè facta à principe,vt adoptatus succedat in feudo, tamé si filiæ extāt, quæ ex pacto possint succedere in feudo,eas hic adoptatus non excludet,sed excludetur ab illis,vt videre licet ex And.Iser.& expressiùs Car.Alex.ibi,quamuis aliàs filiæ in feudis non succedant nisi deficientibus masculis ex.1.§.filio,titul.de success.feud. Et per d.c. adoptiuus,dicit Alex.in d.l.adoptiuum,post prin.ff. de in ius vocan. nunquam filios adoptiuos comprehendi in priuilegiis.

Adoptiui non succedunt in feudis.

11 ¶ Denique filij adoptiui in Francia nullo pacto succedunt,vt testatur Masuer.in titu.de pro-

Adoptiui

in Gallia nunquam succedunt.

versic. item & si defunctus, & Bened. in c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 758. & nu. 760. & diximus etiam in nostris Retractibus, tit. 1. §. 1. glo. 8. in verbo, *le parent.* nu. 16. sed & ex istis, & in d. l. si vnquam vbi suprà, nu. 17. nec hîc quidem, quaquidam in glo. à nu. 2. vsque ad nu. 20. inclusiue, videbis & alia multa ad hanc rem pertinentia, & multò plura videbis in secunda editione, quam nos iterum edemus, & quæ etiam dixi suprà in tracta. Nobilitatis, cap. 15. num. 5. & seq.

OCTVAGESIMAQVINTA QVAESTIO.

Si sint plures filij vasalli an solus primogenitus faciet fidelitatem domino.

Eius rei cõsuetudines.

1 OCtuagesimoquintò quęro, Si vasallus reliquit plures filios, an primogenitus solus pręstabit domino iuramentum fidelitatis, an & omnes filij: & ediuerso si sint plures hæredes domini, an omnes recipiant iuramenta vasallorum, an solus primogenitus? Et certè si res feudalis tota ad primogenitum pertineat, vel de iure feudorum in feudis regalibus, vt not. in c. 1. §. præterea ducatus, tit. de prohib. feud. ali. per Fede. vel aliter ex statuto vel consuetudine, ad primogenitum solùm ea res pertinet. Sed si omnes succedant, tunc dubium est. Et sunt multæ huius regni consuetudines quæ in hoc specialiter prouiderunt, vt scilicet primogenitus solus quandiu res feudalis est communis, pręstet & recipiat homagia quę vocamus. Et talis est apud Pictauienses, vt scribitur in §. 96. consuetudinum eius loci. Engolismenses. §. 25. Blesenses, c. 69. Aruernienses ti. *des fiefz.* qui est 22. §. 38. & 5. seq. Meldensex. §. 120. & seq. Senonenses. §. 216. Trecenses. §. 14. Carnutenses. §. 2. qui tamen loquitur de cõsensu cæterorum fratrum. Caluimontenses §. 13. Aurelianenses tit. 1. §. 35. Marchiẽses. §. 186. & §. 204. Montargienses ti. 1. §. 32. Laodenses, & cæteros Veromandienses, in 3. parte consuetudinum. §. 16. Claromontenses. §. 82. Quanquam ex his nonnullę loquuntur de præstatione tantùm, non etiam de receptione, vt non ab re dixerit Spec. tit. de feudis. §. quoniam, vers. 9. quæritur, de consuetudine quorundam locorum obseruari, vt primogenitus solus faciat fidelitatem.

Omnes tenẽtur si feudum sit omnium pro indiuiso.

Plures in vnius locũ succedẽtes loco vnius habentur.

Et in solidũ tenẽtur.

2 ¶ Quid autem sit aliàs, cessante scilicet consuetudine, is ibi latè disputat, vt faciunt alij multi in multis locis. Tamen in hoc ferme omnes conueniunt, vt omnes filij, quandiu res feudalis indiuisa est, teneantur iurare fidelitatem: sed si ex diuisione ad vnum peruenit, is solus teneatur iurare, nam de vtroque est text. expressus in c. omnes filij, & ibi glo. & omnes Doc. tit. si de feud. fuer. controuer. inter domi. & ag. & omnes vbiq; nemo enim vnus contradicit. Adijciũt gl. & Bal. & alij in dicto c. omnes, rationem primi capitis, quia cùm plures in locum vnius succedunt, omnes vnius loco habentur, l. cum fundus. ff. de cond. & demon. & l. 2. §. quęcunque. ff. de excus. tutor. & l. si quis. C. de secun. nup. Addit Bald. quòd fidelitas est quippiam indiuiduum, quia quicquid non est corpus hęreditarium actu vel habitu, reputatur indiuiduum. l. Cornelia, quæ est vlt. ff. de iure patr. & l. quædam mulier. ff. fami. hercis. cum similibus ab eo adductis. Ex quo sequitur, licet non dicant, quòd quilibet hęredum idipsum præstare tenetur, quia in his quæ sunt indiuidua quilibet hęredum tenetur insolidum. l. hæredes. §. an ea stipulatio. ff. fami. hercisc. & l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig.

Quid si omnes teneãt, sed pro diuiso.

3 ¶ Ex qua ratione illud planè colligitur, quòd si omnes hæredes teneant vnum illud feudum, ratione cuius fidelitas vni domino pręstatur, & quidem separatim & pro diuiso, qui casus nõ est decisus per d. c. omnes filij, omnes non pro sua quisque portione diuisa, sed insolidum tenentur pręstare iuramentum fidelitatis, vt expresse voluerunt Angel. Franc. Aret. & Lancelotus Gali. in d. §. ex his, & idem Aluar. inter consi. feudalia, Alberti. Bru. consil. 65. cuius caput est, super casu feudali, ad fi. idem Aluar. in d. cap. omnes, Ioan. Ray. in c. Imperialem. §. præterea ducatus, tit. de probi. feud. ali. per Fed. & Iaco. à S. Georg. in tract. feudo. in verbo, qui quidem inuestiti, col. 5. versi. nunc quęro ponamus, vbi tamen subdit post Aluar. vbi suprà, quòd poterunt vnum ex illis eligere, qui omnium nomine iuret fidelitatem, argu. l. ita autem. §. gessisse. ff. de administra. tuto.

Ex filiis is qui solus feudum possidet, solus quoque vasallus censendus est.

4 ¶ Ratio autem secundi capitis. d. c. omnes, quo dictum est eum solum præstare fidelitatem, ad quem feudum integrum peruenit, in promptu est. nam is qui solus totum feudum possidet, solus quoque vasallus censendus est, argumento eius quod scribitur in l. 3. §. hęres. ff. commo. & l. si plures. ff. de vi & vi arma. Ideo iam nihil amplius est quare cæteri filij, qui non sunt vasalli, ad eam fidelitatẽ teneantur. Et bene facit text. in d. l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden. quòd licet omnes filij argentarij teneantur edere rationes, si tamen vnus eas habeat, solus ad editionem compellitur. Cuius loci authoritate Iacob. Are. & Alb. ibi, qui eum §. legunt cum princ. illud, dicunt quod suprà diximus, scilicet quòd si plures sunt fratres vasalli, & vnus ex eis quia primogenitus, vel aliàs totum feudum possidet, solus tenetur iurare fidelitatem. Et facit etiam quod dicam versic. seq.

Quid si è diuerso dominus reliquit plures liberos an

5 ¶ ET HAEC quidem quantùm ad pręstationem fidelitatis: sed nescio quo pacto maior est difficultas in receptione ipsius, verbi gratia, si dominus reliquerit plures filios, an vni & cui, an omnibus debeat vasallus iurare fidelitatem: & consequenter an vnus & quis, an omnes debeãt eã recipere. Sunt enim qui putant solũ primogenitũ eam recipere debere, vt ex iisquę dicam constabit. Igitur illud primo loco sciendum est (& hoc quidem minime dubium est) quòd si feudum domini cui fidelitas debetur, ad vnum filiorum domini peruenit, vt aliquando hr,

exno,

ex no.in c.1.tit.de eo qui sibi vel hære.& per gl.in l.si familię.C. fami. hercis. illi soli præstandum est iuramentum fidelitatis,sicuti & de iure patronatus dicitur in d.l.vlt.ff.de iure patro. Et ita nuncupatim voluit Io.And in addi.Spec.tit.de feudis.§.quoniam,in 29.q. & Iaco. Bel. in c.prætereà ducatus,tit.de prohi.feud.ali.per Fede.Iacob.Alua.& Cardi.Alex.in d.c.omnes filij. & Iaco.à S.Georg.in d.tractatu feud.in d.verbo,qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum,col. 6.versi.quid autem econtra.

vni primogenito,an cui alteri. an verò omnibus præstanda sit fidelitas.

6 ¶ Nec item dubium videtur,si omnes hæredes domini ad quos feudum dominans,vt nostri loquuntur,peruenit,conueniant de vno ex ipsis, qui pro omnibus recipiat fidelitatem, quin id possint facere,per l.quòd si nolit.§.si plures.ff.de ædil.edic.& l.stipulatio.§.quæsitum.ff.de noui oper.nuncia.& l.hæredes.§. pluribus. ff. famil. hercis.& l.iam tamen.ff.de iudi.sol.vbi ius indiuiduum potest vni committi, & l.4.§. addici.ff.de fideicom.liber. Et ita quoque expressim voluit Io.An. vbi suprà.Bal.& Mart. Land.in d.c.prætereà ducatus.Aluar.& Cardi. Alex.in d.c.omnes filij.Ias.in l.de pupillo.§.si plurium,col.pe.ff.de oper.noui nunc.& Iacob. à S.Georg.vbi suprà.

Idem si omnes de vno inter se cõuenerint.

7 ¶ At dubium est,& id quidem nó modicum,Si feudum peruenit ad omnes filios, qui nolunt vni eorum hanc rem committere.An tenebitur vasallus vni, an omnibus iurare? Sunt enim eius rei diuersæ diuersorum sententiæ,& magno se iudice quisque tuetur.Primum enim sunt qui tenent omnibus esse iurandum,& in his Accursi.in l.si vsusfructus(nonnulli eam l.allegant pro §.l.si cuius)in prin.in verbo,oportet, & ibi Bal. & Angel.ff.de vsufru. Pileus in disputa.quam in id dubiũ fecit,vt ab omnibus citatur.Dyn.Ray.& Bar.in l.cùm vnus,in princ. per eum text.ff.de bo.authori.iudi.pos.idem Dy.Bal.Imo.Rapha.Co.& latè Ias. in l.stipulatio.§.quæsitum.ff. de no. ope. nuncia. And. Iser.& Iaco.Alua.qui ita dicit consuluisse Doct. Tholosanos,& Cardi.Alex.in d.c.omnes filij.Bart.in d.l.de pupillo.§.si plurium,& ibi etiam latè Ias.ff.de no.ope.nuncia.Bald.in l.1.in 22.quæstio.ff.de rer.diui.Angel.in l.loci corpus.§.si fundus,per eum tex.in illis verbis,de iure ipso singuli experientur.ff.si ser.vendi.& in d. l.2.§. ex his,& ibi Ro.col.3.ff.de verbo.obliga.Imo.in l.4.in fi.prin.eo.tit.Floria.in d.l.hęredes.§.an ea stipulatio.ff.fami.hercis.Card.Alex.in d.c.prætereà ducatus,col.2.vers.oppo. cum glo.tit. de prohi.feud.ali.per Fede.

Si non conueniunt. Qui tenẽt omnib. præstandam.

8 ¶ Nam si omnes filij vasalli tenentur iurare,quod tex.expressò est decisum,vt suprà diximus, nu.2.Ita & omnibus filiis domini iurandum est ex natura reciprocorum siue correlatiuorum. l.vlt.& ibi Bart.Ang.& alij.C.de indic.vidui.cum si.Item feudalis obligatio transit actiuè in hæredes domini,etiam si de illis nulla facta sit mentio.l.si pactum.ff.de pactis,cum aliis multis concord.à me collectis in tracta.Retractuum tit.2.§.1.gl.6.in prin.& in nostris commentariis consuetudinum Picta.tit.9.§.3.in prin.Si igitur transit ad hæredes,ergo ad omnes, arg. l.si seruitus.ff.de seruitu.vrba.prædi.cum si.Præterea ius quod habet dominus in vasallos,est indiuiduum,sicuti & ius patroni in libertos.d.l.vlt.ff de iure patr.glo. in l.sub conditione.ff. de assig.liber.quam facit sing.Ray.in d.l.quædam mulier.ff.fami.hercis.sed est & alia glo.in d.c.omnes filij.Si ergo indiuiduum est,ergo cuilibet hæredi in solidum pręstari debet.d.l.2.§. pen.ff.de verb.obli.& l.via.ff.de seruitu.cum si.Ad hæc si libertus habet plures patronos, aut vnius patroni plures filios,omnibus iurat.l.si quando.ff.de ope.libe. Deniq; in hanc partem solent allegari tex.in d.l.stipulatio.§.quæsitum. ff. de no.ope.nunc.& l.1 §.quamuis,in fin.de ven.inspici.

Rationes eius opi. Ius domini in vasallos indiuiduũ.

9 ¶ Sunt tamen nec minori numero & authoritate qui diuersam sententiam secuti sunt, scilicet vasallum non nisi vni ex filiis & hæredibus teneri iurare fidelitatem.gl.Pet.Cer.Iaco.Bel. Bal.sibi contrarius,Caprio.& Mart.Laud.hæc intelligens,vt vni fiat pro omnibus, non vni simpliciter,in d.c.omnes.idem Pet.Cer. And. Iser.Iac. Bel.& Mart.in d.c.prætereà.Hosti.in summa de feudis.§.vlt.ante fi.versi.sed nunquid tenebitur.Spec.eo.ti.de feud.§. quoniam.d. vers.29.& ibi Io.And in Additio.Pet.Iac.in ti.super condicti.ex moribus,col.4.vers.sed econtrario si vnus.Iaco.Ardiz.in summa tit.de succes.feud.§.sed vbi dominus.Iac.Aren. Alberi.& Ro.sibi contrarius in d.l.de pupillo.§.si plurium.ff.de noui ope. nuncia. ipse Alber.in d.l.stipulatio.§.quæsitum.ff.eo tit.& in d.l.si vsusfructus,quam legit cum l.si cuius, in princi.ff.de vsufr.vbi ita dicit communiter teneri.& in l.cùm vnus,in prin.ff.de ali.& cib. leg.& in d.l.2. §.ex his,& ibi quoque Franc.Aret.qui dicit hanc opinio. tanquam communem esse sequendam in practica Io.Fab.in § quædam actiones,col.5.versi.& propter hoc videtur,Inst.de acti. & subobscure Panor.in c.dilecti.versi.& facit iste text.col.2.de maio.& obedien. vbi ad hoc dicit facere singu.text.in d.c.prætereà ducatus,& Barb.in d.l.2.§.item si in facto,col.6.vers.in illa quæstione.ff.de verbo.obl.& Iacob.à S.Georg.vbi suprà.

Qui vni dicunt sufficere præstari.

10 ¶ Et cùm sint huius sententiæ multæ rationes adductæ per gl.& alios in d.c.omnes filij,nihil est tamen quod magis vrgeat quàm d.c. prætereà ducatus, cui qui primam opinio. sequuntur,respondent multis modis.ex quibus vnum,qui cæteris melior atque efficacior mihi videtur,satis erit retulisse.Nam ibi, inquiunt, plures fiebant domini ex mera voluntate ipsius ex diuisione voluntaria,vt patet ex illis verbis,aliud autem feudum si hæredes voluerint diuida-

Rationes huius opi. Responsio.

Declaratio §. preterea ducatus.

tur. Ideo nõ immeritò ex hoc nõ est cogẽdus vasallus habere plures dominos. At si sint plures domini ex necessitate successionis, ipsi omnes sunt vnius loco, cui successerũt. d. l. cui fundus. ff. de condi. & demon. Et facienti actum ex necessitate lex magis subuenit, quàm qui ex voluntate. l. si fideiussor. §. si necessariò. ff. qui satis. cog. & l. cùm postulassem. §. vlt. ff. de dam. infec. & l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minori. Imò vt hoc illis addas, ex eo quod quis facit ex necessitate, nullum ei paratur præiudicium. l. post legatum. §. aduocatum, & l. tutorem. ff. de his quib. vt indig. & l. cùm quidam. ff. de administratio. tutorum, & l. & ideo. in 2. respon. ff. de condictio. furt. & l. si pignori, ad fi. ff. de famil. hercis. Barto. in sua 2. disputa. incip. Pisanæ ciuitatis. col. 1. vers. tertiò hoc probar. Ideo clarè videtur quòd non sumus in casu d. c. preterea.

Impugnatio illius rationis.

11 ¶ Verùm Ias. in d. l. de pupillo. §. si pupillum, dicit hanc solutioné non esse sine scrupulo, quia etiam in d. c. præterea, in quo consortes veniunt ad diuisionem, nõ videtur esse actus merè voluntarius, ob eam iuris regulam, qua nemo cogitur in communione persistere. l. si non sortem. §. si centum, in fin. ff. de condict. indeb. & l. vlt. C. com. diuid. Quin non valet pactum, vt non possit fieri diuisio. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. eo. tit. Nisi, inquit, dixeris quòd aliud est in diuisione quæ fit ex successione, quia illa magis est necessaria. quod ex eo patet, quia diuisio inter hæredes non dicitur alienatio, vt est tex. no. in §. 1. in auth. de litigio.

De eadẽ re. Omnes debẽt consentire diuisioni in casu d. c. praeterea. ex aliorum opi.

12 ¶ Sed & tu præterea poteris dicere ad sustinendam illam solutionem, quòd in d. §. præterea, diuisio est semper merè voluntaria: quoniam non potest fieri diuisio feudi, nisi omnes nemine reclamante consenserint, vt no. voluit Pan. con. 82. conditoris omnium, &c. quanquam in his, col. pen. versi. ego tamen notanter dico, lib. 1. per tex. quem dicit sing. in eo ipso §. præterea, si bene, vt dicit, ponderetur, in illis verbis, si consortes voluerint, ex quibus dicit colligi consensum omnium requiri, per text. iuncta glo. in cle. sæpe, in fi. de verb. signifi. Nam cùm ille text. permittat diuisionem contra naturã feudi, debet intelligi in propriis suis terminis, nec à verbis tex. est recedendum. l. non aliter. ff. de legat. 3. & c. vlti. de verb. signifi. Et id quidem Pan. ipse veluti extollit dicitque ab aliis se non reperisse ponderatum. Et hoc quoque voluit Alex. consi. 6. visa inuestitura, in prin. lib. 5. Barb. consi. 14. clementissimi, col. vlti. lib. 4. & Fely. in c. quæ in ecclesiarum, col. pen. versi. secundò limitatur, de consti. & in c. prudentiá, col. 2. de offi. delega. Hippo. Marsi. singu. 9. nemo cogitur. & Albe. Bru. consi. 66. ex themate, col. 1.

Alij cõtrà.

13 ¶ Sed quia nonnulli tenuerunt contrarium, vt scilicet sufficiat quorundam hæredum consentire diuisionem fieri, & inter hos late Alex. sibi contrarius, con. 7. in consultatione præmissa, in princip. iunctis his quæ dicit col. penul. versi. restat ad allegata, lib. 5. & cons. 25. attentis narratis, col. 3. versi. non obstat quòd alia, eod. lib. 5. Soci. consi. 278. in quęstione vertente, col. 2. & 3. libr. 2. & late Franc. Curt. Senior, consil. 69. dominus Ioannes, in 3. primis colum. Franciscus Curtius Iunior in tracta. feudo. in 4. parte 15. eiusdem partis, 13. nu. 30. quęstio, col. ipsius vlti. vers. limitatur sing. hęc secunda regula. Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, cbar. vlti. versi. sed aduerte pro magna. ff. de ver. obl. Phil. Deci. in d. c. prudentiam, col. 5. ver. vltimò notandum. de offi. deleg. & nouissime Carol. Moli. in consuet. Parisien. tit. 1. §. 35. in 1. quęsti. Tamen illud saltem certum est, ipsos prouocantes sponte & multa necessitate adactos ad eam prouocationem prosilire. & ideo ex parte eorum mere est ea diuisio voluntaria, licet non talis sit ex parte eorum qui sunt prouocati.

De eadẽ re.

14 ¶ Verùm diligentius rem ipsam consideranti videtur huiusmodi solutionem non satisfacere d. c. pręterea ducatus, in quo statuitur quòd cõsortes feudi possunt illud si voluerint, diuidere, ita tamen vt vasallus pro vno feudo plures dominos habere non cõpellatur. hęc enim sunt verba illius c. Et sic patet ex mente & verbis huius c. quòd si sint plures domini feudi superioris, non compellẽdus est vasallus nec ante, nec post diuisionem habere plures dominos. nam si post diuisionem id fieri non debet, cùm suam quisque partem diuisam iam habeat, ex quo videbatur facienda cuique fidelitas, pro sua cuiusque parte: multò minùs ante diuisionem feudo permanente omnibus integro & indiuiso. Nec distinguit ille §. an illi domini essent cõsortes ex successione, an aliàs: imò generaliter de consortibus loquitur, cuiusmodi sunt plures filij vnius domini aut vasalli. Ideò cùm nõ habeamus in feudis tex. expressum in contrarium, videlicet quòd omnibus filiis domini debeat fieri fidelitas, quid est ꝙ illum tex. expressum in d. §. præterea ducatus, ita distinguamus, vt non intelligatur de consortibus ex successione? cùm vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debeamus, iuribus vulgatis.

De eadẽ re. Argumenta nihil faciũt ad correctionem iuris communis. Nec rationes.

15 ¶ Nec est ꝙ moueri debeamus rationibus ex iure communi depromptis, cùm etiam in iure communi non reperiamus id expressim decisum. nec debemus vti argumentis & rationibus ad correctionem eius quod nominatim decisum est, vt de argumentis habemus gl. in c. 1. titu. de feud. cogni. & alibi late diximus. De rationibus est tex. in l. prospexit. ff. qui & à quibus. Tũ quia in materia feudali leges Romanorum non ligant in his quæ sunt decisa feudorum constitutionibus, vt constanter affirmant omnes feudorũ interpretes. Pręterea cùm plures vnius domini hęredes feudum diuidunt, quid est, si diis placet, quod magis illos cogat diuidere, quàm alios consortes eiusdem rei? nonne si velint poterũt feudum indiuisum tenere, æque ac cęteri consortes? & certe poterunt. Et ideo quò ad diuisionem par est omnium voluntas, par

quoque

quoque necessitas diuidendi, si vnus prouocauerit. Et ideo sunt ferè plures qui sequuntur eam opinio. quæ vni duntaxat fidelitatem fieri voluit. Quibus adde quæ diximus suprà in 4. q. nu. 30. adde quòd subditorum.

16 ¶ Quòd si & tu eam sequi volueris, illud remanet in ambiguo, cui sit potiùs facienda. Et certe si omnes filij in vnum eorum conueniunt, nullum est, vt iam diximus, dubiú, quin illi fieri debeat. Quòd si non conueniunt, sed contendút sibi quisq; fieri debere, id maxime dubium est. nam gl. in d. §. præterea ducatus, dicit vasallum posse eligere, cui malit fidelitatem facere, arg. l. plerunque. §. vlti. ff. de iure doti. vbi in alternatiuis est rei electio, cú concord. ibi per glo. adductis. Et hanc sententiá sequitur Iac. Bel. in d. §. præterea, per tex. in l. 1. ff. de solut. & post eum Ioan. And. in addit. Specul. d. tit. de feudis. §. quoniam, in 29. quæstio. & Franc. Are. in d. l. 2. §. ex his, col. 2. in fi. ff. de verbo. oblig. & alij quos tibi citaui suprà in 2. opinio. 17. q. nu. 6. sed quicquid. Et in hanc quoque sententiam affertur tex. in l. si quis à filio §. si quis plures. ff. de leg. 1. vbi si quis plures Stichos habens, Suchum legauerit, hæredis est electio, quem dare maluerit. & text. melior in l. 3. §. si cùm omnes. ff. de S C. Sylla. vbi si seruus non possit opem ferre omnibus dominis, est in eius arbitrio, quem cæteris in ea re anteponat, cum his quæ diximus suprà in d. 2. opi. 17. q. nu. 2.

Sed cui potius ex filiis est faciẽda fidelitas.

17 ¶ Alij vt refert Bal. in d. c. præterea ducatus, dicunt fidelitatem fieri debere seniori ex filiis. ar. l. vlti. ff. de fide instru. & not. per Inn. in c. 1. de maio. & obe. vbi & hoc retulit Fely. col. vlt. vers. inferunt etiam. & Ro. in rep. l. si verò. §. de viro, in 53. fal. vers. quartò principaliter. ff. solu. mat. & diximus etiam suprà in præfatione, num. 191. quadragesimotertiò, & in nostris commentariis consuetudinum Pictauicarú, tit. 9. §. item 9. in gl. 2. in verbo, *les doit recevoir*. Et hanc sententiam omnibus vlnis amplectitur consuetudo Picta. & similes quæ dicunt primogenitum filiorum recipere debere fidelitatem vasallorum. Quam etiam sequitur Marti. Laud. in d. c. præterea, dum limitat gl. ibi concedentem vasallo arbitrium eligendi, vt suprà diximus, nisi quis esset antiquior. Quanquam non video quid velit Marti. dum hanc limitationem facit, tanquam sentiat posse fieri vt nullus eorú sit antiquior, quo casu opi. gl. procedet, cùm tamen id fieri non posse natura ipsa declaret, quæ non permittit vno impetu duos infantes de vtero matris procedere. l. Arethusa. ff. de stat. homi. Ideóq; semper alter altero est antiquior, nisi dicas Marti. intellexisse, cùm ignoratur, vter prior eorum natus sit, secundùm ea quæ diximus suprà in d. 17. q. aut cùm matre mortua, vtero exciso simul exierunt, de quo etiam diximus in 18. q. aut etiam de duobus dominis qui fratres non sunt.

Qui dicũt seniori vel primogenito.

18 ¶ Sed tamen quod de antiquiori dictum est limitat And. Iser. & post eum ipse Marti. in d. c. præterea ducatus, nisi alter præuenerit, quod vix reciperem, si vera est ea sententia quæ antiquiorem in id cæteris præfert, neque enim præuétio habet locú in præiudicium eius, ad quem res de qua agitur primo loco pertinet: sed tum demum cùm ad plures æqualiter pertinet, aut cùm ignoratur ad quem ex pluribus pertinet, secundùm ea quę & nos diximus suprà in 12. eadémque vlti. opi. 17. quæstionis.

Quid si alius praeuenerit.

19 ¶ Nec tamen omiserim Bal. in c. ea te, ante fi. vers. sed pone plures sunt, de iureiu. fuisse in noua quadam opinio. Ait enim, ait, feudum est indiuiduum, vt est feudum iurisdictionis, & potest vni præstari fidelitas pro omnibus: quia non nisi in solidú præstari potest: aut est diuiduú, & non potest vni præstari pro cęteris, nisi ratum habuerint, arg. l. qui in aliena. §. vlt. ff. de neg. gest. & d. c. ea te. Adeò Bal. fuit versatilis ingenij, vt vix illum sibi cóstare comperias, vt & nos sæpe obseruauimus. hæc tamen eius opi. proprius accedit ad eam quæ vult omnibus esse iurandum, cùm feuda omnia sint diuidua præter Ducatum, Comitatum, & Marchiam, vt est tex. in d. c. præterea ducatus. Censet igitur hic Bal. semper esse iurandú omnibus, præterquam in istis tribus feudis. Sed quòd dicit feudum iurisdictionis esse indiuiduú, vt id obiter dicam, ne interim lectores decipiantur, non sine dubio est, per no. ab eodem Bal. in d. c. præterea ducatus, & ibi quoque alios, & maximè Card. Alex. col. pen. vers. an iurisdictio, & Bar. in l. tutore, in fi. ff. de adminis. tut. & ante hos Spec. tit. de feud. §. quoniam, in 34. q. vbi expresse tenet contrarium, & latè Alex. d. consil. 7. in consultatione, lib. 5. & quos ibi allegat, ne hîc diutius immorer, præsertim quia & nos aliquid diximus suprà in 4. q. nu. 19. ex quibus.

Alia opinio.

Feudum iurisdictionis an sit indiuiduũ.

OCTVAGESIMASEXTA QVAESTIO.

1 Octuagesimosexto suprà in 26. quęstione ptinc. diximus primogenitum renunciare posse iuri primogenituræ in fauorẽ secundogeniti. Quid igitur si id fecerit, & postea secundogenitus, qui eo iure ex huiusmodi renunciatione potitus est, moritur sine liberis. An hic primogenitus qui ita renúciauerat, poterat in illis ipsis bonis, in quibus renúciauerat huic iuri, suo fratri succedere, vt primogenitus & cæterorum fratrum maximus, stante consuetudine, vt in successione fratrum locum habeat ius primogenituræ? quod nos obiter & per transennâ tetigimus suprà in d. 26. q. num. 4. illud autem. sed hîc pauló amplius tractandum ducimus. Videtur igitur primum non posse, cùm semel huic iuri primogenituræ eorundem bonorum renunciauerit ideo non ampliùs ad id admittendum esse, cui renunciandum putauit. l. si quis iusiurandum, C. de reb. cred. cum concord. ibi à gl. adductis, & præterea, c. quàm periculosum.

An primogenitus qui renunciauit primogenitura in fauorem secundogeniti eide secundogenito sine liberis decedẽti succedet in primogenitura.

7.q.1.quod nuncupatim loquitur de renuntiatione iuris primogenituræ,cum simi.

Decadẽ re.

2 ¶ Et optimè etiam facit text.in l.qui liberis,aliàs l.sed si plures.sunt enim qui ex eo §. faciunt l.principium.§.filio impuberi.ff.de vulg.& pup.substi. vbi scribitur, candẽ esse hæreditatem patris,& filij eius hæredis. ideo si patris hęreditatem repudiauero, filij hęreditatem habere non possum.quæ res tam similis est huic nostro casui,quam ouum ouo: imò vero idem est casus.nam vtrobique is qui renunciauit hæreditati paternæ, vult nihilominus venire ad successionem filij hæredis,quem non admittendum clarè dicit is tex.

Decadẽ re.

3 ¶ Et id quoque confirmat quod à Bal.traditum est in c.1.§.vlt.col.item vlti.versicu.sed pone concessum est,tit.de contro.inue. Concessum est,inquit,duobus feudum pro diuiso,alter autem sua negligentia passus est alterum pręscribere fines & limites ipsius, verùm mortuo eo qui pręscripsit sine hęrede,illud ita pręscriptum redeat ad fratrem cõtra quem præscriptum est:an ad dominum, tanquam scilicet ei non noceat illa sua negligentia, adueniente successione fratris qui præscripsit.Et concludit,ad eum qui semel amisit,reuerti nõ posse,per l.sicut in annos.ff.qui.mo.vsufr.amit.Nam quod,inquit,non vtendo perditum est, postea non recuperatur.l.solita,quæ est vlt.C.de remis.pig.Et ibi eum sequuntur Iac.Alua.in fi.Marti.Laud. col.3.versi.eodem modo,& Cardi.Alex.haud multò ante fi.

Alia patris successio,alia fratris.

4 ¶ Verùm aliàs cum ex facto huiusmodi species de qua tractamus,contigisset,contrarium respondimus,ea ratione ducti,quòd alia est successio patris cui in eo iure primogenituræ renũciatum est.alia fratris,de cuius successione nunc agitur,& id per se clarum est:idque etiam si sint eadem vtriusque successionis bona.nam post mortem patris desierunt esse patris, factaq; sunt fratris qui illi successit,& eius patrimonium.l.1.§.veteres,cum gl.in verbo,per vnum reliquorum,ibi,tu dic quòd hæreditarius,& ibi omnes docto.ff.de acq. hęre. & alia quoque gl. in l.hęres per seruum.ff.de acquiren.hære.& in l.per hęreditarium.ff.de acqui.rer.domi.cum aliis multis tex.gl.& docto.concor.relatis à Ias.in d.§.veteres,col.8.versi.circa conclusionem, & Decio in l.hęreditas.ff.de regu.iur.

Renunciatio vnius successionis non trahitur ad aliam.

5 ¶ At renunciatio respectu bonorum vnius successionis non trahitur ad aliam successionem, vt est optimus text.in leg.qui cum tutoribus, in princ.ff.de transac. Nec aliàs semper renunciatio limitata ad vnam causam,extenditur ad aliam l.si vnus.§.sed si pactum, & §.ante omnia.ff.de pactis.& c.cum inter,de renuncia.& ibi concord.in gloss. & bene etiam facit lex.si de certa, & ibi gloss. & Docto. C. de transac. Et hinc fit vt sententia contra aliquem lata ex vna causa,non ei noceat agenti ex alia lege.& an eadem.§.actiones.ff.de except.rei iudi.& ibi concord.

Renunciatio respectu vnius causa ad aliam non trahitur.

Renunciãs successioni patris succedit tamẽ bonis fratris quæ à patre processerunt.

6 ¶ Ex quibus & illud quoque fit,vt si filius aut filia renunciauerit successioni patris, aut aliter fuerit ab ea exclusus, non propterea impeditur succedere cæteris fratribus sine liberis decedentibus,qui patri successerant,etiam in bonis quę ad eos à patre processerant. Angel.cons. 52.dominus Ziglius,circa medium.Raph.Fulgo.in l.quanquam,in prin.C.ad leg.Falci.Roma.subdubius tamen,in l.1.§.veteres,& ibi apertius Aies.col.5.vers.quæ inducuntur. Franci. Aret.& Soci.vterque post mediũ,& Ias.late col.9.vers.expedita theorica.ff.de acq.hære.idem Ro.sed minime dubius cons.186.circa primum,quo quæritur,in 1.dubio.Pau.Ca.qui ita dicit Oldr.consuluisse in l.Paulus,aliàs incipit,per procuratorem.§.1.& ibi quoque Fran.Are.qui eum §.legit cum l.ipsa,in prin.ff.de acq.hęre.& idem Pau.con.252.viso puncto suprascripto. lib.1.nisi, vt ibi dicit, appareret eam renunciationem comprehendere bona siue hęreditatem fratrum,ipse Francis.Aret.in d.l.sed & si plures,quam legit cum l.si pater.§.filio impuberi,in 2.nota.ff.de vulg.& pupil.substit.& consi.160.in præsenti,col.1.iterũmque pen.versi.& ideo statuta,rursũmque consi.seq.verum est,col.3.vers.& pro euidentia,& iterum col.vltima, Ben. Cap.cons.12.punctus quidam Antonius,& con.73.punctus quidam Petrus,in 2.dubio. Cor. cons.305.in hac consultatione,col.2.vers.his tamen minime refragantibus.libr.4.Guid.Pap. dec.Delphi.231.fuit etiam & Phil.Dec.in d.l.hæreditas,in fi.ff.de reg.iur.& iterum in l.quoties duplici iure,nu.6.eo.tit.& cons.379.requisitus.

Frater fratri renunciãs in feudo communi fratri decedẽti sine liberis succedit in eo feudo.

7 ¶ Fit item & illud,vt si frater fratri renunciauerit feudo communi, non tamen prohibetur illi decedenti sine liberis succedere in eo ipso feudo,nisi domino vel omnino renũciauerit.c. Titius cum Sempronio,quod est vlt.tit.si de feud.fuer.contr.inter do.& ag. & iterum c.1.titu.de eo qui.fi.fecit agna.& vtrobique gl.& Doc.& preterea Bal.in l.1.in 50.q.ff.de rer.diui.& in c. 1.statim post princ.tit.Imper.Lotha.Euge.Pap.& Cardi.Flor.consi.129.dubia principalia, in 3.dubio,Alex.in d.§.veteres,col.6.versic.optimè facit,& ibi quoque Ias.col.10.versic.secundò pro ista,& idem Alex.cons.13.perspectis his.in princ.& iterum vers.sed præmissis, libr.5. Nisi tamen ita renunciauerit,vt frater inuestiretur tanquam de feudo nouo, quia tunc non succederet illi fratri postea morienti,non ob id quòd renunciauerat,sed quia cõsentit,vt tanquam de feudo nouo inuestiretur:in quo quidem feudo nouo frater non succedit, sed id ad dominum reuertitur, vt diximus suprà in 16.q.nu.4.illud autem.

Renuncia-

8 ¶ Nec aliàs semper renunciatio,exclusio, priuatio vnius iuris,inducit renunciationẽ, exclusionem,priuationem alterius etiam in eadem re.l.si domus.ff.de seruit.vrba.pręd.& l.si mihi.

ff.de

ff.de serui.rusti.prædi.& l.nec is qui.§.1.ff.de acqui.hęre.& l.si priùs,post prin.ff.de aqua plu. arc.& l.quoties duplici.ff.de reg.iur. & l.iubemus.C.ad SC.Velleia.& l.fusi.C. de iure deli. Alberi.post Guid.Suz.in l.damni,la 1.§.Sabini.ff. de dam.infec.Signo.cons.169.quęst.no.16. Ro.cons.132.vt retulit,in fi.& cons.168.circa primum,in prin.vbi & alia iura in id citat. Pau. Ca.con.70.breuiter,in prin.li.2. Et patet ex his quæ scribūt Lapus,Pet.Anc.Domi.& Philip. Fran.in c.si clericus,de pręben.lib.6. Lucas Pen.in l.vnicuique.C.de proxi.sacro.scri.libr.12. Flora.à S.Petr.inter cons.Pet.Anc.cons.371.quod d.domina,ad fi.& quæ nos retulimus in trac.Retractuum,tit.j.§.j.glo.9.in verbo, *en lignagier*, nu.43.sed & in alio,& seq. & iterū nu. 124.sed in duobus,& nu.159.sed his maturè, post princ.& seq. Et vide etiam quod diximus suprà in 26.q.prin.nu.4.illud autem,vbi & hoc veluti obiter tetigimus.

tio vnius rei nō inducti renūtiationem alterius.

9 ¶ Nec obstant allegata in contrarium. nam quod primo loco dictum est,renuntiantes non ampliùs admittendos,id verum est cùm ex eadem causa ad ipsum admitti volunt cui renuntiauerunt.Hic autem renuntiauit iuri primogenituræ,quod sibi post renútiationem obtigit, per mortem,& ex successione fratris:sed tantùm ei quod túc ei competebat per mortem, & ex successione patris.Quod autem est dictum ex d.l.sed si plures.§.filio impuberi. ff. de vulg. & pupil.hic nihil obstat.ibi enim is qui substitutus fuerat instituto in eadem hæreditate, separare volebat hæreditatem patris,à quo ipse fuerat substitutus, & sine cuius substitutione nihil erat habiturus ab hæreditate filij instituti.quod ibi negatur fieri posse, sed aut vtriusq; debere hæreditatem habere,aut neutrius.Iuncta enim hæreditas, vt ibi subiungitur, cœpit esse:hic nihil omnino capit à patre.Ideóque & Franc.Are. in d.§.filio impuberi, trahit eum text.ad sententiam,vt scilicet is qui renuntiauit successioni paternę, non impediatur succedere fratri,vt suprà ex eo & aliis diximus.& omnes propè qui de ea loquuntur in dictis locis, citant etiam d.§.in eam sententiam.

Responsio ad contraria.

OCTVAGESIMASEPTIMA QVAESTIO.

1 OCtuagesimoseptimò,hic admonebo lectores quæstionis tractatæ ab Alber.in rub.ff.de vulg.& pup.col.66.ver.quæro etiam aliam pulchrā Rex Aragonum in testamento ordinauerat vt regnū Maioricarum quod ad eū pertinebat,esset Iacobi filij sui:& si ipse & filij eius decederent sine filiis,reuerteretur ad regem,vel regnum Aragonū.D.Iac.mortuus est relicto Petro filio rege:hic autē Petrus decessit sine liberis,relicto hærede filio fratris regis Maioricarum,non tamen primogeniti:ob quod quærebatur an esset locus substitutioni,an verò deficeret per existentiam huius nepotis nati ex filio non tamen primogenito Iacobi regis Maioricarū.In quo controuersia erat,an verba substitutionis de primogenitis tantùm intelligerentur,an etiam de cæteris.Et tandem concludit substitutionem non deficere,nec testatorem de primogenitis tantùm intellexisse,ex quibusdam verbis testamenti,vt ibi videre poteris.

An sit locus substitutionis in specie hic proposita.

OCTVAGESIMAOCTAVA QVAESTIO.

1 OCtuagesimooctauò quæro,quia suprà in 78.quæsiuimus an valeat pactum vt semper primogenitus administret res communes. Quid si testator reliquit administrationem omnium suorum bonorum primogenito suorum filiorum:an mortuo eo primogenito, huiusmodi administratio transeat in liberos & hæredes ipsius iuniores patruis:an ad patruos qui erant cohæredes illius primogeniti? Et videtur transire. Nam hæres repræsentat personā defuncti,& censetur esse eadem persona cum eo, in authen.de iureiur.à mori. præst. Succeditque in hæreditate,quæ est successio in vniuersum ius defuncti.l.nihil aliud.ff.de verb.signifi.& l.hæreditas.ff.de regul.iur.Et præsertim id obtinet in filiis hæredibus, qui sunt pars corporis patris,testimonio Aristotelis li.5.Ethicorum,c.item 5.& nostri Imperatoris in l.cùm scimus.§.vlt.C.de agri.& censi.lib.11.Imò verò censentur esse idem corpus vnáque persona.l vlt.C.de impub.& aliis substit.cū aliis multis concord.à me latè congestis in rep.l.si vnquā in præfatione,nu.15.sed quis hunc,& multis seq.C.de reuo.dona.& diximus etiam in 40.qu. prin.in multis locis.

An administratio bonorū relicta à patre primogenito transeat ad filium ipsius.

Hæres repræsentat personam defuncti.

2 ¶ Sed vnum illud non omittendum ducimus,quod maximè ad hunc locum pertinet,ne quis causetur in hoc censeri electam industriam primogeniti.Nam id nihil obest quin filius in ea re succedat,per tex.in l.sciendū.§.legati.ff.de legatis.vbi legati vicarios alios dare nō possunt, nisi filios suos,quam expēdit Bal.in rub.ext.de procur.col.vlt.& Ro.in l.j.ff.de in ius voc. vbi per eam dicit filium delegari posse etiam in his in quibus est electa industria personæ. & sequuntur & dicit sing.Fely.in c.j.in fi.de magi.& alij quos tibi collegi in d.illa pręfatione,num. 16.ex quibus illud fit.

Filius potest substitui in locū patris etiā in his in quibus electa est industria personæ.

3 ¶ Tamen Corne.super ea specie interrogatus respondit,filiū in hac administratione non succedere,cons.243.circa primum consultationis articulum,col.5.vers.deuenio modò,lib.3. Hic enim,inquit,primogenitus filius non fuit per eum testatorem vocatus ad proprietatem & dominium bonorum successionis:sed ea māserunt communia ipsius & aliorum suorum fratrū: & administratio regiminis fuit iussu & mādato ipsius testatoris commissa ipsi filio primogenito veluti maiori natu,& qui verisimiliter prudentiùs & ex communi omnium vtilitate res ipsas administrabit.Mandatū autem expirat morte mandatarij.l.mandatū.C.māda.&c.vno

Decisio quæstionis.

delegatorum, de off. deleg. vti etiam videmus in tutoribus, curatoribus, & aliis administratoribus. & adfert quoque quæ tu ibi videre poteris.

An ius custodiendi instrumēta communia transeat in hæredem.

4 ¶ Sed miror eum virum non meminisse eo in loco eius quod à nostris tractatur, an ius custodiendi instrumenta communia competens seniori ex fratribus, aut aliis sociis, per l. vlt. & ibi omnes Doct. ff. de fide instru. transeat in hæredem iuniorem ipsius senioris. Et non transire dicūt Saly. & Flor. in l. procurator. C. de eden. & sequitur Alcia. in l. 2. §. ex his, col. j. ff. de verb. obliga. vbi ex hoc dicit, quòd in ea re præfertur patruus senior filio primogeniti. De qua re & nos diximus suprà in præfatione huius tit. de iure Primigeniorum, num. 135. ex quibus etiam. Sed & tu hoc ei addas, quòd quæ sunt & dependent ex hominis intellectu, non transeunt in successorem. l. j. §. ne autem. C. de cad. toll. & c. quoniam abbas, de offi. deleg. & voluit per ea iura Bal. in c. j. in princ. super verbo, marchio, col. eiusdem verbi 2. vers. extrà no. quòd quædā, & ibi Matth. Afflic. col. 8. vers. item quæritur, tit. de his qui feud. dar. pos.

OCTVAGESIMANONA QVAESTIO.

An primogenitus qui bona communia ex dispositione testatoris administrauit possit eius rei petere salariū.

1 OCtuagesimonono, retenta eadem specie, quæro an hic primogenitus qui ita administrauit ex testatoris dispositione, possit petere salarium huius administrationis à cæteris fratribus. Et certè Fulgo. in l. illud, col. 2. vers. præstant hæc argumenta. C. de collat. non in maiore natu, qui administrauit post mortem patris, sed qui administrarat viuente patre iussu illius, quærit an hic post mortem ipsius poterit quippiam petere à cæteris fratribus pro modo laboris, & quantum alius administrator habuisset: dicitq; illum iustè petere, argu. eius quod voluit Bart. ibi, de filio qui patris iussu mercaturam illius exercuit, auctioremq; multò sua industria & cura fecit: vt is ex huiusmodi lucro post mortē patris auferat partē pro modo laboris & industriæ, reliquum autem conferat fratribus. nam quod ex pecunia patris est, profectitiū est: quod ex labore, aduentitium. quod & idem dicit ipse Bar. in l. eùm oportet. C. de bonis quę lib. quem multi sequuntur, qui tibi collecti sunt à Ias. & Philip. Dec. in d. l. illud. & Corn. cons. 311. ad euidentiam, col. 2. ver. & ideo quando vnus, lib. 3. Et id dicit Fulg. in casu de quo loquitur, satis habere ęquitatis: vix tamē id obtineri posset, & aliquando petitū à maiore natu non obtentū. & eum refert Pyrrhus Englebermeus in consue. Aurelia. tit. de feud. §. 27.

De eadē re. Si vnus sociorum pro se & sociis negotiatur ei debet cōstitui salariū ex more regionis.

2 ¶ Sed tamen quòd ipse maior natu iustum petere videatur, facit quòd eùm ex multis sociis vnus eorum negotiatur pro se & cæteris, debet ei constitui salarium ex more & consuetudine loci secundùm Petr. Vbal. in tract. societatis, in 6. parte, in vlt. q. vers. quęro quidam contraxerūt, & Corn. latè cons. 116. licèt videatur, lib. 4. Et quamuis Ro. cons. 168. circa primum quo quęritur, in 4. eodémque vlt. dubio, scribat nihil de salario iure cautum, respondit tamen maiorem partem lucri illi tribuendā, considerata à iudice qualitate personæ & industrię. l. si non fuerint. ff. pro socio. Tacitè enim hoc lucri socio industrioso & operoso tribuēdum potiùs, quàm alteri. l. si societatem mecum, eo. tit. & quod no. Bal. in l. j. C. eo. tit. Et idem propemodum voluit Corne. d. cons. 311. in litera b. in fi. lib. 3.

De eadē re.

3 ¶ Iason autem in d. l. illud, col. pen. ver. secundò principaliter, constanter tenet quòd in casu Fulg. filius qui viuente patre administrauit bona familiæ, nihil possit petere à cæteris fratribus, autoritate Ange. qui cons. 85. pater habens plures filios, col. j. vers. in contrarium., quòd si filius viuo patre cum pecunia patris. & de eius mandato exercuit longo tempore mercaturam, ex qua multa lucratus est: omne lucrum & damnum fore ipsius patris, siue dicamus huic filium fuisse procuratorem, siue institorē. l. qui proprio. §. procurator. ff. de procura. & l. 2. & l. negotia. ff. de nego. gest. & l. si quis putans. §. siue autē. ff. com. diuid. & l. j. cum 4. seq. vsque ad §. sed & si immensum. & l. si eū milite, & l. pen. in fin. & l. vlt. ff. de insti. actio. Nec potest dictus filius petere salarium, quia mandatum solet esse gratuitum in non assueto operas suas locare. l. j. in fin. ff. mand. Cui adde ad hanc rationem tex. & in l. si tibi rem, & in l. si tibi areę, & l. si tibi polienda. ff. de præscrip. verb. & gl. in l. j. in verbo, alieno, in fin. ff. de procur. Addit Ias. aliam rationem, quia filij ex debito reuerentiæ astricti sunt obedire mandatis patris. l. veluti. ff. de iust. & iur. & §. j. Inst. de pa. po. & §. si verò expectet, in auth. de nupt.

De eadē re.

4 ¶ Adducit prętereà Ias. id quod nota. decidit Bal. in c. j. circa medium, vers. & hæc est notabilis, tit. de beneficio fra. vbi ponit quęstionem de duobus fratribus rusticis simul commorantibus: quòd si vnus eorum acquisiuit cum bobus communibus, debet totum id lucrum esse cōmune inter fratres: quoniam opera personę inter fratres negotiantes pręsumitur gratuita & amicitiā fraterna impensa, arg. l. ex duobus. ff. de nego. gest. licèt, inquit Bart. medietatē lucri assignet operę, cuius opi. aliquando, vt subdit, secutus est consulendo, tanquam discipulus magistri at illi magis priorem opi. placere. Et illam Ias. decis. sequitur Mar. Mantua. in repet. l. frater à fratre, col. 8. nu. 65. ff. de condict. indeb.

De eadē re.

5 ¶ Sed hic paululum attende lector, quia Ang. d. cons. 85. postquam ea dixit quæ suprà ex eo diximus, illud quoque dicit, ex sententia gl. in d. l. illud, & aliorū quos allegat, lucrū procedēs ex paterna pecunia esse profectitium: sed ex sententia Bar. ibi, id esse intelligendum, quātùm ad partem quæstus, qui attribuendus est soli pecunię: sed quò ad partem eius qui attribuendus est labori & industrię, hoc totum aduentitium esse, nec cęteris fratribus communicandū

quantùm

quantùm autem vtrique tribui debeat, sequendam esse consuetudinem regionis. l. j. §. vlt. cũ l. seq. & l. centum Capuę. ff. de eo quod cer. loc. iuncta l. pretia rerum. ff. ad leg. Falci.

6 ¶ Quantùm autem ad illud dictum Bald. in d. c. j. tit. de bene. frat. idem ipse Ias. ibi, dicit sibi non placere, vt etiam dicit in l. vt nemini, col. 3. vers. sed quid erit econtra, eo. tit. vbi in eam rẽ multa allegat. quem omnino vide vsque ad fi. eius l. & quæ antè scripserat, eiusdẽ l. col. 2. ver. extra glo. quærit, vsque ad d. vers. sed quid erit, vbi videbis multa ad hanc rem pertinẽtia, quę de industria omittenda duximus: quia nõ admodum spectant ad hanc nostram tractationẽ primigeniorum: cùm & locum habeant simpliciter inter fratres, sine respectu primogenituræ. quàquam Fulg. qui eam primus mouit quæstionẽ, nuncupatim loquitur de maiore natu, ob id, vt opinor, quòd plerunque ea cura solet demandari & relinqui natu maioribus. *De eadẽ re.*

NONAGESIMA QVAESTIO.

1 NOnagesimò quæro, si maior pars populi consentit vt primogenitus habeat totam hæreditatem, vel maiorem ipsius partem, tamen ex quibusdam actis, vel instrumentis reperitur quosdam contrarium fecisse, & æqualiter hæreditatem diuisisse: an per hoc impediatur consuetudo præferẽs primogenitum. Hanc quæstionem in specie posuit Cyn. in l. 2. col. pen. vers. circa hoc quęro, pone. C. quæ sit long. consuetu. Et dicit gl. in l. nemo alieno nomine. §. j. ff. de regu. iur. distinguere, an consuetudo sit iam præscripta, & tunc non tollitur per vnum aut alterum actum contrariũ. l. obseruare. §. hoc etiam. ff. de offi. Procon. aliàs secus. Et eam glo. dicit sequi Dyn. & Cano. & pro ea facere l. naturaliter. ff. de vsucap. *Si maior pars populi cõsensit vt primogenitus acciperet totã hæreditatem, vel maiorẽ partem, si tamẽ vnus alter ve aliter vsus est, an per hos impediatur consuetudo*

2 ¶ Adde quòd eam gl. sequitur Bart. ib, & in l. 2. ad fi. prin. dum simpliciter allegat not. in d. §. j. & ibi clariùs Alex. etiam in fin. ff. solut. matrimo. Hosti. in c. ex parte, col. vlt. ver. quòd si post lapsum, de consuet. Specula. tit. de præscr. §. j. vers. quid si post completam, & ibi Ioan. An. in addit. & idem Ioan. An. post Compostel. in c. vlt. col. 3. vers. quærit Compo. & ibi Anto. col. 5. vers. sed hic est vnum, & Panor. col. antepe. vers. sed quæro circa, extrà. de consuet. Bald. in d. l. 2. paulò ante fi. C. quæ sit long. consuetu. & in l. vlt. in prin. per eum tex. C. de seruit. & aqua, & in l. de quibus, col. 9. vers. tertiò quæritur. ff. de legib. & in c. j. in princ. col. 3. ver. adde quòd consuetudo, & ibi Barb. in addit. titu. de feud. cog. vbi tamen limitat Card. Flor. cons. 131. vidẽdum est, j. ad fin. vbi & ad hoc allegat l. j. vlt. cum 2. seq. ff. de iti. actúq; pri. Ant. post alios, qui tamen eam glos. non allegat, in c. accedentibus, col. 2. vers. & idem dicit, & iterum vers. quęro quanto tempore de priui. Panorm. qui eam glo. dicit valde not. in c. pro illorum, col. 2. vers. sed est dubium, de præben. vbi eam aliter limitat, & cons. 94. videtur primò, ad fin. libr. Alex. cons. 5. si vera sunt, col. pen. vers. & eodem modo, iunctis præcedentibus, lib. 5. Franc. Aret. qui eam glo. non citat, sed alios multos, cons. 23. in præsenti, in 4. eodémque vlt. dubio. Fely. qui multos adfert, in c. cùm accessissent, col. 16. vers. septimò limita, de constitu. *Ad idem.*

3 ¶ Subdit tamen Cyn. vbi suprà, Iac. Ra. & Petr. tenuisse indistinctè contrariũ: quia consuetudo sicut & statutum inducitur ex consensu maioris partis populi: nec differunt nisi per tacitũ & expressum, vt probatur in d. l. de quibus, in fin. Sed si maior pars potest facere statutum, etiã minori parte dissentiente. l. quod maior. ff. ad Municip. & d. l. de quibus. Ideo idem in consuetudine. Nec obst. (inquiunt) d. glos. nescit enim quid dicat: non enim pręscribitur consuetudo, quia est ius disponens, vt ibi omnes dicunt. Sed & subdit alios distinguere: aut illud in quo maior pars consentit, est præter legem, vt in consuetudinibus feudorum, & tunc quorũdam contradictio nihil facit: aut est contra legẽ, & impedit §. vlt. ibi, nullo reluctante, in auth. de defen. ciuita. & ita residet Cy. nullo addito. *De eadẽ re.*

4 ¶ Albert. autem in d. rubr. quæ sit long. consuetu. col. 19. vers. sed quid si constat, eandẽ quęst. posuit, scripsit'q; propè ad verbum quæ Cyn. ipse scripserat, nulla in eo loco illius mentione facta, sed illud tandem subiunxit, salua pace reprobantium, eam malè fuisse repræhensam: quia loquitur quando maior pars populi fecit contra consuetudinem. Et ideo dicit quòd si consuetudo erat consummata & perfecta, actus contrarij non nocent: quod est, inquit, intelligendum, nisi essent tot & tales qui sufficerent ad inducendam contrariam consuetudinem. Si autem non esset perfecta, tunc actus contrarij nocerent, & consuetudinem interrumperent. Hęc ille. Cui & nos accedimus. *Ad idem.*

NONAGESIMAPRIMA QVAEST.

1 NOnagesimoprimò, Cyn. in d. l. 2. col 6. vers. tertiò quæritur, hanc nuncupatim quæstionem facit. Alicubi ita longo tempore vsitatum est, vt maior natu totam hæreditatem haberet, nec aliquando contingit, vt fratres iuniores contradicerent in iudicio: nec aliter, an ea consuetudo potuerit introduci sine contradictione, & actibus iudiciariis. & eandem quoque posuit Albert. in rubr. eiusdem titu. col. 11. vers. item quæritur an sine contradictione: quod in causa fuit, vt eam quoque huc adscriberem, quamuis pertineat non solùm ad hanc consuetudinem primogenituræ, sed & ad alias quascunque. Et ita quoq; eam generaliter tractat Bar. in d. l. 2. col. 9. vers. 16. quęro an sine contradictione: & concludit Bart. posse, & actiuè & passiuè: licèt alij distinguant, vt ibi per eos videre poteris. neque enim hoc pertinet priuatim ad nostrum tractatum. *An hæc cõsuetudo possit introduci sine actibus iudiciariis.*

¶ Sed

a ¶Sed tu tamen interim vide text.& glo.in c.abbate,in verbo,contradictorio iudicio, & ibi quoque Card.Flor.in §.ad hoc,in 2.q.& Panorm. super ea glos.de verbo.signifi.& eundem Bald.consi.210.casus talis est quidam,lib.j.Cardina.Flo.in c.vlt.in 20.q.& ibi Anto.col.3.ver. secundò circa actus.& Imo.qui hoc dicit communiter teneri,col.5.vers.in ea glo.ibi,contradictorio,& Panor.qui eam dicit esse communem opin.Cano.& Legi.ch.item vlt. versi. sextò requiritur,& ibi Rochum Curti.in repe.col.117.in 6.q.ptin.de consuetu.eundem Panor.cōsil.73.in quæstione quæ ad præsens col.pen.in 3.dubio lib.2. Alex.consil.173.viso & diligenter col.2.vers.rursus etiam non constat.lib.6.Corne.consi.293.circa supradictam,col.3.in litera y.lib.1.& consi.155.ex quo statutum,col.3.vers.nec ob.quod non fuit.lib.4.& Cepol.con. causarum ciuilium 31.super causa & lite.in fi.Soci.cons.99.in causa eximij.col.1.versi.aut volumus,lib.1.Ias.consi.46.omissa vlteriori,col.2.vers.nec supradictæ decisioni lib.j.& Aymo. Crauet.cons.55.reuocatur in dubium,col.2.vers.non obstat quòd consuetudo, & quæ scripsi supra in 4.q.nume.49.incip. secundo modo.

NONAGESIMA SECVNDA QVAESTIO.

An hæc cōsuetudo possit introduci per erroneum consensum.

1 Nonagesimo secundò quæro,vt sequar ordinem Cyn.in d.l.2.col.6.vers.quartò quæritur,an huiusmodi consuetudo primogenituræ potuerit introduci per erroneum cōsensum.Pone enim, inquit,quòd laici, qui leges ignorant ,credebant ex lege primogenitum totam hæreditatē debere habere.Et ita ideo vsi sunt longo tempore:numquid cōsuetudo ex hoc inducta fuerit.Et eandem quoque quæstionem posuit Alberi.in d.rub.col.10.vers.quæritur etiam an per errorem.Sed & eandem generaliter tractauit ipse Bar.in d.l.2.col.9.vers.17. quæro an consuetudo:& Ioan. And.in d.c. vlt. col. 5. vers.ad hoc ergo, & ibi etiam Cardina. Flo.in repe.loquens de hac nostra consuetudine primogenituræ,col.18.in 17.quæstio. & Ant. col.3.versicu.nunquid autem.Imola col.4.vers.in ea gloss.ibi,& non per errorem,de consuet. ibi illos vide.nam mihi satis est te eius rei admonuisse:propterea quòd, vt iam diximus,Cy.& Alber.loquuntur expressè de consuetudine primogenituræ.

NONAGESIMA TERTIA QVAESTIO.

An si qui coacti sint consentire consuetudini quo maior pars efficeretur, valeat cōsuetudo.

1 Nonagesimo tertiò,sequendo item ordinem Cy.in eadē specie consuetudinis primogenituræ,col.7.eiusdem l.2.versic.quintò quæritur quæ sit longa consuetudo, vsitatum per maiorem partem populi alicuius loci exceptis duobus,vt maior natu totā hæreditatē habeat. Nunc contingit,vt quispiam maior natu sperans integram hæreditatē patris, compulit istos duos ad consentiendum,vt sic haberetur consensus maioris partis:an per hoc videtur inducta consuetudo. Et idem in eadē specie tractat ipse Alberi.in d.Rubri. colum.9. versic. item quæritur an inducatur.Et breui vterque concludit post Pet.Aut hi fuerunt coacti per priuatum,aut per iudicem.si primum,talis consensus non sufficit.l. si priuatus.ff. qui & à quib. Si secundum,aut per iudicem exercentem iurisdictionem,& per viam iurisdictionis,& valet.l. imperator,& l.cùm de consuetudine.ff.de legib.nam & iudicium redditur in inuitū. l. inter stipulantem.§.j.ff.de verbo.oblig. Aut per iudicem tanquam priuatum.& tunc nō valet:quia tunc tanquam priuatus debet censeri.l.prohibitum.C.de iur. fisci,lib.10.& l.deuotum.C.de meta.lib.12.Et idem in omnibus tennit Bart. loquens generaliter de omni consuetudine in d.l.2.col.10.vers.18.quæro,vbi & alia quædam allegat.

NONAGESIMA QVARTA QVAESTIO.

Si iudex sæpius iudicauerit primoge.inf. ius commune quod maior natu haberet totam hæreditatē an ex hoc introducetur consuetudo.

1 Nonagesimo quartò,Sequendo quoque ordinem Cyn.in d.l.2.eadem colū.7. vers. sextò quæritur.Quid si iudex sæpius iudicauit pro primogenitis contra ius commune, vt scilicet quòd maior natu haberet totam hæreditatem:an ex hoc introducetur consuetudo? Dubium faciebat,quòd huiusmodi sententię sunt contra legem,ideò nullæ.l.j.§.item cùm cōtra ff.quæ sent.sine app.re.& consequenter nullum effectum operari possunt.l.nam & si sub cōditione.ff.de iniu.testa.Concludit tamen consuetudinem hinc introduci,si toties iudicatum fit,vt ex eo tacitus consensus populi vel maioris partis colligi possit, & diuturnitas temporis fuerit sequuta.l.j.co.tit.& l.diuturna,cum seq.ff.de legib.Et respondet ad contrariam rationē,quòd illæ sententiæ re vera sunt nullæ,& nullum effectum habent virtute sua:sed consensus totius populi vel maioris partis populi,qui inde colligitur,cum diuturnitate temporis, habet effectum inducendi consuetudinem.Et idem penè ad verbum & in eadem specie,de qua tractamus,scripsit Ioan.And.in c.vlt.col.17.vers. sextò an iudex pluries:& ibi quoque Cardi. Flor.in hac quoque consuetudine loquens in repe.col.20.in 21.q.de consue.Quibus adde, quòd etiam ex actu nullo colligitur cōsensus & voluntas.l.vlt.ff.de reb.cor.cū si. Qua ratione Bal. in l.de quibus,col.5.ver.sed quæro.con.ex actibus.ff.de legi.tenet in vniuersum cōsuetudinē induci posse ex actib^o à prin.nullis,& respōdet rationibus cōtrariis,quas & ipse inibi attulit.

1

NONAGESIMA QVINTA QVAESTIO.

Si pater feudū vendiderit con sentiente

Nonagesimo quintò relictis aliis multis quæstionibus quas Cyn.& Albe.posuerunt.ille in d.l.2.hic in rub.quæ sit long.consue.super consuetudine primogenituræ, quæ generaliter ad quanuis consuetudinem pertineut,contentus 4.aut 5.huius generis summatim his adscripsisse.Quæro cū Aud.Iser.in c.j.§.hoc quoq;,in verb.olim,col.2.vers.si ergo viuens.tit. de succes.

de succes.feud. Si pater vendidit feudum de consensu sui filij primogeniti, ad quem id feudũ integrum erat peruenturum post mortem patris, ex statuto vel consuetudine, vel aliàs: An post mortem patris secundogenitus qui non consensit, poterit eam alienationem reuocare? In qua re dicit And. quòd aut viuo patre mortuus est primogenitus, aut post eius mortem: si primum, tũc hic secundogenitus qui reperitur primogenitus tempore mortis, & ad quẽ ideo feudum venire debebat, poterit reuocare c.j. titu. de ali. feud. pater. quanuis ante mortem patris non potuisset. l.2. §.j. ff. de vulg. & pupil.

primoge. ad quem feudũ integrum erat peruẽturum ex statuto an post mortẽ patris secũdoge. qui nõ cõsensit poterit eam alienationẽ reuocare.

2 ¶ Si secundum, quia scilicet primogenitus ille qui consensit ei alienationi, superstes fuit patri, & ita ad eum illud feudum, si alienatum non fuisset, peruenisset, & tunc ille secundogenitus reclamare non poterit: quia is contractus fuit perfectus ab alienante cum consensu illius qui erat successurus: & successisset in ea re, si alienata non fuisset, non alius agnatus. cùm is non fuit primogenitus nec tempore alienationis, nec mortis ipsius patris. Nec nepos quidem contrauenire potest: ei enim obstat, quòd ipsius patri scilicet illi filio primogenito qui consensit, obstat, per l. quod ipsis. ff. de reg. iur. Hæc propemodum ille, qui & alia quædam in id allegat, vt tu videre poteris. Sed tamen quantum ad primum membrum pertinet, id certè dependet ex eo quod iam latè tractauimus supra in 40. q. an videlicet præferatur nepos ex primogenito ante patrem mortuo, an patruus.

De eadẽ re.

NONAGESIMASEXTA QVAESTIO.

1 NOnagesimosextò quæro, stante consuetudine vt primogenitus succedat in feudo: Quid si nihilominus secundogenitus iurauit fidelitatem domino qui illum sponte admisit: An cogetur dominus illum inuestire? Et hanc quæstionem nuncupatim posuit Dyn. & post eum Ray. Forli. & Alberi. in l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. infec. Et dicunt primùm videri quòd sic, arg. illius tex. l. Titio. ff. de municip. Concluduut tamen contrarium, quia dominus illum recipiens errauit in corpore, arg. l. quoties, in prin. ff. de hære. instit. Addit Alberi. Quia etiam talis admissio ad iuramentum, non potuit præiudicare iuri primogeniti.

Si dominus receperit ad fidelitatẽ secundoge. de feud. pertinente ad primoge. an illum inuestire teneatur.

2 ¶ Et ego certè minimè dubito, dominum non posse recipiendo secundogenitum præiudicare primogenito, cui ius est quæsitum ex consuetudine. Nec mihi quoque dubiũ est, si secundogenitus se domino obtulit dicens se primogenitum, non teneri ipsum dominum inuestire secundogenitum, qui illum circumuenit: neq; etiam si non circumuentus ab eo errauerit, putàs illum esse primogenitum. errans enim sibi non præiudicauit, per ea quæ in simili latè diximus in tractatu Retractuum tit.j. §.j. glos.10. in verbo, *dedans l'an*, nume. 21. sed hoc tamen, & seq. vbi videre poteris, ne hic repetamus.

De eadẽ re.

3 ¶ At si non circumuentus fuit nec errauit, sed sciens prudénsque secundogenitum forte renitentem dicentémque se esse secundogenitum, nec ad se feudum pertinere, prouocauit, incitauit, persuasit, impulit, vt sibi fidelitatẽ faceret: quid causæ est cur eum inuestire non debeat: aut si non possit obsistente primogenito, teneatur in id quod ipsius primogeniti interest, ar. c.j. titu. si de inuesti. feud. contro. fuer. & c.j. §. vlt. tit. de no. for. fideli. & c. si facta, titu. si de feu. fuer. conten. inter domi. & agna. & c.j. tit. an apud iudic.

De eadẽ re.

4 ¶ Quòd si secũdogenitus sciens feudum ad suum fratrem primogenitum pertinere, sese spõte nec prouocatus à domino detulerit, & dominus id quoque sciens illum sponte receperit, nõ poterit ipse dominus quantum in se est contrà venire. At si primogenitus impediat, non tenebitur dominus de euictione. per l. si fundum, & ibi glo. & doct. C. de euict. & l. si à matre, & ibi gl. & docto. C. de iure doti. cum alijs multis concord. à me collect. in d. tract. Retractuũ tit.j. §.12. glo.j. num.7. sed hoc de euictione. Et est optimus tex. in feudo in c.j. titu. de inuesti. de re ali. fac. qui apertè declarat id procedere, vti diximus, id est, etiam si dominus sciat. de quo & nos diximus vbi suprà proximè, nu.8. quę & tu.

De eadẽ re.

NONAGESIMASEPTIMA QVAEST.

1 NOnagesimoseptimò quæro, Nemo vnus negat, vasallum qui concubuerit cum vxore filij primogeniti domini, feudo priuari, ac si cùm vxore ipsius domini concubuisset. Sed quæstionis est, an idem si cum vxore secundogeniti aut aliorum filiorum. Qua in re Andr. Iser. in c.j. §. item si fidelis, in verbo, aut nupta filio, in princ. titu. quib. mod. feud. amit. dicit id dubium non videri, quando feudum diuiditur inter omnes filios. Sed id demum dubium est quando solus primogenitus succedit, vt apud eos, inquit, qui viuunt iure Francorum. Nam ille tex. loquens de nupta filio, debet intelligi de filio successiuro, qui futurus est dominus feudi, & sic idoneo ad successionem: non etiam de cæteris, quibus vasallus nec quicquam debet nec debiturus est, argu. l. vt gradatum. ff. de mun. & hono.

An vasallus qui concubuerit cũ vxore secũdoge. amittat feudum ac si concubuisset cum vxore primogeniti.

2 ¶ Tandem concludit nihilominus hunc priuari, Nam is tex. punire voluit vasallum qui facit vituperium domino, & eius domui. propterea nihil quantum ad id referre, sint filij successuri, necne. Nam & similiter illum priuat, qui concubuerit cum filia domini: quæ etiam deficientibus masculis non succedit, nisi id expressè dictũ sit. c.j. §. hoc autẽ, tit. de his qui feu. dar. poss. neq; immeritò: cũ iniuria illata nõ tãtùm filiæ, sed etiã cuilibet de genere, cẽseatur facta toti generi.

De eadẽ re.

generi.l.lex.Cornelia,in prin.ff.de inint.Hęc ille propemodum,quem secutus fuisse videtur Matth.Afflic.in d.§.item si fidelis,in fi.

NONAGESIMAOCTAVA QVAESTIO.

Si statutū disponat primoge. solū succedere: secundoge. autem dicat primoge. inhabilē esse, an simul possint agere cum tertio deti nente hæreditatem.

1 NOnagesimooctauò quæro,stante consuetudine vel statuto, vt primogenitus solus succedat,Si post mortem patris relicto primogenito & secūdogenito,tertius quispiam detinet hæreditatem aut certum aliquid,in quo primogenitus solus succedit, primogenitus ab ipso tertio repetit quod ipse detinet:sed & secundo quoque genitus id ipsum petit, dicens ad se spectare,quoniam dicit primogenitum esse inhabilem.Tertius autem ille recusat suscipere iudicium nisi cum vno.Quæ quæstio eùm aliquaodo ex facto contigisset,agitaretúrque in regio concilio Neapo. fuere nonnulli , vt scribit Matth. Afflic.in c.j.col.3.vers.sed iuxta hoc quæro,tit.de grad.succed.in feud.in ea opin.vt ambo possent agere,vti plures iudicio familię ercisc.agere possunt.l.vlt.C.de peti.hære.Et licèt dicatur non admitti secundogenitū, donec extat primogenitus,id tamen habet locum quò ad successionem,& non quò ad actionem.Et licèt(inquit)agat primogenitus,tamen nondū liquet ei ius esse, cùm aduersarius defendat, ideo debet ad merita causæ reseruari.c.j.de litis contest.lib.6.cum si.

De eadē re.

2 ¶Subdit Matth.in contrariū facere,quia requiritur primū esse exclusum,vt secundus possit agere,per l.pater filium.ff.de inoffi.testa.vbi si filius emancipatus instituit extraneum hęredem,& filios suos exhæredauit,& patrem præteriit, non potest pater bonorum possessionem contra tabulas petere aduersus tertium illum hæredem institutum, priusquam filij fuerint exclusi per sententiam,cùm filiorum prima sit causa,vt hîc quoque primogeniti.Et per l.vlt.& ibi gloss.ff.de succ.edic.vbi agente vel petente primo gradu, secundus non auditur. quod & probatur in l.si filius,vers.quia verò,ibi,interim,&c.ff.de bonis liber.

De eadē re.

3 ¶Et hanc sententiam confirmat hæc ratio. Hæres institutus sub conditione ante conditionē impletam non potest adire hæreditatē.l.is qui hęres.ff.de acqui.hæred.& l.si ita scriptum. §.sub cōditione.ff.de leg.2.& l.si alio loco.§.vlt.cū l.seq.ff. ad SC. Treb.& l.delata.ff. de verb.signi.Ergo nec ad eam agere.Idipsum enim adire est,vt dicit Bal.in d.l.pater filium.At secūdogenitus censetur vocatus ad successionem sub conditione si primogenitus sit inhabilis,vel moriatur vt dicit And.Iser.in c.j.§.præterea.col.45.vers.item lex omnimodo. tit. quæ sit prin.cau.bene.amit.& Bald.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.Ergo non potest agere donec constet eam conditionem esse impletam,id est primogenitū esse inhabilem vel mortuum.Et facit l.interdum,& ibi Bart.ff.de verb.obli.& l.cum qui ita.§.qui ita,eo.tit.& l.quòd si io diem,& ibi Ang.ff.de peti.hæred.& quod scribit Spec.tit.de actore.§.j.vers.item excipitur.

De eadē re.

4 ¶Quibus adde alia multa iura quibus probatur ante conditionem agi nō posse,quæ congessimus in tracta. Retractuum tit.j.gl.2.in verbo,*a vendu*,nu.21.incip.sed & illud.Igitur huic secundo obstat ei exceptio carentiæ, vt nostri loquuntur,actionis.l.si pupilli.§.videamus.ff. de nego.gest.& l.quoties.§.si temporali.ff.de admi.tut.Bar.in l.Titius,& Seius. ff. de verb. obl. Et licet quis ante litem contestatam non teneatur legitimare causam suam , personam tamé tenetur. Io.And.in addi.Spec.tit. de instr.editi.§. nunc dicamus. vers. sed quid ecce , in addi.incip.& per ibi & hîc scripta.Legitimare autem non potest donec cōstet primogenitum esse inhabilem,neque enim ipse habilis est, nisi primogenitus sit inhabilis.

De eadē re.

5 ¶Postea verò subiunxit Matth. posse dici hunc tertium vtrunque repellere posse , nisi concordent,vter eorū succedet per id quod voluit Bart.in l.litibus,ad fi.C.de agri.& censit.lib.11.per glo.ibi,quod si duo cōtendunt se esse dominos cuiuspiam fundi,petántque à colono fructus eius,posse colonum denegare solutionem vtrique,satisdando de illis ei restituendis, qui per sententiā obtinebit.quod no.esse dicit ad limitationē.d.l.vlt.C.de peti.hæred.Sed nihilominus perstat ipse Matth.in præced.opi.nec ei obstare dictū Bar.quia loquitur in multū diuerso casu,scilicet,in colono qui nullū ius habet,nec prætendere potest in fundo & fructibus illius.Hic verò tertius contendit rem ipsam ad se pertinere,eámque contendit suā esse.Dicit tamen aliter fuisse iudicatū in illo concilio Neapo. per ea quæ dicit Bal.in c.si duo,post prin.tit.de pace tenen.Tu tamen præter ea vide tex.gl.& doct.pręsertim Bald.& Ale.in addi. Bar.in l.is à quo.ff.de rei vēdi.Inno.in c.veniens,le 2.in verbo,incontinenti,in prin.extra.de resti.& ipsum Matth.in d.c.si duo,col.vlt. vers.postremò est sciendum.

De eadē re.

6 ¶Cæterùm idem Matth.in c.j.§.præterea inter duos,in fi.titu.de probi.feud.ali.per Fed.dicit quòd si primogenitus agat contra tertiū qui ei opponit quòd non est primogenitus,vel quod est inhabilis,& secundogenitus,velit agere dicendo sibi ius succedendi esse propter inhabilitatem primi: certè nisi constet per sententiam de inhabilitate ipsius primi , secundogenitus non est admittendus,quia ei obstat exceptio ordinis,per l.pater filium.ff.de inoffi.testa.Et id dicit se quoque scripsisse in d.§.j.de grad.succ.in feud.

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM IN TRACTATVM DE NOBILITATE COPIOSISSIMVS.

Anach

Tonsores

Cassio

dorum

Feudum.

Loti

Sputo

Nobi

Senten

Vinum



INDEX RERVM ET VERBORVM IN TRACTATVM DE PRIMOGENIIS COPIOSISSIMVS.

Anni

Denun

Filia

Legiti

Micha

Vn

Pater

Respu

Statuta

Vnitas

FINIS.